Universidad de Deusto
Biblioteca

K.A.S.L.

JACOBI FABER
STAPULENSIS
IN QVATVOR
EVANGELIA

1. B. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

I. H. S.

Commentari initiatorii in quatuor Evangelia Jacobo Fabro Stapulensi authore.

Año 1526. Meldis.

(Archivo de Loyola).

Universidad de Deusto
Biblioteca



COMMENTA

RII INITIATORII IN QVA=
TVOR EVANGELIA.

In Euangelium ſecundum Matthæum.
In Euangelium ſecundum Marcum.
In Euangelium ſecundum Lucam.
In Euangelium ſecundum Ioannem.

Denuo recogniti, adiecto indice.

IACOBO FABRO STAPVLENSI
AVTHORE.

ANNO DOMINI M. D. XXVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IACOBI FABRI STAPVLENSIS AD CHRISTIANOS LECTORES, IN SEQVENS OPVS PRAEFATIO.

QVi dominum nostrum IESVM CHRISTVM, & uerbum eius in incorruptione diligunt, O uere a deo delecti, & mihi cum primis in CHRISTO dilecti uiri: hi soli uel maxime Christiani sunt, quod est sanctum & uenerabile nomen. De quo Ignatius ad Magnesianos ait: Qui alio nomine præter istud uocatur, hic non est dei. Verbum autem CHRISTI, uerbum dei est, Euangelium pacis, libertatis & lætitiæ, Euangelium salutis, redemptionis, & uitæ. Pacis, inquam, ex bello perpetuo: libertatis, ex durissima seruitute: lætitiæ, ex luctu indeficiente: salutis, ex summa perditione: redemptionis, ex miserrima captiuitate: & denique uitæ, ex intermina morte. Et hinc nomen, Euangelium traxit, quod sit eiusmodi, & infinitorum in supernis nos manentium bonorum, nuncium. At qui CHRISTVM & uerbum eius hoc modo non diligunt, quo pacto hi Christiani essent? Cuncta etiam his ex opposito contingunt, de quorum sorte nullos prorsus esse uelim: de illorum autem omnes. Nec ab re quidem, cum deus ipse omnes uelit homines saluos fieri, & ad agnitionem uenire ueritatis, & proinde ad dilectionem Euangelicæ lucis: In qua primas ac summas partes tenere debent pontifices, & maxime omnium qui inter eos in sacris uisibiliter peragendis functionibus, primus, summus, maximusq; appellatur: non enim nisi ab illo immortali, incorrupto, spiritualiq; CHRISTI, Euangeliq; amore, talis quisquam appellari potest. Deinde reges principes, & magnates omnes, & subinde omnium nationum populi, ut nihil aliud cogitent, nihil adeo amplectantur, nihil æque spirent, ac CHRISTVM, & uiuificum dei uerbum, sanctum eius Euangelium. Et hoc sit cũctis unicum studium, solatium, desiderium, scire Euangelium, sequi Euangelium, ubique promouere Euangelium. Atq; hoc firmissime teneant omnes, qd' maiores nostri, quod primæua illa ecclesia, sanguine martyrum rubricata sensit, extra Euangeliũ nihil scire, id esse omnia scire. Cuius solius studio Pannonia, Italia, Germania, Gallia, Hispania, Britannia imo uniuersa Europa, Asia, Africa, felix esse potest. Et certe quisq; pontifi cum similis esse debet illi angelo, quem Ioannes in sacra Apocalypsi uidit per medium cœlum uolantem, habentem euangelium æternum, super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum uociferantem: Timete dominum, & date illi honorem. Nam quia angelus nihil debet nisi quod deus mandat, nunciare: quia uolans debet iugiter aciem mentis ad sublimia intendere, quia euangeliũ habens æternum, nihil quod sit extra, euã

Apoc. 14.

Universidad de Deusto Biblioteca

gelij limites curare, quod quia æternum est, quid aliud quam immortalitatem promittere potest? denique quia omni genti, tribui, linguæ, & populo clamans, & magna quidem uoce, nunquam a prædicatione, & prouocatione ad uerum dei cultum cessare, qui ad unum solum tendit (Timete, inquit, dominum, & date illi honorem. Et subdit: Adorate eum qui fecit cœlum & terram, mare & fontes aquarum) & omnem multitudinem, quæ in unam uerissimam simplicissimamq; unitatem non conspiret, non coincidat, excludit: quādoquidem unum solum, potens est: & omnis multitudo, impotens, nisi quatenus ab illo maxime uno potest. Et proinde multitudo uni adnumeranda non est, ut neq; potentiæ impotentia, enti nihilū; & infinito finitū. Illius solius est purus cultus, cæterorū purus esse non potest. Hunc indicabat (ut iam quoque dictū est) sacræ Apocalypseos angelus uoce magna clamans: Timete dominum, & date illi honorem. Vbi timor, augustam quandam reuerentiam signat: & honor, puram hāc synceramq; latrian, quæ uni soli deo, patri, filio, & spiritui sancto & (ut sic dicam) incommunicabiliter, debetur. Proinde eo conatus, uigor neruiq; omnes, tum pontificum, tum regum, & potentatuum omnium contendere debent, ut conseruent illum sicubi adest, & instaurent sicubi labefactatus est: nam in eo solo, nobis uitam assequendi æternam, spes relicta est. Agite igitur pontifices, agite reges, agite generosa pectora: ubiuis gentium expergiscimini ad euangelij lucem, ad uerum dei lumen, respirate ad uitam, eliminate quicquid huic puro obest officitq; cultui. Nolite attendere quid dicat aut faciat caro, sed quid dicat aut iubeat deus, Sedulo mementote illius sententiæ Pauli: Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neque contrectaueritis, quæ sunt omnia in interitum ipso usu, secundū præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapiētiæ, in superstitione & humilitate. Verbum dei sufficit. Hoc unicum satis est ad uitā, quæ terminū nescit, inueniendā. Hæc unica regula, uitæ æternæ magistra est: cætera quibus nō adlucet uerbum dei, q̄ non necessaria sunt, tam nimirum superflua. Neq; ad puritatem cultus pietatis, integritatemq; fidei, quod huiusmodi est, euangelio adnumerandum est, ut neq; creatura deo. At dicet quispiam: Cupio ergo intelligere euāgelium, ut credam euangelio, & purum dei cultum æmuler. Non proponit CHRISTVS dux uitæ, & eiusdem largitor æternæ, intelligendū euangelium, sed credēdū: cū pleraq; contineat, & hæc non pauca, quæ transcendunt intelligentiæ nō modo nostræ, sed & oīs (ut arbitror) creatæ quæ ὑποστατικῶς deo coniuncta non sit, captū. Credite, inquit, euangelio. Sed & prius resipiscendū iussit, cum dixit, μετανοεῖτε, pœnitentiam agite. Et merito quidem. Nam prius omnes carnem sapiunt quam spiritum: & ea quæ hominum sunt, auidius amplectuntur, quam quæ dei: nec forsitan nulla causa, cum hæc

Col. 5. 2.

sint supra

sint supra hominem, illa secūdum hominem. Ergo ab illis resipiscendum est, & caro, & ea quæ hominum sunt, reijcienda sunt, ut credere possimus Euangelio. Vincant itaq; diuina, facessant hūana, quæ ex Euāgelio lumē nō habent, etsi sapientiā & pietatem præ se ferant: nam hic de uerbo dei, de fide, de puro dei cultu agitatur sermo: in quo nimirū sola ueritas, quæ est uerbum dei, saluat: quod aūt tale non est, perdit. Colligit unum, multitudo dispergit. Et utinam credendi forma a primæua illa peteret ecclesia, quæ tot martyres CHRISTO consecrauit: quæ nullam regulam, præter euangeliū nouit, quæ nullū denicq; scopum præter CHRISTVM habuit, & nulli cultum, præterq; uni trinoq; deo impendit. Sane si ad hunc morem uiueremus, floreret nunc ut & tunc floruit æternū CHRISTI euangelium. Omnino ex CHRISTO pendebant, & nos quoq; ex eodem omnino penderemus. Tota fides eorum, tota fiducia, totus amor ad ipsum colligebatur, & hæc etiam in nobis ad eundem colligerentur. Nullus suo, sed CHRISTI spiritu uiuebat: sic & nos uiueremus. Et sic tandem ex hac uita ad ipsum ituri essemus, ut & ipsi nos præcesserunt, quibus unus erat omnia CHRISTVS. Quos omnes, & amamus, & laudamus propter CHRISTVM: unde & omnem soli deo cultum & gloriam cum ipsis impendimus. Et quidni secula nostra ad primigeniæ illius ecclesiæ effigiem redigi optaremus? cū tunc & purius CHRISTVS coleretur, & nomen eius latius effulgeret: quandoquidem tunc (attestantibus non paucis, ac etiam in libello aduersus Iudæos Tertulliano, qui illius tempestatis erat) Persæ, Medi, Elamitæ, Mesopotamij, Armenij, Phryges, Cappadoces, Pontini, Asiani, Pamphylani, Aegyptij, Afri, Cyrenæi, Rhomani, Hierosolymitæ, Getuli, Indi, Aethiopes, Mauri, Hispani, Galli, Britanni, Sarmatæ, Daci, Germani, Scythæ, ignotarum gentium insulæ in CHRISTVM credebant, CHRISTVM colebant, CHRISTVM adorabant. CHRISTI (inquit) regnum & nomen ubiq; porrigitur, ubiq; creditur, ab omnibus gentibus supra numeratis colitur ubiq; regnat, ubiq; adoratur, omnibus ubiq; tribuitur æqualiter: non regis apud illum maior gratia, non barbari alicuius imperiosi minor lætitia, non dignitatum aut natalium cuiusq; discreta merita: omnibus æqualis, omnibus rex, omnibus iudex, omnibus deus & dominus est. Hæc ille de illius tempestatis fide in CHRISTVM longe lateq; diffusa. Quā fidei amplitudinem, quem puritatis cultum redeunte euangelij luce, nobis quoq; annuat ille qui est super omnia benedictus. Redeunte, inquam, euangelij luce, quæ sese tandem mundo rursum hac tēpestate insinuat, qua plericq; diuina luce illustrati sunt: adeo ut præter alia multa a tēpore Constantini quo primitiua illa quæ paulatim declinabat, desijt ecclesia, non fuerit maior linguarum cognitio, non maior orbis detectio, non ad longinquiora terrarum spacia, q̄ temporibus istis nominis CHRISTI propagatio. Lin-

 guarum

Universidad de Deusto Biblioteca

guarum em̃ cognitio, & maxime Latinæ & Græcæ (nam postea Hæbraicarum literarum studium a Ioanne Capnione excitatum est) circa tẽpora Constantinopoleos ab hostibus CHRISTI expugnatæ, redire cœpit: paucis Græcis, nimirũ Bessarione, Theodoro Gaza, Georgio Trapezuntio, Emmanuele Chrysolora, illinc in Italiam receptis. Terrarum autem detectionem, & subinde nominis CHRISTI propagationem haud ita multo post, ad exortũ quidem solis fecere Lusitani: ad occasum uero uergendo ad meridiem, primũ (duce Ligure) Hispani, deinde uergendo ad septentrionem, etiam Galli: in quibus omnibus locis, utinam nomen CHRISTI pure ac syncere annunciatum sit, & posthac annuncietur: ut breui impleatur id: Omnis terra adoret te deus, syncero scilicet ac euangelico in spiritu & ueritate cultu, quod maxime optandum est. Sed age, cum dominus iubeat, ut dictum est, euangelio credere, non autem intelligere: aspirandum ne erit ad ipsum intelligendum? Quidni? sed ita tamen, ut credulitas priores parteis obtineat: intelligentia posteriores: nam qui nõ credit, nisi quod intelligit, nondum bene ac sufficienter credit. Sunt enim in eo (ut iam dictum est) non pauca quæ ab hominibus credi possunt, at intelligi non possunt: ad quæ etiam intelligenda nemo aspirare debet, cum satis sit CHRITVM & spiritum CHRISTI, qui in credente est, illa intelligere. Quandoquidem immensitas credendorum, ac maiestas humanam mentem opprimunt, ut fons solaris lucis sensibilem oculum: adeo ut tum illa nihil intelligat, perinde ut iste nihil uidet: credit tamen iste, & indubitato quidem, fontanam illam lucem, etsi eam in fonte uidere non possit: sic & illa credere debet, etsi intelligere nequeat. At ut credulitas oculi maius quid est q̃ uisio, cum hæc sit exigui, illa immensi: sic & credulitas mentis maius quid est q̃ intelligentia, cum hæc sit finiti, illa etiam infiniti. Vt tamen ad intelligentiam euangeliorũ nos proueherent, multi e maioribus nostris etiã præclari uiri, alij homelijs, alij cõmentarijs sua tẽpora illustrarunt, & alij alios scribendi modos in illis enucleandis tentauerunt: quorũ omnium conatus, & maxime eorũ qui id spiritu impellente aggressi sunt plurimi facio. Veruntamẽ ut lux solis innumeris per noctem syderum luminibus explicari nõ potest: sic nec lux euangeliorum innumeris scriptorum (etiam si diuine illa tractent) lucubrationibus. Proinde ut nouum sydus exortum nihil officit, sed noctem reddit illustriorem, etsi solis iubar nondum explicetur: sic nec nouos, si qui pararentur in euangelia, commentarios, qui etiam mentem nostram illustrarent, quicquam obesse duximus. De quorum tamen genere hosce commentarios, quos primum ad dei gloriam, deinde ad euangelicæ ueritatis cognitionem, postremo ad omnium utilitatem, in euangelia conscripsimus, nequaquã esse dicimus: sed de eorum qui mentis tenebras discutiant, & eam luci peruiam quo-

Psalm. 65.

quo mõ

quo modo efficiant: nam quia ut nox syderum lumine non illustratur, nisi prius discussis aërijs caliginibus, & aëre purgato: sic nec ignorantia commentariorum luce, nisi prius depulsis mentis tenebris, & eadem purgata. Idcirco operam nauauimus parandis nouis in euangelia commentarijs, q̃ tenebras mentis discuterent, & in eadem quandam ueluti purgationem efficerent: solum eam quam a deo expectauimus secuti gratiam: nisi sicubi nos nobisipsis relicti, nõ nihil nostri admiscuimus: quod, nostrũ fatemur & nequaq̃ magnifaciendum: quod autem tale non est, deo acceptũ referimus. Neq̃ aliorũ laboribus incubuimus, ut inopes magis a deo penderemus. Etem̃ me nõ latebat, diligẽtiam, quæ studio & euoluendis libris præstatur, horũ sacrorũ afferre non posse intelligentiã, sed eam dono & gratia esse expectandam: quæ nõ pro cuiusquã meritis, sed pro mera largientis liberalitate concedi solet. Proinde hos cõmentarios ne stellæ quidẽ lucẽti per noctẽ, assimilari uolumus, sed aëriæ potius purgationi. Tria nãq̃ sunt, quæ maiores nostri posuere, καθαρισμὸς, φωτισμὸς, & τελείωσις ἥτε τελειότης, id est purgatio, illuminatio, & perfectio, quibus hæc inferiora superiorum reddunturæmula. Inter quæ, perfectio locũ tenet summum, illuminatio mediũ, purgatio infimum. Quo in genere cõmentarios nostros, qualescũq̃ sunt, collocamus: & proinde purgatorios, id est, initiatorios nũcupamus. Det deus, sint qui et illuminatorios, & (ut uolet) pfectorios adijciãt: quia eius solius est omne diuinũ munus, & maxime qd' tale sit, infundere. Purgationis aũt hic meminit Paulus, καθαρισμὸν ποιησάμενος τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Illuminationis hic, ἵνα τὸ μὴ ἀυγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ χρισοῦ. Et perfectionis hic, διὸ ἀφέντες τὸν τῆς ἀρχῆς τοῦ θεοῦ λόγον, ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα. Cæterũ, cum dicimus hos in euangelia cõmentarios, purgatorios: nemo putet euangelia purgatione egere. Non enim illa egent, imo neq̃ illuminatione neq̃ perfectione: quandoquidem & seipsis purgatissima illuminatissima & perfectissima sunt. Sed hanc purgationem, qua de hic loquimur, ad mẽtium, sed eorum præsertim qui adhuc rudes ad sacrorum euangeliorum adyta, ad arcana uerbi dei mysteria accedunt, caligines discutiendas pertinere: quo syncerum ac sanctum lumen, & inuiolabile æternæ lucis sacramentum intra se admittere possint, iam cessante ignorantiæ nocte, & oriente in cordibus ipsorum euangelij luce: Nam nisi illæ depellantur, mentes eiusmodi persæpe circa literam ipsam caligabunt: quod ne fiat, cõmentarij præstare solent. Sed quantũlibet insignes sint, nihil lucis addere queunt euangelijs (hoc em̃ fieri nequit, cum ne sensili quidem soli quicquam lucis adijci queat) sed contra, euangelia cõmentarijs. Quod si non fiat, cõmentarij nihil aliud sunt q̃ colores in tenebris, & multiplices mentium caligines. At ne uos lateat, quo pacto hi commentarij sint purgatorij, paucis tandẽ uos ordinis admonebo. Primo loco uetus occurrit æditio. Deinde

Hebr. 2. Cor. 4.

Hebræ. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

annotationes breues, quæ partim quod in uetere æditione obscurum est, illustrant: partim quod uiciatũ est, emendãt: partim quod apud Græcos plusculũ est, adijciũt præposito asterisco *: partim quod nõ habet apud illos, confodiunt obelisco –, partim alia subindicant, quæ ab ijs, qui quã tulacunq; luce donati sunt, facile intelligentur. Quæ omnia, tum mentium, tum ueteris literæ purgationem efficiunt. Tertio loco sequitur commentarius, exactius consimilia efficiẽs, id est, interdum ueteris literæ, interdum mentium, interdum utrorunq;: illius mendas, harum caligines detergens. Sed & ueteris æditionis literam duplices numeri circunstant: quorum qui in exteriori margine sunt collocati, numeris commentarij respondent: qui in interiori, numeris breuium annotationum. At antequã opus ipsum aggrediamur, concordiam quandam quatuor euangelistarum præfigemus: in qua duo puncta designant illic minus haberi: tria instar trigoni, plus: quatuor instar tetragoni, simile: duo puncta præposita trigono, primum minus, deinde plus: & contra ediuerso. Sed hæc forte leuiora sunt, q̃ ut admonitione egeant. Boni ergo consulite Christiani pijq; lectores: & rogate dominum uerbi, qui est CHRISTVS dominus, ut uerbum eius nõ sine fructu cadat, sed in uniuerso orbe in uitam fructificet æternam: & ut ipse, cum sit dominus messis, mittat in messem nouam, nouos & alacres operarios. Valete in eodẽ CHRISTO IESV domino nostro, qui factus est nobis a deo sapientia, iusticia, & sanctificatio & redemptio: & ipse CHRISTVS IESVS in gloria patris, & charitate spiritussancti, sit uobis omnia, qui & in ijs, qui æterno æuo in beatitudine fruentur, erit omnia in omnibus. Meldis, Anno

M. D. XXI.

SEQVITVR CONCORDIA QVATVOR EVANGELISTARVM.

CONCORDIA EVANGEL.

	Matth.	Marc.	Luc.	Ioan.
I	1	o	45.·.	o
	2	o	o	o
	3	o	o	o
	4	o	o	o
	5	o	o	o
	6	o	o	o
	7	o	o	o
II	8	o	o	o
	9	o	o	o
	10	o	o	o
	11	o	o	o
	12	o	o	o
	13	o	o	o
	14	o	o	o
	15	o	o	o
	16	o	o	o
III	17	1.·..	37.·..	o
	18	1.·.	37.·.	10.·:
	19	2	o	o
	20	1..	38..	28...·.
	21	o	38	o
	22	3...·.	42...·.	11.·...
	23	4.·...	o	o
	24	4	44...·.	o
IIII	25	5..	46.·.	o
	26	o	46.·.	o
	27	o	46...·.	o
	28	5...·.	46.·...	o
	29	6..	o	o
	30	6.·.	o	o
	31	7.·...	52.·:	o
	32	o	47.·:	20
	33	o	o	o
V	34	o	61...·.	o
	35	22..	75.·...	o
		53.·:	133.·:	
			104.·:	
	36	o	140.·:	o
	37	o	o	o
	38	o	o	o
	39	o	o	o
	40	o	o	o
	41	o	120	o
	42	o	o	o
	43	54.·:	140.·:	o
	44	o	o	o
	45	o	62...·.	o
	46	o	62..	o

	Matth.	Marc.	Luc.	Ioan.
			63.·.	
	47	o	64..	o
VI	48	o	o	o
	49	o	o	o
	50	o	o	o
	51	o	97.·...	o
	52	o	97..	o
	53	o	97	o
	54	68.·:	o	o
	55	o	o	o
	56	o	113...·.	o
	57	o	104.·.	o
	58	o	119	o
	59	o	112.·.	o
	60	o	112..	o
VII	61	22..	64..	o
			65.·.	
	62	o	o	o
	63	o	98	o
			99.·.	
	64	o	62..	o
	65	o	125.·...	o
	66	o	66...·.	o
	67	o	o	o
	68	o	125.·...	o
	69	o	67..	o
	70	o	67..	o
VIII	71	8.·:	49.·:	o
	72	10...·.	53...·.	o
	73	o	68.·...	o
	74	5.·.	50.·.	o
	75	9.·...	50.·...	o
	76	o	88...·.	o
	77	25.·...	77.·.	o
IX	78	26...·.	78...·.	o
	79	11.·...	54...·.	o
	80	12.·...	55.·...	o
	81	13	56...·.	o
	82	27.·...	79.·...	o
	83	o	o	o
	84	38.·.	100..	o
	85	o	o	o
	86	32.·:	89...·.	o
X	87	17.·.	80.·.	o
	88	17.·.	59.·.	o
	89	29.·...	80..	o
	90	29.·...	80..	o
			89.·:	

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCORDIA

	Matth.	Marc.	Luc.	Ioan.
	91	29..	80..	o
			89::	
	92	26...∴	80..	o
			89::	
	93	o	89::	o
	94	77::	o	o
	95	77::	109::	o
	96	77::	o	o
	97	22::	65::	102::
			107::	
	98	o	107::	o
	99	o	108::	o
	100	43::	83...∴	o
	101	o	118::	o
	102	o	o	o
	103	43...∴	83∴	o
			132∴...	
	104	51::	91::	102::
XI	105	o	o	o
	106	o	70∴	o
	107	o	71	o
	108	o	140..	o
	109	o	71∴	o
	110	o	90..	o
	111	o	92∴	o
	112	o	o	o
XII	113	14∴...	57∴...	o
	114	15...∴	58∴...	o
	115	16∴	o	o
	116	16∴...	o	o
	117	18∴...	100..	o
	118	18..	100..	o
			101∴	
	119	18∴...	108..	o
	120	o	66∴...	o
	121	o	o	o
	122	40..	103..	o
	123	o	103	o
	124	o	101∴...	o
XIII	125	19	76∴...	o
	126	20	74∴...	o
	127	20	74∴...	o
	128	21∴...	74..	99...∴
	129	o	93∴	o
	130	21∴	74∴...	o
	131	o	o	o
	132	24∴	124..	o
	133	o	124	o

EVANGEL.

	Matth.	Marc.	Luc.	Ioan.
	134	24..	o	o
	135	o	o	o
	136	o	o	o
	137	o	o	o
	138	o	o	o
	139	o	o	o
	140	28∴	47∴...	53::
			48∴...	35::
XIIII	141	30∴	81∴...	o
	142	31∴	43..	o
	143	31	o	o
	144	32∴	81∴...	47...∴
	145	32∴...	82...∴	47...∴
	146	32∴	o	49∴...
		33∴...		
	147	34∴	o	o
XV	148	35∴	o	o
	149	36∴	o	o
	150	o	65::	o
	151	36∴...	o	o
	152	37∴...	o	o
	153	38...∴	o	o
	154	39∴...	o	o
		40		
XVI	155	40...∴	119...∴	o
	156	41∴...	106::	o
	157	42∴...	8:...∴	o
	158	o	o	o
	159	42..	83	o
	160	42∴	83..	o
	161	42..	o	o
	162	42..	o	o
	163	43∴	83∴...	o
	164	44..	83..	o
XVII	165	44...∴	84∴...	o
	166	45∴	85..	o
			84∴	
	167	46	o	o
	168	77∴...	85∴...	o
		48∴...		
	169	48..	142::	o
	170	49∴...	85∴...	o
	171	o	o	o
XVIII	172	49∴...	86∴...	o
	173	49∴	86∴	o
		52..	142	
	174	o	142	o
	175	52∴	o	o

CONCORDIA

	Matth.	Marc.	Luc.	Ioan.
	176	o	152∴...	o
	177	o	134∴...	o
	178	o	142...∴	o
	179	o	o	146::
	180	o	o	o
	181	o	142..	o
	182	o	o	o
XIX	183	54...∴	o	o
	184	54	o	o
	185	54∴	140::	o
	186	o	o	o
	187	55...∴	148...∴	o
	188	56∴...	149..	o
	189	57∴	149	o
	190	57	149	o
	191	58...∴	149..	o
XX	192	o	o	o
	193	59∴	150...∴	o
	194	60...∴	o	o
	195	61	173::	o
	196	62∴...	151...∴	o
XXI	197	63..	154..	95...∴
	198	63...∴	154...∴	95∴
	199	64..	156..	19::
		66::		
	200	o	154...∴	o
	201	64∴	o	o
		65∴...		
	202	68∴...	o	o
	203	69	153∴	o
	204	o	o	o
	205	70...∴	159..	o
XXII	206	o	131∴...	o
	207	71..	160∴	o
	208	71∴	160...∴	o
	209	72...∴	o	o
	210	73...∴	161..	o
XXIII	211	o	o	o
	212	o	105::	o
	213	74..	105::	o
			162∴	
	214	o	o	o
	215	74..	105::	o
			162..	
	216	o	o	o
	217	o	o	o

EVANGEL.

	Matth.	Marc.	Luc.	Ioan.
	218	o	105::	o
	219	o	105::	o
	220	o	105::	o
	221	o	105::	o
	222	o	105::	o
	223	o	127	o
XXIIII	224	76∴...	164...∴	o
	225	77∴	164..	o
	226	77	164∴...	o
	227	77...∴	164∴...	o
	228	77..	165...∴	o
	229	77..	145::	o
	230	77..	165...∴	o
	231	77	166∴	o
	232	77...∴	145::	o
	233	o	145::	o
	234	78∴...	114::	o
	235	o	115::	o
XXV	236	o	o	o
	237	o	o	o
	238	o	o	o
X XVI	239	79..	169...∴	o
	240	79∴	o	94∴
	241	79∴	o	94∴
	242	79∴	o	94..
	243	80...∴	169∴...	o
	244	81∴...	170∴	o
	245	82	171∴	o
	246	82..	172..	103∴...
	247	83..	171∴...	o
	248	83	171	o
	249	83	o	130∴...
	250	84∴	175..	o
	251	84	175∴	o
	252	84∴	177...∴	o
	253	84	178∴...	o
	254	84...∴	177∴...	o
	255	84	o	o
	256	84∴	179...∴	130
		85..		131∴...
	257	85∴	180...∴	o
	258	86∴...	181...∴	134∴...
				133...∴
	259	86∴	o	o
	260	86..	183∴...	o
	261	86	183...∴	o

Universidad de Deusto Biblioteca

CONCORDIA EVANGEL.

	Matth.	Marc.	Luc.	Ioan.
	262	87.∴	182.∴.	0
	263	88.∴.	131.∴.	133.∴
				134.∴.
	264	89..	184..	135.∴.
XXVII	265	0	0	0
	266	89	184.∴.	135.∴.
	267	90.∴.	187.∴.	136..
	268	90..	187..	0
	269	90	187.∴	139.∴.
	270	91..	0	137.∴.
	271	92.∴	188.∴.	139
			189.∴.	
	272	93.∴.	191..	140.∴.
				139.∴.
	273	93.∴	189	139..
	274	94..	192.∴.	0

	Matth.	Marc.	Luc.	Ioan.
	275	94	193..	0
	276	94	0	141.∴.
	277	95	193.∴	141.∴.
	278	96..	193.∴.	0
	279	96.∴.	193.∴.	0
			194.∴	
	280	97.∴	194.∴.	0
	281	98.∴	195.∴.	143.∴.
		99.∴	196.∴	
	282	0	0	0
XXVIII	283	100.∴.	197.∴.	144.∴.
	284	0	0	0
	285	0	0	0
	286	0	0	0
	287	104.∴.	0	0

CONCORDIAE FINIS.

ANIMADVERTE LECTOR OPTIME, HOC VNICO concordiæ canone ad Matthæum, te si uelis (perquàm pauco adhibito labore) tot deprehẽdere posse, quot decẽ illis, quos uir egregia laude Eusebius, olim apud Græcos cõcinnauit. Nã peculiaria Matthæo designant notæ ooo e' regiõe numerorũ Matthæi, in Marco, Luca, & Ioanne adiectæ. Cõmunia sunt Matthæo & Marco, sicubi numeris Matthæi e' regione respondent numeri aliqui ex Marco, ex cæteris autem nõ. Sic cõmunia Matthæo, Marco & Lucæ, quãdo numeris Matthæi e' regione respondent numeri in Marco & Luca. Cõmunia insuper ipsis quatuor, cũ numeris Matthæi respõdent numeri in Marco, Luca, & Ioanne. Hoc modo peculiaria Marco facile colliges: qualia sunt. 51. 53. 101. 103. 105. Necnon & cõmunia Marco & Lucæ: ut sunt 8. 50. 67. 102. Sic & de Luca & Ioanne dicendũ: adeo' ut uideas omnia peculiaria Lucæ ad numerum. 37. uscq;. At Ioannes maxime peculiaria habet: nec ferme' quicquã tangit aliorũ, nisi ubi alij minus expresserunt, nõ nihil quod aut mysterio, aut hac sacra dignũ uideatur historia, adijciat. Nec ignorandũ, in locis cõmunibus duo pũcta, in Matthæo peculiaria relinquere: trigonos autẽ, in eis ipsis quorũ fuerint euangelistarũ locis, interdũ peculiaria: quæ etiam indicant & numeri in cõmunibus locis nõ cõprehensi. Sed & similia per suos tetragonos, suis locis deprehendes facillime. Adde postremo, quod maiusculi numeri ad latera positi, Matthæi capita demonstrant. Verũ his omissis quæ leuia uideri possunt, ad rem ipsam, ut indultore deo polliciti sumus, & eo ordine quo sumus præfati, nostrum conuertamus studium: primum hoc pacto sanctum dei (uelut in ipso statim limine uenerandũ) Euangelium præfigentes.

INDEX COMMENTARIORVM IAC. STAPVLENSIS IN EVANGELIA. A PRIOREM, E VERO POSTERIOREM FACIEM CHARTAE INDICAT.

ABraham solũ signens, charta. 4. A
Abraham ante legẽ, ibidẽ
Abrahã fidei pater & operũ simul. 14. A
Abraham, Isaac, Iacob, diuites fuerunt 157. A
Abrahæ filij, fidei sunt filij. 190. A. 258. B
Abrahã quomõ cognouerit & uiderit Christum. 333. A
Abel Christi figura. 98. B
Ab Adam uscq; ad Christũ seruitus. 13. B
Abnegare seipsum quid. 75. A. B
Abnegatio sui mortificatio est. 150. B
Abscisio realis membrorũ non iubetur à Christo. 80. B
Abominatio desolationis. 101. B
A bimatu et infra pueri occisi ab Herode 191. A
Abire in regionem longinquam quid 259. A
Abire ad semetipsos. 401. A
Abdita cordis præter deum nemo uidit 290. A
Ablutio pedum quid. 359. B
Accessum ad deum per solum Christum habemus. 349. B
Accedentis ad Christũ fiducia maior esse nõ debet in suffragio cq; in Christo 352. A
Acetũ Christo datũ qd designet. 358. A
Acetum dari cruci affixis cur solebat 124. B
Adam nõ necessario peccauit. 80. A
Adæ & Christi pulchra collatio. 202. A
Adam in horto peccauit. 116. B
A deo patre petendũ ut spiritum firmet 231. A
A domino discedere quid. 35. B
Ad quæ opa uocauerit nos deus. 29. A
Adiuratus ueritatem respondens, nõ iurat. 26. B
Aduentus filij hominis triplex. 46. B
Aedificiũ templi quare apostoli admirabantur. 264. B
Adorare, officium soli deo præstandum 337. A
Affectus nullus nisi Christi sequiẽ Christum. 85. B
Affectus Pilati. 121. B
Affectus confidendi in diuitias prohibetur à deo. 157. A.
Ager scriptura. 62. B. 253. A
Agnũ mansuetum scriptura uocat Christum. 135. B
Agnus paschalis quo ritu manducandus. 111. B
Agni comestio quid designet. 177. B
Agni cibus, corporis postea dandi, typus 266. A
Agebatur spũ in deserto, quid sit. 203. B
Agar quomodo semen Abrahæ. 331. A
Allegoria parabolæ. Simile est regnum cœlorũ homini regi. 82. B
Alimentum incorruptibile quid præstet 115. B
Alma quid significet. 186. A
Alabastrũ afferre quis dicatur. 215. B
Alienigena leprosus qui gratias egit, quid significet. 253. B
A malis ut liberet nos deus quomõ orãdum. 30. B
Amor Christi solus amor est. 48. A
Amoris proprium. 85. A
Amor dei & mundi simul haberi nõ possunt. 244. B
Amor dux ad ueram lucem. 298. A
Amari à deo maius est, cq; amare deum 344. B
Amori Christi, quem habet erga nos nullus respondere potest. 347. A
Amor filij dei quantus. 389. B
Ambitio unde nascatur. 87. B
Ambitio magnum malum. 157. B
Ambulare in luce quid sit. 355. A
Amos armentarius. 63. B
Amos occisus. 92. A
Angeli ministrabant Christo quid. 19. B
Angeli pueris præfecti à deo. 81. A
Angelus per Aegyptum noctu transiẽs nihil passus. 177. B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angeli ante deum ſtant.185. A
Angelus Adam eiecit ex horto, & Chriſtum in horto confortauit. 270. B
Anima quid.47. B
Animã ſuã qui inueniant.48. A
Animam ſuã odire qui dicantur, ibidem
Anima amore uiuit.85. A
Anima quæ dei legẽ ſeruat, uictima dei eſt.154. A
Animã ſuam quærere ſaluam facere
Animæ turbatio.354. A (254. A
Anna prophetiſſa.195. B
Annunciare regnum dei quid.225. A
ἀνάβασις πιέζων unde dicatur.227. B
ἀναθέματα quæ dicantur.264. B
Anguſta porta uia ſpiritus.240. B
Annulus ĩ manu quid ſignificet.247. B
Anticipatio euãgeliſtis peculiaris 287 B
Apl'i arguunt defectus ĩtelligẽtiæ 68 A
Apoſtoli in nomine Chriſti operabantur uirtutes.74. B
Apoſtoli centuplum & plus acceperunt etiam in hoc mundo.85. B
Apoſtoli in ſynagogis flagellati.98. B
Apoſtoli montes dei.101. B
Apoſtoli oues.116. A
ἀφροσύνη quid.147. A
Apoſtoli nihil niſi miniſtri & diſpenſatores myſteriorum dei ſunt.176. A
ἀποσοματίζειν quid.233. A
Apoſtoli cur dominum poſt reſurrectionem expectare debebant.281. B
Apoſtoli à domino electi.374. A
Apoſtoli quare gaudere debeãt. ibidem
Apoſtoli inſtrumenta Chriſti fidei propugnandæ.404. B
ἀποσυνάγωγον fieri, grauiſſima maledictionis nota.377. A
Apud deum nihil eſt fortuitum.204. A
Apex quid ſignificet.249. B
Appropinquare Ieſum Hieroſolymis 260. A
Aqua refectionis quæ.32. B
Aquilæ ſancti.102. A
A quibus cogitationibus Chriſtiano cauendum.147. A
Arabum ſecta.75. A
Arabũ fides.106. A. Arena quid.35. B
Arbor bona & mala.35. A
Arbores, homines ſignificant.16. B
Arbor folia tantũ habẽs, ſcribarũ & pharisæorum figura.159. A
Arbor quẽ zachæus aſcẽdit, fides.258 B
Arundo uentis agitata, quis.50. A
Arundo quaſſata.55. A
Arida manus quid ſignificet.54. B
Artaxerxes.20. regnauit annos.71. B
Armatha.178. A
Aream purgare.200. A
Ardere quid.237. B
Aromatha & unguẽta quibus Chriſtus unctus, quid ſignificent.277. A
Artes oẽs ſubſeruiũt prouidentiæ, à qua ſua habent principia. 236. B
Artes oẽs quæ nõ referũtur in gloriã dei & proximi utilitatẽ, noxiæ ſunt, ibidẽ
Architriclinus arguit ſponſum, quid ſignificet.291. B
Aſperitas ueſtium Ioannis quid.14. A
Aſcendere Chriſtum in montem ſignificat uitam contemplatiuã. 22. A. 68. B
Aſina populũ ſignificat Iudaicũ.90. A
Aſſumi qui dicantur. 254. B
Aſpectus ſerpẽtis, fides ĩ Chriſtũ 297 A
Aſpectus Chriſti quid operetur. 389. B
Attẽtos oportet eſſe Chriſtianos, ne ſeducantur in aduentu domini. 100. B
Aurũ à magis Chriſto oblatũ, quid.9. B
Auguſti Cæſaris iocus, præſtat porcũ q̃ filium Herodis eſſe.11. A
Aulicorum figura regulus.304. A
Audire, intelligere eſt. 60. B
Auris ſpiritualis.355. A
Auditu creditur.356. B
Auditus uerbis excitatur, ibidem
Auaricia nõ ſolũ in cupiditate pecuniæ, ſed in quarũcunq; rerũ terrenarũ conſiſtit. 235. B
Auaricia q̃ execrabile malum.256. B
Auariciæ morbus ægre à dei tẽplo proſcribitur.291. B
Auaris nullam pauperũ curã eſſe. 351. A
Azymorũ dies prima quæ dicat'.170. B
Azyma mundis licebat ueſci.392. A

B

BAthſabe nõ conſenſit in necem mariti. 5. A
Bathſabe oui comparatur à propheta Nathan

Nathan, ibidem
Bathſabe ſynagogæ typũ geſſit, ibidem
βαθολογία quomodo prohibeatur. 29. B
Balthaſar tres annos regnauit.71. A
Barnabas dominum adhuc in terris diuerſantem Rhomæ nunciauit.129. A
Barrabas ſeditioſus.172. B
Barrabas hircus, ibidem
Barrabas filiorum mendacij typus, ibidẽ
βαραββᾶς & Barabbas quid ſignificent. 394. A
Baptiſmus Ioãnis erat pœnitẽtiæ.16. B
Baptiſmus Chriſti in remiſſionẽ pec. ibi
Baptiſmus ſanctificatus in baptizatione Chriſti.17. A
Baptiſmus eccleſiæ, initiũ gratiæ. 17. A
Baptiſmus Ioannis figura baptiſmi Chriſti.129. B
Baptiſmus Chriſti ueritas.200. B
Baptiſta in teſtimonium uenit.285. B
Beatitudo ex parte infundẽtis.61. A
Bethleẽm quid ſignificet.9. A
Bella, dæmonia mũdũ deprimẽtia.22. A
Bellum cum carne, mundo, ſatana etiam electi iuge gerunt.25. B
Benignitatis ſuæ contemptũ Chriſtus iuſte punit.52. A (56. A
Beelzebub diſpergit, Chriſtus colligit
Bethphage unde nomen habeat.159. A
Beneficos eſſe oportet.211. B
Beneficium nullum peribit bona intentione factum.48. B
Beati qui crucem Chriſti poſt ipſum baiulant 275. A
Bethabara locus trans Iordanem, ubi Ioannes baptizabat.288. A
Betheſda quid ſignificet.306. A. B
Bethania quàm longe à Hieruſalem diſtet.345. B
Bibere calicem, eſt malorũ participem eſſe.88. A
Blaſphemia obnoxia dãnationi.172. B
Bona etiam intermittẽda, ubi malorum prouentus naſci poteſt.25. B
Bonum eſt ſequi dominum. 55. A
Bonus quis dicatur.84. B
Bonorum & doctrina & uita obſeruanda eſt.96. B
Bona ſpiritualia.105. A
Boni coram omnibus laude inſigniũtur à domino.105. B
Bona nõ protinus ſunt, quæ bona putamus.117. A
Bonitas dei quanta ſit.141. A. 215. B
Boni bonis congrediuntur.195. B
Bona arbor.212. A
Bona pars quã Maria elegerat q̃.228. B
Boni nõ ſuccidunt', ſed tranſplantantur. 240. A
Bonitas domini cognoſcitur, q̃ te errantem requirit.246. A
Bonitas dei propter ſeipſam etiam indignos iuſtificat.256. A
Bonis deus ſemper prope eſt. 280. B

C

CArnis & ſpũs collatio.25. B. 46. A
Carnalis homo, legi, cõcupiſcentijs & in ſe uiuit. 27. A
Carni ut carni nulla beatitudo obuenire poteſt.231. B
Carnales ſpiritu mundi aguntur.46. A
Caro proſequit' ſpm̃, & nõ ecõtra, ibidẽ
Caro una uir & uxor.84. A
Carnalis generatio tenebræ ſunt.285. B
Carnales hoĩes diuina admirantur tanq̃ impoſſibilia.29. A
Canes qui.34. A
Caput nullum præter Chriſtum.49. B
Capharnaũ abuſa benignitate chri 52 A
Capharnaũ dñi ciuitas.133. A. 292. B
Capharnaum urbs maritima.205. A
Caſtella.65. B
Cain quorum figura.98. B
Cauendum ab hypocritis.164. A
Canon, qui pridie, non cõuenit cum apoſtolo.112. A
Canon Græcorũ cõuenit cũ apl'o .112. B
Candelabrum quid deſignet.218. B
Cauſſa perditionis malorum, non dei uoluntas.223. B
Calceamẽta ĩ pedi. qd ſignificet.247. A
Caiaphas prophetauit.259. B. 348. B
Caiaphæ prophetia ſua nihil pfuit, ibidẽ
Caiaphas cæcus cæcos arguit Iudæos. 348. A
Caiaphæ intelligẽtia & oraculi diuerſa. 349. A
Capilli qui ſint.265. A
Cana in tribu Aſer & oppidum Galilææ 291. B

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cana Galilææ mundũ significat. 292.A
Cæmẽtarius fuit cui dominus aridam sa
Cæci qui.68.A (nauit manum.54.B
Cæcus mente corruptus.150.A
Cæcus est qui uias dei ignorat.212.A
Cæphas unde dictus sit .289.B
Centurio,gentium ecclesiæ typus.37.B
Centurio εὐσχήμων βυλευτὴς.177.B
Centurionis fides.214.A
Centurio alienigena,ibidem
Cereorum & candelarũ in templis uenditio taxatur.292.B
Cedron unde dictus.387.A
Chanaan,cõminatorẽ significat.44.B
Chananeam imitari oportet eos qui ueniunt ad Christum.68.B
Charitati quid propriũ. 25.A.B
Charitas facit spirituales hoies.82.A
Charitas dei ignis feruẽtissimus. 298.B
Charitate deficiẽte moriẽ homo.372.B
Charitas,nisi fidei, authoricẽ eius iuncta fuerit,nihil profuerit.288.B
Χάιρε quid.186.A
Chiliarchos quid.388.B
Christus uita nostra.2.A
Christus generatiõis spũalis initiũ.3.A
Christi generatio ex uirgine despõsata. 3.B
Christus post legẽ.4.A
Christus salus eorũ q ante legẽ,sub lege & post legẽ,fuerũt sub gratia, ibidem
Christo soli regi is honor debetur,ut adoretur. 8.B
Christus solus dñs & rex omnium,ibidẽ
Christus cur exclamauerit.12.A
Christus apud pphetas germẽ diciẽ,ibi.
Christus diciẽ iustus,regnãs rex, sapiẽs, iudicium faciens & iusticiam.12.B
Christi regnum sine fine.13.B
Christus uerbum æternum,ibidem
Christũ quãdo Ioãnes cognouerat.17 A
Christus à bono spiritu in desertum ductus & reductus.18.B
Christi ut lateret diuinitas,permissus est tentari.19.A
Christus ubicũq; ambulauerat, orta lux est.19.B
Christus quomodo legẽ ipleuerit. 23.A
Christus eorũ qui nõ iurant forma.26.B
Christi uerba audire siue facere,qd.35 B
Christus uolẽtem se sequi, cur repulerit 38.A
Christũ fore deũ pẽs cognouerũt 42 A
Christus quare discipulos ꝓhibuerit, ne in gentium uias irent.44.B
Christo nihil tectum.46.B
Christus & in uita & in morte confitendus coram hominibus. 47.A
Christus quos corã patre negat, ibidem
Christus Ioanne minor natu.50.A
Christus noua lex,lux,ueritas, ibidem
Christus templo maior & sabbati dominus. 54.A
Christus seruus diciẽ scd'm carnẽ. 55.A
Christus archetypus.57. B
Christũ in ecclesia audire oportet. 59.B
Christus dei sapiẽtia. 62.A.296.B
Christus lex noua.65.A.74.A
Christus expectatio gentium. 68.B
Christus quãdo natus. 73.B
Christus quando oblatus in tẽplum,ibi.
Christus ueritas.91.A
Christus petra. 74.B
Christi transfiguratio.76.B
Christus quare sub Herode natus.8.A
Christi natiuitas duplex.9. A
Christũ quærere magnũ, ĩuenire maius adorare ut deũ maximum. 10.A
Christus cur exul fuerit.12.A
Christi indumentum.32.A
Christus ob scandalum,non ob debitum soluit διδραχμα.78.B
Christus aplis seorsum uocatis passionẽ suã inculcare solebat. 87.B
Christus primatum non ambiuit. 88.B
Christus filius Dauid.90.A.95.A
Christũ esse propugnatorem eo q oẽs ad se ueniẽtes in tẽplo,saluaret. 90.B
Christus ueritas omnem sanguinem iustum continet. 98.B
Christus mons magnus.101.B
Christi nomina multiplicia.108.B
Christi & agni paschalis collatio.111.B
Christi umbra,Abel.114.B
Chri corpus ĩ cruce ĩmolatũ,sacramẽtali & spũali mõ sub uelamẽto panis mãducandũ.115.A
Christus pastor.116.A
Chrs orauit,ut pris fieret uolũtas. 116.B

Christus

Christus adiuratus respondit.118.B
Christus dei sapiẽtia,quare illusus.119 A
Christus suã crucẽ primus pro omnibus portauit.123.A
Chrus ἀνμιουργὸς.143.B.
Chrs solo q sanat nras ĩfirmitates 144 A
Christũ qui semel induerũt, nõ amplius mundũ induere debẽt. 158.A
Christi aduentus in carnem, supra naturam.177.A
Christus panis angelorum.193.A
Christus cornu salutis. 189.B
Christus filius Dauid, rõe uirgis.164.A
Christus iustis & sanctis lux est.176.A
Christus cur quærat se à patre derelictũ. 176.B
Christus ea salute qua patres & prophetæ saluatus. 177.A
Christi & Adæ collatio.116.B.202.A
Christus quare oblatus.194.A
Christus oim sacrificiorũ ueritas.194.B
Christus positus in ruinam.195.A
Christũ in tẽplo requirentes.196.A
Christus proficiebat. 197.A
Christus purificationis igne peccata cõsumit.200.A
Christũ inuenire quõ oporteat.205.B
Christus ex re facta & modo faciẽdi cognoscebatur. 207. A
Christũ descẽdere in planiciẽ,qd.210.A
Chri doctrinã q exprimit,cui filis.212.B
Christus cõem uixit uitã, sed moderatã.
Christus Danista.215.B (215.A
Christus uera lux.218.B
Christus,mõs super quem ædificata est ciuitas,ecclesia,ibidem
Christo quis similior.224.A
Chrus semp est in ecclesia maximus,ibi
Chrs ꝓhibuit malorũ ĩprecationẽ224 B
Chrus quãdo uincit fortẽ armatũ, 231.A
Christus Iudæis incredulis signũ.232.A
Chri doctrina uerũ medicamẽtũ.235.A
Christum qui audiant.227.A
Christus Herodẽ uulpẽ uocãs,mores & astutiam notat.241.A
Christi & Herodis anthitesis,ibidem
Chrs ꝓpheta à Mose prædictus. 241.B
Christo excepto,nemo uncq; hominũ satis se humiliare potest.243.A
Chrs nõ erat ĩmolãdo ueteri legi.247 A
Chrus nõ sibi, sed nobis meruit. 253.A
Christi solius meritũ est, ibidem
Chrs nũcq; neq; hic neq; illic sup terrã cũ hoibus cõuersans quærẽdus ẽ.254.A
Chrs solus ĩ spũ & mysterio hic cõspicit
Christus,caput nostrum.265.A (ibidẽ
Chrs solo pctõrũ no,uicula soluit.271.A
Chrs corã Pilato triũ accusabat.247.A
Chrs nõ ꝓhibebat dare tributa Cæs.ibi.
Christus pœnis,non sibi,sed nobis debitis affectus est,276.B
Christus lignum uitæ,ibidem
Christus animarum nostrarum uiuificationis unguentum.279.A
Christus plus q; uir & propheta.280.A
Christus cogi uult,q cogi nõ pot.280.B
Chrs fos amoris,hũano amore cogit.ibi
Christus panis uitæ, aperit oculos & spiritus & carnis,ibidem
Christus quõ cognitus à duobus discipulis,ex fractione panis.281.A
Christus cur manducauerit cũ apostolis post resurrectionem.282.A
Christus in dextra patris sedens adorandus.283.A
Christus nunq; cuiq; carnaliter ad manducandum exhibitus est.319.B
Christus doctrinam suã referebat ad patrem.322.B
Christus in Bethleẽm natus, circũcisus, à magis adoratus.325.B
Christus propiciatio pro peccatis totius mundi.288.B
Christus in scriptura,petra,mõs,lapis angularis dicitur.289.B (290.A
Christi & Mosis legislatoris collatio.
Christus filius Ioseph,non natura,sed lege,ibidem
Christus Nazaræus educatione,ibidem
Christus natiuitate Bethleẽmita, ibidẽ
Christus petra,purificatio nostra. 291.B
Chrs hũanas honorauit nuptias.292.A
Christus uenit ut filius prophetæ,ut seruus.294.B
Christo per hypostaticam unionem aderat deus,ibidem
Christus θεάνθρωπος,ibidem, &.335.A
Christus solum corporaliter à Iudæis uisus, reliqui populi uident fide,modo

 inuisibili

Universidad de Deusto
Biblioteca

inuisibili.296.B (297.A
Christi filij dei & serpētis ænei collatio.
Christus uirtute iuisibili baptizat.301.B
Christi cibus atq; adeo Christiani,est spiritualis, nō carnalis.303.A
Christus quædam habet propria,quæ patri non conueniunt.307.B
Christus ab æterno filius, & in tempore legatus,ibidem
Christus quærēdus ,ppter se solū.315.A
Christus ostium æternum.339.A
Christus ipsa resurrectio.346.A
Christo debemus acceptū ferre, q̄ liberi sumus.348.A
Christus granum frumenti.353.B
Christus humilitatis forma.358.B
Christum lauare oportet, alias carnales manemus..159.A.B
Chrīus uita ē uniuerso corpi suo.366.A
Christus oleo spūs sancti unctus.370.A
Christus solus per se uiuit, cæteri participatione .372.A
Christi uerba nisi maneāt ī nobis,ī Christo manere non possumus.372.B
Christus quō literas nō nouerit.373.A
Christum uere cognoscere.374.A
Christus amicis et inimicis amicus ē. ibi
Chrīs nō accipit testim.ab hoīb9.376.A
Christum nō iudicare quenq̄ quō intelligatur.329.A
Christus substantialis dei sermo.332.B
Christus quō uadat ad patrē,qui semper apud patrē est.380.B
Chrīs uicit mūdū ,p oīb. credētib.381.A
Chrīus oīa ad patris gloriā refert.382.A
Christus ,p quibus patrē rogauit.382.B
Christi qui sint.384.B
Christus sanctificās est & sctīficatus, ibi
Christus exemplar & archetypus, ibidē
Christus imago & character substantiæ dei.394.A
Christus etiā corporaliter diuersis in locis.402.B
Christus apud Aethyopas & Indos colitur religiosius q̄ apud nos.404.B
Christianorū nulla secta qa spūales 16 A
Christianus nō est Christus.374.B
Christiani oēs spūales esse debent.82.A
Christianorum uia.264.B
Christiani non uiuunt carni & mundo, sed spiritui.322.A
Christianum quid faciat.383.A
Chrīanus populus qualis fuerit.405.A
Cibus qui nō perit,filius hominis.315.A
Cibus Ioānis ,gulæ frenū significat.13.B
Cibus,doctrina Christi.315.B
Cibus & potus Christi,facere uoluntatē patris.164.A.303.A
Cibus & potus ad necessitatem sumpta officia pietatis & spiritus.265.B
Circūcisio,initiū iustificatiōis legis.17 A
Circunspectio dñi qualis fuerit.159.B
Claues regni,claues fidei sunt.74.B
Claues,non pōtificia ligandi soluendiq̄ potestas,ibidem
Clauis scientiæ.233.A.74.B
Cleophas Galilæus,à q̄ & Maria Cleophæ denominata.279.B
Collatio pharisæorū & fideliū.24.A.
Commissura panni rudis.41.B
Cœlestia sciri non possunt, nisi ab eo qui fuerit in cœlo.296.B
Cœna magna quare dicatur.243.B
Cœna agni figuralis.359.B
Cœna duplex.360.A
Conuerti à seipso nemo potest.56.A
Conuersæ sunt uniuersæ facies quomodo intelligatur.177.A
Conuersatio qualium fugienda.263.A
Consiliū nō ē aduersus dominū.94.A
Consilium dei latet homines plurimis de causis.235.A
Confidentes in opera propriæ iusticiæ, alios iudicant.216.A
Confidentibus deo nihil deesse potest.269.B
Contemplatio non finitur in altera uita.228.B
Cogitatio humana plerunq̄ infidelitati coniuncta est.347.A
Contēptores dei,qui huius seculi mammonæ seruiunt.249.A
Contemptores , qui credunt & non faciunt.357.A
Contemnere aliquem ,a Christo missum quid.360.B
Cognoscere q̄ filius sit in patre.367.B
Cor quid.31.B

Cor

Cor nostrū ardens erat quid sit.41.B
Cordis silentiū deo locutio est.346.B
Cōminatiōes Chrī quales fuerint.131.B
Cōmunio quid significet.146.B
Corban quid,ibidem
Conscientia pura ac sancta per sindonē mundam significatur.178.B
Corporis & sanguinis pceptio qd.115.B
Corpus Christi p auaritiā traditū.159.A
Corporaliī solū fuit ī Iudæa Chrs.219.B
Corpis ratio nō solū habēda est.232.B
Corporis Christi omnia mēbra uno spiritu uiuunt.265.A
Corpus Christi,ecclesia.349.A
Corpus Christi nisi spiritu Christi moueatur,nihil prodest.466.A
Credere fidei clauis.75.A
Credulorū infirmitates Chrūs libenter fert.77.B
Credere filij dei & diuinitatē & humanitatem oportet.163.A
Credere uidere est.297.A
Credendū corde perfecto.325.A
Credere se posse audire atq; uidere suo spū & mente,nihil potest.356.A
Credo ecclesiam, dicendū.364.A
Credere in deum,ibidem.
Credentes qd expectare debeāt.364.A
Cribrāte satana,boni excutiunt .269.A
Crux quid.48.A
Crux uoluntaria,ibidem
Crux ,ppria nō saluat,sed sola Crī,ibidē
sine Cruce impossibile est quenq̄ saluari,ibidem
Crucis sermone q cōprehendant,ibidē
Crucē dñi portat,qui agit pniam.52.A
Crux tua non in te,sed in Christo aliq̄d est.282.B
Crucifigere prætoriæ erat ptātis.120.A
Crucifixores nō Christū hostiam, sed ipse se hostiam obtulit.123.A
Crucifixores Christi,gentes.123.B
Crucifigimus omnes Christū.405.A
Cura terrenorum mala.236.A
Cura filij dei de perdito hominū genere quanta.81.A
Cur dñs accersiuerit fratres.130.B
Cur dominus iusserit obmutescere spiritum.131.A
Cur Christus prohibuerit,ne discipuli in uulgarent se esse Christū.223.A
Custodia militū magna in templo tēpore passionis Christi.271.A
Cyrus.20.annos regnauit.71.B
Cyrinus uir consularis.192.A

D

DAuid sub lege.4.A
Dauid spūsanctī īstrumētū.95.A
Dare quid sit.34.A
Dare uitā æternam quid sit.382.A
δαιμόνιζω quid significet.211.B
Darius rex.60.regnauit annos.71.B
Dæmones ubi intrauerint in hoīes, nō à deo mittunt, sed permittunt.39.A
Dæmoniaci qui .42.B.45.A
Dæmonij eiectio,ibidem
Dæmonia dum eijciuntur,increpantur non personæ.77.B
Dæmones quos obsidēt,prosternunt in terram.205.A
Dæmones propria præcipitauit uoluntas.409.A
Deus in terris nascit sub Ioseph.4.A
Deus quomodo perfectus.27.B
Dei propriū misereri.31.A
Deo acceptū referre oportet oīa,ibidē
Deus non iubet mala fieri, sed permittit 39.A
Dei iudicium certū.45.A
Deus solus supra omnem creaturā amādus.47.B
Dei benignitas imitanda.82.B
Dei uoluntatis est q̄ saluamur.87.A
Deus omnes saluandos uisitat,uocat,impellit.87.B
Deus non mortuorū,sed uiuentium deus.94.B
Deus semp paratus resipiscentiū misereri.122.A.252.B (131.A
Deus suos ab īmundis spiritibus liberat
Deus primū facit quod carnale & imperfectū ē, deīde spūale & pfectū.150.A
Deus uenerādus in donis suis, q̄ sanctis dare solet.181.A
Deus operatus est gratias suas nō p donū aduentitiū, sed p essentiam.204.B
Deus solus instrumētū eē nō pōt.211.A
Deū ad scismaticos mitte āgelos .223.B

 Deo

Universidad de Deusto Biblioteca

Deo nullæ preces importunæ.230.B
Deus amat oratiõis perseuerantiã,ibidẽ
Deus nulli quicq̃ debet.253.A
Deus quum peccamus auersus est nobis.271.B
Dei benignitate fit ut cognoscamus peccata nostra,ibidem
Deus cõuenit & filio & spũi,sed homonyme.286.A
Deus reuelat se hoibus ,put uult.285.B
Deus homonyme dĩ de angelo.287.A
Deus quãdo homines coniungit.291.B
Deus solus uult quæri.298.A
Deum non inueniet, & seipsum perdit qui deum & seipsum quærit,ibidem
Deum inuenire non possumus, nisi ipse nos prior inueniat.337.A
Deum uidere nemo potest,nisi deus ipse dederit,ibidem
Deus dæmoniorum contritor.340.A
Deus nisi fide,uideri non potest in hoc mundo.365.A
Deum timere,& nõ amare,non prodest 365.B
Denarius numerus qd significet.104.B
Decapoleos situs.20.A.219.B
Decalogi præcepta.23.B
Demolitio quid.31.B
De meo accipiet, quomodo intelligendum.378.B
Dextera quid.26.A.29.A
Desolationis iudicium quod.265.A
Dij quomodo sinus.341.B
Dies ablationis sponsi.41.B
Dies quadifarie nominantur.112.B
Dies tribulationis,dies passionis.177.A
Dies festi septeni ter in anno.306.A
Dies domini quæ.335.A
Dies Christi lux spiritualis.344.B
Didymus quare Thomas dictus.345.A
Digitos auribus inferre quid.147.B
Διδραχμα quid.78 B.
Diabolus crucis mysteriũ omnibus modis impedire molitus .122.B
Diabolus ueteris hoĩs tyrãnus ẽ.295.B
Diabolus homicida.331.A
Diaboli fœtura peccatum,ibidem
Diaboli uerbũ dat mortem.332.A
Diaboli poculum lœtiferum, liuor ,inuidia.341.A
Dilectio saluti necessaria gemina.163.A
Diligere diligẽtes naturæ debitũ.211.A
Diligere inimicos supra naturam ,ibidẽ
Dilectio qua diligere oportet.362.B
Dilectio duplex.362.B (373.A
Diligere proximum maius omni holocausto.95.A
Direptiones,apostasiæ.22.A
Discrimen filiorum dei & mundi .27.B
Dispensationes rerum temporalium nobis sunt imitandæ in rebus spiritualibus.248.B
Discipuli etiam Nazaræi uocati.12.A
Discipuli qui.43.A
Discipulus nudus aufugiens quis fuerit 172.A
Discipuli sensu & fide, sed tantũ in ænigmate deum uidebant.227.B
Discipulorũ duorũ exẽplo, Christus in uia sermo noster esse debet.281.A
Discipulũ esse in occulto,est apte Christum negare.294.A.
Discipuli operati sunt miracula, ut instrumenta.366.A
Discipuli non nisi in præceptore quid possunt.373.A
Diues quis sit.85.A.188.B
Diues seculi felicitatem in externis ponit.235.B
Diuites huius seculi uiuunt ,ac si nulla esset dei prouidentia.236.A
Diuitiarũ & bonorũ terrestrium dispensatores sumus.248.B
Diues epulo an perpetuo sit damnatus 251.A
Diuinus amor obfuscat humanũ.219.A
Diuina bonitas cognoscitur ex hoc qd' etiã malis abũdantia dari solet.236.A
Diuinæ prouidentiæ est,habere necessaria,ibidem
Diuina iusticia ultrix.244.B
Diuinus amor,iusticia & misericordia, idẽ rex sunt in regno,ibidem
Diuina sensibus nostris peruia non sunt 296.A
Diuinitas radix.372.A
Donec peperit filium suũ primogenitũ, quomodo intelligendum.6.A

Donec quid

Donec quid significet.152.B
Dona fidei.180.B
Dominus irrita facit cõsilia omnium cõtra se molientium.9.B
Domine domine,qui sint qui hoc dicant 35.A
Dominus ob malorum blasphemiam nõ moratur benefacere.43.A
Dominus messis.43.A
Dominus arguit discipulos paucitatis intelligentiæ spiritualis.73.A
Dominus ne contemnantur paruuli quare uoluerit.81.A
Dominus lauat intus & foris .171.A
Dñs nõ sibi sed nobis orauit.270.A
Domus patris quæ sit.196.A
Domus pharisæi,Iudæa.215.B
Domus scopis mundata.231.B.
Dormitio quid significet.270.B
Dormire quid.116.B
Doctrina noua,doctrina gratiæ.208.A
Doctrinam dei audientes, cui similes sint.212.A
Donum & gratia est remissio peccatorum.216.A
Duces qui.68.A
Duo pisces.65.B
Duo filij duos populos significãt.246 B
Duodecim tribus Israël uniuersa multitudo credentium.85.B
Duodecim apostoli instar duodecim tribuum habiti.226.B
Dum complerentur dies assumptionis, quomodo intelligendum.224.A
Duritia Iudæorum.375.A

E

ECclesiæ tres lapsus.119.A
Ecclesia mater nostra.379.B
Edicti Cæsaris emissio , uniuersæ pacis indicium.192.A
Efficax oratio domini.276.B
Effusio unguenti bonum opus in toto orbe annunciandum.351.B
Eiectio foras quid.37.B
ἐκατόνταρχος quid.214.A
Elizabeth soror Annæ.184.B
Elizabeth occultabat sese.185.B
Elizabeth cõfitetur Mariam matrem esse Mesiæ.187.B
Elias tempore famis ductus ad mulierẽ Sareptanam.204.B
Eleẽmosyna ex proprijs bonis danda 232.A
Electus uno tempore, alio reprobus fieri potest.269.A
Emmanuel quid.6.A
Emaus dicta ẽ Nicopolis.180.A.279.B
Enoch translatio.4.B
Encœnia qualia festa,& quãdo celebrabantur.340.A
Ephrata quid.9.A
ἐπίβλημα .133.B
Erugo quid.31.B
Erit nomen eius unum,quomodo intelligendum.176.A
Esaias Christum semen longæuum uocat.2.A.
Esaias occisus.92.B
Essenorum secta quæ.14.B
Esuries & sitis Christi.159.B.
Esurire Christum quid sit.91.A
Esurientes qui sint.188.B
Et super hanc petram ædifi &c. quomodo intelligendum.74.A
Euangelium regni.20.A
Euangelij officium.51.B
Euangelium ferme totum parabola est 59.B
Euangelium uerbum pacis.60.B
Euangelium ex se,non ex concionatoribus uerum est.110.A
Euangelium prædicatur nunc,apud prius incognitas insulas.167.A
Euangelium prædicatur electis ad salutem,reprobis in condemnationem 167.A
Euãgelium prædicare omni creaturæ quid.180.A
Euangeliorum multi scriptores.182.A
Euangelij totius Ioannis hypothesis est diuinitas Christi.284.B
Euangeliũ nullus loquitur præter Christum.304.A
Euangelium quid.308.A
Euangelistæ tantũ quatuor .182.A
Euangelizare pauperibus.204.B
Eunuchi triplices.84.B
Euilmerodach uigintitres annos

regnauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

regnauit.>1.B
Eumonius hæreticus.167.A
ἀυλάξια quid.176.B
Euæ & Mariæ collatio.186.A
Ex Aegypto uocaui filium meum,quomodo intelligatur.10.B
Excisio,uitæ tẽporalis obtrũcatio.16.B
Extensio manus Christi.37.A
Exquirendũ quis dignus uerbo.45.A
Excussio pulueris pedum quid.45.A
Exurgens autem Maria quid.187. A
Externa sanctitas sine interna nulla est 199.B
Excessus quid significet.223.A
Exaltari solius dei est.243.A
Exaltatur nemo merito,sed gratia,ibidẽ
Expiationis locus an sit.250.B
Extra synagogam fieri quid sit.336. A
Exuere uestes exteriores.159.A
Exire à patre quid sit.380.A.382.B
Exire aliquando pro generari accipitur 380.A

F

FAcies conscientia.31.B
Fames animarum.22.A
Fames,inopia doctrinæ.246.B
Fames ducit ad cœlum.315.B
Facere quod in se est.366.B
Fermẽtum,pharisæorum doctrina.16.A 62.A.149.B
Felices qui uere adorant Christum.8.A
Festuca.24.A
Febris cessit imperiosæ increpationi. 205.A
Filius dei est qui inuitat ad nuptias 243.A
Filij huius mundi, prudentiores filijs lucis,quid sit.248.B
Filiorum est obsequi uoluntati patris 331.A.382.B
Filium dei coram mundo confiteri quanta gloria.356.A
Filij Adam per peccatum mortui.361.B
Filiorum dei & mundi discrimen.27.B
Filij regni.37.B
Filij dei quomodo sint.286.A.331.A
Filius patri κατὰ τὴν μορφὴν æqualis.167.A
Filius character paternæ substantiæ, & sigillum.315.A
Ficus tantum folia habens pharisæorũ typus.91.A
Finis diuitis mundi.qui.236.A
Finis diuitis in deum qui,ibidem
Fidei Abraham signũ,circuncisio.4.A
Fidei Dauidis signum, Goliæ prostratio,ibidem
Fides lux filij dei.10.A
Fides ueritatis imitatio.27.B
Fidem sequitur humilitas,hæc adorat dominum.37.A
Fides Centurionis.37.B
Fides quæ in Christum non est, superstitio est.78.A
Fides ferrum,deus ignis operans.78.A
Fide Iesu eijciuntur dæmonia,ibidem
Fides imago ueritatis.91.A
Fides infusa reuera fides, non ea quæ ex nobis nascitur.91A
Fide uera,nõ quæ nos uolumus fiũt,sed quæ deus,ibidem
Fides Heliæ,ibidem
Fides à deo est,ibidem
Fides infelicitatem propellit.153.B
Fidei dilectio coniungenda est.162. B
Fides paralytici agnoscitur ex tecti deiectione.133.A
Fidei Mariæ commendatio.187.B
Fides unde dicta sit.252.B.403.B
Fides omnem excludit dubitationem, 252.
Fides uera & uiua,nõ nisi desuper haberi potest,ibidem
Fides ex auditu,nẽpe dei.286.A.317.A 366.B
Fides & amor,mors peccati & uita iusticiæ sunt.288.B
Fidei uisio melior ꝗ corporis.296.B
Fides ociosa,mortua est.297.A
Fides non est operum signum,sed opera signa fidei,ibidem
Fides facit in hoc mundo occulte uiuere uita æterna.299.B
Fides lumen omnium.301.A
Fidẽ qui non habet, mortuus est.308.A
Fides una parit alteram.346.A
Fides supra rationem est,ibidem
Fides uisio est qua uidetur deus.355.B
Fide cognoscitur deus.329.A

Fidẽ uenerat deus in silentio.278. B
Fide cognoscitur Iesus.401. B
Fidei defectus auersionem à deo facit 401. B
Fidere quid sit.403. B
Fideliũ & pharisæorũ collatio.24. A
Fideles operantur, sed sibi nihil tribuunt.23. B
Fidelis seruus & prudens quis dicatur 103. A
Fidelitati studendum esse in hoc mundo quo participes reddamur æternorum bonorum.249. A
Fideles quõ patrem accedant.329. B
Fideles & infideles audiunt uerba dei, sed illi credunt,hi non.356. B.
Flagella dei non curat medicina humana.220. A
Flatus ab austro quid designet.238. A
Fletus & stridor dentium quid.62. B
Flumina.30. B
Flumina aquæ uiuæ.325. A
Fluctus quid.66. A
Forma orantis.116. B
Fortis armatus diabolus.231. A
Fodere circa ficum quid.240. A
Fœtus masculus citra.40. diem animatus esse non solet.187. B
Fœneratores qui.211. B
Fragmenta quæ superfuerũt quid.65. B
Fratres reducendi sunt ab errore, exemplo eius qui ouem perditam requirebat.81. A
Frater requisitionẽ contemnens, relinquendus est.81. B
Fraternitatis carnis et spũs collatõ,ibidẽ
Fratres domini.321. B
Fremitus Iesu quid significet.347. A
Frigus externũ interioris charitatis extinctionem significat.389. B
Fructus spiritualis arboris.387. B
Fructus bonus,fides atq; eius opera adiuncta.16. B.56. A.212. A
Fructus malus infidelitas, eiusq; opera quæ carnis sunt,ibidem
Fructus cẽtesimus,sexagesimus,tricesimus.60. A
Fructus ex morte Christi.343. B
Fructus uitis,Euangelium.371. B
Fructus spiritualis arboris.387. B
Fundamentum.35. B
Fullo,Christus.41. B
Furtũ maius esse nõ potest ꝗ quod deo surripitur.339. A
Fur & latro qui per Christum ostium nõ intrat..338. B

G

GAlilæorũ secta qualis.16. A
Gaulonitæ,ibidem
Galilæa quid significet.127. B
Gazophylatium quid.164. B
Gabriel.185. B
Gadara ubi sita.219. B
Generatio ab Adã ad Christũ nota.2. A
Generatio à Christo ignota,ibidem
Generatio quadruplex,ibidem
Generatio adultera q̃.150. B.231. B
Generatio Christi ultra captum humanum.380. B.403. A
Gentes in tenebris sedentes.190. A
Gentes ignorantes Christum crucifixerunt.276. A
Gentes salutem assecutæ sunt morte & beneficio Christi.349. A
Georgius trapezontius Ioannem Euangelistã non esse mortuũ sentit.409. B
Gehenna cui debeatur.24. A
Gehenna quid.26. A
Geraseni quorũ typi.39. A
Geraseni ubi siti.219. B
Gennerasení quid designent.66. A
Gethsemani unde nomẽ sortit.116. B
Gladius uerbi separat etiã à seipso.47. B
Gladius uerbi dei,amoris gladius, non odij,ibidem
Gladius materialis omne nocẽdi instrumentum,ibidem
Gladius spiritus.195. B
Gladius uerbum dei.238. A.269. B
Gladij duo quid significent.269. B
Gloria maior eorum,qui sub noua ꝗ sub ueteri lege fuerunt.61. A
Gloria domini quæ.199. A
Gloriæ aut honoris nihil uindicandũ,nisi quod desuper datũ est.298. B
Glorificare morte sua,magna est gloria 408. B
Golgoltha caluariæ locus uñ dicto.123 A

Universidad de Deusto Biblioteca

Gratia dei non nostris adscribenda meritis.45.A
Gratia dei gratis accepta, nullo precio uenundari potest, ibidem
Gratia dei non infunditur, nisi post resipiscentiam.19.B
Gratia salutis nō debet operibus.199.A
Gratia dei est, si non peccamus.235.A
Gratias nemo unq̃ referre potest etiam pro minimis.256.B
Grabbatū literam designat.306.B
Granum sinapis.61.B
Græcorum regnum 180. annos durauit 71.B
Grex porcorum quid significet.39.A

H

HAmus quid significet.78.B
Hæmorrhousa ciuis Cæsareæ Philippi.42.B
Hæsitatio à nobis:91.A
Hæretici satanæ afflantur halitu.101.A
Hæretici alieni à uero pastore.338.B
Hæmorrhois ex eo morborum genere quos μασιγας uocant.140.A
Hæc est uita æterna, quomodo intelligēdum.382.A
Herodes primus ex alienigenis sceptrū obtinuit.8.A
Herodes nō erat rex natus quemadmodum Christus, ibidem
Herodes rex quare perturbatus.8.B
Herodes quare accersiuit magos clanculum.9.A
Herodes crudelis.10.A
Herodes eū qui salus erat uolebat perdere.11.A
Herodis filius occiditur, ibidem
Herodes quādiu uixit, Christus in Aegypto permansit.11.B
Herodes quando iusserit υπιοφονιαν exerceri, ibidem
Herodes Galilææ tetrarcha.64.B
Herodes Ioannem occidit, ne periurij accusaretur.65.A
Herodes simulationis typus, ibidem
Herodes Christū Ioānē putabat.74.A
Herodis regnū.103. annos duranit.71.B
Herodes de hæresi sadduceorū.149.B 222.B
Herodes à Caio Cæsare exilio damnātus.200.B
Herodes ad quem Christus missus, idē qui & Ioannem decollauit.274.B
Herodias synagogæ satanæ typus.65.A
Herodias paternam transgrediens legem.200.B
Herodianorum secta qualis.16.A
Heldad & Medad spiritu dei repleti in castris.226.B
Heliæ fides.91.A
Hebdomadæ apud Danielem annorū sunt.70.B
Hebræorum regnum transijt ad exteros.73.B
Hebræi sæpe utuntur præsenti pro futuro.77.A.186.B
Hierosolymæ situs.20.A
Hierosolyma capta, occisi sexcēta milia uirorum.101.B
Hierusalem nusquā dicitur καινὴ ἁγία πόλις 88.A
Hierusalem terrestris typus cœlestis patriæ.90.A
Hieremias cæsus.91.B
Homo duplicis est substantiæ.32.B
Homo spiritualis.34.A
Hominum iudicium fallax.45.A
Homo mollibus uestitus quis.50.A
Hominum doctrinæ non sunt plantatio patris.67.B
Homo per uerbum dei saluus fit.60.A
Homo spiritu immundo cur adorauerit Christum.140.A
Homo qui incidit in latrones, primus parens noster.228.A
Homo tantum dei instrumentum se reputare debet.235.B
Homo nobilis, Christus.258.A
Homines omnes præter Christū, lignū aridum.276.B
Horreum patrisfamilias.61.B
Hosiahna quid.90.A
Hora cœnæ, finis mundi.243.B
Hostes animæ, spūales nequitiæ.369.A
Humanæ potestati non tribuendum, q̃ quis saluatur.85.A
Humana diuinis addere, est aqua uinum diluere.232.B

Hūanæ in-

Humanæ institutiones in lege dei nihili pendendæ.232.B
Humana mens de ijs quæ dei sunt, non sit solicita.291.B
Humanitas Christi uinea & uitis.371.A
Humana natura in Adam uiciata.372.B
Humilitas à Christo discenda est.157.B
Humiles solum deum, non se respiciunt 188.A
Hydriæ sex, quid significent.291.B
Hydropicum sanare, quid.242.B
Hypocrisis ueritati contraria.29.A
Hypocrisis cauenda.31.A
Hypocritarum opera, quæ.35.A
Hypocritæ iudicant omnes.41.A
Hypocritæ grauius offenduntur ob hominum, q̃ dei doctrinas.68.A
Hypocrisis Herodis.144.A
Hypocritæ, non dei, sed hominum gloriam quærunt.96.B
Hypocrisis excæcat, q̃ minus rerū diuinarum intelligamus.238.A
Hysopus, quid designet.398.B

I

IAcobus, Ioses &c. quomodo fratres Christi.63.A
Iacobus frater Ioannis gladio occisus.93.B.98.B
Iacobus iustus e' pinna templi præcipitatus.93.B
Iactatio nauis, quid.66.A
Idololatria est, tribuere creaturæ quod creatoris est.315.B
Ieiunij Christi figura fuit Moses.18.B
Ieiunio Christus satisfecit intemperantiæ primorum parentum. Ibidem
Ieiunio suo sanctificauit Christus omne ieiunium. ibidem
Ieiunare hominibus, malum.31.A
Ieiunare deo, bonum, ibidem
Iesus inuenit in medio scripturæ.197.A
Iesum flere super ciuitatē, quid.260.A
Iesus quare se noctu in montem recipiebat.266.A
Iesus cōuersus ad eos, qd significet.289.A
Iesum super labrum fontis sedere, quid sit.302.A
Iesus à Samaritana muliere petijt aquā, ut suam inopiam agnosceret, ibidem
Iesus, æternæ uitæ portus.315.B
Iesum scribere digito in terrā, qd.319.B
Iesum aliquē amare, maximum.400.B
Ignis supplicium.16.B
Ignis expiatorius.24.B.25.A.B
Ignem mittere in terram, quid.237.B
Ignis charitas est.238.A.301.A
Igne spiritussancti quicquid carnale est, absumitur.281.B
Ignorantia dei.375.A
Illuminamur spiritu dei sua bona uoluntate.272.A
Illuminamur fide & ueritate, relicta ratione nostra.290.B
Illiberalitas epulonis taxatur.250.A
Imitatiōe uitæ & mortificatiōe affectuū sequendus est Christus.156.B
Immolatiōis Christi quæ caussa.276.A
Impletio mandatorum Christi.373.B
ἡμότια in quatuor partes diuisa, quid designet.397.B
Initiū iustificationū legis, circūcisio 17 A
Initium iustificationum legis gratiæ, baptismus ecclesiæ, ibidem
Inimici, carnales affectus.47.A
Inimici nostri, spiritus tenebrarū.189.B
Inimicos esse diligendos.210.B
Inclinare aurem.62.A
Infernus per caminū intelligitur.62.A
Inferi ex quibus dominus reducit, expiationum loci.251.A
Intelligētia scripturæ spūalis sine literaria haberi nō pōt, sed bñ ecōtra.63.A
Intelligentia sacrarum scripturarum diuinitus datur.296.A.345.A
Inuenire ouem errantem, quid.81.A
Inuētus q nō fuerit à Chro, perit.259.A
Intrare in tētationem, quid.116.B
Intrare quid sit.338.B
In oratione perseuerandum.117.A
In nomine, & non in nominibus, significat deitatis unionem.127.B
In stolis ambulare qui cupiant.164.B
In gaudio quid sit attendendum.227.B
In actione uiuentes, uarijs distrahuntur curis ac solicitudinibus.228.A
In sermone dei qui permaneant.330.B
Infidelis seruus, quis.32.A (70.A
Incredulis nullū signū datur, nisi Ionæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Infideles à deo relinquuntur.>3.B
Incredulitate nihil deo ingratius.>>.B
Infidelitatis comes,contemptus.143.B
Infidelis putat deũ aliquid latere posse 223.B
Infidelis,operarius iniquitatis est. 241 A
Infidelitatis signũ deseruisse dñm 269 A
Infidelitatẽ mors aiæ comitatur.309.A
Infidelitas,signum quod ipse erat Christus,ab Esaia iam prædictum.355.B
Infidelitas scribarum, ibidem
Infideles per mundũ intelligunt.383.A
Infidelitatis nube pdit Satã orbẽ.400 A
Indui uirtute ex alto,quid sit.283.A
Indumentũ Christianorũ unicũ.222.B
Inuitati ad nuptias uenientes, fideles 243.A
Inuitatos ad conuiuiũ cœleste, nihil remorari debet,ibidem
Innocẽtia Christi reconciliat oia,2>4.B
Indefinitũ pro præterito perfecto.313.B
Iniuriæ & contumeliæ quatenus ferendæ.332.A
Interrogare quos soleamus.3>4.A
Incognita caussa neminem licet cõdemnare.393.A
Institæ uincula sepulchralia,34>.B
Ioacim captus. 8. anno Nabuchodo. (>1.A
Ionas signũ Niniuitarũ.231.B.
Iona, filius columbæ.408.A
Ioseph gignitur,& non gignit.3.A
Ioseph à generationis functione excluditur, ibidem
Ioseph quare noctu ab angelis excitatus.10.A
Ioseph Aegypti saluator. 10.B
Ioseph iuuenis fuit,ibidem
Ioseph cur toties pangelũ admonitus. (11.B
Ioseph spiritualis exprimẽdus est Christianis.1>8.B
Ioseph pater Christi,lege, non natura. 195.A
Ioseph βουλευτὴς Arimathiẽsis,2>>.A
Ioannes quid prædicauerit. 13.B
Ioannes,uox, ibidem
Ioannis uestitus,ibidem
Ioannes uenit in spiritu Heliæ, ibidem
Ioannis cibus, ibidem
Ioannes,pœnitentiæ typus.14.A
Ioannes quare plus q̃ propheta. 50.A
Ioannes & baptisma & mortem Christi prædixit, ibidem
Ioãnes uetus lex umbra et uestigiũ 50 B
Ioannes prophetiam & legem ueterem clausit,ibidem.&.64.B.>4.A
Ioannes ab omnibus magnæ sanctimoniæ habitus. 64. B
Ioannes nõ multum post Christi baptismum sublatus.>4.A
Ioannis καταλείμματα corporis nusquam esse feruntur.>4.B
Ioannes sola aqua baptizabat.130.A
Ioãnes euãgeliũ suũ scripsit ĩ Asia.182 A
Ioannes in spũ & uirtute Heliæ.185.A 28>.B
Ioannes lucerna.189.B.309.B
Ioãnes quõ ante Christũ præibat.190 A
Ioãnes interna & externa sanctitate clarus. 199.B
Ioannes in castellum Macherunta uinctus abductus.200.A
Ioannes quo rigore uixerit.215.A
Ioannes gratiam significat. 268.A
Ioãnes ultimo euangeliũ scripsit.284.B
Ioannes,quæ alij euangelistæ suppresserunt,adiecit,ibidem
Ioannes aquilæ comparatur, ibidem
Ioannes Bap.lucis testis.286.A
Ioannes Helias non est,quomodo intelligatur.51.A.28>.B
Ioannes plus q̃ propheta,ibidem
Ioannes uetus lex semper testimonium dat Christo.289.A
Ioannes figura legis, & uetustatis conclusio.298.B
Ioannes quare gaudebat.299.B
Ioannes Hebræorũ more usurpat præsens pro præterito.330.A
Ioannes quõ recubuerit in mẽsa.361.A
Ioãnes frequẽter hebraismos admiscet. 36>.B
Iosias fidei & legis instaurator,& simulachrorum demolitor. 4.A
Iosias repperit legẽ,eãq̃ obseruari curauit,ibidem
Ire ad patrem,qd.365. A
Ira Christi,qua super cæcitate irasceba-
Ira dei ultio & uindicta. 299.B
Iscariotes unde dictus. 44.B
Israël.188.B
Israël non in tenebris.195.A
Iudas filius perditiõis potestatẽ æqualẽ cũ reliquis accepit apostolis. 44.B
Iudas auarorum,furum, simulatorum typus.109.B
Iudas auarorum,institorum,sacrilegorũ antesignanus. 111. A
Iudæ umbra,Cain. 114.B
Iudas συμπαθία laborat.121.B
Iudas scelerata cõscientia ĩmũdus.1>1.B
Iudas etiã signa fidei habuit.181.A
Iudas figura eorũ qui carnẽ Christi solũ in uisibili signo suscipiunt.319.B
Iudas non emptor, sed uenditor.361.B
Iudas ad apostolatũ accitus.360.A
Iudas,perditionis filius. 384.A
Iudas personam gessit serpentis. 38>.B
Iudææ situs. 20.A
Iudæi diẽ à uespera incipiunt.112.A
Iudæi crebro usi sunt unguentis.1>9.B
Iudæi doctrĩa Chri scãdalizant.204.B
Iudæorum infidelitas.214.A
Iudæi spiritu,gloriæ dei cõfitentes sunt. 302.A
Iudæi dexteram dicunt sinistram. 303.B
Iudæi arbitrabant Christũ corporaliter super terrã mansurũ in æternũ.355.A
Iudæi quare credere nõ poterãt. 355.B
Iudæi quãdo comederãt pascha. 390.A
Iudæi negantes se regem habere,negauerunt se deum habere.39>.A
Iuuenis apparuit mulieribus. 1>9.B
Iugum uet.legis asperum.52.B
Iugum Christi suaue, ibidem
Iumentum,humanitas Christi.228.A
Iudicium cui debeatur. 24.A
Iudicio contendere non licet in noua lege.2>.A
Iudicare qui alios uult, debet esse spiritualis.34.A
Iudicant omnes hypocritæ.41.A
Iudicium dei rectum.45.A
Iudicium hominum fallax,ibidem
Iudicandi qui. 51.B
Iudicium à deo quisq̃ recipiet transactæ uitæ.>5.B
Iudicium diei extremi non curiose inquirendum.102.B
Iudicia mundi quæ. 235.B
Iudex iniquitatis.255.B
Iudicij dies repentina, quibus formidabilis.265.B
Iudicium & condemnatio, mors secunda. 29>.B
Iudicium dei duplex.30>.B
Iudicium facere quid sit.308.B
Iudicis est,aut sontẽ iudicare, aut insontem absoluere.389.B
Iurare in noua lege omnino prohibetur 26.B
Iurare per templum. 9>.B
Iusti in memoria æterna. 1>0.A
Iusti nõ uocantur ad pœnitentiã. 41.A
Iustitia duplex.32.B
Iustitiã internã requirit deus.98.A
Iustificatio fit fide primum, deinde charitate.288.B

K

Κάμηλος anĩal & funis nauticus.85.A
Καθηγηταὶ inter fratres ne uocentur 9>.A
Καταρτίζομαι quid significet. 212.A
Κακοῦργοι. λῃσταὶ καὶ ἄνομοι pro eodem accipiuntur.2>5.B
Κεχαριτωμένη,quid. 186.A
Κιβώτιον.193.B
Κοινόω & Κοινωνέω,quid.14>.A

L

Lapides, ptinaces & obstinati.14.A
Lapis, Christus.92.A
Lapidẽ reprobasse ædificantes, quid significet. 262.A
Lapsi orationibus iuuantur, etsi humanis non paruerint consilijs.82.A
Latro sinister,filiorum perditiõis typus. 123.B
Latro dexter,filiorũ miserationis typus ibidem
Laus Ioannis ad uet.legẽ ptinet.215.A
Laboraui sustinens,quid sit. 302.A
Lauare faciem.31.B
Lauare nos,quid sit.359.B
Lazarus,hospitalitatis typus.109.A
Lazarus,quid designet.1>0.A
Lazari interpretatio.250.A

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lazari & epulonis collatio, ibidem
Lazarus non longo tẽpore ante passionem suscitatus est. 344. A
Lazari monumentũ ad Theodosij imperatoris tempora durauit. 347. A
Lazarus typus peccatoris. 347. B
Lazarus nihil est, sed omnia in Lazaro Christus. 352. A
Lex uetus figura & umbra nouæ. 16. A
Lex noua, ueritas & lux, ibidem
Lex uetus nõ tollitur, sed fide perficitur 24. A
Lex, quam gentes expectabant. 55. A
Lex spiritus necessaria. 47. B
Lex noua gratiæ & reconciliationis est 163. A. 328. A
Lex uetus rigoris & timoris, ibidem
Lex naturæ omnibus inscripta. 210. B
Legis ueteris & nouæ pulchra collatio. 287. A
Lex uetus debet audire nouam. 299. A
Legitima generis humani propagatio, quæ. 291. B
Legisperitus, tentator. 227. B
Leprosus q̃re ad sacerdotẽ missus. 37. A
Leprosus, peccatorum typus, ibidem
Leprosi mente, qui. 45. A
Leprosis in ciuitatibus habitare nõ licet 207. A
Leprosi stant à longe, quare. 253. B
Libellus repudij. 25. B
Linum fumigans. 55. A
Litera uetustate extincta ad spiritus nouitatem recurrendum. 65. A
Litera sacræ scripturæ rudis quidam potus animæ. 319. B
Libanus. 152. B
Lithostrotus quid significet. 397. A
Locus pascuæ, quis. 32. B
Locus desertus, quid. 65. A. B
Lux filij dei fides. 10. A
Lux, quid. 16. A
Lugentes mundani. 22. A
Lugentes spirituales, ibidem
Lucem mundi amans, propriæ est amator gloriæ. 298. A
Lupi rapaces. 35. A
Lunatici unde dicantur. 77. B
Luna, mundi altrix. 102. A
Lucerna sine oleo. 105. B
Lucerna, quid. 137. B. 218. B
Lumen lucernæ. 218. B
Lucernam subter lectum, qui dicãtur ponere, ibidem
Lucerna quãdo sub modio ponit. 232. A
Lucernas ardentes habere in manibus, quid. 237. A
Lucas euãgelium suũ scripsit in Achaia 182. A
Lucas, Syrus. 182. B
Lucas omnium diligentissime cõscripsit historiam euangelicam, ibidem
Lutum peccata significat. 335. A
Lysanias Abylenæ tetrarcha. 64. B

M

Maria sola θεοτόκος. 3. A
Maria dei parens. 5. A
Mariæ custos, Ioseph. 5. B
Maria stella & illuminatrix. 9. B
Maria radix. 12. B
Maria nõ solum carne, sed & spiritu mater est Christi. 58. A
Magnificatio dei per Mariam. 188. A
Maria, ecclesiæ typus. 193. B
Maria quare ad templum uenerit, ut purificanda, ibidem
Maria cur Christum triduo amissum alloquuta sit, & non Ioseph. 196. A
Maria omnes alias matres beatitudine antecedit. 231. B
Maria, filia Hierusalẽ scd'm spm̃. 275. A
Mariæ, sororis Lazari fides. 346. A
Mater & frater Christi est, qui uoluntatem patris facit. 58. A
Mater uidua, ecclesia Iudæorum. 214. B
Margaritæ. 34. A
Margarita preciosa, Christus. 62. B
Martha, Maria & Lazarus, personæ honorificæ. 345. B
Magdalenæ ĩ forma hortulani apparuit Christus. 180. A
Magedan & Dalmanuta, terra eadem
Marthæ infidelitas. 347. A (293. A
Magi quare regressi per aliam uiã. 10. A
per Magos figurantur gentes. 9. A
Magi anno iam reuoluto uenerunt adorare Christum. 11. B
Magi dñm ĩ Bethleẽ adorauerũt. 196. A

Matthæus suũ euãgeliũ scripsit hebraice
Matthæus binomius. 207. A (8. B
Matarea, locus ĩ Aegypto ultra Cairũ, in quo Chrs ab infanticidio asseruatus ẽ
Manus dextra, qd. 26. A. 29. A (10. B
Mansiones multæ. 364. B
Mammona, quid. 32. A
Mammõ. i. iniquæ diuitiæ, quare. 249. A
Maranici in Iudaismũ reciderunt. 57. B
Mare, mundus est. 59. B. 407. A
Malorum doctrina attendenda est, non uita. 96. B
Mathematicorũ uanitas arguitur. 102 B
Machabeorũ regnũ. 103. annos durauit
Magdalum, turris, ibidem (71. B
Magedan, dulcis fructus. 69. A
Magedan unde dicta. 149. B
Malchi auris restitutio, quid. 117. B
Malchus attactu Christi & corpore & mente sanatus. 388. A
Mandatorum ordinatio. 163. A. B
Maledictus qui confidit in hoĩe. 311. A
Maledicentibus benedicendum. 210. B
Manibus apud inferos aliqd pij affectus inesse erga suos. 250. A (uit. 403 B
Marcion resurrectionẽ mortuorũ nega-
Marcus, Ioãnes Marcus q̃re uocatus 404 B
Marcus cõsobrinus Barnabæ. 129. A
Marcus Petri & Pauli sectator, ibidem
Marcus matrẽ Hierosolymis habuit, ibi
Marcus in Aegypto & Alexandria prædicauit Christum, ibidem
Marcus, Petri interpres. 129. B
Marcus nõ epitome tantũ scripsit, ibidẽ
Marcus, Petri discipulus. 171. B
Magnus sabbati dies, cur uocat̃. 391. B
Manna, figura panis uitæ. 317. B
Mannæ & panis uitæ, nẽpe Christi collatio, ibidem
Manducare panem de cœlo, quid, ibidẽ
Manducare spiritu, non est aliquid conterere. 318. A
Manducat carnem, qui credit, ibidem
Manducatio sacramentalis, nihil potest sine interna & spirituali manducatiõe 318. B
Manducatio sacramentalis est solum rememoratio quædam internæ manducationis, ibidem
Manducans sine fide, iudicium sibi manducat, ibidem
Manducare pascha, quid. 391. B
Mesias, filius Dauid. 2. B
Mesiã esse natũ, cur Hierosolymã deus noluit latere. 9. A
Mesias propheta ille in lege promissus 287. B
Μετάνοια, quid. 13. B
Mel syluestrũ Ericæũ uocat Plinius, ibi.
Messis. 43. A
Messis dominus, ibidem
Mente infirmi. 45. A
Mẽtis humanæ & lychni cõparatio. 31. B
Mentium ancora, fides. 369. A
Menta. 98. A
Mendaciũ ueritatis capax non est. 91. B
Mendaciũ custodiẽtiũ sepulchrũ. 127. A
Mẽsam domini nemo accedat, nisi purificatus. 292. A
Memoria, prõptuariũ uolũtatis. 147. A
Memoria terrenorũ & pctõrũ cruciat
Mercenarij, qui. 247. A (381. A
Μήποτε rectius uertere t̃, ne unq̃. 19. A
Μὴ γένοιτο, deprecatoriũ est. 262. A
Micheas cæsus. 92. A
Mitis corpore. 22. A
Mitis spiritu, ibidem
Misericordia dei nullis clauditur finibus 82. B
Misericordes temporaliter. 22. A
Misericordes spiritu, ibidem
Misereri, dei proprium. 31. A
Misericordiã faciẽs, pximus est. 228. B
Miseri qui sint. 210. B
Missio foras, reprobatio est. 22. B (B
In misso mittẽs cõtẽnit̃ aut suscipit̃. 45.
Mitti à dño magnũ quiddã est. 143. B
Micæ cadentes à mensa, quid significẽt. 68. B
Minus malum, non creari, quàm perpetuo damnari. 114 B.
Mœchia exterior & spiritus. 25. B
Moses librũ legis à mundi genesi, Matthæus euangelium à conditoris mundi, Christi incepit genesi. 1. B
Moses & Helias in mõte, legem & prophetas significabant. 76. B (A
Moses accusabit Iudæos ĩcredulos. 311.

Mortis in Christo merces, uita & gloria sempiterna.11.A
Mors corporea nõ est timenda.47.A
Mors corporalis, somnus dicitur.141.A
Mortuus quis sit.346.A
Mortificatio Christi in corpore nostro portanda.354.A
Mortificatio ueteris hominis Christiano necessaria, ibidem
Mors mundi, quæ, ibidem
Mors Christi tollit Adæ uenenũ.288.B
Montem transire.78.A
Mõs iuxta Baldacẽ, orõne trãslatus, ibi
Mons, eleuatio mentis.210.A
Mons oliuarũ, cœlum significat.328.A
Mulieres, ut Thamar, Raab &c. ĩ genealogia Christi quare numerentur.4.B
Mulier, ecclesiæ symbolum.25.A
Mulier illa, quæ Christũ unguẽto perfuderit, quæ fuerit.109.B
Mulieres steriles multæ in scriptura reperiuntur.187.A
Mulieres sæpe ad monumentum profectæ.179.B
Mulier spiritum infirmitatis habens, synagoga.240.A
Mulier in naturali generatione, ut caro & materia.286.A
Mulier reliquit hydriam, quid.303.A
Mundi retia, terrenarum opum cupiditates.20.A
Mundus, hoĩes mundani.80.A.286.A
Mundi, quos Christus mundat.170.A
Mũdus quid significet, quando dicit: Sic deus dilexit mundum.297.B
Mundus ante Christum non regnũ, sed tyrannis fuit.354.B
Mundus, quid sit.384.B
Mundus patrem non cognouit.385.B
Mundus nõ capit Christi spiritũ.410.A
Mutus & cæcus.55.B
Mutuo dãdum esse.210.B
Myrrha à magis oblata, quid.9.B
Mysteria dei, quibus reuelentur.60.B

N

NAaman Syrus ignotus ad Heliseũ uenit fide.204.B
Naim ubi sita, & quid peream intelligatur.214.B
Nabuchodonosor regnauit.45. annos 70.B
Nabuchodonosor qũ filij dei & humanitatem & diuinitatẽ confessus.73.A
Nathanaëlis confessio.230.A
Natatoriũ Siloẽ, quid significet.335.A
Nauis, ecclia.59.B.65.A.66.A 407.A
Nauim abduci, quid.207.A
Nazareth unde dicta.133.A
Nazareth Galilææ ẽ ciuitas.185.B.205.A
Nazarenus, quid.12.A
Nazarenus unde dicatur.397.B
Nemo à seipso conuerti potest.56.A
Nẽo ex sua uirtute miracula facit.181.A
Nemo ex se habet, unde possit debitis suis satisfacere.218.A
Nemo propria uoluntate sequi potest Christum.222.B
Nemo ad patrem uenit, nisi qui in se donum patris sentit.316.A
Negociator quid designet.62.B
Nescio uos, quid significet.241.A
Nihil inde sperantes, quomodo intelligendum.211.B
Nihil tuleritis in uia, quomodo intelligatur.222.A
Nihil de spũ & ueritate legis cadet.249
Nicodemus adhuc carnalis, noctu accessit Iesum.294.A
Nicodemus & Iairus ex principibus crediderunt in Christum.326.A
Noluit eam traducere.5.B
Non nosci à domino, quid.35.B
Non cogitandum, quid Christi aduersarijs respondendum sit.46.A
Non quod intrat in os &c. quomodo intelligendum sit.67.B
Nõ ppter mercedẽ operandũ, sed propter eũ qui mandat & promittit.211.B
Nondum uenit hora mea, quid significet 291.A
Non eijciam foras, quid, ibidem
Non uidentes qui sint.337.A
Nõ nostra uoluntate & electiõe, sed dei respiramus ad uitam.374.A
Noua lex, est libertatis & gratiæ.61.A
Nouus hõ secũdum deũ creatus.222.B
Nouus homo est Christi.354.A
Nouissimi primi, gentes.241.A

Noti, temerarij solent esse iudicij.204.B
Nox, uitæ præsentis tempus.210.A
Nullum beneficium bona intentione factum, peribit.48.B
Nulla sectæ doctrina saluare potest 199.A
Nullis terrenis bonis hærendum.210.B
Numularij, uendentes redẽptionis precium.292.B
Nũc dimittis, interptatio pulchra.195.A
Nuptiæ sunt ad legitimam propagationem generis humani.291.B
Nuptias esse bonas, arguit, ꝙ deus eas in paradiso instituit.292.A

O

OBsidione Hierosolymitanæ urbis, undecies centena milia fame & gladio perierunt.101.B
Occasiões quæ à deo danẽ bonæ.353.A
Oculus dexter & sinister, quid.26.A 34.A
Oculi erutio, ibidem
Oculus carnis cæcus est, ad lumen spiritus.329.A
Oculorum e luto illitio, quid.335.A
Oculorum subleuatio, quid demonstret 381.B
Ociose cũ loquimur, peccamus.57.A
Ocio cõtemplationis uiuẽtes à solo deo pendere debent.228.A
Odire animam suam qui dicantur.48.A
Oeconomus iniquitatis.248.B
Oleum, opera fidei.104.B
Omnes ante tribunal Christi manifestari oportet.57.A
Omnia quæ nos à regno dei remorãtur, amouenda sunt.237.A
Omnis mora Christo longa, donec immolaretur.237.B
ὁμιλεῖν quid significet.279.B
Omnes homines ab homine Christo iudicabuntur.309.A
Omnia nuda & aperta oculis dei.330.B
Omnes uiæ erroneæ præter Christũ, qui est uia uera.365.A
Omnia e manu domini præter peccatũ.388.B
Omnia hoĩbus deũ diligentibus cooperantur in bonum.389.B
Oẽs creaturæ debent deo.253.A
οὐαί.97.B
Onerati qui.52.B
Operum iusticiæ & fidei collatio.32.B
Opera qua re cognosci debeant.35.A
Operarij messis, qui.43.A
Opatores murmurãtes, ignorabãt mercedẽ nõ esse opis, sed gratiæ.87.A
Operibus fidentes, deo fidere non possunt.90.B
Operari in uinea, quid.91.B
Opera sedentium in cathedra Mosi, nõ imitanda.96.B
Opa misericordiæ ĩpleri iubenẽ.199.A
Opera pietatis ex ijs quæ habemus facienda.236.B
Opera bona, lucis sunt opera.298.A
Opera patris & filij sunt indiuisa.307.A 334.B
Opera bona nulla sunt, nisi fidei.309.A
Operibus proprijs nemo liberatur à peccatis.348.B
Operibus dei credere non prodest, nisi & uerbis credatur.365.B
Opera fidem & charitatem sequuntur 372.B
Orationis locus triplex.29.B
Orare ut dei fiat uoluntas.30.A
Oratio dominica declaratur, ibidem
Orare tam actiuæ quàm contemplatiuæ uitæ commune.230.B
Orare dominus discipulos suos docuit, ut liberos, ibidem
Orandum quomodo, quando affligimur 255.B
Orandi modus qualis fuerit.270.A
Orandum ideo quia iussi.352.A
Ordo æqualitatis diuinarum personarũ 369.B
Os & sapientia à deo datur.233.A
Os infantium, os neophytorum.90.B
Osculari pedes Iesu, quid.216.A

P

PAnis quotidianus, quid.30.A
Panis filiorum Christus.68.B
Panes.69.A
Panes azymi quid designabant.111.B
Pane uerbi dei uiuit homo interior.222.B

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

Pane spirituali uiuit anima.230.B
Panes bonæ doctrinæ.247.A
Palmas gestare, quale signum.352.B
Pacifici.22.B
Paralyticum domino offerre.40.B
Paralysis.37.B
Paropsis.360.A
Paruulus ut sit in mislibus,nõ ad locũ,sed ad natũ referri debet.9.A
Paruuli qui faciunt domini uoluntatem 35.A
Paruuli ne contemnantur.81.A
Paruulus quis.156.B
Parentes quomodo odio propter Christum sint habendi.244.A
Paulus prædicauit in Europa.404.B
Paulus & Barnabas de ciuitate in ciuitatem persecuti.98.B
παλιγγενεσία.85.B
παρακοίτης,quid significet.5.B
Paratos esse nos oportet ad aduentum domini.103.A
Pauperes spiritu,qui.22.A
Pauperes corpore, qui,ibidem
Paupertas spiritus tria requirit.156.B
Pauperum pater,deus est.243.B
Pauper mundo,deo diues.336.A
Pascha,quid significet.108.A
Pascha uerum & symbolicũ celebratum est,feria sexta.170.B
Pascha typicum quando immolari oportebat.392.A
Passio Christi,omne sacrificium.177.B
Pascere, quid sit.407.B
Pastores,signũ quale acceperint.193.A
Pastores,quid designent.190.B
Pastorũ primus & priceps,Chrs.339.A
Pastoris boni conditio.339.B
Pastoris mali conditio,ibidem
Pastoris uocem qui audiant,ibidem
Pastor unus & unum ouile,ibidem
Pater, nomen charitatis.30.A
Patrem sepelire,quid.38.A
Paterfamilias.61.B
Patres,qui dicti sint.185.A
Pater meus operatur usq; modo, quid 307.A
Pater non iudicat quenquam, quomodo intelligatur,308.A
Pater & spiritus perhibẽt testimonium Christo.310.A.329.A
Pater & ego unum sumus,quomodo intelligendum.341.B.383.B
Pater non exinanitus.369.B
Pater iustus absolute.384.B
Pax Christi & mundi simul cõsistere nõ potest.46.B
Pacis Christi & mũdi collatio.237.B
Pax Christi, quæ cum dei spiritu datur 369.A
Pacem in nobis non habemus.381.A
Pax in solo Christo quærenda, ibidem
Pesah,phase,pascha,idem.108.A
Pestis,hæresis.22.A
Pedes sandalijs calceari,quid.144.A
Petra,quid.35.B
Peccata triplicia.24.A
Peccatum uires mentis eneruat.40.B
Peccata dimittere, solius dei.40.B
Peccata irremissibilia.56.A
Peccare in fratrem,quis dicatur.81.B
Peccator qui fuerit, non debet arguere alios, ibidem
Peccatum præuenire, optimũ est.82.A
Peccata, tenebræ sunt.297.B
Peccato dimisso,pœna sequitur.251.A
Peccati magnitudo in Zaccæo designata.258.B
Peccatorum manifestatio, iuris diuini. 403.A
Peccata infidelitatis sola retinẽtur,ibidẽ
Periculosum est,diuitẽ esse in hoc mundo.85.A
Petrus quatenus à patre tractus, beatus dicitur.74.A
Petrus cognomentum,ibidem
Petrus non dicitur petra.74.B
Petrus nõ solum accepit claues, sed etiã reliqui apostoli, ibidem
Petrus etiam Christi uerbo scandalizatus.75.A
Petrus quare à Christo ad mare mittatur,78.A
Petronella,filia Petri.85.B
Petrus tribuit sibi, quod diuinæ gratiæ debebat.116.A
Petri responsio,alios discipulos reddidit temerarios,ibidem

Petrus

Petrus plus q̃ cæteri omnes scandalizatus.119.A
Petrũ fleuisse cui tribuendum,ibidem
Petri pœnitẽtia imitanda.172.B
Petri exemplo oia relinquenda.207.A
Petrus uice oim respondit, ubi apostoli interrogati,quem se esse dicerent homines.223.A
Petrus & reliqui apostoli potentes, sed spiritu dei.235.B
Petrus Christi bnficio cõuersus.269.A
Petrus à petra.286.B
Petri fides & aliorũ apostolorũ.320.A
Petrus qualis fuerit usq; ad aduentũ spiritus.363.A
Petrus cuius typum in atrio Annæ gesserit.389.B
Petrus oim pastorum typus.408.A
Petri curiositas reprehenditur.409.A
Perseuerantia Hecatontarchæ.177.B
Peregrinis in forma peregrini apparuit Christus.180.A
Pecuniam committere numularijs quid.105.B
Periculosum alij scripturæ addictũ esse quàm sacræ.303.B
Peram quare uetuerit ferre.222.A
Perditio à uobisipsis,& contra dei uoluntatem.336.B
Peruersa Iudæorum deploratio.353.A
Perfecte amantes qui sint.369.A
Persecutiones tanq; à manu dei suscipiẽdæ.377.A
Persarum regnum,durante templo.34. annos durauit.71.B
Phase solum in Hierusalem immolabatur.241.B
Phares gentium populũ designat.4.B
Pharisæi & sadducæi filij diuisiõis.14.A
Pharisæi γεννήματα uiperarum,ibidem
Pharisæorum secta qualis.15.B
Pharisæorum & fidelium collatio.24.A
Pharisæi iusticiam tribuunt suis operibus.23.B
Pharisæis datur signum Ionæ.57.A
Pharisæis non nisi in parabolis locutus.62.A
Pharisæi sunt,qui constitutiões arctius q̃ conuenit obseruari uolunt.67.A
Pharisæorum doctrina in quibus erat 73.B
Pharisæi dño struentes insidias, capiuntur.94.A
Pharisæi pro orationibus longis,iudiciũ accipiunt grauius.97.B
Pharisæi aliorum doctores non uident quid docendum.97.B
Pharisæi sepulchra mortuorum.98.A 232.A
Pharisæi eorum filij qui prophetas occiderunt.98.A
Pharisæi uulpina fraude pleni.162.B
Pharisæus quid designet.215.B
Pharisæi & peccatoris seipsum cognoscentis,pulchra collatio.216.A
Pharisæorum doctrina plena hypocrisi.235.B
Pharisæus omnium figura,qui proprijs iusticijs fidunt.256.A
Pharisæi & publicani collatio,ibidem
Pharisæi surdi & cæci.316.B
Pharisæi ἀσεβεῖς καὶ θεόμαχοι .336.B
Pharisæi qui sint.335.A
Philippus frater Herodis tetrarcha Iturææ.64.B
Philippi urbs.74.A
Philippus sympolites Petri.365.A
Phylacteria quæ.96.B
Pilatus deo præposuit homines.122.A
Pilatus Iudææ moderator.64.B
Pilatus ἡγεμὼν .198.B
Pilati crudele facinus interficientis Galilæos.239.B
Pilatus minus malum effugere uolens, maius malũ cõmisit.275.A
Pilatus quorum typus.396.A
Pilatus crucifixit Christũ,nulla inuidia motus,ibidem.B
Pilatus quale peccatũ habuerit, ibidem
Piscis & os apertũ quid significet.78.A
Piscatores, ecclesiæ præfectos significant.407.A
Plantatio cœlestis, doctrina Euangelica.68.A
Planicies.37.A
Pluuia quid.35B
πλεονεξία quid.235.B
πλήρωμα quid.41.B

Plurimi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plurimi e Scythis, Phœnicib. et Sidonijs & Tyrijs Christũ sequuti, 182. B
Plus à deo diliguntur, qui se agnoscunt peccatores, 216. A
πνευματικοὶ, 367. A
ψυχικοὶ, ibidem
Potestas Christi, potestas æterna, 88. A
Porci. 34. A
Porcorum grex. 39. A
Portæ latæ & angustæ pulchra collatio, 34. B
Porta Ezechielis uterus Mariæ. 194.
Pœnitentiam in nomine Christi, quis p̃dicet. 282. A
Pœnitentiam in remissionem peccatorũ prædicare quid sit. 282. B
Pœnitentia conualescentiæ ianua. 41. A
Pœnitere siue μετανοεῖν quid sit. 240. A
Pœnitere & conuerti idem sunt. 251. A
πορεύομαι & πορεία quid. 375. B
Potestas non est, sed impotentia ad mala opera. 167. A
Potentes seculi qui. 188. A
Potentiæ satanæ nulla potentia cõparari potest. 271. A
Pontifices omnem clerum repræsentant. 395. B
Populus simplex melioris doctrinæ capax. 199. A
Populus à serpentibus percussus, peccatores. 297. A
Præmiũ recipiẽtium à deo missos. 45. B
Præcedit alios qui plus amat. 85. B
Præstaret ad Christũ nõ uenisse, q̃ ab eo rursum deficere. 57. B
Præsepe. 193. B
Præcepta diuina sunt plantatio patris.
Præceptor unus Christus. 97. A (67. B
Prædicare super tecta quid. 46. B
Præcingi lintheo. 359. B
Præseruari à malo, nõ est in fidelium potestate. 384. A
Præstãtissimis etiam donis donatus, humilis sit oporteat. 243. A
Presbyteri seniores. 74. B
Primogenitus & unigenitus quomodo Christus. 190. B
Prima festorum dies magnum sabbatum. 54. A
Primogenita Aegypti percussa, quid 177. B
Principem adire cum aduersario quid
Primi nouissimi Iudæi. 241. A (238. B
Princeps mundi in quibus aliquid habet 370. A
Princeps mundi satanas, ibidem
Procedere ad Christum est ascendere à carne ad spiritum. 3. A
Prouidentiæ propriæ non confidendum. 45. A
Proselytus. 97. A
Prophetæ falsi qui. 35. A
Propheta unde dicatur. 50. A
Prophetæ de Ioanne baptista prædixerunt, ibidem
Prophetia de persecutiõe iustorũ. 98. B
Prophetæ spũs halitu afflantur. 101. A
Prouidentia dei cui nõ sufficit, nihil sufficit. 164. B
Prouidentiæ nostræ nihil tribuendum ibidem
προφατικῶ unde dicta sit. 306. A. B
Probatica quinq; porticuum pentateuchum figurabat. 306. B
Procidere ad pedes, adorationis signum 346. B
Prophetæ aliquando non intellexerunt suas prophetias. 349. A
Prophetare, agi est. 353. A
Prouidentiæ diuinæ tribuendum, q̃ non perimus. 384. A
Pullus asinæ populum gentilem significat. 90. A
Purgatorium. 24. B
Pueri malicia qui. 51. A. B
Pueri sensibus, ibidem
Pueri exemplo Christus docuit discipulos ἀπαθείαν. 80. A
Puerorum natura, ibidem
Pueros spiritu oportet esse, ibidem
Pueri paruuli spiritu. 84. B
Puerilia initium mortalis uitæ. 167. B
Pueri exẽplo docuit nos Chrũs. 224. A
Publicanus & ethnicus iuuant charitate orationis. 82. A
Publicani & meretri, ad p̃dicationẽ Ioã. resipiscẽtes p̃cesserũt pharisæos. 91. B
Publicani qui sint. 196. B

Publi-

Publicani & peccatores quãdo dicantur Christo appropinquare. 246. A
Publicanus figura eorum qui fidunt misericordiæ. 256. A
Purpura & bysso diuitis, fastus notatur 250. A

Q

QVadragenarius numerus, numerus pœnitentiæ. 4. A
Quales dominus uocare uenerit. 41. A
Quatuor uigiliæ noctis quid. 66. A
Quatuor milia hominum. 69. A
Quatuor mortium generibus licebat sacerdotibus uti, in sontes. 121. A
Quatuor testimonia habet Christus 310. A
Quare non statim exaudiat deus. 68. B
Quare Chrũs secesserit ĩ desert. 205. B
Qũ uenditio à Iuda facta sit. 111. A
Quæ necessaria uere resipiscentibus 14. A
Quæ de corde exeunt. 68. A
Quærere Christũ magnũ, inuenire maius, adorare ut deũ maximũ. 10. A
Quærere præter Christum nihil debemus. 281. A
Quæ nomina soli deo recte conueniant. 383. A
Quid sit, deo gloriam dare. 336. A
Quinq; panes. 65. B
Quinq; boum iuga, qui emerunt, qui sint. 243. B
Qui olim ab ingressu adytorum arcebãtur. 131. B
Qui à carnibus abstinent, ob uirginis puerperium. 190. B
Quid significarit, q̃ alienigẽa post Christum portarit crucem. 123. A
Qui innocentiæ Christi ueste uestiantur. 274. B
Quomodo dimittendum. 30. B
Quod mandatum præcipuum. 95. A
Quod unus tantum leprosorũ rediens gratias egerit, significat, q̃ pauci benefactorẽ deum agnoscunt. 253. B

R

RAab eripuit Hiericho e regis manibus, suis consilijs. 4. B
Raab fides laudatur à Paulo, ibidem
Raab figura populi gentilis ad Christũ uenientis. 5. A
Rachel apud Bethleẽmitas sepulta. 11. A
Rabbi nomen honoris. 97. A
Ratio in ijs q̃ de Christo credenda sunt, sæpe impedimento est. 290. B
Ratio humana stulta, temeraria. 331. A
Redemptionis omnis gratia Christo debetur. 122. B
Regeneratiõe fimus filij dei. 97. A. 180. (B
Recipere aliquem in nomine Christi quid. 360. B
Recumbere in primo loco qui dicantur 243. A
Regredi ex agro quid. 253. A
Regio nostra quæ sit. 10. A
Repudiare uirũ nõ licebat uxori. 25. A
Repudium, hominis non dei ordinatio est. 84. A
Requirẽdus est frater p charitatẽ. 81. A
Reuelatio mysterij temporibus æternis iuxta Paulum, quid sit. 62. A
Resurrectio in hoibus q̃ sit. 346. A
Reuerti in se quid. 247. A
Rete non scissum quid. 407. A
Retia lauare quid significet. 207. A
Retia uetus lex, aut gentiũ dogmata, ibi-
Retia laxare uerbo domini, ibidem (dẽ
Rete rumpi quid, ibidem
Regnum dei uiderunt in uirtute Petrus Iacobus, & Ioannes. 152. A
Regnum Christi quale. 186. B
Regnũ dei, ut ueniat, petere. 30. A
Regnum dei. 32. B. 254. A
Regnum dæmoniorum tyrannis apostasiæ. 55. B
Regnum dei quomodo ad pharisæos p uenerit, ibidem
Regno dei qui inepti sint. 225. A
Regnum dei duplex. 253. B
Regnum dei quãdo manifestabitur 259. B
Reges gentium dominantur. 268. B
Regimen temporale dei imitationem se qui debet, ibidem
Remittere peccata nõ ẽ p̃parãtis. 190. A
Remissio peccatorum non ex legis operibus, ibidem
Remissiõis peccatorũ quæ causa. 276. A

Resipiscen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Resipiscentes sub Ioanne, apti ad regnũ Christi.91.B
Resipiscenti solutio peccatorũ denegan da non est.81.B
Resipiscentia quid.121.B
Resipiscentia, domini opus est, non tu- um.246.A
Repetuntur multa ab ijs qui multa acce perunt.237.B
Rhomanorum regnum quando cœpe- rit.73.B
Rigare lachrymis pedes Iesu quis dica- tur.215.B
Ruth Moabitis honesta.5.A

S

SAbbatum δευτερόπρωτον quid.209.B
Sacra solum sacris deputanda.159.B
Sacris qui præficiuntur quid cauen- dum.162.B
Sadducæorum secta qualis.15.B
Sadducæi quinq; libros Moysi tantũ re cipiebant.73.B
Sadducæi quemadmodum Epicuri ani- mæ immortalitatem negabant.74.B
Sadducæi defectu, intelligentia scriptu- rarum carent.94.B
Sadducæorum doctrina impietatis ple- na.235.A
Sacerdotes in templo nõ seruabant sab- batum.54.A
Sacerdotes per uices templo ministra- bant.184.B
Sacerdotium & regnũ Christi.355.A
Sacrificia oia ueteris legis uno sacrificio nempe Christo consummata.282.A
Sacculus & pera, bona externa.269.B
Sanctifica eos in ueritate quid.384.B
Sanctificare uerbo dei.30.A
Sanctum.34.A
Sancti à serpentibus insulas purgaue- runt.180.B
Sanctis propter miracula nõ debet cul- tus.366.A
Sal sapientia.22.B.154.B
Salomon uoluit Raab accipere in coniu gem.5.A
Salomon typus Christi.57.B
Salus nostra, uoluntatis diuinæ o- pus.38.A
Salom quid significet.186.A
Samaritæ in monte Garizim adora- bant.44.B
Saliua.147.B
Sanare contritos corde.204.A.
Sanantur qui Christum pio affectu tan- gunt.210.B
Sarepta ciuitas Sidoniæ.204.B
Samaritani diuisi.224.A
Samaritanorũ inhospitalitatem disciptu- li igne de cœlo ulcisci noluerũt.224.B
Samaritanus interpretat' custos.228.A
Samaria ubi sita.301.B
Sagena quid.62.B
Sapientia à deo postulanda.34.A
Salutis uia quæ.85.A.
Sapientiæ & gratiæ donum qui percipi- ant.170.A
Sapientia sola, ea facere quæ deus man- dat.232.B
Satan de cœlo cadens.227.A
Saturitas intemperantiæ deo displicet 210.B
Scandalum duplex.80.B
Scandalizans puerum.80.A
Scandalum quid.26.A
Scandala necesse est ut ueniant.80.A
Scandalizare quid.80.B
Scandala ad iustorum probationem ne- cessaria.80.B
Sceptrum de Iuda sublatum sub Hero- de.8.A
Scriba doctus quis uocetur.63.A
Scriba ueteris legis, ibidem
Scribæ scripturam tantum ad literam in- telligunt.77.B
Scribarũ et pharisæorũ corpora p̃ calices & paropsides intelliguntur.98.A
Scripturarũ sacrarũ intelligentia, oẽ uitæ & salutis cõtinet sacramentũ.282.A
Schismaticorũ doctrina nõ satiat.202.A
Scenopegia festũ tabernaculorũ.340.B
Scientia dei.375.A
Scientia dei excedit captum humanum. 409.A
Sermonem dei iudicare.356.B
Sermo purgat.372.B
Semita Christi, fides, spes, charitas &c. 13.B

Sermo quẽ

Sermo quem audistis non est meus, quo modo intelligatur.368.B
Sercuris, domini ultio.16.B
Septem petitiones in oratione domini- ca.30.A
Septem sportæ.69.A
Sepeliendi modus Iudæorum.400.B
Seruus infidelis quis.32.A
Seruos Christi, doctrina, fide, charitate, & omni bonæ uitæ exẽplo præditos esse oportet.103.A
Semen uerbum dei.60.A
Sebaste Samaritanorum ciuitatis inho- spitalitas.224.B
Sedere à dextris uel sinistris non arbitra rium.87.B
Sedere pro tribunali quid.397.A
Sedere super cathedram Mosis quid 96.B
Serui sumus natura.359.B
Serui uictoria, domini est.362.A
Seruitus peccati à qua solus deus libe- rat.330.B
Seruus à domino super familiam posi- tus quis.103.A
Serui dñi uoluntatem scientes, & tamen negligẽtes, plectũt grauissime.237.A
Septuaginta discipuli ad.70 Mosis coo- peratores cõferuntur.225.A
Semper cũ cæco Euangelico clamandũ esse, Miserere nostri.257.A
Secta nulla Chrianorũ.16.A.301.A
Sectariorũ & fidelium collatio, ibidem
Sectæ sub omnibus nominibus fugien- dæ.234.B
Sectarum maximum malum.298.B
Secta parit Schisma.302.A
Serpens æneus, figura Christi.297.A
Serpentes igniti, dæmones, ibidem
Sicera quid.185.B
Silentium beneficij.37.A
Siloë quid significet.335.A
Simon Cananites unde dictus.44.B
Simon iustus, filius Cleophæ, crucifi- xus.98.B
Simon leprosus eorum typus qui ab aiæ lepra emundantur.109.A.170.A
Signa quæ cõsummationem seculi præ- cedent.101.A
Signũ uicinũ cõsummationis seculi, est quando Euangeliũ in uniuersum or- bem prædicatum fuerit, ibidem
Signa diei δικαιοκρισίας.102.B
Signum petere, incredulitatis indicium 185.A
Signa suscipiendo non manducatur, nisi prius manducatum sit spũ.318.B
Sigillum Euangelij.299.A
Simplices etsi peccauerint, minus tamẽ mulctantur.237.B
Solicitudo huius uitæ, phibetur.265.B
Solicitudo huius seculi suffocat dei uer- bum.137.B
Solicitudo rerũ temporaliũ, quõ excutiẽ da sit.236.B
Socrus Petri.37.B
Sol cor mundi.102.A
Sol iusticiæ Christus.190.A
Solius dei est donare sapientiam cui uult.204.B
Sol obscuratus quandiu.276.B
Solus deus uere sanctus.383.A
Spiritualis homo, gratiæ, spiritui & deo uiuit.37.A
Spũs & carnis collatio.25.B.46.A
Spũales, dei spiritu aguntur.46.A
Spiritus quid.47.B
Spirituales soli, ad audiendũ aures ha- bent.51.A
Spũs blasphemiæ nõ remittet'.56.A
Spũs immuudi à quibus exeũt.57.B
Spũalium nõ est ambire.88.A
Spũs sanctus superueniet in te, quomõ intelligendum.186.A
Spiritus Christi colũbinus, simplex, mi- tis &c.200.B
Spiritus dei gratias suas non uult esse ir ritas.204.B
Spiritus sua dona magis exercet in ex- teris q̃ notis, ibidem
Spũs Christi proprietas.224.B
Spũs Christi carnem mortificat.249.B
Spiritualis gladius maxime necessari- us.270.A
Spiritus fidei, qui Christi est spiritus, ser- uat nos.282.B
Spiritus Christi mansuetissima colum- ba.288.B

Spũm mi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Spiritū mitissimæ columbæ habent filij spiritus,ibidem
Spūs ubi uult spirat,de spū sancto intelligitur.196.A
Spūs Christi qui in hoīe est,nō homo,testimoniū accipit Christi.299.A
Spiritu & ueritate adorare,quomō oporteat.302.A
Spiritus est qui uiuificat,quomodo intelligatur.319B
Spiritus dei prophetat per bonos & malos.340.A
Spiritus intelligentiæ.367.A
Spiritus in filij nomine dicitur missus 368.B
Spiritus sanctus doctor fidelium.377.B
Spiritus quomō arguat mundū,ibidem
Spiritus ueritatis quid.378.A
Spiritualibus nihil præter infidelitatem tristiciam affert.379.A
Spiritus Christi in se unus, in donis multiplex.403.B
Spiritualis non tangitur curiosa cupiditate.409.A
Spiratio spūs inenarrabilis.403.A
Spinæ.35.A
Spicas uellere licebat.54.A
Spongia quid significet.398.B
Stella quæ magis apparuit ostentū in cœlo aërio.9.B
Stella magorum lucem filij dei præsignat.10.A
Stephanus lapidatus.93.B
Stola prima quæ.247.A
Studio hūano inuenta frigent. 46.A
Suscipere paruulū in nomine dñi.80.A
Surdus & mutus nostrum designat genus.147.B
Superbi disijciuntur.188.A
Syriæ situs.20.A
Synagoga scripturam ad literam seruat.240.B

T

TActus Christi.42.B
ταλαντισμοὶ scribarum.97.B
Talentum.105.B
Talentum tollere quid,ibidem
Tauri & altilia occisa, corpus & sanguis Christi pro nobis immolata.93.B
Tempus à reditu Christi ex Aegypto usq; ad prædicationem Ioannis non exprimitur apud Euangelistas.13.A
Tempus messis dies iudicij.138.A
Tempus præsentiæ Christi super terrā definitum.344.B
Templum secundum sub Zorobabele conditum.166.A
Templo dei nihil pulchrius.212.B
Templū typus futuræ ecclesiæ.260.A
Templū spirituale ornatum esse debet interius & exterius.264.B
Templum materiale typus spiritualis tēpli.292.B
Templum dei templum orationis,ibidē
Temeritas iudicij excludit à Mesiæ cognitione.204.B
Tenebræ ante Christi aduentū erāt,oīa in mentibus hominū.356.B
Tenebræ lucis capaces nō sunt.91.B
Tentatiōes in quibus apostoli manebāt cū Christo quas uocet.268.B
Terra bona.60.A
Terra spinosa,ibidem
Testimonium Ioannis non erat Ioannis sed spiritus.309.B
Thamar iusta,prudens,non peccatrix 4.B
Thesaurizare quid.31.B
Thesaurus sacer, Corbona.121.A
Theologia uiuifica nosse Christū,& uerbū eius fide uiua.296.B
Thus à magis oblatū quid.9.B
Titus idolorum cultor.101.B
Titus desolationis abominatio,ibidem
Timēdum esse deum quomodo.235. A
Timor seruilis prohibitus est,ibidem
Timor dei ubi fuerit,tyrannorum aut diaboli esse non potest, ibidem
Timore tyrannorum deum abnegantes simiæ diaboli sunt.235.B
Trahere patrem quid sit.317.A
Trabs.34.A
Traditio Christi.387.B
Tranformatio saluatoris.76.B
Tres ecclesiæ lapsus.119.A
Tres consolatores.367.A
Triplex filij hominis aduentus.46.B

Tria sata.62.A
Tristicia discipulorū, amoris erga magistrum indicium.78.A
Tristiciæ huius mundi cōuertuntur fidelibus in gaudium.379.B
Τρύβλιον quid significet.114.B
Triticū & zizania usq; ad messem crescere,quid.61.B
Tuba canere.29.A
Turtures duos à uirgine Maria oblatos esse.194.B
Turbatio spiritus .361.A

V

VEctigalia iuste an non imposita,ex actorū nō est nosse.199.B
Velū templi quare scissum.123.B
Venti quid significent.335.B.66.A
Ventilabrum,doctrina.16.B.200.B
Vera fides de deo,illuminatio est.337.B
Verba Christi paternæ uoluntatis expressiones.332.B
Verbo dei nihil impossibile.347.B
Verbū character,figura,imago paternæ substantiæ.354.B
Verbum domini dat uitam.332.B
Verbum dei nō secus q̄ humanū obseruare piaculum est.16.B
Verbo quis dignus perquirēdū.45. A
Verbum dei,gladius.47.A
Verba nostra ad ædificationem depromantur.57.A
Verbum patris alte cor uirginis pertransijt.197.A
Verbū dei nō reuertit̄ uacuum.325.A
Verbū dei,quibus dulce,non recedunt à Christo quantūuis calamitoso.205.A
Verbū seminat̄ quod recipitur.218.B
Verbū dei audire & custodire .231.B
Verbū quō fuerit à principio.284.B
Verbū dei format oia, & oīm est absolutissima forma.285.A
Verbum uita est,ibidem
Verbū oīm rerū factarū idea,ibidem
Verbū spūaliter lux hoīm dicitur, ibidē
Verbū deus,lux,uita est .286.B
Verbū caro factū ē quō intelligat̄, ibidē
Veritas liberabit uos ,quomō intelligendum.330.B
Veritatē annūciare bonū opus ē.341.B
Veritas fortis.164.A
Vestimenta ouium.35.A
Vestimentum uetus.41.B
Vestimenta sternere quid.90.A (123.B
Vestis incōsutilis nō scissa qd significet
Vestis splēdida,q̄ ab Herode Chrūs indutus,indiciū fuit innocentiæ.284.B
Vespera,auersio à deo.38.A
Vespera quid.65.B
Via lata & angusta.34.B
Victor mundi Christus.381.A
Victoria qua mūdus uīcit̄,fides ē.269 B
Videntes qui sint.337.A
Videre quid sit.279.A
Vidi dominū à facie ad faciem quō intelligatur.286.B
Viæ suæ statū quisq; cōsideret.199.B
Viæ diaboli.339.B
Viæ Christi iustorū mentes.13.B
Vienna Galliæ ciuitas.198.B
Vigiliæ noctis.66.A
Vigilandū Chrī uicarijs quō sit.167.B
Vigilia peccati & mortis expulsio. 237.A
Vigilare quis dicatur .103. A.116.B
Vigiliæ quatuor ibidem
Vigilia quid significet.270.B
Villam qui emant qui sint.243.B
Vineam de Aegypto transtulisti,quō intelligatur.371.B
Vinea quid.87.A.91.B.162.A
Vinea qui sint.240.A
Vineæ cultores,ibidem
Vinum nouum.41.B
Vinū deficere quid significet.291.B
Vinum doctrinæ puritas.292.A
Violēti rapiētes regnū cœlorū q.50.B
Vir in naturali generatiōe,ut spūs & forma.286.A
Vir stultus,uir sapiens,quis.35.B
Viri extra ecclesiam qui.150.A
Virga quid sit.144.A
Virgā quare Christus ,phibuerit ferre 222.A
Virginei qui dicuntur.104.B
Virginitatis Mariæ amator & custos Ioseph.10.B (187.A
Virgo se δούλην uocās,nihil sibi tribuit
Virgo comitata abijt ad Elizabet ibidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virgo Maria legi de purificatione non erat obnoxia,194.A
Virtus fidei,uis diuina,78.A
Visio duplex.99.A
Visio dei quid.43.A
Visio dei beatitudo est,227.B
Visiones insolitæ,280.A
Vita nostra nox est.237.A
Vita beata societas oim beatorũ.243.B
Vitæ rigiditas in opibus consistit,287.B
Vita regenerati in Christo abscondita 2.A.295.B
Vita nõ est, nisi qua uiuit deo.332.B.
Vita actiua & contemplatiua.347.B
Vita gratiæ,uitæ legis coniuncta esse nõ potest.371.B
Vitã corporalẽ quæ comitentur,387.B
Vita quid,16.A
Vitæ duæ,21.B
Vitæ humanæ cõditiones quinq;.87.A
Vita nõ cõsistit in bonis externis.236.A
Vitulus saginatus qd significet,247.A
Vitulus Christus.174.B
Viuentes spiritu dei,non rerũ terrenarũ solicitudine torquentur.236.A (B
Viuere spũaliter,facit spũalis cibus.318.
Vltimi ex dei uolũtate pẽdebant.162.A
Vltima discipulorũ excitatio quid significet.117.A
Vngere caput,31.B
Vnguẽti ualor qd Maria effudit.351.A
Vnicũ sacrificiũ deo gratũ Chrs.282.B
Vocatio dei facit,ut seq̃mur Chrm,225.
Vocatio Matthæi,207.B (A
Volũtas nostra quatenus nostra,uoluntati diuinæ contraria,320.A
Voluntas Petri quõ mutata,269.B
Voluntates duæ in Christo,167.A
Volũtas hũa maxia cura custodiẽda,147
Volũtatẽ dei qui faciunt.136.A (A
Volucres.60.A.61.B
Vsus rerum no inhibetur,sed affectio in eas.244.B
Vtres ueteres & noui.41.B
Vuæ ficus.35.A
Vxor Loth quorũ documẽto sit.234.A
Vxori nõ licebat uirũ repudiare.25.A
Vxorẽ qui duxerũt,q sint,243.B
Vxor qn̄ dimittenda ex lege sit,156.A
Ὑσσωπον quid,180.A

Z

ZAra Iudæorũ populũ designat.4B
Zacharias Barachiæ filius qs.98B
Zacharias lapidibus obrutus,ibidem
Zachariæ insigne sepulchrũ,ibidem
Zaccæus paruus statura quid designet. 258.B
Zaccæus in operibus pietatis & satisfactionis imitandus,ibidem
Zemah quid.12.A
Zemah & Nazarenus eiusdem significantiæ.12.B
Zelus stultus discipulorũ Ioãnis,298.B
Zizania,6.B

FINIS.

SANCTVM EVANGELIVM SECVNDVM MATTHAEVM.

LIBER GENERATIONIS IESV CHRISTI, 1
filij Dauid,filij Abraham. Abraham genuit Isaac.
Isaac autem genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Iudã,
& fratres eius. Iudas autẽ genuit Phares & Zaram
5 de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom au
tem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab.
Aminadab autem genuit Naason. Naason autem
genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Ra
ab. Booz autem genuit Obeth ex Ruth. Obeth autem genuit Iesse. Iesse
10 autem genuit Dauid regem. ¶ Dauid autem rex genuit Salomonem ex 2
ea, quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem ge
nuit Abiam. Abia autem genuit Asa. Asa autẽ genuit Iosaphat. Iosaphat
autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit
Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam.
15 Ezechias autem genuit Manassem. Manasses autẽ genuit Amon. Amon
autem genuit Iosiam. ¶ Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in 3
transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis Iecho
nias autem genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zoro-
babel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim au-
20 tem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autẽ genuit Achim.
Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem
genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Io-
seph uirum MARIAE, de qua natus est IESVS, qui uocatur CHRISTVS,
¶ Omnes itaq; generationes ab Abraham usque ad Dauid, generatio- 4
25 nes quatuordecim. Et a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis,
generationes quatuordecim. Et a transmigratione Babylonis usque ad
CHRISTVM generationes quatuordecim. CHRISTI autem generatio sic
erat. ¶ Cum esset desponsata mater IESV MARIA Ioseph, antequam con- 5
uenirent, inuenta est in utero habens de spiritu sancto. ¶ Ioseph autẽ uir 6
30 eius cũ esset iustus, & nollet eam traducere, uoluit occulte dimittere eam.
¶ Hæc autem eo cogitante, ecce angelus domini apparuit in somnis ei, 7
dicẽs: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere MARIAM coniugem tuam.
Quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Pariet autem filium, &
uocabis nomen eius IESVM. Ipse enim saluum faciet populum suum a pec
35 catis eorũ. (Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum
est a domino per prophetam dicentem: Ecce uirgo in utero habebit, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. Exurgẽs autem Ioseph a somno, fecit sicut præcepit ei an gelus domini, & accepit coniugẽ suam. Et non cognoscebat eam, donec pe perit filium suum primogenitum, & uocauit nomen eius IESVM. 4

ANNOTATIONES BREVES XXIII. CIRCA LITERAM CAP. I.

4	Zaram		ἐζεκίας		& infra.
	ζαρὰ		Ezecias	32	coniugem
	Zara	16	Iosias autem genuit.		τὴν γυναῖκα
5	de Thamar		*τὸν ἰωακείμ.		mulierem
	ἐκ τῆς θάμαρ		ἰωακεὶμ δὲ ἐγέννησε		commune ad spõsam
	ex Thamar		Ioacim,		& nuptam, & infra.
8	de Raab		Ioacim autem genuit	33	natum est
	ἐκ τῆς ῥαχάβ	19	Eliachim		γεννηθὲν
	ex Rachab		ἐλιακείμ		genitum est.
9	Obeth		Eliacim		conceptum est
	τὸν ὠβὴδ	23	de qua	37	uocabitur
	Obed		ἐξ ἧς		καλέσουσι
9	Iesse		ex qua		uocabunt
	ἰεσσαὶ	23	qui uocatur	37	Emanuel
	Iessæ		ὁ λεγόμενος		ἐμμανουήλ
10	Salomonem	29	de spiritu sancto		Emmanuel
	σολομῶνα		ἐκ πνεύματος ἁγίου	37	interpretatum
	Solomonem		ex spiritu sancto		μεθερμηνευόμενον
12	Abiam	30	traducere		præsens passiuum
	ἀβιά		παραδειγματίσαι	39	cognoscebat
	Abia		exemplum facere		ἐγίνωσκεν
14	Achaz		infamare		pro cognouerat
	ἄχαζ	31	in somnis	39	donec
	z sonat ut s		κατ' ὄναρ		ἕως οὗ
15	Ezechias		per somnium		pro dum

De ea, ex ea, de qua, ex qua. Raab, Rachab, Salomon, Solomon, hæc utroq; modo bene dicta defenduntur.

COMMENTARIVS IN CAPVT PRIMVM.

VT Moses à Genesi mũdi, librum ueteris legis inchoauit; sic & Mat thæus librum nouæ legis, quod est Euãgelium æternum, à Genesi CHRISTI conditoris mũdi, dicente Paulo: Nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio, quẽ cõstituit hæredem uniuersorum, per quẽ fecit & secula, inchoat, dicẽs. ¶ Liber gñationis IESV CHRI
Heb.1. 1 » STI filij Dauid, filij Abraam. Abraã genuit Isaac, Isaac autẽ genuit Iacob. Iacob
» autẽ genuit Iudam, & fratres eius. Iudas autẽ genuit Phares, & Zara de Thamar.
» Phares autẽ genuit Esrom. Esrom autẽ genuit Aram. Aram autem genuit Ami
» nadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autẽ genuit Salmon. Salmon
» autem genuit Booz de Raab. Booz autẽ genuit Obed ex Ruth. Obed autem ge
» nuit Iessæ. Iessæ autẽ genuit Dauid regem. ¶ Quanto sanè conditor mundi mũ do est eminentior; & is per quẽ facta sunt secula, seculis superior; tãto hæc historia Moseos

Moseos historiã præcellit. Et quod ait, liber generationis, intelligunt nõnulli idẽ esse quod liber incipiens, initiũq; sumẽs à generatione IESV CRIHSTI, solent enim libri, maxime Hebræorum more, ab inicijs nomina sibi uendicare. Verũ huius libri nomen nõ est generatio IESV CHRISTI, sed id quod ex titulo p̃tendit τὸ καλὰ μαθεῖον ἅγιον εὐαγγέλιον. Proinde quod Matthæus ait, liber generationis, intel lige idẽ esse, ac si diceret, genealogia, siue descriptio generationis: describit enĩ ge nerationẽ IESV CHRISTI, in quo loquẽdi mõ imitatur Hebræos; quibus is pe nè proprius ac peculiaris est, ut cũ Geneseos cap. quinto dicitur: Hic est liber ge nerationis Adam, certũ est nõ de nomine totius libri, qui Genesis & Beresit appel latur, sed per id genealogiã, & descriptionẽ generationis Adam intelligi. Hæc au tem quã Matthæus tangit, generatio CHRISTI est secundum carnem, quæ quan tũlibet quis effari conetur, manet nihilominus ineffabilis, quod diuinus ad Caium Dionysius sensit, sic de incarnatione filij dei dicẽs: Ex occulto supsubstantialis ille deus in cõspectũ nostrũ repente processit humana substãtia, & carne uestitus. Oc cultus aũt etiam post reuelationẽ illam, siue (ut diuinius loquar) in ipsa quoq; sui reuelatione perdurat. Et hac enim ex parte IESVS secretus occulitur, nulloq; uel sermone, uel animo ipsius mysterium promitur: sed & cũ profertur, arcanũ; & dũ intelligitur, manet incognitũ. Ac multi quidem, & sancti uiri id Esaiæ, Generatio nem eius quis enarrabit? hoc prætẽdere uolunt, quanquam neq; p æterna CHRI STI à patre, neq; pro hũana ex uirgine matre: sed de noua, quæ à CHRISTO est generatione, capi uidetur, de qua & Psalmo uicesimo prĩo: Annũciabitur dño ge neratio uentura, & annũciabũt cœli iusticiam eius populo qui nascetur, quem fecit dominus. Quem etiam subinde Esaias uocat semen longæuũ, cum ait: Si posuerit animam suam pro peccato, uidebit semen longæuum, et uoluntas domini in manu eius dirigetur. Et id uoluisse spiritũ Esaiæ, indicat quod subnectit: huius dicti Ge nerationẽ eius quis enarrabit? cõtinuo causam subiungens: Quia abscissus est de terra uiuentiũ. Qd' quid aliud est, q̃ quia morte ac gloriosa passione sublatus est de medio hominũ super terram uiuentiũ, quis generationem eius, quæ passionẽ illã subsecuta est, enarrare ualebit? Enimuero ab Adam ad CHRISTVM generatio terrena cucurrit, nota & effabilis: à CHRISTO uero ad finẽ usq; mũdi in uere fi delibus cœlestis, ignota, & ineffabilis. Atq; sic quadruplex inuenitur generatio. Vna diuina solũ, ut CHRISTI æterna generatio: & hæc est ineffabilis. Altera hu mana solũ, ut posteritatis Adã usq; ad CHRISTVM: & hæc effabilis, & hæ duæ generatiões extremæ sunt. Tertia diuina p essentiã simul & hũana, qualis CHRI STI ex uirgine generatio: & hæc partim ineffabilis, partĩ effabilis: sed multo ma gis ineffabilis q̃ effabilis, cũ sit suppositi, qd' neq; linguæ hoĩm effari, neq; linguæ ualẽt angelorũ. Est & quarta generatio spũalis, partĩ diuina, et partĩ hũana, sed id p gratiã: & hæc est generatio fideliũ ex CHRISTO & ecclesia, quæ ĩ CHRISTO est abscondita & ignota. Vita uestra (inquit Apostolus) ĩ CHRISTO abscondita est cũ CHRISTO in deo: cũ aũt CHRISTVS apparuerit uita uestra, tũc & uos apparebitis cũ ipso in gloria. Et ideo quis eã enarrabit? Et hæ duæ uitæ mediæ sũt prior, diuinitati inseparabiliter cohæret semper: posterior interdũ ad carnẽ, & hu manam relabitur: tamdiu felix existens, quãdiu in CHRISTO abscõdita manet: at misera, q̃ primũ ad extremã relabitur. Possunt'q; uitæ istæ hoc ordĩe digeri: Pri ma diuina solũ: Secunda, diuina & humana per essentiã: Tertia, diuina & humana per gratiam: Quarta, humana solum. Prima, superperfecta est, non facta: ultima, facta, sed imperfecta: secũda perfectissima, quæ simpliciter fieri potuit: tertia, per fecta pfectionis accrementũ & decrementũ recipiens: tanto pfectior, quanto secũ dæ cõformior. Prima, filij dei ante secula geniti: secũda, filij dei in seculo nati: tertia

Dionysius epistola. 3.

Esa. 53.

Psalm. 21.

Colos. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

filij dei adoptati: quarta, filij hominis, serui. Quo circa, qui accedit ad primã, est per se liber: qui autẽ ad secũdam, à seruitute asseritur in libertatem: qui denicq; à secunda recedẽs, accedit ad quartam, ex libertate transit ad seruitutẽ, & seruitutem quidem miseram. Sed cum harũ generationum Matthæus, quo ad CHRISTVM tangat secundã, quæ quatenus humana est, ex hominibus processit: ut ex Abrahã, qui est pater omnium fidelium per fidem, & Hebræorũ per circũcisionem, & Isaac, & Iacob, & reliquis sequẽtibus: cur peculiariter uocauit eum filium Dauid, dicẽs: Liber generationis IESV CHRISTI, filij Dauid? Ob hoc sanè spũ dei actus, ut Hebræi conspecta eius in operibus diuinitatis uirtute, negare nõ possent eum ipsum esse CHRISTVM, atq; eũ quẽ expectabant Mesiam, quẽ in cõfesso omnibus erat fore filium Dauid, cum ex multis alijs scripturæ locis, tũ uel maxime ex hoc Hiere-
Hiere.23. miæ oraculo idipsum aperte dicente: Ecce dies ueniunt, dicit dñs, & suscitabo Dauid germen iustum: & regnabit rex, & sapiẽs erit: & faciet iudicium, & iusticiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit cõfidenter. Et hoc est nomẽ quod uocabũt eum, dominus, iustus noster. Et adeo illis exploratum erat, Mesiam
Matth.22. dicendum filium Dauid, ut & cũ eos percõtaretur dominus; Quid uobis uidetur de CHRISTO? cuius filius est? incunctanter dixerint ei: Dauid. Quin etiam cum ipsum (ita eos mouente spiritu dei) tanquam suum Mesiam, & suũ regem excepe-
Matth.21. runt, dicebãt: Osianna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Sed &
Luc.1. eum filium Dauid innuit angelus apud Lucam, alloquẽs uirginẽ: Et dabit (inquit) illi dominus deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis. Nihil mirum igitur, si Euãgelista in exordio sui Euangelij nũcupat eum filium Dauid. Sed forte perget quispiam scisitari, num etia peculiariter uocat eũ filium Abraham, perinde atq; Dauid, quũ dicit IESV CHRISTI filij Dauid, filij Abraham? Litera hic planè anceps est, quia secundo loco filij, uel ad IESV CHRISTI, uel ad Dauid, quorũ utrũq; paternus casus est, referri potest, & proinde si referatur ad IESV CHRISTI, peculiariter uocaret eũ filium Abrahã: quod insignes etiã scriptores putauere: quibus & si aduersari meum non sit institutum, puto tamẽ filij secũdo loco positum, potius ad uicinius, scilicet Dauid, referen-
Baruch.1. dũ: quod ex cõsuetudine sacræ scripturæ cognoscitur. Sic enim in Baruch: Et hæc uerba libri, quæ scripsit Baruch filius Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedeciæ, filij Sedei, fi-
Sopho.1. lij Helciæ in Babylonia. Et in Sophonia: Verbũ domini, quod factũ est ad Sophoniam filiũ Chusi, filij Godoliæ, filij Amasiæ, filij Ezeciæ, in diebus Iosiæ filij Amon
Zacha.1. regis Iuda. Et in Zacharia: Factũ est uerbũ domini ad Zachariã filiũ Barachiæ, filij Addo, prophetam. Et ita semper inuenias filij, ad uicinius referri. Neq; etiã inuenimus Hebræos dicere solitos, Mesiam filium Abrahã, sed filiũ Dauid. Quare admodum consentaneũ est, Euangelistam solum hic peculiari nomenclatura eum dixisse filiũ Dauid, & mox Dauid filium Abraham: ut à primo patre nouellæ fidei & circũcisionis Hebræorũ, texeret seriem generationum usq; ad CHRISTVM, consummatæ fidei authorem. Quod si dicat horũ duntaxat duorũ dixisse filiũ, quia his solis, pmissus fuerit CHRISTVS: respõderi potest, nõ his solis, sed multis quoq;
Num.24. alijs, pmissum fuisse. ut Iacob, dicẽte scriptura: Orietur stella ex Iacob, & cõsurget
Gene.49. uirga de Israël. Et Iudæ, ut i Genesi habetur: Catulus (inquit) leonis Iuda, & subditur: Et quis suscitabit eũ? Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentiũ. Quæ de promissio-
Ruth.4. ne Mesiæ intelligi certũ est. Sed & Phares filio Iudæ, & Toldoth libri Ruth Mesiã
Esaiæ.11. promissum intelligũt Hebræi. Item & Iessæ, dicente Esaia: Egredietur uirga de radice Iessæ, & flos de radice eius ascẽdet. Porrò quos hic nominauit Euãgelista, finiuntur in Dauid, primã implentes tessaradecadem. Quos uero subiungit finiẽtes

in Iosiam

in Iosiam, implẽt secundã tessaradecadem, quæ hoc pacto describitur. ¶ Dauid au-
» tem rex, genuit Solomonẽ ex ea quæ fuit Vriæ. Solomon autẽ genuit Roboam.
» Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Asa. Asa autẽ genuit Iosaphat.
» Iosaphat autẽ genuit Ioram. Ioram autem genuit Ozian. Ozias autẽ genuit Ioa-
» tham. Ioatham autẽ genuit Achaz. Achaz autẽ genuit Ezecian. Ezecias autẽ ge-
» nuit Manassen. Manasses autẽ genuit Amon. Amon autẽ genuit Iosiam. ¶ In hac tessaradecade, id est, quatuordecim generationum comprehẽsione, inter Ioram & Oziam tres medij omittuntur, Ochozias, Ioas, Amasias, ut ex quarti Regũ cap. 8. 11.12.14. manifeste dilucet: quos qua ratiõe spiritus Euãgelistæ hac generationũ serie excluserit, indignos ue cẽsuerit ipse nouit, qui omnia nouit, & qui scrutatur profunda etiam dei: spiritu enim dei agitante, certũ est Euãgelistas scripsisse: quamobrem hanc potissimum caussam crediderim, spiritus sancti, quẽ nihil latet, per quem scribebat Euãgelista uoluntatẽ: ne quis putet id ignorãtia, aut dormitatione Euangelistæ accidisse. Huius tamẽ omissionis caussam nitũtur afferre Origenes, Hieronymus, Hilarius, & plericq; alij. Qui hic dicitur Ozias, ille est qui. 4. Regũ cap. 15. & Azarias & Ozias utrocq; nomine nũcupatur: illo i principio, isto i fine. Cætera huius quaternæ denariæ numeratiõis ꝓspicua sunt. Tertiã tesseradecada, quæ finit
» in Ioseph, subnectit Matthæus, dicẽs. ¶ Iosias aũt genuit Iechonian, et fratres eius
» in trãsmigratione Babylonis. Et post trãsmigrationẽ Babylonis Iechonias genuit
» Salathiel. Salathiel autẽ genuit Zorobabel. Zorobabel autẽ genuit Abiud. Abiud
» autẽ genuit Eliazim. Eliazim autẽ genuit Azor. Azor autẽ genuit Sadoc. Sadoc
» autẽ genuit Acim. Acim autẽ genuit Eliud. Eliud autẽ genuit Eleazar. Eleazar au
» tem genuit Matthan. Matthan autẽ genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Ioseph, uirũ
» MARIAE, de qua natus est IESVS, qui uocatur CHRISTVS. ¶ Hæc quaterna denaria series desinit in Ioseph, qui gignitur tantũ, & non gignit: opponiturq; primo primæ seriei, Abrahã, qui in serie gignit solũ, & nõ gignitur: cæteri intermedij gignũt quidẽ, & gignũtur. Recte aũt Ioseph gignitur solũ, & nõ gignit: quia noua post ipsum sequitur generatio, scilicet ꝓpũalis à CHRISTO. sic igitur Ioseph finis est carnalis, & CHRISTVS initiũ ꝓpũalis. Et cũ Abrahã ponitur generationũ primus, & Ioseph ultimus: Abrahã primus est in imo, & Ioseph ultimus i summo. Nã ad CHRISTVM procedere, nõ est descẽdere, sed ascendere: & id à carne ad spiritũ, à tenebris ad lucẽ, à morte ad uitã, à seruitute ad libertatẽ, à miseria ad felicitatẽ, ab homine ad deũ. CHRISTVS autem est super has omnes generatiões, ut cuius est noua, & nouo modo generatio, qui & est generationẽ inauditã creãs, & inenarrabilem. Est ne hic noua generatio, nõ gigni ab hoĩe, sed cõcipi de spiritu sancto? Est ne hic nouus generatiõis modus, nasci ex intacta, illibataq;, & prorsus immaculata uirgine? quod innuit Euãgelista, cũ dicit: MARIAE, de qua natus est IESVS, qui uocatur CHRISTVS, q uocatur Mesias. si enim de serie esset, & non extra & supra seriẽ, dixisset Euãgelista, Ioseph aũt uir MARIAE genuit IESVM. At non sic dixit ꝓpũs sanctus, qui eius dirigebat sermonẽ: sed cõtinuo ubi dictũ est, Iacob aũt genuit Ioseph uirũ MARIAE, protinus subiũxit: De qua natus est IESVS, q uocatur CHRISTVS. ut excluderet Ioseph à generationis functione, & innueret uirginẽ peperisse. Et proinde cũ dicit, uirũ MARIAE, sponsum intellige: quippe qui semp sponsus, & custos, & testis perpetuæ uirginitatis MARIAE solũ fuit, & alũnus infantiæ saluatoris filij dei altissimi: per quẽ quãuis omnia nascãtur, & alantur oĩa, pro nobis tamẽ & ipse nasci uoluit: sed ex pulcherrima, purissima, sanctissimaq; omniũ, quas mũdus unquã habuerit, uirgine, & ali: & non solũ nasci, sed & gigni, ut inquit hic Matthæus γεννᾶσθαι, genitus est: quod utrũq; significat, & nasci, & gigni: quo secretius adhuc indicat nõ genitorẽ in terris, sed solã habuisse genitricẽ,

 eam scili-

eam scilicet uirginē, quæ sola est θεοτόκος, nullam unquàm habitura parē. Similiter gnatio, quæ ab ipso est, e' spiritu sancto est, & ex uirgine scilicet ecclesia, fide incorrupta: imo si attēdimus, utraq; generatio à patre est, & filio, & spiritu sancto: illa in
Luc.1. MARIA, hæc in ecclesia. De illa inquit angelus: Spūs sanctus supueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, ubi spiritū sanctum audis, uirtutē: altissimum, qui
Matth.28. sunt spūs sanctus, filius, pater. De hac dicit Matthæus: Eūtes ergo, docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & hæc est generatio, quæ ī uirgine ecclesia est à CHRISTO. Mox ubi īnuit Euāgelista CHRISTI generationē nō ex uiro, sed ex uirgine, quæ nihilominus spōsum habebat, ut uirgo ecclesia mater posterioris generationis semper spōsum habet: quoddam mysteriū generationū aperit, quæ ab Abrahā triplici coniuncta tessaradecade, id est, quaterno denario, currunt, dicēs. ¶ Omnes itaq; generationes ab Abrahā usq; ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid usq; ad transmigrationē Babylonis, generationes quatuordecim: & à trāsmigratiōe Babylonis usq; ad CHRISTVM, generationes quatuordecim. ¶ Hæc quaternadena dico esse cōiūcta: qa finis primi scilicet Dauid, computatur principium secundi: & finis secūdi Iosias, principiū tertij, quod desinit in Ioseph, uirū quidē MARIAE, & omniū fœminarum beatissimæ, & super beatos, beatasq; oēs à deo benedictæ, & honorificatæ, quæ integra uirginitate, & intacta sanctitate hominem simul peperit atq; deū. Verū de his tessaradecadibus duas ponemus descriptiōes. Prima, erit disiunctarū: secūda, coniunctarum. Prima includit, secunda excludit CHRISTVM. Prima erit ex antiquis exemplaribus, secunda ex nostris, tum Latinis, tum recentioribus Græcis.

PRIMA descriptio, quæ est tessaradecadum disiunctarum.

14	Abraham	Isaac	Iacob	Iudas	Phares	Esrom	Aram
	Aminadab	Naasson	Salmon	Booz	Obed	Iessæ	Dauid
14	Solomon	Roboam	Abia	Asa	Iosaphat	Ioram	Ozias
	Ioatham	Achaz	Ezecias	Manasses	Amon	Iosias	Ioacim
14	Iechonias	Salathiel	Zorobabel	Abiud	Eliacim	Azor	Sadoc
	Acim	Eliud	Eleazar	Matthan	Iacob	Ioseph	IESVS

De hac locutus uidetur & sacer Hieronymus. Estq; omniū numerus, 42. Hæc quoque habetur ex uetusto archetypo Græco, ubi Ioacim, q nobis deest, uicesimo octauo loco ponitur: & hæc tessaradecadū ordinatio, cū ex antiquis, tum ex primi Paralipomenon, cap. 3. desumpta, magis ueritati, & mēti Euāgelistæ accedere uidetur.

SECVNDA descriptio, quæ est tessaradecadum coniunctarum.

14	Abraham	Isaac	Iacob	Iudas	Phares	Esrom	Aram
	Aminadab	Naasson	Salmon	Booz	Obed	Iessæ	Dauid
14	Dauid	Salomon	Roboam	Abia	Asa	Iosaphat	Ioram
	Ozias	Ioatham	Achaz	Ezecias	Manasses	Amon	Iosias
14	Iosias	Iechonias	Salathiel	Zorobabel	Abiud	Eliacim	Azor
	Sadoc	Acim	Eliud	Eliazar	Matthan	Iacob	Ioseph
		IESVS	CHRISTVS		MARIA		

INTERPRETATIO NOMI. HEBR. IN GENEAL. contentorum.

1	Abraham	Pater multitudinis.	8	Aminadab	Populus spōtaneus.
2	Isaac	Risus	9	Naasson	Aeneus.
3	Iacob	Supplantator.	10	Salmon	Perfectus.
4	Iudas	Confessio.	11	Booz	In fortitudine.
5	Phares	Diuisio.	12	Obed	Seruus.
6	Esrom	Atrium.	13	Iessæ	Existens.
7	Aram	Excelsus.	14	Dauid	Dilectus.

15 Solomon

15	Solomon	Pacificus.	33	Eliacim	Dei resurrectio.
16	Roboam	Dilatans populū.	34	Azor	Adiutor.
17	Abia	Pater domini.	35	Sadoc	Iustus.
18	Asa	Sanans.	36	Acim	Confirmans.
19	Iosaphat	Domini iudicium.	37	Eliud	Dei laus.
20	Ioram	Domini celsitudo.	38	Eleazar	Dei adiutoriū.
21	Ozias	Possessio domini.	39	Matthan	Donum.
22	Ioatham	Dñi cōsummatio.	40	Iacob	Supplantator.
23	Achas	Apprehendens.	41	Ioseph	Augmentum.
24	Ezecias	Fortitudo domini.	42	IESVS	Saluator.
25	Manasses	Oblitus.	43	MARIA	Domina maris.
26	Amon	Fidelis.		ADIECtitiorū	INTERPRE.
27	Iosias	Vrens dominus	44	Zara	Oriens.
28	Ioacim	Domini firmitas.	45	Thamar	Palma.
29	Iechonias	Præparatio domini	46	Raab	Dilatata.
30	Salathiel	Postulatus dei.	47	Ruth	Irrigata.
31	Zorobabel	Alienus à cōfusione.	48	Vrias	Ignis domini.
32	Abiud	Pater laudis.	49	Bathsabe	Filia iuramenti.

Hic uidere potes tres cōiunctas tessaradecas, ab Abraham sursum uergere: nā ad CHRISTVM, qui plus q̄ uir est: & uirginē, quæ plus quàm mulier, uiris ac mulieribus super locatos: & si summa humilitas, qua filius dei dignatus est ad nos p uirginē descēdere, faciat eos uideri omniū infimos. O oīa saluans incomprehensibilis IESV humilitas: cuius & uirginis humilitas maxime est æmula. Videre etiam prōptū est Abraham solū gignentem esse, Ioseph solum genitum: intermedios autē, gignentes simul atq; genitos. Abraham ante legē, Dauid in lege, CHRISTVM post legem: ut ipse CHRISTVS intelligatur eorum, qui ante legem, & in lege, & post legē sub gratia fuere omniū unica & uera salus. Insuper & has tres tessaradecadas simul collectas, numerū implere quadragenariū, qui numerus est pœnitentiæ: quæ maxime tempore CHRISTI conueniebat: quippe qui plenariam affere bat peccatorum remissionem. Ad hæc iam præcursor eius Ioannes clamabat: Pœ- Matth.3.
nitentiā agite. Qd & ipse dominus idem dicens: cōfirmabat. Tempus ergo quod Matth.4.
præcesserat, imperfecte erat pœnitentiæ: quia nondū uenerat, qui pœnitentibus, aperto regno cœlorum, peccata penitus relaxaret: at tunc & nunc est ueri quadragenarij, uereq; pœnitentiæ tēpus, se ad eum conuertendo, qui supra sanctū est quadragenariū: is enim est, qui resipiscentibus uere peccata remittit: & cui est omnis potestas in cœlo & in terra. Sed cum tanta diligentia obseruarit in generationum serie, sacer Euāgelista quaternū denariū numerū: est' ne quippiā insigne in hac numerationis forma reperire? Est sane'. Nam in principio pariter & in fine, semper aliquid insigne occurrit, ut in principio primæ generationis, fides in Abrahā, & fidei signū circūcisionis institutio: in fine, augmentū fidei in Dauid, & huius signū Goliæ prostratio. Sed & idem est initium secundæ, sub quo, ut gloriosissimo rege, cœpit regnū Iuda: in fine secundæ est Iosias, qui collapsam & fidem, & legem gloriose instaurauit, & aras, et excelsa, & lucos, & simulacra oīa funditus euertit: reperit quoq; libros legis, & legem arctissime obseruari curauit. Et idem est principiū tertiæ, ubi statim in principio transmigratio filiorum eius, & Iudæorū in Babylonē facta est: quæ omnia ex Paralipomenon cap. 34. 35. & 36. facillime cognoscūtur. Et sub Ioseph fine tertiæ uirgo parit, deus in terris nascitur, fides cōsummat, noua lex instituit, caro trāsit, uenit spūs, circūcisio signū fidei Abrahā trāsit in baptismū fidei

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRISTI regis æterni. & hoc est, quod in fine huius tertiæ tessaradecadis, id est, quaternædenariæ numeratiõis euenit, miraculũ, omnibus ante seculis inauditum: cui neq; postea simile audiendũ. Quinetiam, si quaternamdenariã ante Abrahã numerationem attẽdas, inuenies principiũ eius admodum insigne. Nam Enoch cœpit inuocare nomẽ domini, qui & uiuus à deo trãslatus est, ut dignior q̃ qui inter homines suæ tempestatis, & in terra contaminata diuersaretur: & hic est ab Abra-
Ge. 5. et. 11 ham ex Genesi quartusdecimus, hac serie: Enoch, Mathusalẽ, Lamech, Noẽ, Sem Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Reũ, Sarug, Nachor, Thare, Abrahã: ubi Abraham est quartusdecimus, & principiũ sequẽtis tãtillæ numeratiõis. Hac ergo quaternadenaria numeratiõe uoluisse uidetur Euãgelista indicare semp in fine accidere aliquid nouũ, insigne, ac mirabile, ut id maxime omniũ aduerteremus in fine ultimæ accidisse. Sed de his hactenus. Vnũ adhuc forte quærat quispiã: cum in his numerationibus mulieres interdũ cũ uiris ponantur, ut Thamar, Raab, Ruth, Bathsabe, quæ his uerbis intelligitur, ex ea quæ fuit Vriæ; an ideo ponãtur, quia peccatrices fuere, ut uel sic intelligamus CHRISTVM ex peccatoribus, & peccatricibus uoluisse descẽdere? Ego potius crediderim (cuiq; suũ, ut quod maluerit, sequatur, relinquẽs arbitriũ) nõ quia peccatrices, sed qã maxime & fide, & pietate insignes fuere, diuina electiõe huic sanctæ generatiõi CHRISTI insertas: sicuti series uiro
THAmar. rum ab Abraham, Iuda, & Dauid usq; ad Ioseph est omniũ clarissima. Nã ut à Thamar incipiã, diuino iudicio factũ est: ut quũ Iudas eã fefellisset, nõ dato illi filio suo Sela in maritũ, quem ipse promiserat, ut ex ea semẽ pro fratre propinquitatis iure suscitaret: ipsa astu, & prudẽtia modũ inueniret, ut Iudas, quod debebat, impleret. Ideo Iudas, qui illi iusticiam negabat, postquã factũ intellexit, supra se illã iustificauit, dicẽs: Iustior me est, quia non tradidi eã Sela filio meo. Et hæc Thamar, omnino insignis, iusta, & prudẽs ex historia sacra cognoscitur: & nequaquàm peccatrix
Gene. 38. (& si, ut iusticia impleretur, se ut peccatricẽ demõstrauit) adeo ut figurare eã uelint ecclesiam habentẽ in utero Phares, & Zara, Phares gentium, & Zara populum Iudæorum, qui prior signũ salutis habuit à domino: sed eũ ultimum parit ecclesia. De
RAAB. Raab nihil nisi sanctũ legitur: ut quæ tanquã prophetissa allocuta sit exploratores
Iosue. 6. filios Israẽl abscõderit, & suis cõsilijs eripuerit e manibus regis Hiericho: timens deũ, pia in parẽtes, & illos sua prudentia, suaq; sapiẽtia saluãs, ut historia Iosue cõti
Iosue. 1. net, dicẽs: Necdũ obdormierãt, qui latebãt: & ecce mulier ascẽdit ad eos, & ait: Noui quod dominus tradiderit uobis terrã. Etenim irruit in nos terror uester, & elanguerũt oẽs habitatores terræ. Audiuimus quod siccauerit dominus aquas maris ruri ad uestrum introitum, quãdo egressi estis ex Aegypto: & quæ feceritis duobus Amorræorũ regibus, qui erant trans Iordanẽ, Seon, & Og, quos interfecistis. Et hæc audiẽtes, pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitũ uestrũ. Dñs enim deus uester, ipse est deus in cœlo sursum, & in terra deorsum. Nũc ergo iurate mihi per dominũ, ut quomodo ego misericordiã feci uobiscum, ità & uos faciatis cũ domo patris mei: detisq; mihi uerũ signum, ut saluetis patrẽ meũ & matrẽ, fratres & sorores meas, & oĩa quæ illorũ sunt, & eruatis ani-
Heb. 11. mas nostras à morte. Itẽ apud Paulũ ad Hebræos, fide cõmẽdatur Raab. Neq; te moueat, qd appellatur meretrix, Iosue cap. 2. & 6. & Hebræorũ. 11, id enim meo iudicio nihil aliud designat, q̃ hospitam, quæ merebat quippiã ab hospitibus, ex ijs quæ illis apponebat, & ex diuersorij supellectile, quã eis ministrabat. Cui sentẽtiæ Chaldæus quoq; Paraphrastes subscribit, uertẽs ZONAH cauponã, siue cauponariã, quã tralationẽ etiã alibi secuti sunt posteriores Hebræi, quod illud à uocabulo, qd escã siue alimentũ significat, deriuatũ sit, Vñ fit, ut ipsa cẽseri iusta possit. Nã si sordida fuisset peccatrix, parũ uerisimile uideatur Solomõ principẽ de tribu Iuda eam uo-

eã uoluisse accipere cõiugẽ: uerũ ob probitatẽ, sanctimoniã q̃, & legitima Hebræorũ ab ipsa suscepta, nõ est eam, cum tantus esset, dedignatus. Et hæc etiam populi gẽtilis ad sacra CHRISTI ueniẽtis (derelicta & destructa idololatria) figura est.
De Ruth nihilo minus honesta, quàm de hac legimus. Moabitis enim erat, uiro cõ RVTH
iũcta Hebræo: quo mortuo, suã inseparabiliter secuta est socrum Hebræã, pietatis suæ, & religionis exemplũ oĩbus posteris relinquens: ut plane historia Ruth testatur, sic ea describens: Ruth adhæsit socrui suæ. Cui dixit Noemi: En reuersa est co Ruth. 1.
gnata tua ad populum suum, & ad deos suos, uade cum ea. Quæ respõdit: Ne aduersẽris mihi ut relinquã te, & abeã: quocunq; perrexeris, pergam: & ubi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, & deus tuus deus meus. Quæ te terra morientẽ suscepérit, in ea moriar, ibiq; locũ accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat deus, & hæc addat, si nõ sola mors me & te separauerit. Qd, quæso, peccatũ hic cognoscitur, unde dici queat peccatrix? An quod messorũ uestigia sequens, spicas colligeret, quas socrui suæ ferret, de mane usq; uesperam in agro stans, nec ad momentũ quidẽ domũ reuertens? An q̃ secuta consiliũ socrus suæ, iacuerit uerecunde & pudice ad pedes Booz: qui defuncti uiri sui affinitate, sibi debebatur? Et ecce, inquit, nocte iam media expauit homo & cõturbatus est: uiditq; mulierem iacentẽ ad pedes suos, & ait: Quæ es? illaq; respõdit: Ego sum Ruth ancilla tua. Expande palliũ tuum super famulã tuam, quia propinquus es. Et ille: Benedicta, inquit, es à dño filia, & priorẽ misericordiam posteriore superasti: quia nõ es secuta iuuenes pauperes, siue diuites. Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim oĩs populus, qui habitat intra portas urbis meæ, mulierẽ te esse uirtutis. Nec abnuo me propinquũ, sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte: & facto mane, si te uoluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est sin aũt ille noluerit, ego te absq; ulla dubitatione suscipiã, uiuit dominus. Dormi usq; mane. In hoc neq; Booz, neq; ipsa peccauit, neq; aliud inuenias, unde & ipsa dici possit peccatrix: sed multa probatæ uirtutis, & religiosæ pietatis insignia. Adde q̃ & ipsa alienigena est populi gentilis ecclesiã CHRISTI secuti, & eidẽ inseparabiliter adhærẽtis, figura. Porro de Bathsabe quid dicã? Nũquid q̃ in sublimiori loco ædiũ suarũ nudasset sese, lauisset q̃, ignara q̃ quisq̃ posset eã intueri, peccauit? Nõne Dauid tulit eã? Et quæ fortitudo mulieri surrepræ, ut regiæ nõ pareret uolũtati? Peccatũ ergo fuit Dauid potius q̃ illius mulieris: quod & ĩ Dauid seuere aĩaduersum est, in Bathsabe aũt minime. At nũquid cõsensit neci mariti? Nequaq̃. Sed & Nathan propheta ex dei mãdato Dauid alloquẽs, eã cõparat oui innoxiæ, cui uiolẽtia allata est. An q̃ mortuo uiro rex eã sibi fecit uxorẽ, quæ & regina pulcherrima & prudentissima fuit? Neq; certe ĩ hoc peccatũ agnoscitur, sed plurimæ laudis insignia, cũ ita mater regis pacifici fuerit effecta, typũ CHRISTI, q̃ uerus est Salomon, & rex superpacificus, præ se ferentis. Quin & ipsa synagogæ typũ gessit, ut de ea in figura canitur in cantico amoris: Egredimini filiæ Sion, & uidete re- Bathsabe. Cant. 3.
gẽ Salomonẽ in diademate, q̃ coronauit illũ mater sua in die despõsatiõis illius, & in die læticiæ cordis eius. Quis enĩ coronauit CHRISTVM, cũ in ligno despõsauit ecclĩam, & in læticia cordis sui fecit redẽptionẽ humanã, nisi synagoga? Igit, propter hæc tã ardua, & alia (q̃ mortales fugiũt) mysteria, spũs sanctus, q̃ mundorũ est amator, has sanctas mulieres, ut & sanctarũ sanctã dei matrẽ, eas honorificãs supoẽs CHRISTI generatiõibus inseri uoluit. Adde etiã, q̃ e matribus oĩm, qui in tessaradecadibus ponuntur uirorũ, nullæ his Thamar, Raab, Ruth, & Bathsabe, ex historia sacra noscuntur insigniores: MARIA aũt oĩm longe insignissima, quinimo aliarũ matrum cõparationẽ nõ admittit: perinde ut neq; CHRISTVS, natorũ At his dictis ad literã reuertamur, ubi spũs sanctus per Euãgelistã enucleat diuinæ incar

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 „ incarnationis filij dei ex intacta uirgine mysteriũ, dicens: ¶ Cũ esset despõsata ma
„ ter eius MARIA Ioseph antequã cõuenirent, inuenta est in utero habens ex spũ
„ sancto. ¶ Nisi spiritus sanctus modũ natiuitatis in carne filij dei, menti mortalium
ingessisset, homo eũ attingere nõ poterat; quis enim mente attigisset uirginẽ pa-
rituram, nisi diceret: Cũ desponsata esset mater eius MARIA, Ioseph? cũ nõ cõ
uenirent, sed absq; ullo contactu cœlibem uitam ducerent, reperta est in utero ha
bẽs de spiritu sancto, reperta est plena deo, & à deo & nõ ab hoĩe, talis est CHRI
STI generatio: nõ quales quæ præcesserũt. Et cũ ait: Cum desponsata esset mater
eius: innuit uirginem ipsam uere dei parentẽ, fuisse solũ sponsam & semper spon-
sam, & Ioseph solũ sponsum & semper sponsum, nã uirgo & mater est, semper in
nupta. Proinde cum in sequentibus audis uirum, audis cõiugẽ: intellige sponsum
atq; spõsam, quia hæc est intelligentia spiritus. Et ut CHRISTVS est ueritas diui
næ natiuitatis ex spõsa uirgine, sic omnes filij eius ex spõsa uirgine sulamite eccle
sia, diuine nascuntur, quæ semper sponsa est, ut & ipse semper sponsus, & hæc est
diuinæ generationis atq; natiuitatis eius usq; ad mundi consummationẽ imitatio,
& Christiforme incarnationis sacramentum. O si fideles suam diuinã generatio-
nem agnoscerent quã studerent caste, sancte, & diuine cõuersari, ut CHRISTVS
cõuersatus est? At Ioseph, MARIAE uirginitate illibata deo fœcundatæ sponsus
hoc diuino stupefactus miraculo, ut mysteriũ nõ agnoscens, & nihil sinistræ opini
onis alijs inijcere uolẽs, cogitauit occulte discedere. Qd' subdit Euãgelista dicẽs:
6 „ ¶ Ioseph autẽ uir eius cum esset iustus, & nollet eã traducere, uoluit occulte dimit
„ tere eã. ¶ Cũ ait: Ioseph autẽ uir eius (ut dictum est) perinde est ac si dixisset: Io-
seph autem spõsus eius, & tam inconcinne (ut arbitror) interpretaremur uir eius,
id est, maritus eius, quã postea cõiugem tuam, nuptam tuam, & non potius spon-
sam tuam, quod & Hieronymus aduersus impurum Eluidiũ nõ obscure insinuat
sic inquiens: Tu dicis MARIAM, uirginẽ nõ permansisse: ego plus uendico, etiã
ipsum Ioseph uirginẽ fuisse per MARIAM. Si enim in uirũ sanctũ fornicatio nõ
cãdit, & aliam eum habuisse uxorem nõ scribitur: MARIAE (quã putãdus est ha
buisse) custos potius fuit, quã maritus. Et ĩ fine aduersus eundem ait: Eiusdem uis
esse gloriæ uirgines & maritas: ubi maritas opponit uirginibus. Quare & mar-
tus opponitur spõso, q adhuc intacta spõsa cœlebs ẽ, sic & Græci maritũ παρακοίτην
dicũt, quod apud idem cubile cũ nupta conueniat. Quod quis dicat Ioseph conue
nire posse? Neq; ergo proprie dici maritũ. Hæc dixi, ut qui Euangeliũ interpretan
tur, spũm attendant, non carnẽ: & illis semp utantur uerbis, quæ remotiora sunt à
phãtasia carnis, etsi excusari ualeant, quãdoquidẽ caro nobis semp adest, spũs autẽ
desup infunditur, Sed quid ait: cũ esset iustus, & nollet eã traducere? Certe Matthæ
um nõ habemus nisi per interpretẽ: & nescio an hic aliud aut alio modo dicere uo
luerit, q̃ interpres nobis representarit, nã traducere ĩ malã partẽ capi solet, p inuul
gare, infamare, aut exẽplũ alijs ignominiæ facere. An igit quicq̃ de traductiõe, atq;
uirginis infamatiõe cogitare potuit Ioseph? Quo nã mõ fuisset iustus? Id sane pri
ori particulæ cõpugnat, cũ esset iustus. Illa ergo particula, hoc, aut quippiã aliud si
mile intelligere possumus: cũ aũt esset iustus, & nollet eã in aliquo suspectã habe
re, nollet de ea quicq̃ sinistre cogitare, uoluit clanculũ eã dimittere. Nõne etiã &
aliter hunc locũ explicare poterimus, seruata uocabuli traducere, proprietate? Po
terimus, nimirũ hoc mõ: Ioseph (inquit) uir eius, cũ esset iustus, & nollet eam tradu
cere, uoluit occulte dimittere eam. Sed quare hoc? Certe quia rei nouitate (nouũ e
nĩ & hactenus inauditũ erat uirginẽ concepisse: qd' in sua cõiuge uirginitatis indu
bitatæ euenisse cernebat) perculsus, attonitus, turbatusq; erat, dicente postea ange
lo: Ioseph fili Dauid, noli timere, timor enĩ turbationẽ comitari solet, nõ suspicionẽ

Nec mirum

Nec mirum, Ioseph, quãtis iustus esset, & tam altum mysteriũ ignoraret, hac de re
fuisse turbatum, cũ & ipsa quoq; uirgo, quæ illum probitate & gratia longe præ-
cellebat, turbata fuisse legatur. Quæ cum audisset, inquit, turbata est in sermone ei Luc. 1.
us, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et respondens angelus, dixit ei: Ne time
as MARIA. Et subditur: Quomõ fiet istud, qm̃ uirũ nõ cognosco? Turbatus er
go, uoluit eã dimittere. At quia iustus erat, & nolebat eam infamare, nequaq; palã
id facere uoluit, sed occulte, id est alijs, quod eã dimitteret, prorsus inscijs: ne scili-
cet eam traduceret, infamaret, & uulgi fabulã faceret. Nã si eã dimisisset, & id cæ-
teros nõ latuisset, cũ alij nõ cognoscerent eã esse illã Esaiæ ALMA, id est uirginẽ
abscõditã, de ea male suspicandi occasionẽ præbuisset, simul & eam uulgi infama-
tioni exposuisset, quod est traducere: qd' & uiro iusto minime cõpetit. Hac ergo
de causa dicit Matthæus, Ioseph uirũ MARIAE cũ esset iustus, & nollet eã tradu
cere, uoluisse occulte dimittere eã. Sed huic cogitationi occurrit angelus, ne id fa-
cere t, phibens: qñquidẽ huic à deo sic pagẽdo sacramẽto erat delectus. Qd' ape-
„ rit Matthæus, subiũgẽs, ¶ Hæc aũt eo cogitãte, ecce angelus dñi apparuit in som-
„ nis Ioseph dicẽs: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere MARIAM cõiugẽ tuã.
„ Qd' enim in ea natũ est, ex spũ sancto est. Pariet aũt filiũ, & uocabis nomen eius
„ IESVM: ipse enim saluũ faciet populũ suum à peccatis eorum. (Hoc aũt totum
„ factũ est, ut adimpleretur quod dictũ est à domino per prophetã: dicentem: Ecce Esa. 7.
„ uirgo in utero habebit, & pariet filiũ, & uocabunt nomen eius Emmanuel, qd' est
„ interpretatum, nobiscum deus.) Exurgẽs autem Ioseph à somno, fecit sicut præce
„ pit ei angelus domini, & accepit coniugem suam, & nõ cognoscebat eam, donec
„ peperit filium suum primogenitum, & uocauit nomen eius IESVM. ¶ Noli, in-
quit angelus, timere, noli nouitate rei metu concuti, ita ut non audeas eã accipere
spõsam tuã, & cũ ea manere, ob diuinum quod te latet in ea sacramẽtum. Nam qd'
in ea conceptũ est, à spũ sancto est; & quæ uirgo, operante spiritu sancto, cuius uir
tus omnipotens, cõcepit, uirgo quoq; paritura est filium, neq; tibi, ut cogitasti, dis-
cedẽdum est, sed cũ ea manendũ, ut circuncidi cures, & nomines eũ IESVM. Qd'
est nomen super omne nomen, in quo cœlestia, terrestria, & inferna curuantur: qd'
non ab hominibus, sed à deo nominatũ est, & per supernæ sublimitatis angelũ nũ
ciatũ. Qui etiã ratirnẽ nominis cur IESVS nominetur, adiecit: quia scilicet ipse
saluaturus, liber atuus, redempturusq; esset populũ suum, id est, uniuersos omniũ
seculorũ fideles à peccatis eorũ, siquidem IESVM, salutem & saluatorẽ interpre-
tantur. Sed qua salute, liberatione, & redẽptione? Ea sane, qua saluat aĩas, liberat
à tyrãnide, & potestate serpentis antiqui, & redimit ab æternis inferorũ pœnis. O
uera salus, liberatio, & redẽptio. O uere saluator, & solus saluator, liberator, redem
ptor, qui, p nobis uenit in mundum, & uoluit de spiritu sancto ex plusq; benedicta
uirgine nasci, & suo nomine, quo iussu angeli eũ nominauit iustus ille Ioseph, san
ctaq; Dauid ad illa tẽpora, & ministeria seruata proles, cognosci omniũ uera salus
& sola salus, peccatorũq; remissor: cui sit potestas, & honor, & gloria in secula. Pri
us dixit Euangelicus spiritus, licet spõsus & sponsa, Ioseph & MARIA simul di
uersarẽtur, nihilominus tñ tũc uirginẽ cõcepisse, & postea intergra uirginitate pa
riturã esse, ipsis in sancto cœlibatu pseuerantibus, nullo q̃, prsus interueniẽte ma-
ritali cõtactu, id enim remotissimũ erat ab utriusq; instituto: qppe q cœlibẽ uitã ab
oĩ prosus maritali cõtactu alienã ducere statuissent. Nũc aũt, cur hæc tam studiose
tetigerit, causam aperit, oraculum Esaiæ adducens. Etenim cum Esaias dicit: Ecce
uirgo concipiet, & pariet filium, duo innuit, & uirginẽ concepturã, & uirginẽ pari
turã. Et hæc duo uoluisse Esaiã, expressit hic Euangeliographus. Primũ cũ prius
dixit: antequã cõuenirent, reperta est in utero habẽs de spiritu sancto, secundũ hic

Et non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitũ. Quare quanquàm Græcus interpres ita reddidit, perinde est tamen ac si primo loco dixisset in hãc sententiã: Nõ cõuenerant dũ reperta est in utero habẽs de spiritu sancto. & secundo loco: Non cognouerat eam, dum peperit filium suum primogenitum. Quibus aduerbijs quum, aut dũ, aut certe Græcis idem pollẽtibus, si usus fuisset interpres ille loco horum priusquàm, & donec, id est, Græcorũ hæc significantiũ: apertius reddidisset, quod intẽdebat Euãgelista: qui nihil aliud intẽdebat, quàm expримere oraculũ prophetæ adimpletũ fuisse: hoc est quod uirgo cõcepit, & uirgo peperit, nam quod non cõuenerant, dũ reperta est in utero habens ex spiritu sancto, ideo uirgo concepit: & quod non cognouerat eã Ioseph, dum filiũ suũ primogenitũ peperit, ideo uirgo peperit. Ex quo satis intelligitur, quod & uirgo in æuũ permãsit. Quod si ita Matthæi Græcus interpres, & nõ per prius, quàm & per donec reddidisset, nõ præbuisset serpẽti antiquo ansam, per impuros Eluidianos, & infames Antidicomaritas sibilandi post uirgineũ partũ uirginem deiparã matrem nouis indulsisse nuptijs. Et ideo ad intelligentiã sic dicere possemus illic; quũ esset desponsata mater eius MARIA Ioseph, nõ cõuenerant, dũ reperta est in utero habẽs de spiritu sancto, istic; & non cognouerat eam, dũ peperit filium suum primogenitum, & hoc puto uicinius ad modum scribendi Euangelistæ accedere: quanquã & interpres suo sermone nihil aliud uult, licet ancipitioribus uerbis, minusq; decẽtibus usus sit. Porro particula ista: Hoc totũ factũ est, ut adimpleretur quod dictũ est à domino per prophetam, dicentẽ: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatũ, nobiscum deus: utranq; harum particularum respicit: ideo ultimo loco est intelligenda. Quamobrẽ eã parẽthesi clausimus, ut intelligatur anticipata. Sic igitur ab hoc loco, quũ esset desponsata, usq; ad calcẽ capitis, iuxta sensum Euãgelistæ ordinare possumus. Quũ esset desponsata mater eius MARIA Ioseph, nõ cõuenerant, dũ reperta est in utero habens de spiritu sancto. Ioseph autẽ uir eius quũ esset iustus, & nollet eã traducere, uoluit occulte dimittere eã. Hæc autẽ eo cogitante, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicẽs: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere MARIAM coniugem tuã: quia quod in ea conceptũ est, de spiritu sancto est: pariet autẽ filiũ, & uocabis nomen eius IESVM: ipse enim saluum faciet populũ suũ à peccatis eorum. Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus domini: & nõ cognouerat eam, dum peperit filium suum primogenitũ: & uocauit nomen eius IESVM. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictũ est per prophetã dicẽtẽ: Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filiũ, & uocabitur nomẽ eius Emmanuel, quod est interpretatũ, nobiscum deus. Et quod propheta hic ait, & uocabitur nomẽ eius Emmanuel, respõdet ad id, & uocauit nomen eius IESVM, spiritu sancto insinuante per Euangelistam, IESVM esse nobiscũ deũ, & IESVM esse deum. At non solum deũ, sed nobiscum: quia re uera deus & homo. Quin & hoc uerbo Emmanuel, mirifice est insinuatũ diuinæ incarnationis sacramentũ: nã nomen eius Emmanuel, id est, nobiscũ deus. Ergo non solum hominem, sed etiam deum uirgo peperit. Qua igitur temeritate cogitasset Ioseph uir iustus de nuptijs cũ ea ineundis, quã sciebat uirginẽ peperisse, & Mesiam regem suũ peperisse ex pastoribus, & sanctũ sanctorũ, & deum in terris conuersatum ex prophetia? Quomodo fuisset iustus, si id cogitasset, nedũ si attẽtasset? Absit igitur, ut id in cuiusquam mentem ueniat: sed quod ipsa uirgo ante partũ, uirgo in partu, & uirgo post partũ permansit. Sunt etiam qui id, οὐκ ἐγίνωσκεν, id est, nõ cognoscebat, ad cognitionem qualitatis uirginis, non conditionis maritalis referant: ut donec, optimæ sentẽtiæ quadret, ut sit sensus; Non cognoscebat eã Ioseph qualis quantaue esset, quod mater

Mesiæ, ꝗ mater dei: donec peperit filiũ primogenitũ. tũc enim cognouit peperisse Mesiã, angelis & pastoribus nũcijs, & qualisnam esset illa uirgo. Verũ primũ sensum arbitror ueriorem, & oraculo Esaiæ, quod tunc impletum esset, aperiẽdo, conuenientiorẽ. Nec est etiã raro in sacris literis inuenire cognoscere, illam cognitionis maritalis significationẽ prætẽdere. ut in Genesi: Adam uero cognouit uxorem suam Euam, quæ cõcepit & peperit. Et primo Regum: Cognouit autem Helcana Annã uxorẽ suã, & recordatus est eius dominus. Et iterũ in Genesi de Iuda & Thamar: Attamen ultra nõ cognouit eam. Et tertio regũ de Abisac sulamite: Erat autẽ puella pulchra nimis, dormiebatq; cũ rege, & ministrabat ei: rex uero non cognouit eam. Et in hoc sensu dictum est: & non cognouerat eam Ioseph, dum peperit filium suum primogenitum: quia nunquàm cognouit eam, neq; cognoscere uoluit, aut cogitauit: quæ erat parẽs Mesiæ, arca dei, mater regis æterni, quæ sola incõparabilis mater & uirgo, cũ filio suo superbenedicto laudata, honorata & exaltata: cũ filio inquàm suo, quẽ in miserationibus patris æterni, salutem suam suscepit mundus. Cui per eundẽ salus, honor, & gratiarũactio in omnia seculorũ secula. Amen.

Gen. 4.
1. Reg. 1.
Gen. 38.
3. Reg. 1.

CAPVT SECVNDVM.

Vm natus esset IESVS in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente uenerunt Hierosolymam, 8
dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus
enim stellam eius in oriente: & uenimus adorare eum. ¶ Au 9
diens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi: sciscitabatur ab eis ubi CHRISTVS nasceretur. At illi dixerunt ei: In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetã: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, Mich. 5.
qui regat populum meũ Israël. ¶ Tunc Herodes clam uocatis magis, di- 10
ligenter didicit ab eis tẽpus stellæ, quæ apparuit eis, & mittẽs illos in Bethleem dixit: Ite & interrogate diligẽter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi, ut & ego ueniens adorem eum. ¶ Qui cũ audissent regẽ, 11
abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriẽte, antecedebat eos usq; dum
ueniens staret supra ubi erat puer. Videtes autem stellam, gauisi sunt gau
dio magno ualde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum MARIA matre eius: & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurũ, thus, & myrrhã. ¶ Et responso accepto in somnis 12
ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam.
¶ Qui cũ recessissent: ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, di 13
cens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptũ, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum. Et erat ibi usque ad obitũ Herodis: ut adim-
pleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentẽ: Ex Aegypto Osee. 11.
uocaui filium meũ. ¶ Tunc Herodes uidens quoniam illusus esset a Ma 14
gis, iratus est ualde: & mittẽs occidit omnes pueros, qui erãt in Bethleem

in omnibus finibus eius, a bimatu & infra, secūdum tempus, quod exqui
sierat a Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiā pro
Hiere.3. phetam, dicentē: Vox in rama audita est, ploratus & ululatus multus: Ra 30
15 chel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. ¶ Defuncto
autem Herode, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph in Aegy-
pto, dicens: Surge & accipe puerum & matrem eius, & uade in terrā Israël:
defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Qui cōsurgens accepit
16 puerum & matrem eius, & uenit in terram Israël. ¶ Audiens autem quod 35
Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire: & ad-
monitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et ueniēs habitauit in ciui-
tate, quæ uocatur Nazareth, ut impleretur quod dictū est per prophetas:
quoniam Nazaræus uocabitur.

ANNOTATIONES BREVES XVII. CIRCA LITERAM CAP. II.

1 Iudæ
ἰουδαίας
Iudææ
& infra.
2 Hierosolymam
εἰς ἱεροσόλυμα
plurale neutrum
4 uenimus
ἤλθομεν
præteritum
5 Omnis Hierosolyma
πᾶσα ἱεροσόλυμα
singulare fœmininū
11 diligenter didicit
ἠκρίβωσε
exacte cognouit
15 puer
παιδίον
diminutiuum
& infra.
18 Responso accepto
χρηματισθέντες
oraculo accepto
19 ne redirent
μὴ ἀνακάμψαι
ne reflecterent
20 apparuit
φαίνεται
præsens
& infra.
pueros
παῖδας
23 exquisierat
ἠκρίβωσε
exacte cognouerat
30 audita est,
* θρῆνος καὶ
lamentatio &
30 & eiulatus
καὶ ὀδυρμὸς
& eiulatus,
fletus
31 consolari
παρακληθῆναι
consolationem recipere
passiuum
37 admonitus
χρηματισθεὶς
oraculo admonitus
oraculo accepto
38 quæ uocatur
λεγομένην
39 Nazaræus
ναζωραῖος

COMMENTARIVS IN CAPVT SECVNDVM.

Vm præcedenti capite aperuerit Matthæus, & uirginem conce-
pisse, idq; e spiritu sancto, & uirginem peperisse filium, cui nomen
IESVS, id est, salus siue saluator, & oraculum id prænuncians im-
pletum fuisse, & hunc primogenitum & unigenitum uirginis esse
Emmanuel, id est, nobiscum deum, deum incarnatum, deum cū hu-
mana nostra natura unitum: nunc locum ubi natus est, & quid eo na
„ to acciderit enarrat, dicens: ¶ Cum natus esset IESVS in Bethleem Iudæ in die-
„ bus Herodis regis, ecce Magi ab oriente uenerunt Hierosolyma, dicentes: Vbi
„ est qui natus est rex Iudæorum? uidimus enim stellam eius in oriente, & uenimus
„ adorare eum. ¶ Historia nota est. Sed hic quæri possit, cur Euāgelista tam diligen-
ter annotauerit dominū sub Herode rege natum, cum ait: Cū ergo natus esset IE-
SVS in Bethleem Iudæ ī diebus Herodis regis? Sane ut indicaret nobis tēpus Me
Gene.49. siæ tum aduenisse, iuxta oraculum: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de se-
more

more eius, donec ueniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium, & idcir
co oportuit regem Mesiam nasci: cum sceptrum de Iuda esset ablatū regnāte He-
rode, qui primus ex alienigenis sceptrū obtinuit, patre (ut tradūt historiæ) Idumæo
& matre Arabe, & (ut scribit Africanus) auo æditui tēpli Apollinis, tenui admodū
fortuna & inopia laborāte. Quod & nūc quoq; non inficias eunt Hebræi, qui in li-
bro quodam, quē uocāt Bababathra, hūc Herodem alienigenam scribunt, & è ser
uis fuisse domus Asamonæorū, id est, Machabæorū: & accepta puella, quam depe-
ribat ex eo genere, cæteros sustulisse. Et haud absimilia apud Iosephū libro. 14. ca.
26. & 27. id est ultimo leguntur: ubi cap. 26. Antigonus improperat Siloni & ex-
ercitui Rhomanorū, quod præter iusticiam egerint, dū Herodi priuato, & Idumæo
id est nō Iudæo regnū dederūt. Et uicesimo septimo in calce: Destitit autē hoc mo
do Asamonæorū principatus post centū uiginti annos. Nā de familia clarissima ge
nere & honore sacerdotali fuerat: cuius cū multa pro gēte Iudaica parentes egis-
sent, propter mutuā seditionē principatū amiserunt: transijt autē ad Herodem An
tipatris filiū de familia populari, gñe priuato, & subiecto regibus. Nos igitur hunc
terminum cognationis Asamonæorū accepimus. Hæc Iosephus. Sed & omnes le
gis doctores sustulisse ferunt, qui dixissent eū nō posse regem constitui, dicēte scri
ptura legis in Deuteronomio: Nō poteris alterius gētis regē facere, qui nō sit fra- Deut.17.
ter tuus. Hæc igitur satis indicāt sceptrū de Iuda regnāte Herode alienigena sub-
latū fuisse, & diuinitus eis datā de statuēdo rege legem finitā: tempusq; aduenisse
Mesiæ. quod noīato rege Herode, sub quo natus est CHRISTVS, uoluit Euange
lista insinuare. Lege & sup his si cordi sit, historiæ ecclesiasticæ Eusebij primi libri
cap. 4. atq; 6. Et qui dicūtur hic Magi, psalmo. 71. dicuntur reges, ubi habetur: Re- Psal.71.
ges Tharsis & insulæ munera offerēt: reges Arabū, & Saba dona adducēt. Et ado
rabunt eū oēs reges, oēs gētes seruiēt ei. & subditur: Sit nomē eius benedictum in
secula: ante solem INNON nomen eius. Et benedicētur in ipso omnes tribus ter-
ræ, omnes gentes magnificabūt eum. Et benedictum nomen maiestatis eius: & re-
plebitur maiestate eius omnis terra, fiat, fiat. Parū est ergo quod Magi & reges ab
Oriente profecti, adorauerūt eum: cum ex oraculo omnes reges adoraturi sint eū.
Mihi (inquit) curuabitur omne genu. Sed felices sunt, qui iā uere adorāt aut adora Esa.45.
uerunt: infelices uero qui tū primū, cum in iudicium uenerint, terribilē iudicem ado
raturi sunt. Sed hi reges, qui ijdem Magi & sapiētes dicūtur, præuenerūt adorare
eum: ut Iudæi non ignorarent insignē suū regem, suū Mesiā esse natū: & ut cæteri
reges & sapiētes suo exemplo agnoscerent, regem regū & sapientē sapientū esse
natum, & adorarent eum, qui non solū sapiens sapientū, sed reuera erat ipsa dei sa-
pientia. Et certe mirabilis erat fides eorū, & admirabilior fiducia, cum dicebāt: Vbi
est, qui natus est rex Iudæorū? Nam hæc dicentes, nihil prorsus dubitare uidebant-
ur natum esse, neq; ipsam Herodis, aut Cæsaris formidare potentiā. Nam cum di-
cebant: qui natus est rex, innuebāt Herodem nō amplius esse regem, ut qui & alie-
nigena erat, & rex natus nō erat: sed ingēti ambitiōe, multæ pecuniæ pollicitatio-
ne, magno'que fauore nomen regium sibi usurpauerat. Quin & eodem uerbo, qui
natus est rex, potētiæ Cæsaris cōtradicere uideri poterāt, sine cuius authoritate nō
licebat illa tēpestate ullū regē nuncupare: & sic regē nūcupare, qui maior esset Cæ
sare. nam neq; Cæsar natus erat rex, ut is de quo scisciitabātur: uerū & Cæsar, & cæ-
teri reges postea quàm nati sunt, aut potētia, aut gētis arbitrio, aut cōsuetudine re-
ges creati sunt. Nec satis illis fuit dicere regem natū, sed ut insinuarēt maiorem ho
mine & uere deo æqualē, adiecerūt: Vidimus enim stellā eius in oriēte, & uenimus
adorare eū. Cæsar nō fuerat stella demōstratus: non à regibus ut adoraretur requi-
situs, nō Herodes, nō quisquā alius regū terræ: sed hic honor soli CHRISTO, nato

Universidad de Deusto
Biblioteca

regi,filio dei & filio uirginis,merito fuerat exhibendus,ut qui maior erat oĩbus,&
hoibus & regibus,& supnis etiã potestatibus. Quare si quid sensus habuissent,ne-
quaq; Herodes & tota Hierosolymorũ ciuitas,audientes Magos turbati fuissent;
sed intellexissent hũc regẽ omniũ supremũ,& stella mõstrante cœlestem:& nõ ab
hominibus,sed supra hoies,regem diuinũ,nõ humanũ,& impletã prophetiã: Orie
Num.24. tur stella ex Iacob,& consurget uirga de Israël;& unà cũ regibus profecti fuissent,
ut dominũ adorarent gloriæ. Sed quid Magis & regibus, Hierosolymis sciscitanti
bus ubi esset rex Iudæorũ,qui natus erat,cuius stellam uiderãt in oriẽte, natiuitatis
9 „ eius indiciũ,postea euenerit,spiritu Euãgelico aperit Matthæus,dicens. ¶ Audiẽs
„ autem Herodes rex turbatus est,& omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans
„ omnes principes sacerdotũ & scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi CHRISTVS
„ nasceretur. At illi dixerũt ei: In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptũ est per prophetã:
„ Et tu Bethleem terra Iuda,nequaquàm minima es in principibus Iuda: ex te enim
„ exiet dux,qui regat populũ meũ Israël. ¶ Audito nomine regis Iudæorũ nati,tur-
„ batus est Herodes rex, & oĩs Hierosolyma cũ illo; quẽadmodum per prophetam
Psal. 2. prænunciatũ fuerat: Quare fremuerũt gentes,& populi meditati sunt inania? Asti
terunt reges terræ, & principes cõuenerunt in unum,aduersus dominum,& aduer
sus CHRISTVM eius. Quare aduersus dominũ? quia qui natus est, quẽ Magi re
quirunt,& cuius stellã uiderũt in oriente,cõstitutus est rex ab eo; & absolute qui-
dem & simpliciter & uniuersaliter rex: sed super Sion montem sanctũ eius, prædi
cans præceptum eius. At si absolute,simpliciter & uniuersaliter rex; ergo dñs uni-
Act.4. uersalis & omniũ dominus. Quod si cõtendas ex Petro & Ioãne Actorum cap.4.
quod de secundo psalmo adductũ est,nõ ad Herodem,ad quẽ Magi uenerũt, per-
tinere,sed ad alterũ filium eius,qui regnauit post Archelaum,dicẽtibus ipsis. Con
uenerunt enim uere in ciuitate ista aduersus sanctũ puerũ tuũ IESVM, quem un-
xisti,Herodes & Põtius Pilatus cũ gẽtibus et populis Israël,facere quæ manus tua
& consilium tuũ decreuerunt fieri. Hæc ipsi. De hoc nõ magnopere cõtenderim.
Psal.47. Nam & de præsenti mysterio hoc psalmi.47.expressius oraculũ crediderim. Quo
niam ecce reges terræ congregati sunt,conuenerunt in unũ. Ipsi uidentes sic admi
rati sunt,cõturbati sunt,commoti sunt: tremor apprehẽdit eos. Qui sunt illi reges
terræ,qui conuenerunt in unũ? Certe Magi, illi qui ad Herodem regem uenerũt.
Qui admirati, & conturbati sunt? Herodes & oĩs Hierosolyma cum eo. An ne &
id quod cõtinenter sequitur: Ibi dolores ut parturientis, necem puerorũ & furorẽ
Herodis,quæ postea secuta sunt,indicat? Et id,In spiritu uehemẽti conteres naues
Tharsis: facinus aliquod ab Herode patratum,aut ut interciperẽtur Magi,ne in re-
gionem suã redire possent,aut post reditũ eorũ ob indignationẽ quod elapsi ad se
Psal.71. nõ redijssent,prænũciat? De qbus alio quoq; loco dictũ est: Reges Tharsis & insu
læ munera offerent. At illi turbati nolebant eũ,quẽ tantum natũ audiebãt,regnare.
Nam intelligens Herodes eos sciscitatos de illo insigni,imo super insigni rege Iu
dæorũ,id est de CHRISTO,cõuocato cõcilio sciscitabatur à pricipibus sacerdotũ,
& scribis populi ubi CHRISTVS nasceretur. Qui ex oraculo Micheæ prophetæ,
illi locũ indicãt Bethleem,& sic reuera erat: illic enim uirgo deo fœta, angelorũ ho
minumq; regem,castis profuderat uisceribus. Sed oraculum Micheæ cap. quinto,
aliter hic nobis repræsentauit interpres Græcus,quàm uerisimile sit Euangelistam
scripsisse. Nam Matthæus ueterum cõsensu,Euangelium suum scripsit Hebraice:
Mich.5. & proinde dubiũ esse non debet eum literam adduxisse prophetæ, quæ tantũdem
ualet ac si dicamus: Et tu Bethleem,Ephratha: paruulus ut sit in milibus Iuda,ex te
mihi egredietur ut sit dominator in Israël: & egressus eius, ab initio à diebus æter-
nitatis, Nullus quoq; dubitare debet,quin ut oraculum habet Hebraice, sic illud
adduxerint

adduxerint principes sacerdotũ,& scribæ sciscitãte Herode de ortu Mesiæ. Quod
autem hic dicitur, Paruulus ut sit in milibus Iuda: non ad locum, sed ad natũ refer-
tur,diuinãq; eius & exemplarem indicat humilitatem: ut qui cum esset deus,factus
sit homo,summus minimus,summum ens quodammodo nihil, ut nos doceret hu-
militatem,certàm ad deum uiam esse,& qua ad diuinam eueheremur sublimitatẽ.
Quanquã hic idẽ sit,qui & in Esaia celebratur,ubi dicitur: Paruulus enim natus est Esaiæ.9.
nobis,& filius datus est nobis: & factus est principatus super humerum eius, & uo
cabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, deus,fortis,pater futuri seculi, prin-
ceps pacis. Hic est paruulus qui natus est in Bethleem: hic est de quo deus dicit ad
Bethleem: Paruulus ut sit in milibus Iuda,in milibus confitentiũ deum, ex te mihi
egredietur,ut sit dominator in Israël. In eo autem quod cõtinuo adijcitur: Et egres
sus eius ab initio,à diebus æternitatis: pluratiue dictum egressus, duplicẽ eius de-
signat natiuitatem,æternam ab æterno,& temporalem in tempore; sed ab initio &
à diebus æternitatis prædefinitam. Hæc est oraculi intelligentia. At interpres Mat
thæi hoc modo,dicẽs: Et tu Bethleem terra Iuda,nequaquàm minima es in princi-
pibus Iuda; à ueritate Hebraica lapsus uidetur. Primo,quod mutauit Ephratha in
terra Iuda,cũ id Ephratha non significet. Nam Bethleem,domum panis: & Ephra
tha,frugiferam interpretãtur. Nec ab re sane: quia illic panis uitæ,qui de cœlo de-
scendit,panis pinguis qui præbet delicias regibus,nasci uoluit. Secundo, quod de
suo admiscuit negationem nequaquàm,& minima ad Bethleem & terra Iuda retu
lit: quod unà cum ijs quæ sequuntur,loco quadrare non potest. Qui enim apte di-
cas de loco: nequaquã minimus es in principibus Iuda? Tertio,quod plane innoua
uit intelligentiã,& secus distinxit atq; propheta. Nam continenter ante ex te, ple-
nam distinctionẽ fecit, cũ minime sit ibi faciẽda: sed ea particula,cũ paruulus, legẽ
da sit: ut sic intelligamus: O Bethleem,Ephratha: paruulus ut sit ĩ milibus Iuda, ex
te mihi egredietur. Quarto,qa rationalẽ particulã,enim,adiecit,ob idipsum (ut fa-
cile cõijcere est) quod distinxerat ubi nõ fuerat distinguẽdũ. O utinã supesset Mat
thæus Hebræus,ut omnis caligo amoueretur: tam ab ijs,qui spiritu humano,quàm
ab ijs,qui spiritu dei Euangelia ingrediuntur,quicunq; hi sint: quod neq; uolentis,
neq; currentis est,sed dei miserentis. At de oraculo, oraculiq; ueritate nunc satis.
Reuertamur ergo unde digressi sumus. Cur illa immensa dei bonitas id factũ eos,
qui erãt ĩ præclarissima Iudæorũ urbe Hierosolyma,latere nõ uoluit? Sane, ut ipsa
iuxta nomen suũ,prima æternæ pacis haberet uisionẽ,& non ignoraret ubi lumen
suum,& sua salus iam exorta esset,& per eam omnis plebs saluaretur Hebraica;
quemadmodum & diuino oraculo per Esaiam excitata fuerat,dicẽtem: Surge,illu Esa.60.
minare Hierusalem,quia uenit lumẽ tuũ,& gloria domini super te orta est. & sub-
ditur: Omnes de Saba uenient,aurum & thus deferẽtes,& laudem domino annun
ciantes. Verum longe secus euenit,quàm quod plebs Hebræa diuinũ secuta sit be
neplacitũ. Nã pacem suã nemo ex ea requisiuit, nemo lumen suum secutus est, ne-
mo suam salutẽ: sed ipsis eam negligentibus,gentes quæ per Magos figurãtur,illã
non modo secutæ sunt,sed & assecutæ,atq; adeptæ. Quid autem cognito loco ubi
CHRISTVS natus est,fecerit rex turbulẽtus ac turbatus,subdit Euãgelista, dicẽs:
„ ¶ Tunc Herodes clàm uocatis Magis diligẽter didicit ab eis tẽpus stellæ, quæ ap 10
„ paruit eis. Et mittẽs illos in Bethleem,dixit: Ite,& interrogate diligẽter de puero:
„ & cum inueneritis,renunciate mihi,ut & ego ueniens adorem eum. ¶ Clàm uo-
cauit ad se Magos,quia uolebat sceleratam cõscientiam suam latere, quasi ignora
ret,deũ nihil latere posse: exacte perquisiuit ab eis tẽpus apparitiõis stellæ. ad quid
uero id tam diligẽter,postea aperietur,uoluit denicq; diligenter quæsitum & inuen
tum puerum sibi à Magis indicatum iri,mentiẽti se uelle adorare eum,quem sacri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lega mente conceperat enecandum, ratus hoc astu se ita facturum: sed ut diuina ha
Prouer. 12. bet parœmia, non est consilium contra dominum. Præmisit igitur reges: & domi-
nus, qui nihil non uidet, siue in aperto, siue in occulto moliantur quicquã homines,
eius stultum & insanum irritũ fecit consilium, & quicquid eius uersipellis præcon-
ceperat animus. Sed quid acciderit Magis ab Herode & Hierosolyma proficiscẽ-
11 „ tibus, prosequitur Matthæus, dicens. ◤ Qui cum audissent regem, abierunt. Et
„ ecce stella, quam uiderant in oriente, antecedebat eos usq; dum ueniens staret su-
„ pra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno ualde. Et in-
„ trantes domum, inuenerũt puerum cum MARIA matre eius: & procidentes ado
„ rauerunt eum. Et apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myr-
rham. ◤ Spectaculo syderis in oriẽte uisi, gauisi sunt Magi: sed multo magis quod
eos perduxit ad locum desideratum; id enim unũ uel maxime illis cordi erat, quod
nisi factum fuisset, quis in Bethleem, ipsis accurate iuxta subdolum Herodis mãda
tum interrogãtibus, indicasset natũ regem cœlorũ, & ipsum ubi natus erat, locum?
Id enim cũctos latebat Bethleemitas: quod maxime expediebat, ut nullus scilicet
etiã ipsi Herodi, ad ipsius regis gloriæ perditionem id scire uolẽti, prodere posset.
Stella igitur (diuina ita disponente prouidentia) locũ indicat, non mortalium quis-
quàm. Quem posteaquã multa cum lætitia sunt ingressi, adorant altissimum regẽ,
non in regia, purpura & aulæis instructa, non in suggestu sublimi, non auro & gem
mis fulgurantem, non multa clientum caterua stipatum: sed in humili domo, & cũ
humillima mulierum uirgine matre residentem: iam suæ humilitatis exemplum, nõ
solũ sapiẽtibus & regibus, sed uniuerso quoq; mũdo in eũ crediturò præbẽtẽ, neq;
humilitatem despiciũt, sed deuotius quàm quẽlibet terrenũ regẽ, illũ adorãt: & nõ
solum adorant, sed & ei offerunt. Et quid illi offerunt? Aurum, hoc munere regem
testantes: thus, confitentes esse deum: & myrrham, insinuãtes moriturum, sicut ue
re moriturus erat, sed pro omnium salute hominum. Cui unquàm regum talis ado
ratio facta est? Cui talis oblatio? Cui talis in oblatione protestatio? Hæc nimirũ so
li regi regũ, & filio regis æterni, qui nihilominus deus & homo erat, merito debebã
tur. Sed & in auro oblato (cuius nõ exigua, ceu crediderim, copia erat) notatur diui
na prouidentia, ut longæ peregrinationis & diuturnæ in Aegypto aliena terra mo
ræ necessitatibus sufficere posset: quanquàm alioqui neque Ioseph, neque sanctissi
ma mater desides essent, aut parũ induistrij ad necessaria suo sancto labore cõquirẽ
da, dum peruenerunt in Aegyptum, stationis firmæ locum. Sed quæres: stella dux
uiæ Magorum, nunquid erat una earum, quæ in cœlo micant æthereo? Haud autu
mauerim, sed ostentum eis ab angelo factum, & in cœlo aëreo collocatũ. Si enim
in cœlo micuisset syderio, quo pacto ex requie & statu eius deprehendissent eum,
quem ingressuri erant locũ? Nulla certe arte, nulla dioptra id ualuissent. Sic igitur
illis apparuit in imo, ut facile locũ illum ab alijs secernerẽt. Et sic etiã illis apparuit,
ut eam nulli quoque alij deprehenderent, nisi ij soli, quibus percipiendam diuina or
dinauerat uoluntas. At cum eam in oriente uiderunt, nunquid peritia astrorum co
gnouerunt eam esse stellam Mesiæ, stellam nati regis Iudæorum: præsertim cũ ex
prophetia Balaam (ut aiunt) haberent oraculũ oriũdam esse stellam ex Iacob? Nul
la humana scientia, nulla astrorũ peritia ad hoc pertingere potuisse, ut id cognouis-
sent, nõ incõsentanee astruxerim: sed angelum dei, qui eos nouo spectaculo in ad-
irationem & desiderium sciendi traxerat, quid id nouum & insolitum portende-
ret spectaculum, ipsis etiam in oriẽte agentibus reuelasse. Et oraculũ Balaam, non
de illa stella, sed de uirgine, quæ protulit regem gloriæ, esse intelligendum, quam
etiã nonnulli à mari & stella, nomen MARIAM accepisse uoluere. Mare mũdum
significat, stella autẽ illuminatricem: est ergo MARIA mũdi stella, atq; illumina-
trix. Et

trix. Et quid mirum si id angelo, qui spectaculum faciebat, insinuante didicerunt, q̃
etiam discunt adorato rege gloriæ, & mystico munere oblato, eodem docente q̃d
„ ipsis sit faciendum: quod hoc mõ subdit Matthæus, dicens. ◤ Et respõso accepto 12
„ in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam uiam reuersi sunt in regionẽ suam.
◤ Ob id admoniti ab angelo, ad Herodem non sunt reuersi; sed alia uia in regio-
nem suam, qua angelus admonuit, quæ & Herodẽ latuit, reuersi sunt, ne ad Hero
dẽ redeuntes, puerũ coacti proderent, aut alioqui prodere nolentes crudelibus cõ
ficerentur pœnis, laniatiq; deficerent. Quis enim Herode crudelior? At ex Iudæa
redierunt in regionẽ suã, ut nõ solum testes essent Iudæis, natũ esse eorum regem
regem, inquam, omnium regũ maximum: sed insuper suis, id est gentibus nuncia-
rent suum regem esse natũ, & nõ solũ esse natũ, sed & se uidisse & adorasse ipsum,
muneraq; uice omnium ei obtulisse, qui est rex omnium seculorũ. At nõne & Ma-
gi, qui figurabant gentes, adorato domino, ideo per aliam uiam in regionẽ suam in
mysterio regressi sunt: idq; diuino oraculo, quod prima uia nostra sit carnis, pecca-
ti & mundi: qua quæsito, cognito, adoratoq; CHRISTO, non amplius nobis ince
dendũ est: sed alia illi prorsus contraria, quæ est spiritus gratiæ atq; dei? Siquidem
caro & spũs contraria sunt: peccatũ & gratia, denique mũdus atq; deus. Regio au
tẽ nostra, quænam est, nisi ea, ad quã creati sumus, & ad quã hac alia uia redire debe
mus? Hæc aũt est cœlestis mansio, ad quã etiam deus plusquã immensa benignita-
te nos uocat, primum sancta & admirabili filij sui luce, quam illud nouũ sydus Ma-
gorũ dux præsignabat, quæ est fides filij eius, quæ & est ipsius sola & uera cogni-
tio, sine qua impossibile est nos assequi uitam beatam, illamq; nostrã regionem, ad
quã, ut dictũ est, nos creauit deus: & subinde omni fauore, angelicoq; præsidio pro
sequitur: quod & angeli ministeriũ in ipsis Magis nobis præinsinuabat. O q̃ felix
quamq; beatũ quærere CHRISTVM, inuenire CHRISTVM, adorare CHRI-
STVM regem æternum, regẽ omniũ seculorũ: tũc enim nunq̃ deerit cœlestis fa-
uor, omneq; diuinũ præsidiũ. Verũ tunc spũ, gratia, cœlesti ductu solũ est ambulã
dum. Et hæc etiam tũc angelico gerebãtur ministerio, tam quæ regibus ad CHRI
STVM uenientibus & abeuntibus facta sunt, quã quæ etiã Ioseph (relicta Naza-
reth) proficiscẽs in Aegyptũ, erat facturus. Nec abre quidẽ: quia natus erat, nõ so
lum hoim, sed & rex angelorũ, cœlestiumq; potestatũ oim. Qd' satis innuit Euãge
„ lista per ea quæ sequuntur, dicens. ◤ Qui cũ recessissent: ecce angelus dñi appa- 13
„ ruit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerũ & matrẽ eius, & fuge in Ae-
„ gyptũ, & esto ibi, usq; dũ dicã tibi: Futurũ est enim, ut Herodes quærat puerũ ad p
„ dendũ eũ. Qui consurgẽs accepit puerũ & matrem eius nocte, & secessit in Aegy
„ tũ, & erat ibi usq; ad obitũ Herodis, ut adimpleretur quod dictũ est à dño per pro-
„ phetã, dicentẽ: Ex Aegypto uocaui filiũ meũ. ◤ Monitu angelico petunt Aegyp
tũ, & monitu angelico, redeunt ex Aegypto: ut intelligamus ipsos sic desuper di-
rigi, ut nihil nisi diuino nutu facerent unq̃. Et quomodo etiã sine illo quicquã face
rẽt, qui cũ eis erat uisibilis deus? Porrò noctu excitat Ioseph angelus, ut ea hora ad
uirginem eat, & sanctiorẽ cunctis alijs puerum, & eis secum assumptis, nulla mora
uiam capessat in Aegyptum. Sed cur noctu? Vt nemo aut abeuntes cognoscat, aut
qua parte abierint: ne forte hoc Herodi nunciato, prosequatur eos: suspicatus q̃ is
esset, qui nunciatus illi erat Mesias, & rex Iudæorũ natus. Nam & ob hoc ipsum è
loco celeriter fugiendũ prædixerat angelus; & partim ut diuinũ de eo impleretur
Osee oraculum in persona dei patris, dicentis. Sicut mane transijt, pertransijt: rex Osee. 11.
Israël, quia puer Israël, & dilexi eum: & ex Aegypto uocaui filium meum. Quo-
modo pertransijt, excidit, siue ut septuaginta habent, ἀπ' ἐξέφυ, id est, proiectus est?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Celeriter,quia ſicut mane. Et quis eſt ille,q̃ pertrãſijt,excidit, ꝓiectus ue eſt? Rex Iſraël. Quis rex ille Iſraël? Allophylus Herodes.qua de cauſa? Quia puer Iſraël,q̃ natus infans Meſias. A quo dilectus? A deo patre. Vnde reuocandus? Ex Aegypto,quo ex Iudæa,deuitata regis feritate, fuerat perductus. Cuius filius? Dei patris æterni,hæc in oraculo loquentis. Et hæc omnia adductum indicat oraculum. Cæterum cum loco huius,& ex Aegypto uocaui filiũ meum,ſeptuaginta dixerũt, ἐξ Αἰγύπτου μετεκάλεσα τὰ τέκνα αὐτοῦ: metaphraſticos ipſum corrupere oraculum,quod ita ſe habet,ut ex Oſee adductum eſt. Siquidem ut homo à paradiſo exulabat, ita & filius dei ab Iſraël exulare uoluit,ut ſuo exilio exulem hominẽ ad cœleſtia regna reuocaret;imo ut reuocatione illa filium dei efficeret. Sed an putemus Ioſeph admodum ſenẽ,ſponſum datũ MARIAE, quæ uix quindecim putatur fuiſſe annorum? Mihi certe non uidetur ætate tam prouecta fuiſſe. Quia ad officia regi gloriæ præſtanda electus erat,& ex tribu regia;regiæ quoq̃ uirgini,non humana,ſed diuina electione cuſtos deſignatus;amator uirginitatis pluſquàm Ioſeph ſaluator Aegypti, ut ſaluatori mundi,cum in Iudæa,tum in Aegypto pura & munda exhiberet obſequia,& pari uirginitatis uoto uiueret cum ſua ſponſa uirgine,ab æterno electa matre Meſiæ:decebat enim filium dei,uirginem ex uirgine natum,cui(quibus connata eſt uirginitas)miniſtrãt angeli,ſolis uirgineis manibus in pueritia tractari. Iuuenis ergo credendus eſt fuiſſe Ioſeph ætatis perfectæ,ſed extinctæ cõcupiſcentiæ,ut nihil de eo carnale cogitemus;iuſtus & ſanctus, mentis caſtiſſimæ,& eiuſdem(id faciente deo)cum uirgine perpetuæ uirginitatis uoti, uiribus ualens & pollente ætate;ut qui longe terræ ſpacia cũ uirgine,& deo puero pererrans,poſſet uideri & uirginis ſponſus,ut & uere erat,& diuinæ prolis pater putari;ut ſupra homines,in utroq̃ tam ſponſo,quã ſponſa intelligatur fuiſſe totius puritatis uirtus ac gratia,quæ & dei matrem decebat, & dei putatum parentem. Quod ſi annis fuiſſet cõfectus,quid ſubſidij afferre potuiſſet? Quomõ per tam lõga ſpacia,ut de Iudæa in Aegyptum,celeriter abire,plures annos illic degiſſe, & per tantum itineris ſpaciũ prompte rediſſe;& matris & filij,qui nihilominus omnia regit & gubernat,curam geſſiſſe? Adde quod poſt duodecimũ annũ(cũ ille latenter remanſiſſet in Hieruſalem) nõ minori celeritate ac agilitate q̃ mater,eum per triduũ requiſiſſe legitur. Quæ non ſunt indicia uiri,annis & ætate confecti,cum datus eſt uirgini ſpõſus,& perpetuæ uirginitatis eius teſtis & cuſtos. Sed qui eum faciunt adeo ſenẽ,id opinor,faciunt ut caſtimoniæ uirtutem tribuant ætatis impotentiæ,quæ,pfecto debetur chariſmati, donoq̃ diuinæ electionis & gratiæ:ſtatuentes Iulianum, Tiburtiũ,Alexiũ,,& pleroſq̃ alios,qui cũ iuuenes,adoleſcẽtulas uirgines acceperint ſpõſas,cũ eis nihilominus uirgines & ſolũ ſponſi permanſerũt: ſtatuentes,in quã illos perfectiores,q̃ Ioſeph filij dei nutritiũ,& perpetuæ uirginis, & uirginis uirginũ ſponſum. Abſit igitur ut quicquàm in hymenæis Ioſeph,& dei matris unquàm cogitet quiſquàm,niſi ſpũm. Quod ſi quæras,ſit ne relicta memoria loci,ad quem puer IESVS in Aegyptũ perductus eſt? Eſt ut aiunt,& etiam recẽs. Nam & Petrus Martyr feſtiuus dacadũ Oceanicarũ ſcriptor,tertio legationis ſuæ Babylonicæ libro ſcribit hunc locũ,q̃ CHRISTVS puer à crudeli regis Herodis infanticidio fuga ſubductus eſt,ab incolis Aegyptij Matareã nuncupari,& ultra Cairũ eſſe :ſed citra locũ ubi olim miraculo pyramidũ decantata Mẽphis ſita erat,diſtare q̃ à magno Cairo ferme paſſuũ decẽ milia. Se aũt eũ locũ religionis cauſa inuiſiſſe,anno domini quingenteſimo ſecũdo ſupra mileſimũ. Mauros quoq̃ eo in loco ubi fertur uirginis habitatio fuiſſe,ꝑpetuo ardentẽ lãpadẽ in pueri IESV illic aſſeruati memoriã,conſeruare. Ibi inſuper precioſas balſami arbuſculas, IESV bñficio olim increuiſſe;quæ ſola aqua putei, qua ad obſequia diuini infantis uirgo mãuſa fue-

uſa fuerat,irrigatæ uegetare,pullulare ac perdurare ualebant:nunc autem (ita diuina permittente ordinatiõe)funditus interijſſe. Hortũ uero ipſum & putealẽ fontẽ adhuc uideri;ex quo nõ pauci pio affectu peregrini,& hauriunt & bibunt haud inſalubriter aquas. At nunc ad Ioſeph & uirginem reuertamur. Eis igitur abeũtibus in Aegyptũ,quod angelus de fugienda Herodis crudelitate admonens prædixe-
,, rat:cõtinuo euenit, ut aperit Euangeliſta Matthæus,dicens. ¶ Tunc Herodes ui 14
,, dens,quoniam illuſus eſſet à Magis,iratus eſt ualde:& mittens occidit omnes pu-
,, eros,qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius,à bimatu & infra, ſecun-
,, dũ tẽpus quod exquiſierat à Magis. Tũc adimpletum eſt quod dictum eſt ꝑ Hie-
,, remiã prophetam dicentẽ: Vox in Rama audita eſt, ploratus & ululatus multus
,, Rachel plorans filios ſuos,& noluit cõſolari,quia nõ ſunt. ¶ Hic aperitur,quo animo Herodes clàm accerſitis Magis dixerat: Ite & interrogate diligenter de puero & cũ inueneritis, renunciate mihi,ut & ego ueniens adorem eum:nã non adorare, ſed perdere cogitabat eum,qui ſaluat omnia,& qui mundi ſalus aduenerat. Quocirca,quia magis per aliam uiam reuerſis,ubi ille unus reperiretur,noſſe non potuit:dolens & ueſano furore percitus,quod ſe uideret concepto dolo fruſtratũ, omnes pueros à bimatu & infra, in Bethleem & in finibus eius enecari iuſſit,ut inter plurimos ille etiam unus interciperetur,adeoq̃ arctum dedit ſæuiendi præceptum ut ne filio quidẽ eius pepercerint lictores: quod & Philonẽ memoriæ tradidiſſe ferũt. Sed & Macrobius e gentiliũ ſcriptoribus author haud incelebris, eius rei teſtis locuples eſt:qui ubi Auguſti Cæſaris iocos,ſaleſq̃ recenſet, hunc in modum de eodem ſcribit. Cũ audiſſet,inquit,inter pueros,quos in Syria Herodes rex Iudæorũ intra bimatũ iuſſit interfici,filiũ quoq̃ eius occiſum ait: Melius eſt Herodis porcũ eſſe,q̃ filiũ. At ille unus in multitudine illa non intercipitur,& merito: nam ante omnem multitudinem eſt,& ſuper omnẽ multitudinẽ;ꝑpter quẽ & illa multitudo feliciſſima facta eſt,quæ ꝓ momentaneã uitam propter ipſum reliquerit,in uenit æternã. Hi enim ſunt,qui empti ſunt ex omnibus, primitiæ deo & agno, & in ore eorum non eſt inuentum mendacium. Hi ſunt qui cantant canticum nouũ Apoc.14. ante ſedem dei,& ante quatuor animalia & ſeniores;& nemo poteſt dicere canticum,niſi illa centũ quadraginta quatuor milia,qui empti ſunt de terra. Et quo precio? Sanguine filij dei,qui ſe pro illis & omnibus in ſe crediturís obtulit deo uictimam,agnum de cœlo immaculatum. Hi ſunt,qui cum mulieribus nõ ſunt coinquinati;uirgines enim ſunt, & ſequũtur agnũ quocunq̃ ierit,quæ omnia in ſacra uiſione uidit Ioannes. O mors feliciſſima,omni etiam uita potior. Sed & Hieremias ita Hiere.3. euenturũ prædixerat,ut nũc capite tertio legimus: Vox in excelſo audita eſt lamẽtationis,luctus,& fletus Rachel plorantis filios ſuos,et nolentis conſolari,quia nõ ſunt. Vbi nomine Rachel audiuntur matres Bethleemiticæ tot miliũ inſontiũ puerorũ Herodis inaudita crudelitate occiſorum:quia Rachel apud eas ſepulta dormiret. Sed de felicitate puerorũ,unde potius conſolationẽ recipere debebant,q̃ de morte lamentationẽ & luctũ,cõtinuo ſubdit,dicens: Hæc dicit dominus: quieſcat uox tua à ploratu,& oculi tui à lacrymis:quia eſt merces operi tuo. Cui operi tuo? Filijs tuis ob filiũ regis æterni,& uirginis matris enecatis. Quæ merces? Vita,& gloria ſempiterna. Sed ne tunc filius dei,ex uirgine natus eſſe debuerat,cum pueri interfecti ſũt? Quid ni? haud ita multo poſt dicẽte Hieremia: Reuertere uirgo Iſraël,reuertere ad ciuitates tuas iſtas,& gratia cuius tã ſtudioſe reuocet,ſubdẽte: Quia creauit dñs nouũ ſup terrã,fœmina circundabit uirũ. Hoc aũt nouũ ſup terrã & nunq̃ auditũ eſt,uirginẽ tunc infantẽ deũ in ſacro ſancto ſuo geſtaſſe utero. Sed fortaſſe ſciſcitabere,cur bimi,id eſt,biẽnes pueri,& etiã inferioris ætatis,ut anniculi,iuſſi ſunt interfici,cũ CHRISTVS ſecũdũ diſpẽſationis humanæ natiuitatẽ tam pau-

Macrobius

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam paucorum esset dierum, ut uix dimidium mensis natus esset, sed & reges credãtur adhuc eum in præsepis tugurio reperisse? Neq; id equidem credo, neq; hæc Euangelistas indicare arbitror: nõ enim tugurio præsepis repertũ indicat, quod superius Matthæus de Magis dixit: Et intrantes domum, inuenerunt puerũ cũ MARIA matre eius: quia nõ stabulum, sed domũ dixit. Quin & Herodes infantes necari iussit secundũ tẽpus, quod exquisierat, & accurate quidẽ à Magis. Ergo cum iussit à bimatu & infra, didicerat id tẽpus esse annũ unũ, & amplius: alioq; si intellexisset apparitionẽ stellæ à duodecim, tredecim ue diebus cœpisse, iussisset à mense & infra, iuxta tẽpus accurate acquisitũ, pueros tolli. Neq; etiã putandũ est tam breui tẽpore reges cõgregare potuisse, & cuncta sibi apparasse, tantumq; itineris
Esa.60. perfecisse: sicut in Esaia scriptũ est: Ambulabunt gẽtes in lumine tuo, & reges in splẽdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & uide: Oẽs isti cõgregati sunt, uenerunt tibi: filij tui de lõge ueniẽt. Nõne etiã quadragesimo die Hierosolymis in
Luc.2. tẽplo est præsentatus? dicente Luca: Et postq̃ impleti sunt dies purgationis eius secundũ legẽ Moysi, tulerunt illũ in Hierusalẽ, ut sisterent eũ dño, & tunc obtulerunt, ut dictũ est in lege, par turturũ, aut duos pullos columbarum. Sed quomõ si tertiadecima die adorassent Magi, cum paulopost sentiens se illusum Herodes, iusserit pueros occidi: & CHRISTVS non multo post adorationem Magorũ, à cõmuni infantium periculo ereptus, sublatus sit in Aegyptum: quomodo, inq̃ Hierosolymis quadragesima die fuisset in templo præsentatus, & à Simeone iusto susceptus, aperte consitente eum CHRISTVM esse? Non ergo eo anno, sed anno natiuitatis reuoluto uenerunt Magi, & adorauerunt eum. Sic igitur recte dixerãt Herodi, ipsum natũ plusq̃ annũ unũ, & infra secundũ: iuxta quod tempus accurate exquisitum, iussit crudelẽ crudelissimus Herodes exerceri υπιοφονίαν, id est infanticidium. Ad hæc id illi magis conueniebat & matri; ut tantillus & aliquantulo iam ualentioribus uiribus, pro nobis exiliũ experiretur, qui etsi omnia posset, uoluit tamen nostram in se naturã (excepta peccantia) suos numeros seruare, nostraq; naturæ non simulate, sed ueraciter assumptæ, patefacere ueritatẽ. Sed perductus dominus in Aegyptum, quandiu illic mansit? Quãdiu profecto uixit Herodes. Quo mortuo angelus nunciauit Ioseph puerũ in terram Israël, cum uirgine matre esse
15 „ reducendũ. Quod aperit Matthæus, subdẽs. ¶ Defuncto autem Herode, ecce an
„ gelus domini apparet in somnis Ioseph in Aegypto, dicens: Surge & accipe pue
„ rũ & matrem eius, & uade in terram Israël: defuncti sunt enim qui quærebãt aiam
„ pueri. Qui cõsurgens, accepit puerum & matrem eius, & uenit in terram Israël.
¶ Sed cur tam solicite super puero toties angelus admonet Ioseph? Nõne ut intelligat, nõ hominẽ, sed deũ patrem, præcipuam & uniuersalem & particularem illius gerere curam: qui se hac solicita ubiq; prouidentia uerum declarabat patrem. Et quanq̃ filius æque omnia & nosset & posset, præstabat tamen e cœlo indicari ipsi Ioseph, ut cœlestis patris filio, & matri eius augustiorẽ semper exhiberet reuerentiam. Solicite ergo executus est quæ mandauit angelus: utrũq;, & super sanctum puerum & sanctissimam matrem eius, in terram Israëliticam reducendo. Quã cũ ex reditu attigit, audiens Archelaum Herodis filium regnare in Iudæa: fluctuauit animo, quo sibi esset diuertendum: nam quo minus iret in Bethleem regiam ciuitatẽ et ĩ cunabula CHRISTI, timor Archelai uetabat. Sed huic anxietati animi statim occurrit summi patris nuncius, angelus domini: indicans illi in Galilæam & in Nazareth esse diuertendũ. Quod fidelis detegit Euangelista Matthæus, dicens.
16 „ ¶ Audiẽs aũt q̃ Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire
„ & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ, & ueniens habitauit in ciuita-
„ te, quæ uocatur Nazareth, ut adimpleretur quod dictũ est per prophetas: Quoniã

Naza

Nazaræus uocabitur. ¶ Quod saluator mundi sic peregrinaturus esset, nullam in terra certã, aut saltẽ perpetuã habendo sedẽ, prophetæ prædixerant. Quale id est Hieremiæ dicẽtis, Tibi peccauimus, expectatio Israël in tẽpore tribulatiõis. Quare futurus es sicut colonus in terra, & quasi uiator declinans ad manendum? Quare futurus es quasi uir uagus & fortis, qui nõ potest saluare? Tu aũt in nobis es domine, & nomen sanctũ tuũ inuocatũ est sup nos: ne derelinquas nos. Et id Psalmi sexagesimioctaui: Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. Hæc sunt, quæ de hac uaga peregrinatione dixerunt propheræ. Quam pertessus est, ut filios Adam exules & uagos, extraneos à cœli ciuibus factos, & peregrinos à filijs cœlestis Hierusalem, hac sua in terris mansionũ irrequieta mutabilitate, in cœlestiũ mãsionũ stabilitate firmaret. Et cur habitauit in Nazareth? Quia & id quoq; diuina ordinatione sancitũ erat, ut Nazaræus siue Nazarenus uocaretur: sic enim in illo glorioso uictoriæ suæ triumpho, qua uicit serpentẽ antiquũ, & redemit nos, inscriptus est, IESVS Nazarenus rex Iudæorũ. Itẽ cũ quærerent eum, ut ad redemptionis uictimã caperetur: interrogati quẽ quærerẽt, nihil aliud respõderũt, q̃ IESVM Nazarenũ. Et sic Nazarenus, quod idẽ est quod Nazaræus, peculiaris illi erat agnominatio: ut uel sic ex nomine IESV suũ saluatorẽ, & ex agnomine Nazaræi sanctũ illũ sibi promissum agnoscerẽt. Nec nõ fratres eius, id est apostoli & discipuli, Nazaræi ecclesiæ dicti sunt, ut scriptũ est: Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphyro pulchriores. Et quid mirũ si Nazaræus uocandus erat: cæteri aũt credentes in eũ, & in eo regeniti, Nazaræi p̃ participationẽ, id est sancti: cũ ipse esset sanctus, & sanctus per eminentiã, ac sanctus sanctorũ, quod significare uolunt Nazaræũ? Sic enim & apud Danielẽ de dño dictũ est: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam: ut cõsummetur præuaricatio, & finẽ accipiat peccatũ, & deletur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & prophetia, & ungatur sanctus sanctorũ. Arbitror tamen hic etiã Nazaræũ aliud designare posse. Quidnam, inquies? Germen, quod conijcio ex his Matthæi uerbis: Vt impleretur quod dictũ est per prophetas, quoniã Nazaræus uocabitur. Nam mos Hebræorum est, cum quippiam allegãt dicendo apud prophetas, per prophetas, in prophetis, aut alio simili allegationis modo, nequaquã certo sub nomine adducto propheta, ut plurimũ intelligere, quod allegatur id desumptum esse ex libro duodecim prophetarum, qui & minores prophetæ appellantur. Cũ ergo hunc in modum citet Euangelista, cum ait, ut impleretur quod dictum est per prophetas, quoniam Nazaræus uocabitur: cõsentaneũ est hoc dictũ, aut quod illi respondet, in libro duodecim prophetarũ reperiri. At uero in Zacharia capite sexto secundum ueritatem Hebraicam, sic habetur: Hæc ait dominus exercituũ, dicens: Ecce uir germen nomen eius. Quod dictũ, de Mesia ipsi quoq; Hebræi intelligunt: sic nimirũ de eo exponẽte Ionatha in tralatione Chaldaica. Ecce ergo quo pacto in prophetis scriptũ erat, quod uocandus esset germẽ. Sed & sic uocat eũ Esaias, capite quarto, dicens: In die illa erit germen domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis, et exultatio ijs, qui saluati fuerint de Israël. Et Hieremias capite uicesimotertio, inquiens: Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germẽ iustũ, et regnabit rex & sapiẽs erit, et faciet iudiciũ & iusticiã in terra. Hic ubiq; apud Zachariã scilicet & Esaiã, & Hieremiam habetur idem uocabulum ZEMAH, quod germen significat. Vocãdus ergo erat saluator, germẽ quod & Nazaræus designat, ut ex Esaiæ capite undecimo, interprete Theodotione patet: ubi sic ille legendũ existimat: Egredietur uirga de radice Iessæ, & germẽ de radice eius ascendet. Hic enim germen NEZER dicitur: unde & Nazareth, &

Thre.4.
Daniel.9.
Zacha.6.
Esa.4.
Hiere.23.

Naza

Nazaræus. Perinde ergo est quod apud Zachariã legitur, ZEMAH, hoc est germen, nomen eius, atq; id Nazaræus nomen eius. Nam hæc duo uocabula, synonima sunt, idemq; significãtia. Neq; quenq; moueat, q; interpres latinus in Zacharia posuit, oriens nomen eius, uolens per id, oriens nomen eius, pullulans siue germinans nomẽ eius innuere: quia proprie germen ponere debuit, ut et positũ est in quarto Esaiæ, & in uicesimotertio Hieremiæ. Sed & illud NEZER, quod Esaiæ capite undecimo habetur, germen (ut dictũ est) significans, plantulã ac surculũ designat, qui nõ ex semine surgit, qui nõ seritur, sed è radice absq; ullo semine pullulat. Et germen, inquit, de radice eius ascendet. In quo Mesias, nõ de semine, sed de radice sola nasciturus innuebatur: quod & adimpletum est, cum de uirgine absq; ullo semine natus est. Quod autem nostri codices illic habent, ex septuaginta, ut opinor, & flos de radice eius ascendet: parum admodum apte dici uidetur, quando quidem flos non dè radice ascendere dicitur, sed potius germen & surculus. Radix ergo, MARIA: Virga & germen, CHRISTVS dominus: qui inde ut uirgula ut germen, ut plantula ex radice egressus, ad oculos mortalium uisibilis ascendit. Ac prima quidem & secunda illius oraculi Esaiæ undecimo particula, idem designatur. Satis igitur ostensum est, dictũ esse per prophetas, quod CHRISTVS Nazaræus, quod perinde sonat atq; germen uocaretur, sed diuinum & supercœleste germen, quia ex Esaia germen domini, magnificum, gloriosum, fructus terræ uirgineæ sublimis, exultatio ijs qui æternam salutem sunt percepturi, qui ex nullo semine, sed ex sola uirgine de Iessæ, & Dauidico stipite, ascẽdit ad ortum. Et ex Hieremia, iustum, regnans rex, sapiens, iudicium faciens & iusticiam. Ergo siue hoc, siue illo mõ interpretemur Nazaræum, ei qui est sanctior cæteris omnibus sanctis, domino nostro IESV CHRITO Nazareno, germini domini magnifico & glorioso, id est filio dei, regi æterno, fructui uirginei uteri, exultationi uniuersis, qui saluati sunt & saluandi, cum æterno patre & spiritu sancto honor, gloria & imperiũ, in omnia secula seculorum, Amen.

CAPVT TERTIVM.

17 IN diebus autem illis uenit Ioannes Baptista prædicans in
18 deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. ¶ Hic est enim de quo dictum est per Esaiam prophetam dicentem: Vox clamantis
5 in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius.
19 ¶ Ipse autem Ioannes habebat uestimentum de pilis camelorum, & zonã
10 pelliceã circa lumbos suos: Esca autem eius erat, locustæ & mel syluestre.
20 ¶ Tunc exibat ad eũ Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua. Videns autem multos Pharisæorum & Saducæorũ uenientes ad baptismũ suũ, dixit eis: Progenies uiperarũ: quis demõstrabit uobis fugere a uentura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne uelitis dicere intra uos: patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, quoniã potens est
21 deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. ¶ Iã enim securis ad radicem arborum posita est: Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonũ
15 excidetur, & in ignẽ mittetur. ¶ Ego quidem baptizo uos in aqua in pœniten-

nitentiam: qui autem post me uẽturus est, fortior me est, cuius nõ sum dignus calceamẽta portare. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius uentilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & cõgregabit
20 triticum in horreum suum: paleas aũt cõburet igni inextinguibili. ¶ Tũc 23
uenit IESVS a Galilæa in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Respondens autem IESVS, dixit ei: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Tunc dimisit eũ. ¶ Baptizatus autem IE- 24
25 SVS, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli, & uidit spiritum dei descendentem, sicut columbam, & uenientem super se. Et ecce uox de cœlis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

ANNOTATIONES BREVES XVI. CIRCA LITERAM CAP. III.

1	uenit		σαδδουκαίων		ἐκκόπτεται
	παραγίνεται		Sadducæorum		βάλλεται
	præsens	11	demonstrabit		præsentia
	& infra.		ὑπέδειξεν	20	paleas autem
2	pœnitentiam agite		præteritum		τὸ δὲ ἄχυρον
	μετανοεῖτε	12	pœnitentiæ		singulare
	resipiscite		τῆς μετανοίας	22	debeo
2	appropinquabit		resipiscentiæ		χρείαν ἔχω
	ἤγγικε		& infra.		opus habeo
	appropinquauit	12	uelitis	24	dimisit
	præteritum		θέλετε		ἀφίησιν
6	camelorum		opinemini		præsens
	καμήλου		uideamini	26	super se
	singulare	14	Abrahæ		ἐπ' αὐτόν
8	exibat		τῷ Ἀβραάμ		super eum
	ἐξεπορεύετο		datiuus	27	complacui
	egrediebatur	16	excidetur		εὐδόκησα
10	Saducæorum		mittetur		beneplacui

COMMENTARIVS IN CAPVT TERTIVM.

DOminus nondum duodecimum attigerat annũ, quando ex Aegypto rediẽs in Nazarenæ ciuitatis habitationem declinauit. Siquidẽ Luca teste, cum factus esset duodecim annorũ, remansit in Hierusalem: & id nõ cognouerũt parẽtes eius. Et quintodecimo Tiberij an Luc. 1.
no (eodẽ teste) factum est uerbũ domini super Ioannem in deserto, Luc. 3.
ut prædicaret baptismũ pœnitentiæ: circa quæ tempora dominus tricesimo appropinquabat anno. Hæc aũt tẽpora à reditu eius ex Aegypto ad prædicationẽ Ioannis, quæ octodecim, aut amplius cõplectuntur annos, silentio præterit Euãgelista. Et primum quid prædicaret ipse Ioãnes, qui ut præcursor natiuitatis domini, ita & prædicatiõis eius, & spiritualis baptismi erat: insinuat hoc pacto Matthæus, dicẽs:
„ ¶ In diebus autẽ illis, uenit Ioannes baptista, prædicãs in deserto Iudææ, & dicẽs: 17
„ Pœnitentiã agite: appropinquauit enim regnum cœlorũ. ¶ In diebus illis, quibus scilicet dominus cõmorabatur in Nazareth (nam ad tẽpora usq; prædicatiõis Ioannis, & baptismatis, quo ab eo baptizatus fuit, illic diuersatus ẽ) declamabat Ioãnes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ut homines pœnitentiã agerent,id est,resipiscerẽt à præteritæ uitæ male actis. Est enim μετάνοια,resipiscentia, sententiæ mutatio,conuersio,reuersioq; ad deũ,motio, quæ præuio fit spiritus sancti aduẽtu,sanctũ & desiderabile nomen: nõ carnis afflictio,non maceratio,non denicq; mactatio: & si illam sanctam resipiscentiam quandoq; hæc sequantur,ut signum. & illa pœnitentia est,quæ toties designatur in prophetis per hæc uerba dei:conuertere,cõuertimini,reuertere, reuertimini ad me,& similibus miserãtissimi dei ad se reuocationibus. Ergo & Ioannes,& dominus postea, ad magnã dulcedinẽ inuitãt, quãdo uocant ad hãc pœnitentiã,id est,resipiscentiam. At quare tunc resipiscerent,causam subdit Ioannes:quia regnũ cœlorũ,quod est regnũ CHRISTI,appropinquauit,id est,instabat,& in foribus erat. Ab Adam enim usq; ad CHRISTVM,seruitus:sub CHRISTO,regnũ. Et quãuis in intermedio inter Adam & CHRISTVM tẽpore,fuerit regnũ:illud tamen nõ nisi terrenum fuit ac temporale: hoc autẽ quod instabat, CHRISTI, & cœleste & æternũ.

Daniel. 7. De quo in Daniele: Ecce cũ nubibus cœli,quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit,& in conspectu eius obtulerunt eũ. Et dedit ei potestatem,& honorem,& regnum: & omnes populi,tribus & linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna,quæ non auferetur: & regnum eius,quod non corrumpetur. De hoc regno dicebat Ioannes: Appropinquauit enim regnũ cœlorũ, in quod nemo erat ascribẽdus,qui nõ à præteritis male trãsactæ uitæ resipiscceret actis: qui autẽ resipiscceret,aptus esset baptismo,& regenerationi suscipiẽdæ, ut illius regni cõsortio frueretur. Quisnã uero is Ioannes esset,oraculo prophetico prænunciatũ

18 „ declarat Matthæus Euãgelista,dicẽs. ¶ Hic est enim,de quo dictũ est per Esaiam

Esa.40. „ prophetam,dicentem: Vox clamãtis in deserto,parate uiã domini,rectas facite se-

„ mitas eius. ¶ Oraculũ illud de Ioanne habetur Esaiæ cap.40. CHRISTVS est uerbum,& æternũ quidem uerbum,ut & ibi subdit Esaias: Verbũ autem domini manet in æternũ,Ioannes uox,& uox transitoriũ ac temporale uerbum. Vt ergo temporale uerbũ est umbra,& figura æterni:sic Ioãnes præcurrit,& prænũciat CHRISTVM,cũ clamat: Parate uiã dñi,rectas facite semitas eius. Dominus ille CHRISTVS erat: uiæ eius,mentes iustorũ: semitæ eius,fides,spes,charitas,iustícia,bonitas omnis,oisq; sanctitas. Sed quo habitu tegeretur,& quo cibo aleretur in deser-

19 „ to,amplius insinuat Matthæus,subdens. ¶ Ipse autẽ Ioannes habebat uestimentũ

„ de pilis camelorũ,& zonã pelliceã circa lumbos suos: esca autẽ eius erat, locustæ,

„ & mel syluestre. ¶ Nere solẽt pilos camelorũ in Palæstina,& ijs terris quæ hoc genere animalis abũdant,& cõficere ex illis rudes & asperas uestes: ut et nũc apud Aluernos,Narbonios,& Aquitanos,ex rudioribus lanis uilíores,& ĩcultiores pãnos efficiũt. Illis igitur ĩcultioribus,uilioribus,asperioribusq; uestibus utebatur Ioãnes nõ integra pelle pro ueste,ut in pictura repræsentari solet: nõ enim Euangelista dicit eum habere uestimẽtum de pelle,sed e` pilis camelorum. Et erat illi circa lũbos,

4.Reg.1. id est,renes,zona pellicea,ut de Helia quarto Regũ legitur,quod uir pilosus esset, & zona pellicea accinctus renibus: uenerat enim in spiritu Heliæ. Cibus autẽ Ioannis erat,locustæ cũ melle agresti. Nam id genus animalis,& si uile, etiã in cibo per-

Leuit.11. mittebatur. ut Leuitici undecimo,ubi sic habetur: Quicquid autem ambulat quidẽ super quatuor pedes,sed habet lõgiora retro crura, per quæ salit super terra,comedere debetis,ut est bruchus ĩ genere suo,& attacus atq; ophiomachus atq; locusta: singula iuxta genus suum. Non desunt tamen qui uelint hic ἀκρίδας designare summitates teneriusculas uirgultorũ,ac olerum,quo cibo cum melle uteretur Ioãnes: sed uicinitate uocũ hallucinati,& sua opinione rei indignitate offensi, labi uidẽtur. Mel uero syluestre ericæũ uocat Plinius libro.11.ca.16.ab erica frutice: estq; id uile & miníme inter genera mellis probatũ: cõuehiturq; post primos autũni hymbres,

cum

cũ erica sola floret in syluis,ob hoc arenoso simile. Tali autẽ (ut quod minus ad uoluptatem pertineret) utebatur pœnitẽtiæ typus Ioannes. Potus uero eius ex Luca Luc.1. cognoscitur fuisse mera aqua,dicente angelo ad Zachariã patrem eius: Vxor tua Elizabeth pariet tibi filiũ, & uocabis nomen eius Ioannem. Et subdit: Vinũ & siceram nõ bibet. Talis profecto uestitus,talis cibus,talisq; potus decebat eũ,qui prædicabat pœnitentiã,& qui futurus erat alijs pœnitentiæ typus atq; forma. Vestitus uilis & contemptus mõstrabat mundi suiq; ipsius contemptũ,& transactæ uitæ displicentiam: asperitas,fugã deliciarũ: pellicea zona circa renes,arctam continentiæ custodiam: cibus facilis & neglectus,gulæ frenũ: adeo ut credarur in deserto neq; pane quidem usus: & aquæ potus,omnimodam sobrietatẽ. Quæ omnia admodum necessaria sunt uere resipiscẽtibus,& regnum cœlorũ introire gestientibus: ut studeant contempto calcatoq; mundo,seq; ipsis,non corpus preciosis & curiosis ornatum habere uestibus,sed animũ nõ solũ humanis uirtutibus,sed multiformibus gratijs & charismatibus: uoluptates mundi non quærant,sed ueras cœli delicias: non cibos qui saginant corpus, sed qui pascũt animam: non uinum corruptibile, sed amorem incorruptibilem,cœlestemq; ambrosiã,quæ nihil aliud spiret,quàm quod diuinum est: & nullo alterius desiderio,quàm unius solius boni, quod omne superemi-

" net bonum,inebrientur. Hæc Ioannis uita prætẽdebat,quamobrem multi ad eum

" sic in deserto uiuentẽ cõfluebant. Et qui,& unde,subdit Matthæus, dicens. ¶ Tũc 20

" exibat ad eũ Hierosolyma,& omnis Iudæa,& omnis regio circa Iordanem, & ba-

" ptizabantur ab eo in Iordane cõfitentes peccata sua. Vidẽs autẽ multos Pharisæo-

" rum & Sadducæorum uenientes ad baptismũ suũ,dixit eis; Progenies uiperarum

" quis demonstrauit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructum dignum pœni-

" tẽtiæ: & ne uelitis dicere intra uos,patrẽ habemus Abrahã. Dico enim uobis,quo-

" niam potẽs est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. ¶ Simplices ad se ue-

nientes, uolẽtes pœnitẽtiæ,id est, resipiscẽtiæ statũ suscipere,factis operibus pœnitentia dignis, benigne excipiẽs Ioannes,baptizabat: sunt enim hi filij pacis,filij cõfessionis,& filij iudicij: quæ per hæc nomina,Hierosolyma,Iudæa, & Iordanis designantur. Pharisæos autem & Sadducæos dure increpabat: quia hi sunt filij diuisionis ac uiolentiæ,& qui seipsos iustificãt (sectas enim habẽt,& in operibus traditionum suarum,& in Abraham,quod filij eius sunt,confidunt: in multis diuisi sectíq; à deo) ut eorum nomina indicãt,quibus ira dei in prõptu parata est. hos uocat gennemata,id est germina uiperarum: ut qui matrem,id est,dei legem nascentes dirumperent,& postea uirus suum late diffunderent. Miratur quoq; Ioannes summã dei bonitatem,cum ait: Quis monstrauit uobis fugere à uentura ira? quasi diceret: cum sitis serpentum progenies,& uiperarum germina: non prouidentia uestra,nõ operibus,non iusticia huc adducti estis,ut fugeretis, quæ uobis & uestris similibus imminebant diuinæ ultionis æterna tormenta: sed illa superadmiranda clementia,illa immẽsa bonitas,illa incõprehẽsibilis dei benignitas hoc effecit. Facite ergo opera digna hac,quæ dei dono uobis indulta est,resipiscẽtia: & nolite istud intra uos cogitare,hoc ideo esse,& ideo uobis deberi,quia filij sitis Abrahæ. Id enim merũ dei donum est,mera bonitas,& mera gratia: cui nihil difficile,nihil ĩpossibile. Abrahã pater est fidei,& operũ ipsius: & filij eius filij fidei,opera ipsius facientes. uos autem neq; fidẽ habetis Abrahæ,neq; opera: sed estis ad fidem eius,quæ solum deũ respicit,nõ hominũ placita,& ad ueræ fidei opera haud secus ac lapides indurati. uerumtamẽ potẽs est deus ex lapidibus istis,id est,ex uobis peruicacibus, obstinatis,& in traditionibus hominũ obfirmatis suscitare filios Abrahæ,ut uobis nihil, sed omnia deo,& gratiæ eius tribuatis. Verum quia frequẽs mentio fiet in Matthæo, Marco,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luca, & Ioanne de Scribis & Pharisæis, quæ sectæ erant Iudæorum: operæpreciũ forsitã fuerit nõnulla de hisce, quæ tradiderũt maiores, hic carptim, quasi capita quædam inserere. Igitur Hebræorum tres præcipuæ fuerunt sectæ: Essæorum, Pharisæorum, Sadducæorum. Primo de Essæis est dicẽdum, quibus cum Pharisæi in pluribus humanis institutis atq; traditionibus conueniebant.

DE ESSAEIS ENARRATA LXXII.

¶ ESSAEI gente Hebræi erãt, mutuo inter sese amore cõiunctissimi. ¶ Voluptates quasi maleficia uitabant. ¶ Continentiam seruabant. ¶ Cupiditati non succumbere, magnam uirtutem ducebant. ¶ Ab uxoribus & seruis abhorrebãt: illas iniquitatis, istos seditiõis occasionẽ existimantes. ¶ Alienos filios, dũ adhuc tenelli erãt, erudiebant, & diligenter suis moribus instituebant: eos cognatorũ loco habentes. ¶ Contemptores diuitiarum, tanquàm propriarum erãt. ¶ Mirabilis apud eos rerum omnium communicatio erat: neq; alter alteri opulẽtia præstabat. ¶ Legẽ habebant, ut qui disciplinam suam sectari uellẽt, bona sua in cõmune ponerẽt, ut permistis facultatibus, ueluti inter fratres, unũ esset omnium patrimoniũ. ¶ Inter eos nec pauptatis humilitas, nec diuitiarũ dignitas unquã apparebat. ¶ Corpus oleo inungere probro ducebant, & ab immũditijs corpus abstergere. ¶ Squalorem decori ascribebant, dummodo in candida semper essent ueste. ¶ Designatos habebãt communium rerum procuratores, ad omnium usus indiuisos. ¶ In singulis ciuitatibus ut plurimum domicilia habebant: & suæ sectæ professoribus aliunde aduenientibus, quod habebant, quasi proprium exhibebant. ¶ Tanquàm cõsuetissimi ad eos ingrediebantur, quos nunquàm ante uiderant. ¶ Cum peregrinabatur, propter latrones tantũ armabãtur, neq; præterea secum quicquàm ferebant. ¶ In singulis ciuitatibus ex eodem collegio specialis curator hospitũ instituebatur, qui eorum uestimẽta, cætera q; usui necessaria custodiret. ¶ Amictus, cultus q; corporis omnibus pueris in metu erat: perinde ac eorũ, qui ipsos sub ferula habebãt. ¶ Nec uestitum, nec calceos, nisi prioribus, aut omnino detritis, aut lõgi tẽporis usu cõsumptis mutabant. ¶ Nihil inter se mercabãtur, aut uẽdebant: sed egenti quisq; quod habebat præbebat, referens ab eo quod ipse non haberet. ¶ Etiam sine permutatiõe cũctis erat liberum, à quibus uellet accipere quod sibi opus esset. ¶ Circa deum præcipue religiosi erant. ¶ Ante solis ortũ nihil loquebantur, sed deo quædam more patrio uota celebrantes, quasi ut eis cum sole oriretur, precabantur. ¶ Orto sole, ad suas quisq; artes à curatoribus dimittebatur. ¶ Cũ ad horã quintã usq; studiose fuissent operati, rursus in unum locum congregabantur, & linteis præcincti, corpus aquis frigidis abluebãt. ¶ Hac lustratione mũdati, uelut in sanctũ quoddam templum, in grande cœnaculũ cõueniebant, quo' neminẽ alterius sectæ ingredi fas erat. ¶ Quibus ibi sedẽtibus, pistor quidem panes ordine, cocus uero uasculum unum ex uno eodem q; pulmẽto singulis apponebat. ¶ Voce cibum sacerdos præueniebat, neq; gustare quenquã fas erat, nisi prius deo oratiõe celebrata. ¶ Post finem prandij uota repetebant: ita desinendo, ut & prius incœperant, deum, ut datorẽ uictus, laudibus celebrantes. ¶ Hinc depositis (ueluti sacris) uestibus, post meridiẽ ad opera se conferebant. ¶ Reuersi deinde uesperi, similiter cœnabant, comedebant q; etiã si qui fortasse superuenissent. ¶ Tectũ illud neq; clamor, neq; tumultus unquàm inquietum reddebat, alijs quidẽ alijs uicissim loquendi ordine cedẽtibus. ¶ Extra tectum constitutis, silentium, arcanum quoddam mirabile uidebatur. ¶ Eis perpetua sobrietas, & edendi & potandi modus sobrietate definiebatur. ¶ Moribus & conuersatione optimi erant, & ad colendam terram omni studio intẽti. ¶ In iuuando, & miserendo sui iuris erant, subueniendo scilicet suo iure dignis, & indigẽtibus alimenta

menta porrigẽdo: cætera nõ sine præcepto curatoris faciebãt. ¶ Cognatis dare aliquid inconsultis curatoribus, interdictum. ¶ Iracundiæ iusti moderatores erãt, indignationem cohibebant, fidem tuebantur, patri obsecundabant, iuramento stabilius habẽtes quicquid dicebant. ¶ Iusiurandum quasi periurio deterius, summopere uitabant. ¶ Mendacij q; condemnatum arbitrabantur, cui sine iuramẽto nõ crederetur. ¶ Studebant ex ueterum scriptis ea potissimum, quæ corpori & animæ conducerent, seligere: ut ad morborũ remedia, quas uires stirpes medicæ, & lapides singuli haberẽt, cognoscere. ¶ Non cõtinuo sectæ suæ studiosos, in suam congregationẽ admittebant: sed foris eodem uiuendi ordine per annum probabãt, bidentem, perizoma, id est, lineũ uelamen, quo præcingebantur, & albam uestem tradẽtes. ¶ Bidente illo perfodiebant sibi in abdito loco scrobẽ, naturalis egestionis faciẽdæ gratia: & id in locis secretissimis. ¶ Probata cõtinentia ad communem cibum accedebant, & purioribus aquis ob castimoniam participabant: sed nondũ ad conuictum admittebantur. ¶ Altero anno probabantur mores, post quem digni apparẽtes in cõsortium assumebantur. ¶ Priusquàm ad commune cõsortium admiscerẽtur, multis execrationibus deierabãt se primum uelle colere deũ: deinde erga homines seruare iusticiã, nemini propria spõte nocere, nec ex præcepto quidẽ obesse: iniquos omnes odisse, iusticiæ sectatoribus semper cooperari, fidem omnibus seruare, maxime principibus, cũ ad potẽtiam principatus sine dei uoluntate sentiendũ sit nemi nem accedere posse: si præessent, nũquàm abuti uiribus potestatis in subiectorũ cõtumeliam, nunquàm ueste aut ambitioso aliquo ornatu alijs præeminere, ueritatẽ semper diligere, propositum habere conuincendi mẽtientes: manus à furto, & animam purã ab iniustis uijs seruare, nihil de mysterijs consectantes cælare, neq; prophanis quippiã eorũ publicare, etiã si quis eos intenta morte compellat, nihil aliud quàm accepissent de dogmatis tradere, fugere latrocinia, & conseruare dogmatis sui libros. ¶ His execrationibus angelorũ nomina admiscebãt, quibus præinstruebant accedentes. ¶ Iusticiam rem preciosam ducebant: pro qua etiam ad mortem usq; decertabãt. ¶ Deprehẽsos in peccatis, à sua cõgregatione repellebãt. ¶ Qui condemnatus fuerat, plerunq; miserabili morte conficiebatur: ut qui sacramẽtis & execrationibus obligatus, capere ab alijs oblatum cibum non posset, sed tantũ herbas pecudum more depasceret: & ita membra eius fame exesa, tabescerẽt. ¶ Quandoq; miserati, extremũ agentem spiritum recipiebant: arbitrãtes pro peccatis eius sufficere pœnã, quæ ipsum usq; ad mortẽ deduxerat. ¶ In iudicijs erãt iustissimi, atq; diligẽtissimi. ¶ Consultabant non pauciores quàm cẽtum in unum coacti: quod autem ab his decretum fuerat, immobile manebat. ¶ Post deum uenerabãtur legiferum: ita ut si quis eum blasphemaret, morte moreretur. ¶ Senibus obedire, quoruncunq; arbitrabantur officium. ¶ Sedentibus decem, nullus unus loquebatur nouem inuitis. ¶ Exponere quicquàm in medũ in gratiã sui quisq; deuitabat. ¶ Sabbatis ab omni operatione cauebant, cibum sibi pridie præparabant, ne illo die ignẽ accenderent, uas nullum in eo transferebant, imo' ne aluũ quidem soluebant, purgabant'ue. ¶ Alijs diebus fodiebant foueam illo bidente, qui tradebatur accedentibus, uno pede aut amplius altã: & demissa ueste sese diligẽtissime contegẽtes, ne scilicet splẽdori diuino iniuriam facerent: in eadem fouea se onere uentris leuabãt, & deinde terram, quam effoderãt, reijciebant. ¶ Quatuor ordines habebãt: qui minores erant, inferiores præcedentibus existimabantur: quos si quis e' superioribus tetigisset, ut à contactu alienigenæ diluebatur. ¶ Viuebant plurimi ad centesimum usq; annũ propter simplicitatem uictus, & institutionem in omnibus bene ordinatam. ¶ Erant aduersorum tolerantissimi. ¶ Cruciatus firmitate consilij uincebant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mortem, si cum decore obeunda esset, iudicabat etiam immortalitate meliorem. A Rhomanis per artuum cõfractiones, ignes, & omnigena tormẽta cogi nõ potuerunt, ut in legislatores aliquid loquerentur; uel ciborũ quippiam, quos esse non solebãt, ederẽt. Fides erat apud eos, corpora esse corruptibilia: animas uero immortales sempq; duraturas. Corpus illis esse ut carcerẽ, à quo liberatas animas illico lætari dicebant, & sublimes ferri (si bene uixissent) in quandam regionẽ ultra Oceanũ: ubi illis reposita esset perfruitio, quam neq; imbres, neq; nives, neq; æstus infestarent, sed Oceano oriẽs Zephyrus & leniter spirãs amœnã reddèret; malas autẽ animas loca procellosa, & hyberna manere, plena gemitibus exercendarũ sine fine pœnarũ. Erant inter eos, qui se futura nosse profitebantur: raroq; accidebat, ut prædictiones eorum non cõsequeretur euentus. Sacris libris, & uarijs sanctificationibus, prophetarũq; dictis à prima ætate adhærebãt. In deum cũcta referebant. In templo ἀναθήματα poni prohibebant. Sacrificia cum populo nõ celebrabant, quod plurimum se ab eis munditia, & sanctitate differre putarẽt, semoti sacrificia facientes. Sacerdotes suorum optimos deligebant.

DE PHARISAEIS ENARRATA XXIII.

PHARISAEI in multis similiter istis uiuebãt, differebãt etiam in multis. Vxores ducebant, magnã uitæ hominũ partẽ posteritatẽ existimantes. Errare, qui nuptijs abstinerent, putabãt: quandoquidem si omnes in eam ire uellent sententiã, statim defecturum genus humanum. Per triennium fœminarum ualetudinem probabant: quæ si congrua probatione apparebant idoneæ partui, ita demũ eas in matrimonium adsciscebant. Nemo eorũ cum pregnante miscebatur; ut ostenderẽt non uoluptatis, sed liberorum gratia se nuptias inijsse. Lauãtibus fœminis, ut & uiris, perizomatũ erat amictus. Multi societate gaudẽtes, se mutua dilectiõe cõplectebantur. Seruos habebãt, & cultu politiori utebantur, sorditiemq; uitabãt. Certiorem legalium noticiam sibi uendicabãt: & hi præcipue Pharisæi nuncupabantur. Hi quoq; quotidianam conuersationem exiguam habebant, & eam quidem prorsus abiectam. Nihil mollitudini, aut delicijs tribuebãt. Quæcunq; rationis iudicio cõperta erant, illa sequebantur. Præpositis nullo modo reluctabantur; maiores natu cõpetenti honore uenerãtes. In tẽplis donaria, & anathemata admittebant. Prouidentia omnia geri credebant: prouidentiæ ac deo omnia committentes. Liberum arbitrium homini relinquebant. In electione hominũ bonum uel malum esse collocatũ, adiutore deo atq; fato. Iudiciũ dei futurũ, ubi homines propria merita recipient, siue bene siue male uixerint, ponebant. Animas esse immortales (& bene quidẽ) asserebãt. In inferno cõgrua unicuiq; habitacula pro merito uel uirtutis, uel iniquitatis tribuenda. Malis esse æterna supplicia, & nonnullorũ animas in alia transire corpora. Orationũ celebrationes, templorum constructiones traditionibus suis faciendas prædicabant. Plurimus erat e' ciuitatibus ad eos confluxus, quod putarentur cæteris esse meliores.

DE SADDVCAEIS ENARRATA XIIII.

TERTIA secta Sadducæorum fuit, utriq; harũ pene' contraria. Prouidentiam, fatumq; negabant. Deum non esse aut bonorũ patratorem, aut malorum inspectorem dicebant. Animas mortales esse, & cũ corporibus interire. Nullas obseruationes, præter legẽ Mosis custodiebãt. Disputabãt aduersus doctores suæ sectæ cõtrarios: quibus reniti gloriosum putabãt. Primates apud eos honoribus dignitatibusq; censebantur. Aliorum respectu pauci erãt. Electiõi hominum bonum aut malum propositum esse dicebãt: & secũdum propriam uoluntatem alterum horum sibi homines adsciscere. Animarũ nulla esse supplicia, aut honores decerne-

decernebant. Inter se feris moribus discrepabant. Conuersatio eorũ ita erga sectæ participes, ut erga exteros inhũana. Herodiani huius sectæ erãt. Tributũ esse soluendũ; & Iudæos nõ secus ac aliam gentẽ nõ esse liberos, defendebant.

DE GALILAEIS ENARRATA VIII.

QVARTA secta erat quorũdã Galilæorũ, in quibusdam Herodianis cõtraria: cuius Iudas Gaulonites princeps fuit. Hi in habitu, & cæteris fere' pharisæis cõsentiebant: habebant tamẽ quædã peculiaria ad sectã. Circa libertatẽ immobilẽ atq; immutabilẽ retinebãt sententiã. Solũ deũ principẽ, & dominũ oĩm dicebãt. Mortis multas ac uarias species sustinere, ꝑ nihilo ducebant. Cognatorũ supplicia, aut amissiones amicorum omnino cõtemnebant, modo nullũ hominẽ dñm dicere cõpellerentur. Hi temerarij ac superbi hoĩes. Et hæ duæ postremæ sectæ Herodianorũ atq; Galilæorũ tẽpore ferme' Herodis exortæ fuerũt; hæc statim suppressa, illa paulo permanentior. Hactenus de illis sectis, quas qui diligenter attendit, uidet oẽs ad tres reduci, nam Herodiani ad Sadducæos, & Gaulonitæ, q & Galilæi, ad pharisæos spectabant; quamuis particulare quippiã haberent. Et hæc maxima, ꝑ parte intelligentur, si cui curæ fuerit legere Iosephi, 18. antiquitatũ, cap. 4. & secundi de bello Iudaico cap. 2. Cæterũ Iudæi ut Iudæi, nullius erant sectæ: ut neq; plurimæ turbæ, quæ sequebãtur dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM. Sic Christiani ut Chrĩani, nullius sunt sectæ, sed solũ secundũ spũm Israẽlitæ ac Christiani, nã uera fides, uera spes, plenaq; in deũ fiducia, ac intẽta in unũ charitas, oẽm sectã excludere uidẽtur; & uniuersale seq lumẽ, quod dei lumẽ est, & uniuersalem uolũtatẽ, quæ est dei uolũtas. Genti Hebraicæ uniuersalis lex fuit ex Mose, & nulla secta: & illa fuit lex uetus, figura & umbra nouæ. Sic electis dei uniuersalis lex ex CHRISTO, & nulla secta, & si in ea sint quidam gradus, ac nõnulli cœlestium quadã imitatiõe functionũ ordines, ut põtificũ, sacerdotũ, diaconorũ, plebis sanctæ & cæteri id genus, quos sacer Ignatius, & nõnulli aliorũ primariæ ecclesiæ sancti tetigere. Et hæc lex noua, ueritas, & lux. Nã secta quantũcunq; uideatur sancta, aliquid humanũ addit ad diuinũ: alioq nõ esset secta. Et quo ad additũ, imꝑfecta est, & nihil perficiẽs: qd enim humanũ diuino addere potest ad ꝑfectionẽ? Lux ꝑ se purior est, q̃ illi adiecta nõ luce. Diuinũ, lux: hũanũ nõ lux. Vita aũt electorũ CHRISTI debet esse diuina, & solis diuinis inhærere, ut & lex illa solũ diuina est; & ex deo, & ijs quæ desursum sunt, nõ ex hoĩe, aut ijs quæ secũdũ hoĩem sunt, pendere. Debet & ex diuino nõ hũano pẽdere iudicio. Qui igitur recte uidet, plane' discernit, q̃ nihil sunt aut Essæorũ, aut pharisæorũ, ut huiusmodi placita, sed cuius cor fide uiuit, & tota fiducia ex deo uerboq; dei pẽdet. Illi particulares, & seruiĩ: hic uniuersalis, & liber. Illi hũane incedũt, hic diuine. Illi ad multa dispguntur, hic ad unũ colligitur. Illi quodamõ supstitiosi, hic uere fidelis. Illi frigidi, & pene' mortui: hic feruidus, & ꝑsus uiuificatus. Illi molẽ sentiũt, ipsos ad ima deprimẽtẽ: hic scintillã ipsũ ad supna rapiẽtẽ. Illi in se, & ĩ mũdo diuites: hic extra se, et ĩ cœlo locuples. Beatus igit cui uiua obtigit fides, & q grã, nõ opib9, & si maxĩe adsint opa, uiuit. Nec quenq; moueãt belle cõcinnata, & multã præ se ferẽtia sapiẽtiã, hũana instituta, q̃ si obseruas ut hũana, nihil te iuuãt: sin ut diuina, mẽdaciũ cõmittis: deo tribuẽs q̃ neq; iussit, neq; mãdauit: æque enim piaculũ est dei uerbũ ut hoĩs, & hoĩs ut dei uerbũ obseruare: solaq; uerbi dei, ut dei uerbũ est, obseruatio iuuat. Et hac ratiõe tota animi alacritate, totoq; mẽtis uigore eã amplecti oportet. Proinde dñs monebat discipulos, ut à fermẽto, id est doctrĩa pharisæorũ, & sadducæorũ attenderent: quia humana traditio erat, nõ dei uerbũ, nõ diuinũ mãdatũ: quæ quod parit, est hypocrisis. Quod non solũ ex uerbis domini cognoscitur, sed etia ex secularibus historijs. Luc. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iosephus. Nam & Iosephus libro antiquitatũ,17.cap.3.de pharisæis loquens,sic ait:Erat enĩ portio quædam Iudæorũ hominum de scrupulositate & subtilitate paternæ legis gloriantium,& culturam diuinitatis simulantium.Hoc aũt omnibus sectis peculiare,ut tandem culturam diuinitatis simulent,& proinde sancti apud homines habeantur:quibus Christus,qui intuebatur cor,dicebat: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ. Qui quales cũ suis humanis traditionibus euaserint,in multis Euãgelij locis,q est uera dei sapientia,detexit apertissime. Sed nunc post lõgiusculã ratiõe sectarũ digressionẽ,reuertamur ad ea,quæ lõgo iam interuallo prætermissa fuere Et uideamus quo pacto & scribis & pharisæis,& illis præsertim,qui nõ suo quidẽ ꝓposito,sed eis infuso dei dono ad resipiscẽtiã uocantur,non esse differendũ,subdit ex Ioannis prædicatione Matthæus dicens. ¶ Iam enim securis ad radicẽ arborũ posita est. Omnis ergo arbor,quæ non facit fructũ bonũ,exciditur,& in ignem mittitur. ¶ Prius dixit: Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ,nũc rationem reddit,quia securis ad radicẽ arborũ posita est. Arbores,homines:radix,uita hæc temporalis. Securis,diuina ultio,terrenæ uitæ silũ abrumpens,& per supplicia gehẽnæ puniens. Fructus bonus,fides,& opera fidei,ac spũs. Fructus malus,infidelitas,& opera infidelitatis & carnis. Excisio,uitæ præsentis obtruncatio. Ignis,suppliciũ æternũ. Ergo nulla bona arbor,nisi homo fidelis,q opera fidei atq; spũs facit. Nulla mala,nisi homo huic oppositus. Media aũt arbor est homo pœnitens,& sese diuino indultu præparans. Quales faciebat Ioãnes suos discipulos,quod subiũgit referante Matthæo,dicens. ¶ Ego quidem baptizo uos in aqua in pœnitentiam:qui aũt post me uenturus est,fortior me est:cuius nõ sum dignus calceamenta portare. Ipse uos baptizabit in spũ sancto & igni. Cuius uentilabrũ in manu sua,& permũdabit aream suã,& congregabit triticum in horreũ suum,paleã autem comburet ignini inextinguibili. ¶ Baptizabat Ioannes baptismo aquæ, qui erat figura baptismi CHRISTI:baptismus aũt CHRISTI,ueritas. Baptizabat Ioannes in pœnitentiam; CHRISTVS in remissionem peccatorũ. Ioannes exteriora: CHRISTVS interiora purgabat. In baptismate Ioãnis,gratia pœnitentiæ dabatur:in CHRISTI, gratia iustificationis. Illic,adhuc caro:istic,datur spiritus. Illic,adhuc amor sui,& ignis terrenus:istic,perfecta charitas,& ignis super cœlestis. Qui post Ioannẽ uenturus erat, CHRISTVS:qui postq; se manifestasset Ioannes,suæ diuinitatis potẽtiã mũdo erat manifestaturus. Fortior nõ mõ Ioanne,sed etiã uniuersis, quæ in cœlo quæ in terra,& quæ sub terra sunt,potestatibus,& adeo dignus,adeo maiestate uerendus,ut quæ sacræ eius tetigissent plãtæ,nõ existimaret se Ioãnes dignũ tangere,tollere,portare. Hic est ille,qui uero baptismate baptizaturus erat in spiritu sancto,& cõsummata charitate. Ventilabrũ in manu eius,doctrina eius, lex noua, lex gratiæ,Euãgelium uitæ. Area,mentes hominũ. Mundatio,iustificatio. Horreum, ecclesia:& tandẽ cœlestis mansio,æternorumq; gaudiorũ paradisus. Triticum, animæ fideles,& electæ. Palea,infideles, & reprobæ,Ignis inextinguibilis, infernus, & gehenna,& inferorũ perennis cruciatus. Hæc est huius loci intelligẽtia,& spũale mysteriũ. Ac nõ ita multo post,q; Ioannes per spiritũ sanctum dixerat de forti illo,& supra omnem cogitatum digno,qui post manifestationem suã,& baptismũ suũ uenturus erat,ac uero baptismate baptizaturus:uenit ipse dominus ad Ioannẽ ut ab eo baptizaretur,Euangelista Matthæo dicente. ¶ Tũc uenit IESVS à Galilæa in Iordanẽ ad Ioannẽ,ut baptizaretur ab eo:Ioãnes aũt prohibebat eum,dicẽs Ego à te debeo baptizari,& tu uenis ad me? Respõdens aũt IESVS,dixit ei:Sine modo:sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Tũc dimittit eum. ¶ Sed cur dominus uenit ad Ioannem? nunquid ut baptizaretur ab eo in pœnitentiam? Nequaquã

Matth.23.

21 22 23

quãq;,sed ut sanctificaret baptisma Ioannis,& eorum, qui baptizati fuerant ab eo, & qui baptizandi erant pœnitentiam,& omnium nostrũ baptisma. Et cur Ioannes eũ prohibebat? Nũquid id faciebat,quia cognoscebat eũ esse,quẽ dixerat post se uenturum,qui baptizaret in spũ sancto,& igni? Non sane: non enim tunc cognoscebat,ut sequenti numero dicetur,& si uisus est ei admodum reuerendus,& admirabilis quidam ac sanctus:& hoc per spiritũ,qui erat in eo,per quẽ & in hæc uerba prorupit: Ego debeo à te baptizari,& tu uenis ad me? tametsi nondũ cognosceret eum,neq; sciret quid diceret,ut neq; Petrus quando dixit: Faciamus hic tria tabernacula. Spũs autẽ sciebat,quia hoc ueritas erat,& cũ ueritate mysteriũ. Idcirco dixit ei dominus: Noli obsistere,quo minus abs te baptizer: sic enim decet nos implere omnem iusticiã,perficere,absoluere,& cõsummare omnẽ iustificationis modũ. Initiũ iustificationum legis,circuncisio,quam sua circuncisione perfecit,sanctificauit,adimpleuit CHRISTVS:finis iustificationũ legis,baptismus pœnitẽtiæ Ioannis,quẽ ipse idem dñs noster intinctiõe aquæ Iordanis perfecit,sanctificauit, adimpleuit. Initiũ iustificationũ legis gratiæ,quæ est lex noua,& lex CHRISTI,baptismus ecclesiæ,quẽ suo baptismate ad finẽ usq; mũdi sanctificauit,absoluit, & cõsummauit dominus. Ergo baptismus,quo baptizatus est à Ioanne,non solũ Ioannis,sed & uerius ipsius CHRISTI fuit. Et tunc cœpit regnũ cœlorũ,cuius baptismus primus ingressus est & initiũ: quod ex ijs,quæ subiungit Euãgelista Matthæus,facile intelligitur,cum ait. ¶ Baptizatus autem IESVS,confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cœli,& uidit spũm dei descendentẽ sicut columbã,& uenientẽ super eum. Et ecce uox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus,in quo mihi complacui. ¶ Baptisma CHRISTI tũc fuisse indicat id: aperti sunt ei cœli, & uidit spiritũ dei descendentem sicut colũbam,& uenientem super eum: quia baptismate Ioannis nõ aperiebatur cœlũ,neq; erat in spũ sancto,sed (ut ipse ait) in aqua. Sed & hoc esse baptisma CHRISTI & nostri baptismatis,id est,ecclesiæ ueritatẽ,id manifeste indicat: quia baptisma ecclesiæ est in patre,in filio,& in spũ sancto,id est in nomine patris,& filij,& spiritus sancti. At hoc baptisma,quo CHRISTVS baptizatus est, in filio fuit,nã ipse filius in patre: nã eius hæc uox fuit: Hic est filius meus dilectus,in quo mihi complacui,& in spũ sancto: nam spiritũ dei uidit Ioãnes descendentẽ sicut columbã, & residentẽ super eũ. Erat ergo baptisma CHRISTI,& oĩs baptismatis ueritas sanctificatio,et exẽplar. Sed insuper ex hoc adiuuante altiloqui Ioannis Euãgelio,cognoscit Ioannes Baptista tunc,cũ resistebat ei,ne eum baptizaret,nõ cognouisse IESVM eũ esse,qui baptizaturus esset in spũ sancto & igni. Nam nondũ uiderat spiritũ dei de cœlo descendentem super eum,& manentẽ: sed tũ primũ (hic etiam testante Matthæo) cum baptizatus,confestim ascendit de aqua. At qui per Euangeliũ Ioannis id nesciebat ante quàm uidisset spiritum,quasi columbam descendentem,& manentem super eum: ubi sic habetur. Et testimonium perhibuit Ioannes,dicens: quia uidi spiritum descendentẽ quasi columbam de cœlo,& mansit super eũ,& ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua,ille mihi dixit: super quem uideris spiritũ descendentẽ & manentem super eum,hic est qui baptizat in spiritu sancto. Tunc ergo minime talem esse cognoscebat Ioannes Baptista: & si eum tunc uneraretur,& uirum admodũ reuerendum,& sanctum,ac seipso etiam sanctiorem reputaret: ut à quo se potius, quàm illum à se duceret baptizandum,id non tam (ut dictum est) Ioanne, quàm spiritu sancto in Ioanne faciẽte,nõ enim uiri sancti in arduis,& mysterijs diuinis à se,sed à spiritu dei,aut ad loquendum,aut ad quippiam faciendum aguntur: cuiusmodi quis neget fuisse Ioannem? Et uerum ipse dicebat,& id quidem per spiritum

Matth.17.

24

Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum: nam baptizare, lustrare, purificare, & prorsus iustificare, sanctificare, consum mare, sanctioris opus est, ac officium. Et reuera nequaq̃ illi, baptismo, lustratione, purificatione, iustificatione, sanctificatione, aut teleta ulla opus erat, sed nobis ipsis nã illo nõ est purificatus, iustificatus, sanctificatus: sed nos ipsi & baptisma nostrũ sanctificatũ. Ergo nõ sibi, sed nobis baptizatus est: imo ipse purificatio, iustificatio, & sanctificatio nostra est, in q̃ & patre æterno, & spũ sancto baptizati sumus: cœli nobis aperti sunt, & filij dei sumus ascripti. O quãta & quàm magnifica in filio suo operatur nobis deus? Igitur ipsi patri summo, & filio superbenedicto & spiritui sancto superbenigno uni deo, in quo abluti, iustificati, & sanctificati illuminati purgati, & consummati sumus, omnis laus, honor, gloria, decus, potestas, & imperium in omnia secula seculorum. Amen.

CAPVT QVARTVM.

25 Vnc IESVS ductus est in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo: & cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant, Qui re- 5
26 spondens dixit: Scriptum est: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo, quod procedit de ore dei. ¶ Tũc assumpsit eũ di
abolus in sanctam ciuitatẽ, & statuit eum supra pinnaculum templi, & di-
xit ei: Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptũ est enim, quia angelis suis
mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pe-
dem tuũ. Ait illi IESVS rursum: Scriptum est enim: Nõ tentabis dominũ 10
27 deum tuũ: ¶ Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum ualde,
& ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei: Hæc oia
tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tũc dicit ei IESVS: Vade Satana: scri-
28 ptum est enim: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. ¶ Tũc
29 reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. ¶ Cũ 15
autem audisset IESVS, quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam:
& relicta ciuitate Nazareth uenit, & habitauit in ciuitate Capharnaum,
maritima in finibus Zabulon, & Neptalim, ut adimpleretur quod dictũ
est per Esaiam prophetam: Terra Zabulon, & terra Neptalim, uia maris
trans Iordanẽ Galilææ gentium: populus qui ambulabat in teneris, ui- 20
dit lucem magnã: & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.
30 ¶ Exinde cœpit IESVS prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appro-
31 pinquabit enim regnum cœlorum. ¶ Ambulans autem iuxta mare Gali-
lææ, uidit duos fratres, Simonem, qui uocatur Petrus, & Andreã fratrẽ
eius, mittentes rete in mare: erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post 25
me, & faciam uos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis reti-
bus, secuti sunt eum. Et procedens inde, uidit alios duos fratres, Iacobum
Zebedæi, & Ioãnem fratrem eius in naui, cum Zebedæo patre eorũ refi-
cientes

cientes retia sua, & uocauit eos. Illi autem statim relictis retibus, & patre
30 secuti sunt eũ. ¶ Et circuibat IESVS totã Galilæam, docens in synagogis 32
eorum & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem languorem, &
omnem infirmitatem in populo. ¶ Et abijt opinio eius in totam Syriam 33
& obtulerũt ei omnes male habentes uarijs languoribus, & tormentis cõ
prehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos & paralyticos, & cura-
35 uit eos: & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hie-
rosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

ANNOTAT. BREVES XXXII. CIRCA LITERAM CAP. IIII.

2	diebus	13	uade		ἤγγικε
	noctibus		ὕπαγε		præteritum
	ἡμέρας		abi	24	qui uocatur
	νύκτας	14	seruies		ὁ λεγόμενος
	accusatiui plurales		λατρεύσεις	25	rete
5	uiuit	15	reliquit		ἀμφίβληστρον
	ζήσεται		ἀφίστη	26	faciam uos
	futurum		dimittit		fieri
6	quod procedit		præsens	27	retibus
	ἐκπορευομένῳ	17	uenit		τὰ δίκτυα
	quod egreditur		ἦλθεν	31	languorem
6	de ore		præteritum		νόσον
	διὰ στόματος	17	Capharnaum		morbum
	per os		καπερναούμ	32	infirmitatem
6	Assumpsit	18	Neptalim		μαλακίαν
	παραλαμβάνει		νεφθαλείμ		languorem
	præsens	19	uia	33	opinio
	& infra		δεῦρο		ἡ ἀκοὴ
8	dixit		uiam		auditus
	λέγει		iuxta uiam		fama
	præsens	20	Galilææ	33	languoribus
	& infra		γαλιλαίᾳ		νόσοις
9	mandauit		rectus	33	tormentis
	κελεύσει	20	qui ambulabat		βασάνοις
	futurum		ὁ καθήμενος		cruciatibus
9	ne forte		qui sedebat		torminibus
	μήποτε	21	in regione umbræ	34	dæmonia habebant
	ne unquàm		ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ		δαιμονιζομένους
	nequando		in regione & umbra		dæmoniacos
12	ostendit	22	pœnitentiam agite	35	de Galilæa
	δείκνυσιν		μετανοεῖτε		ἀπὸ τῆς γαλιλαίας
	præsens	23	appropinquabit		à Galilæa

COMMENTARIVS IN CAPVT QVARTVM.

DOminus postea quàm baptizatus est, ductus est in desertum. A quo nam? A spiritu, & spiritu quidem bono: nam ab eo, à quo & reductus est, qui & bonus quidem erat: & hic est spiritus sanctus, nam (ut ait Lucas) cõsummata omni tentatione, diabolus recessit ab eo, & subdit: Et Luc. 4.
egressus

Universidad de Deusto
Biblioteca

egressus est IESVS in uirtute spiritus in Galilæā: non quod propria uirtute, & si
hæc esset propria eius uirtus, nō potuisset: sed suam humanitatē declarabat, obse-
quiū, etiam angelorū acceptando, ac scripturas implendo, ut de quo & id quoque
scriptū erat: Angelis suis deus mandauit de te, ut custodiāt te in oībus uijs tuis: In
Psalm. 90. manibus tollent te, nequando offendas ad lapidē pedē tuū. Quod si ab altero spū
ductus fuisset, postea non diceretur: Et accedens tentator, cum illi præsens esset.
Sed gratia cuius abductus est à spiritu in desertū? Vt tentaretur à diabolo: ut qui
primū Adā uicerat, à secūdo ipse uinceretur. Quod ex ijs quæ subdit Matthæus,
25 „ intelligere prōptum est, cum ait. ◤ Tunc IESVS ductus est in desertū à spū, ut
„ tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctī-
„ bus, postea esuriit, & accedens tentator, dixit ei: Si filius dei es, dic ut lapides isti pa-
Deut. 8. „ nes fiant. Qui respondens dixit: Scriptū est: Non in solo pane uiuet homo, sed in
„ omni uerbo, quod procedit de ore dei. ◤ Nō solum in deserto tentatus est à diabo
lo, sed etiam priusq; accessisset tentator, quadraginta diebus, & quadraginta nocti
bus in diuino, quod soli deo cognitū est, superbeatæ mentis exercitio, & in secreto
dei alloquio ieiunauit, cuius figura prius fuit Moses, qui in colloquio diuino qua-
Exod. 24. draginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunus perstitit: quēadmodū in Exodo
scribitur. Ingressusq; Moses mediū nebulæ ascendit in montē, & fuit ibi quadra
ginta diebus, & quadragīta noctibus. Hoc ieiunio satisfecit CHRISTVS oī intē-
perantiæ primorū parentū, & posteritatis eius in salutē eorū q resipiscūt, & sequū
tur uestigia eius: quiq; beneficiū eius agnoscūt, & amoris pfecta fide uices repen-
dūt. Hoc ieiunio sanctificauit omne tū ueteris, tū nouæ legis ieiuniū: & omnem in
sancto mentis ocio uiuentiū cōtemplationē. Sed omne quod tūc ab eo gerebatur
super hoīes erat, atq; diuinū, & ideo tūc nullus patebat dæmoni, q tentat, accessus:
sed tū primū cū humano affectu se prodidit uerū esse hominē, & qn (ut uoluit) cœ-
pit esurire, tunc nactus occasionē pessimus dæmon accessit. Quo cognoscitur, q
occasio accessus dæmonū ad tentandū, cōcupiscentia est, etiā quæ necessaria, & se
cundū naturā est. Et forte si baptizatum eū nouerat, & uocē de cœlis super eum sa
ctam: Hic est filius meus dilectus: cōmunem nihilominus ratus hominem ex ipsa
esuriei affectione, primum eum tentat: partim ut efferat ipsum in superbiā, partim
ut gulæ cupiditate more primorū parentum ad peccandū inducat, dicens: Si filius
dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Sed dominus, cum reuera esset filius dei, ob id
neq; elatus ac superbiens, sed uere mitis & humilis corde persistens, neq; sugge-
stioni dæmonis parēdo se ostentās: id enim peccatū esset, at peccare nō poterat: ni
hil primæ particulæ respondit, neq; enim decebat dæmonē cognoscere eū esse fili
um dei: neq; id nostræ cōducebat saluti. Sed secundæ opposuit dictum sacræ scri-
Deut. 8. pturæ, quod scriptum est in Deuteronomio, ubi sic Mose de deo & filijs Israēl lo-
quēte, habetur: Afflixit te penuria, & dedit tibi cibū manna, quod ignorabas tu, &
patres tui: ut ostenderet tibi, q nō in solo pane uiuit homo, sed in oī uerbo, quod e-
gredit de ore dñi. Vbi p omne uerbū intelligitur omne dei mandatū, de quo pau-
loante dictū fuerat: Omne mandatū quod ego præcipio tibi hodie, caue diligēter
ut facias, ut possitis uiuere. Et hoc CHRISTI respōso uictus est malignus. In quo
pariter eius ignorātia, aut certe malignitas detegitur, q de solo pane fecerat mēti-
onē, tāq; ille sufficeret ad uitā, & nulla esset melior uita, q; quæ pane sustinetur: cui
diuinū cōtradicit oraculū. Et pariter instruimur, nō tā ad hanc terrenā caducam q;
uitā respiciendū esse, q; ad eā, quā ex adimpletione diuinæ uolūtatis, diuinorumq;
mādatorū expectamus: & nulla necessitate corporea ad hoc adduci debere, ut un-
q; maligni pareamus tētationi, suggestiōi, atq; prauæ uolūtati. Victus ergo dæmō
sed quasi subdolus luctator à pstratu resurgēs: secunda tentatione aggredit dñm
gloriæ

„ gloriæ, quod prosequitur Matthæus, dicens. ◤ Tunc assumit eum diabolus in san- 26
„ ctam ciuitatē, & statuit eū super pinnaculū tēpli, & dicit ei: Si filius dei es mitte te
„ deorsum. Scriptū est enim: Quia angelis suis mādauit de te, & ī manibus tollēt te,
„ ne unquā offendas ad lapidē pedem tuū. Ait illi IESVS rursum: Scriptum est: Nō
„ tentabis dominū deum tuum. ◤ Spiritus bonus prius assumpserat dominum, & du
xerat in desertū: nūc autē pmisit deus, ut assumeret eū spiritus malignus, & trans-
ferret in sanctā ciuitatē, ut uel sic magis lateret eū CHRISTI IESV diuinitas. Et
quia ad id, quo tentauerat eum de filio dei, nihil responderat: idcirco de eodem rur-
sum tētat eū, ut illū aut in superbiā, per quā ipse ceciderat de cœlo, aut ad hoc ut ten
tet deum, inducat: atq; sic eum super tecti templi angustias acuminatūq; fastigium
collocatū, aggreditur: Si filius dei es, mitte te deorsum. Et cur qui tentabatur atten
tare id ausit: dæmon inserere uolens in eum, aut se superbia extollendi, aut tētandi
deū fiduciā, subiūgit: adducēdo quod psalmo. 90. scriptū est: Quia angelis suis mā Psal. 90.
dabit de te, & in manibus tollēt te: ne unquā offendas ad lapidē pedem tuū. At do-
minus eius astū præuidēs, ostendit illi, quod iniqua suggestiōe uolebat, non esse fa
ciendum, ex præcepto dei, quod in Deuteronomio sic scriptū est: Nō tentabis do- Deut. 6.
minum deū tuū, sicut tentasti in loco tentationis. Hoc responso diabolū secundo ui
cit. In quo etiā monemur, in suggestionibus maligni uincēdis, ad dei uerba iugiter
esse attendendum. At hic forsitan quæret quispiā, num recte uerterit hic interpres
μή ποτε ne forte, an ne potius dicendum, ne unquàm, ne quando, aut aliud simile. Re
ctius sane hic mea sentētia uertisset, ne unquā, quàm ne forte: quia diabolus nequa
quā id sub dubietate pronūciabat, alioqui diffidentiā se mittendi deorsum ei, quem
tentabat, per id quod diceret, forte, inijcere uideretur: at plenam fiduciā ex oraculo
ingerere uolebat, ac si dixisset: Noli timere te mittere deorsum, quia oraculū habet
angelos sic tibi affuturos, ut nunquā possis ad lapidē offendere pedem tuum: qua-
re nihil tibi diffidendū, nihil hæsitandū, sed secure audēdum. Verum secundo pro-
„ stratus, rursum insurgit malignus: quod subdit Matthæus, dicens. ◤ Iterū assumit 27
„ eum diabolus in montem excelsum ualde, & ostendit illi omnia regna mūdi, & glo
„ riam eorū, & dicit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei
„ IESVS: Vade Satana. Scriptū est enim: Dominū deū tuū adorabis, & illi soli ser-
uies. ◤ Sunt altitudines tātæ, quibus dispicere possis Asiam, & Africā, & Europā,
quæ sunt omnia regna mundi: aut si qua alia sunt, ad ea reducūtur. In tantā igitur al
titudinem sublato domino, mendacij pater diabolus, pollicetur se ei daturū omnia
regna mundi, quæ neq; sua erant, neq; sua intererat illi dare, sed illius qui dixit: Po Psal. 2.
stula à me, & dabo tibi gētes hæreditatē tuam, & possessionē tuam terminos terræ.
Putabat enim cū bis tentatus fuisset, an esset filius dei, & nihil ad id, quasi nihil ad se
pertineret, respōdisset, communem esse hominē, & ideo ambitione terrena nō par
ua, sed omnium maxima, ut dominatione omnium regnorū, & totius terræ, posse
capi. Sed adiecta conditione, puro quidē homini, & sibi derelicto haud difficili, sed
dei offensam continente grauissimam: si procidens, & more adorantium in faciē ca
dens, adoraret eum. Quo audito, dominus tantā iniuriam, & in deū blasphemiam
non ferens, increpatum ab se acerbius repulit: manifestans se nosse, quod Satanas
esset, & dei aduersarius, ut qui transgredi suaderet dei mandatū, quod in Deutero-
nomio scriptum est, quod nunc sic legimus: Dominum deum tuum timebis, & illi Deut. 9.
soli seruies. Vbi id timebis, pinde est atq; reuereberis, coles, adorabis. Victus itaq;
dæmon abscessit: & qui uoluit adorari à deo, uictus ab homine, potestatem perdi-
dit adorandi ab hominibus, & in CHRISTO summo uictore facile uincitur ab ho-
minibus: imò in omnibus uincit eum CHRISTVS. Neq; ex quo tam acerbe, tam
imperiose, tā uictoriose increpatus aufugit, sustinere potest amplius uictoris nomi
e nationem:

Universidad de Deusto
Biblioteca

nationem:hoc enim nomen,illi mors est, & intolerabilis cruciatus. Cæterum quid
effugato maligno, CHRISTO dño in mõte illo supra modũ excelso derelicto, po
28 „ stea euenerit,detegit Euangelista Matthæus,dicens. ¶ Tunc reliquit eũ diabolus.
„ Et ecce angeli accesserunt,& ministrabant ei. ¶ Quid est,quod angeli ministrabãt
ei,nisi quod esurienti ministrabãt cibũ,qui nihil ob uehementẽ & urgentẽ famem
remoratus fuerat,quo minus bellator fortis gloriose uinceret mortis tyrannum,&
suis relinqueret uincẽdi potestatẽ? Qui mox angelicis manibus iuxta oraculũ illinc
Psal.90. relatus putatur, ne in ipso inaccessibilis mõtis descẽsu offenderet ad lapidẽ pedem
suũ,qui iã super aspidẽ & basiliscũ ambulauerat,& cõculcauerat leonẽ & draconẽ,
cũ bis à diabolo ĩ uaria loca sublatus, ter eũ ꝓstrauerat,& ad loca aduersarijs dei,&
ab eodẽ subiugatis debita,detruserat. Ac demũ spũs ministerio, ut supra ex Luca
dictũ est,reductus est in Galilæã. Et ijs prætermissis,quæ gessit à victoria tẽtationũ
maligni,usq; ad tẽpus uinculorũ Ioãnis Baptistæ:quorum nõnulla tetigit Ioannes
Euãgelista:quædã alia prosequitur Matthæus,quæ ab icarcerato Ioãne gessit dñs,
29 „ subdẽs. ¶ Cum autẽ audisset IESVS,quod Ioannes traditus esset,secessit in Gali-
„ læã,& relicta ciuitate Nazareth,uenit & habitauit ĩ ciuitate Capharnaũ maritima,
„ in finibus Zabulon & Neptalim,ut adimpleretur quod dictũ est ꝑ Esaiã prophetã:
„ Terra Zabulon,& terra Neptalim,uia maris trãs Iordanẽ Galilæa gẽtiũ,populus
„ qui ambulabat in tenebris,uidit lucẽ magnã,& sedentibus in regione umbræ mor-
„ tis,lux orta est eis. ¶ Ea tempestate ex diuiniloquo Euangelista Ioãne, declinauit
dominus ciuitatẽ Nazareth,in qua maxima ex parte fuerat educatus; quod omnis
propheta ĩ minori æstimatiõe in propria patria habitus,minus proficere possit, pau
ciorĩbusq; prodesse,saluti eorũ etiã cõsulens,qui quod eũ minus audiẽtes,minusq;
recipiẽtes propter educatiõis consuetudinẽ fuissent,celerius damnationẽ incurris-
sent. Itaq; ĩ Capharnaũ profectus est,quæ maritima ciuitas est,et in ea Galilæa sita,
in qua est sors tribus Neptalim: in altera aũt est Nazareth,& sors tribus Zabulõ:
utriusq; tamen Galilææ finibus Capharnaũ uicina est,in quã profectus est plurima
diuinitatis suæ beneficia præstituru,iuxta oraculum quod præcinuerat Esaias,ubi
Esaiæ. 9. sic nũc legimus. Primo tẽpore alleuiata est terra Zabulõ,& terra Neptalim: & no
uissimo aggrauata est uia maris trans Iordanẽ Galilæa gentiũ:populus qui ambula
bat ĩ tenebris,uidit lucẽ magnã:habitãtibus ĩ regiõe umbræ mortis,lux orta est eis.
Vbicũq; sane CHRISTVS,qui erat lux mundi,diuersatus est, ubicũq; ambulauit,
magna lux orta est: & quicũq; eũ firma fide admiserũt,uiderũt lucem magnã;sic igi
tur ĩ utraq; Galilæa,diuersato dño,impletũ est Esaiæ uaticiniũ. Et qd illas regiões
30 „ ingressus facere cœperit dominus,indicat Matthæus,dicens. ¶ Exinde cœpit IE-
„ SVS prædicare & dicere:Pœnitẽtiam agite,appropinquauit enim regnũ cœlorũ.
¶ Cœpit prædicare pœnitẽtiã,ut infunderet gratiã,quo adscribi possent regno cœ
lorũ,qd instabat,& ĩ foribus erat:neq; enĩ infundi gratia poterat, nisi à prioris uitæ
cõsuetudine recederẽt,resipiscerẽtq;:neq; adscribi regno spũaliũ,nisi opera carnis
desererẽt. Quid enim iuuaret mũdare suem,si cõtinẽter à mũdatione ĩ uolutabrũ lu
ti recideret? Cui profecto haud absimilis esset,q mũdaretur infusa gratia,sine resipi
scẽtia. Vbi aũt prædicauit,pœnitẽtia paratos,tũ sua, tũ Ioannis prædicatiõe,quos
31 „ dã ĩ apostolos elegit:quod subdit Matthæus,dicẽs. ¶ Ambulãs autẽ IESVS iuxta
„ mare Galilææ,uidit duos fratres,Simonẽ q uocatur Petrus,& Andreã fratrẽ eius,
„ mittẽtes rete in mare:erãt em̃ piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciã uos pi
„ scatores hominũ. At illi cõtinuo relictis retibus,secuti sunt eũ. Et procedẽs inde,ui
„ dit alios duos fratres,Iacobum Zebedæi,& Ioannẽ fratrẽ eius,in naui cum Zebe-
„ dæo patre eorum reficiẽtes retia sua,& uocauit eos. Illi autẽ statim relictis retibus
„ & patre, secuti sunt eum. ¶ Quid est id, uidit IESVS, nisi nouit aptos regno dei,
quos &

quos & suo quoq; aspectu aptiores reddidit? Si enim radius solaris beneficus est
ijs super quos se fundit:quid putandũ est de radijs diuinæ benignitatis super quos-
cunq; diffusis? Enimuero lapis Herculeus nõ tã prõpte attrahit ferrũ,quàm ille tra
xit ad se Petrum,& Andream,Iacobũ & Ioannem:nam uocati cõtinuo relictis re-
tibus,relictis etiam ab illis,sodalibus:ab his,proprio quoq; patre,secuti sunt eum.
Sed quod illis pollicitus erat,facti ne sunt hoĩm piscatores? Vnde ergo Asia,Euro
pa,Africa credidit,nisi eorum instituto & uerbo? Sic igitur & nos uocati,prompte
parere deo debemus,mundum relinquendo,& mundi retia,quæ sunt terrenarum
opum nunquàm satis congestarum cupiditates,& mundanos omnes:imo & terre
num patrem,ut sequamur uocantẽ,& patrẽ spirituũ,& ipse faciet nos instrumenta
saluandarũ animarũ:tum uitæ exemplo,tum diuini uerbi spiritali indulto. Sed uo
catis discipulis,quidnam dominus faciebat? Certe quod sacer subdit Matthæus,di-
„ cens. ¶ Et circuibat IESVS totam Galilæam,docens in synagogis eorũ,& prædi- 32
„ cans Euangelium regni:& sanans omnem languorẽ,& omnem infirmitatẽ in po-
„ pulo. ¶ Docebat & prædicabat Euangeliũ regni:regni inquã cœlestis,regni æter-
ni,quod prophetæ præcinuerãt aliquando uenturum,quo nullum unquã maius bo
num hominibus allatũ est,neq; afferri potest,regni gratiæ,regni misericordiæ,re-
gni uitæ æternæ:in quo quilibet animæ morbi quantumcunq; graues sint, languo-
resq;,sic ab eo sanãtur ad uitam æternam,sicuti & corporales infirmitates sanaban
tur omnes:quæ certissimum illius uerioris uitæ erant indicium, atq; argumentum.
Idcirco non solum docebat & prædicabat; sed etiam sanabat omnem languorẽ, &
infirmitatem in populo. Credamus ergo Euangelio dei, & illa beatifica luce sana-
buntur animæ nostræ ad uitam percipiẽdam æternam: sed & corporũ nostrorum,
si nostræ fidei expediet,omnes languores leuabuntur,& infirmitates. Porro hanc
fidem,quæ solum deũ respiciat,quæ solam gratiã, & super boni dei misericordiam
spectet,requirit regnum cœlorũ: quod si quid aliud illa respiciat, id ad idipsum est
referendum. Sed cum hæc fierent à domino circumeunte Galilæam, fama tam di-
uinarum,tamq; beneficarum uirtutum, regiones,quæ in circuitu Galilææ erant,
„ latere non potuit:quod sic aperit Matthæus,dicens. ¶ Et abijt opinio eius in totam 33
„ Syriam,& obtulerunt ei omnes male habentes,uarijs languoribus & tormentis cõ
„ prehẽsos,et dæmoniacos,et lunaticos,& paralyticos:& curauit eos. Et secutæ sunt
„ eum turbæ multæ,de Galilæa,& Decapoli,& Hierosolymis,& Iudæa,& trans Ior
„ danem. ¶ Syria tenet latus orientale Galilææ inferioris. Decapolis oppositum la-
tus Galilææ superioris. Hierosolyma deuergit ad occidẽtem, & mediam habet ad
Decapolin Samariam. Iudæa ab occidente habet Carmelum,à meridie Asphalti-
dem lacum,ab oriente Samariam. Loca trans Iordanem,uariæ regiones sunt supra
Galilæã. A parte Libani unde Iordanis oritur, Traconitis: supra mare Tyberiadis,
Gelõtæ:supra Decapolin, Arabia:supra Samariam, Bethabara. Et magis uergẽdo
ad lacũ Asphaltidẽ,ĩ quẽ Iordanis exoneratur,cãpestria Moab:quæ omnia ex Cho
rographis cognosci possunt. Ex his omnibus locis,aut certe eorũ plurimis conflue
bant homines,tã uiri quàm mulieres,tã paruuli quàm ætate graues, tam sani quàm
male ualentes ad mundi saluatorẽ, qui etsi magis beneficia corporum expetere ui-
debantur,quàm animorum,quod morbidos,cruciatos,dæmoniacos,quos & à dæ-
mone obsessos dicimus:lunaticos,id est,quos dæmõ certis ĩtertallis,tãq; certos sui
morbi regressus,periodosq; habẽtes,uexat:quos & arreptitios uocant: & eos qui
dissolutionẽ neruorũ,remollitionẽq; patiebantur,ei offerebant; tanta tamen erat
domini in omnes benignitas,quod siue à morbo,siue à demonio liberaret,sanabat
eos nõ solum corpore,sed & mẽte,id est,totum pariter hominem. Pari modo cũ ab
eo qui summe bonus,& summe benignus est,plenã in bonitate eius fidẽ,fiduciãq;

 habentes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

habẽtes, minora bona petimus; illa (modo cõducant) nõ abnuit, sed ea insuꝑ, quæ multo maiora sunt, largitur: quod tũc cum illa in terris operabatur, nos docebat, & quod reuera is sit qui liberat ab omni morbo, qui liberat à dæmonio quodcunqꝫ sit illud, & præstat uitã, & id sola gratia. Quod enim obsequiũ, quæ officia, curati illi & liberati prius ei impenderant? Summo ergo patri propter se suamq̃ incomprehensibilem bonitatem, quam & nobis per filium suũ in spiritu suo manifestauit (nã qualis pater, talis filius, talis & spiritus eius) honor, & gloria, & gratiarumactio in omnia seculorum secula, Amen.

CAPVT QVINTVM:

VIdens autem IESVS turbas, ascendit in montem: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebũt. Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiũtur propter iusticiã, quoniam ipsorum est regnũ cœlorũ. Beati estis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum uos mẽtientes, propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cœlis: sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerũt ante uos. ¶ Vos estis sal terræ: Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilũ ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mũdi. Non potest ciuitas abscõdi supra montem posita, neqꝫ accendũt lucernã, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideãt opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. ¶ Nolite putare, quoniam ueni soluere legem aut prophetas: non ueni soluere, sed adimplere. Amen quippe dico uobis, donec trãseat cœlum & terra, iota unum aut unus apex nõ præteribit a lege, donec omnia fiant. ¶ Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur ĩ regno cœlorũ: qui autẽ fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorũ. ¶ Dico autẽ uobis, quia nisi abundauerit iusticia uestra plusquam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnũ cœlorum. ¶ Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autẽ occiderit, reus erit iudicio. Ego autẽ dico uobis: quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, racha: reus erit cõcilio. Qui aũt dixerit, fatue, reus erit gehẽnæ ignis. ¶ Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuũ ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, &

tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. ¶ Esto consentiens aduersario tuo cito dum es in uia cũ eo: ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & ĩ carcerẽ mittaris. Amen dico tibi: nõ exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. ¶ Audistis quia dictũ est antiquis: Nõ mœchaberis. Ego autẽ dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscẽdum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scãdalizat te, erue eum, & proijce abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorũ tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscide eam, & proijce abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorũ tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. ¶ Dictum est autem: Quicunque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico uobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. ¶ Iterum audistis quia dictũ est antiquis: Non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis non iurare omnino: neque per cœlum, quia thronus dei est; neque per terram, quia scabellum est pedũ eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis. Neque per caput tuum iuraueris, quia nõ potes unũ capillũ album facere, aut nigrum. Sit autem sermo uester, est est, non non: quod autem his abundantius est, a malo est. ¶ Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autẽ dico uobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuã, præbe illi & alteram: & ei qui uult tecũ in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & palliũ: & quicũque te angariauerit mille passus, uade cum illo & alia duo. Qui autem petit a te, da ei: & uolenti mutuare a te ne auertaris. ¶ Audistis quia dictum est: Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicum tuũ. Ego autem dico uobis: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderũt uos, & orate pro persequẽtibus & calũniantibus uos: ut sitis filij patris uestri, qui in cœlis est, qui solem suũ oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos, qui uos diligunt: quã mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciũt? Et si salutaueritis fratres uestros tantum, quidam plius facitis? Nonne & ethnici hoc faciũt? ¶ Estote ergo uos perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est.

ANNOTATIONES BREVES XXV. CIRCA LITERAM CAP. V.

5 possidebunt
κληρονομήσουσι
hæreditabunt,
hæredes erunt
5 consolabuntur
παρακληθήσονται
passiuum

8 mundo
οἱ καθαροὶ
mundi,
puri
10 maledixerint
ὀνειδίσωσιν
exprobrauerint

11 malum
*ῥῆμα
uerbum
14 euanuerit
μωρανθῇ
infatuatum fuerit
insipidum fuerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

16 lucernam
λύχνον
17 candelabrũm
τὴν λυχνίαν
17 ut luceat
καὶ λάμπει
& lucet
20 soluere
καταλῦσαι
dissoluere
& infra.
21 amen quippe
ἀμὴν γὰρ
22 Qui ergo
ὃς ἂν οὖν
quicunq; ergo
22 soluerit
λύσῃ
24 Qui autem
ὅς δ' ἂν
quicunq; autem
& infra.
25 dico autem
λέγω δὲ
dico enim
28 irascitur fratri suo
* εἰκῇ
temere.
sine causa

29 racha
ῥακά
rhaca
29 concilio
συνεδρίῳ
consessui
30 offers
προσφέρῃς
subiunctiuum
32 reconciliari
διαλλάγηθι
reconciliare
imperatiuum
33 offeres
προσφέρεις
offer
33 consentiens
εὐνοῶν
beneuolus
38 eam
cum ea
usitatius
40 quàm totum
καὶ μὴ ὅλον
& non totum
& infra.
43 eat
βληθῇ
mittatur

52 est est
ναὶ ναί
etiam etiam
54 percusserit
ῥαπίσει
alapa ceciderit
55 præbe illi.
παρέχον αὐτῷ
uerte illi
56 angariauerit
ἀγγαρεύσει
coëgerit
57 mille passus
μίλιον ἕν
milliarium unum
57 cum illo
& alia
61 calumniantibus
ἐπηρεαζόντων
offendentibus
63 habebitis
ἔχετε
præsens
65 & ethnici
καὶ οἱ τελῶναι
& publicani
66 cœlestis
τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς
qui in cœlis est

COMMENTARIVS IN CAPVT QVINTVM.

CVm tanta uirtus ad illuminationẽ & sanitatẽ populorũ de illo exiret, multitudine turbæ premi nolẽs, aut potius altioris uitæ documẽta cõmodius præbere uolẽs, ascẽdit in montẽ, quo secuti sunt eũ discipuli
34 „ eius, & cœpit docere eos, ut aperit Matthæus, dicens. ¶ Videẽs autem
„ IESVS turbas, ascẽdit in montẽ. Et cum sedisset, accesserũt ad eũ disci
„ puli eius. Et aperiẽs os suũ, docebat eos, dicẽs: Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnũ cœlorũ. Beati mites, quoniam ipsi possidebũt terrã. Beati qui lugẽt, quoniã ipsi cõsolabũtur. Beati qui esuriũt & sitiũt iusticiã, quoniã ipsi saturabũtur. Beati misericordes, quoniã ipsi misericordiã cõsequẽtur. Beati mũdo corde, quoniã ipsi deũ uidebũt. Beati pacifici, quoniã filij dei uocabũtur. Beati qui persecutionem patiũtur propter iusticiã, quoniã ipsorũ est regnũ cœlorũ. Beati estis cũ male dixerint uobis hoĩes, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum uos mentiẽtes, propter me: Gaudete & exultate, quia merces uestra copiosa est in cœlis. Sic enim psecuti sunt prophetas, qui fuerũt ante uos. ¶ Duæ sunt uitæ: una consistit in agendo, quam dominus in planicie inter turbas manẽs, sanando & beneficiendo mõstrabat: altera in contẽplando, quam solus, aut certe cum paucis in montem profectus declarabat. Hæc in sublime semper cogitatum rapit, & deo unit: illa cogitatũ

cogitatum ad humilia & ad proximũ, sed semper ad bonum deprimit. Ad contemplatiuã pauci ascendũt: in actiua aũt nihil prohibet multos in imo morari. Sed quales decet esse dei in mõte contẽplatores? Pauperes spũ, mites spiritu, lugentes spiritu, esurientes spiritu, misericordes spũ, mundos spũ, pacificos spiritu, patiẽtes spiritu in afflictionibus & bonorũ direptionibus, in conuicijs, opprobrijs & maledictis propter deũ. Et hos omnes dicit saluator noster beatos, & copiosam mercedẽ gratiæ suæ illos manere, quã inde percepturi sunt, sed eo maxime quod ipsius sunt imitatores, qui hæc omnia in ueritate erat. Pauperes corpore sunt qui se norunt nihil habere quod ad necessitatẽ corporis pertineat, nisi ab alio, sed cognoscũt se uere mẽdicos, & ex se omniũ corporaliũ bonorũ, prsus egẽtes. Pauperes aũt spũ, sũt qui intelligunt se nihil habere quod spectet ad mentẽ, nisi ab alio, sed agnoscunt se uere mendicos, & ex se oĩm bonorũ spiritualiũ egentes. Et absq; ulla proportione magis se humiliant ante deũ, qui diues est in oẽs, & implet omnẽ spũm, q̃; pauperes corpore ante diuitẽ terrenũ. Et hæc paupertas & mẽdicitas spũs, est profundissima humilitas, & suijpsius ante deũ (ut sic dicã) nihilitas aĩo cõcepta: nihil prsus sibi tribuens, sed oĩa in deũ referens, cuius hæc sunt bona, quæ secundũ dispensationẽ carnis assumptæ, tanta fuit in CHRISTO, quãta esse potuit, id est maxĩa: et hæc fuit exẽplaris, ideoq; dicebat: Discite à me, qa mitis sum & humilis corde. De hac quoq; paupertate id apte intelligi potest: Ego aũt mendicus sum & pauper. Et id Ad nihilũ reductus sum. Lugẽtes mũdani, dicũt q ob inordinationes mũdi, ut sterilitates, pestes, bella, bonorũ terrenorũ iacturas, ac direptiões dolere solent. Lugẽtes aũt spũales, q ob inordinatiões in deũ, ut cũ sterilitates aĩarum, cũ pestes, cũ bella, cũ iacturæ & pditiones bonorũ spũalium accidũt. Sterilitas fames q; animarum paucitas aut defectus sanctæ & spũalis doctriæ atq; intelligentiæ. Pestes, hæreses & uiciorũ colluuies. Bella, dæmonia mundũ deprimentia, aut etiã illi præualentia Iacturæ & direptiones, apostasiæ & à fide discessiões. Mites corpore, sunt q uultu mãsuetudinẽ, & in deũ pietatẽ, & in oẽs hoĩes beneuolentiã præ se ferũt. Mites spiritu, qui reuera sunt tales mente. Sed quis unq; hominũ fuit dño spũ mitior, erga deũ pientior, erga omnem hoĩem beneuolentior ac etiã beneficentior, ut qui proõibus mori uoluit, & omnes redemit: maxime uero qui dono redemptionis nõ fuerint ingrati? Et hoc charisma, quod nõ nisi humilibus, qui pauperes sunt spũ, præstatur nomine mititatis, mãsuetudinis, pietatis, charitatis, & dilectionis, ac huiusmodi celebratur. Qui esuriunt corpore, corpus cibo corporali, & à cibo mundi impleri desiderant. At qui esuriunt spũ, desiderant animã cibo spũali & cibo dei, quæ est iusticia eius, repleri: hæc aũt est implere uoluntatẽ & sancta mandata eius. Id q; CHRISTVS super omnes diligentissime executus est, qui de suo patre loquens, qui super omnia deus est, ait: Ego quæ placita sunt ei, facio semper. Misericordes tẽporaliter, corpore uisitãt infirmos, potant sitientes, pascũt famelicos, nudos operiũt, adeũt incarceratos, redimunt captiuos, sepeliunt mortuos. Sed misericordes spũ, hæc oĩa spiritualiter faciũt. Infirmos fide suscipiũt, sanantq; Sitientes & famelicos reficiunt scientia, iusticiaq; dei. Nudos fide, id est infideles, fide uestiunt. Incarceratos, & à diabolo in captiuitatem abactos sanctis suffragijs adeunt, & e carcere mortis & diaboli educũt. Mortuos peccato, ad ecclesiã reducũt. Et in his quoq; sup oẽs & super omnia CHRISTVS misericors. Mũdi corpore, sunt qui nulla corporis sorde inquinãtur, toto corpore splẽdidi & puri. Mũdi spũ, qui nullã prorsus aiæ labẽ sentiunt, sed penitus puri sunt & mũdi, adeo, ut ne uel minimum quidem cogitare possint quod sit impurũ, id diuina in eis faciente gratia. Et hæc mentis puritas, sanctitas nominatur, quæ maxima fuit in Christo, qui sanctus sanctorum est, imo solus sanctus, ut qui nostra & sanctorum omnium sanctitudo est.

Matth. 11.
Psal. 39. 7.
Ioan. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pacifici terreni, pacem amant terrenã, & quoad possunt, celerrime inter discordes eam resarciunt, Pacifici spũ, spiritualis pacis sunt amatores, & omnes homines pro uirili deo maxime, mox sibijpsis inuicẽ conciliant, & ad diuinam prope mẽtis harmoniã adducunt. Et hæc est uera pax, & pax CHRISTI, de qua dicebat: Pacẽ me
Ioan. 14. am relinquo uobis, pacẽ meã do uobis, Nõ quomõ mundus dat, ego do uobis. Nõ turbetur cor uestrum neq; formidet. Patientes mundani, persecutiones æquo animo ferũt, quæ uoluntate suorũ maiorũ, ut regũ, aut dominorũ, suboriuntur. At patientes spiritu, omnes æquabili & imperturbata mente ob uoluntatẽ dei faciẽdam persecutiones pferũt atq; molestias: & hæc est iusticia, & dei iusticia. Et quid nõ
Philip. 2. est passus CHRISTVS, ppter iusticiã, ppter uoluntatẽ dei patris implendã, facto patri obediens usq; ad mortẽ, mortẽ aũt crucis, oĩm iudicio persequentiũ, pbrosissimã, cõtumeliosissimã, turpissimã: sed patientia & obedientia moriẽtis, & uoluntate patris factam oĩm honestissimã, iustissimã & pulcherrimã, & insup potentissimã, victoriosissimã, saluberrimã. Quapropter iniurias, conuicia, & pbra propter eũ perpeti, q̃ est totius patientiæ archetypus & exẽplar, gloriosum est: ne id tristiciã aut deiectionẽ animi, sed gaudiũ & læticiã afferre debet, utpote quod præter id q̃ habet, pro ueritate, & exẽplo CHRISTI patientiã, psecutionẽ quoq; pphetarũ uelut huius spiritualis patientiæ uestigiũ & umbrã habeat. At hic intelligere par est nõ in hoc quod quis pauper est spũ, & uere humilis, nõ in hoc quod lugẽs spũ, non in hoc deniq; quod esuriens & sitiẽs spũ, & ita de reliquis, ipsum beatũ esse, sed in hoc quod diuina patiatur. Ergo pauperes spũ beati sunt, nõ quia pauperes, sed q̃ ipsorũ est regnũ cœlorũ. Et beati mites spũ, nõ quia mites, sed quia ipsi possidebũt terrã. Sed quã terrã? Terram cœlestẽ, terram spiritualiũ, de qua dicitur: Credo uide
Psal. 26. re bona domini in terra uiuentiũ: siue ea sit hæreditas cœlestis, siue terra illa, quæ
Psal. 149. ex gloriosa resurrectione resumpta, dotata erit dono immortalitatis, de qua & dicitur: Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Resumpta siquidem & immortalitate donata corpora, sanctorũ sunt cubilia. Et beati qui lugent spiritu non quia lugent, sed quia æternã consolationem adipiscẽtur: & ita de reliquis. Sed hæc diuina percipiendo, nõ tam agunt illi, quàm diuina patiuntur: ut pauper spiritu qui se profundissime humiliauit, & se in omnibus dei contemplatione atq; respectu nihili fecit; intuitus se nihil esse, sed deum omnia, & immensitatem eius super omnia incomprehensibilem, cum diuinam patitur exaltationem, nequaquàm ipse agit, sed is qui eum exaltat. Qui ergo has & alias CHRISTI doctrinas & gratias uere habent, ac reuera tales sunt, non à se nec humana uirtute, sed dei dono tales sunt, quales erant apostoli. Et quos qualesq̃ eos reputare debeamus, ipse do
35 minus per Matthæum nobis insinuat, ad apostolos dicens. ¶ Vos estis sal terræ.
» Quod si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras
» & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi
» supra montem posita. Neq; accendunt lucernam & ponunt eam sub modio, sed su
» per candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra coram
» hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœ
» lis est. ¶ Sal sapientia quæ ad immortalitatẽ & incorruptibilitatẽ condit. Terra homines. Euanescentia, fatuitas, insipiditas, insipientia. Missio foras, reprobatio. Cõculcatio ab hoĩbus, deputatio ad dæmonũ cruciatus. Lux, qui doctrina illuminati sunt ad uitã pandendã sempiternã. Mũdus, homines mũdi. Ciuitas, ecclesia in qua deus habitat. Mons, CHRISTVS. Qui accendit lucernam, CHRISTVS: Lucerna, apostoli, doctrina CHRISTI illuminati. Ponũt sub modio, qui doctrinã occultãt. Ponũt super candelabrũ, qui eã manifestant. Domus, ecclesia & mũdus. Ad id faciendum non propter se, sed ad dei solam gloriam. Ergo illud perinde est, ac si domi-

dominus, qui opus suum cognoscebat, aperte illis dixisset, Vos estis sapientia hominũ, qui in terra sunt, Quod si euanescatis, infatuemini, & insipidi, id est insipientes efficiamini: quis mundum sapientia condiet, quis eum reddet aptum ad uitæ immortalitatẽ, & incorruptibilitatem. Ad nihil ultra ualebitis, nisi ut reprobemini, & tormentis deputemini æternis. Vos estis cœlesti doctrina illuminati, ad uerũ cognoscendũ deum, & alios dirigendũ ad uitam percipiendam æteram. Vos estis habitatio dei, supra me, qui filius sum altissimi, fundata: ideo latere non debetis. Vos estis lucerna quã ego accendi, nõ ut lateat in abdito loco: sed ut luceat omnibus, q̃ in ecclesia sunt, imo omnibus qui sunt in mundo. Neq; enim terreni homines accendũt lucernam, ut occultent eam in loco angusto, ut sub uase uel sub modio: tanto minus ergo deus uos ad hoc accendit: sed terreni homines accendunt lucernã, & in aperto ponũt eã, ut luceat oĩbus, qui in domo sunt: tanto magis ergo uos deus, ut luceatis oĩbus q̃ sunt in mundo: sed sic luceatis corã hoĩbus, ut nõ uos, sed deum respiciatis, nõ ut uos, sed deũ glorificẽt, qui est in cœlis. Alioqui si gloriã uestrã quæritis, si lucrum, si honorẽ, si uoluptatẽ: sapientia uestra euanuit, infatuata est, & facta insipida, & nõ iã sapientia, sed insipientia est: lux uestra, obscurata: ciuitas, deserta: lucerna, extincta. Ergo deus, dei honor, dei bonitas, à quo oĩa, per quẽ oĩa, & propter quẽ oĩa, iugiter uel sola attendenda est. Sed inquies: hæc noua sapientia, noua lux, noua dei ciuitas, nouaq; inhabitatio, & noua lucerna: nũquid destruit decalogũ, & dei mandata, quæ lex uetus cõtinet? Minime, dicente hic per Matthæũ
» dño ¶ Nolite putare, quoniã ueni soluere legẽ aut prophetas: nõ ueni soluere, sed
» adimplere. Amen quippe dico uobis: donec transeat cœlũ & terra iota unũ, aut a-
» pex unus, nõ præteribit à lege, donec oĩa fiant. ¶ Soluit legẽ & prophetas, qui op- 36
positum asserit eius quod lex & prophetæ: at CHRISTVS oppositum neq; dixit neq; asseruit: sed legem adimpleuit, perfecit, & consummauit: & nõ solũ legẽ, sed & prophetas, quorũ prophetias implendo, ueraces esse illos monstrauit. At quomodo legem adimpleuit, perfecit, consummauit? Adijciendo sane quod deerat, & spiritum legis aperiendo, quæ solum olim secundum literam & intelligebatur, & obseruabatur. Verum ne minimũ quidem de lege peribit usq; ad consummationẽ mundi. Quas aũt prophetias adimpleuit? Quæcunq; de Mesia scriptæ erant, usq; ad sessionem suã in dextera patris. Nam de aduẽtu suo impleuit id Malachiæ: Sta Malach. 3.
tim ueniet ad templũ sanctũ suũ dominator dominus, quẽ uos quæritis: et angelus Esa. 7.
testamenti, quẽ uos uultis. Et hæc Esaiæ: Ecce uirgo cõcipiet, & pariet filiũ, & uo Esa. 42.
cabitur nomen eius Emmanuel. Itẽ: Ego primus & ego uouissimus, manus quoq; mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos. Et subditur: Et nunc dominus deus misit me, & spiritũ suum, etsi nũc legimus & spiritus eius. Sed de hoc posterius, deo prospere nobis affulgente, dicemus in Ioanne. De loco natiuitatis suæ id Micheæ: Et tu Bethleẽ, Ephratha, paruulus es in milibus Iuda: ex te mihi egre- Mich. 5.
dietur, qui sit dominator in Israẽl, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. De conuersatione sua id Esaiæ: Sicut pastor gregem suũ pascet, in brachio suo cõ Esa. 40.
gregabit agnos. Et id eiusdem: Ecce deus noster ultionẽ adducet, retributionis de Esa. 35.
us ipse ueniet, & saluabit nos: tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures surdorũ patebunt: tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Et iterum id Spiritus domini super me, eo quod unxerit me. Ad annunciandum mansuetis mi- Esa. 61.
sit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis aptionem, ut prædicarẽ annum placabilem domino, & diem ultionis deo nostro: ut consolarer omnes lugentes, ut ponerẽ fortitudinem lugentibus Sion, & darẽ eis coronam, p cinere, oleũ gaudij pro luctu, palliũ laudis pro spũ mœroris. De passione sua id Esaiæ: Oblatus est quia ipse uoluit, & non aperuit os suũ. Et id Danie Esa. 53.
lis: Post

Universidad de Deusto Biblioteca

Daniel.9. lis: Post hebdomadas septuaginta duas occidetur CHRISTVS. De sepultura sua
Esa.11. id Esaiæ: In die illa radix Iessæ, qui stat in signũ populorum, ipsum gentes depre-
Esa.53. cabantur, & erit sepulchrũ eius gloriosũ. Et id insuper: Et dabit impios pro sepul-
Zacha.9. tura, & diuites p morte sua. De descensione sua ad inferos, id Zachariæ: Tu quoq;
Osee.13. in sanguine testamenti tui, emisisti unctos tuos de lacu, in quo non est aqua: Et id
Osee: De manu mortis liberabo eos, de morte redimã eos. De resurrectiõe sua, id
Soph.3. Sophoniæ: Qua propter expecta me, dicit dominus, in die resurrectionis meæ in
Psalm.1. futurũ, quia iudiciũ meũ, ut cõgregẽ gentes & colligã regna. Et hæc Dauid: Ego
Psalm.70. dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quia dominus suscepit me. Et id: Quantas
Psalm.56. ostendisti mihi tribulatiões multas & malas, & cõuersus uiuificasti me, & de abys-
Ephe.4. sis terræ iterum reduxisti me. Et id insuper: Exurge gloria mea, exurge psalteriũ
Psalm.77. & cithara, exurgam diluculo. Et de sua ascensione in cœlũ, id: Ascendẽs in altũ, ca-
ptiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus. Et iterũ id: Regna terræ cantate
deo, psallite dño, psallite deo, qui ascendit super cœlum cœli ad orientẽ. An ne &
Amos.9. id Amos.9? Qui ædificat in cœlo ascensionẽ suam. Et subditur: Dominus nomen
Psalm.109. eius. Et de gloriosa sua in dextera patris sessione, id: Dixit dominus domino meo
sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos, scabellũ pedẽ tuorũ. Itaq; si le-
gas prophetas, uidebis CHRISTVM oĩa plenissime impleuisse, quæ ipsi implen
da prædixerant, ex quibus intelligimus, quæ restant implenda, antequàm nouissi-
mũ aduenerit iudiciũ certissime impleturũ. Si legẽ antiquã, nihil aliud legẽ nouã es
se, q̃ lucem & perfectionẽ eius, eandẽ ut uestigiũ & umbrã perficientẽ: ergo man
data ueteris legis, ut ueteris & secundũ literam minima sunt: attamen minime solu-
» uenda. Ideo ex Matthæo subdit dominus. ¶ Qui ergo soluerit unum de mandatis
» istis minimis, & docuerit sic hoĩes, minimus uocabitur in regno cœlorũ. Qui autẽ
» fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum.

PRAECEPTA DECALOGI ex Exodi cap.20. hoc ordine digeri solent.

1 Non habebis deos alienos, non sculptile, aut similitudinem quãcunq; adorabis.
2 Non assumes nomen dei tui in uanum.
3 Diem sabbati sanctifica.
4 Honora patrem tuum. & matrẽ tuam.
5 Non occides.
6 Non mœchaberis.
7 Non furtum facies.
8 Non loqueris cõtra pximũ tuũ falsum testimonium.
9 Nõ cõcupisces domũ pximi tui
10 Nõ desiderabis uxorẽ eius, neq; quicq; quod ipsius sit.

Sunt & aliæ mandatorũ legis ordinationes, quas (indultore deo) Marci cap.12. tan
gemus. Non est ergo dicendũ & asserendum, oppositum alicuius præceptorũ de-
calogi. Quod qui facit, alioqui (quanquã falsò) reputatus fidelis, minimi, imò nihi
li æstimari debet in ecclesia dei. At, qui fidelis ea implet, magni faciendus est. Verũ
illa quomodocũq; implere, non satis est ad salutẽ, sed & mandata nouæ legis sunt
tenenda; & illa quæ antiquis dicta sunt, ad spiritũ sunt implenda. Quod scribæ &
Pharisæi minime faciebant, qui mandata nouæ legis non recipiebant: & quæ imple
bant ueteris, ea ad literã, non ad spiritus intelligentiã implebant. Idcirco inquit a-
38 » postolis suis per Matthæũ dominus hoc modo. ¶ Dico autem uobis, quia nisi ab-
» undauerit iusticia uestra plusq; Scribarum & Pharisæorũ, non intrabitis in regnũ
» cœlorũ. ¶ Multa desiderabant in Scribis & Pharisæis saluti eorũ necessaria. Pri-
mo, quia cũ nõ reciperẽt mãdata CHRISTI, quæ sunt mãdata nouæ legis, esse nõ
poterãt de regno cœlorũ, qd' est ecclesia & regnũ CHRISTI. Secũdo, quia spiritũ
nõ sequebãtur, quod maxime est legis CHRISTI. Tertio, quia iusticiã suã sibi &
opibus suis tribuebãt, se iustos operibus legis existimãtes: fideles aũt, & qui sunt
legis gratiæ, operantur quidem uel quàm diligentissime, sed nihil sibi operibusq;
suis

suis, sed omnem iusticiam suam gratiæ tribuunt. Apud illos, in merito operũ totũ
consistit: apud istos, in gratia. Illi seipsos & sua opera bonitaremq; suam respiciunt
& in illa delectantur: isti non se, sed nouã gratiã dei, & eius bonitatem admirãtur,
quæ est eis summa uoluptas. Et hæc iusticia eo maior, potior, & delectabilior est,
q̃ scribarũ & pharisæorũ, quo gratia dei maior q̃ opus, & deus potior quàm homo
& lux quàm tenebræ delectabilior. Quomõ autem oporteat iusticiã regni dei ma
iorem esse iusticia scribarũ & pharisæorũ, referante Matthæo innuit dominus, cũ
» ait. ¶ Audistis, quia dictũ est antiquis: Nõ occides: qui autem occiderit, reus erit iu 39
» dicio. Ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.
» Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue,
» reus erit gehennæ ignis. ¶ Antiqui præcepta decalogi seruabãt ad sensum literæ
quæ lex noua non tollit, sed perficit ad spiritũ, ut hoc: Non occides, quod et Exodi
cap.uicesimo, & Deuteronomij cap.quinto scriptũ est, seruabant enim hoc de ex
teriori occisione: spiritus autem, & de exteriori, & de interiori, & omnino de am-
putatione omnis affectus, qui occisionis præbeat occasionẽ: nam qui mala pertur-
batione actus, exteriorẽ cõmittit cædẽ, cõdenationi reus est. Et item qui alterius
concupiscit mortem, internã cædem cõmittens, incurrit condemnationẽ, perinde
atq; is qui cædẽ cõmittit exteriorẽ, ut qui sic efferuescit ira ut mortẽ alterius uelit,
omnimodumq; ad id præstet consensum. Et ut de ira sic & de odio & inuidia, & ei
usmodi affectibus dicendũ est. Qui ergo sic irascitur fratri ut exoptet eius mortem
obnoxius erit τῇ κρίσει, id est iudicio, atq; (ut iam dictum est) condemnationi. Verũ
si mortem nolit, ob iram tamẽ offenderit quis fratrẽ grauiter uerbo, obnoxius erit
τῷ συνεδρίῳ id est consessui, & iudicũ ad hoc considentium arbitrariæ aut multæ, aut
pœnæ. Si aut ob iram dixerit fratri contumeliæ uerbũ, sed pro qua uocari nõ solent
ad iudicũ cõsessum, obnoxius erit gehennæ ignis: hic enim neq; ad mortem præ-
sentẽ, neq; ad mortẽ futurã, neq; ad pœnã arbitrio iudicũ in hoc mundo subeundã
cõdemnabitur: sed si nõ aliunde purgabitur in mũdo, fratri reconciliatus, igne mul
tabitur gehẽnæ. Vnde fit, ut triplicia sint peccata. Quædã mortis, siue ĩ hoc, siue in
altero seculo, siue in utroq;: & hæc sunt grauissima. Quædam grauioris offensæ, q̃
etiam cognita in hoc mundo puniũtur, sed pœna iudicũ arbitraria. Alia sunt offen
sionis, sed non tantæ pro qua posita sint humana iudicia, & hæc, etsi sint horũ trium
ultima & minus grauia, nõ sortientur tamen (nisi satisfactio facta sit) extra mundũ
impunitatem apud eũ, qui nullum malum sinit impunitũ, sed multabuntur multa ig
nis. Et hoc est quod hic dicitur: Reus erit iudicio, reus erit concilio, reus erit, gehen
næ ignis. Vnde fit ut horum trium κρίσις συνέδριον γέεννα τοῦ πυρός, grauissimũ sit κρίσις
id est iudicium: deinde συνέδριον, id est concilium: & tertio loco gehenna ignis. Cri-
sis enim ei debetur, qui per iram occidit facto, & ei qui sic irascitur, ut mente sit ho
micida. Synedrion, ei qui per iram in tale conuiciũ prorũpit, ob quod multare so-
lent iudices. Gehenna ignis, ijs etiam irascentibus, quibus non est ordinata à iudi-
cibus pœna. Ex quo loco satis aperte hæc tria innuuntur: suppliciũ æternũ, quod
est debitũ ijs, qui sunt rei iudicio, suppliciũ temporale, quod est eorũ qui sunt rei sy
nedrio, id est, concilio, & ut sic dicam, cõsistorio atq; consessorio, & ignis pugato-
rius, qui est supplicium etiam eorũ, qui in hoc mundo, neq; morte plecterentur, ne
q; in ius traherentur. At dices: gehenna ignis nihil aliud est, quàm supplicium æter
num. Id inficiãdum est. Nam hic crisis dicit supplicium æternum, ut certum est: qa
ei debetur, qui manifeste transgreditur præceptum: nõ potest ergo hic gehenna
ignis designare supplicium æternũ, cũ ponatur hic aliud esse quàm crisis suppliciũ
sed expiatoriũ suppliciũ, etsi etiã nõ negẽ gehennam interdũ suppliciũ designare Mar.9.
æternũ, ut cũ dicit dominus apud Marcũ: Bonũ est tibi debilem introire in uitam,
quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm duas manus habentē ire in gehēnam, in ignē inextinguibilē, ubi uermis eorū non moritur, & ignis non extinguitur. Sed cū suppliciū gehennæ ignis ut expiatorius, sed non æternus cruciatus, graue sit, ac nō paruū supplicium: adijcere poteris, ergo grauius plecteretur, qui leui crimine peccaret, pro quo etiā lex non cōstituit in hoc mundo pœnā, quā qui grauiori, ut qui secundo modo irascitur: quippe cū ille pœna gehennæ, hic tēporali puniatur. Nequaquàm illum, quàm hūc grauius plectendū crediderim. Nam ponamus tres qui peccauerint, ira: primum, uscq; ad uoluntatis homicidium: secundū, uscq; ad conuitiū atrox, quod lex punit: tertium conuicio leuiore, quod tamen lex punire non solet. Si omnes lege purificati fuerint, facta iuxta eā satisfactione, nullum patientur postea suppliciū, quia erit satisfactum deo, secundum suam ordinationē. Quod si nullus eorū satisfecerit: primus supplicio punietur æterno, quia obnoxius crisi: secundus, supplicio, sed non æterno, quia nō obnoxius crisi, sed pœnæ temporali: tertius quoq; punietur supplicio, at nō æterno, & leuiori etiā q̄ secundus, cū minus graue sit eius peccatū. Vnde ex secundo magis intelligitur adhuc ignis expiationū, qui hic gehenna ignis dicitur. Primi in hoc mundo non expiati, grauissima pœna est: secundi, mediocris: tertij, leuissima. Culpa primi non expiati in hoc mūdo, inexpiabilis post istū mundū: secūdi & tertij, expiabilis huius leuius, istius grauius: at oēs in hoc mundo expiabiles. Verū quia hic primus in Euangelijs, quod sciā, occurrit locus, qui nobis coniecturam de expiandarū animarū loco post huius mortalis uitæ functionē, ingerit: libet hic paucis nonnulla, quæ cū superioribus id ipsum apertius cōfirment, subindicare.

Zach.9. Primo, Zacharias inquit: Tu quoq; in sanguine testamēti tui, emisisti uinctos tuos de lacu, in quo nō est aqua. Cū aūt audimus uinctos pœnā intelligimus: cum uero in quo nō est aqua, in eo loco nō esse refrigeriū. Et quis hic locus esse possit, nisi

Acto.2. expiationū? Secundo, Petrus in Actis ait de CHRISTO domino: Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni. At quibus doloribus? Nonipsius sane, qui uenerat soluere uinctos: sed eorum, qui in pœnis detinebātur inferni. Sed quis hic infernus, nisi expiationū carcer? At dices: locus ille apud Zachariā, & infernus apud Petrum, sinus Abrahæ intelligitur. Id esse nō potest, quia neq; illic uincti erant, neq; dolores qui soluerentur: sed consolationes, dicente Abraham ad diuitē, qui erat in

Luc.16. inferno: Fili recordare, q̄ recepisti bona in uita tua, et Lazarus similiter mala. nūc aūt hic cōsolatur. Audis illic cōsolationem, ergo aliud Abrahæ sinus & lacus, & infernus, etiā ille à quo liberati per CHRISTI descensū, soluti sunt à doloribus. Ad de quod diues in inferno à lōge uidebat Abrahā, & Abrahā dicit: Inter nos & uos magnū chaos firmatū est, ut ij q̄ uolūt hinc transire ad uos nō possint, neq; inde huc transmeare. Sed forte diceres, hoc de inferno inferiori dictum: ego uero de superiori existimo. Sed de hoc in Lucæ 16, si ita deo placitū fuerit, latius disseremus. Ter

Apoc.5. tio Apocalypsis quinto sic legitur: Omnē creaturā, quæ in cœlo est, & super terrā & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eis, oēs audiui dicentes sedēti in throno & agno: Bndictio & honor, gloria & potestas, in secula seculorū. At quæ sunt sub terra laudantia deum & agnū, id est filiū dei, pro omnium salute immolatū: nisi defunctorum animæ etiam fidelium? Non enim illæ esse possunt quæ sunt perpetuæ

Psalm.6. damnationi obnoxiæ: de quibus diuinus Psaltes dicit: In inferno autem quis confi

Psalm.113. tebitur tibi? Et rursus: Nō mortui laudabunt te domine, neq; omnes qui descendūt

Esa.38. in infernum. Et in Esaia: Non infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum, ueritatem tuam. Illæ igitur quæ deū laudāt & agnum, adhuc expiantur atque purgantur. Sed dices, sunt ne illæ quæ purgantur in inferno? Sūt sane: sed duplex est infernus, inferior atq; superior. De inferno inferiori, modo adducti Psalmi loquuntur. De superiori uero, id quod ex Petro in

Actis

Actis pāulo ante allatum est. Sunt ergo, ut admodum consentaneū est, animæ illæ, quæ adhuc purgantur in inferno superiori. Superiorem autem esse infernum hac quoq; ratiōe intelligimus: quia scriptura ponit infernū inferiorē, ut id Psalmi: Eruisti animam meā ex inferno inferiori. Psal.85. Nam cū sit infernus inferior, superiorē quoq; esse necesse est: ad cuius discrimen ille dicitur inferior. hoc enim mutuus relatiuorum responsus postulat. Et quis etiā dubitet de inferno superiori dixisse Petrū per spiritum sanctum, dominum soluisse dolores inferni? Sed adijcies: quomodo ergo dicit Paulus dominū descēdisse in inferiores partes terræ, si nō soluerit ex inferno Ephe.4. inferiori? Aliud certe sunt inferiores partes terræ, & infernus inferior: nā terræ duplices sunt partes, superiores scilicet, in quibus degimus, dū adhuc hic uitales carpimus auras: & inferiores, in quibus inferi, tum superior, tum inferior. Ergo si in infernum superiorem descendit, in partes inferioris terræ descendit, siue in inferiorē infernum descenderit, siue nō. Nam & infernum inferiorem in inferioribus partibus terræ esse non negauerim, dicente scriptura: Introibunt in inferiora terræ, tradētur Psal.62. in manus gladij, partes uulpium erunt. Cum gladium audis, intellige tormentū. Cū partes uulpiū erunt, intellige illos fore portionem dæmonum. ut iam nulli dubium esse possit, id de inferno inferiori esse dictum. Quarto ad idem facere uolunt, quod ait Paulus prima ad Corinthios epistola: Vniuscuiusq; opus manifestum erit: dies Corin.3. enim domini declarabit. Dies domini cuiusq; particularis, dies est egressus eius ex hoc limine uitæ: ut uniuersalis, in qua ille oēs iudicabit: de qua nos admonet: Vigi- Matth.25. late, inquit, quia nescitis diē neq; horā. Et subdit Paulus: Si cuius opus arserit, detrimentū patietur: ipse uero saluus erit, sic tamen quasi per ignē. Quid est, cuius opus arserit, nisi cuius malū male uiuendo contractū, expiatū, purgatum ue fuerit? Quid detrimentū patietur, nisi patietur cruciatū? Quid autem saluus erit, nisi æterno non subiacebit supplicio: saluus autē erit, sic tamen quasi per ignē, quia probatione, purgatione, & expiatione ignis? Quinto, pleriq; in locis id dominus in Euāgelio, nūc in parabola, nunc citra parabolā innuere uidetur. In parabola, ut cum paulo post in hoc capite dicit: Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimū quadran- Matth.5. tem. Citra parabolā, cum ait: Qui autē dixerit contra spiritum sanctum, non remit- Matth.12. tetur ei, neq; i hoc seculo, neq; in futuro. Ex quo satis aperte insinuare uidetur quædā peccata in futuro seculo remittenda. Sed & de his suis in locis posterius. Huius etiam sententiæ fuerunt Hebræi (& si inde argumentū nolim esse sumendū) quod ex Iosepho cognoscitur secundo Machabæorū, narrante Iudam misisse Hierosoly- 2.Mach.12. mam duodecies mille drachmas argēti pro peccatis mortuorū sacrificiū. Quibus uerbis suam, Hebræorūq; sententiam fuisse innuit, mortuorum peccata etiam post mortē solui posse, expiari, purgari, ipsosq; tādem à pœnis esse soluendos. Sed nūc ad Euāgelistæ propositum reuertamur, ubi uarios iræ modos tetigit, qui præcepto dei de diligēdo proximo cōtrarij sunt (nam iram comitari solet odiū) & ideo illi puniendi sunt, & eo quoq; grauius, quo erga proximū charitas magis læditur. Proinde de charitate erga fratrē prosequitur. Et adeo regnū dei, quod est regnū CHRISTI, regnū pacis, regnū charitatis in dilectione cōsistit: ut omnia dilectioni & cha
» ritati sint fidelibus postponenda. propter quod dicente Matthæo, subdit dñs: ¶ Si 40
» ergo offeras munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, q̄ frater tuus habet ali-
» quid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & uade, prius reconciliare fra
» tri tuo, & tunc ueniens offer munus tuum. ¶ Magnum est munus deo offerre, magnum orare, magnum quodcunq; opus pium facere: sed ita demum deo placēs, & acceptū, si fiat in dilectione: quod illa præcedēs aut muneris oblationem, aut pium erga deum officiū, designat recōciliatio cum fratre. Charitas autem hoc habet, si siue fratrem offenderis, siue non, frater tamen tibi male afficiatur, ut quantumcunq;

f potes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

potes, & in te est, illũ tibi reconcilies, ut ipse tecum, & tu cum eo, ut filij dei & pacis esse possitis: propter eũ, qui nos eiusdẽ patris æterni fecit esse filios, qui est CHRISTVS dominus, recõciliatio, & pax nostra. At quãdiu sumus in hoc mũdo, quamuis ad hoc à domino electi simus, & regno cœlesti adsciti, ut simus filij pacis, iugeniloominus gerimus bellũ: qa quod caro est, aduersatur spiritui: quod terrenũ, cœlesti: & quod corruptibile, immortali: adeo ut sermo dei, et spũs qui nobis à deo datus est, sit nobis aduersarius. nobis dico, q carnales, terreni, & corruptibiles sumus. Et ideo ne sancta pace fraudemur, saluator p Euangelistã suũ Matthæũ, dat nobis hoc
41 ,, sanctum documentum, dicens. ¶ Esto consentiens aduersario tuo cito, dũ es cum
" eo in uia: ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carce
" rem mittaris. Amen dico tibi, nõ exies inde, donec reddas nouissimũ quadrantem.
¶ Non solũ dissensiones in mundo aduersus alios, quas maxime suscitat ira, nobis prohibẽtur: sed & hoc præcepto nobis interna, phibetur dissensio. Quare si aduersarijs nostris, quibus debitores sumus, cito assentire debemus, & recõciliari, priusquàm ad iudicẽ terrenũ pertrahamur: tãto magis uerbo dei, & spiritui CHRISTI, cui omnia debemus, æterni iudicis formidãtes iudiciũ. Nos, caro. Aduersarius, uerbum dei, & spiritus. Via, mũdus. Iudex, deus. Minister, angelus uindex. Carcer, gehenna, aut infernus. Vltimus siue nouissimus quadrãs, cõpleta satisfactio. Caro deorsum trahit, spiritus semper sursum: caro ad mundũ, spiritus ad deũ; caro ad peccatum, spiritus ad gratiam: illa ad impuritatẽ, hic ad sanctimoniam: illa ad seruitutem, hic ad libertatem: illa ad tormentum, hic ad quietem, & summam quidem quietem & felicitatem æternã. Huic autẽ aduersario nostro cito cõsentire oportet: ne quod reluctati simus gratiæ dei, nos deo accuset, & tradamur pœnis gehennæ: neq; inde exeamus, donec ad integrũ satisfecerimus: aut si ultimũ debitũ exoluere nequeamus, nunquã etiam exeamus. At nisi essent qui ultimũ debitum exoluere possent, & dei miseratione ad plenum purgari, expiari, ac satisfacere iusticiæ diuinæ: non dixisset dominus, non exies inde, donec reddas nouissimũ quadrantem. Ex quo rursum intelligimus esse quendam expiationũ, purgationumq; locũ: siue illum uoces infernum, siue gehennã, siue lacũ, carcerẽ, abyssum, aut alio quouis nomine, quod in sacris reperiatur scripturis. Cæterum ut dominus adimpleuit nobis intelligentiã huius præcepti legis, Non occides: sic & huius, Nõ mœchaberis, referãte Matthæo
42 ,, adimplet, dicens. ¶ Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis, ego autẽ
" dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœcha
" tus est eã in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eũ, & proij
" ce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorũ, quàm totum cor
" pus tuũ mittatur in gehennã. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam,
" & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quàm to
" tum corpus tuum eat in gehennam. ¶ Antiqui, & lex uetus mandatũ hoc, Nõ mœchaberis, de mœchia & adulterio exteriore sumebant: spiritus autẽ & lex noua, nõ de exteriore solum: sed & insuper de interiore mœchia, & ijs qui ad eã allicíunt, & inuitant resecandis affectibus, intelligit, quia qui sic concupiscit mulierem, ut cũ ea pleno mentis cõsensu uellet adulterium cõmisisse, internum iam commisit adulterium, iam mẽte factus adulter. Sed & qui mulierem ad bonum respicit, & cum hoc aspectu obrepere sentit concupiscentiã, & si citra adulterij consensum, desistere nihilominus debet, eam etiam hoc modo in bonum respicere. Et si quis bona faciẽdo sentit inde nasci concupiscẽtiam: ab hoc quoq; illi desistendũ est, aut membrum, id est, affectus mẽbri, unde illa nascitur, prius amputãdus: nã melius ẽ absq; hoc aspectu, aut absq; hoc opere intrare in regnum uitæ perpetuæ, quàm aspectũ etiam ad bonum & malum affectum habentem, aut bona operantem, unde oriatur scandalizans

zans concupiscentia, mitti in tormentum ignis: & si id etiam non sit ad æternam punitionem, sed ad peccati carnis expiationem: omne enim quod ex primo Adam habemus, mortificandum est, si uelimus secundũ legẽ secundi Adam uiuere. Oculus dexter, aspectus ad bonũ. Scandalum, inde enascens concupiscentia. Erutio oculi, desitio aspectus, aut potius sinistri affectus mortificatio. Dextra manus, bona operatio. Scandalum, inde nascẽs cõcupiscẽtiæ affectus. Abscisio, concupiscẽtiæ affectus, causæq; illius amputatio. Nam, ut inquit Petrus in Clemẽte, hac sentẽtia uult Petrus
dominus causam peccandi, antequàm perpetretur peccatũ, abscindi, nõ membrũ, Gehẽna, supplíciũ ignis. Sinister oculus, & manus sinistra, affectus ad malum, siue uidendo, siue operãdo, & omnino causæ inducẽtes ad peccandũ, quæ semper sunt abscindendæ, extirpãdæ, proijciẽdæ. Porro aliud præceptum ueteris legis huic de
" non cõmittendo adulterio affine, explicat dominus, subdẽte Matthæo, dicẽs. ¶ Di 43
" ctum est autem: Quicunque dimiserit uxorem suã, det ei libellum repudij. Ego au
" tem dico uobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam (excepta fornicatiõis causa)
" facit eã mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. ¶ Scribitur in Deuterono- Deut. 24.
mio: Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & nõ inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribet libellũ repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cumq; egressa alterũ maritum duxerit, & ille quoq; oderit eam, dederitq; ei libellũ repudij, & dimiserit de domo sua, uel certe mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem: quia polluta est, & abominabilis facta est coram domino, ne peccare facias terrã tuã, quam dominus deus tuus tradiderit tibi possidendã, ubi & lex uetus permittit libellum repudij, quẽ nõua lex non permittit. Quod si permittat fornicationis causa, non sic tamẽ permittit, ut facta repudiatione quandiu utercq; uiuit, alter uxorẽ ducere, & altera nubere possit: nam alioqui aut utercq; adulterium cõmittit, si utercq; cõtrahat: aut pars altera, si altera solum. quia (ut ait dominus in Marco) deus eos cõiunxit, quos homo separa Mar. 10.
re nequaquàm aut debet, aut potest: & sic cõiunxit, ut iã non duo, sed una sint caro. Sed & Moses, licet libellum repudij ad duritiam cordis gentis illius permiserit, nõ tamẽ omnino permisisse uidetur, ut dimissa uiuente uiro, libere nuberet alteri uiro: alioqui nõ diceret, quia polluta est, & abominabilis facta coram domino. Fiebat tamen, quod intelligitur per id: Cũq; egressa, alterũ maritũ duxerit. At faciendum nõ erat, quod ostẽdit: Polluta est, & abominabilis facta corã domino. De uiro autẽ secus erat in ueteri lege: qa licebat uiris uxoribus uiuẽtibus alias supinducere. Sed id in noua lege nõ licet: quia uir, si uiuẽte uxore aliam superinducat, adulteriũ perinde ut mulier cõmittit. quod apertius in Marco dilucet, ubi dicitur: Quicunq; di- Mar. 10.
miserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium cõmittit super eam. Nam ut uir unus, ita & mulier una esse debet: hoc ĩ omni cõiugio spõsum unũ CHRISTVM, & sponsam unam ecclesiã repræsentãte. Cæterum neq; in ueteri lege proprie permittebatur diuortium ob adulterium, quandoquidem mulier deprehensa in adulterio, & conuicta, lapidabatur: neq; simpliciter, ut arbitror, in noua lege. Nã mulier si resipiscat, uiro recõciliari potest: siquidẽ & q̃ semel baptismo unitus fuerit CHRISTO, etiã si per adulteriũ deficiat à CHRISTO, aut idololatra factus, aut alia lege suscepta, si pœnitẽtia ductus redeat, recipietur à CHRISTO, parsq; efficietur ecclesiæ, ut prius. Porro si uir adulteriũ cõmittat, in symbolo grauius quàm mulier delinquit: nã CHRISTVS simpliciter nullo modo peccare põt, ille autẽ CHRISTVM repræsentat, sicut illa ecclesiã. Sed hæc uiderint, qui fusius de hac materia tractare solẽt. Quod diximus, id nobis innuere uidetur sacrarum literarum spiritus. Sed an licebat uxori repudiare uirũ, æque ut uiro uxorem? Minime, si uerum est quod scri
bit Iosephus Antiquitatũ decimoquarto, cap. 9, inquiens; Cum contigit Salomen Iosephus

Universidad de Deusto
Biblioteca

à Custodibāro discordare, mittit ei statim repudium, connubium renuens, nō secundum leges Iudæorū. Nā marito quidē licet apud nos hoc facere: uxori uero nullatenus se separare, & alium ducere, nisi prius à priori marito dimittatur. An nō & id ostēdebat, quod CHRISTI est repudiādi potestas, ecclesiæ autē non: si modo hæc aliquid trahere possit, uñ iuste repudietur, ut uetus olim synagoga: CHRISTVS autem non possit? Iā uero intelligentia duorū mandatorum antiquæ legis, de homicidio uidelicet, & adulterio ad spiritū reserata: nunc ad tertiū simili modo spiritualiter adimplendum transit dominus, prosequēte Matthæo, dicens. ¶ Iterū audistis, quia dictū est antiquis: Non periurabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autē dico uobis, non iurare omnino: neq; per cœlum, quia thronus dei est: neq; per terram, quia scabellum est pedū eius: neq; per Hierosolyma, quia ciuitas est magni regis: neq; per caput tuum iurauerís, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo uester, est est, non non: quod autē his abūdantius est, à malo est. ¶ Sic in Leuitico scribitur: Nō periurabis in noīe meo: nec pollues nomen dei tui. Et in Exodo: Nō assumes nomē domini dei tui in uanum. Et in Deuteronomio: Nō usurpabis nomen dei tui frustra: quia nō erit impunitus, qui super re uana nomen eius assumpserit. Verū lex noua prohibet nō modo peierare, sed etiā omnino nō iurare, siue affectu, ut faciūt pturbati: siue imitatiōe, ut paruuli: siue consuetudine, ut scelerati: quia id nō à spiritu bono est, sed à malo. Et nō solum uetat iurare per nomen dei, sed & per cuiuscunq; creaturæ nomen, ut per cœlum, terram, quancunque creaturā, aut uirtutem. Neque fictitie iurare permittit, quia hoc est simulatio mali, atqui oīs talis, mala, ut simulatio furti, simulatio adulterij. Viri quoq; spiritualis est, nō solū nō iurare in re uana, sed ne in re seria quidem: Nam qui tales sunt, ueraces sunt: ueracibus autē uerax fidem facere sufficit, si dicat quod dominus præcepit, ναὶ ναὶ, id est, etiam etiam, asserendo: aut non non, abnuēdo. Quod si apud incredulos malosq; homines sermo etiā de re seria & necessaria habeatur, cur iurabit ob eorū malitiam, ut in illos fidem inserat? Quis unquā magis seria locutus est quàm saluator, quis magis necessaria? Nunquā tamē alio utebatur sermone, quàm isto: Amen amen dico uobis, aut aliquo alio simili, qui uera erat non iurantibus forma. Ergo quod nunc nonnulli iurant ad fidem de quibusdam utilibus aut necessarijs astruendam, quam potius iuramēto, quàm personæ præstandam confidūt: hoc aut proprio fit malo, aut alieno. Forte etiam periculum est, dum in iudicijs iuramentum exigitur, ne exigens peccet: nam si constet uocatū in ius esse uere bonū ac ueracem, sat est ab eo audire, etiam, aut non: si autem id non cōstet, aut etiam constet esse malum, forte ab eo exigitur quod nō est exigendum. Quid igitur? Adiurare licet: nam & adiurationi dominus respondit, nō autē iurauit: & adiurationes in noua reperiūtur lege. Quod si quispiam adiuratus ab altero, ueritatem dicat, etiā aut nō respondendo, aut rem petitā enarrando, neq; hic neq; ille delinquit. At si falsitatem dicat, ipse delinquit, & delictū falsi testimonij incurrit: sed minus forsitan peccat, q̄ si iurando in reatum quoq; periurij incidisset. ut enim qui adiuratus ueritatē respōdet, non iurat: sic qui falsitatē, non peierat, sed falsus testis est. Sed & ille qui adiurauit, prorsus insons est. nō enim dubium est, quin exegerit quod exigere licebat. Et quānis ordinationibus iudiciorum cōtradicere nō sit mei instituti, hoc tamē magis Christianū esse putē; & omnino nō iurare, neq; ad iurādū cōpellere magis spirituale, si tamen id malitia permitteret hominū. Quanquā et hanc quoq; domini sententiam de non iurando, ad communem & quotidianam loquendi fidelium consuetudinē (suos enim alloquitur) applicari uolūt: quod maxime uerū est, præsertim si lex antiqua, quā declarat dominus: Nō periurabis, reddes autē domino iuramēta tua, de cōmuni, & quotidiana locutione posita sit. Deinceps autē aliud quod scriptum erat in

44 Leui. 19. Exodi. 20. Deut. 5.

erat in ueteri lege, emēdat dominus, ut lex sit perfecta, & ut mōstret quomodo impleuerit eā, & ab alijs sit implenda, mōstrante Matthæo, dicens. ¶ Audistis quia dictum est: Oculū pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico uobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuā, præbe illi & alterā. Et ei qui uult tecū in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicunq; te angariauerit milliarium unū, uade cum illo & alia duo. Qui aūt petit à te, da ei: & uolēti mutuare à te, ne auertaris. ¶ In Exodi uicesimo primo sic scribitur: Reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, uulnus pro uulnere, liuorē pro liuore. Similis ferme sentētia habetur Leuitici uicesimo quarto, & Deuteronomij decimonono. Hāc autē retaliationem prosequi, & expetere in ueteri lege licebat, in noua uero uetitus est hic ulciscendi appetitus, & damnum damno retaliandi modus: quia homo spiritualis mortuus est legi, uiuit autem gratiæ: mortuus est concupiscentijs, uiuit spiritui: mortuus est in se, uiuit in deo: ideo nunquàm malum reperdit, sed tam pro bono quàm pro malo semper bonum. Antiqui exposcebant uindictam, iste non: illi non parcebant, parcit iste: illi impatiētes erāt, iste patiēs: & adeo aduersa æquanimiter ferēs, ut damnum passus, in meliore parte bonorum suorum paratus sit adhuc etiam ferre patienter iacturam reliquorū: quod in obuersione sinistræ maxillæ, percussa iam dextra designatur. Illi pro rebus temporalibus contendebant in iudicio: mutuæq; dilectionis iura uiolabant: at homo spiritualis, qui uere induit CHRISTVM, nō cōtendit: sed si quis pro tunica ipsius cū eo in iudicio contendere uelit, potius eligit, nō tunicam solū, sed ipsum quoq; pallium, id est, internum & externū uestimentum relinquere illi, quàm cum eo altercari ac litigare. est enim de regno pacis & concordiæ, non litis & contentionis amator: & rex eius (ut ait Esaias) uocatur pater futuri seculi, princeps pacis. Antiqui in molestijs perferendis odiū cōcipiebant, iste beneuolētiam exhibet: adeo ut si quis eum in uno grauare cœperit, illi in duobus insuper alijs suam operā beneuole ac ultro præstiturus sit. uerbi causa, si quis eum coēgerit, ut se deducat per unū milliarium, beneuole deducet eum: si opter aut permittat, etiā per duo, aut iuxta codicis latini sensum per tria milliaria. Antiqui petentibus à se aut consiliū aut auxilium, cum egerent, gratis nō dabant: iste petenti tribuit. sic enim nobis petētibus, & indigentibus gratis largiri solet deus: quinimmo fere semper nobis largitur nō petentibus. Quod si petat aliquid nō gratis, sed mutuo, mutuo quoq; dat illud fratri, pluris faciens ei subuenire, quàm exiguum terrestre bonum conseruare. Itaq; spiritualium hominum patiētia, beneuolētia, & beneficētia nullis unquàm uincitur iniurijs, molestijs, incōmodis, sed semper ad omnes, & maxime ad fideles prompta est: & tanto magis, quāto magis agnoscūtur tales. Adhuc autem unum ueteris legis mandatū quomodo sit secundum spiritū intelligēdum, & quomodo eo sit fidelibus utendum, aperiēte Matthæo, subdit dominus, dicēs. ¶ Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuū. Ego autē dico uobis: Diligite inimicos uestros, benefacite ijs qui oderunt uos: & orate pro persequentibus, & calumniātibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est: qui solem suū oriri facit super bonos & malos. & pluit super iustos & iniustus. Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quā mercedē habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres uestros tantū, quid amplius facitis? Nonne & Ethnici hoc faciūt? ¶ Scribitur in Leuitico: Diliges amicū tuum sicut teipsum. id autem est secundum de dilectione præceptum, quod de uera dilectione, quæ est in deo, & propter deum intelligendum est. Ex quo antiqui aliud ex opposito trahebāt: Odio habebis inimicum. quod & ex ueteribus scripturis aperte cognoscitur, quæ passim mala īprecātur inimicis, ut id: Aduerte mala

45 Exo. 21. Esa. 9. 46 Leui. 19. Psal. 53.

Psal.82. inimicis nostris, & in ueritate tua disperde illos. Et iterum id: Erubescant, & cõtur
bentur in seculum seculi, & confundantur, & pereant. Quæ nimirum si de carnali
bus, & non de spiritualibus inimicis, quæ sunt spirituales nequitiæ, intelligantur: di
cta uidentur ex permissiõe odij in inimicos, in ueteri lege cõtenta, quod lex noua
aufert: emendat enim illam ea ex parte, qua deficiebat, eãdemq; perficit: iubẽs etiã
inimicum propter deũ diligi, ut plus possit imitatio dei ad diligendum, qui benefa
cit iustis & iniustis, & (ut sic dicã) amicis & inimicis, quod est ueræ dilectiõis argu
mentum, quàm terrenæ inimicitiæ, quas caro, mũdus, aut dæmonia suscitãt, ad odi
endum. in spiritualibus enim uiris supernorum ratio uincit: quæ autem ab imo pro
ueniunt, reijciuntur. Et nonne etiã par est, ut filij dei, qui filij sunt nouæ legis & gra
tiæ, à filijs mũdi differant? Cum ergo filij mundi, ut publicani & Ethnici, id est Gen
tiles, qui uerum deum non norũt, diligant amicos, & salutent eos, inimicos autem
haudquaquã: decet profecto, ut fideles, qui regno cœlorum adscripti sunt, diligant
non amicos tãtum, sed etiam inimicos; & in eos officia humanitatis, beneuolẽtiæ,
ac beneficentiæ collocẽt. Et per hæc cætera ueteris legis præcepta facile trahi pote
runt ad spiritum: intendunt enim omnia quandã perfectionẽ diuinæ bonitatis imi
tatricem, sed maxime omnium ea, de qua modo loquebatur, dilectio. Quapropter
nũc proponit nobis dominus maximum, quod imitari diligendo debeamus, totius
47 inquam bonitatis exemplar, referente Matthæo, dicens. ¶ Estote ergo uos perfe
cti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. ¶ Cœlestis pater deus est, qui omni
bonitate, & seipso, & re ipsa perfectus est, imo` superperfectus: nos autẽ dono gra
tiæ eius, non nobis ipsis perfecti esse possumus, sed imitatione. Perfectus est uerita
te, & summa quidẽ ueritate: nos ergo perfecti simus fide. est enim fides summæ ue
ritatis imitatio. Est perfectus æternitate: simus ergo perfecti spe, quæ est æternorũ
bonorum imitatio, aut (si mauis) expectatio. Est perfectus bonitate & in se, & ex
tra se ad opus suum: simus ergo perfecti charitate & ad deum maxime, & secundo
loco ad proximum. charitas enim est æmulatio diuinæ bonitatis: nã nihil amabile
est, nisi bonum: nihil uere` amabile, nisi uere` bonum: nihil summe amabile, nisi sum
me` bonũ: & ab hac maxime perfecti esse possumus, quemadmodum pater noster
cœlestis perfectus est: quia summa i eo bonitas, idem est quod summus amor: sum
Ioan. 3. ma charitas, summa dilectio. sic enim deus, testante Ioanne, dilexit mundum, ut fi
lium suum unigenitum daret: sic filius eius dilexit nos, ut animam suã pro nobis po
Roma.8. neret: sic spiritus sanctus diligit nos, ut (autore Paulo) postulet, p nobis gemitibus
inenarrabilibus. Et charitas dei diffundatur in nobis per spiritum sanctũ, qui datur
electis. Ergo cum dilectio & charitas sit, quæ nos summe` ad imitationẽ dei reddat
perfectos, det nobis illa summa & superperfecta bonitas suum sanctum amorem,
suam dilectionem, suam charitatem: nos autem illi summo patri, qui totius diuinæ
perfectionis fons est & origo, per filium eius in spiritu sancto gloriam, honorem,
& gratiarumactionem in omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT SEXTVM.

40 ATtendite ne iusticiam uestram faciatis coram hominibus,
ut uideamini ab eis: alioquin mercedẽ non habebitis apud
patrem uestrum, qui in cœlis est. Cum ergo facis eleẽmo
synam, noli tuba cãnere ante te: sicut hypocritæ faciunt in
synagogis, & in uicis, ut honorificentur ab hominibus. ¶
Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Te autẽ faciente eleẽmosy
nam

nam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua, ut sit eleẽmosyna tua in ab
scondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi. ¶ Et cum ora 49
tis, nõ eritis sicut hypocritæ, qui amãt in synagogis, & in angulis platea
rũ stantes orare, ut uideantur ab hoĩbus, Amẽ dico uobis, receperũt mer
cedẽ suam. Tu autem cũ oraueris, intra in cubiculum tuũ, & clauso ostio,
ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscõdito, red
det tibi. ¶ Orantes aũt, nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt: putant 50
enim, quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis:
scit enim pater uester quid opus sit uobis, antequam petatis eum. ¶ Sic er 51
go uos orabitis: pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuũ. Ad
ueniat regnũ tuũ ¶ Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Panẽ nostrũ 52
supersubstantialẽ da nobis hodie. ¶ Et dimitte nobis debita nostra, sicut 53
& nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationẽ,
sed libera nos a malo. Amẽ. ¶ Si em̃ dimiseritis hoĩbus peccata eorum, di 54
mittet & uobis pater uester cœlestis delicta uestra. Si autẽ nõ dimiseritis
hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. ¶ Cum autẽ ie 55
iunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant em̃ facies suas, ut
appareant hoĩbus ieiunantes. Amẽ dico uobis, qa receperũt mercedẽ suã.
Tu autem, cũ ieiunas, unge caput tuũ, & faciem tuam laua, ne uidearis ho
minibus ieiunãs, sed patri tuo, qui est in absconso, & pater tuus qui uidet
in absconso, reddet tibi. ¶ Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, 56
ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Thesauri
zate autem uobis thesauros in cœlo, ubi neq; erugo, neq; tinea demoliẽt:
& ubi fures nõ effodiũt, nec furantur. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor
tuum. ¶ Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit sim 57
plex, totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si autem oculus tuus fuerit nequã, totũ
corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt
ipsæ tenebræ quantæ erũt? ¶ Nemo potest duobus dominis seruire. Aut 58
enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alte
rũ contẽnet. Nõ potestis deo seruire & mãmonæ. ¶ Ideo dico uobis, ne so 59
liciti sitis aĩæ uestræ quid manducetis, neq; corpori uestro quid indua
mini. Nonne anima plus est q̃ esca: & corpus plus, q̃ uestimentũ? Respi
cite uolatilia cœli: quoniam non serunt, neq; metunt, neq; congregant in
horrea: & pater uester cœlestis pascit illa. Nõne uos magis pluris estis il
lis? Quis autẽ uestrũ cogitans potest adijcere ad staturã suã cubitũ unũ?
Et de uestimẽto quid soliciti estis? Cõsiderate lilia agri quomodo crescũt
non laborant, neq; nent. Dico autẽ uobis, quoniã nec Salomon in omni
gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis. Si enim fœnũ agri, quod ho
die est, & cras in clibanũ mittitur, deus sic uestit: quanto magis uos modi
cæ fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicẽtes: quid manducabimus, aut quid
bibemus, aut quo operiemur? hæc em̃ omnia gẽtes inquirunt. Scit enim

60 pater uester, quia his oĩbus indigetis. ¶ Quærite ergo primũ regnũ dei,
& iusticiam eius, & hæc oĩa adijcientur uobis. Nolite ergo soliciti esse in
crastinũ; crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi: sufficit diei malicia sua 5

ANNOTAT. BREVES XLV. CIRCA LITERAM CAP. VI.

1 Iusticiam
ἐλεημοσύνην
eleëmosynam
2 habebitis
ἔχετε
præsens
6 receperunt
ἀπέχουσι
præsens, & infra
8 reddet tibi
* ἐν τῷ φανερῷ
in manifesto,
in propatulo, & infra
8 oratis, non eritis
προσεύχῃ, οὐκ ἔσῃ
singularia
9 qui amant
ὅτι φιλοῦσιν
quia amant
10 uideantur
φανῶσι
appareant, & infra
10 dico uobis* ὅτι quia
11 oraueris
προσεύχῃ
oras
11 cubiculum
τὸ ταμιεῖον
11 ostio* σου tuo
13 nolite multum loqui
μὴ βαττολογήσητε
ne balbutiatis
13 Ethnici – faciunt
14 multiloquio
τῇ πολυλογίᾳ
15 quid opus sit uobis
ὧν χρείαν ἔχετε
quibus opus habetis
15 petatis eum
petatis ab eo
16 orabitis
προσεύχεσθε

18 orate
18 supersubstantialem
τὸν ἐπιούσιον
superessentialem
aduenientem
quotidianum
18 dimitte
ἄφες
remitte & infra
20 à malo.
20 * ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία,
καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα
εἰς τοὺς αἰῶνας
quoniam tuum est regnum, & potentia, & gloria in secula.
20 peccata
παραπτώματα
delicta, errata, lapsus, & infra.
21 cœlestis – delicta uestra
21 hominibus
*τὰ παραπτώματα
αὐτῶν
delicta sua
22 dimittet – uobis
23 tristes
σκυθρωποὶ
tetrici
23 exterminant
ἀφανίζουσι
demoliuntur
obscurant
30 Vbi* γὰρ enim
30 thesaurus tuus
cor tuum
ὁ θησαυρὸς ὑμῶν
ἡ καρδία ὑμῶν
thesaurus uester
31 Corporis – tui
31 oculus – tuus

31 Si* οὖν ergo
32 nequam
πονηρὸς
malus
35 sustinebit
ἀνέξεται
amplectetur
adhærebit
36 mammonæ
μαμωνᾷ
37 manducetis
* τί πίνητε
& quid bibatis
38 & corpus – plus
38 Respicite* εἰς ad
40 magis pluris estis
μᾶλλον διαφέρετε
magis præstatis
longe præstatis,
potius præstatis
41 uestrum
ἐξ ὑμῶν
è uobis
41 cogitans
μεριμνῶν
solicitus existens
45 quanto
πόσῳ
non'ne multo
45 modicæ fidei
ὀλιγόπιστοι
pusillæ fidei
exiguæ fiduciæ
48 uester
*ὁ οὐράνιος
cœlestis
48 quærite ergo
ζητεῖτε δὲ
quærite autem
50 malitia
κακία
afflictio

COMMENTARIVS IN CAPVT SEXTVM.

CAPITE superiore monstratũ est quomodo lex quo ad præcepta secũdum spiritum adimplẽda sit, & nequaq; soluenda, sed ad perfectũ ferenda, hic iustificationes legis quomodo sint in noua lege implendæ, edocet dominus; ut sunt eleëmosynæ, & oblationes munerũ, orationes, ieiunia, & alia id genus, quæ pura mente, & spirituali quadã rectitudine, ut oĩa opera diuinæ legis sunt implẽda: & primo de eleëmosyna aperiente Matthæo subdit dominus. ¶ Attendite ne iusticiam uestram faciatis corã hominibus, ut uideamini ab eis: alioquin mercedẽ nõ habebitis apud patrem uestrũ qui in cœlis est. Cum ergo facis eleëmosynã, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in uicis, ut honorificentur ab hoĩbus. Amen dico uobis, receperunt mercedẽ suam. Te aũt faciente eleëmosynã, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleëmosyna tua in abscõdito: & pater tuus q uidet in abscõdito, reddet tibi. ¶ De qua iusticia facienda hic primũ loquit dominus. De ea cuius meminit propheta, dicẽs: Dispersit dedit pauperibus, iusticia eius manet in seculũ seculi, & cum propheta Paulus secũda ad Corinthios epistola; Qui autẽ ministrat semen seminanti, & panẽ ad manducandũ præstabit, & multiplicabit semen uestrũ, & augebit incrementa frugum iusticiæ uestræ. Et hæc est quod codex Græcus habet ἐλεημοσύνην, in cuius locum nomen iusticiæ, quod Hebræis anceps est sussectũ est, ad quã & alias iusticias uocati sumus in ueritate. Ideirco simulatio procul abesse debet ab operibus nostris: simulatio enim, ac hypocrisis ueritati contraria est. Nos uocati sumus ad uerã gloriã: ideo cum diuina mandata exequimur, nequaquã par est, ut insit nobis uanæ laudis, inanisq; gloriæ appetitus: nam uera et uana gloria opposita sunt. At qui iusticiã suã faciũt corã hominibus ad hoc ipsum, ut uideantur ab eis: simulationẽ adhibent factis suis, & appetitu uanæ laudis ducuntur. Neq; gratia ulla, quæ est merces bonorum operum, illis à deo debetur, sed receperunt mercedẽ suam, quæ est uana gloria, & inanis laus mundi. Nequaquã ergo hac intentione præcepta dei implere debemus, ut ab hominibus iusti & boni iudicemur: sed propter deũ solũ, ipsum respicientes, non nos: & cupientes, ut deus glorificetur, non nos, siue in abdito faciamus illa, siue in aperto: & tũc apud deum gratiam adipiscemur, & uerã gloriam, quæ est merces nostra, quã gratis superbona uoluntas diuina impartitur. Propter illam tamen adipiscendam operari non debemus: quanq; sic eam adepturi sumus, ob supereminentẽ dei bonitatem, quia tũc neq; propter deũ solum operaremur, neq; ipsum prorsus finem faceremus. Præceptum domini est de operibus iustis recta intentione faciendis: tum in operibus misericordiæ, ut eleëmosyna, piaq; in egenos erogatione, quæ mandantur in lege & pertinent ad præceptum: Diliges proximum tuum, tum in operibus diuini cultus, ut oratione, quæ pertinent ad mandatum: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tuba canit, qui se bonum prædicat, & proprio ore laudat, aut qui præconem suarum iusticiarum, suorumq; factorum quærit. Dextera, intentio recta: & hæc est quæ deum respicit: sinistra, intentio obliqua: & hæc est qua quis se respicit. Dextera facit, quando bonum aliquod bene fit: sed tunc scit sinistra, quando non recta intentione fit, id est non propter deum solum, & quia sic præcepit faciendum, sed propter mundũ, & uanũ eius applausum. Dextera ergo recte dicitur amor dei: sinistra autem, amor sui. Dextera, recta intentio: sinistra, obliqua intentio. Dextera, gratia fortis intus operans: sinistra, affectus infirmus gratiam impediens. Et sic dextera à spiritu CHRISTI est: sinistra uero, à nobis. Illa agit, hæc impedit. Illa à filio dei est, hæc à filio iræ. At de oratione iustificandi quidem modo deum immediatius respiciente, nos amplius consequenter ex Matthæo instruit dominus

48 Psalm. 111.
2. Cor. 9.
Matth. 22.
Matth. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

49 „ minus dicens. ℣ Et cũ oratis, no eritis sicut hypocritæ: quia amant in synagogis, et
„ in angulis platearũ stantes orare, ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis, re
„ ceperunt mercedem suam. Tu aũt cum orauerís, intra in cubiculum tuum: et clau
„ so ostio, ora patrem tuũ in abscõdito: & pater tuus, qui uidet in abscondito, reddet
tibi. ℣ Est locus orationis publicus, tẽplũ deo consecratũ: est & priuatus, ut cuius
cũ domus, aut domesticũ oratoriũ, & hoc de exteriore oratiõe accipiendũ est, quæ
capitis detectione, genuflectione, prostratione, uoce, aut tacita labiorũ motione.
ac similibus fieri solet: cuius nullo modo locus est uici, plateæ, aut fora: adeo, ut qui
in eis taliter orant, hypocritæ sint, aut certe similes hypocritis. Sed illa oratiõe, aut
in publico orationis loco orandũ est: nõ quidẽ ad hoc, ut qui orat, uideatur ab hoi
bus, sed à solo deo: nisi forte hoc necessariũ esset exẽplo præstando. ut deus magis
multis eo exemplo permotis, honorificaretur: quod nõ nisi soli deo orare esset, &
solũ deũ respicere, aut in occulto ac priuato. Qui autẽ orat, in cor suũ se colligere
debet, & omnes sensus occludere, secluso'cũ oĩ alio cogitatu ad solum deũ respice
re, qui solus adorandus est: id enim προσευχὴ, id est oratio significat, quandam scili
cet in cordis secreto intentam in deũ eleuationem. Et qui sic orat, ubicũq; oret, in
trat in cubiculũ suũ, & clauso ostio orat patrẽ in abscondito. Cubiculũ, cor, ostium
sensus. Nos autẽ tota domus & dei tẽplũ. Est & alia quoq; oratio, quæ exterior nõ
est, sed solũ in corde fit & est quædam in omni re cordis ad deum eleuatio, diuinæ
opis pro se aut alijs imploratio, dei laudatio, gratiarũ actio, & similia; sed hæc om
nia secreta sunt, & soli deo cognita. Huic aũt orationi nullus locus, neq; publicus
neq; priuatus, neq; uici, neq; plateæ, neq; forum, neq; urbs, neque uilla, neq; cam
1. Thes. 5. pus prohibetur, de qua Paulus ad Thessalonicenses: Semper gaudete, sine inter
missione orate, in omnibus gratias agite. Sed & unum circa exteriorem orationẽ,
quæ uoce fit, prohibet dominus, scilicet orandi præcipitationẽ, quæ in prolixis ora
50 „ tionibus accidere solet, sic nobis monstrante Matthæo, dicẽs. ℣ Orantes autẽ, no
„ lite multum loqui, sicut Ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exau
„ diantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater uester quid opus sit uobis, ante
„ quã petatis eũ. ℣ Illud, multum loqui, magis sonat præcipitãter loqui, nunc ob præ
cipitationẽ resumendo quædam, nũc quædam intercipiendo: quod uicium, Græci
battologian uocant: sunt enim, qui si quippiam oraturi sint, uerbi causa psalmum
quinquagesimũ, non nisi isto aut simili modo orare soleant: Miserere mei de
us, deus se secundum magnam misericordiam tuam, quater battologian cõ
mittendo, quod orantibus prohibet dominus. Hic autẽ modus orandi peculiaris
erat gentilibus, uerum deum nequaq; colentibus, qui sic se, quanq; balbutientes,
in multiloquio exaudiri putabant. At sic ante deum uerum summumq; regem non
est orandum: quinimo si quis sic coram quolibet rege terreno quippiam petiturus
balbutire inciperet, continuo ab illo unà cũ petitione sua repelleretur. Qua pro
pter satius esset pauca cũ decoro, quàm plurima eum hac battologia, & balbutie o
rare. Neq; hic prolixa oratio prohibetur, sed indecens orandi modus, qui maxime
ob orationis prolixitatem accidere consueuit: nam & dominus prolixius orauit.
Luc. 22. Et erant apostoli post assumptionem domini cum MARIA, & alijs sanctis mulie
Acto. 1. ribus perseuerãtes unanimiter in oratione. Et Lucæ decimo octauo: Oportet sem
Luc. 18. per orare, & nõ deficere. Et Paulus ad Ephesios: Orãtes omni tẽpore in spũ. Et ue
Ephe. 6. tat etiã, ne cũ oramus, imitemur Ethnicos, qui ita deos suos orabant, tanq; qui nes
cirent, quid ipsi desiderarent, & quæ illis necessaria forent: qua ratione adducti lõ
gas effutire solebant preculas, quo modo ante deum, qui omnia nouit, anteq; pe
tam9, & quæ nobis cõducãt, & quæ minime, orãdũ nõ est. Et ideo quæ nihil de no
bis soliciti, sed oĩa prouidentiæ omipotenti cõmittentes, orare debeamus, mox nos
docet

„ docet, referante Matthæo, benignissimus deus, & dominus noster, dicens, ℣ Sic er 51
„ go uos orabitis: Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomẽ tuũ. Adueniat re
„ gnum tuũ. ℣ Pater, nomen est charitatis, dilectionis, dulcedinis, benignitatis, totí
us gratiæ & prouidentiæ. Hinc accedentes ad orandum deum, per charitatem, di PETITIO
lectionem, & cætera eius uestigia accedere debemus. Quis enim patrem diligere NES VII.
nõ debeat, & eũ maxime patrẽ, quẽ nõ solũ cogitare, sed & nosse debemus chari
tate, & dilectione plenissimũ, dulcissimũ, benignissimũ, gratificantissimũ, prouidẽ
tissimũ, & etiamsi delictorũ ueniam petamus, misericordissimũ: ut per quẽ est om
nis charitas, dilectio, dulcedo, benignitas, gratia, prouidẽtia, & misericordia in cœ
lo & in terra (quandoquidem ipse fons, & primæua origo omniũ istorũ est) deniq;
1 eminentissimũ & exaltatissimũ, quippe qui in cœlis est? Sanctificatur nomẽ eius,
quod est omne quod nominari potest eminẽtissime bonũ: ut potens, sapiẽs, uerax
iustus, clemẽs, pius, misericors, misericordiarũ pater, deus totius consolationis, pro
pitius, æternus, immẽsus, incõprehensibilis & similia: quando qui sic ipsum nomi
nant, & inuocant, talẽ esse certissima fide agnoscũt, sanctiq; sunt, nec nisi in sancto
loco, sancto corde, sancta aĩa nomẽ eius quodcũq; reponũt. Et hæc est prima in o
2 ratiõe dñi petitio. Petere ut aduenĩat regnum eius, est petere, optare, desiderare ut
impleatur numerus saluandorũ: quia tunc impletum, perfectũ, ac absolutũ erit reg
nũ eius, quando à nullis amplius offendetur, sed ab omnibus in regno suo laudabit
& glorificabitur. Et hæc est secunda petitio. Cũ aũt petimus hæc, ipsum solũ atten
dere debemus: qa sup eminẽter dignus est omni dilectione, oĩ cultu, qui in tota co
gnitione ac puritate fiat, & regni sui cõpletione, ut sine ulla offensione celebretur
& hoc propter se solũ, & suã bonitatẽ, maiestatemq; superexcellentẽ. Et adijcit ex
„ Matthæo hæc insuper esse orãda. ℣ Fiat uolũtas tua sicut in cœlo & in terra. Panẽ 52
„ nostrũ supersubstantialẽ da nobis hodie. ℣ Orare debemus, uolũtatẽ dei sic in ter
3 „ ra fieri, quemadmodũ iugiter fit in cœlo, ubi nullus unq; transgreditur, nullus unq;
offendit, nõ aũt nostram uoluntatẽ fieri, nã uoluntas dei prima est, & semper sum
me ac infinite bona: nostra autem uix ultimũ uestigiũ bonitatis in se continet, si nõ
etiam (quod ut plurimũ accidit) mala sit, quod autem primũ summumq; est, mensu
ram, rationẽ, ac legẽ omniũ aliorũ esse oportet. Et ita, si cœlorũ incolæ faciũt quod
uolunt, non profecto id faciunt quatenus uoluntas sua est, sed quatenus est dei uo
luntas. Quare si quispiã in hoc mundo quicq; boni facturus sit, nõ id faciat quia ue
lit, sed quia deus uult; nõ enim sibi peculiarẽ debet habere, qui perfectus est, uo
luntatem, sed uoluntas eius debet esse dei uoluntas, & hæc est orationis tertia peti
4 tio. Orandũ est etiã quotidie, ut pane illo singulari, pane illo supersubstantiali, pa
ne cœlesti nos pascat, pane inquã, q de cœlo descẽdit, ut nos aleret immortalitate,
& spũ suo inebriaret perfecta charitate, ut unũ cum deo efficeremur. Si enim à pa
tre terreno, carnali, mundano panẽ petimus terrenũ, materialẽ, mundanũ, quemnã
aliũ petamus à patre cœlesti, spirituali, diuino, q̃ panẽ cœlestem, immaterialẽ, ac
diuinum? Et hæc est quarta petitio, quã quotidie orare debemus, ut ille nobis iugit
detur: quia quandiu illo pane uiuimus, solũ uoluntatẽ eius facere possumus. Verũ
quia ipsi nosmet ex nobis ipsis nõ nisi peccatores esse cognoscere debemus, & ex
nobis ipsis neq; posse offensas nostras expiari, neq; malignorũ insultibus resistere
sed ipsum solũ eũ esse, qui peccata remittat, & potentiã eius, qua à maligno libere
„ mur: ideo authore Matthæo subiungit, quid præterea orandũ sit. ℣ Et dimitte no 53
„ bis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in
5 „ tentationẽ, sed libera nos à malo, Amẽ. ℣ Intantũ placet deo ĩ creaturis suæ clemẽ
tiæ benignitatis, & misericordiæ imitatio, & cõtra displicet oppositũ, ut q petit su
as ĩ deũ offensas sibi remitti, si aliorũ offẽsas ĩ se nõ remittat, cõtra se oret atq; petat.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod si remittāt, quas remittere potest (nā si quis in eū peccato morte digno deliquerit, ut si affinem, aut consanguineum eius occiderit, aut thorū uiolauerit: offensam quatenus ad se pertinet, remittere potest: quatenus ad deū ac legē, nō potest) & deus illi quoq; remittet, qui nullas nō remittere potest. Veruntamen si letali pia-
Matth.18. culo deum offenderit, tametsi deus orāti remittere possit (Omne, inquit, debitū dimisi tibi, quoniā rogasti me) non tamen, ut opinor, in talibus noxis sola oratio sufficit: sed insup expiatio iuxta ecclesiæ ordinationē, quæ eadē dei ordinatio est, si fieri possit, adhibēda est. iuxta ordinationē dico ecclesiæ, quæ pro huiusmodi sacramentū recōciliationis, & alias symbolicas iustificatiōes instituit. Petimus enim, sicut remittimus, remitti nobis. at iniquitates quæ sunt morti obnoxiæ, prorsus remittere nō possumus: sed legis insup iustificatiōibus expiādæ sunt. Sed nōne iustificatiōes legis iustificāt? Iustificāt quidē, sed suo modo, symbolice scilicet, id est, in sacramento & signo, quod deus plenissime debita remisit, & iustificauit. nam remissiōes & iustificationes cōsummatæ, & in ueritate à deo sunt: in signo autē, & certissimo quidem, in ecclesia ecclesiæq; mysterijs. Et hæc est quinta petitio. Orādū quoq; est, ne deus sinat nos incidere in tentationē maligni, ac uinci, & superari à tentatione eius,
1.Pe.5. qui circuit tanquā leo rugiens, quærēs quem deuoret. nos siquidem incidere in tentationem maligni, & si dei benignitate aliquādo eripimur, perinde est ac ouē incidere in fauces lupi, à quibus uix unquā, nisi grauiter saucia, eripiatur: tūc enim uicta, & superata est. Sed nūquid ouis, si pastoris custodia destituatur, aut permittēte pastore in rictum lupi decidat, se à dente lupi seruare, ac uēdicare potest? Nequaquā. Pari modo neq; homo, si dei absit custodia, aut permittente deo, in tentationē incidat, à maligni tētatiōe, quæ ē grauissima homini necessitas, ut oui dens lupi: & quæ enectura sit illū ineuitabiliter, nisi aliūde ei succurratur: aut præueniēdo, quod optabilius est: aut de tentatione liberādo, quod est de faucibus maligni, iam tētatione uictum, superatūq;, ac fere deglutitū reuocare ad uitam. Sed quis succurrit oui, præueniendo ne uicta in os lupi incidat: aut ubi iam inciderit, liberando, nisi pastor? Sic deus est, qui potest nos liberare à maligno, præueniendo, nō ut nō tētemur, sed ne tentationi succūbamus: aut posteaquam inducti fuerimus, inciderimus, succubuerimus potēter eripendo. Sane si ouis eius periculi sensum haberet, quod sibi iugiter imminet à lupo uigilante, circūeunte, insidiāte, & deniq; nihil nō moliente, ut ipsam deuoret: quidnā aliud sibi faciēdum statueret, quàm non in se, sed in suo pastore fidere, illi adhærere, illū rogare, ne se in os lupi uenire sineret. Sic etiā nos debemus soli deo uero pastori nostro fidere, adhærere, efflagitare, ne sinat nos induci in tētationem: quod est iā succūbere, & in faucibus, ac sub potestate lupi rapacis teneri. Et hæc est sexta petitio. Porro magnū est oui defendi à lupo, maius autē uictam liberari de faucibus lupi, sed maximū omnium omnino liberari à lupo. Quocirca si rogare posset pastorem, id maxime postularet ab illo, ut nullus unquā inuaderet eam lupus. Sic & nobis iugiter orandus est deus, ut nos liberet à maligno: quod tū demum fiet, cum assecuti fuerimus consummatam securitatem, & iā in loco illo uersabimur, ubi regnat īmortalitas: ibi enim nullus nobis erit aduersarius, ut neq; oui lupus in firma aliqua ciuitate. Sed dices, num id, à malo, designat hic à peccato? Nō uidetur. Nā de peccatis prius illic oratū est: Dimitte nobis debita nostra. Quare hoc loco potius accipiēdū esse uideatur de eo, qui tētat, qui proculdubio malignus est: cui mundus & caro tētandi suggerunt occasionem. A quo nos liberet omnino illa immēsa bonitas, & sit in circuitu nostro tanquā ciuitas munitiōis firmissima, Amē. Et hæc est septīa petitio, & petitionū ultima, quæ à CHRISTO, & septiformi eius spiritu ad orandum cœlestem patrem nobis traditæ sunt. Cæterum hæc septem studio, & attētione maxima, & pari humilitate, ac reuerentia orare debemus, propter ipsum

ipsum, q nobis illa tradidit orāda, & ad ipsum solū nostræ mētis oculū attollēdo, & nunquā in nos ipsos reflectēdo, nisi in ijs quæ sunt infirmitatū: quoniā ipsius est regnum & potestas, & gloria in secula. Amen. Quā orationis coronidē omnes codices Græci retinent, & e latinis aliquot, sed antiquissimi. Illam etiā interprete Ania no ponit Chrysostomus in homilijs, eāq; declarat. Vbi autem nos docuit hoc modo orare dominus, mox diligētissime admonet unius, quod superius in oratiōe tetigerat, ut peccantibus in nos, & ueniā precātibus, peccata remittamus, quod requirit ipsa charitas, & diuinæ miserationis æmulatio: sicuti & aperiēte Matthæo, dicit,
» ◤Si enim dimiseritis hoībus peccata eorū, dimittet & uobis pater uester cœlestis 54
» delicta uestra. Si aūt nō dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis pec
» cata uestra. ◥Propriū dei est misereri & parcere. In qua re adeo placet illi ī hominibus sua imitatio, ut ad eos maxime respiciat, qui illū in suis bonitatibus imitātur: nā tametsi cūcta bonitatem eius æmulentur, solus tamē e rebus sensibilibus homo, diuinam imitationē cognoscit: & ad hoc factus est à deo, ut incūctanter operetur bonum, & artificem suū operando iuxta imitationis cognitionē ab eo sibi indultā, imitetur. Cum ergo sciat homo ipsum esse misericordem, & multū ad ignoscēdum: si eum nō æmulabitur pro uirili miserendo & parcendo, & hoc in paruis & paucis cū se obtulerit occasio, neq; etiam dominus miserebitur eius, neq; parcet ei in magnis & multis: neq; enim dignus est, ut magna & multa recipiat, qui dare nolit pauca & exigua. quæ enim homines remittere possunt, exigua & pauca sunt: quæ autem illi à deo remittenda sunt, magna & multa. Si is illa remittit, & hæc deus illi remittet, qui bonitate excellit, & gratia abundat, & misericordia cœlum & terram replet, cui debent omnia, ipse autem nulli quicquàm debere potest, sed omne eius donum ex gratia procedit. Ergo æmulemur eum quantū possumus, id est, operemur bonum quantum uires suppetunt, id enim debemus, & ad hoc conditi sumus. Et licet nihil inde debeatur, complacet tamen sibi in nobis deus, & (ut sic dicam) bona & plus quàm bona erga nos afficitur uolūtate. Nam quod nos glorificat, quod nos uita donat æterna, hoc totū bonæ eius uoluntati, beneplacito, & gratiæ acceptū referri debet. Mox ad aliam legis iustificationē, quæ est ieiuniū, quomodo implenda sit, tran
» sit dominus, per Matthæum sic nobis dicens. ◤Cum autem ieiunatis, nolite fieri 55
» sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, ut appareāt hominibus ieiu
» nantes. Amen dico uobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cū ieiunas,
» unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunās, sed patri tuo
» qui est in abscōso: & pater tuus, qui uidet ī abscōso, reddet tibi. ◥In omni iustificatione & bono opere summopere uitāda ē nobis hypocrisis, simulatio ac fictio, quanitamur uidere hoībus iusti, quod olim scribæ & pharisæi faciebant, exterminantes & macerantes facies suas, et uultu tristiciā præ se ferentes, ut iudicarētur ab hominibus ieiunantes, sicq; iusti ac sancti reputarētur: & nimirum uitāda est hæc hypocrisis, simulatio ac fictio, quia uanā ab hominibus gloriā quærit, uanāq; laudem, quam qui quærit, ueram perdit, & eam quæ à deo est. Sed age cū dicitur, ut appareant hominibus ieiunātes: utrū ne id hominibus, ad appareant, an ad ieiunantes sit referendum? Nam (ut inquit Paulus) qui manducat, domino manducat, & qui non mandu Roma.14.
cat, domino nō mandūcat. Quare & dici potest, deo ieiunās, & ieiunās hominibus. Sane id referendū uidetur ad appareant. Nā ieiunare hominibus, in malā partē sumitur, ut ieiunare deo in bonam, & nolebant apparere ieiunātes hominibus, sed ieiunātes deo, & in hoc erat hypocrisis, tametsi uellēt apparere hominibus id se facere. Et hunc esse sensum, etiam satis explicuit dominus cum paulo ante dixit: Attendite ne iusticiā uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Nam perinde est uideri ab hominibus, ac apparere hoībus. Id ergo hominibus, in præcedentem par-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem particulã est trahendũ, ut scilicet sic intelligatur, ut appareãt hominibus. Vngi
tur caput, cum propter deũ & CHRISTVM solum, qui nostrũ caput est, ieiuniũ su
scipitur. Lauatur facies, cũ puritas interior et exterior adest. Facies, cõsciẽtia, & hoc
ieiunium nequaquã ab hoibus, sed à solo deo quærit uideri; aut (si latere nõ possit)
propter solum deum uideri, ut uidẽtes deum glorificẽt. Retributio, gloria æterna,
quæ uera est, & hæc gloria & laus à deo proueniẽs, erit tibi non in occulto, sed corã
angelis dei, & omnibus sanctis eius, magna merces nimis, & ineffabilis, incõprehẽ
sibilis regis gratia. Sed qui ad illã gloriã aspirat, quam bonarũ operationũ & iusti-
ficationum mercedẽ uocat, nõ debitã quidem, sed gratuitã, nihil terrena æstimare
debet: sed cœlestia uera q̃ bona, & animum in cœlum iugiter intentũ habere, nõ in
56 „ terram, proinde aperiente Matthæo subiungit dominus. ¶ Nolite thesaurizare uo
» bis thesauros in terra, ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiũt & furãtur.
» Thesaurizate autẽ uobis thesauros in cœlo, ubi nec erugo nec tinea demolitur, &
» ubi fures nõ effodiunt neq̃ furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ.
¶ Thesaurizant sibi in terra, qui affectũ ad terrena intentũ habentes, congerũt sibi
opes, ut preciosas uestes, aurũ, argentũ, & alia id genus permulta: sed uestes tinea
& uermis erodunt: auri autẽ & argenti repositoria fures effringũt, aut certe perfo
diunt, & furãtur illa. Thesaurizãt sibi in cœlo, qui affectũ ad cœlũ iugiter intentum
habẽtes, pietatis opera exercent. In cœlo autẽ sunt uera bona, quæ neq̃ putredine
ulla tãgi, neq̃ à uermibus uitiari, neq̃ à furibus diripi possunt: & hæc uere fidelibus
& bona operãtibus, recondita adseruantur, suntq̃ cœlestis thesaurus, est enim thes
saurus bonorum repositio: uerus, uerorum cœlestiumq̃ bonorũ: falsus, falsorũ ter-
renorumq̃, ut sunt opes, uoluptates, honores, & cætera animæ desyderia. Erugo &
tinea, corruptio & mors. Demolitio siue effractio, corporis resolutio. Furtũ, animæ
direptio. Fures, dæmones. Cor, mentis affectus. Et is affectus mẽtis sequitur mẽtis
57 „ aspectum, de quo, ut aperit Matthæus, subdit dominus. ¶ Lucerna corporis tui est
» oculus tuus. Si ergo oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si autẽ
» oculus tuus fuerit nequã, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumẽ quod
» in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? ¶ Vt lychnus in laterna, sic mẽs
in corpore. si lychnus purus fuerit, & tota laterna erit lucida: sin ĩpurus, & tota erit
obscura & tenebrosa. sic si mẽtis intẽtio, quæ est eius aspectus, simplex fuerit & pu
ra, totũ corpus interius exterius q̃ lucidũ erit. sin mala & ĩpura, & totũ quoq̃ intrin
secus & foris tenebrosum erit. At simplex erit mentis intẽtio, aspectus q̃, si in suis
agendis solum deum: malus autem & fictus & simulatus, si homines, si se præcipue
aspiciat. Deus est uera lux, sine qua cætera sunt tenebræ. Si ergo mẽs ipsa, quæ no
bis tradita est, ut sit internum lumen, & interna lucerna, in tenebras uertatur: quãtæ
erũt ipsæ totius, id est corporis simul & animæ tenebræ? Et quãtæ exteriores, quæ
postea erunt sustinendæ? Attente igitur nobis inuigilandum est, ne facula mẽtis,
quam deus suo sancto Euãgelio accendit, obtenebrescat, ac demũ extinguatur. Lu
cerna, diuinam notat illuminationem. Oculus, intentionẽ, mentis q̃ aspectũ. Simpli
citas, puritatẽ. Nequitia, impuritatẽ. Tenebræ, peccatũ. Corpus totũ hominẽ. Sed
quomodo fieri potest, ut hæc lucerna animæ nostræ, imo totius, corporis inquã &
aiæ, nõ extinguatur? Sane si soli deo seruiamus, & ipsum solũ præ cæteris omnibus
58 „ diligamus. Quod insinuãte Matthæo innuit dominus, cũ ait. ¶ Nemo potest duo-
» bus dñis seruire: aut enim unũ odio habebit, & alterũ diliget: aut unũ sustinebit, &
» alterũ contẽnet. Nõ potestis deo seruire & mammonæ. ¶ E duobus dñis, unus est
deus, alter malignꝰ: et hi cõtrarij. Ille uerus, iste falsus. Ille bñficus, iste tyrãnus. Ille
illuminat, & uitã largitur: iste excæcat, et mortẽ irrogat. Si illũ amas et amplecteris
eius p̃cepta ferẽdo et mãdata faciẽdo, istũ odis et aspernaris. Et cõtra, si istũ amas et
amplecteris,

amplecteris, illum odis & spernis. Hanc autem parabolam dominus aperuit cũ di-
xit: Non potestis deo seruire & mammonæ. ubi per mammona aduersariũ intelli-
git, qui princeps est mundi huius. Nam mammona opes significare uolũt & pecu-
niam, quæ maligno instrumentum, uel præcipuum ad id est, ut ei atq̃ mundo homi
nes seruiant, & aduersarij cõstituantur dei, ac tandem lucerna uitæ, oculus q̃ mẽtis
quo uidetur deus, extinguatur: & auaritia, quæ est habẽdi cupiditas ĩmodica & fax
diaboli, accẽdatur: unde extẽplo suboriatur multiplex ac uaria solicitudo: & nõ de
uitæ necessarijs solum, sed etiã de superfluis, ut de cibo & potu ad uoluptuosam in-
gluuiem conquirendis, de uestibus ad superbam uanitatem comparandis, denique
de ingentibus copijs cõgerendis: quod cum accidit, tum facultatibus coaceruãdis,
& in horrea recõdendis inexplebili quadam cupiditate inhiant, studẽt, certãt: quia
tunc prouidentiæ bonitatis diuinæ plane diffidunt, & suæ confidunt. O miserã &
damnandam solicitudinem? O uanas hominum curas? O pectora cæca? Valeat igi
tur omnis ea solicitudo, etiam de necessarijs, quam diffidẽtia de misericordia dei co
mitatur. Propter quod superbonus dominus, qui prouidet omni creaturæ (id enim
illi tribuere debemus, quia bonitatis eius proprium sit ac peculiare, & in eius proui
dentia sperare) arcte per Euangelistam suum Matthæum loquẽs, præcipit ne soli-
» citi etiam de necessarijs simus, ac dicit. ¶ Ideo dico uobis, ne soliciti sitis animæ ue 59
» stræ quid mãducetis, neque corpori uestro quid induamini. Nonne anima plus est
» quàm esca, & corpus plus quàm uestimentũ? Respicite uolatilia cœli, quia nõ serũt
» neq̃ metunt, neque congregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit illa. Non-
» ne uos magis pluris estis illis? Quis autẽ uestrum cogitans potest adijcere ad statu
» ram suam cubitum unum? Et de uestimento quid soliciti estis? Cõsiderate lilia agri
» quomodo crescunt, non laborant, neq̃ nent. Dico autem uobis, quoniam nec Solo
» mon in omni gloria sua coopertus est, sicut unum ex istis. Si enim fœnũ agri, quod
» hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos modicæ fi-
» dei? Nolite ergo soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut
» quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirũt. Scit enim pater uester, quia his
» omnibus indigetis. ¶ Cibus, potus, indumẽta quibus integamur, necessaria sunt,
quorũ si solicitudo & anxia cura prohibetur, quãto magis non necessariorum? At-
qui eorum solicitudine nos miníme torqueri debere ostendũt plurima, ad quæ con
templanda nos remittit diuina benignitas. Primo, Anima et corpus, quæ sine solici
tudine nostra nobis à diuinæ bonitatis largitate prouide donata sunt: nã anima qua
uiuimus, plus est quàm esca, & corpus plus quàm indumentum. Qui igitur tã ex-
cellẽtia nobis sine cura nostra prouidit, quomodo minora nõ prouidebit? Certe qui
de his anxius solicitus q̃ est, diffidit. Neque tũc deo bene seruire potest: nã quomo
do terrenus seruus terreno domino suo probe seruiat, si de bonitate eius diffidat,
de liberalitate, de prouidẽtia, uel eorũ quæ ad uictum & uestitum pertineant? Pro-
inde infidelis seruus est, quicunque de rebus terrenis solicitus est, & suam curã di-
uinæ præponit prouidẽtiæ. Secundo, Volatilia cœli et oĩs alia creatura homine in-
ferior, quæ nos docent deum creaturæ suæ, sine eius solicitudine, prouidere solere,
& in illius prouidentia fidendum esse. nam neque serunt, neq̃ metunt, neq̃ in hor-
rea recõdunt: & tamen dominus quæ necessaria sunt, prouidet cũctis. Quod si in-
feriori creaturæ sine solicitudine eius prouideat: nonne prouidebit et nobiliori sine
ipsius solicitudine, propter quam & inferiora omnia fecit? Tertio, Augmentũ cor-
poris. Quis enim cura et solicitudine sua ad corporis sui staturã adijcere possit cubi
tale incrementũ? Nemo sane. Cur ergo de uestimento soliciti erimus? Quarto, Li
lia agrestia, quæ sola prouidẽtia dei sic uestit (nã neque nent, neque laborãt) ut nun
quàm Solomon quantũcunque sapiẽs fuerit, aut quisquam alius rex quantũcunq̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnus.quãtunlibet curæ & solicitudinis in hoc impenderit,sic uestiri potuerit. Si enim deus sic uestit herbã agri:quãto magis nos,nulla nostra solicitudine? Cur ergo magna spe in deum erecti nõ sumus,sed tam paruæ fidei & exiguæ fiduciæ? Quinto,Gentes,quæ quia neq; deum agnoscunt,neq; prouidentiam eius norũt, solicitudine ac cura sua hæc omnia,cibum inquã & potũ,ac operimentũ inquirũt. Qui igitur fideles sumus & cognoscimus deum,ac eius prouidentiã non ignoramus,quicq; ad deũ non solũ ut ad dominũ,sed etiã ut ad patrẽ:& non solum ut serui, sed etiam ut filij sumus uocati:nõ simus illarum rerum soliciti,intelligentes domini esse & patris,quæ necessaria sunt,prouidere seruis ac filijs plenissime,& sicĩ domino ut boni serui,& in patre cœlesti ut spũales filij omnino confidamus, qui illas nobis necessarias esse nouit:nihil enim non nouit,sitq; procul à nobis omnis ὀλιγοπιστία, id est,exigua fiducia,aut certe fiduciæ paucitas. Sed nonne etiã uidemus filios terreni patris cui credũt,cui fidũt,quẽ diligũt,nulla solicitudine uiuere,sed prouidentiæ eius sese tuto ac totos cõmittere? Tãto magis nos,si credimus,si fidimus,si diligimus, ipsi patri spirituũ cõmitter debemus. Et nõ solum in cibo,potu,& indumento,exterioribus,sed multo magis ĩ interioribus,ut id dicere possimus:Dominus regit me, & nihil mihi deerit,in loco pascuæ ibi me collocauit. Sup aquã refectiõis educauit me. Psal.22.
Quis locus pascuæ,nisi sacrarũ literarum campus,ubi animæ cibus quæritur? Cum enim homo duplicis sit substãtiæ,corpus pane materiali uiuit,anĩa uerbo dei:quod innuit dominus apud Matthæum,cum ait:Nõ in solo pane uiuit homo,sed in omni uerbo,quod procedit de ore dei. Quæ aqua refectiõis,nisi diuinæ gratiæ, quæ sunt internus & spiritualis animæ potus? Sed quod animæ internum, spirituale q; indumentũ? Sane CHRISTVS dominus,atq; gloria eius,de quo inquit Paulus:Induimini dominũ IESVM CHRISTVM,& carnis curã ne fecerítis in desyderijs. At quale CHRISTVS indumentũ,psalmus.103.exprimit,cũ dicit:Cõfessiõnẽ & decorẽ induisti,amictus lumine sicut uestimẽto? At q; s hæc sua cura, suaq; solicitudine sibi adscisscere queat? Ergo huiusce spiritualium necessitatũ cura in deũ fiducialiter est reijciẽda,ut quæ à sola eius prouidẽtia obtineri ualeant. Quod & testatur propheta,cum ait:Iacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet. Sed nũquid à nobis omnis cura & solicitudo abijciẽda est? Nequaquàm, sed sectlariũ præsertim rerum,nam diuinarũ interdũ nobis necessaria est:sic enim Paulus dicebat: Instãtia mea quotidiana,solicitudo omnium ecclesiarũ. Quæ autem debeat esse hæc solicitudo,aperiente Matthæo subdit dominus,dicens. ¶ Quærite ergo primũ regnum dei,& iusticiã eius,& hæc omnia adijcientur uobis,Nolite ergo soliciti esse in crastinum.Crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi.Sufficit diei malitia sua. ¶ Regnum dei,regnũ CHRISTI.Iusticia eius,iusticia nouæ legis.Et hæc duplex:quædã operũ,quã imitãdo CHRISTVM,& mãdata eius iplẽdo,assequmur. Altera fidei,qua à deo iustificamur.& hæc iustitia,gratiæ est,& fidẽ consummatã sequitur, ut opa bona uirtus.Hæc charisma,illa habitus.Hæc ut lux desursum adueniẽs omnia purificãs,omnia pandẽs & ornãs:illa ut pulcher thalamus luci suscipiẽdæ paratus, ut pulchrior fiat,ut decor eius appareat,& omnis eius perficiatur ornatus. Hæc igitur cõsummans & perficiẽs,illa præparans & incipiens.Porro regni dei, & iusticiæ eius solicitudo non torquet,sed solatur;non excæcat,sed illuminat;nõ corrũpit,sed uiuificat,credit,sperat,amat:qua q tenetur,nihil prorsus de terrenis rebus solicitus est: sed iuxta Petri præceptũ, humilians se sub potẽti manu dei, omnem solicitudinem suam proijcit in eũ;quoniam ipsi cura de eo est,qui dat abunde,hanc solam habentibus curam,quæcunque sunt necessaria,tũ corpori,tum animæ. Qui pietate sua auferat à nobis omnem noxiam solicitudinem,et amorem nostri ac mũdi,et donet nobis ueram curam,uerumq; amorem. Quo fide plenissima illuminemur,spe ad eum eleuemur

Matth.4.
Roma.13.
Psal.54.
2.Corin.11
1.Petri.5.

eleuemur illi soli plenissime fidentes,& charitate inflãmati illi soli hærẽtes. Sũmo igitur patri,à quo omnis prouidentia in cœlo & in terra,gloriam & honorẽ,& gratiarum actionem,per dominum nostrum filium eius in spiritu sancto tribuamus, in omnia secula seculorum. Amen.

CAPVT SEPTIMVM.

NOlite iudicare, & non iudicabimini: nolite condẽnare, & 61
nõ cõdemnabimini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini:& in qua mẽsura mensi fueritis, remetietur uobis.
Quid autem uides festucã in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo non uides? Aut quomodo dices fratri tuo, frater sine,
5 eijciã festucã de oculo tuo:et ecce trabs est ĩ oculo tuo. Hypocrita eijce primum trabẽ de oculo tuo,& tũc uidebis eijcere festucã de oculo fratris tui.
¶ Nolite dare sanctũ canibus, neq; mittatis margaritas uestras ante por- 62
cos:ne forte cõculcent eas pedibus suis, & conuersi dirũpant uos. ¶ Petite 63
10 & dabitur uobis,quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis
enim qui petit accipit,& qui quærit ĩuenit,& pulsanti aperietur. Aut quis
est ex uobis homo,quẽ si petierit filius suus panẽ,nũquid lapidẽ porriget
ei? Aut si piscem petierit,nunquid serpentem porriget ei? Si ergo uos cum
sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quãto magis pater uester q
15 in cœlis est,dabit bona petentibus se? ¶ Omnia ergo quæcunq; uultis ut 64
faciant uobis hoĩes, & uos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. ¶ In- 65
trate per angustam portã:quia lata porta & spaciosa uia est, quæ ducit ad
perditionem,& multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & ar
cta uia est,quæ ducit ad uitam,& pauci sunt qui inueniunt eam? ¶ Atten- 66
20 dite a falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinse
cus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nũquid
colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic oĩs arbor bona, fructus
bonos facit:mala autem arbor,malos fructus facit. Non potest arbor bo-
na,malos fructus facere:neq; arbor mala,bonos fructus facere. ¶ Omnis 67
25 arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur,& in ignẽ mittetur. Igitur
ex fructibus eorum cognoscetis eos. ¶ Non omnis qui dicit mihi domine 68
domine,intrabit in regnum cœlorũ:sed qui facit uoluntatem patris mei,
qui in cœlis est,ipse intrabit ĩ regnũ cœlorũ. Multi dicẽt mihi in illa die:
domine domine,nonne in nomine tuo prophetauimus,& in nomine tuo
30 dæmonia eiecimus:& in nomine tuo uirtutes multas fecimus? tunc confi-
tebor illis,quia nũquam noui uos. Discedite a me omnes qui operamini
iniquitatem. ¶ Omnis ergo qui audit uerba mea hæc,& facit ea,assimila- 69
bitur uiro sapienti,qui ædificauit domũ suam supra petram:& descendit
pluuiã,& uenerũt flumina, & flauerũt uenti,& irruerũt in domum illam,
35 & non cecidit,fundata enim erat supra petram. ¶ Et omnis qui audit uer- 70
ba mea hæc,& nõ facit ea,similis erit uiro stulto,qui ædificauit domũ suam super arenã:& descẽdit pluuia,& uenerũt flumina, & flauerunt uenti,

Universidad de Deusto
Biblioteca

27 & irruerũt in domũ illã, & cecidit, & fuit ruina eius magna. ◤ Et factũ ē cũ
cõsummasset IESVS uerba hæc, admirabãtur turbæ sup doctrina eius: erat
enim docens eos sicut potestatẽ habẽs, & nõ sicut scribæ eorũ et pharisæi. 40

ANNOTATIONES BREVES XIX. CIRCA LITERAM CAP. VII.

1 & non iudicabimini
ἵνα μὴ κριθῆτε
ut non iudicemini
1 iudicabimini
– nolite cõdẽnare, et
nõ cõdẽnabimini.
2 iudicaueritis
κρίνετε
præsens
3 mensi fueritis
μετρῆτε
præsens
3 remetietur
μετρηθήσεται
mensurabitur
passiuum
5 non uides?
ὃν κατανοεῖς,
non consyderas?
5 fratri tuo,
– frater
16 homines,
* οὕτως
sic
18 Quàm angusta
τί στενὴ
23 mala
σαπρὸν
marcida
& infra.
25 excidetur
mittetur
ἐκκόπτεται
βάλλεται
præsentia
28 qui in cœlis est
– ipse intrabit in
regnum cœlorum.
31 à me
– omnes
32 uerba
τοὺς λόγους
& infra.
32 assimilabitur
ὁμοιώσω αὐτὸν
assimilabo eum
33 sapienti
φρονίμῳ
prudenti
36 similis erit
ὁμοιωθήσεται
assimilabitur
39 admirabantur
ἐξεπλήσσοντο
obstupescebant
40 scribæ
– eorum & pharisæi.

COMMENTARIVS IN CAPVT SEPTIMVM.

Vi nihil euenire putat, nisi aut uolẽte prouidẽtia, aut pmittẽte, haud facile iudicat, condẽnat'ue, et maxìe in ijs, quæ manifeste nõ sunt cõtra diuina mandata: quod si iudicet, nõ psonas, sed facta, mala esse iudicat: cum necꝫ etiam hæc priuati iudicare & cõdemnare debeãt, sed ij quibus ipsa iudicãdi aut cõdemnandi potestas publice delegata est, qui profecto non suum, sed dei iudicium faciunt, legisꝫ condemnationẽ exercent, quẽadmodũ
2. Paral. 19 Iosaphat asserit in Paralipomenis: Videte, ait, quid faciatis: non enim hoĩs exercetis iudiciũ, sed domini. Priuata ergo & præsumpta iudicia, & temerarias aliarũ psonarũ cõdemnationes prohibet dominus, cum subdẽte Matthæo, ait. ◤ Nolite iudi
61 » care, & nõ iudicabimini. Nolite cõdemnare, & non condemnabimini. In quo enim
» iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mẽsura mẽsi fueritis, remetietur uobis.
» Quid autem uides festucam in oculo fratris tui, & trabẽ in oculo tuo nõ uides? Aut
» quomodo dicis fratri tuo, frater sine eijciã festucam de oculo tuo: & ecce trabs est
» in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc uidebis eijcere
» festucam de oculo fratris tui. ◤ Cur ipsi fratrem iudicamus, cur condemnamus eum: quorum nequaquàm interest iudicare & condemnare, sed dei, & eorum quibus ipse facultatem dederit? Nosse enim debemus, quæcunque fecerimus alijs, eadem nobis quoque deũ esse facturum: nam si miserti fuerimus aliorum, & deus miserebitur nostri: si uero inclemẽtes fuerimus alijs, & ipse nos sua priuabit clemẽtia. Quare si iudicauerimus aliorũ cõscientias, aut cõdemnauerimus, & ipse nostras iudicabit & cõdemnabit, nisi eidẽ legitima expiatiõe legis suæ satisfecerimus: multorum enim sumus conscij omnes. Et cur etiam attendis in fratre leue quippiã quod reprehẽdas aut dãnes: in te autẽ ipso graue delictũ non attẽdis? Nonne qui sic alienorum non dictorũ modo, aut factorũ explorator est & cẽsor, sed etiã personarũ: seipsum simulat iustum, cum fictor sit & hypocrita? Et quomodo insup perspicere possit

possit ad iudicandam alienã conscientiam, quisquis propriã habeãt grauiore culpa excæcatam? Qui ergo alios iudicaturi sunt, pura conscientia sint necesse est, ut syncere uidentes nihil habeant q̃ iudiciũ impedire possit, quod facere nõ debent, nisi superioris authoritate freti, aut certe fraterna charitate directiõis gratia præmoti: nã à priuata temeraria ꝫ censura alienæ uitæ, in totũ abstinendũ est. Festuca, leue delictũ. Trabs, graue. Oculus, conscientia. Frater, proximus, quicunꝫ fidelis. Quitamen alios iudicare, corrigere, emendare, & possunt & debent, homines spirituales sint oportet, diuinæ lucis, diuinorũꝫ munerũ participes, & sacram rerum nacti intelligentiam. Veruntamen has mysticas sacrasꝫ rerum intelligentias, hæc spiritualia sensa, & tales desuper infusiones, inuidis & impuris hominibus referare nõ
» debent: quod hic per Matthæũ subnectit dominus, dicens. ◤ Nolite sanctum da- 62
» re canibus, necꝫ mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas
» pedibus suis, & canes conuersi dirumpant uos. ◤ Sanctum, mystica dona. Canes maleuoli & inuidi. Margaritæ, intelligentiæ spiritus. Porci, carnales, impuri & immundi. Dare, mittere, pandere, cõmunicare: nam cum hæc cõmunicantur inuidis, liuore perciti insurgunt in eos qui communicant, & nituntur illos omni malo afficere: hoc enim est eos dirumpere & discerpere. Cum uero impuris, & hi quoqꝫ continuo illa suis spurcitijs inquinant & prophanant: & hoc est, pedibus suis conculcare. Proinde de his mysterijs diuinus Dionysius ad Timotheũ loquens, dice- Cæl. hie. 3
bat: Tu autem o fili, iuxta quod sancit nostra pijssima & sacrosancta traditio, & ipse quæ sancte dicuntur, congrua suscipe pietate, ac diuina discendo diuinus efficere: & sancta mentis recessibus condens, ea ut eximia & coniungendi nos deo uim habentia singularem, à prophana multitudine inuiolata custodi: nefas enim est, ut sacra testantur eloquia, spiritualium margaritarũ purissimum illum ac permixtiõis ignarum, perlucidumꝫ decorem, & ornatum totius uenustatis authorem, in porcos abijcere. Sed hæc sancta & sublimia quo pacto spirituales sibi comparare ua-
» leant, insinuat in hoc Matthæi Euangelio dominus, cum dicit. ◤ Petite & dabitur 63
» uobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit acci
» pit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo, quẽ si
» petierit filius suus panẽ, nunquid lapidẽ porriget ei? Aut si piscẽ petierit, nunquid
» serpentẽ porriget ei? Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris
» quanto magis pater uester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? ◤ Quidam quærẽdo à deo, hæc diuina munera assequunt. Si quis (inquit scriptura) indiget sapientia, postulet à deo, qui dat oĩbus affluenter, & nõ improperat. Quidã uestigando, & maxime in amplissimo illo sacrarũ scripturarũ campo discursando, has sanctas intelligentias, uerũ solidumꝫ animæ pastũ cõperiunt. Alij contemplatione & oratione pulsando, uscꝫ ad diuinũ conclaue perueniunt, & eis aperitur, & uident & audiunt arcana ineffabilia. Scio (inquit Paulus) hominẽ in CHRISTO, ante an- 2. Cor. 12.
nos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus nescio, deus scit: raptũ huiusmodi uscꝫ ad tertiũ cœlum. & subdit: Et audiuit arcana uerba, quæ nõ licet homini loqui. Et quis est qui si oratione à deo petierit mentis alimoniã, spiritualemꝫ cibũ diffidat illũ sibi ab eo dari qui pater est spirituum, & absolute omnium optimus pater: cũ patres corporum, etsi mali sint, petentibus tamen à se corporalem alimoniã nunquã præbeant oppositum? Nam multo magis deus bona, spiritualiaꝫ dona largietur. Quare si diuina assecutus sis, si quis te roget, & precibus pulset, & hãc quoqꝫ ne deneges ei alimoniã, id est mentis ambrosiam, uitæꝫ pabulum. Alioquin & petenti tibi denegaturus est dominus. Proinde per Matthæum dat nobis dominus
» uniuersalem doctrinam, legem ac regulam, dicens. ◤ Omnia ergo quæcunque 64
» uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis: hæc est enim lex & prophetæ.
» ◤ Facienda non sunt alijs quæ nollemus nobis fieri, non solum ab hominibus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſed etiam à deo, nam dictũ eſt: In qua menſura menſi fuertis, remetietur uobis. Et
quis remetiẽs? Deus, qui iuſtus eſt in uindicandis malis, & miſericors in rependẽ
dis bonis. At nunq̃ uellemus homines nobis malũ quodcũq̃, aut corporale, aut ſpi
rituale inferre: neq̃ ergo alijs unq̃ malũ inferamus quodcunq̃. Et qui hãc implet
regulã, legẽ implet & prophetas, nam uult ab alijs diligi, ergo alios diligit: nõ uult
ſibi furtum fieri, ergo neq̃ furtum alijs facit. Nõ uult occidi, ergo neq̃ occidit. Nõ
uult ſua concupiſci, ergo neq̃ concupiſcit aliena. Et hæc uoluntas ad proximũ or
dinata eſt, ſed & eam erige: & quæ nolles à deo tibi fieri, ea ne in deũ feceris. No
les aũt inhonorari, noli ergo inhonorare deũ: ſed eũ pro uiribus, imo etiã ſupra ui
res, honora. Nolles te odio haberi, noli ergo odire ipſum: ſed eum ſupra oĩa dilige
Nolles ferus, crudelis, iniuſtus q̃ exiſtimari: ſenti ergo de deo in omni bonitate, ſu
per oẽm benignitatẽ, clementiã, iuſticiã, & ſic in cæteris. Quod ſi deũ, oĩm iſtorũ
regulã facis, hæc eſt ordinata ad deũ uolũtas. Et hæc regula uniuerſam legem am
bit & prophetas. Verũ ea quæ à dño expreſſa eſt, ex nobis ipſis, qui nobis notiſſi
mi ſumus, ſumitur, & ſurgere docet ad ueritatẽ: & adhuc imperfectorũ eſt, qui ſe a
gendorũ regulam faciunt: perfectorum autem & ſpiritu conſummatorũ ueritas re
gula eſt, nõ ueſtigium, qui deum attendentes, omnem iuſticiam ſuam faciunt, quia
deus eſt totius iuſticiæ bonitatis q̃ ueritas. At uero ſiue deũ ſpectantes, quod eſt p
fectorũ: ſiue nosipſos, quod eſt incipientiũ, hanc regulã impleamus, per anguſtam
intramus portã: huius ſiquidem obſeruatio, anguſta porta dicitur. Qua propter ut
56 „ reſerat nobis Matthæus, ſubdit dominus. ¶ Intrate per anguſtam portam, quia la
„ ta porta & ſpacioſa uia eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per
„ eam. Quàm anguſta porta & arcta uia eſt, quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui in
„ ueniũt eã? ¶ Anguſta porta (ut dictũ eſt) huius regulæ: Omnia quæcunq̃ uultis, ut
faciant uobis homines, & uos facite illis, obſeruatio eſt. Via ſtricta, uia ſpũs, Euan
gelij ingreſſio. Lata porta, illius regulæ ſolutio, cũ ſcilicet hoĩes, quæ nollẽt ſibi fie
ri, alijs faciunt. Spacioſa uia, uia carnis, & ſecundũ mundũ inceſſio. Illam & illam
intrare & inuenire, eſt prædictã regulam obſeruare, & ſecundũ Euangeliũ ambu
lare. In hanc & hanc intrare, eſt eam regulã uiolare, & ſecundum mundũ incedere
Vita, uita æterna. Perditio, mors æterna. Porro anguſta & arcta, ſiue ſtricta uia illa
dicitur, quia pauci incedunt per eã: pauci enim per Euangeliũ incedunt: pauci per
CHRISTVM, qui uia ipſa eſt, hæc cõtra, lata & ſpacioſa, quia multi ambulant per
eã: multi enim per carnem ambulant, multi per mundũ, qui uia ſpacioſa eſt. Illa du
cit ad uitã, & eã quidem æternã: hæc ad perditionẽ atq̃ mortẽ, & eã quidẽ ſempiter
nã. Illa porta, naturalis iuſticia eſt: hæc, cõtra naturæ iura iniuſticia. Illa uia, concu
piſcẽtiarũ mortificatio eſt: hæc, exuſcitatio & uiuificatio. Cæterũ ex illa regula, pxi
mũ reſpiciente, ad eam progredimur, quæ deũ reſpicit, & quæ p aditũ pfectæ imi
tationis docet ingredi: quæ & anguſtior eſt, quia pauciores inueniũt eã, ingredium
turq̃ p ipſam. At ſiue hanc, q̃ deũ reſpicit, ſiue illã quæ proximũ, hoĩes inueniãt, dei
donũ eſt: ſed hæc maius donũ ac diuinius: illa minus & naturale, aut certe naturæ ui
cinius. Contendamus igitur, ſi poſſumus, magis eſſe pfecti, ſicut pater noſter cœle
ſtis perfectus eſt, & anguſtiorẽ, imo anguſtiſſimũ ſequi callẽ: qui ſi attritu paucio
rũ anguſtus eſt & arctus, charitate tamẽ latiſſimus eſt & ſpacioſiſſimus. Sũt aũt q
ementiũtur ſe per anguſtã uiã incedere, ſanctimoniã foris ſimulantes: animo aũt
latiſſimum deuiũ intrantes, nullũ non facinus admittũt, mõ ſuam uelare poſſint ma
liciam, quos ſummopere (interprete Matthæo) cauendos hortatur dominus dicẽs
66 „ ¶ Attendite à falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intrinſe
„ cus aũt ſunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoſcetis eos. Nunquid colligunt
„ de ſpinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: ma
„ la autem arbor, malos fructus facit. Non poteſt arbor bona malos fructus facere.
neq̃

neq̃ arbor mala bonos fructus facere. ¶ Falſi, pphetæ, hypocritæ, ſanctimoniæ uí
tæ ſimulatores. Veſtimẽta ouiũ, exterior ſimplicitas. Lupi rapaces, noxiæ cupidi
tates. Fructus, opera. Spinæ & tribuli, malæ concupiſcẽtiæ. Vuæ & ficus, bona do
ctrina, & bona opera. Arbor bona, bonus homo, bonum cor, bona uolũtas. Arbor
mala, malus homo, malum cor, mala uoluntas. Hi hypocritæ, à uiris ſpiritualibus fa
cile cognoſcũtur ex operibus ipſis. Nã ex ſpinis & tribulis, id eſt ex cõcupiſcentijs
auaritiæ & rapinæ, & alijs noxijs cupiditatibus, nõ poſſunt bona opera prouenire:
ut potari ſitiẽtes, ac fluẽtis ſacræ doctrinæ irrigari, quod ẽ uuas colligere: & fame
licos paſci, ſolidumq̃ cibũ ſcripturæ diuinæ recipere, quod eſt colligere ficus. Qua
propter opera eorum ſunt, terrena congregare, & clam rapere, ac uoluptatibus in
dulgere. At contra qui per anguſtã in ueritate gradiuntur uiã, non poſſunt niſi bo
na docere, niſi bona opera facere. Quid enim uitis faciat, niſi uuas; & ficus, niſi fi
cus? Quid bonæ uolũtates, ſanctæq̃ deſideria, niſi bona & omnis uirtutis opus ac
gratiæ? Cæterũ quis eos qui ſic per latam incedũt uiam, maneat finis, ipſis & omni
„ bus per Matthæũ declarat dñs dicens. ¶ Omnis arbor quæ nõ facit fructũ bonum 67
„ excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoſcetis eos. ¶ Ex
oppoſito ſequitur, quod nulla arbor, quæ facit fructũ bonum, abſcindetur, ut in ig
nem mittatur & intereat, ſed potius de terra morientium transferetur in terram ui
uentiũ, ut fructũ afferat ſempiternum. At omnis arbor quæ nõ facit fructum bonũ,
ſed malum profert fructũ, abſcindetur ut intereat: & in ſuppliciũ mittetur æternũ
ut nullum amplius fructum afferat. Vt aũt arbor mala e fructu cognoſcitur malo,
ita mali quoq̃ homines, ſiue hypocritæ ſint, falſiue prophetæ, ſiue manifeſte mali,
id eſt, nullatenus maliciam ſuam diſſimulantes, ex operibus cognoſcuntur malis.
Nequaquã tamen ſiue hos, ſiue illos protinus iudicare, aut cõdemnare debemus:
tametſi manifeſte cognoſcamus opa eorũ eſſe mala: quin potius ipſorum cõmiſe
reſcendũ eſt, precandumq̃ ut deus ipſos miſericorditer reſpiciat, & ſic eos conuer
tat, ut reſipiſcant ad pœnitentiã: quemadmodũ & deũ cupimus noſtri miſereri, &
nos ad bonũ cõuertere. Forſitã enim deus, q uere miſericors eſt, dabit illis pœnitẽ
tiam ad cognoſcendam ueritatẽ, & reſipiſcent à diaboli laqueis, nam ſi ſe emunda
uerint ab operibus mortuis, erunt (ut diuinus ait Paulus) uas in honorem ſanctifi- 2. Timo. 2.
catũ, & utile domino ad omne opus bonum paratũ. Ergo opera cognoſcere debe
mus, ut uitemus mala, & amplectamur bona, non ut perſonas iudicemus ac dãne
mus. Iudicabit enim omnes deus, & ipſius eſt iudiciũ & cõdemnatio. Proinde pdẽ
„ te Matthæo, ſubdit. ¶ Nõ oĩs qui dicit mihi dñe domine, intrabit in regnũ cœlorũ 68
„ ſed qui facit uoluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnũ cœlorum
„ Multi dicent mihi in illa die: domine domine, nõne in nomine tuo prophetauimus
„ & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et
„ tunc confitebor illis, quia nunq̃ noui uos. Diſcedite à me omnes qui operamini in
„ iquitatem. ¶ Qui dicunt domine domine, & nõ intrant in regnũ cœlorũ, ſunt q ſe
noſſe deũ uerbis cõfitentur, factis aũt pernegant: nimirũ ſimiles ſeruis improbis,
qui confitentes quidem & agnoſcentes dominos ſuos, ſed eorum quæ illi uolunt
nihil facientes, beneficia, libertatemq̃ ab eiſdem petũt. Ideoq̃ ut hi à libertate ex
cluduntur, & merito quidẽ, ſic & illi quoq̃ à regno cœlorum. Et contra, ut ſerui cõ
fitentes dominos ſuos, & uoluntatẽ eorũ facientes, gratiã conſequuntur libertatis
& hoc bonitate dominorũ: ita etiã qui deũ confitentes agnoſcentesq̃ uoluntatem
eius faciunt, intrabunt in regnũ cœlorũ: nõ præſentis tantum, ſed futuri quoq̃ ſecu
li, donati perpetua libertate, & gaudio perhenni: quſa libertas & gratia domini ſui
eſt gaudiũ ſempiternum. Sed & horũ dei eſt in ſalutem iudicium, qui in die iudicij
malos ſeruos cõdemnabit, dicẽs eis: Diſcedite à me oẽs qui operamini iniquitatẽ
Diſcedi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Discedite à me, abite à me. Quo? in ignem æternũ, qui parátus est diabolo & an-
gelis eius. Quare? quia non fecistis uoluntatẽ patris mei, dei uestri, qui in cœlis est
quẽ nihilominus confitebamini & agnoscebatis dominũ. Et si prophetarunt, dæ-
monia eiecerũt, & multas uirtutes in nomine eius operati sunt, hoc est (si id in para
bola intelligendũ sit, quia dominus loquitur, nõ Euangelista) si prædicauerunt &
exhortati sunt, si multos à peccatis resipiscere fecerunt, si in nomine eius plurima
beneficia alijs cõtulerunt: non tamen donis illis ad uoluntatẽ domini sui, sed ad suã
ipsorũ usi sunt: aut illa habentes, à peccatis non temperauerũt; perinde ac mali ser
ui, qui rebus dominorũ suorũ nõ ad illorũ, sed ad suam ipsorũ utuntur, aut potius
abutuntur uoluntatem. Quare ut dura istis sentẽtia ea est, qua audiũt se repelli à do
minis suis, neq; amplius adscribi numero seruorũ; ita durissima illis ea erit, qua di-
cetur à domino dominorum, nunq; noui uos, & discedite à me. A quo nõ nosci, est
reprobari & libro uitæ non inscribi: & à quo discedere, est in gehennam æternam
mitti. Hactenus de malis seruis, quibus etiam dominus magna & insignia commi
sit dona, ad bene beateq; uiuendũ & utendũ: sed peruerse & uixerunt & eisdẽ usi
sunt. Nunc de bonis & fidelibus seruis aperiente Matthæo subdit dominus, dicẽs
69 „ ¶ Omnis ergo qui audit uerba mea hæc, & facit ea, assimilabitur uiro sapienti, qui
" ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & uenerũt flumina, &
" flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat su-
" pra petram. ¶ Audire uerba CHRISTI, est ea in corda recipere. Facere illa, est ea
opere adimplere. Vir sapiẽs, imitator CHRISTI, Vir uere spũalis, domus, anima
Petra, CHRISTVS sermoq; eius, Pluuia, minores mũdi tentationes. Flumina, ma
iores. Venti, tentationes diaboli & fortissimæ suggestiones. Fundamentũ, uerbũ
dei, CHRISTVS dominus. Ergo qui uult ædificare in hoc mundo animam suam,
templum dei, uerba Euangelica in cor suum admittat. Ea factis impleat. Imitetur
CHRISTVM. Oĩa sua opera in eum iactet, & propter ipsum faciat. Non honori-
bus, non diuitijs mundi, non deniq; uoluptatibus ullis, sed solo CHRISTO moue
atur ad operandum. Nullis cedat tentationũ turbinibus, & malignarum suggesti-
onũ quantũlibet fortiũ insultibus: & erit tẽplũ dei firmissimũ, super CHRISTVM
firmissimã petrã ædificatũ. Huic quoq; paratũ est regnũ cœleste, ubi diuini ædificij
reuelatũ est fundamentũ. Sunt aũt qui tametsi uerba dei in cor suũ admittant, id est
intelligant, nõ tamen faciunt ea: quibus uero hi similes sint, adducit Matthæus do
70 „ minũ id aperientẽ, ac dicentẽ. ¶ Et oĩs qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, si-
" milis erit uiro stulto, qui ædificauit domũ suam super arenam, & descendit pluuia,
" & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domũ illam, & cecidit, & su
" it ruina eius magna. ¶ Vir stultus, uir diaboli imitator. Arena, aliud à CHRISTO
fundamentũ. Casus, mors, interitus. Ruina magna, præcipitatio ad inferos. Ergo
q intelligit mãdata dei, & nõ facit ea, uir est dissimilis CHRISTO, & similis diabo
lo, q primus cũ uolũtatẽ dei ĩtelligeret, illã nõ fecit. Et qui ædificat animã suã sup
se, opa sua & seipsum respiciendo, & illa propẽ se faciendo, & propter opes, hono
res, uoluptates, super arenam ædificat. Oĩbus tentationibus patet. Minores sentit
Maioribus cõcutitur. Et demũ impetu malignorũ uictus morte cadit, & in profun
dissimũ æterni supplicij barathrũ corruit. Et hæc est ruina, qua nulla formidabilior
nulla potest esse maior. Atq; hic illius admirabilis, & diuinitate plenissimi sermo-
nis dñi in mõte habiti finis: quẽ discipuli, id est, spũales & perfecti; in mõte, hoc est
altiore intelligentia: & turbæ, id est rudes & nondum spiritu consummati; in pla-
nitie, id est inferiore intelligentia capere debent. Illi, ad perfectionẽ & cõsumma-
tionẽ: isti primum ad illuminationẽ, & subinde ad purgationem. Cæterũ illi glori
ficare debent deũ; isti bonitatem dei in admirabili, potenti & uiuifica doctrina eius
admi-

admirari. Quod audito hoc sermone fecerunt turbæ, dicẽte Euãgelista Matthæo:
" ¶ Et factũ est cũ consummasset IESVS uerba hæc, admirabantur turbæ super do- 17
" ctrina eius, Erat enim docẽs eos sicut potestatem habẽs, & nõ sicut scribæ & pha-
risæi. ¶ Merito turbæ, & qui aduenerant populi, diuinũ admirabantur sermonem,
ut oculi insolitam lucẽ, & aures nunquã prius auditã harmoniam. Adaugebat autẽ
admirationẽ doctrinæ, uirtus miraculorũ, & potestas, qua uerbo poterat omnia, &
morbos curare, & dæmones expellere, ut ipsi nouerant. Quia scribæ & pharisæi,
quamuis eos docerent: nullã tamen diuinorũ operũ potestatẽ habebant, qua dicto
rũ suorũ fidẽ astruerent: nihil enim isti poterant. At ille uel solo uerbo poterat om
nia. Nec mirũ cũ de eo scriptũ esset: Dominus iudicabit fines terræ, & dabit impe- 1. Reg. 2.
riũ regi suo, & sublimabit cornu CHRISTI sui. Hoc imperiũ designat illa mirifica
potestatẽ. Et alibi: Et stabit, & pascet in fortitudie domini, in sublimitate nominis Mich. 5.
dei sui. Quid est in fortitudine dñi, in sublimitate nominis dei sui, nisi in potestate
& excellentia nominis cœlestis patris sui, in cuius nomine uenerat, & se uenisse po
testate, uirtutibus & signis testabatur? Ergo eius qui sic in potestate, ut etiã possit
oĩa, docet doctrinã recipiẽtes, & receptã, siue altiori, siue humiliori captu adimplẽ
tes: demus æterno patri misericordiarũ, qui nos & corda nostra p filiũ suũ & spũm
sanctũ, ad tam uitalem doctrinam illuminauit, & ad tam sublimẽ intelligẽtiam sub
uexit, confessionẽ: & pro uirili, imo supra uires nostras spiritu eius in nobis operã
te, gloriam, & honorem, & gratiarum actionem, in secula seculorum. Amen.

CAPVT OCTAVVM.

CVm autem descendisset de monte, secutæ sunt eũ turbæ mul- 72
tæ: & ecce leprosus ueniens, adorabat eum, dicens: Domine,
si uis, potes me mundare. Et extendens IESVS manum, tetigit
5 eum, dicens: Volo. Mundare. Et confestim mundata est le-
pra eius. Et ait illi IESVS: Vide nemini dixeris, sed uade ostende te sa-
cerdoti, & offer munus tuum, quod præcepit Moyses in testimonium il-
lis. ¶ Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum centu- 73
rio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paraly-
10 ticus: & male torquetur. Et ait illi IESVS: Ego ueniam, & curabo eum. Et
respondens centurio, ait: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum
meum, sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo
sum sub potestate constitutus, habẽs sub me milites, & dico huic, uade, &
uadit: & alio, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens aũt IE-
15 SVS miratus est, & sequentibus se dixit: Amẽ dico uobis: Nõ inueni tan
tam fidem in Israel. Dico aũt uobis, quod multi ab oriente et occidente ue
nient, & recũbent cũ Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorũ: filij autẽ
regni eĩcientur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium,
Et dixit IESVS, centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus
est puer ex illa hora. ¶ Et cum uenisset IESVS in domũ Petri, uidit socrũ 74
20 eius iacentem & febricitantem, & tetigit manum eius, & dimisit eam fe-
bris, & surrexit & ministrabat eis. ¶ Vespere autem facto, obtulerunt ei 75
multos dæmonia habentes, & eĩciebat spiritus uerbo, & omnes male ha
bentes

bentes curauit, ut adimpleretur quod dictũ est per Esaiam prophetam di
centẽ: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit.
26 ¶ Videns aũt IESVS turbas multas circum se, iussit discipulos ire trãs fre- 25
tum. Et accedens unus scriba, ait illi: Magister sequar te quocunq; ieris.
Et dicit ei IESVS: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: filius au
tem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. Alius autẽ de discipulis
eius ait illi: Domine, permitte me primũ ire, & sepelire patrem meum. IE
SVS autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. 30
27 ¶ Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: & ecce mo
tus magnus factus est in mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus: ipse ue
ro dormiebat. Et accesserunt ad eũ discipuli eius, & suscitauerunt eũ, di-
centes: Domine, salua nos, perimus. Et dicit eis IESVS: Quid timidi estis
modicæ fidei? Tunc surgens imperauit uentis & mari, & facta est trãquil 35
litas magna. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia uẽ
28 ti & mare obediũt ei? ¶ Et cũ uenisset IESVS trans fretũ in regionem Gera
senorũ: occurrerunt ei duo habẽtes dæmonia de monumẽtis exeũtes, sæ-
ui nimis, ita ut nemo posset trãsire per uiã illã. Et ecce clamauerũt, dicen-
tes: Quid nobis & tibi IESV fili dei? Venisti huc ante tempus torquere 40
nos. Erat aũt nõ lõge ab illis grex multorũ porcorũ pascens. Dæmões au
tem rogabant eũ, dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregẽ porcorũ.
Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos. Et ecce magno impetu
abijt totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. Pastores au
tem fugerunt, & uenientes in ciuitatem nũciauerunt hæc omnia, & de his 45
qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exijt obuiã IESV: & uiso eo
rogabant eum ut transiret a finibus eorum.

ANNOTAT. BREVES XXXI CIRCA LITERAM CAP VIII.

4 Mundare
καθαρίσθητι
mundus esto
6 munus – tuum
6 Moyses
μωσῆς
8 centurio
ἑκατόνταρχος
9 male
δεινῶς
grauiter, acerbe
10 dignus
ἱκανὸς
idoneus, sufficiens
11 dic uerbo
εἰπὲ λόγῳ
13 alio
alij
19 puer * αὐτοῦ eius
19 ex illa hora
ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ
in hora illa
19 hora
* ⊂ ὑποκρίσας ⊃
ἑκατόνταρχος εἰς τὸν
οἶκον αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ
ὥρᾳ εὗρε τὸν παῖδα
ὑγιαίνοντα
Et conuersus
centurio in
domum suam in eadem ho-
ra, inuenit puerum sanum
24 ægrotationes – nostras
25 iussit – discipulos
25 trans fretum
εἰς τὸ πέραν
in ulteriorẽ ripã
& infra.
28 hominis
τοῦ ἀνθρώπου
28 caput – suum
31 in nauiculam
εἰς τὸ πλοῖον
in nauem
& infra.
33 accesserunt
– ad eum
discipuli eius
eis – IESVS
35 imperauit uentis
ἐπετίμησε τοῖς ἀνέμοις
increpauit

increpauit uentos
36 Qualis
ποταπὸς
Gerasenorum
Γεργεσηνῶν
41 erat autem – non
42 si eijcis nos – hinc
42 mitte nos
ἐπίτρεψον ἡμῖν
permitte nobis
* ἀπελθεῖν abire
43 Ite
ὑπάγετε
abite
43 in porcos
εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων
in gregem porcorum
44 grex * τῶν χοίρων porcorũ
46 obuiam
εἰς συνάντησιν
in occursum

COMMENTARIVS IN CAPVT OCTAVVM.

PAulo ante quomodo dominus doceret, ut potestatẽ habẽs, & nõ si-
cut Scribæ & Pharisæi, qui nihil poterãt, dictũ est; hic nõnulla pote-
» statis eius signa Matthæus declarat. Quorum primũ est. ¶ Cum au 32
» tẽ descẽdisset IESVS de mõte, secutæ sunt eũ turbæ multæ. Et ecce
» leprosus ueniens adorabat eum, dicẽs: Domine, si uis potes me mundare. Et exten
» dens IESVS manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et cõfestim mũdata est
» lepra eius. Et ait illi IESVS: Vide nemini dixeris, sed uade, ostende te sacerdoti, &
» offer munus tuũ, quod præcepit Moses, in testimonium illis. ¶ Dominus descẽdit
de monte. Venit leprosus non sine humilitate, non sine fide: nam nisi humilitatẽ ha
beret, nequaquã prostratus in terrã, adoraret eum, nisi fidem, nõ diceret: Domine,
si uis, potes me mundare. Per quæ uerba etiã uoluntati eius se prorsus cõmittebat,
cum dicebat: Si uis. Et nisi tales dominus absolute uellet, nõ diceret: Volo, subdẽs,
καθαρίσθητι, id est, mundus esto. Sed & hoc corporis uitium erat eiusmodi, quod ma-
gna legis iustificatione egebat, priusquàm legitime purificatũ cẽseretur; ut Leuiti-
ci. 14. scribitur. Idcirco mundata lepra, misit eũ dominus ad sacerdotem, ut legis or-
dinationi satisfaceret. Hoc ergo nõ solum historia est, sed etiam mysteriũ. Mõs, cœ
lum significat. Descẽsus domini, diuinæ ad nos misericordiæ accessionẽ. Planities.
mundum. Turbæ sequentes, ex descensu diuini fauoris fidelium multitudinem. Le
prosus accedens, peccatorem reuertentem: & talem quidem, qui mereatur à cõsor
tio sanctorum eijci. Quod leprosus adorat, peccatoris humiliationẽ. Quod ait, do-
mine, seruitutis agnitionem. Quod adiungit, si uis, uoluntati diuinæ submissionẽ.
Quod subdit, potes me mundare, omnimodam in dei potestate fidem. Extẽsio ma
nus IESV, CHRISTI benignitatem & misericordiã. Tactus, iustificationẽ. Silen
tium benefacti, gloriam non esse quærendam, Ostẽsio sacerdoti, confessionẽ, & ri-
tu nouæ legis peccati detectionẽ, Oblatio muneris, testimoniũ diuini beneficij per
cepti, & gratiarum actiõis signum. Quæ omnia peccatori legitime iustificãdo ne-
cessaria sunt. Secundum signũ diuinæ potestatis à domino factũ, subdit Matthæus
» dicens. ¶ Cũ autẽ introisset Capharnaum, accessit ad eum centurio, rogans eum, & 33
» dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi
» IESVS: Ego ueniam, & curabo eũ. Et respõdens centurio, ait: Domine, nõ sum di
» gnus ut intres sub tectum meũ, sed tantũ dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam
» & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, ua
» de, & uadit: & alij, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem IE-
» SVS miratus est, & sequentibus se, dixit: Amen dico uobis, non inueni tantam fi-
» dem in Israël. Dico autem uobis, quod multi ab oriente & occidente uenient, & re
» cumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorũ: filij autẽ regni eijcien-
» tur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Et dixit IESVS cẽturio-
» ni: Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus ẽ puer ex illa hora. ¶ Hic cẽturio nõ
per se accessit ad dominũ, ex Luc. 7. sed per internũcios; quod humilitate factũ est. Luc. 7.
Et meipsum (inquit) nõ sum dignũ arbitratus, ut uenirẽ ad te. Et hoc insuper idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ostendit: Non enim sum dignus, ut intres sub tectum meum. Sed et plenam fidē se habuisse declarauit, cū dixit: Tantū dic uerbo, & sanabitur puer meus, & tantā etiā fidem, quæ CHRISTI diuinitatē testaretur, ut quē æque absentē corpore atq; præsentem nihil dubitaret uel solo uerbo posse curare puerū, id est ex Luca, seruū suū,
Psal. 111. quod dei propriū est, de quo propheta ait: Ipse dixit, et facta sunt. Hic autē cēturio
Psal. 135. alienigena, nō Israēlites erat, uerū ipsi etiam Israēlitæ, qui uirtutes & miracula domini uiderāt, non tā alte de diuinitate eius senserāt. Quapropter admiratus dominus, admiratiuo similis, ut cui nihil mirabile est, & q̄ facit mirabilia magna solus, sequentibus se dixit: Amen dico uobis, uō inueni tantam fidem in Israēl. Nō quod in uirgine deipara, in Ioseph per angelos diuinorū cōscio, in Ioāne Baptista, ī Simeone, & similibus nō fuerit tāta, imo maior fides. Nā quod hic dictū est, de populo Iudaico intelligitur, & ijs qui sanandorū languorū gratia ad dominum ueniebāt. Hoc historia est, & continet mysteriū. Cēturio, priorē ecclesiā Gentiū figurabat. Quod misit nūcios, quod nō existimauit se dignū, humilitatē. Puer, posteriorē in seruiturē lapsam. Paralysis, remissiorē, & iā pene deficientē fidē, & ad uitia procliuiorē uitā in posteriore, q̄ in priore ecclesia Gentiū. Potestas cēturionis, honorificentia prioris ecclesiæ Gentiū. Quod ait, tantū dic uerbo, fidē, & eā quidē in diuinitate CHRISTI. Admiratio IESV, testificationē, fidē gentiū esse potiorē, q̄ populi Hebræorum, cū contra esse oporteret. Quod subdit dominus, dico autē uobis quia multi ab oriente & occidente uenient, historiæ mysteriū insinuat. Veniētes ab oriente & occidente, gentes ab omni plaga mundi in filium dei credituras. Regnū cœlorū, paradisum, beatorūq; stationē. Filij regni, populū Hebræorū. Eiectio foras, reprobationem. Tenebræ exteriores, infernū. Fletus & stridor dentiū, supplicia gehennæ, & æternorū bonorū priuationē. Quod centurionis fides acceptatur pro puero, fidem prioris ecclesiæ gentiū, etiā posteriori prodesse, ut à miseratiōe diuina cōsequatur suorū delictorū medelam. Tertiū signū diuinæ potestatis CHRISTI adijcit Mat-
>4 „ thæus, dicens. ✓ Et cum uenisset IESVS in domū Petri, uidit socrum eius iacentem
» & febricitātem: & tetigit manum eius, & dimisit eam febris; & surrexit, et ministra-
» bat eis. ✓ Socrus Petri erat mater uxoris Petri, quā quidē uxorē et ipse CHRISTI fide flagrantē, postea præmisit ad martyriū. Per socrū, synagogā intelligere possumus. Per filiam eius, fidelem ecclesiam. Per Petrum, Christi uicarium. Per febres,
Luc. 4. & magnas quidē (dicente Luca, Socrus autē Simonis tenebatur magnis febribus) magnas rerū terrenarū cupiditates, quibus corda hominum æstuabāt. Per tactum CHRISTI cupiditatum extinctionem. Per dimissionem febris, plenā perfectamq; sanitatem. Per surrectionem e lecto, mentis subinde ad superna eleuationē, iā excusso rerū infimarum desyderio. Per ministrationē, CHRISTO exhibitā obedientiam & iugem cultum. Quotquot enim ex synagoga ad CHRISTVM uenerunt, à febre cupiditatū tactu diuinitatis eiꝰ sanati sunt. Quibꝰ extīctis, ipsi terrena deserentes, alta petierūt, & in domo Petri, id est in ecclesia dei, CHRISTO regi æterno sanctis operibus seruierūt. Quartū diuinæ potestatis eius signū adijcit Matthæus,
>5 „ dicens. ✓ Vespere autē facto, obtulerunt ei multos dæmonia habētes, & eijciebat
» spiritus uerbo, & omnes male habētes curauit: ut adimpleretur quod dictū est per
» Esaiam prophetā, dicentē: Ipse infirmitates nostras accepit, et ægrotatiōes nostras
» portauit. ✓ Obtulerūt domino dæmoniacos curādos, & uarijs infirmitatibus deten-
Mar. 1. tos. Quando? Facta uespera, & (ut inquit Marcus & Lucas) cum occidisset sol. Et
Luc. 4. solo uerbo à dæmoniacis, & ijs qui à dæmonijs torquebātur, spiritus ipsos potēter expellebat. Et oēs infirmitates sanabat, partim ut benignitatis suæ specimen nobis proponeret, partim ut prophetiæ de ipso scriptæ, intelligerentur impletæ: nā de eo
Esa. 53. scripserat Esaias, quod nūc cap. 53. sic legimus: Verē lāguores nostros ipse tulit, et dolores

dolores nostros ipse portauit. Quod non solum uerū est de languoribus & doloribus animarū, quos suis languoribus doloribusq; in passione, & morte sua abstulit, sed etiā de corporis. Nā suas beneficas uirtutes, & diuinitatis suæ potentiā nō solū ad sanāda corpora, sed ipsas quoq; animas, imo totū hominē adhibuit. Vespera facta, monstrare potest à deo auersionē, solis occasus, iusticiæ defectum. Oblatio, ad deum reuersionem. Dæmonia, grauia peccata conscientiā flagellātia. Infirmitates & ægrotationes, iniusticias animam sauciātes. Verbū domini, & curationis beneficium, magnā potentiam eius, & ineffabilē benignitatē: quam promptissime ostendit ad se reuertentibus, & opem suam implorantibus. Cæterū cū uidisset ingentem multitudinē ad se undiq; cōfluxisse, iussit discipulis suis, ut nauim cōscenderēt in ulteriorem ripā abituri. Quid autē interea, dum pergerent ad nauim, acciderit, aperit
» Matthæus, dicēs. ✓ Videns autē IESVS turbas multas circum se, iussit discipulos >6
» ire trans fretum. Et accedēs unus Scriba, ait illi: Magister, sequar te, quocūq; ieris.
» Et dicit ei IESVS: Vulpes foueas habēt, & uolucres cœli nidos; filius autē hominis
» non habet ubi caput suū reclinet. Alius autē de discipulis eius ait illi: Domine, per-
» mitte me primum ire, & sepelire patrē meū. IESVS autē ait illi: Sequere me, & di-
» mitte mortuos sepelire mortuos suos. ✓ Per Scribā designātur ij, qui petūt sequi CHRISTVM, tētatiōibus & dolis uicti. Volucres cœli & uulpes, dæmones. Nidi & foueæ, ambitiōes cupiditatesq; honorū, & pfundi doli ac uersutæ astutiæ. Filius hominis, CHRITVS. Caput eius, ipsius diuinitas. Reclinatio, inhabitatio. Tales ergo CHRISTVS repellit, ne se sequātur: qa in illis qui sequūtur eū, inhabitat ipsius diuinitas: in his autē nihil habet, in quo habitare possit: sed spiritus ambitionū fraudumq; & deceptionum in ipsis habitant: utpote in quibus nidos & foueas habeant. Qualis igitur esset scriba ille, & quales repellat CHRISTVS, ipse sua parabola expressit. At discipulus qui petebat à sequēdo dño tantisper absolui, donec sepelisset patrē, illi dissimilis erat, & in eo habebat dominus, ubi caput suū reclinaret. Quare per hunc designātur ij, qui cum neq; ambitiosi, aut uanæ gloriæ cupidi sint, neq; dolosi, deo in se gratum præbent hospitium: sed tētantur, ut à sedula oratiōe, lectiōe diuina, sancta prædicatiōe ad opera humanitatis in mūdo exercēda descēdāt: quæ dū cōpleuerint, intēdūt ad prioris uitæ delicias, solū sequēdo CHRISTVM, reuerti. Illud autem prohibet dns, quia ipsum deserendo ad humana opera uenire, etiam pietatē præ se ferētia, ē e uiuētibꝰ descēdere ad mortuos. Si ergo sequeris CHRISTVM, neq; parētū amor, neq; erga q̄ suis humanitatis officiū te à sequēdo illo deflectat. Nā parētes, et alij q nō sequūtur CHRISTVM, mortui sunt, sine ergo mortuos mortuis inuicē exhibere hūanæ necessitudis officia. Sed mirū fortasse uideat, quod uolētes sequi CHRISTVS repellit, nolētes retinet. Noli mirari, dominus est & nouit intus & in cute seruos. Quos uidet esse aptos, eligit, & retinet; nō tā nolētes, quàm uoluntate nutātes: quos aūt ineptos repellit, nō tam uolentes quàm uelle simulātes. Quomodo enim uellent sequi CHRISTVM, quorū uoluntas feratur in mundū & fallacias eius? Nolentem ergo quodāmodo retinet: & uolentem quodāmodo, repellit. Et ob id quoq; illud fecisse uidetur, ut ipso facto nobis ostēdat nostram salutem nō esse nostræ, sed diuinæ uoluntatis opus: nō nostræ, sed diuinæ uoluntatis electionē: ut superbona illa uolūtas, quæ est omnibus salus, qui se ei fideliter cōmittunt, ab omnibus glorificetur: non enim quia uolumus, sed quia deus uult, sperare debemus salutē. Nam qui suæ uoluntati fidit, arundini fidit: qui diuinæ, firmissimæ anchoræ: quæ fidētes potētissime, certissime, & indimobiliter ī regno beatorum figit. His positis, redit Matthæus ad sextū diuinæ potestatis eius nobis aperiendum signū, & ait. ✓ Et ascēdente eo in nauiculam, secuti sunt eū discipuli eius. >7
» Et ecce motus magnꝰ factus est ī mari, ita ut nauicula operiretur fluctibus: ipse uero

Universidad de Deusto
Biblioteca

dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eũ, dicentes: Do-
mine, salua nos, perimus. Et dicit eis IESVS: Quid timidi estis, modicæ fidei? Tũc
surgens imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro hoies mi-
rati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia uẽti & mare obediunt ei? ℣ Est mare. Est na
uis. In nauim dominus intrat: post quẽ & discipuli. In qua dominus dormit, etiam
Mar. 4. ex Marco ĩ posteriore parte nauis super puluinar reclinato capite. Fit magnus mo
tus in mari. Nauis operitur fluctibus. Excitant eum discipuli. Opẽ petunt, ut à peri
culo liberẽtur. Excitatus dominus imperat: siue quod uerius est, increpat uentos &
undas, & magna trãquillitate facta residẽt. Accusat discipulos pusillæ fidei. Magna
lia eius admirantur non modo illi, sed & qui in alijs erant nauibus. Hæc res pro ueri
tate sic gesta, aliud quod futurũ erat, ĩdicabat. Mare, mũdus. Nauis, ecclesia. CHRI
STVS, unicum ecclesiæ refugiũ atq; salus. Discipuli, uicarij CHRISTI, & quicq; fi-
deles. In naui dns dormit, & in puppi, & super ceruical, quando uicarij eius ipsum
postponunt, & in delicijs uiuunt. Venti, malignorũ spirituum flatus. Fluctus autẽ
operiẽtes, pericula ualida ecclesiã cõcutientia. Discipuli CHRISTVM excitãtes,
fideles, orationibus diuinã aurem pulsantes. CHRISTI excitatio, fideliũ à deo ex-
auditio. Imperiũ siue increpatio, uẽtos sedans, & procellas, diuinum desuper auxi-
lium. Accusatio pusillæ fidei, indicat ecclesiam ob fidei exiguitatẽ, & languentẽ in
eo fiduciam, hæc mala passuram. Quod aliæ naues similiter fluctuarent, aliarum na
tionum, quæ extra ecclesiam sunt, monstrabat motiones: quodq; dominus esset o-
mnium salus, & cunctis ob suam immensam & omnibus dominantem potentiam,
admirationi futurus. Et reuera suos tũc discipulos pusillæ fidei merito arguit: quia
ex mirabilibus, quæ iam fecerat, debuissent intelligere diuinitatẽ eius, & nihil time
re, ipso trãquàm deo præsente, siue uigilare siue dormire uideretur: id quod neq; in-
tellexere, neq; fecere. Et in hoc probata est eorũ fides, & etiam inuẽta infirmior. Si
ergo ecclesia nõ uelit motibus cõcuti, firma sit fide, & uigilẽt uicarij in prora nauis,
nequaquàm in delicijs puppis dormiẽtes. Quod si ad probationẽ commotionibus
agitetur, ad orationis opem cõfugiat: & neq; in se & suis uiribus, sed in CHRISTI
omnipotentia fidat, qui solo uerbo potest oia: neq; diffidat ullo pacto, & si CHRI-
STVS non attendere uideatur: hoc enim esset fidei pusillitas. Septimũ uirtutis eius
28 opus consequenter adducit Matthæus, sic inquiens. ℣ Et cũ uenisset IESVS trans
fretum in regionem Gerasenorum, occurrerũt ei duo habẽtes dæmonia, de monu-
mentis exeũtes, sæui nimis, ita ut nemo posset transire per uiam illã. Et ecce clama
uerunt dicentes: Quid nobis & tibi IESV fili dei? Venisti huc ante tẽpus torquere
nos? Erat autem nõ longe ab illis grex porcorum multorũ, pascens. Dæmones au-
tem rogabant eũ, dicẽtes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait
illis: Ite. At illi exeũtes, abierũt in porcos. Et ecce magno impetu abijt totus grex ꝓ
præceps in mare, & mortui sunt in aquis. Pastores autẽ fugerũt. Et uenientes in ci-
uitatem, nunciauerũt hæc omnia, & de his qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ci-
uitas exijt obuiam IESV. Et uiso eo rogabant eũ, ut transiret à finibus eorũ. ℣ Fre
tum siue mare, in qua iactata fuerat nauis, turbatis discipulorũ cordibus, erat mare
Tyberiadis, habẽs Capharnaum ex parte orientis: quo enauigato, uenit in regionẽ
Gerasenorũ, siue ut Græci legunt, Γεργεσηνῶν, Gergesenorum, unde Gerasení intel-
ligũtur ex altera parte siti. Porro uocabulũ ipsum colonos fuisse, & alienigenas in-
dicat. Cæterũ ex parte Decapoleos incoluisse, hoc argumẽto colligi potest, quod
dæmoniacus à legione, dei miseratione liberatus, iussus ut in domum suã reuertere
Mar. 5. tur, & annũciaret quãta fecisset illi dominus, abijt (dicit Marcus) & cœpit prædica-
re in Decapoli quãta sibi fecisset IESVS: & omnes mirabãtur, quod inditio est Ge
rasenos ĩ ea parte, id est ad occidentẽ sitos esse. In ea ergo regiõe occurrerũt domi-
no duo

no duo dæmoniaci atroces, & sæui admodum, è sepulchris prodeũtes: nõ quidem,
ut nocerent (nõ enim poterãt) sed ut etiam flagellatores eorum spiritus, qui iam ex
præsentia sui futuri iudicis magno terrore quatiebãtur, supplices deprecarẽtur pœ
nas, dicẽtes: Quid nobis & tibi IESV fili dei? Venisti huc ante tẽp9 torquere nos?
Filium dei nesciebant, sed suspicabãtur: sciebãt tamen futurum diem iudicij, in quo
tormẽta certo certius expectabãt. Et quid prorsus dominus facturus esset, ignora-
bant: timebãt tamen, ne si eos exire compelleret, in abyssum tormentorũ relegaret
ipsos. Et rogauerũt eum (inquit Lucas) ne imperaret illis, ut in abyssum irẽt, hoc est Luc. 8.
enim quod pauloante dicebãt: Venisti huc ante tempus torquere nos? Hoc itaq; di
cebant, exitum rei ignorantes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregẽ porcorũ. Mit-
te, non imperium dicit, sed permissionẽ: id aperiente Luca, ac dicente: Et rogabant
eum, ut permitteret eis in illos ingredi. Quinetiã uocabulũ ἐπιτρέπω, quo hic utitur
interpres Matthæi, sic scribens, ἐπίτρεψον ἡμῖν ἀπελθεῖν εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοιρῶν, id est
permitte nobis, ut abeamus in gregem porcorum, permitto significat. Quod autẽ
dominus ait: ite siue abite, imperij est, quod exirẽt: sed permissiõis est, quod in por-
cos intrarent: dicente eodẽ Luca. Et permisit illis. Ex quo intelligere promptũ est,
quod cum spiritus maligni intrant in homines immũdos, non mittit deus, sed per-
mittit: id ipsum efflagitantibus eisdẽ malignis spiritibus, quodq; sine diuino permis
su nõ possunt, ne in porcũ quidem, aut aliquod aliud uilissimum animal intrare: tan
to minus quæ bona sunt contingere. & insuper quod cum grassantibus bellis uirgi
num stuprationes, bonorum direptiões, prophanationes sacrorum, & alia nefanda
propter peccata cõmittuntur in populis: nõ iubet illa deus fieri, sed pmittit. Et ideo
iuste punit eos, qui malos puniũt. Quin & dæmonas, quos permittit solum, non au
tem adigit mala perpetrare, iustissimè in nouissimo die, uel quandocũq; ipse uolue
rit, puniet. Nam si quispiam dominus seruum iniquum haberet, uolentẽ cõseruum
suum etiã iniquũ percutere: cui rogãti, ut uoluntatẽ illam explere permitteret: re-
spõderet se nõ iubere tale quippiã, sed ipsius arbitrio relinquere, eũq; si uellet, illud
facere posse: se tamẽ iustũ esse, ipsum nõ ignorare: nonne talis dominus (& si per-
misisset, & nõ obstitisset malæ uoluntati serui illius) seruũ illũ conserui homicidam
iuste puniret? Ita profecto & deus, qui nõ nisi bonus & iustus agnosci potest, iustè
punit faciẽtes mala, siue hoies, siue dæmonas, & si pmittit. Dæmones ergo permis
sione diuina intrãt in porcos. Porci multi: nã ex Marco ferè bis mille, magno impe Mar. 5.
tu præcipitãtur in aquas, ibidemq; moriũtur. Pastores annunciãt ciuitati, & porco-
rum terrificã in aquas præcipitationẽ, & mirandam dæmoniacorũ liberationẽ. Ter
riti ciues, ubi uiderunt dominum huius facti authorẽ, aut permissorẽ (nã author sa-
lutis erat dæmoniacorum, & permissor submersionis porcorum) rogãt eũ, ut à fini-
bus suis discedat. Hæc autẽ historia figurã etiã præ se ferre potest. Gerasení homi-
nes sunt impuræ uitæ, quos sæui dæmones, & in magno quidẽ numero inhabitant:
quod duo dæmoniaci significant. Cõuersatio eorũ est cum mortuis, nullam cõmu-
nicationem habẽdo cum uiuentibus, ut & dæmoniacorũ, qui in solis sepulchris sua
habebãt domicilia. Corrũpunt quotquot obuiã habẽt, adeò ut omnes ab ipsis diffu
gere debeãt: perinde ut à dæmoniacis illis. Grex porcorũ numerosus pascẽs iuxta
illos, oĩs spurcitia & immunditia. Quod CHRISTVS dominus liberat dæmonia-
cos, indicium est magnæ clementiæ eius in nos, & terrificæ potestatis in dæmonas:
necnon apud utroq; apertum diuinitatis eius argumentũ. Sinit dæmonas intrare
in porcos, quia nihil potest dæmon in nos sine speciali eius permissu, ut nos in pro-
tectione ipsius sola confidamus: & si spurcitia & impuritate pleni simus: quod desi
gnant porci. Mare, lacus inferni: ubi impuri et immundi cum dæmonibus perpetua
morte distinebũtur. Ciuitas rogãs eũ ut transeant illinc: impuri sunt homines, dei

Universidad de Deusto Biblioteca

præsentiam & uirtutē ferre non ualentes: est enim deus illis, eiusq; potestas terrifi-
Mar. 5. co pauori. Sed & ex Marco & Luca, reliquit eis sua sola benignitate purgatū indi-
Luc. 8. genam prædicatorem, ut beneficentiam dei agnoscētes resipiscerent. Tāta est dei erga nos benignitas, ut etiam si sepulchra, & mortem malimus, quàm cœlū & uitā: si immunditiam, quàm sanctitatē, si ipsum denicq; uitæ authorē à nobis ultro repellamus: ipsa tamen nullo modo nos deserat, sed omni uia nos saluare tētet. Nequaquàm ergo rogemus eum ut transeat à nobis, sed ut iugiter maneat nobiscum: quoniam ipse est uita, sanctitas, et salus nostra: quatenus uita, mortē tollit: quatenus sanctitas, immunditiam purgat: quatenus salus, potēter omnem dæmoniorū sæuitiam elidit. Patri ergo æterno, qui nobis hāc uitam, sanctitatem, & salutem dedit: & ipsi filio eius, qui esse uelit uita, sanctitas, & salus omnium in uniuerso orbe degentiū, in spiritu sancto honor, potestas, & gloria in perennia seculorum secula. Amen.

CAPVT NONVM.

29 ET ascendens IESVS in nauiculam, transfretauit, & uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticū iacentem in lecto. Et uidens IESVS fidem illorum, dixit paralytico: Cōfide fili, remittūtur tibi peccata tua. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cū 5
uidisset IESVS cogitationes eorū, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere, dimittūtur tibi peccata tua: an dicere, surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatē in terra dimittendi peccata (tunc ait paralytico) surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domū suā. Videntes autē tur 10
bæ, timuerunt, & glorificauerūt deum, qui dedit potestatem talem homi-
30 nibus. ¶ Et cum trāsiret inde IESVS, uidit hominem sedentem in teloneo, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Et factum est discumbēte eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores uenientes, discumbebant cum IESV & discipulis eius. Et uidentes Pharisæi, 15
dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus mādu cat magister uester? At IESVS audiens, ait: Non est opus ualentibus medico, sed male habētibus. Euntes autem, discite quid est: Misericordiam uolo,
31 & non sacrificiū. ¶ Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicētes: Quare nos & Pharisæi ieiuna- 20
mus frequēter, discipuli autē tui non ieiunant? Et ait illis IESVS: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Nemo autē immittit commissuram panni rudis in uestimētum uetus: tollit enim plenitudi- 25
nem eius a uestimēto, & peior scissura fit. Neque mittunt uinum nouum in utres ueteres: alioquin rumpuntur utres, & uinū effunditur, & utres pe-
32 reunt. Sed uinū nouū in utres nouos mittūt, & ambo cōseruantur. ¶ Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est, sed ueni, impone manū tuā super eam,

30 eam, & uiuet. Et surgens IESVS, sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriā uestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantū uestimentū eius, salua ero. At IESVS conuersus, & uidens eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et
35 cum uenisset IESVS in domum principis, & uidisset tibicines, & turbā tumultuantē, dicebat: Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eū. Et cū eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manū eius, & dixit: Puella surge. Et surrexit puella: & exijt fama hæc in uniuersam terram
¶ Et transeunte inde IESV, secuti sunt eū duo cæci clamantes, & dicentes. 83
40 Miserere nostri fili Dauid. Cum autem uenisset domū, accesserunt ad eū cæci. Et dicit eis IESVS: Creditis quia hoc possum facere uobis? Dicunt ei: Vtiq; domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secūdum fidem uestram fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorū. Et comminatus est illis IESVS dicens: Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes, diffamauerūt eum in to-
45 ta terra illa. ¶ Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominē mutum dæ- 84
monium habētem: & eiecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ dicentes: Nunquam apparuit sic in Israël. Pharisæi autem dicebāt In principe dæmoniorū eijcit dæmones. ¶ Et circumibat IESVS omnes ci uitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium
50 regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatē. ¶ Videns au 85
tem turbas, misertus est eis: quia erant uexati, & iacentes sicut oues nō habentes pastorē. Tūc dicit discipulis suis: Messis quidē multa, operarij aūt pauci. Rogate ergo dominū messis, ut mittat operarios in messem suam.

ANNOTAT. BREVES XXIIII. CIRCA LITERAM CAP. IX.

1	Ascendēs – IESVS		ualidi sunt, medico,		τὸ πλήρωμα
11	timuerunt		sed qui male habent.		plenitudo,
	ἐφόβησαν	19	peccatores		supplementum
	admirati sunt		* εἰς μετάνοιαν	28	princeps unus
12	in teloneo		ad pœnitentiam		ἄρχων τις
	ἐπὶ τὸ τελώνιον	19	accesserunt		princeps quidam
	ad telonium		προσέρχονται	28	dicens – Domine
13	nomine		præsens	29	defuncta est
	λεγόμενον	22	sponsi		ἐτελεύτησεν
	qui dicebatur		τοῦ νυμφῶνος		indefinitum
15	ait * αὐτοῖς illis		thalami nuptialis	31	quæ sanguinis fluxū
15	Non est opus me-	23	sponsus		patiebatur
	dico ualentibus, sed		ὁ νύμφιος		αἱμορροοῦσα
	male habentibus	24	rudis	32	dicebat
	οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ		ἀκνάφου		λέγει * αὐτοῖς
	ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ		impexi,		dicit eis
	κακῶς ἔχοντες		impoliti	37	manum eius
	Nō habent opus qui	24	plenitudinem		Et dixit: Puella surge

Universidad de Deusto
Biblioteca

41	facere uobis		τὰ δαιμόνια		περὶ αὐτῶν
44	diffamauerunt	50	infirmitatem		erga eas
	διεφήμισαν		ἐν τῷ λαῷ	51	uexati & iacentes
	diuulgauerunt		in populo		ἐσκυλμένοι καὶ ἐρριμμένοι
48	dæmones	51	eis		uexatæ & disiectæ

COMMENTARIVS IN CAPVT NONVM.

RElicta regione Gerasenorũ, iterum dominus ascendit in nauẽ, & tandem uenit in ciuitatẽ suã, quæ (relicta Nazareth, in qua & cõceptus est ex Luca, & ex Aegypto rediens educatus ex Matthæo) intelligitur manifeste ex Marci secundo Capharnaũ, ubi offerũt ei incolæ paralyticũ sanandum: ut subdit Matthæus, dicens. ¶ Et ascendens
79 IESVS in nauiculã, transfretauit, & uenit in ciuitatẽ suã. Et ecce offerebant ei paralyticũ iacentẽ in lecto. Vidẽs aũt Iesus fidẽ illorũ, dixit paralytico: Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidã de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cũ uidisset IESVS cogitationes eorũ dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus uestris? Quid est facilius dicere: Dimittunt tibi peccata tua, an dicere: Surge & ambula? Vt aũt sciatis, quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata (tunc ait paralytico) Surge, tolle lectum tuũ, & uade in domũ tuam. Et surrexit, & abijt in domũ suam. Videntes aũt turbæ, timuerunt, & glorificauerunt deũ, qui dedit potestatẽ talem hominibus. ¶ Quod attulerunt paralyticũ cum lectica, signũ erat fidei, ꝙ dominus sanare eum posset; sed dominus uoluit partim eis augere fidem, & ꝙ posset illum sanare: & ꝙ insuper ipse is esset, qui non solũ morbos corporis tolleret, sed etiã peccata remitteret, quod est dei, ut eum crederent non solũ hominem, sed etiã deum: partim eos docere, primã esse debere curam salutis animæ, & ultimã corporis: & ideo dixit paralytico: Confide fili, bono esto animo, remittuntur tibi peccata tua. Ecce anima sanitati restituta. Sed quidam Scribæ, qui sibi iusti, sapientes q̃ uidebant, dicebant intra se, secreta quadã cogitatione, ꝙ blasphemaret dicendo, remittunt tibi peccata tua, ꝙ solius dei esset peccata remittere: credentes eũ solum hominem esse, non etiã deum. Sed dominus, ut eos quoq̃, qui in se blasphemabant saluaret, & ad uerã adduceret fidẽ (tanta est benignitas eius, tanta pietas, tanta denq̃ misericordia) se illis uel apertissimo signo manifestauit esse deum, reserando eis secreta cordium, ac intima cogitationũ, quæ solius dei est nosse, ut uel sic intelligerent eum non esse blasphemum, nec hominem solum, sed etiam deũ. Quod insuper & alio omnibus patenti confirmauit signo, dicens paralytico: Surge, Tolle lectum tuum, & uade in domũ tuam. Et continuo quod dixit, factum est. Nam continuo surrexit, cui nulla surgendi prius inerat potestas: & ambulauit, & tulit lectũ, cui nulla ambulandi, tollendi ue quippiã pauloante uirtus inerat. nam paralysis oẽs uires corporis eneruat, remollit, dissoluit: ut peccatũ, mentis. atqui facile creditu esse debet, eũ qui solo uerbi imperio, totius corporis morbũ aufert, & solidã instaurat sanitatem: uerbo quoq̃ posse animæ morbos, quæ peccata sunt, tollere: neq̃ hoc difficilius illo est, quanquã utrũq̃ solo uerbo morbos corporeos discutere posse: & posse peccata remittere, solius dei est, de quo solo scrip-
Psal. 148. tum est: Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt. Quod factũ turbæ uidentes, admiratæ sunt, & glorificauerunt deũ, qui talẽ potestatẽ dedit hoibus, imo uni soli CHRISTO, qui deus est & homo, & omniũ gloria, & perfectio hominum
80 Post hoc signũ, ponit Matthæus suæ uocationis modum, dicens. ¶ Et cum transiret inde IESVS, uidit hominẽ sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi:

Sequere

Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Et factũ est discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores uenientes, discumbebant cũ IESV, & discipulis eius. Et uidentes pharisæi, dicebãt discipulis eius: Quare cũ publicanis & peccatoribus manducat magister uester? At IESVS audiens, ait: Nõ est opus medico ualentibus, sed male habentibus. Euntes aũt, discite quid est: Misericordiã uolo, et nõ sacrificiũ. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. ¶ Trãsit dominus. Videt Vocat. Sequitur publicanus. In domo sequentis accumbit. Neq̃ dedignatur cœlestis medicus ægros ad mensam suam admittere, ut eos sanet. Murmurãt pharisæi, qui se sanos putant. Satisfacit sua sancta responsione dominus. Et pariter eos docet, & arguit ex sententia Osee, in persona dei dicẽtis: Misericordiam uolui, & nõ sacrificiũ, & scientiã dei plusq̃ holocaustũ. Ergo oportuit eos esse misericordes, cũ misericordiam quæ alijs impẽditur, magis acceptet deus, q̃ sacrificiũ: ea autẽ uel maxime infirmis debetur. At ipsi immisericordes erant, ut qui medicũ, & animorũ quidem medicum ægris inuidebant, nam qui uerius ægrotant, & animo quidẽ, q̃ peccatores, & ij quidem publici? Tales autem uenit uocare dominus ad pœnitentiam: nam pœnitentia prima est conualescentiæ, id est iustificationis ianua: sanitas aũt iustitia, quæ & diuinæ uoluntatis adimpletio est, & scientia dei nominatur. At qui ueri iusti sunt, ad illam nõ uocantur: quandoquidem nõ egent ut resipiscant, & qui se iustos putant, ægrotare se non sentiunt, & si ægrotãt: & ideo nõ resipiscunt, neq̃ ut huiusmodi uocantur ad pœnitentiã: quinimo se pœnitentia egere nõ putãt adeo ut uocantẽ rideãt, ceu qui sibi sani uidentur, medicũ potionis amaræ sumptionẽ ipsis suadentem. Ergo ex hac uocatione Matthæi ad apostolatus, & Euangeliographiæ munus acciti (de quo haud incõcinne id psalmi. 71. Ex usuris, & iniquitate redimet aias eorum, & honorabile nomen eorũ coram illo, intelligi potest) doceamur optandũ nobis esse, quod dñs transeat. Quod nos uideat. Nos uocet. Quod continuò sequamur uocantem. Quod suscipiamus interno cordis hospicio nostratũ animarum medicum, nos ægros agnoscentes. Dehinc à prioris uitæ cõsuetudine uere resipiscentes. Non iustificantes nos ipsos more pharisæorũ. Nullius inuidetis saluti. Non temere quenq̃ iudicantes: alioqui non sanabimur, nõ uocabimur ad salutẽ. Hæc omnia, & alia etiam multo plura diuiniora q̃, uocationis Matthæi mysteriũ continet. Sed & de ijs, qui confidunt in operibus suis, & qui se iustos: oẽs aũt alios, qui non ita, ut ipsi uiuunt, iniustos reputant (nulli enim alij sunt propensiores ad reprehendendũ, iudicandũ, condemnandũ) subdit exemplũ Matthæus de
discipulis Ioannis, qui ex Marco iũcti erant pharisæis, dicẽs. ¶ Tũc accesserũt ad 81
eũ discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter; discipuli aũt tui non ieiunant? Et ait illi IESVS: Nũquid possunt filij sponsi lugere, quãdiu cũ illis est spõsus? Venient aũt dies, cũ auferetur ab eis spõsus, & tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit cõmissuram panni rudis in uestimentũ uetus. Tollit enim plenitudo eius à uestimento, & peior scissura fit. Neq̃ mittunt uinũ nouũ in utres ueteres, alioquin rumpũtur utres, & uinũ effunditur, & utres pereunt. Sed uinũ nouũ in utres nouos mittũt, & ambo cõseruantur. ¶ Stulti & hypocritæ (quales sunt, qui siue priuatim, siue publice reliquos omnes iudicant, taxant, traducunt se iustos putantes, suum iudicium omnibus præferentes, dãnantes omnia, quæ aut nõ dicunt, aut non faciunt) non solũ discipulos CHRISTI arguere intendebant sed & CHRISTVM, cum dicebant: Quare nos & pharisæi ieiunamus frequẽter, discipuli aũt tui nõ ieiunant? ac si aperte dixissent: Nos opera iustitiæ facimus, q̃ neq̃ tu neq̃ discipuli tui facitis: ergo nos iusti, uos transgressores. Præceptorẽ bonũ habemus, tui discipuli nõ bonũ. Quibus in parabola dñs satisfacit: ipsos, si oculos haberent, superbenigne illuminans. Ipse, spõsus est. Filij spõsi, siue νυμφῶνος, id est,

thalami

Psalm. 71.

Universidad de Deusto
Biblioteca

thalami nuptialis, discipuli. Thalamus, Iudæa, ubi naturã desponsauit sibi humanã
sua morte redemptã, & suo sanguine lotã. Fuit cũ discipulis à tempore uocationis
eorũ, uscq; ad ascensionis suæ tẽpus. Dies ablationis spõsi, tẽpus à passione & ma
xime ab ascensione domini; post quod discipuli luxerũt, ieiunarũt, & durissimas
persecutiones perpessi sunt. Cõmissura seu immissura pãni rudis, &, ut Euangeli-
sta dicit ἀκνάφου, id est impecti, recentis, & nondũ à fullone curati, & politi, particula
nouæ legis, ac spiritus Euangelici. Quod aũt ἀκνάφου hic potius uerti debuisset im-
Luc.5. pecti, aut recentis (sic enim melius ex opposito respiceret uetus) cõstat ex Lucæ
5. ubi loco huius ἀκνάφου ponitur καινῆς, id est noui, siue à nouo, ut interpres posuit,
cum ait: Quia nemo cõmissurã à nouo uestimẽto mittit in uestimentũ uetus. Ful-
lo CHRISTVS dñs, Vestimentũ uetus, ueteri doctrinæ addicti, doctrinæ Iudai-
cæ, & tũ multũ pharisæacæ, cuius etiam id erat, opera iustificare, & in illis gloriam
dũ esse. Immissura pãni admodũ recentis, nouæ legis particula, quæ ueteri doctri
na imbutis immissa, aliquid abstulisset ab eis, quandoquidẽ oportuisset aliquid ue
teris doctrinæ ratione adiecti auferri: nimirũ, cũ adiecto illud contrariũ esset, ut æ-
grũ sano, tenebrosum lucido, imperfectũ pfecto. Scissura fit peior: quia noua lex,
& uetus doctrina, noua, inquam ut noua, & uetus ut uetus cohærere non possunt:
ut neq; lux & tenebræ, iusticia dei & iusticia hominis, gratia & debitũ, unde schis-
ma perniciosum oriatur necesse est: tota enim lex noua, lux, iusticia dei, gratia: ue-
tus doctrina, tenebræ, iusticia hoïs, debitũ. Sũt etiã qui πλήρωμα supplementũ inter-
pretentur, quod nihil aliud est, q̃ ipsa immissura, ut interpres, Marci cap. 2. ubi ait:
Alioquin auffert supplementũ nouum à ueteri, ubi sic habetur: ἡ δὲ μὴ αἴρει τὸ πλήρωμα
ἀπὸ τοῦ καινοῦ, τοῦ παλαιοῦ, & tunc pleroma & supplementũ sunt recti casus. Ergo dices
hic recto casu uertendũ erat: Tollit enim plenitudo eius à uestimento. Haud mul-
tum aduerser. Nam pleroma nihil aliud est q̃ ἀναπλήρωμα, id est quod supplet, resar-
cit, atq; perficit, quomodo dominus dicebat: Nõ ueni soluere legẽ, sed adimplere,
ergo quod dñs adijciebat, id erat plenitudo legis. Sed dices, ergo CHRISTVS pã-
num nouum immittebat uestimento ueteri? Nequaquã, sed nouos: quia ueteri do-
ctrinæ nõ addictis. Vñ fit, ut plenitudo & supplemẽtũ recti casus esse possint. Qd
autem interpres Matthæi uertit plenitudinem, hoc fecit huius uocabuli πλήρωμα ad
utrunq; casum, rectum inquam, atque accusantem, anceps terminatio. Sed de his
satis. Vinum nouum, idem quod pannus impectus, & admodum nouus: lex noua
doctrina CHRISTI. Vtres ueteres, idem quod uetus uestimentũ: homines uete-
ri lege, & doctrina quoq; pharisæaca imbuti, id est, addicti illi, qui audientes nouã
legẽ indignatione rũpũtur, & ita non continent illã, & hoc ipso pereũt, & hoc est
quod dicitur: Alioquin rũpuntur utres, & uinũ effunditur, & utres pereũt. Vtres
noui, fideles, nõ ueteri dogmate, sed sola noua, syncera q̃ lege, nullo aliũde adiecto
imbuti. Ambo cõseruari, est legẽ nouã inuiolatã seruari, & seruantes uitã æternã
possidere. Et hæ duæ parabolæ idem prætendere uidẽtur, quo benignissimus dñs
audientibus consuleret, ut qui non possent una parabola mysteriũ capere, caperẽt
altera. Hoc est mysterium, quod ex illa responsione uobis deus indulsit. Porro de
Psalm.18. CHRISTO, qui hic dictus est sponsus, id psalmi decimioctaui dictum est: Et ipse
tanquàm sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit ut gigas ad currendam ui
am, à summo cœlo egressio eius. Te ablatione eius, id: Et occursus eius uscq; ad sũ-
mum eius. De lege & doctrina eius, id: Lex domini immaculata conuertens aias,
testimoniũ domini fidele, sapientiã præstans paruulis. De utribus nouis, id: In om
nem terram exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorũ. De cõseruatione
amborũ, id: Etẽm seruus tuus custodit ea, in custodiẽdis illis retributio multa. Sed
quid acciderit, dño respõdente pharisæis, & discipulis Ioãnis, q̃ ueterẽ legẽ clausit
mox

» mox insinuat Matthæus, subdẽs. ℣ Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus 82
» accessit, & adorabat eũ, dicẽs: Dñe filia mea modo defuncta est: sed ueni, impone
» manum tuam super eũ, & uiuet. Et surgens IESVS, sequebatur eum, & discipuli
» eius. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit re
» tro, & tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum
» uestimentũ eius, salua ero. At IESVS cõuersus, & uidens eam dixit: Confide filia,
» fides tua te saluã fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cũ uenisset IESVS
» in domũ principis, & uidisset tibicines, & turbam tumultuantẽ, dicebat: Recedite,
» nõ est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eũ. Et cũ eiecta esset turba in
» trauit, & tenuit manum eius, & dixit: Puella surge. Et surrexit puella, & exijt fama
» hæc in uniuersam terram illã. ℣ Princeps quidam uenit ad CHRISTVM, adorat:
Filiam suam quæ nup moriebatur, uiuificari petit. Sequitur eũ CHRISTVS, & di
scipuli eius. Inter eundũ mulier, quæ iam duodecim annos passa fuerat sanguinis
fluxũ, fidẽs se uel solo limbi uestimenti eius attactu posse saluari (cũ tamẽ ex Mar Mar.5.
co & Luca, oẽm substantiã suã erogasset medicis, & nihil profecisset, sed etiam de Luc.8.
terius haberet) tangit illũ, & sanatur. Veniens IESVS in domũ principis, eijcit ti-
bicines & turbã tumultuantẽ. Dicit non esse mortuã, sed dormire. Irridetur. Et do
mo clausa, paucis secũ admissis, ut patre & matre puellæ, Petro, Ioanne & Iacobo
suscitat eam à mortuis. Priceps figura esse potest sanctorũ patrũ. Filia synagogæ
Quod adorat pater, id indicio est, quod ueteres patres CHRISTVM deũ fore co
gnouerũt. Orat filiã suscitari, quia sancti & pphetæ pro uiuificatiõe synagogæ ro
gauere. CHRISTVS sequitur, quia uenit, ut synagogam sanaret, uiuificaret, susci
taret. Mulier quæ interuenit, & prius sanata est q̃ synagoga suscitata, ecclesia gen
tiũ. Solã fimbriã uestimẽti CHRISTI tetigit: quia ipsum in carne non uidit, sed a-
postolos, & posteros eius. Audiuit id: Cõfide filia, fides tua te saluã fecit, quia fide
CHRISTI filia dei p nouã generationẽ facta est, ac demũ saluata. Fluxus sangui-
nis, erat descẽsio posteritatis eius ad inferos. Duodecim anni infirmitatis eius, uni
uersus decursus tẽporis gentilitatis eius: quod duodecim annis designatur, ut uni
uersa nox duodecim horis noctis dispescitur, & uniuersa dies duodecim horis diei
Medici q curare nõ poterant, dæmonia quibus fidebat, & tanto tẽpore seruierat,
& eo deterius habebat. Postea sanatur synagoga: qa post gẽtes ad CHRISTVM
intratura est. Tibicines, & turba tumultuãs, qui eijciuntur: præcones ueteris legis,
synagogæ mortuæ adhærẽtes. Ridẽt CHRISTVM: quia nõ credũt eũ posse dare
uitã. Excluduntur à domo, in qua dñs, apostoli, et sancti patres sunt: quia nõ sunt in
gressuri in regnũ cœlorũ. Dormiebat, & nõ erat mortua: quia erat aliqñ excitanda
de litera ad spũm, & de morte ad uitã. In domo clausa suscitatur: qa in ecclesia, ex
clusis iã oibus CHRISTI irrisoribus. Duodecim erat annorũ: quia uniuersum
tempus Iudaismi, quando id fiet, erit impletũ. Et ex Marco dominus præcepit ue-
hemẽter, ut nemo eorũ, qui in domo non erant, id resciret: ut sacramenta dei nõ es
se prodenda indignis, & laudem humanam nequaq̃ esse ad petendã doceret. Ve-
rũ beneficia dei tanta sunt, ut latere nõ possint: ob id q̃ hoc factum in tota illa terra
inuulgatum est: sed inter eos maxime, qui diuinam admirabantur potentiam, & ar
ctius erant timore eius astricti. Sed age, cum in litera dicatur, filia mea modo defũ
cta est, cur exponendo dictum est, filiam suam, quæ nuper moriebatur principem
poposcisse uiuificari? Hic aduertendum est, ueterem interpretem id, ἄρτι ἐτελεύτησεν
uertisse, modo defuncta est: quod etiam interpretari poterat, modo defungebatur,
modo moriebatur: nam ἐτελεύτησεν indefinitum est, non præteritum perfectum. Et
ita hic fuisse interpretandum, ex Marci capite quinto deprehenditur: ubi loco hu-
ius, filia mea mõ defuncta est, habetur, filia mea in extremis est: quod nõ designat
defunctã

Universidad de Deusto
Biblioteca

defunctam esse, sed in extremis laborare. Quin & apertius archisynagogũ nesciſ-
se, tunc eam defunctam, oſtẽdit poſtea Marcus, dicẽs: Veniunt nũcij ad archiſyna-
gogũ, dicentes, quia filia tua mortua eſt; quid ultra uexas magiſtrũ? Vnde ſatis li-
quet ipſum neſciſſe eam mortuam, niſi ex nuncijs. Quomodo ergo prius dixiſſet,
filia mea modo defuncta eſt? Vertẽdũ igitur hoc loco, modo defungebatur, id eſt
mori incipiebat, nõ defuncta eſt. Et proinde nihil mirũ, ſi exponendũ duximus, nu-
per moriebatur, quandoquidem ſententia eius, illa nõdum erat mortua, ſed iã mo-
ri inceperat, breui emoritura: niſi cito fauor, quẽ præſtolabatur, ne moreretur, adeſ-
ſet. Aduertendũ eſt inſuper: Hæmorrhouſan, cuius potenti ueſtimenti filij dei at-
tactu diuturnum ſanguinis profluuium illico repreſſum eſt, ciuem fuiſſe Cæſareæ
Philippi, quæ ad radices Libani ſita eſt, ex Euſebij Cæſariẽſis hiſtoriæ libro, 7, ca.
14. ne quis eam ſuſpicetur fuiſſe Martham ſororem Mariæ & Lazari. Nec non cũ
hic de tibicinibus adhibitis funerali põpæ nobilis defunctæ puellæ, quippe quæ e-
rat filia cuiuſdam principis, mẽtio fit, id olim cõſuetudinis fuiſſe (quod & noſtra tẽ
peſtate Aelius Antonius Grammaticus annotauit) ut in funeralibus pompis uiro-
rũ funeſtũ quid, & luctiſicum tubis caneretur; puerorũ autem, puellarum'ue tibijs.
De illorum enim funere hæc:

Spargitur & tellus lachrymis, ſparguntur & arma:
It cœlo clamorq; uirum, clãgorq; tubarum: De iſtorum autem funere hoc
Tibia cui teneros ſuetum deducere manes.

Porro domino inde tranſeũte, factum eſt aliud myſteriũ: quod Matthæus aperit,
dicens. ¶ Et tranſeunte inde IESVS, ſecuti ſunt eũ duo cæci clamantes, et dicentes:
83 „ Miſerere noſtri fili Dauid. ¶ Cum autem ueniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæ-
„ ci. Et dicit eis IESVS: Creditis quia hoc poſſum facere uobis? Dicũt ei: Vtiq; dñe.
„ Tunc tetigit oculos eorũ, dicens: Secundũ fidem ueſtram fiat uobis. Et aperti ſunt
„ oculi eorum. Et cõminatus eſt illis IESVS, dicens: Videte ne quis ſciat. Illi autem
„ exeuntes diffamauerunt eũ in tota terra illa. ¶ Quod prius geſtum eſt in Hæmor-
rhouſa, & in filia Iairi principis ſynagogæ in figura; hic quoq; oſtẽditur in duobus
cæcis. Cæcorum unus, ſynagoga Iudæorũ. Alter, eccleſia gentium. Cæcitas, igno-
rantia ueræ lucis. Clamor dicentium: Miſerere noſtri fili Dauid, cõfeſſio utriuſq;
CHRISTVM eſſe Meſiam promiſſum. Acceſſio in domũ, acceſſio ad eccleſiã fi-
deliũ. Quod dicit eis: creditis quod hoc poſſum facere uobis, deſignat interroga-
tionẽ de fide CHRISTI in eccleſia faciẽdã eſſe ijs qui illuminationẽ regeneratio-
nis ſunt percepturi. Quod dicunt: Vtiq; dñe, confeſſionẽ eorũ eſſe recipiendã. Ta-
ctus CHRISTI, tactũ diuinitatis: ubi uere credũt diuinæ CHRISTI potentiæ ue-
re illuminantem animã. Prohibitio ne quis ſciat, ſacramentum exteris, & ijs qui de
eccleſia nõ ſunt, non eſſe detegendũ: & humanã laudem eſſe fugiendã, ut in præ-
cedenti, documentũ. Quod inuulgant famã eius in tota terra, mirabilia dei nõ ad
humanã laudẽ, ſed ad dei gloriam nõ eſſe ſilenda. Hæc eſt uera hiſtoria, quæ & iſta
rũ rerum poteſt eſſe deſignatiua. Sed & aliã ſubiungit Euangeliſta Matthæus de
84 „ dæmoniaco muto, qui nullã laudẽ, nullam confeſſionem deo dat, dicens. ¶ Egreſ-
„ ſis autẽ illis, ecce obtulerunt ei hominem mutũ, dæmoniũ habentem: & eiecto dæ-
„ monio, locutus eſt mutus. Et miratæ ſunt turbæ, dicentes: Nunq; apparuit ſic in Iſ-
„ raël. Phariſæi autẽ dicebant: In principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. ¶ Corã Pha-
riſæis factũ eſt hoc ſignũ, ut per figurã intelligerẽt ſeipſos, ſi ſe illi offerrent eſſe cu-
randos. Nã mutus dæmoniacus Phariſæos indicabat. Muti ſunt, q diuinã cõfeſſio-
nẽ, laudẽq; neſciũt. Dæmoniaci, qui blaſphemãt. Eiectio dæmonij, diuina potẽtia,
ac benignitas in eos etiã, q diuinæ cõfeſſionis, laudiſq; fuerũt expertes, & oĩm uici-
orum domicilium. Admiratio turbarum, & adiecta uerba, agnitionem mirabilium
dei, &

dei, & unius ſolius confeſſionẽ indicabat. Phariſæi blaſphemãtes, ſunt uera eius rei
expreſſio, cuius dæmoniacus mutus erat ueſtigium. Et hoc myſteriũ in re, tũc ſub-
iecta oculis & præſente, factũ eſt: quanquã etiam in re ſimili futura factũ iri intelli-
gatur. Deinde magna domini indicatur benignitas, qui nihil mouetur ob malorũ
blaſphemiam, quo minus perinde ac nulla iniuria affectus perſeueret, ubiq; bene-
„ faciendo, & diuinã potentiã ſuã oſtendendo, ut Matthæus proſequitur, dicẽs. ¶ Et 85
„ circũibat IESVS omnes ciuitates & caſtella, docẽs in ſynagogis eorũ, & prædicãs
„ Euangelium regni, & curans omnem languorẽ, & omnem infirmitatem. ¶ Doce-
bat & prædicabat Euangeliũ regni. Hæc autẽ annunciatio, erat uolũtas patris, qua
nihil unquã potuit eſſe optatius ac ſalutarius hominibus. Doctrina, illuminabat, ue
ra cognitionis diuinæ luce. Annunciatio regni æterni, in ſpem mortales erigebat.
Operatio curationũ omnium languorũ & infirmitatũ doctrinã cõfirmabat, & inſu
per Euangelij promiſſionẽ. Ad hæc illuminatorũ, & certa ſpe fretorũ corda ad ſuũ
ipſius amorẽ inuitabat, inflãmabatq;: quẽ uere cognoſcerẽt curatorẽ eſſe ab omni
infirmitate; ut corporũ, ita et ipſarũ, et multo quidẽ magis animarũ: cũ morbi corpo
rum obſint ad degendam uitã tẽporalem ſolum: animarũ autem ad uitã quoq; æter
nam, quam ipſum pollicebatur, & uere quidẽ Euangeliũ. Sed & eum erga nos ha-
bere intentos miſericordiæ ſuæ oculos, ſubſequẽter oſtẽdit Euãgeliſta Matthæus,
„ dicens. ¶ Videns autem turbas, miſertus eſt eis, quia erãt uexati, & iacentes, ſicut 86
„ oues non habentes paſtorẽ. Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidẽ multa, operarij
„ autem pauci. Rogate ergo dominũ meſſis, ut mittat operarios in meſſem ſuã. ¶ Vi-
ſio dei, miſeratio eius. Turbæ, populorũ nationes. Erant uexati, & iacentes, ſiue (ut
hic habetur) ἐκκεκυμένοι, id eſt diſiecti: quia & uarijs onerabãtur traditionibus ſcribarum
& phariſæorum, & incurſionibus patebãt dæmoniorũ. Erant ut nõ habentes paſto
rem, quia nullus porrigebat eis uitalem alimoniã animarũ: ſed in ſola cognitiõe ter
renorum relinquebantur. Diſcipuli, prædicatores, & ij qui uera doctrina Euangelij
regni illuminati, aliorũ in ea ſunt illuminatores. Dominus meſſis, cœleſtis pater, cũ
quo & CHRISTVS dominus etiã eſt dominus meſſis. Meſſis multa, nationes mul
tæ, quæ ad cœleſte horreũ, modo eſſent cooperatores, forent adducẽdæ. Operarij,
cooperatores CHRISTO, ſanctũ Euangeliũ ad uitæ æternæ pabulũ per omnem
terram ſeminantes. Rogãdus eſt ut eos mittat, eijciat, extrudat in meſſem ſuã: quia
nemo ſe in eam ſine dono eius ingerere debet. Et quis enim etiã in meſſem aliquã
terrenam ſe ingerere auſit, niſi prius eiã dño illius facta poteſtate? Rogemus ergo
dominum meſſis animarũ, ut in uniuerſum mundum mittat, eijciat, expellat ſpiritu
ſancto agitante Euãgelicos uiros, uirtute & poteſtate dei ſublimes, ut adducãt per
filium eius in uirtute ſpiritus omnes ubiuis gentium nationes ad regnũ cœlorum.
Et oriens & occidens, meridies & ſeptentrio, & ea quidem in utroque mundi he-
miſpherio, deo qui uoluit per filium ſuum in perfecta charitate uniuerſum ſaluare
mundum, dent laudem, & honorem, & gloriam, in nunquam finienda ſeculorum
ſecula. Amen.

CAPVT DECIMVM.

ET cõuocatis duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis poteſta 87
tem ſpirituũ immundorũ, ut eijcerẽt eos, & curarẽt oẽm
languorẽ & omnem infirmitatem. ¶ Duodecim autẽ di- 88
5 ſcipulorũ noĩa ſunt hæc. Primus, Simon qui dicitur Pe-
trus, & Andreas frater eius, Philippus et Bartholomæus
Iacobus zebedæi, & Ioãnes frater eius, Thomas & Matthæus publicanus
& Iaco-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Iacobus Alphæi, & Thadæus, Simon Chananæus, & Iudas Scariothis
89 qui & tradidit eũ. ¶ Hos duodecim misit IESVS præcipiens eis, dicens: In
uiam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis: sed
potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israël. Euntes autem prædicate, 10
dicentes: quia appropinquabit regnum cœlorum. Infirmos curate, mor
tuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite: gratis accepistis, gratis
90 date. ¶ Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zo
nis uestris, non peram in uia, neque duas tunicas, neque calceamẽta, necꝫ
91 uirgã. Dignus enim est operarius cibo suo. ¶ In quãcuncꝫ autẽ ciuitatem, 15
aut castellũ intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete do
nec exeatis. Intrantes autem in domũ, salutate eam, dicentes: Pax huic do
mui. Et si quidem fuerit domus digna, ueniet pax uestra super eã: si autem
92 non fuerit digna, pax uestra reuertetur ad uos. ¶ Et quicuncꝫ non recepe
rit uos, neque audierit sermones uestros: exeũtes foras de domo uel ciuita 20
te, excutite puluerẽ de pedibus uestris. Amẽ dico uobis, tolerabilius erit
93 terræ Sodomorum & Gomorræorũ in die iudicij, quam illi ciuitati. ¶ Ec
ce ego mitto uos, sicut oues in medio luporũ. Estote ergo prudentes, sicut
94 serpẽtes: & simplices, sicut columbæ. ¶ Cauete autem ab hominibus. Tra
dẽt enim uos in cõcilijs, & ĩ synagogis suis flagellabũt uos: & ad præsides 25
95 & reges ducemini propter me in testimonium illis & gẽtibus. ¶ Cũ autem
tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim
uobis in illa hora quid loquamini. Non enim uos estis qui loquimini: sed
96 spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. ¶ Tradet autẽ frater fratrẽ in
mortem, & pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos afficiẽt: 30
& eritis odio omnibus propter nomen meũ. Qui autẽ perseuerauerit usqꝫ
97 in finẽ, hic saluus erit. ¶ Cũ autem persequentur uos in ciuitate ista, fugite
in aliã. Amẽ dico uobis, nõ cõsummabitis ciuitates Israël, donec ueniat fi
lius hominis. Nõ est discipulus super magistrũ, nec seruus super dominũ
suũ. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius: & seruo, sicut dñs eius. Si 35
patremfamilias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius?
Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertũ quod nõ reueletur: et occul
98 tum quod non sciatur. ¶ Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: &
99 quod in aure auditis, prædicate super tecta. ¶ Et nolite timere eos, qui oc
cidũt corpus: animã autẽ nõ possunt occidere: sed potius timete eũ, qui po 40
test & animã et corpus perdere ĩ gehennã. Nõne duo passeres asse ueneũt,
& unus ex illis non cadet super terrã sine patre uestro? Vestri autem capil
li capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus me
100 liores estis uos. ¶ Omnis ergo qui confitebitur me corã hominibus, confi
tebor & ego eum corã patre meo, qui in cœlis est. Qui autẽ negauerit me 45
101 corã hominibus, negabo & ego eũ corã patre meo, qui in cœlis est. ¶ No
lite arbitrari quia pacẽ uenerim mittere in terrã. Nõ ueni pacem mittere,
sed gladiũ.

sed gladiũ. Veni enim separare hominem aduersus patrem suũ, & filiam
aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: & inimici homi
50 nis, domestici eius. ¶ Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non 102
est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.
¶ Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Qui 103
inuenit animam suã, perdet illam: & qui perdiderit animam suã propter
me, inueniet eam. ¶ Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit 104
55 eum qui me misit. ¶ Qui recipit prophetã in nomine prophetæ, mercedẽ
prophetæ accipiet: & qui recipit iustũ in nomine iusti, mercedẽ iusti acci-
piet. Et qcũcꝫ potũ dederit uni ex minimis istis calicẽ aquæ frigidæ, tãtũ
in nomine discipuli: amen dico uobis, non perdet mercedem suam.

ANNOTATIONES BREVES XXVI. CIRCA LITERAM CAP. X.

2	spirituum	18	ueniet		ἀποκαλυφθήσεται
	κατὰ πνευμάτων	19	reuertetur		γνωσθήσεται
	aduersus spiritus		ἐλθέτω		futura
3	discipulorum		ἐπιστραφήτω	41	in geennam
	ἀποστόλων		imperatiua		ἐν γεέννῃ
	apostolorum	20	exeuntes		in geenna
>	Alphæi &		– foras	41	passeres
	*λεββαῖος ὁ	24	simplices		στρουθία
	ἐπικληθεὶς		ἀκέραιοι		diminutiuum
	Lebbæus, qui		simplices,	43	meliores estis
	cognominatus est		synceri		διαφέρετε
>	Chananæus	25	in concilijs		præstatis
	ὁ χανανίτης		εἰς συνέδρια	48	separare
>	Scariothis	27	nolite cogitare		διχάσαι
	Ἰσκαριώτης		μὴ μεριμνήσητε		dissidere facere
	Iscariotes		ne soliciti sitis	50	plus quam
9	in ciuitates	31	odio	51	super
	εἰς πόλιν		μισούμενοι		ὑπὲρ
	singulare		odio habiti		supra
12	dæmones	31	Qui aũt pseuerauerit	57	ex minimis
	δαιμόνια		ὁ δὲ ὑπομείνας		τῶν μικρῶν
13	pecuniam		Qui aũt sustinuerit		e pusillis
	χαλκὸν	37	reueletur	57	calicem
	æs	38	sciatur		– aquæ

COMMENTARIVS IN CAPVT DECIMVM.

CVm paulo ante dixisset dñs, Rogate dominum messis, ut mittat ope-
rarios in messem suam: nunc se declarat dominum messis, mittens pri
mũ duodecim apostolos: ut nos docet Marthæus, dicens. ¶ Et conuo 87
catis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immun
dorum, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.
¶ Eorum qui mittuntur potestas, non ab homine, sed à deo est. Et quæ potestas?
Aduersus immũdos spiritus, ut eijciãt eos: non propria, sed mittentis uirtute. Nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

nõ aduersus omnem morbum, & omnem languorẽ, ut sanẽt eos: sed eadem quoq; uirtute, ut nullus ex dono ullo, ullá'ue uirtute glorietur, nisi ĩ solo deo. Sed & nomi-
88 „ na eorũ quos misit dominus, exprimit Matthæus, dicẽs. ¶ Duodecim autẽ apostolorum nomina sunt hæc. Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius. Philippus & Bartholomæus, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Thomas et Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi & Thaddæus, Simõ Chananæus, & Iudas Iscariotes, q & tradidit eũ. ¶ Primi ergo missi sunt duodecĩ apostoli, Petrus et Andreas fratres: Philippus & Bartholomæus: Iacobus & Ioãnes fratres, filij Zebedæi & Salomes: Thomas & Matthæus, q fuerat publicanꝰ: Iacobus Alphæi, et ut Græce habetur, λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς θαδδαῖος, Lebbæus qui cognominatus est Thaddæus, & hi inter se fratres fuerunt, & Simonis penultimo loco nominati; secundum historias, filij Cleophæ, qui idem creditur qui & Alphæus. Cæterũ Iacobus hic, Iacobus minor intelligitur. Qui autẽ hic dicitur Thaddæus, Lebbæus (ut dictũ est) dicitur, & etiã alibi Iudas. Ac iam nominati sunt decem. Alij qui superãt, sunt, ut Græce habetur, σίμων ὁ κανανίτης, καὶ ἰούδας ἰσκαριώτης, Simon Cananites, & Iudas Iscariotes. Sed hic Simon, dictus ẽ Cananites siue Cananæus, à Cana uico Galilææ, nõ chananæus à terra Chanaan. nã illo zelotes siue æmulator designatur: hoc mercator, negociator, aut commutator. siquidem Cana, zelum; Chanaan, cõmutatorem significat. Et Iudas q hic exprimitur, ille est q tradidit CHRISTVM, dictꝰ Iscariotes, ab Isachar, quod de tribũ esset Isachar. Cui tale cognomen ex ipso quoq; facinore optime cõuenit. Nam mercede uendidit CHRISTVM. Isachar siquidem ex tricesimo Geneseos, à SACHAR, quod mercedem significat, inclinatum est. De qua merce
Zach. 11. de in Zachariæ undecimo dictum est: Et appenderunt mercedem meam, triginta argenteos. Et quanquàm hic esset filius perditionis, nihilominus eijcienda dæmonia, & morbos sanandi, necnon prædicãdi & euãgelizandi potestatem accepit, ne quis cõtinuo admiretur homines mirificas habentes potestates, tanquam id illis ob bonitatem suam obtigerit, sed in ipsis etiã malis, dona dei admiretur: dat enim deus quibus uult: & non pro hominum, sed pro sua uoluntate: nõ pro nostro, sed pro suo iudicio, sapiẽtia & cognitione. Cæterum quid præceperit eis dominus, cũ emi-
89 „ sit eos ad prædicandum, subdit Matthæus hoc modo, dicens. ¶ Hos duodecim misit IESVS, præcipiens eis, dicens: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorũ ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierũt domus Israël. Euntes autem prædicate, dicẽtes: quia appropinquauit regnum cœlorũm. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mũdate, dæmonia eijcite: gratis accepistis, gratis date. ¶ Primum erat Iudæis prædicandum uerbum dei; sic enim filius dei honorare uoluit gentem suam, ex qua secundum carnem descendere dignatus est. Primũ erant uocandi, & facienda eis signa Mesiæ promissi: ideo prohibet apostolis, ne eãt in terminos gentium, & intrent in ciuitatem Samaritanorũ, quia diuisi erant à Iudæis. Oues quæ perierunt domus Israël: cæteri de Iacob descẽdentes, qui diuisi nõ erant, sed adorabant in Hierusalem: ubi Samaritæ non adorabãt, sed in monte Garizim, tamẽsi ex Iacob essent, quod uel ex uerbis mulieris Samaritanæ satis itelligi
Ioan. 4. tur, dicentis ad dominum: Nũquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum? Iubet prædicare, & more præconum promulgare & annunciare, quod appropinquauit regnum cœlorum, regnum CHRISTI, regnum paternæ miserationis & gratiæ: quod sic appropinquauerat, sic instabat, ut iam quoq; prædicari cœptum esset. Iubet etiam exequi eã, quam illis dedit potestatẽ, id est curare infirmos, mortuos suscitare, leprosos mũdare, dæmonia eijcere. qd' si de infirmis, mortuis, leprosis, & dæmoniacis corpore intelligi potest: multo magis de sic mẽte affectis intelligendum est. Infirmi autẽ mẽte, sunt infirmi fide. Mortui mẽte, mortui charitate, & penitus

penitus infideles. Leprosi mente, iniusti, scelerati, hæretici. Dæmoniaci mente, blasphemi in deũ. Quod autẽ ait, gratis accepistis: indicat dona dei & gratias non nostris adscribẽdas esse meritis, sed diuinæ bonitatis largitati. Quod uero subdit, gratis date: Simoniacã labem esse fugiendam. Vnde docemur quod ut diuina munera nullo precio, nullá'ue operatione nobis cõparare possumus, aut promereri: sed gratis ea accipimus, sic illa nullo precio dare debemus, sed dei superboni imitatiõe gratis cõmunicare. Nã si operibus aliquorũ debita fuissent: maxime profecto apostolorũ domini, qui relictis omnibus sequebãtur eũ, illi soli intẽdentes, & præcepta eius faciẽtes: & tamẽ audierũt id, gratis accepistis. Quid igitur de cæterorũ opibus censendũ est? Sed & aliud mãdat eis, qd' subnectit hic ex uerbis eius Matthæus, cũ ait.
„ ¶ Nolite possidere aurũ, neq; argentũ, neq; pecuniã ĩ zonis uestris, nõ perã in uia, 90
„ neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgam: dignus est enim operarius cibo
„ suo. ¶ Missi erant. Et a quo? A deo. Ergo prouidentiæ mittentis, se omnino cõmittere debebant. At si auream, argenteã, aut aliã quancunq; pecuniã in cingulis suis gestassent: propriæ prouidẽtiæ cõfidendo, de diuina diffisi, aut certè in eadẽ minus tuti uiderẽtur. Idem quoq; euenirет, si peram ad iter habuissent, ut aut panẽ, aut alia quælibet impedimẽta deferrẽt: si duas tunicas, si calceamẽta, deniq; si uirgã qua aut corpus fulcirent, aut feras à se, grassatores'ue abigerẽt. Quæ omnia cõmonstrant: missos à deo in oĩbus, siue magnis, siue paruis, soli deo fidere oportere, & dei prouidentiam omni alteri præferre, imo omnes alias præ illa nihilifacere. Nec tam aurũ, argentũ, & aliam quãuis pecuniã, perã & reliqua id genus prohibet, quàm de deo diffidentiã: adeo ut si etiã illa adsint, modo ĩ deo plenissime fidas, nihil obsint. Quis enim si sit à deo missus, & ad id donis eius instructus, diffidere debeat illũ operario suo cibum diurnũ prouidere? Nam cum nullus sit terrenus dominus, qui operariũ suũ cibo diurno dignum nõ existimet: putas tu modicæ fidei, dominũ cœlestẽ & superbonum suũ operarium dignũ cibo, id est sua indies ad necessaria quæcũq; prouidentia, nõ existimaturum? Ne id putes: hoc enim magna esset infidelitas: quia talis, & q maxime in sola bonitate dei, & sola domini sui prouidẽtia fidit, dignus est cibo suo. Mox uero aliud mandatũ dat eis dominus, quod subdit per Matthæũ, dicens.
„ ¶ In quancunq; autẽ ciuitatẽ aut castellũ intraueritis, interrogate quis in ea dignus 91
„ sit, & ibi manete donec exeatis. Intrãtes autem in domum, salutate eã, dicẽtes: Pax
„ huic domui, & siquidẽ fuerit domus illa digna, ueniat pax uestra super eã: si autem
„ nõ fuerit digna, pax uestra reuertatur ad uos. ¶ Iubet dominus discipulos exquirere, quis in ciuitate aut pago dignus, & idoneus sit, quis dei cultor, amator, & deũ timens: & ĩ illius domo manere, donec functi suæ legatiõis officio, ex ea urbe aut pago abeãt. Hoc diuagationẽ de domo in domũ eiusdẽ loci prohibet: neq; enim decet nũcios dei hoc modo diuagari. salutare quoq; præcipit habitatores domus, hac salute: Pax huic domui, pax dei huic familiæ. Quæ quidẽ domus recipiens, si digna fuerit: pax dei (sic iubẽte deo) ueniet super eam: sin indigna, pax illa, sic etiã iubẽte imperãteq; deo, reuertetur ad precãtes. sic enim uult imperatq; deus, quod hæc uerba ἐλθέτω καὶ ἐπιστρεφέτω, ueniat & reuertatur imperandi modo enunciata monstrant. Sed age quomodo nõ erit digna domus, quæ seruos dei recipit, & disquisitione digna inuẽta est? Sanè aliud est dei iudicium, aliud hominum: & sunt qui recipiũt, & digni existimãtur: sed quid si hypocrisi, & uanæ laudis cupiditate tacti id faciũt? Pace dei salutantur: uerum hæc pax ad salutantes redire iubetur: nõ enim sunt ad illã suscipiendam idonei. At si fide, si plena in deũ fiducia, si ob deum solũ illiusq; amorem suscipiunt, & pace dei salutantur, & ea pax dei iubetur; & ab ipso quidem deo, uenire super eos: quippe qui non solum hominum iudicio, quod fallax est & perexiguum; sed & dei, quod certum & maximum est, digni iudicati sunt. Magnum ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

præmiũ propositum est ciuitati, pago aut domui digne recipienti missos à deo: nã
Philip. 4. pax dei, quæ secundum apostolum exuperat omnem sensum, omnemq; mentis ac
intelligentiæ nostræ captum. Bonum etiã est tam dignis quàm indignis bene pre
cari. Nam quod bene optatur indignis, ad bene precantes in gratiæ augmentũ re
currit. Et qui recipiunt, sed uotis bene optantium digni non sunt ob suam incapaci
tatem, non ob dei largiri uolentis munerum denegationem: Et si bonum quod il
lis sancta prece optatum est, nõ obtingat, nullum tamen inde sentiunt malum: sed
magnum in futuro bonum, si præuenientem sequantur gratiam, & tenebras pau
latim admisso lumine e proprijs mentibus depellãt. Sed ediuerso ingens dirumq;
supplicium manet ciuitatem, pagum aut domum nullo modo recipientẽ eos: quod
92 ,, aperiente Matthæo ex subiunctis uerbis domini cognoscitur, dicentis. ¶ Et qui-
,, cunq; nõ receperit uos, neq; audierit sermones uestros, exeũtes foras de domo uel
,, ciuitate, excutite puluerẽ de pedibus uestris. Amen dico uobis, tolerabilius erit ter
,, ræ Sodomorũ & Gomorræorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. ¶ Qui recipiunt
& beneuole audiunt ab aliquo terreno principe missos, pacem cum illo retinent so
uentq; : qui autẽ eos repellunt, neq; audire uolunt, bellum seueramq; ultionẽ ab illo
principe expectare timereq; debent, nam in misso mittentẽ contemnũt: nec missi,
sed mittentis sermones respuunt. Pari modo & qui seruos dei, à deo quidẽ missos
nã de missis hic agitatur sermo. Sed qd' suppliciũ manet eos? Certe id quod signũ
quod mandat dominus in egressu faciendum, id est excussio pulueris pedum, desi
gnat: designat autem q; habitatores loci, ciuitatis, pagi aut domus excussi sunt à fa
cie domini: sicut puluis ille excussus est à pedibus illorum, & quod non erunt sicut
Psalm. 1. iusti etiam infimi sanctorum, quemadmodum scriptum est: Non sic impij, non sic:
sed tanquã puluis quem proijcit uentus à facie terræ. Non est ergo huiusmodi ex
cussio pulueris malorum imprecatio, sed malorum impendentium signum. Et re
uera incolæ Sodomæ & Gomorræ, qui solum terra & terreni fuerunt, quiq; olim
in abyssum propter sua peccata (uindice cœlo) corruerunt, non tam grauibus ad
iudicabuntur pœnis in die iudicij, quàm qui legatos CHRISTI & sermones eorũ
repellunt: nam crimina illorun personalia erant: istorum, læsæ maiestatis immen
sæ. At quales oporteat missos esse, præmonet dominus per Matthæum, dicens.
93 ,, ¶ Ecce ego mitto uos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut
,, serpentes, & simplices sicut columbæ. ¶ Debent esse qui missi sunt à domino, si
miles ouibus, uita & moribus mansuetissimi. Prudẽtes ut serpẽtes, qui capitis sum
mam curam habendo se conseruant, & senectã exuunt assumptis quotannis nouis
induuijs. CHRISTVS caput, cuius præcipuã curam habendo, uiuunt: & indies ue
terem hominẽ perfectius exuendo, nouitate spiritus renouantur. Et simplices si
cut columbæ, nullis noxij, nullis maleuoli, nihil unquàm mali cogitantes: attamen
ex umbra inimicos suos cognoscentes, & procul fugientes ab illis. Sed qui sunt
inimici illi? Mali profecto homines, carnales, mundani, animales: à quibus domi
94 ,, nus per Euangelistam suum Matthæum præmonet esse cauendum, dicens. ¶ Ca-
,, uete autẽ ab hominibus: tradent enim uos in concilijs, & in synagogis suis flagel-
,, labũt uos: & ad præsides & reges ducemini propter me, in testimoniũ illis & gen-
,, tibus. ¶ Quæ prædixit dominus suis apostolis euentura, certissimus rei probauit
Acto. 5. euentus. Nam ut in actis apostolicis scripto proditum est: Exurgens princeps sa
cerdotũ, & omnes qui cũ illo erãt, quæ est hæresis Sadducæorũ, repleti sunt zelo,
& iniecerunt manus in apostolos, & posuerũt eos in custodia publica: à qua angeli
co præsidio liberatos (ut & consequenter sic subditur: Angelus autem domini per
noctẽ aperiẽs ianuas carceris, & educens eos, dixit: Ite, & stantes loquimini in tem
plo plebi, oĩa uerba uitæ huius) rursum apprehenderunt magistratus cũ ministris,
& statuerunt

& statuerunt in concilio, & demum cæsis denunciauerunt, ne omnino loquerentur in nomine IESV, & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu cõcilij: quoniam digni habiti sunt pro nomine IESV contumeliam pati, ueritatem uerborum domini agnoscentes, & ob id indies magis spiritu domini roborati. Omni autem die non cessabant, inquit, in templo, & circa domos, docentes, & Euangelizantes IESVM CHRISTVM. Et certe qui apostolicas legere uolet historias, inueniet eos ante reges & præsides ductos in testimonium illis & gentibus: adeo ut ne unum quidem uerbum exciderit ex ijs, quæ dominus prædixit eis. Et quomodo excideret? Ipse enim est ipsum per se uerbũ, ipsa ueritas, ipsa sapiẽtia omnia potens, & omnia sciens. Vetat insuper, ne sint anxij cum traditi fuerint pec
,, catoribus, quomõ aut quid nam dicturi sint, dicens. ¶ Cum autem tradent uos, no 95
,, lite cogitare, quomodo, aut quid loquamini. Dabitur enim uobis in illa hora, quid
,, loquamini. Non enim estis uos qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loqui-
,, tur in uobis. ¶ Si cogitarent & meditarentur, putarent suum esse quod dicerent, suum esse quod liberarentur, aut quod ad fidem incredulos adducerẽt, at cum nulla solicitudine eius rei torquentur, uerbo domini plenissime fidentes: tunc manifeste cognoscunt, non suum esse quod loquũtur, quod liberantur, quod infideliũ corda conuertunt, sed spiritum dei hæc omnia facere: ut non sibi quicquã, sed soli deo omnia tribuant, qui dignatus est eos sua facere instrumenta, per quos operaretur: & uerborũ & operum mirificam suscitaret harmoniam: perinde ac citharœdus per citharam: non enim cithara animos audientiũ allicit & immutat, sed qui mouet eã neq; huiusce operis laus aut gloria, est citharæ, sed mouentis citharam. Pari modo dei & spiritus eius erat laus omnis dictorum & factorum apostolorum, & cuiuscunq; alius quem deus dignatur suum facere instrumentum. Nam alioqui opus ipsum, solum humanum est, inane & frigidum, & quod non, nisi à carne, probari potest, à spiritu autem reijcitur: qualia sunt omnia solo studio humano adinuẽta. Cæterum spiritus dei loquens per illos, quales eos, qui uerbum eius admitterent, nisi spirituales efficeret? qui autem non admitterent, quales eos, nisi carnales relinqueret? Spirituales, spiritu dei aguntur, & fideles sunt. Carnales, spiritu mũdi q; in maligno positus est, & infideles sunt, & semper eos qui secundum spiritum ambulant
,, persequentes. De quibus per Matthæum subdit dominus, dicens. ¶ Tradet autẽ 96
,, frater fratrem in mortem, & pater filiũ: & insurgent filij in parentes, & morte eos
,, afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem p-
,, seuerauerit usq; in finẽ, hic saluus erit. ¶ Abel non persecutus est Cain, nec Iacob Esau: sed contra, quia caro semper persequitur spiritum: quandoquidem huius, est pax: illius, bellum: huius, erigere: illius, deprimere: huius, solum saluare: illius, pdere. Ergo quod dicitur: Tradet autem frater fratrem in mortẽ, id est, frater infidelis fratrem fidelẽ, & pater infidelis filium fidelem: & insurgent filij infideles in parentes fideles: & morte, sed terrena quæ in corpus dũtaxat ius habet, eos afficiẽt. Sed quid hoc est: Eritis odio oĩbus hominibus propter nomẽ meũ? Nunquid propter nomen CHRISTI, futuri erant odio fidelibus hominibus? Nequaquã, quia fideles homines sunt plusquã homines: quoniam non iam spiritu humano uiuunt, sed spiritu dei, & iam quodammodo spiritus. Hominis autem nomine, audiuntur solum carnales, & qui suo spiritu uiuunt: si tamẽ hæc uita, uita dicenda sit: de quibus etiã pauloante dixerat dns: Cauete ab hominibus. Ergo odio habiti fuerunt omnibus hominibus, quandoquidem omnibus carnalibus, & qui proprio, non dei spiritu agebãtur. Sed qui in huiusmodi carnis aduersus spiritũ bellis, persecutionibusq; perstiterit usq; in finẽ, ut spiritus carni, neq; ob prospera, neq; ob aduersa, neque in uita neq; in morte unquã cedat: hunc salus manet æterna, quod si corpus occidat,

Universidad de Deusto
Biblioteca

anima tamen in æternum uiuit. Sed & mors corporea (si citra detrimentum spūs
id fieri possit, & adimplendam uoluntatem domini, commodi aliorū gratia) inter-
97 dū deuitanda est. Propter quod aperiente Matthæo subdit dominus dicens. ¶ Cū
" autem persequuntur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico uobis, non cō
" summabitis ciuitates Israël, donec ueniat filius hominis. Non est discipulus supra
" magistrum, nec seruus supra dominū suū. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ei
" us, & seruo, sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub uocauerunt: quan-
" tomagis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos: nihil enim opertū est, quod nō
" reueletur: & occultū, quod nō sciatur. ¶ Sicut expedit humanarū disciplinarū stu-
diosis, ut intentatam mortē doctus præceptor effugiat, & ouibus ut custodes gras-
satorum manus tempestiue deuitent: sic expediebat mundo, ut apostoli intentatas
mortes relictis persecutionū locis, diffugerent. Attamen denunciat eis, quod ante
quàm peragrauerint, & illuminatrice gratia perfuderint uniuersas ciuitates Israël
futurū est ut filius hominis ueniat. Ipse dominus est filius hoīs: cuius triplex est ad
uentus. Primus in carne, ex sacratissimo thalamo uirginis. Secundus in cuiusq; fi-
Mar. 13. delis morte, de quo ipse dicit: Vigilate, nescitis enim qñ dominus domus ueniet.
Et tertius in nouissimo die. De secundo aduentu, qui aduentus particularis est, hic
loqui uidetur: innuens quod anteq; absoluerent regni dei in Iudæa annunciandi
mysteriū, aliqui eorū morte afficerentur, quod & factū est de Iacobo iusto, & Iaco
bo fratre Ioannis: & hæc fuit hora, qua dominus uenit ad eos. Et proinde exemplo
suo confortat eos: quia prior persecutionē passus est, prior mortuus: & nō est dis-
cipulus supra magistrū suū, nec seruus supra dominū suum. Quare sat esse illis de-
bet, debentq; æquo animo ferre, si talia subeant & ferant, quæ prius præceptor eo-
rum, & dominus pertulit: ipsi enim, discipuli & serui: ille præceptor & dominus: &
talis quidem dominus, quod oīm dominus: & tam acerba passus, quod nunq; quis-
quàm alius grauiora. Quo circa si patremfamilias, qui cœli & terræ prouidentiam
dispensat, uocare Beelzebub, id est, blasphemare, & potentiā eius principi dæmo-
niorū asseribere ausi sunt: quid mirū si domesticos eius, apostolos & discipulos blas-
phemabūt, asseribentes eorum dicta & facta principi dæmoniorū? Nihil ergo de-
būt illos timere. Nā nihil poterit à persecutoribus eorū sic tegi, quod protinus nō
sit CHRISTO domino detectū: sic occultari, quod illi nō sit illico manifestum, q
& eis cum uolet, deteget & manifestabit: ut uel sic intelligant se nihil debere time-
re, cū sciāt illo sciente & uolente ad suam ipsorum exaltationem, & permittente ad
psequentiū damnationē, oīa sibi cōtingere. Sed & alia ratione, quæ paulo post po
netur, nihil eos metuere debent; quia etsi occidunt corpus, nihil tamen possunt a-
nimæ officere, quod illis dominus planè ostendit in sua gloriosissima resurrectio-
ne. Et quāuis dominus hæc priuatim & secreto dicat: uult tamen illa ad ædificatio-
nem eorū, qui crediturí sunt publice, & in aperto dici, cum authore Matthæo ait.
98 " ¶ Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate
" super tecta. ¶ Quæ dñs dicebat in tenebris & in aure, id est priuatim & secreto, ni
hil aut certe parū profuissent, nisi apostoli ea recitassent publicitus & in aperto: q
dicere in lumine, & prædicare super tecta, significant. His dictis, ut monstrat Mat
thæus, docet eos dñs, quē maxime timere debeant, & admonet ne nimium timeāt
99 " mortem terrenam, dicens. ¶ Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam au-
" tem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & cor-
" pus perdere in gehenna. Non'ne duo passeres asse ueneunt, & unus ex illis non
" cadet super terram sine patre uestro? Vestri autem capilli capitis omnes nume-
" rati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis uos. ¶ Homines
mali, homines fideles corporaliter occidere possunt; & hoc est occidere corpus;
animā

animam autem occidere non possunt: at deus, & corpus & animam mittere potest
in æternum gehennæ cruciatum; & hoc est corpus & animam occidere, quod e-
uenit in malis. Quare hic potiori ratione q̃ illi timendus: quem solum uel maxime
amare oportet, & reuereri magis quàm timere. Sed cur ratione mortis corporis &
animæ, id est mortis gehennæ, quam infligere potest, eum timere debeant, cuius ui
dent circa se tantam solicitudinem, tantam curam, tam benignā prouidentiā? Qd'
si etiam occidantur corpore: qui fit ut non uideant id esse uoluntatē patris, in cuius Psalm. 115.
conspectu (sicut scriptum est) Preciosa est mors sanctorum eius, quæ est uespertī-
num sacrificium in odorem suauitatis? Quod uel hoc exemplo intelligi potest. Nā
duo passerculi, non pluris quàm uno assiculo uæneunt: & tamen unus eorum non
cadit, non interficitur, non moriendo decidit in terram, sine permissu & uoluntate
patris, qui in cœlis est. Quid igitur, cū homo, q tanti apud deū est ut minima quæq;
eius dinumerauerit, pro dei iustitia immolatur: nūquid id fit sine permissu & uolun
tate patris æterni, cū homo multis imo' infinitis passeribus præstantior sit? Nihil
ergo est cur timeant mortem corpoream, aut eos qui occidunt corpus. Quinimo
ne ipsam quidem corporis, & animæ mortem, id est gehēnam timere debent, sed
potius totis uiribus, imo' supra uires amare & uenerari eum, qui potest illam infer
re. Nolite ergo, inquit, timere. Et quid timerēt? quandoquidem habituri sunt ante
cœlestis patris conspectum, filiū eius coæqualis potestatis, dignitatis, & regni, con
fitentem eos, & negātem interfectores eorum. Quod ipse dominus per Matthæ-
" um Euangelistā suū testatur, dicens. ¶ Omnis ergo qui confitebitur me coram ho 100
" minibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. Qui autem ne-
" gauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui in cœlis
est. ¶ Ipsi apostoli & discipuli, tā in uita q̃ in morte corā hominibus confessi sunt
dominū nostrū IESVM CHRISTVM, consimiliter & de ijs qui per illos uere fi-
deles effecti crediderunt, quiq; crediturí sunt, dicendū est. Quare & CHRISTVS
confitetur, & cōfitebitur eos coram patre cœlesti. At infideles, & fidelium persecu
tores & occisores CHRISTVM negāt. Quare & ipsos corā patre cœlesti CHRI
STVS dominus negabit. Eos autē negare, est eos à consortio beatorum, & à par-
ticipatione regni cœlorū excludere, & æternis deputare supplicijs: sicuti econtra
rio eos confiteri, est eos in consortium beatorū admittere, & participes regni cœle
stis & gloriæ æternæ efficere. Verū cum omnes mundi nationes, omnesq; populi
ea fide carerent, quæ necessaria erat ad uitam (nam omnes carne incedebāt) necess-
aria autem erat lex spiritus: eam cum dominus attulit, quid aliud fecit, q̃ quod in
uniuersam terram uerbum diuinum immisit, quod terrenæ paci contrariū est? Ideo
" Matthæo recensente, non ab re dicit dñs. ¶ Nolite arbitrari, quia uenerim pacē 101
" mittere in terrā. Non ueni pacem mittere, sed gladiū. Veni enim separare hominē
" aduersus patrem suū, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum
" suam: & inimici hominis, domestici eius. ¶ Quod inquit se nō uenisse pacē mitte-
re in terram: id de pace terrena dictum intelligamus: nā reuera uenerat, ut pacem
suā, pacē uerā, pacem cœlestē, non quomō mundus dat, in corda fidelium mitteret.
Hæc autem pax, & illa, adeo sibi mutuo aduersæ sunt, ut si pacem cum deo habeas
protinus bellum cum mundo habiturus sis. Sed & cum gladius uerbū dei sit, quod
uenit ut mitteret: non uenit ut pacem mitteret in terrā, sed id ad quod sequitur bel
lum: nam uerbū dei dissidere facit filium aduersus patrem suum, & filiam aduersus
matrem suam, & nurum aduersus socrum suam. Et qui uerbo dei dissidet à suis,
inimicos habet domesticos suos, à quibus dissidet: carnales inquam amicos. Et li-
cet domesticos carnales extrinsecus nō habeat: internos tamē inimicos habet car
nales scz affectus: ad quod iuge cū domesticis inimicis, siue externis, siue internis
sequi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſequitur bellum. Eſt ergo mirabilis gladius uerbi, quem dominus uenit ut mitteret
in terram: ſeparat enim hominem facto diſſidio, non ſolum ab exteris, ſed etiã quo
Hebr. 4. dammodo à ſeipſo: cum ſit penetrabilior, atteſtante Paulo, omni gladio ancipiti, et
pertingens uſq; ad diuiſionẽ animæ ac ſpiritus. Quid enim anima, niſi ſenſus aĩalis
& carnalis? Quid ſpiritus, niſi ſenſus gratiæ, & ſpiritualis? Et ut intelligamus hũc
gladiũ, qui ſpiritum aduerſus carnem diſſidere facit, non eſſe ſpiritum odij, ſed a-
102 „ moris, nobis inſinuante Matthæo, ſubdit dominus. ¶ Qui amat patrem aut matrẽ
„ plus quàm me, non eſt me dignus. Et qui amat filium, aut filiam ſupermeu, non eſt
„ me dignus. ¶ Tantum abeſt ut hic gladius ſit gladius odij, ut ad ipſos quoq; inimi-
Matth. 5. cos extendat amorem, dicente domino: Diligite inimicos ueſtros, benefacite his
qui oderunt uos. Atq; hic amor debet eſſe maximus. Sed erga quem? Erga patrẽ,
aut matrem? Non. Erga filium aut filiam, aut aliquem conſanguineum aut affinẽ?
Non. Erga ſeipſum? Non: ſed erga dominũ noſtrum IESVM CHRISTVM: er-
ga quem tantus eſſe debet, ut omnes alios, erga quoſcunq; ſint exuperet & offuſ-
cet, haud ſecus ac ſolare iubar omnia alia lumina, tanq; lumina non ſint, offuſcat:
quippe quæ in præſentia eius, perinde ut quædam tenebræ nõ appareant. Ad hũc
modum cæteri amores cum illo collati, uideri non debent amores, ſed quædam ue
Luc. 14. luti odia: quemadmodum per Lucam ait dominus: Si quis uenit ad me, & non odit
patrem ſuum & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & ſorores: adhuc autem &
animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Oportet ergo hunc amorem eſſe
maximum, utpote in quo cæteri (etſi amores ſunt) uideantur non amores, ſed quæ
dam ueluti odia: quia ſcilicet abſorbeantur & nihili fiant in illo, ut in amore odium
& in lumine tenebræ. Et hic amor, qui unum ſolum tanti facit, ut cætera omnia cõ
paratione illius nihilipendat, tam dignus eſt, ut habentem ſe faciat reputari dignũ
eo quem amat: tametſi is omne excedat precium, & omnem uel infinitum, ualorẽ.
Quare amor ille, quo aut pater aut mater, aut aliqua alia creatura, ſiue in cœlo, ſiue
in terra plus diligitur quàm CHRISTVS, non poteſt facere habentem ſe dignum
CHRISTO, qui deus eſt: ſed maxime indignum, adeo ut portio eius ſit cum repro
bis amatoribus. Et hic amor non eſt cœleſtis, ſed terrenus, ſed diabolicus, qui crea
turam præfert creatori: ille autem cœleſtis et diuinus. Sed quid ſi quis æque amet
CHRISTVM ac patrem & matrem: æque ac filium aut filiam, aut æque ac ſei-
ipſum? Tũc enim non amabit patrem aut matrem, filium aut filiam, aut denique ſei
ipſum plusquàm CHRISTVM: quia æqualiter. Nunquid ergo erit eo dignus?
Abſit, quia ſe aut aliam creaturam deo æquat, & hic amor eſt carnalis & ſenſualis:
imo reuera non eſt amor, ſed amoris peruerſio, non ad ſuperna ſubuehens, ſed ad
inferna demergens: non dignum, ſed indignum faciens: non humilem, ſed ſuper-
bum: non pluris deum, quàm creaturam æſtimantem. Hac itaque ſententia: Qui
amat patrem aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus, & illa: Qui amat fi-
lium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus: duas quoque alias intelligimus, ſci-
licet: Qui non amat me plus quàm patrem aut matrem, nõ eſt me dignus, &: Qui
non amat me ſuper filium aut filiam, non eſt me dignus. Et illa plus & ſuper, quæ
apud Matthæi interpretem eodem uocabulo ὑπὲρ, id eſt, ultra uel ſupra, dicuntur:
exceſſum dicunt amoris alios obfuſcantis, obſcurantis que, & quodammodo ad-
nihilantis: ut ex Luca iam tetigimus, ubi alij amores huius collatione odia, id eſt,
non amores nominantur. Et in hoc quod dominus ſupra patrem, matrem, fi-
lium, filiam, & omnem proximum ſe plus diligendum declarabat: inſinua-
bat ſe eſſe deum, qui ſolus ſupra illos omnes, omnemq; creaturam eſt diligendus.
Sed & de eo amore qui alios omnes, tum parentum, tum ſuijpſius, in fideli nihi-
103 „ liſacit, ſe loqui teſtãte Matthæo aperit dominus, cum ſubdit. ¶ Et qui non accipit
crucem

„ crucem ſuam & ſequitur me, nõ eſt me dignus. Qui inuenerit animã ſuam, perdet
„ illam, & qui perdiderit animam ſuã propter me, inueniet eã. ¶ Crux tribulatio, per
ſecutio, fames, anguſtia, ſuijpſius mortificatio, cõtẽptus, abnegatio, propter CHRI
STVM, eius patientiã imitando, in illis perferendis propter ipſum gaudendo: quẽ
admodũ ipſe, ſuper quẽ opprobria exprobrantiũ patri ceciderũt, ut diuinus inquit Pſalm. 68.
Apoſtolus) propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ, confuſione contempta, & ſemp Hebr. 12.
ad ipſum attendendo, quemadmodũ ipſe ſemper ad patrẽ attendit. Et hæc eſt por
tando crucem uera imitatio, ſiue crux ipſa ſit pure uoluntaria, ut ſeſe macerantiũ
in deſertis, aut in abditis locis: quia CHRISTVS cum filius dei eſſet, & ſuper om-
nia, exinaniuit ſemetipſum quodamodo infra omnia, & ſeſe macerauit noſtræ ſalu
tis gratia, uoluntatem patris ſemper faciens, uolentis in eo omnium operari ſalu-
tem: ſiue quodammodo inuoluntaria, ut eorũ qui quæ ab exteris aut ſuis, & uarijs
mundi huius proceſſis infliguntur, patienter ferunt, ob id quod dñs omnes preſſu-
ras, & aduerſariorũ afflictiones patienter tulit: qui, ut inquit Petrus, cum maledice 1. Pet. 2.
retur, nõ maledicebat: cũ pateretur, nõ cõminabatur. Hanc autem crucẽ dñi nemo
unq; tulit, neq; ullus unq; feret, niſi hoc faciente amore. Et q huiuſmodi fert ſequẽ
do, id eſt imitando CHRISTVM, eſt CHRISTO dignus: qui non, non eſt eo di-
gnus. Si auſteriorem uitam ducas, q; olim Hilarion, & omnis turba Thebaidarum
& Tabenniotarum, & te reſpicias, exiſtimans opera tua te ſaluatura, crucẽ fers, ſed
non ſequeris CHRISTVM, ſed teipſum, cum tuam ſalutẽ in illis ſitam eſſe putes.
Salus tua miſer, non ſunt opera tua, ſed opera CHRISTI. Tu te ſaluare non po-
tes, ſed CHRISTVS. Tua crux nõ te ſaluabit, ſed crux CHRISTI. Ergo ſic faciẽ
do tantum abeſt ut ſis CHRISTO dignus, ut etiam hoc ipſo ſis indignus. Nam
quamuis tuo iudicio, dignus ſis & probus: dei tamen indignus es & reprobus.
Reſpice igitur q crucẽ fers in eũ, qui te ſaluat, & ſpera in cruce, id eſt in paſſione
eius, non in tua quæ nõ ſaluat. Sunt alij qui in aduerſitatibus, perſecutionibus, & af
flictionibus impatientes ſunt, ſolũ præſenti uitæ ſtudentes, uiuentes in delicijs, cru
cẽ fugientes, imo CHRISTVM ipſum propriæ uitæ poſtponentes: & hi animã ſu
am in hoc mũdo inueniũt, ſed uitã perdent æternã, & hoc eſt quod dñs dicit: Qui
inuenit animã ſuã, perdet illam. Et certe ſine cruce impoſſibile eſt quenq; ſaluari:
nõ dico eius ipſius qui ſaluatur, ſed eius qui ſaluat, & qui illius eſt amator, & in illa
ſperat, crucẽ iam tolerat, tantũ abeſt, ut eam fugiat. At qui in perſecutiõibus et affli
ctionibus, quæcunq; ſuperuenerint, æquanimes ſunt, uitæ præſenti non ſtudẽtes,
ſed futuræ, ſe delitijs abdicantes, crucẽ amantes, nõ pluris faciẽtes uitã q; mortem
& hoc propter CHRISTVM, hi ſunt qui hoc ſermone CHRISTI cõprehendũ
tur: Qui perdiderit animã ſuam propter me, inueniet eã. Et hi dicũtur odire animã Ioan. 12.
ſuam in hoc mundo: illi uero amare, ex Ioanne dominũ inducente dicentem: Qui
amat animã ſuã, perdet eam: & qui odit animã ſuam in hoc mudo, in uitam æternã
cuſtodit eam, ubi ex ſecũda particula intelligitur loqui in prima de amante animã
ſuam in hoc mundo: ſiquidem amare animã ſuã in hoc mundo, & odire animam ſu
am in hoc mundo, oppoſita ſunt. Ergo odium mundi & amor CHRISTI, qui ſo-
lus eſt uerus amor, quo eum pluſquàm patrẽ & matrem, plus quã nos ipſos, pluſq;
omnia amare debemus, coincidũt. Et ne credamus, ipſum non redamare ſuos ama
tores, mox ſuũ erga eos quodam modo explicat amorem, ut prodit Matthæus, ſub
„ dens. ¶ Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eũ qui me miſit. Qui 104
„ recipit prophetam in nomine, pphetæ, mercedẽ prophetæ accipiet. Et qui recipit
„ iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. Et quicunque potum dederit uni
„ ex minimis iſtis, calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine diſcipuli: amen dico uo-
„ bis, non perdet mercedem ſuam. ¶ Adeo dominus redamat ſuos amatores, ut ſi
quis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quis eos audiat, recipiat, beneficijs afficiat, & hoc propter ipsum, se audiri, recipi, & beneficijs affici iudicet; & non solum se, sed & patrem suũ. Propter ipsum, inquam hoc ẽm est, recipere illos in nomine eius. Nam si qui alio nomine, aliaue causa, aut occasione recipiant ipsos, nequaq̃ propter ea in eis CHRISTVM recipiẽt: quanquã si ipsa intentio bona sit, mercede & gratia non carebũt: ut si recipiant, quia prophetæ uideantur, aut certe iusti & boni uiri, mercedem pro tali facto accipiẽt. Quinimo ne minimum quidem beneficiũ qualibet bona intentione factũ peribit, ut si quis uel hausti aquæ frigidæ porrexerit uni ex ijs, qui se propter CHRISTI amorẽ abiecerunt, & nihili fecerunt, & hoc egerit tantummõ in nomine discipuli, grãm assequetur apud eũ, qui pro omni beneficio, quanq̃ sibi debito, & minus etiam sufficiente, q̃ quod debitũ est, suam gratiam nunq̃ debitã distribuit quasi debitã. Qui tamen recipit illos, aut eis beneficium confert, excellentissime id facit, si primus & altissimus amor ipsum eo dirigat, & id in nomine eius faciat, qui super omnes debet amari, & qui solus homines plus amat, & amauit etiam in infinitum, q̃ omnes simul unq̃ eum amare possint, etiam si colliquescant amando. Ergo illũ precemur, nobis eum infundat amorem, q habentẽ se facit CHRISTO dignum: ut omnia in illo amore agentes, illũ qui est principiũ, medium, & finis amorum superamemus superlaudemus, & supergloríficemus, summum patrem æternum, per filium in spiritu sancto, qui cũ illo in æquali maiestate uiuunt & regnant in omnia, per omnia, & super omnia secula seculorum. Amen.

CAPVT VNDECIMVM.

105 ET factum est cum consummasset IESVS, præcipiens duode-
106 cim discipulis suis: transijt inde, ut doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. ¶ Ioannes autem cum audisset in uinculis opera CHRISTI, mittens duos de discipulis suis, ait illi 5
Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Et respondens IESVS ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis: Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes Euangelizantur: & beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.
107 ¶ Illis autem abeuntibus, cœpit IESVS dicere ad turbas de Ioanne: 10
Quid existis in desertum uidere? Arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestitũ? Ecce qui mollibus uestiũtur, in domibus regũ sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? Etiam dico uobis, & plusquã prophetã. Hic est enim de quo scriptũ est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierũ maior Ioanne Bapti- 15
108 sta. Qui autem minor est in regno cœlorũ, maior est illo. ¶ A diebus autem Ioannis Baptistæ usq̃ nũc, regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ, & lex usq̃ ad Ioannem prophetauerũt: & si uultis recipere, ipse est Helias qui uẽturus est. Qui habet au-
109 res audiendi, audiat. ¶ Cui aũt similẽ æstimabo generationẽ istã? Simi- 20
lis est pueris sedẽtibus in foro, q clamãtes coæqualibus dicũt: Cecinimus uobis, & nõ saltastis: lamẽtauimns, & nõ planxistis. Venit enim Ioannes

neque

neq̃ manducãs, neq̃ bibẽs, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo uorax, & potator uini:
25 publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapiẽtia a filijs suis.
¶ Tũc cœpit exprobrare ciuitatibus, in qbus factæ sunt plurimæ uirtutes 110
eius: quia non egissent pœnitentiam. Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida: qa si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitẽtiam egissent. Verũtamen dico uobis: Ty
30 ro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quam uobis. Et tu Capharnaum, nunquid usque in cœlum exaltaberis? Vsque in infernũ descẽdes. Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in te, forte mãsissent usque in hanc diẽ. Veruntamẽ dico uobis, quia terræ Sodomorũ remissius erit in die iudicij, quam tibi. ¶ In illo tẽpore respõdens IESVS, dixit: Con- 111
35 fitebor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscõdisti hæc a sapiẽtibus & prudẽtibus, et reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit placitũ ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neq̃ patrẽ qs nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. ¶ Venite ad 112
me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugũ
40 meũ super uos, & discite a me quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus uestris. Iugũ enim meum suaue est: & onus meũ leue.

ANNOTATIONES BREVES XXIII. CIRCA LITERAM CAP. XI

3	in uinculis		qui uenturus erat		& infra.
	ἐν δεσμωτηρίῳ	21	pueris	31	nunquid
	in carcere		παιδίοις		ἢ
5	tu es, qui uẽturus es		diminutiuum	31	exaltaberis
	σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος	21	coæqualibus		ὑψωθεῖσα
	tu es qui uẽturus erat		*ἀντῶν		exaltata
6	audistis		suis	32	forte mansissent
	uidistis	22	lamentauimus		ἔμειναν ἂν
	ἀκούετε		lamentati sumus		mansissent utique
	βλέπετε		usitatius	34	confitebor
	præsentia	22	lamentauimus		ἐξομολογοῦμαι
7	uident		*ὑμῖν		præsens
	ἀναβλέπουσι		uobis	36	paruulis
11	mollibus	24	uorax		νηπίοις
	*ἱματίοις		φάγος		infantibus
	uestibus		edax		insipientibus
11	qui mollibus uestiũtur		manduco	36	placitum
	μαλακὰ φοροῦντες	27	Corozain		εὐδοκία
	qui mollia gestant		χοραζεὶν		beneplacitum
13	plusquam prophetã	29	in cilicio		bona uoluntas
	περισσότερον προφήτου		ἐν σάκκῳ	39	reficiam
	excellẽtiorẽ, ppheta	30	remissius		ἀναπαύσω
19	qui uẽturus est		ἀνεκτότερον		refocillabo
	ὁ μέλλων ἔρχεσθαι		tolerabilius		recreabo

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIVS IN CAPVT VNDECIMVM.

POstquã desijt dominus præcipere, præceptaq; illa sancta, quæ audita sunt, dare duodecim apostolis: qd superest nisi ut intelligamus eos domini præcepta exequẽtes, profectos ad prædicãdum, & dominũ alijs comitatũ (alios enim septuagita habebat discipulos) illos subsecutũ? Sed ad quid? Ad iam purgatos magis illuminandum, & perficiendum, sanandum, docendum, & omne opus admirabile, & quale nunquam ante auditum fuerat, pa-
105 „ trandum: id enim nusquam non faciebat. Quod insinuat Matthæus, dicens. ¶ Et fa
„ ctum est, cum consummasset IESVS, præcipiẽs duodecim discipulis suis, trãsijt in-
„ de, ut doceret et prædicaret in ciuitatibus eorum. ¶ Cũ cõsummasset IESVS præ-
„ cipere, & finẽ fecisset præcipiendi, transijt ex loco illo in alia iã ab apostolis præpa-
„ rata, ut doceret & prædicaret in ciuitatibus eorũ, id est ad quas illi præmissi fuerant:
„ nã quia messis multa erat, & prius solus fuerat operarius, qui dominus erat, ipse bo-
„ nitatem suam communicãdo, & multam potestatem largiendo ad ea loca præmise-
„ rat operarios. Sed quid eo prædicãte, & admirãdas uirtutes operãte acciderit, sub-
106 „ sequenter enarrat Euangelista Matthæus, dicẽs. ¶ Ioannes autẽ cũ audisset in uin-
„ culis opa CHRISTI, mittẽs duos de discipulis suis, ait illi: Tu es q uẽturus erat, an
„ aliũ expectamus? Et respondens IESVS, ait illis: Euntes renũciate Ioanni quæ au-
„ ditis & uidetis. Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiũt, mor-
„ tui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est, qui non fuerit scandizatus in
„ me. ¶ Historia Ioãnis ex decimoquarto huius, & sexto Marci, quomodo eum He-
rodes cõiecerit in uincula propter Herodiadem uxorem Philippi, & tandẽ occide-
rit, nota est. Sed cur Ioannes misit ex carcere duos e` discipulis suis ad dominũ, qui
interrogarent eum, dicẽtes: Tu es qui uenturus erat, an aliũ expectamus? Quasi di-
cerent: Tu ne es Mesias, quẽ prophetæ uenturum prædixerunt: an alius est abs te,
qui uẽturus est, Mesias, quẽ expectare debeamus? Nunquid ipse dubitabat eũ esse
Mesiam, quẽ baptizauerat, super quem spiritum sanctum descẽdentem uiderat, &
quem uoce patris testãte audierat esse filiũ dei? Quin & ipse Ioannes testatus erat,
quod dominus maior erat: quod baptizaturus in spiritu sancto & igni, & q; agnus
dei. Nunquid ergo dubitabat eũ esse Mesiam? Minime profecto. Ad quid ergo mi-
sit? Ad id sane`, ut dũ adhuc erat ĩ uita, discipuli sui ex testimonio CHRISTI, CHRI-
STVM Mesiam esse cognoscerent, & crederent, neq; aliũ ulterius expectarẽt. Ve-
rebatur enim, ne post mortẽ suã, quæ uicina erat, illi utpote nimio affectu addicti
crederent ipsum fuisse Mesiã, ac domino maiorẽ atq; sanctiorẽ; sic enim dũ adhuc
uiueret, immodico erga eũ amore ac affectu tenebantur, ut crederẽt ipsum CHRI-
STVM esse, & omniũ maximũ: neq; ipsi de se dicenti: Nõ sum ego CHRISTVS,
crederẽt. quod fere` cõmune uniuersorum uitium est, qui sibi caput aliquod faciũt,
quod caput non est; quia reuera nullũ caput est, nisi CHRISTVS. plus enim suo ca-
piti, id est ei quod caput sibi statuunt, sed caput non est, tribuere solẽt, quàm par sit.
quod Ioannis faciebãt discipuli. A quo errore uolẽs eos liberare Ioãnes, misit ipsos
ad dominũ sciscitaturos, esset ne Mesias, an alius adhuc eẽt expectãdus. In quo pla-
ne` discipulis suis declarabat se nõ esse Mesiam. Nam si fuisset, nõ misisset, ut inter-
rogarent alium, esset ne Mesias, an alius expectandus. Sed & eum, ad quem illos
mittebat, se maiorem esse, & sapientiorem ostendebat: ut cuius responso, sentẽtiæ,
& iudicio discipulos suos stare uolebat potius quàm suo, ut maioris, sapiẽtioris, po-
tentioris. Sed quid audierunt à CHRISTO? Nonne id: Ego sum Mesias, quẽ expe-
ctabant uenturũ, neque est alius expectãdus? Nõ, nisi in parabola: nam coram eis
cæcos illuminauit, claudos erexit, leprosos mundauit, surdos audire fecit, mortuos
suscitauit, & euangelizauit pauperibus, & opera illa renuncianda Ioanni mãdauit:
non

non tam propter Ioannem, quàm propter discipulorũ eius in ueritate confirmatio-
nem: ut ex rebus ipsis intelligerẽt eũ esse Mesiã, & eũ de quo Esaiæ capite tricesi- Esaiæ.35.
moquinto dicitur: Dicite, Pusillanimes cõfortamini, & nolite timere. Ecce deus no-
ster ultionem adducet retributionis, deus ipse ueniet, & saluabit nos: tũc aperiẽtur
oculi cæcorũ, & aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut ceruus, claudus, & aper-
ta erit lingua mutorũ. Et eum de quo idem Esaias capite sexagesimoprimo, ait: Spi- Esa. 61.
ritus domini super me, eo quod unxerit me dominus: ad annunciandũ mãsuetis mi-
sit me, ut mederer contritis corde, & prædicarẽ captiuis indulgentiã, & clausis aper-
tionem. Sed & suo sermoni adiecit dominus id: Et beatus qui nõ fuerit scandaliza-
tus in me: hoc est, beatus qui crediderit me esse Mesiam, neque ullum alium expe-
ctauerit. nã qui nõ credit, & aliũ expectat, scandalizatur, & grauiter offendit in eo.
Deinceps quid discipulis Ioannis abeuntibus, ut renunciarẽt ei uerba CHRISTI,
„ & facta, dominus dixerit turbis, aperit Matthæus, dicẽs. ¶ Illis autẽ abeũtibus, cœ- 107
„ pit IESVS dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertũ uidere? Arundinem
„ uento agitatã? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestitũ? Ecce qui mol-
„ libus uestiuntur, in domibus regũ sunt. Sed quid existis uidere? Prophetã? Etiã di-
„ co uobis & plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mit-
„ to angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Amẽ dico
„ uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Qui autem mi-
„ nor est in regno cœlorũ, maior est illo. ¶ Hoc est saluatoris de Ioanne testimoniũ,
quo nullum natorum ex mulieribus facit maiorem, se uno excepto. Arundo uento
agitata, mundanus quisque facile tentationibus cedens: quales sunt gnatones, adu-
latores, simulatores. Homo mollibus uestitus, homo delicatus, mollis, & effœmina-
tus, & qui exteriore ornatu gloriam suam metitur. Propheta proprie est, qui res an-
tequam sint, fatur: ἀπὸ τοῦ πρό καὶ τοῦ φῶ, ab ante & dico. Et ideo plus erat Ioannes quàm
propheta: nã ipse præsentem ostendit, de quo omnes alij prophetæ tantũ locuti fue-
rant. Attamẽ qui dicit eũ prophetã, non male dicit: nam CHRISTI baptisma præ-
dixit antequam baptizaret. Qui autẽ (inquit) post me uẽturus est, fortior me est. Et Matth. 3.
subdit: Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Prædixit & mortẽ, cũ dicit: Ec- Ioan. 1.
ce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed qui dicit eum prophetam, non satis
dicit: quia maius quippiã erat, & plusquam propheta; siquidẽ nullus eorum qui de
CHRISTO prophetarũt, potuit CHRISTVM indicãdo mõstrare, & dicere: Ecce
quod ipse & dum adhuc ĩ utero matris suæ clausus esset, subsultãdo fecit, & postea
discipulis suis ostẽdendo, posteaquam eum baptizauit. Erat ergo propheta, sed nõ
solum propheta, sed & plusquam propheta, & de quo alij prophetæ locuti sunt: nã
testante domino id Malachiæ tertio, quod sic nũc legimus: Ecce ego mittã angelũ Malach. 3.
meum, & præparabit uiam ante faciẽ meam: de Ioanne scriptum est. Quod autem
sequitur: Et statim ueniet ad templum suũ dominator, quem uos quæritis: & ange- Ioan. 3.
lus testamẽti, quem uos uultis: de domino. De Ioãne (etiã ipsomet testãte) Esaias
prophetauit, cum diceret: Vox clamãtis in deserto, parate uiã domini, rectas facite Esa. 40.
in solitudine semitas dei nostri. Et quanquam propheta fuerit, & plusquam prophe-
ta, & nemo ĩter natos mulierũ surrexit eo maior: CHRISTVS tamẽ seipsum exci-
pit, cum ait: Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo. Regnũ cœlorũ,
regnũ CHRISTI. In eo minor Ioãne, CHRISTVS: quia CHRISTVS minor na-
tu. Et ecce (inquit angelus ad uirginem deum cõcepturam) Elizabeth cognata tua, Luc. 1.
& ipsa cõcepit filiũ in senectute sua: & hic mẽsis est sextus illi, quæ uocatur sterilis.
Minor ergo intelligitur, minor natu. Sed nonne etiã uirgo deo fœta, quæ dominũ
cœli & terræ peperit, surrexit Ioanne maior? De hoc nõ dubitamus, si dominus ex-
cludit duntaxat natos; nã sicut ipse simpliciter est super omnes natos & natas (qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.1. enim de cœlo uenit, super omnes est) sic post eũ ipsa quæ est dei arca, super omnes
est & natos & natas. nã cæteræ mulieres etiã corruptæ, solũ hominũ fuerunt arcæ:
ipsa uero intacta illæsaq; uirginitate arca dei, & solius dei: quia solus deus iuxta ui
Ezech.44 sionem Ezechielis ingressus est per eam. & Ioannes solũ amicus sponsi: ipsa uero
mater sponsi, & in ecclesia illi proxima. Et esto, dominus cũ dicit, inter natos, etiã
natas comprehendat: id tamen uerũ est, dictũ domini de prophetis dici, & prophe
tis quidem ueteris legis, inter quos nullus surrexit maior Ioanne: quia ipsi solũ fu
erunt prophetæ: Ioannes autẽ plus q̃ propheta, & idcirco maior: quod & attesta-
Lucæ.7. tur Lucas, dicens: Maior inter natos mulierũ propheta Ioanne Baptista nemo est
Sed à quo tempore cœperit regnũ cœlorum, in quo iuxta carnis dispensationẽ na
108 „ tu minor, maior erat Ioanne: subdit ex Matthæo dominus, dicens. ◤ A diebus aũt
„ Ioannis Baptistæ usq; nũc regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud.
„ Omnes enim prophetæ & lex usq; ad Ioannẽ prophetauerũt: & si uultis recipere,
„ ipse est Helias qui uenturus erat. Qui habet aures audiẽdi, audiat. ◥ CHRISTO
dño baptizato, & incipiẽte prædicare, desijt Ioannes. Nã Ioãnes uetus lex: CHRI
STVS noua. Ioãnes umbra: CHRISTVS lux. Ioãnes uestigiũ: CHRISTVS ue
ritas. Ergo ubi CHRISTVS apparuit, noua lex, lux, ueritas: debuit Ionnes, lex ue-
tus, umbra, uestigiũ desinere. A diebus ergo cessationis, prædicatiõis Ioannis: re-
gnum cœlorũ, regnũ CHRISTI uim patitur: quia magno impetu, & uiolentia ma
gna irruebãt turbæ in eũ, ut audirent uerbũ dei, quod est Euangeliũ regni: adeo ut
Lucæ.5. persæpe dominus stare nõ posset in terra, dicente Luca: Factũ est autem, cum tur-
bæ irruerẽt in eum, ut audirent uerbũ dei. & subdente: Et sedens docebat de naui-
cula turbas. Et sic qui magno desiderio doctrinæ cœlestis irruebant in eũ, rapiebãt
regnum CHRISTI, quod est regnũ dei: & hoc est uiolentos rapere regnum cœlo
rum. Qui autem remissi erant, & dedignabantur se turbarũ pressuris committere:
regnum illud minime rapiebant, sed manebant in exilio mortis. Quanquã & id de
mortificatione carnis uerius intelligi potest: nam qui mortificabant, & nũc morti
cant carnẽ suã, rapiunt cœlos. & à diebus Ioannis, à prædicatione eius finita, & ab
incœptione nouæ legis regnum cœlorũ uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Qui
sunt ij? qui tollunt crucẽ suam, & sequuntur dominũ: qui moriuntur mundo, & uiu-
uificantur deo: qui mortificant membra sua super terram, quemadmodũ & Paulus
Coloß.3. CHRISTI organũ præcipiebat, dicens: Mortificate ergo mẽbra uestra, quæ sunt
super terram, id est, omnem concupiscentiã: quod sine uiolentia nõ fit, sed hæc uio
lentia est uictoria spiritus super carnẽ, & dei super hominem. & hi reuera (ut dictũ
est) sunt uiolenti, qui rapiunt regnum cœlorũ, & à quibus regnum cœlorũ uim pa-
titur. Et quid hoc est: Omnes prophetæ & lex usq; ad Ioannẽ prophetauerunt? ni
si, omnes prophetæ ueteris legis prophetauerũt usq; ad Ioannem. Ioannes autem
prophetiam clausit, & ueterem legem. Sed quã prophetiam? Certe ueterem: nam
Matth.23. in CHRISTO noua cœpit. & de prophetis nouæ legis ait CHRISTVS dñs: Ec-
ce ego mitto ad uos prophetas, & sapiẽtes, & scribas: & ex illis occidetis, & cruci-
figetis, & ex eis flagellabitis ĩ synagogis uestris. & de ꝓphetia noua dicit Apostolus
Theß.5. ad Thessalonicen. Spiritũ nolite extinguere, ꝓphetias nolite spernere. Sed nũ
quid oẽs prophetæ, qui de CHRISTO locuturi erant, solũ usq; ad Ioannẽ Bapti-
stam fuerũt? Nequaquã id ita esse autumo: Nã Apocalypsis de CHRISTO mul-
ta prophetat: & multi usq; ad finẽ mundi, si CHRISTVS dederit, possunt prophe
tare. Sed id duntaxat, scilicet q̃ omnes prophetæ ueteres, hoc est ueteris organi, so
lum usq; ad Ioannem fuerunt: à Ioanne autem cœpit lex noua, & noui prophetæ,
& gratia. Porro dominus aliud adijcit de Ioanne, q̃ ipse sit, de quo in Malachia scri
Malach.4. bitur. Ecce ego mittam uobis Heliam prophetã, antequã ueniat dies domini ma-
gnus

gnus & horribilis: & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorũ ad patres eorum.
Dies domini magnus & horribilis, tempus destructionis Iudæorũ per Titũ & Ve
spasianum. Conuertit cor patrum ad filios, in hoc quod præparauit Iudæos ad susci
piendam doctrinã CHRISTI & apostolorum eius, de quibus dictũ est: Pro patri- Psal.44.
bus tuis nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes sup omnem terrã. Sed illi ijdẽ q̃ di
cebantur patres, ubi susceperũt baptisma CHRISTI, filij facti sunt, & apostoli pa-
tres. Illi secundum carnem patres: hi secundum spiritum. Attamẽ multis patribus
cõuersis, & iam factis filijs regni, uenit magnus dies dñi & horribilis: in quo pcussit
deus terrã eorũ anathemate, quod in diem usque præsentẽ ab annis iam fere quad-
ringentis septuagintanouem supra mille perdurat. Neq; hic de secundo aduentu
dñi sed de primo: ut & capite tertio locutus est Malachias. Veruntamen qui illud
& similia ad literã intelligunt, ij superficie & cortice tenus intelligũt, & id est Iudai
cũ. Ideo dicit dominus: Si uultis recipere. &, Qui habet aures audiẽdi, audiat. Qui
autem intelligunt ad spiritum, ij usq; ad intimum & uiuum intelligũt, & hoc est spi-
ritualium: & hi quoque recipiũt, & aures habent ad audiendum. At quæres, si Ioan
nes esset Elias, quomodo diceret dominus: ipse est Elias, qui uenturus est? Cũ iam
Ioãnes uenisset, & adhuc esset superstes: tametsi haud ita multo post moriturus, cũ
dominus diceret hæc: Qui uẽturus est. Id aduertere licet, Græce hic haberi ὁ μέλλων
ἔρχεσθαι, quod anceps est ad qui uenturus est, aut qui uenturus erat, sicuti & ὁ ἐρχόμε-
νος, quod numero, 106. habetur. Quare sic fuerat hic potius interpretandũ: Et si uul
tis recipere, ipse est Elias qui uẽturus erat, quod perinde ualet, ac si dicatur: Ipse est
Elias, quẽ expectabatis uenturũ. nã cũ litera quæpiam duo prætẽdit sensa, in id po
tius uertenda est, quod loco est accõmodatius: hoc autẽ accõmodum, illud minime.
quare quæstio ex sola interpretatione pendet, & ex propria soluitur litera. Postea-
quam dominus dixit: Qui habet aures audiendi, audiat: cui assimilari debeat gene-
ratio Iudaica: cuius pars aliqua, & ea quidem maxima carnem sapit: & pars etiã ali-
„ qua spiritũ: enucleante Euangelista suo Matthæo, subiungit, dicens. ◤ Cui autem 109
„ similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedẽtibus in foro, qui cla
„ mantes coæqualibus, dicũt: Cecinimus uobis, & nõ saltastis: lamentauimus, & nõ
„ planxistis. Venit enim Ioannes neque manducãs, neque bibẽs, & dicunt: Dæmo-
„ nium habet. Venit filius hominis manducãs, & bibens, & dicũt: Ecce homo uorax,
„ & potator uini, publicanorum & peccatorũ amicus. Et iustificata est sapiẽtia a filijs
„ suis. ◥ Similis est nimirum Iudæorum natio pueris, qui sedẽt in foro, & acclamãt so
dalibus suis, dicẽtes: Cecinimus uobis. & quæ sequũtur. Nam generatio Hebræo-
rum quosdã habuit carnales, & sapientes mundum: & quosdã spirituales, & sapi-
entes deũ: & hi & illi dicuntur pueri. Hi pueri malitia, & sensibus perfecti: illi sensi-
bus pueri, & malitia cani. Illos dãnat Paulus, cũ dicit: Nolite pueri effici sensibus, 1.Corin.14
Hos autem commendat, cum subdit: Sed malitia paruuli estote, sensibus autẽ per-
fecti. Ergo pueri sedẽtes in foro, qui clamãt coæqualibus, CHRISTVS & Ioãnes:
iure dicti pueri, ob omnimodam uitæ innocentiam, puritatemq̃. Sedentes autẽ, ob
stabilitatem, & inconcussam in bonitate constantiã. Clamãt uero per salutarẽ præ-
dicationem: iste ad pœnitentiam uocans, ille ad Euangeliũ pacis, gratiã & fidem.
Coæquales illis, sensibus pueri: quos & Euangelista dicit τοὺς ἑταίρους, id est socios
& amicos: nam & dominus & Ioannes uolebant eos in consortium & amicitiã ele-
ctorum inserere. At quid clamãtes dicebãt? Cecinimus uobis, & non saltastis: nun-
ciauimus uobis læta, felicia, et cœlestia, & nõ applausistis, nõ exultastis, nõ ad super
na aspirastis. Et hic clamor saluatoris, qui annũciauit eis regnum cœlorum, pacem
cum deo, & remissionem peccatorũ, & infirmos eorum sanauit: quæ omnia læta, fe
liciaq; sunt. Alij autem dicebãt: Lamentauimus uobis, & non planxistis: nunciaui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus uobis pœnitentiam in præparationem remittendorũ peccatorum, et superuen
turæ iræ metum, & non egistis pœnitentiam, non resipuistis, nõ cõtriti estis. Et hic
clamor Ioãnis Baptistæ, qui pœnitentiã in austeritate uitæ eis prædicauit: at ipsi pœ
nitentiam non egerunt, non resipuerunt, non se ad euitandas gehennæ pœnas affli
xerunt, neq; se ante deũ humiliauerũt: et hoc est eos, lamẽtantibus illis, nõ plãxisse.
Quod autem subdit dominus: Venit Ioannes neq; manducans, neq; bibẽs, est de
claratio ipsius parabolæ. Venit enim Ioãnes ut lamentãs, ut qui ne panẽ quidẽ mã
ducaret, neq; uinum biberet, in signum lamentationis, & pœnitentiam prædicans;
& ipsi carnales & mundo affixi, nihil ob id moti sunt, sed contẽpserunt eum, & dixe
runt quod dæmonium haberet. Venit dominus ut canens tibijs, & ad alacritatem
spiritus inuitans: utpote manducans panem, & bibens uinum, in signum læticiæ in
deum, & annunciãs regnũ æternum: & ipsi quoq; carnales, & mundo affixi, spreue
runt eum, & insuper exprobrauerunt ei quod homo esset edax et œnopota, amicus
publicanorum & peccatorum. Et utriq; ut uisum est, pueri dicũtur: sed illi sunt car
nales, quia nihil eorum quæ dei sunt nouerunt: isti spirituales, quia nihil sciunt eo
rum quæ sunt mundi. Et utriq; etiam suo modo sapientes. Isti quidem deo, illi autẽ
mundo: qui scilicet & in sapientia sua iudicant spiritum, & seipsos suãq; sapientiam
iustificant: alios autẽ spernunt & condemnant, quod his uerbis innuit dominus, cũ
dixit: Et iustificata est sapiẽtia à filijs suis. Totius igitur parabolæ hæc est significa
tio. Pueri, qui bona nesciũt, aut qui nesciũt mala. Forũ, synagogæ, loca publica. Se
dere, persistere. Clamare, prædicare. Canere, læta nunciare. Saltare, exultare, & ad
diuina aspirare. Lamẽtari, tristia nũciare: ut pœnitentiã prædicare, & à peccatis me
tu gehẽnæ deterrere. Plãgere, resipiscere, crucẽ portare. Filius hominis, dominus
noster super omnes benedictus. Sapiẽtia, sapientia humana, iudicium humanũ. Iu
stificari, approbari. Filij, filij huius mũdi. At scisciabitur fortasse quispiã, an Ioannes
lamentatus sit solum, & an etiam CHRISTVS solũ cecinerit? Cecinit sane: uterq;,
Ioan. 3. & uterq; est lamentatus. Nam cum Ioannes dicit: Ipsi uos mihi testimonium perhi
betis, quod dixerim, non sum ego CHRISTVS, sed qa missus sum ante illũ. Qui ha
bet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eũ, gaudio gaudet
propter uocem sponsi. & quod sequitur, hoc canentis est, & læta annũciantis. At cũ
Matth. 3. ait: Progenies uiperarũ, quis demonstrauit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo
Matth. 5. fructum dignum pœnitentiæ. hoc est lamentantis. Similiter cũ dicit dominus: Bea
ti pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ. Beati mites, quoniã ipsi
possidebunt terram. & quod subnectitur, hoc canentis est. Cum autem dicit: Væ au
tem uobis Scribæ & Pharisæi hypocrite, qui clauditis regnum cœlorum ante homi
nes. & quæ sequuntur, sunt lamentantis. Cæterum quod subdit Matthæus, non car
110 „ men, sed threnus est, cũ ait. ¶ Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus sunt fa
„ ctæ plurimæ uirtutes eis: quia non egissent pœnitentiã. Væ tibi Corozaim, uæ tibi
„ Bethsaida: qa si ĩ Tyro et Sidone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt ĩ uobis, olim
„ in cilicio & cinere pœnitentiã egissent. Verũtamen dico uobis, Tyro & Sidoni re
„ missius erit in die iudicij, quàm uobis. Et tu Capharnaum, quæ usq; in cœlũ exaltata
„ es, usq; in infernũ descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ
„ sunt in te, utiq; mansissent usq; in hãc diem. Veruntamen dico uobis, quia terræ So
„ domorum remissius erit in die iudicij, quàm tibi. ¶ Vniuersum euãgelium, carmen
& uæ: aut læta nunciãs, ut sequamur: aut sinistra, ut deterreamur. Hic autẽ deterre
mur à malis, ne exemplo trium ciuitatũ Galilææ, Corozaim, Bethsaidæ, & Caphar
naum male pereamus, in quibus dominus plurimas diuinæ doctrinæ exhortationes,
habuerat, et plurima diuinæ uirtutis signa ostẽderat: quæ nihilominus tot auditis et
uisis pœnitentiã non egerunt, nõ resipuerũt, nõ à uitiosa cõuersatione destiterunt.

Idcirco

Idcirco Tyro & Sidoni ciuitatibus gentium, quæ deum nunq; agnouerunt, tolera
bilius erit in die iudicij, quàm illis: minoraq; patientur tormenta Tyrij & Sidonij,
quã Corozaitæ & Bethsaiditæ. Et quare minus animaduertetur in illos, q̃ istos?
Quia si doctrinam CHRISTI audiuissent, si miracula uidissent, resipuissent con
tinuo, in cilicio & cinere corpus affligentes, macerantesq; in signum ueræ resipis
centiæ. Et cũ ait dominus: In cilicio & cinere pœnitentiã egissent, etiam pœniten
tiæ asperitatẽ approbat: quam qui legitime facit, portat crucẽ dñi. Quod igitur si
gna fecit ad salutẽ in illis ciuitatibus, & non in istis: hoc benignitatis dei fuit, quæ
nõ cogitur, sed pro sapientia sua inscrutabili facit, put uult, & quibus uult. Et ideo
quia illi tanta benignitate dei, tãtaq; gratia abusi sunt, grauius, iusto dei iudicio, pu
nientur: at isti, quia bene usi fuissent, leuius habituri sunt, quod aũt bñ illis fuissent
usi, ille nouit, qui oĩa nouit: & quæ erunt aut non erunt, & quæ non sunt aut nõ fue
runt, tanq; quæ sunt aut fuerũt. In quo CHRISTVS se deum declarat: quia id nos
se solius dei est. Quare æquũ est, ut hæc particula, forte mansissent usq; in hanc diẽ
assertorie solũ legatur, reiecta particula forte: quia dictiũculam ἂν, quæ prælata ad
μετενόησαν, id est pœnitentiam egissent, referebatur, omisit interpres: quare & hic e
andem omittere debuit, ut utrunq; assertoriũ intelligatur: aut certe ἂν per affirmã
di particulã, utiq; aut similem explicare. Videamus ergo, ne gratijs dei abutentes,
grauius subinde corripiamur, & id quidem iusto eius iudicio. Sicut ipsi Capharnaũ
accidit: quæ tametsi tot miraculis CHRISTI, usq; ad cœlum exaltata fuerit (in ea
em multos leprosos, cæcos, & infirmos CHRISTVS sanauit: & duos à morte uici
na solo uerbo eripuit, seruũ Centurionis ex Matthæo & Luca, & filium Reguli ex Matth. 8.
Ioanne) nequaq; tamen egit pœnitentiam, abusa scilicet benignitate & uirtutibus Luc. 7.
CHRISTI, sibi ad æternam salutem exhibitis. Quamobrẽ quantũ exaltata fuit ad Ioan. 4.
hoc, ut resipiscendo uitã haberet æternã, tantundem deprimetur, quod illa cõtemp
serit, ad æternũ destinata suppliciũ, & hoc iusto dei iudicio: qui licet supbenignus
sit, tantæ tamen benignitatis suæ contẽptu adeo quidem, sed iustissime punit, ut ul
tio minor futura sit de Sodomitis ĩ die iudicij q̃ de Capharnaumitis. Sed cuius est
hoc nosse, cuius hoc prædicere? Certe solius dei, & eius cui dies iudicij tunc æque
præsens erat, atq; tũc erit, cũ actu omnes iudicabit. Cæterum quod hic dictum est
ad uæ pertinet: quod autem subdit Matthæus, ad carmen, cũ ait. ¶ In illo tempore 111
„ respondens IESVS, dixit: Confitebor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscõ
„ disti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam
„ sic placitũ fuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo: & nemo nouit filiũ, ni
„ si pater: neq; patrẽ quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. ¶ Quibus do
„ minus respõderit, Lucas apertius cap. 10. ostendit: nam septuaginta discipulis re Luc. 10.
uersis cũ gaudio, & dicẽtibus: Dñe, etiã dæmonia subijciũtur nobis in nomine tuo
ubi instruxit illos ne gauderent quia spũs subijciebantur eis, sed quia noĩa sua scri
pta erant in cœlo: id est, ne gauderent se aspicientes, sed diuinã benignitatẽ atten
dẽtes, quæ ipsos in uitam adscripserat æternam: tunc cœpit in spiritu exultans con
fiteri, & gratias agere deo patri, qui diuina mysteria, & uirtutes, diuinamq; sapien
tiam uoluit occultare à sapientibus & prudentibus huius seculi, & ea manifestare
humilibus, & ijs q nihil de se sentiũt, sed omnia deo tribuunt: id quod etiam factũ
est non eorum bonitate, nõ uoluntate, sed solũ patris beneplacito: ita pater, inquit,
qũ sic beneplacitũ fuit ante te. Et hæc diuina sapientia est, nosse, inquam oĩa tradi
ta esse CHRISTO à patre, & neminẽ nosse filiũ nisi patrẽ, neq; patrem nisi filiũ, et
eũ cui filius illud. i. siue sui, siue patris cognitionẽ, uoluerit reuelare. Quod si oĩa tra
dita sunt CHRISTO à patre. ergo omnes homines tum saluãdi, tum iudicãdi, tra
diti sunt CHRISTO, & eorũ uita & mors. Et q sunt iudicandi? Certe qui laborãt
ignorãtia doctrinæ dei, & onerãtur peccatis. Sed uult ne CHRISTVS condẽnare? Psal. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Minime: quoniam ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius. Ideo subinde
112 inducit eum Matthæus dicentē. ¶ Venite ad me omnes qui laboratis & onerati e-
stis, & ego reficiam uos. Tollite iugū meū super uos, & discite à me quia mitis sū,
& humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugū em meū suaue est,
& onus meū leue. ¶ Qui sunt qui laborant? Qui ægrotant peccatis. Qui onerati?
Quos premebant onera legis antiquæ, cerimoniæ, sacrificia, traditiones humanæ,
& doctrinæ scribarū & pharisæorum, qui alligant onera grauia, & importabilia, &
Matth. 23. imponebant in humeros hominū: digito autem suo nolebant ea mouere. At quo
reficit dominus ad se uocatos? Sua gratia, suaq; miseratione peccata condonando
ac remittendo: & insuper doctrina uitæ æternæ, quod est Euangelium regni, & pa
cis. Quo onera leuat? Noua lege, lege gratiæ & libertatis. Iugū ueteris legis, &
traditionū hūanarū, asperū erat, imo asperrimū: iugum autem CHRISTI, quod
est nouæ legis, suaue, imo suauissimum. Onus ueteris legis, cui & addebant scribæ
& pharisæi, graue, si non etiam grauissimū: onus autem CHRISTI, quod est dei
uerbum, nō humana traditio: doctrina patris cœlestis ad se colligentis & unientis,
nō pharisæorum à deo dispergentium, ac diuidentium, leue, imo leuissimum. Hoc
sua leuitate, & cœlesti quadam agilitate refocillatos ad cœlū eleuat: illud autē, suo
pondere oneratos ad inferna deprimit. Quomō ergo qui laborant, & onerati sunt
ad eum nō ueniant, qui summe beneuolus, bōficus, ac mitis est? Et qd docet Euan-
geliū nisi mansuetudinem, quæ est charitas super omnia ad deum, & ad omnia pro
pter ipsum? nisi humilitatem, quæ est nosse deum omnia esse, se uero nihil: & in co
gitatione bonitatis diuinæ liquescere, & deficere: ut stilla aquæ in immenso pela-
go & scintilla in igne maximo? quæ oia sunt suauissima & leuissima. Ergo si qui la
borāt peccatis, & scientiā dei ignorant: si q onerantur grauibus hominū oneribus,
discant CHRISTVM mitem esse, & humilē corde, quē & ipsi æmulentur. Qui uo
cat, qui reficit, id est requiē præstat, qui onus leuat, CHRISTVS est. Iugū eius, do
ctrina eius, mansuetudo, & charitas ex imitatione ipsius. Onus etiā eius, humilitas
ex corde enata, & profunda nihilitatis suijpsius in dei immensitate agnitio. Requi-
es animarū, tandem salus & uita æterna. Quā nobis præstare dignetur pater æter-
nus per filiū suum nos uocantē, reficientem, & animabus nostris requiem præstā
tem: & nos utriq; reddamus gloriam, honorem, & gratiarum actionem cum spiri-
tu sancto in omnia seculorum secula, Amen.

CAPVT DVODECIMVM

113 IN illo tempore abijt IESVS per sata, sabbato: discipuli autē
eius esurientes, cœperunt uellere spicas, & manducare. Pha
risæi autem uidentes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt
quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis: Non legi
stis quid fecerit Dauid, quando esurijt, & qui cum eo erant, 5
quomō intrauit in domum dei, & panes propositionis comedit, quos nō
licebat ei edere, neq; his qui cū eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non
legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolant, & si
ne crimine sunt? Dico aūt uobis, quia templo maior est hic. Si aūt sciretis
quid ē, Misericordiā uolo, & non sacrificiū: nunq; cōdemnassetis innocē 10
114 tes: dominus enim est filius hominis, etiā sabbati. ¶ Et cū inde transisset
uenit in synagogam eorum. Et ecce homo manum habens aridam: & in-
terro-

terrogabant eum dicentes: Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum. Ipse
aūt dixit illis: Quis erit ex uobis hō, qui habeat ouem unam, & si cecide-
15 rit hæc sabbatis in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam? Quanto magis
melior est homo oue? Itaq; licet sabbatis benefacere. Tunc ait hoī: Exten
de manū tuam. Et extendit, & restituta est sanitati, sicut altera. ¶ Exeuntes 115
aūt pharisæi, consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eū.
¶ IESVS autē sciens, recessit inde, & secuti sunt eū multi, & curauit eos om- 116
20 nes. Et præcepit eis, ne manifestum eum facerent. Vt adimpleretur quod
dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Ecce puer meus quem elegi
dilectus meus, in quo bene cōplacuit animæ meæ. Ponā spiritū meum su
per eū, & iudiciū gentibus nunciabit. Non contendet, neq; clamabit, ne-
q; audiet aliquis in plateis uocem eius. Arundinē quassatā nō confringet
25 & linum fumigans nō extinguet. Donec eijciat ad uictoriam iudicium, &
in nomine eius gentes sperabunt. ¶ Tunc oblatus est ei dæmoniū habēs, 117
cæcus & mutus: & curauit eū ita ut loqueretur, & uideret. Et stupebant oēs
turbæ, & dicebant: Nunquid hic est filius Dauid? Pharisæi aūt audien-
tes, dixerūt: Hic non eijcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dæmoni
30 orū. ¶ IESVS aūt sciens cogitationes eorū, dixit eis: Omne regnū diuisum 118
contra se, desolabitur: & omnis ciuitas, uel domus diuisa contra se, nō sta
bit. Et si satanas satanam eijcit, aduersus se diuisus est: quomō ergo stabit
regnū eius? Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij uestri in quo eijci
unt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Si aūt ego in spiritu dei eijcio dæmo-
35 nes, igitur peruenit in uos regnū dei. Aut quomō potest quisquā intra-
re in domū fortis, & uasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortem, & tūc
domū illius diripiet? Qui nō est mecū, contra me est: & qui non congre-
gat mecum, spargit. ¶ Ideo dico uobis, omne peccatū & blasphemia remit 119
tetur hominibus: spiritus autem blasphemiæ non remittetur. Et quicūq;
40 dixerit uerbum contra filiū hominis, remittetur ei: qui autem dixerit con
tra spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neque in futu-
ro. ¶ Aut facite arborē bonā, & fructū eius bonum: aut facite arborem ma 120
lam, & fructum eius malum. Siquidem ex fructu arbor agnoscitur. Proge
nies uiperarū, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex abundan
45 tia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona
& malus homo de malo thesauro profert mala. ¶ Dico autem uobis, quo 121
niam omne uerbū ociosum, quod locuti fuerint homines, reddent ratio-
nē de eo in die iudicij. Ex uerbis em tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis cō
demnaberis. ¶ Tunc responderunt ei quidā de scribis & pharisæis, dicen 122
50 tes: Magister, uolumus a te signum uidere. Qui respondens, ait illis: Ge-
neratio mala & adultera signum quærit, & signū nō dabitur ei, nisi signū
Ionæ pphetæ. Sicut enim fuit Ionas in uētre ceti tribus diebus, & tribus
noctibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

noctibus: sic erit filius hoīs in corde terræ tribus diebus, & tribus nocti-
123 bus. ¶ Viri Niniuitæ surgēt in iudicio cū generatione ista, & condemna-
bunt eam: quia pœnitentiā egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus cp̄ 55
Ionas hic. Regina austri surget in iudicio cū generatione ista, & condēna
bit eā: quia uenit a finibus terræ audire sapientiā Salomonis, & ecce plus
124 cp̄ Salomon hic. ¶ Cum autē immundus spiritus exierit ab homine, am-
bulat per loca arida, quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuer
tar in domū meam, unde exiui. Et ueniens inuenit eam uacantem, scopis 60
mundatam, & ornatam. Tunc uadit, & assumit septem alios spiritus secū
nequiores se, & intrantes habitant ibi, & fiūt nouissima hominis illius pe-
125 iora prioribus. Sic erit & generatiōi huic pessimæ. ¶ Adhuc eo loquente
ad turbas, ecce mater eius & fratres stabāt foris, quærētes loqui ei. Dixit
autē ei quidam: Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te. At 65
ipse respōdens dicēti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?
Et extendens manum in di scipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres
mei. Quicunque enim fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse
meus frater, soror, & mater est.

ANNOTAT. BREVES XXVII CIRCA LITERAM CAP. XII.

1	abijt	12	homo	39	blasphemiæ		
	ἐπορεύθη		*ἄρ ἐκεῖ		ἡ βλασφημία		
	iuit		erat ibi		rectus		
1	sabbato	18	consilium	39	non remittetur		
	τοῖς σάββασι		συμβόλιον		*τοῖς ἀνθρώποις		
	plurale	19	multi		hominibus		
4	licet – eis		ὄχλοι πολλοὶ	41	in hoc		
4	sabbatis		turbæ multæ	41	ἐν τῷ νῦν		
	ἐν σαββάτῳ	20	præcepit		in præsenti		
	singulare		ἐπετίμησεν	42	malam		
8	sine crimine		interminatus est		σαπρὸν		
10	innocentes	27	ita ut		& infra		
	ἀναίτιοι		*τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ	49	responderunt – ei		
	innoxij		cæcus & mutus &	54	Niniuitæ		
9	maior	28	Nunquid		Νινευῖται		
	μεῖζον		Nonne	62	nequiores		
	neutrum	33	dæmones		πονηρότερα		
9	hic		τὰ δαιμόνια		peiores		
	ὧδε	35	peruenit in uos	63	pessimæ		
	aduerbium		ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς		τῇ πονηρᾷ		
	Et infra.		præuenit ad uos		positiuum		
10	nunquàm	39	spiritus	65	te		
	οὐκ ἄν		Τοῦ πνεύματος		*λαλῆσαι		
	nequaquàm		genitiuus		alloqui		

COMMENTA

COMMENTARIVS IN CAPVT DVODECIMVM.

Factum saluatoris, quod sequitur, exprimit eius in homines clemen
tiā, & insinuat eū misericordiam ab hoibus potius exigere, cp̄ in leui
bus offensis condēnationem. Quod Matthæus explicat hoc pacto.
» ¶ In illo tempore abijt IESVS per sata sabbatis: discipuli autem ei- 113
» us esurientes, cœperunt uellere spicas, & manducare. Pharisæi aūt uidentes, dixe
» runt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet eis facere in sabbato. At ille dixit
» eis: Non legistis quid fecerit Dauid qn̄ esurijt, & q cū eo erant: quomō intrauit in
» domū dei, & panes ppositionis comedit, quos nō licebat ei edere, necp̄ his qui cū
» eo erāt, nisi solis sacerdotibus? Aut nō legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in
» templo sabbatū uiolant, & sine crimine sunt? Dico autem uobis, quia tēplo maius
» est hic. Si aūt scireris quid est: Misericordiā uolo & nō sacrificiū, nunc̄p̄ cōdemnas-
» setis innocentes. Dn̄s em̄ est filius hominis, etiam sabbati. ¶ In magnis celebrita
tibus, ut in pascha, scenopegijs, encænijs, & si qua sunt his similia: prima dies erat
magnū & primū, ac primo loco sabbatū: sex aūt alij sequentes dies erant sabbata,
sed secundo loco sabbata. In uno ergo horū dierū ambulabat dn̄s cū discipulis suis
per uiam, iuxta quā erant segetum spicæ, tum aliqui discipulorum uehementer e-
surientes, paululum ad illas deflectentes, cœperunt uellere ipsarum aliquot secus
uiam, & ex eis grana attritu manuū exēpta comesse. Quod cū uidissent pharisæi,
reprehendendi occasione arrepta, ut erant maleuoli simul & inuidi: cœperunt eos
apud dominū accusare, non tam profecto ut eos, cp̄ ut dominū ipsum suggillarent,
quasi qui (cum tales haberet discipulos) dignior quàm ipsi redargutione uideretur
sed id in eo quod & redargutione uacabat, cū in Deuteronomij uicesimotertio ca- Deut.23.
pite scriptū sit: Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu cōteres: fal
ce aūt non metes. Licebat ergo uellere spicas, & manu cōterere, ut ipsi faciebant.
Sed illi addiderunt, in sabbato: quia dies ille sanctus erat. Esto, sanctus esset, nō e-
rat tamen primum sabbatū, quod id fieri prohiberet: necp̄ magis id illo die prohibi
tum erat, cp̄ legere florem, aut obiter decerpere ex arbore fructum, & mandere: ut
pote in quo parare licebat quæ ad uictum pertinerent. Sed & necessitas famis eos
excusabat, etiam si spicæ fuissent sacræ, & ex loco sacro acceptæ, quorum neutrum
erat. Excusauit aūt eos dominus, primum exemplo Dauid: qui quando esurijt, pa
nes propositionis, id est oblationis, qui ante faciem domini ponebantur, sanctos q 1.Reg.21.
dem, & e templo ab Achimelech, qui & Abiathar, sacerdote acceptos comedit, et
caruit reprehensione: quare multomagis discipuli, reuulsis aliquot spicis. Secun-
do, quia sacerdotes in templo sabbatum non obseruabāt, tancp̄ tēpli præsentia hāc
eis potestatē tribuente: at plus erat CHRISTI præsentia discipulis, cp̄ tēpli sacer-
dotibus. Si igitur sacerdotes sine reprehensione nō obseruabāt sabbatū ob tēpli
præsentiā, quāto magis discipuli sine crimine sabbatū uiolarent, tametsi nō uiola-
rint ob CHRISTI præsentiā? nā CHRISTVS nō solū maior templo, sed etiā sab
bati dn̄s est, & supra sabbatū. Sed dices, codices Græci etiā uetustiores hic habent
μᾶλλον, id est maius, neutro genere, non μείζων, id est maior, masculino. Neque id ma
le haberi contenderim: nam conspirat cum eo quod postea numero centesimo ui-
gesimotertio dicitur: Et ecce plus cp̄ Ionas hic: Et ecce plus quàm Solomon hic,
ubi πλεῖον, id est plus, neutrū est: perinde ualens ac μεῖζον, id est maius, & quod sic ha-
betur, πλεῖον Ἰωνᾶ, πλεῖον Σολομῶνος, id est plus Iona, plus Solomone, ut dictum prius, ma
ius templo. Cæterū quid est, quod dominus ait: Non legistis in lege? ubi id legitur
in lege? Sane Numerorū uicesimo octauo: si non expresse, at æquiualēter tn̄. Sed
& interpres Matthæi habet, οὐκ ἀνέγνωτε ἐν τῷ νόμῳ, quod etiā significare potest, non re
cognouistis ī lege? Et hæc quocp̄ significatio huc quadrare pōt, si forte illa reñciat.
Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nume.28. Nam numerorũ uicesimo octauo sic legitur: Die autẽ sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similæ oleo consperſæ in sacrificio: & liba quæ rite fundũtur per singula sabbata in holocaustũ sempiternũ. Sic itaq; in templo sabbatis agnos cædebant, immolabãt, & holocaustũ super struẽ lignorum imponebant: quod erat uiolare, & contaminare sabbatũ, nisi templũ eos à crimine & omni accusatione reddidisset immunes. Licet igitur in lege, & ijs quæ in ea scripta mandataq; sunt, recognoscere quomõ sacerdotes in templo sabbatũ sine crimine uiolarent: licet inquã recognoscere, sed nõ sic tamen, quod nude & aperte scriptum sit in lege quod uiolarent sabbatũ. Vnd fit ut interpres latinus sic uertere potuisse (& forte nõ omnino incõmode) uideatur: Nõne recognouistis in lege, quod sacerdotes in templo sabbatum uiolant, & sine crimine sunt? Tertio quia ob legẽ sabbati uolebant discipulos reprehendere: sed aliã quandã legem deus mauult, q; obseruationẽ sabbati, quæ est, miserescendũ esse eorũ, q necessitate premuntur: ita ue ea sit corporis, siue animæ; & hanc nihilominus transgrediebantur: & insuper condemnabant innocẽtes, quod aduersatur spiritui legis in principio, 23, cap. Exodi scriptæ, cum nequaq; ipsi transgrederentur sabbatũ. Quod si aliqua fuisset transgressio, poterat tamen rationabiliter lege misericordiæ excusari. Hæc autẽ lex de misericordia, quæ magis accepta est deo, q; sacrificium, in Osee sexto scripta est, ut iam quoq; supra numero. 80. uisum est. Tantũ ergo aberat, ut pharisæi discipulos dñi iuste accusare possent: ut ipsi etiam multipliciter diuinæ legi, id tentando cõtra uenirent: & qui accusabãt innocentes uiolati sabbati: reuera sabbatum uiolarent. Quid ergo, nõne merito confusi abierunt, qui alios cõfundere uolebãt immeritos? Nec semel id eis accidit, sed quotiescunq; simile quippiã tentarunt, misere confusi sunt. Quod etiã ex eo quod subdit Matthæus, non est difficile intelligere: inquit enim ¶ Et cũ inde transisset, uenit in synagogã eorũ. Et ecce homo manũ habens aridam, & interrogabant eũ, dicentes: Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex uobis homo, qui habeat ouem unã: & si cecideritit hæc sabbatis in foueam, nõne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue? Itaq; licet sabbatis benefacere. Tũc ait homini: Extende manũ tuã. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera. ¶ Cũ dñs esset in synagoga pharisæorum, ex re euenit, ut homo manum habens aridam, ab eo sanitatis beneficiũ suppliciter exposceret: Tunc autem etiam erat unum sabbatorũ: & tunc quoq; pharisæi interrogauerunt dominum, nõ ut ipsi discerent, sed ut reprehenderent eum, an liceret sabbatis curare? Quos ex ijs quæ sabbatis faciebant, cõfutauit: nã si ouis cadebat in foueã sabbatis, extrahebãt eã: quare si hõ sabbatis corruisset in foueã, quo melior est oue, eo potius fuisset extrahendus: q; magis seruile uidetur, quàm sabbatis sanare: & sic quidẽ sanare, quomodo dominus sanabat, uerbo scilicet, ubi nihil seruile fiebat, sed solum beneficium præstabatur, & diuina uirtus ostendebatur. Licet igitur sabbatis curare: & sic quidem curare, quia licet sabbatis benefacere. Quibus cũ respondere nõ possent, iussit homini, ut manũ quæ sicca, arida, & emortua erat extenderet. Et continuo extendit eam, & illico uegeta facta est, & sanitati restituta: tãta est diuini potẽtia uerbi. Hic aũt ob oculos pharisæorũ ꝓpositus erat typus ut resipiscerent, & sanarẽtur. Nã ex Euangelio Nazaræorũ, authore Hieronymo, cæmẽtarius fuisse perhibetur is qui sanatus fuit: quo ædificandi artificio scribas & pharisæos figurabat, qui populũ in lege ædificare debebant. Impotẽtia eius, illorũ ad ædificandũ populũ impotentiam designabat. Manus arida, affectũ illorũ aridũ & emortuum ad bene operãdum, & opera mortua. Debebant ergo ipsi, ut & manuarius ille artifex, orare illum, & opem eius implorare: quem corrupto affectu, et iniqua uoluntate perdere uolebant: quia uel solo uerbo poterat eos sanare. Verũ

114

tantum

tantum abest ut sanari petierint, ut multomagis etiam ægrotare elegerint, ut aperit Matthæus, subdens. ¶ Exeuntes autem pharisæi consilium faciebant aduersus 115
eum, quomodo perderent eum. ¶ Volebant eum Pharisæi perdere, qui ipsos saluare & uolebat & poterat: nisi enim uoluisset, non proposuisset ante eos sanitatis exemplum, quã etiã uerbo illis, modo reluctati non fuissent, præstare poterat. Secreto consultabant: rati sic demum suum consilium eũ latere posse, qui omnia uidet, et qui est scrutator cordis et renũ. Quod nequaquã eum latuit: quinimmo ipse omnia longe antequam coacti in unũ essent, qui cõsilium inituri erant, resciuit. Quod insinuat Matthæus, dicẽs. ¶ IESVS autem sciẽs, recessit inde. Et secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. Et præcepit eis, ne manifestum eum facerẽt: ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Ecce puer meus quẽ elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritũ meũ super eum, & iudiciũ gentibus nunciabit. Non contendet, neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigãs non extinguet. Donec eijciat ad uictoriam iudicium, & in nomine eius gẽtes sperabũt. 116
¶ Cessit dominus, qui poterat omne cõsilium eorum prodere, qui poterat uel solo uerbo ipsos perdere: & iuste quidem perdere, utpote qui eũ perdere uolebant iniuste. Cedentem & abeuntem secuti sunt multi, & curauit eos omnes. Bonũ est ergo sequi dominum: quia quicunq; ægrotat, si sequatur ipsum, sanabitur. Et quis est qui non ægrotat? Sanauit uisibiliter omnes sequẽtes se corpore ægrotantes, ut manifestaret inuisibiliter sanare omnes sequentes se mente ægrotãtes, modo sic in eo fiderẽt, ut illi qui corpore erãt ægroti. Et ubi sanauit eos, interminatus est illis, ne se manifestum facerẽt, ne indicarẽt quo in loco diuersaretur, aut quid in eius esset operatus, ut trãquille scilicet populũ institueret, pariter et maleuolorũ, cõspirantiũq; in se cõtentionem deuitaret, sicuti de ipso per Esaiam cap. 42. scriptum erat, quod & sic nunc legimus: Ecce seruus meus suscipiã eũ, electus meus, placuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritũ meum super eũ, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neq; accipiet personam: nec audietur uox eius foris. Calamũ quassatũ non cõteret, & linum fumigãs nõ extinguet: in ueritate educet iudiciũ, nõ erit tristis, neq; turbulentus, donec ponat in terra iudiciũ, et legẽ eius insulæ expectabũt. Dominus noster, puer, id est seruus dicitur iuxta dispẽsationẽ carnis: & electus, ga sola uolũtate diuina missus: & dilectus, quia summe & patrẽ amat, & à patre nõ solũ ut seruus, sed & ut filius summe amatur. Spiritus domini super eũ: quia spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scictiæ & pietatis, est spũs domini, cœlestisq; patris. Iudiciũ quod proferebat gẽtibus, mandatũ patris, Euãgeliũ regni. Cõtendere, cõtentiosum esse. Clamare, esse clamosum, audiri ĩ plateis, gloriã hominũ quærere. Arũdo quassata, hoĩes miseri & calamitatibus fracti. Linũ, id est elychnium fumigans, homines pauperes & pene extincti. Iudiciũ ad uictoriã eiecit, dũ diabolũ uicit, & genus humanum redemit, & tunc pax in terra facta est cum deo & hominibus. Lex quã gentes & insulæ expectaturæ erãt, lex gratiæ, lex Euãgelij. Sed & aliud signum ante turbas & pharisæos fecit dominus, quod subnectit Matthæus hoc modo. ¶ Tunc oblatus est ei dæmoniũ habẽs, cæcus & mutus, & cũrauit eum: ita ut loqueretur & uideret. Et stupebãt oẽs turbæ, & dicebãt: Nũquid hic est filius Dauid? Pharisæi autẽ audientes, dixerũt: Hic nõ eijcit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ. ¶ Oblatus est domino dæmoniacus cæcus & mutus, quẽ sanauit corã turbis, ut uidentes signũ glorificarẽt deum, & confiterentur eũ esse Messiam, ut erat patris uoluntas. Quod & faciebant, obstupẽtes præ admiratione summæ potentiæ, & dicentes: Nonne hic est ὁ υἱὸς Δαβίδ, id est filius ille Dauid? sic enim insigni illa nuncupatione Mesiã intelligebãt, tanquã aperte dicerẽt: hic est Mesias. 117

Esaie. 42.

Esa. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod cũ audissent pharisæi rũpentes inuidia, nõ solũ eũ esse Mesiã falsó negarũt, sed blasphemiã quoq; adiecerũt, & intra se dixerunt; hic nõ eijcit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ. Quanquã hoc signũ ante ipsos factũ erat, ut per dæmoniacũ cæcum & mutũ seipsos intelligerẽt. nã is eorũ erat figura, ut & de dæmoniaco muto, capi. 9. nũero. 84. dictũ iam est. Nisi q̃ isti erant mente cæciores q̃ illi, cũ nõ eijciatur eis ut speculũ, demoniacus solũ mutus, sed cæcus & mutus. Verum dominus cõtinuo ostendit se nõ in Beelzebub eijcere dæmonia: sed esse deũ, q̃ id facere possit, cogitatiões eorũ ut sibi probe notas, pdendo, & ad eas respõdendo cõfutando q̃. Quemadmodũ manifestat Matthæus, hoc pacto subdens. ¶ IESVS aũt sciens cogitationes eorũ, dixit eis: Omne regnũ diuisum cõtra se, desolabitur; & oĩs ciuitas uel domus diuisa cõtra se, nõ stabit. Et si satanas satanã eijcit, aduersus se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnũ eius? Et si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in q̃ eijciũt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Si aũt ego in spũ eijcio dæmonia; igitur puenit in uos regnũ dei. Aut q̃modo potest quisq̃ irrare in domũ fortis, & uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortẽ, & tũc domũ illius diripiet? Qui non est mecũ, contra me est; & qui non congregat mecũ, spargit. ¶ Sciens (inquit) cogitatiões eorũ, dixit: ut se scilicet eis & ad eorum quidem salutẽ (sic enim bonus est) proderet deũ, cuius solius est scire in ternos cogitatus, & mẽtis penetralia scrutari. Ergo non uerbis, sed mente dixerant blasphemiam. Et nõ solum hoc indicio se manifestauit, sed et eos ratione conuicit esse mentitos. Primo, quia regnum dæmoniorũ, quod est apostasiæ tyrannis, stat; sed si dæmon aduersus dæmonem dissideret, & alius alium extruderet, & ui abigeret, stare non posset: ut neque regnum ullum humanum, quod aduersus sese diuisum sit, & undiq; factionibus unius in alterum agitatum, nõ est ergo dæmonij, ui extrudere dæmonium. Secundo, filij eorum, id est Leuitæ, eijciebant dæmonia: sed nunquid in Beelzebub? Nequaquam, dicent. Et ideo illi, scientes non in dæmonio eijci dæmonium, condemnabunt eos qui dicunt in Beelzebub eijci dæmonia: & maxime ab eo, qui propria potestate & imperio, non multa imprecatione, & longo ut ipsi exorcismo, sed unico uerbo potenter eijcit. Tertio, quia in spiritu dei, non per donum, sed per substantiam atq; essentiam eijciebat dæmonia: ex quo intelligere debebant, regnum dei iam ad ipsos peruenisse, imo' præuenisse ad eos, quod id ἐφθασεν ἐφ' ὑμᾶς, quod Græce habetur, designat. ut enim lux solis mane exoriens præuenit ad dormientes: ita & regnum dei præuenit ad illos pharisæos, ut qui dormientes in peccatis, regnum dei quod iam aduenerat, eo aperto non intrauerunt; nõ ergo peruenit ad eos, sed præuenit. quod eos exclusos designat, ut dormientes à præueniente luce, etsi peruenit ad multos alios. Et qui tunc non præuenisset ad eos regnũ dei, & peruenisset ad intrantes per ostium apertũ, qui erat CHRISTVS dominus? nullus enũquã antea hoc modo in spiritu dei eiecerat dæmonia. Quarto, quia nisi ipse esset fortior dæmone, non posset ei tollere domum eius, id est, hominẽ ab eo possessum: tollit autem, fortior igitur est & Beelzebub, & omni apostatica caterua: non igiẽ in Beelzebub eijcit dæmonia. Intrare, possidere.. Domus, totus homo, corpus & aia. Fortis, diabolus. Vasa, sensus corporis & uires animæ. Alligare, uirtutẽ infringere, superare, coërcere. Domum diripere, totum hominem liberare. Quinto quia Beelzebub CHRISTO contrarius est. nã CHRISTVS colligit & unit ad deum, ille aũt dispergit & à deo separat: est igitur dei potestas, nõ maligni cuiusquã, per quã CHRISTVS eijcit dæmonia. Quapropter admonet eos dominus, ut tenerent à tali blasphemia, quæ nõ est in hominẽ, sed in spiritum sanctum: siquidem prodente Matthæo, subdit. ¶ Ideo dico uobis: omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur, Et quicunq; dixerit uerbum

rit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit cõtra spiritũ sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. ¶ Hic forsitan addubitari ambigiq; potest, an hominis sit peccare & blasphemare, et spiritus maligni peccare & blasphemare: illius in filium hominis, cui tot gratias & beneficia sibi præstanti sæpenumero iniurius est, & omne peccatum & blasphemia eius remissibilis sit, aut in hoc seculo, aut in futuro, postquam nouissimum exoluerit quadrantem; istius autem in spiritum sanctum, ut qui solum spiritus est, & eius peccatum & blasphemia non remittenda sit, neque in hoc seculo, neque in futuro? Ita esse non posse uidetur, cum dominus hic de peccatis & blasphemijs remissibilibus, aut non remissibilibus hominibus loquatur. Omne (inquit) peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autẽ blasphemia non remittetur. Quibusnam? Sane hominibus. Et subditur: Qui autem dixerit cõtra spiritum sanctũ, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futurò, ubi de homine loquitur, non de spiritu maligno: & explicat quod supra dictũ fuerat: Spiritus autem blasphemia nõ remittetur, quia ea est qua quis dicit, id est blasphemat in spiritum sanctum. Eadẽ quoq; intelligẽtia est apud Marcũ, ca. 3. Hic autẽ aduertendũ est primã literæ particulã paulo aliter Græce haberi, quàm codex latinus habeat, nimirum sic: πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις, ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· id est: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: spiritus aũt blasphemia nõ remittetur hominibus. ubi & de peccatis nõ remissibilibus hominibus manifeste agitur, & spiritus paterni casus est, blasphemia uero recti. Sed & in hunc forte sensum recidit, quod in interpretatiõe latina nũc habetur, ut idẽ uelit spiritus blasphemiæ, quod blasphemia spiritus, quæ non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro. Blasphemia autẽ spiritus perinde sonat, ac blasphemia in spiritũ, & spiritum quidem sanctum, ut ex consequentia uerborum domini facile deprehenditur. Homo ergo peccat & blasphemat in hominem, ut & Iudæi blasphemabant in filiũ hominis, cũ dicebant: Ecce homo uorax & potator uini, publicanorum & peccatorũ amicus. Et hoc peccatum, & quodcũq; committitur in filium hominis, & hæc blasphemia, remissibilia sunt: nam hic modus peccandi aut blasphemãdi est in hominẽ, ut homo est, fitq; humana ratione. At peccatũ ac blasphemiã, quæ est in spiritũ sanctũ, ut si qs dicat, spiritum sanctũ esse Beelzebub, quod faciebãt Pharisæi, cũ dicebãt: Hic nõ eijcit dæmonia nisi in Beelzebub principe dæmoniorũ: nõ cõdonat deus, imo' inqt: Qui aũt dixerit cõtra spiritũ sanctũ, nõ remittet ei, neq; in hoc seculo, neq; ĩ futuro. Et quid mirum, cũ hoc peccatũ simile sit peccato, quo dæmones ipsi peccauerũt ĩ deũ, ut deus est, quod & eis nõ remittetur in æternũ? Et ex hoc loco plane' nobis dominus insinuat spiritũ sanctũ esse deũ. In quẽ enim blasphemãdo peccatũ sit irremissibile, nisi in deũ? Quare cũ quis blasphemat patrẽ ut patrẽ, & filiũ dei ut filium, & spiritũ sanctũ ut spiritũ sanctũ: cũ pater deus sit, & totius diuinitatis origo: & filius deus, & diuinæ fœcũditatis æterna expressio: & spiritus sanctus deus, & diuini uigoris ĩterna æternaq; cõsummatio: huiusmodi blasphemiæ & peccata sunt irremissibilia, qualia fuerũt Aetij Apellis, Arrhij, Basilidis, Carpocratis, Cerdonis, Cherinthi, Donati, Ebionis, Eunomij, Macedonij, Martionis, Menãdri, Photini, Sabellij, Simonis magi, Valẽtini, & suorũ sequaciũ: qui oẽs blasphemauerũt in deũ, ut deus est: quidã in patrẽ, quidã in filiũ, quidã in spiritũ sanctũ, perperã & de diuina hypostaseon discretione, & de unita, indiuisaq; diuinitate sentientes, idq; cum pertinacia. Nã si pertinacia nõ adsit, misericordiæ dei fidendũ est, quod illi nihil sit irremissibile, dicẽte Paulo de se; Qui prius blasphemus fui, & persecutor et cõtumeliosus: sed misericordiã dei cõsecutus sum. Nã si quis pertinax nõ est, id à se nõ habet, sed à deo cõuertente: sicut scriptũ est: Cõuerte me, & conuertar; quia tu dominus deus meus. Quis enim

1. Tim. 1.

Hiere. 31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest à se conuerti? Certe nec Paulus quidem à se conuersus est. At quidnã aliud
uult deus cõuertendo, & gratiã suã ac auxiliũ præmittendo, quàm misereri, parcere
& remittere? Si igitur est cõuersio, & potest esse fiducia: cur nõ intelligamus pecca
tũ esse remissibile? Deterret ergo nos dominus ab omni peccato & blasphemia, &
admonet ut studeamus sic uiuere, ut faciẽte deo bona arbor simus, afferẽtes fructũ
bonũ, & peccatũ omne blasphemiãq; fugiẽtes, nõ mala arbor, faciẽtes fructũ malũ,
quale est peccatũ omne omnisq; blasphemia, & maxime ea quæ proxime in deum
est: nam à fructu, bona ne sit an mala, cognoscitur arbor. Hoc autem facit, per Mat-
120 thæum, dicẽs. ¶ Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arbo
„ rem malam, & fructũ eius malum. Siquidẽ ex fructu arbor agnoscitur. Progenies
„ uiperarum, quomodo potestis bona loqui, cũ sitis mali? Ex abũdantia enim cordis,
„ os loquitur. Bonus homo, de bono thesauro profert bona. Et malus homo, de malo
„ thesauro profert mala. ¶ Arbor bona, homo bonus. Fructus boni, opera fidei, iusti-
tiæ, & spiritus ueritatis. Arbor mala, homo malus. Fructus mali, opera infidelitatis,
iniustitiæ, & spiritus erroris. Et q huiusmodi arbores malæ sunt, neq; ex se cõuerti,
neq; qequã boni fructus boni ue operis proferre possunt: quales erant Pharisæi illi
ad quos dominus sermonẽ suũ dirigens, dicebat: Progenies uiperarũ quomodo po
testis bona loqui, cũ sitis mali? nam qui opera dei faciunt fide suscepta, sunt filij dei,
qui etiã opera diaboli faciũt uiolata fide, qualia sunt opera infidelitatis, blasphemiæ,
& omne maleficiũ, quorũ diabolus præcipuus author est, homo autẽ uoluntarium
organũ, filij sunt diaboli, & gẽnemata, id est progenies & germina uiperarũ. Tales
erant Pharisæi, qui spiritũ habebãt infidelitatis & blasphemiæ, & uoluntarie illi co-
operabãtur. Sunt quos uexat spiritus infidelitatis, Sũt & quos spiritus blasphemiæ
fatigat per suggestionẽ tantũ, quod uanis cogitatibus maligno ingressum præstite
rint, sed nõ uolũtarie cooperãtur ei. Sunt etiã, qui eosdem patiũtur possessi. Primus,
est peccatũ, & graue quidẽ peccatũ. Secũdis, est pœna & flagellũ. Et tertijs, est tor-
mentũ. Hi exorcismis & imprecationibus purgãtur, isti cõsilijs & exhortatiõibus.
Illi si diu phãtasmate fouerint dæmoniũ, nõ uolẽtes fidei maxima mysteria, quæ su
pra omnẽ rationẽ sunt, recipere, nisi ratione uel sua uel aliena uicti, oĩm difficillime
à spiritu infidelitatis liberantur. Vidi equidẽ à spũ blasphemiæ liberatos frequẽter,
à spiritu aũt infidelitatis perraro: quandoquidẽ illi quia hominũ cõsilijs, suasionibus
& rationibus uix aut nunq; credũt, uix etiã unq; liberãtur. Nã tentat eos spiritus ma
Esa. 7. lignus in ijs de quibus ait Esaias: Nisi crediderítis, nõ intelligetis. ipsi aũt anteq; cre
dãt intelligere uolũt, hoc uinculo à dæmonio fortiter colligati. Quare uix unq; libe
rãtur, nisi uirtus quædam quæ sit supra homines adsit, & quædam mutatio dexteræ
excelsi. Cuiusmodi erãt Pharisæi, de quibus dicit dominus: Progenies uiperarum
quomodo potestis bona loqui, cũ sitis mali? Cum illi sint arbor mala, & progenies
malorum spirituum, quibus se præbẽt mancipiũ & uoluntariũ instrumentum: quo-
modo possent operari bona? cũ tuba sint diaboli, quomodo possent bona loqui? Id
sane impossibile est, aut certe difficillimũ; non enim parua in corde eorum malitia
est, sed abundantissima: quia os eorum loquitur ex abundantia malitiæ cordis ipso-
rum. Et ut bonus homo de promptuario mentis bona profert uerba, & e bona uo-
luntate bona opera, ita & illi e malo mala. Vipera, malignus spiritus. Abundantia,
exuberans iniquitas, aut iustitia. Bonus homo, homo dei, homo fidelis. Malus ho-
mo, homo maligni, & maxime infidelis. Cor, mens, anima. Bonus thesaurus, recon
dita in mente bonitas. Malus thesaurus, recondita in mẽte malitia. Deinde instruit
nos dominus quàm cautos oporteat nos esse in uerbo, aperiente Matthæo, dicens,
121 „ ¶ Dico autem uobis: quoniam omne uerbum ociosum quod locuti fuerint ho-
„ mines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex uerbis enim tuis iustificaberis,
& ex

„ & ex uerbis tuis condemnaberis. ¶ Ne putemus nos solũ tunc peccare cum alter-
camur, cõuiciamur, blasphemamus: sed etiam cũ uana & ociosa loquimur. Et quod
in die iudicij non solum ex malis, quæ manẽt operibus condemnabimur, aut ex bo
nis manentibus iustificabimur: sed etiam (iuxta doctrinã saluatoris) ex uerbis quæ
transeunt, aut iustificabimur, si bona fuerint: aut cõdemnabimur, si mala. Ergo uer-
ba nostra neque ad uanitatẽ, neq; ex malitia cordis depromãtur: sed ad ædificatio-
nem & bonũ finem, & ex bono thesauro cordis. Nã si opus noxiũ punietur, & uer-
bum quoq; noxiũ punietur: & si opus uanũ & ociosum, & uerbũ quoq; uanum &
ociosum. Et cũ saluator sic eos doceret, perfidi Scribæ & Pharisæi infidelitatẽ suã
detegentes, & quod neque tam sanctam doctrinam, neque tam potẽtem uirtutem
à deo, & desuper esse crederẽt ostendentes, à domino signum petunt, nõ tã rogan
tes, quàm quodammodo imperãtes, dicendo: Volumus à te signum uidere. Quod
„ subiungit Matthæus, & ait. ¶ Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Pharisæ- 122
„ is, dicẽtes: Magister, uolumus à te signum uidere. Qui respõdens, ait illis: Genera-
„ tio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signũ Ionæ pro-
„ phetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit
„ filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. ¶ Volebãt signum
uidere. Et nonne uiderãt cæcum, & mutum à dæmonio uexatum, nuper sanatum?
Erat ne hoc signum? Erat sane: & tale quidem quod turbas in stuporem & admira-
tionem cõuerterat. sed erat signum in terra: illi autem petebant signũ e cœlo, quod
ex Marci octauo cognoscitur. Sed quid ait illis dominus? Ait eis in parabola, quod Mar. 8.
tantundẽ ualet ac si aperte dixisset eis: Vos Scribæ & Pharisæi mala & adultera ge
neratio: mala quidem ob legis transgressionem, adultera autem ob uestrã traditio-
nem, & ab ea quæ dei est defectionem, uultis signum e cœlo uidere. At nõ pro uo-
luntate uestra dabitur uobis signũ e cœlo: sed dabitur uobis ex opposito, cõtra ue-
stram uoluntatem signũ in inferno. Nam sicut Ionas fuit tribus diebus & tribus no
ctibus in uentre ceti: sic ero tribus diebus & tribus noctibus in inferno, et tertia die
resurgam, & reuertar ad superos: sicq; dabitur uobis impletio, & ueritas signi Ionæ
prophetæ. Quomodo autem tribus diebus & tribus noctibus dominus fuerit apud
inferos, satis superq; à nobis disputatum est in libello de triduo CHRISTI. Nũc ue
ro quid de duritia Scribarum & Pharisæorum & asseclarum eorum, aperiẽte Mat-
„ thæo, subdat dominus, audiendum est: sic autem inquit. ¶ Viri Niniuitæ surgent in 123
„ iudicio cũ generatione ista, & cõdemnabunt eam: quia pœnitentiã egerũt in præ-
„ dicatione Ionæ. Et ecce plusquam Ionas hic. Regina Austri surget in iudicio cũ ge
„ neratione ista, & condemnabit eam: quia uenit à finibus terræ audire sapientiã So-
„ lomonis. Et ecce plusquam Solomon hic. ¶ Omnes aderunt in die iudicij: omnes
enim nos (iuxta apostoli sentẽtiam) manifestari oportet ante tribunal CHRISTI. 2. Corin. 5.
Et tũc Niniuitæ ibi astabũt aduersus Scribas et Phiarisæos & asseclas eorũ, & erunt
argumentũ iudici cõdemnationis eorũ: quia illi pœnitentiã egerũt prædicãte Iona,
ut in libro Ionæ cõtinetur, ubi sic legimus: Et crediderũt uiri Niniuitæ in domino, Ionæ. 3.
& prædicauerunt ieiunium, & uestiti sunt saccis à maiore usq; ad minorẽ. Et perue
nit uerbum ad regem Niniue, & surrexit de solio suo, & abiecit uestimentũ suum à
se, & indutus est sacco, et sedit ĩ cinere. Et clamauit & dixit: In Niniue (ex ore regis
& principũ eius dicens) homines & iumenta, & boues & pecora non gustent quic-
quam, nec pascantur, & aquam non bibant: & operiantur saccis homines & iumen
ta, & clament ad dominum in fortitudine: & cõuertatur uir à uia sua mala, & ab ini-
quitate, quæ est in manibus eorum. Hæc pœnitẽtia Niniuitarũ. Isti uero prædican-
te CHRISTO, qui eo maior erat Iona, quo ueritas maior est signo, pœnitentiã non
egerũt. Astabit & regina Austri, & erit iudici argumentũ condemnationis eorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nam e' Sabba uenit ut audiret ſapientiã Solomonis: quam didicit, probauit, lauda-
uit, ut ex tertij Regum decimo cognoſcitur. Iſti aũt ſapientiam CHRISTI nequa
quã, qui tanto maior erat Solomone, quanta ſapientia dei, nõ per infuſionẽ & par-
ticipationẽ, ſed per naturam & eſſentiam, maior eſt ſapientia hominis per donũ &
gratiã, & ueritas ueſtigio: erat enim Solomon typus & figura CHRISTI: & ſapi-
entia eius, ſapiẽtiæ CHRISTI, CHRISTVS & ſapiẽtia eius, archetypus & ueri-
tas. Regina Sabba à finibus terræ, eccleſia ex gẽtibus. His de condẽnatione phari
ſæacæ generationis poſitis, prophetiã adijcit de eo quod etiã eidem, etſi prius per
124 ,, gratiam CHRISTI purgatæ, euenturũ ſit, dicens. ¶ Cum aũt immundus ſpiritus
" exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tunc
" dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et ueniens inuenit eam uacantẽ, ſco-
" pis mundatam & ornatam. Tunc uadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum, ne-
" quiores ſe, & intrãtes habitãt ibi: & fiũt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.
" Sic erit & generationi huic peſſimæ. ¶ Cum gens phariſæaca, quæ nunc etiam Iu-
daica, aut Iudaicæ æmula, fide uenit ad CHRISTVM, exit ab ea ſpiritus immundus
qui eam infidelitatis errore faciebat in CHRISTVM blaſphemam, & ſacramẽtis
CHRISTI initiata à uexatione quieſcit, ocioq; fruitur, purificatur doctrinis, ornat'
chariſmatibus: ſpiritus aũt malignus, qui more accipitris & lupi nunq; quieſcit, niſi
in direptione animarũ, perambulat loca arentia, ſiticuloſa, deſerta, quærens quam
deuoret, & nõ inuenit: ubi diu præda fruſtratus eſt, ſtatuit redire in domũ ſuam un
de exierat: quam cum iuuenit uacantẽ, purgatam & ornatam, abit & adiungit ſibi
ſeptem alios ſpiritus peiores ſe, quo gratias donaq; ſeptiformis ſpirituſſancti ex-
pugnent, quæ ſunt ſeptem, ab Eſaia cap. 11. enumerata: & fortiores effecti, habitãt
in hac generatione, & fiunt nouiſſima eius peiora prioribus. Præſtaret eũ in Iuda-
iſmo manſiſſe, aut ad CHRISTVM non ueniſſe, q̃ ad CHRISTVM uenientem,
ubi ſacris initiata & purgata fuerit, apoſtaſiã facere. Attamen id euenit huic gene-
rationi phariſæacæ, & ideo peſſimæ, quod & noſtra tempeſtate adhuc uidemus.
Hinc multitudo illa: quã contumelioſe Maranicam uocant, quæ ob phariſæacã la-
bem CHRISTO diffidens in Iudaiſmũ recidit: imo uero ne in ipſum quidem Iu-
daiſmum plane confidens, neq; CHRISTI ſunt, neq; Moſis: ſed ſunt diaboli, qui
illos multo magis inhabitat, & cum maiori caterua, quàm cum in puri Iudaiſmi er-
rore manebant. nulla enim eſt alia natio, quæ tam prompte ad uomitum & captu-
ram diaboli redire ſoleat. Spiritus immundus, diabolus impugnator hominũ. Ho-
mo à quo exijt, generatio phariſæaca. Loca arida, aliæ natiões. Domus uacans, ani
ma liberata. Scopæ, purificationes CHRISTI Ornamentũ, iuſtificatio, & gratiæ
ſpirituſſancti. Septem ſpiritus nequiores, ſpiritus, donorum ſpirituſſancti impu-
gnatores. Prior uita, in Iudaiſmo. Nouiſſima uita, in apoſtaſia à CHRISTI purifi-
catione. Cum aũt dominus hæc locutus fuiſſet ad turbas, ſuperuenit mater eius &
125 ,, affines, uolẽtes eũ alloqui, ut ait Matthæus, dicens. ¶ Adhuc eo loquente ad tur-
" bas: ecce mater eius & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei qui
" dam: Ecce mater tua & fratres tui foris ſtant, quærẽtes te. At ipſe reſpõdens dicen
" ti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manũ in diſci-
" pulos ſuos, dixit. Ecce mater mea & fratres mei. Quicunq; enim fecerit uolunta-
" tem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. ¶ Cum di-
cit Euangeliſta, mater eius & fratres ſtabant foris: innuit dominũ cum hæc fierent
Marci. 3. in aliqua domo fuiſſe. Quod & Marcus capite tertio manifeſte aperit. Et quare ſta
bant foris? Quia tanta turba erat, ut quærentes intrare, nullo modo potuiſſent. nã
cum de ipſo & apoſtolis quid tũc eis acciderit, enarrat idem Marcus, ait: Et ueniũt
ad domum, & conuenit iterum turba, ita ut non poſſent neq; panem manducare.

Quæ

Quæ cum neceſſarij eius audiſſent, timentes ne quid ei ſiniſtri accidiſſet, uenerũt
pia ſolicitudine pleni, ut inde eum extraherent. Aderat & mater, quæ cõſcia diui-
nitatis eius, nihil ei contigiſſe, niſi quod ipſe uoluiſſet, certo ſciebat: & ideo fides
eam ab omni metu mali liberabat, ſcientẽ mẽdacia eſſe, quæ nunciata fuerant. Cũ
uero præ turba & cõpreſſione intrare neceſſarij illi nõ potuiſſent, poſtulauere, ut
ei per medias uoces renunciaretur ſe foris ſtare, ut uel ſic pateret ei exeundi com
moditas. Tandem uox ipſa peruenit uſq; ad eos, qui illi uicini erant: e' quibus ali-
quis nulla forte, ut ueriſimile eſt, beneuolẽtia motus: ſed in contẽptum eius, aut e-
tiam tẽtando ipſum, an carnẽ & affines prædicationi præferret, dixit illi: Ecce ma
ter tua & fratres tui foris ſtant, quærentes te. At ille, quia mater & fratres ſpũ poti
us ſunt mater & fratres q̃ carne: cum illi magis charitate, affinitate, ac unione ſpũs
diffiniantur, q̃ iſti proximitate carnis, dicentẽ interrogauit, quæ eſſet mater ſua, &
fratres ſui. Qui cũ taceret, ipſe protẽſa manu indicans diſcipulos ſuos, dixit: Ecce
mater mea, & fratres mei. Ecce ad quos ego, & qui ad me charitatem habent, affi-
nitatem & unionẽ agglutinationemq; maternã, & fraternã ſpũs. Et protinus adiũ
xit huius maternæ & fraternæ cognationis ſpũalis cauſam eſſe, quia uoluntatẽ fa-
cerent patris cœleſtis. Quicunq; enim, inquit, fecerit uoluntatem patris mei, qui in
cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. Qua reſponſione matrẽ pro fori-
bus ſtantẽ nequaq; paruifecit, ſed plurimi: imo ſupra omnes exaltauit: nã quis un-
quã poſt CHRISTVM, uolũtatẽ cœleſtis patris exactius fecit, q̃ ipſa? At hæc ma
ter erat ſecundũ carnẽ & ſupra carnẽ, & ſecundũ ſpiritũ, & plus quàm cæteri om-
nes ſecũdum ſpiritum, cũ eius ad CHRISTVM, & CHRISTI ad ipſam charitas
maior fuerit: quemadmodũ & cæteris omnibus eminentius ac perfectius ſecundũ
carnẽ mater fuit, quia uirgo mater, tota gignens & abſq; cõpare, id eſt tota, prſus,
& ſola uere, & diuine & ſupra naturã gignẽs: quod nulli alteri matri conuenit, ſed
nec conuenire poteſt, ſed illi ſoli. Quare ſupra omnes, & frater & ſoror, & mater
eſt: nã hæc omnia, & carne & ſupra carnem, & ſpiritu ſupra omnes eſt: ſola ſiqui-
dem ſupra omnes mater ſecundũ carnẽ, intacta uirginitate, & carne ſemp immu-
ni ab omni contagione peccati: & ſola ſupra omnes mater ſecundũ ſpiritũ, ut quæ
cum mater ſit ſecundũ ſpiritum, de ſpiritu ſancto concepit dei filiũ. Hæc igitur re-
ſponſio domini, ad ſuæ uirgineæ matris commendationẽ maxime omniũ pertinet
Quæ ſic nobis ſuperbenedictum filium ſuũ reddat, ppitium: ut nos fratres, & fili-
os porrecta benedictionis ſuæ manu, agnoſcere dignetur: utpote ſic ſemper faciẽ
tes uoluntatem patris ſui, qui in cœlis eſt, ut patrem cum ipſo & ſpiritu ſancto per
enniter laudare & exaltare poſſimus, unũ deum uerũ, & ſolum agnoſcentes, cui ho
nor, decus & imperiũ in omnia, & ſuper omnia ſecula ſeculorum, Amen.

CAPVT DECIMVMTERTIVM

IN illo die exiens IESVS de domo ſedebat ſecus mare. Et 126
congregatæ ſunt ad eũ turbæ multæ, ita ut in nauiculã aſ-
cendẽs ſederet, & omnis turba ſtabat in litore, & locutus
eſt eis multa in parabolis, dicens ¶ Ecce exijt qui ſeminat, 127
5 ſeminare. Et dum ſeminat: quædã ceciderunt ſecus uiam,
& uenerunt uolucres cœli & comederunt ea. Alia aũt ceciderunt in petro-
ſa, ubi nõ habebant terrã multã, & continuo exorta ſunt, quia nõ habebãt
altitudinem terræ: ſole autem orto, æſtuauerũt, et quia non habebant ra
dicem, aruerunt. Alia autem ceciderũt in ſpinas, & creuerunt ſpinæ, & ſuf-
10 focauerunt ea. Alia autẽ ceciderunt in terrã bonam, & dabant fructum

Universidad de Deusto Biblioteca

aliud centesimum, aliud sexagesimũ, aliud tricesimũ. Qui habet aures au
128 diendi, audiat. ¶ Et accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabo=
lis loqueris eis? Qui respondens, ait illis: Quia uobis datum est nosse my
steria regni cœlorũ: illis autem nõ est datum. Qui enim habet, dabitur ei,
& abundabit: qui autẽ non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Ideo in 15
parabolis loquor eis, quia uidentes nõ uident, & audientes non audiunt,
necꝫ intelligũt: ut adimpleatur in eis prophetia Esaiæ dicentis: Auditu au
dietis, & nõ intelligetis, & uidẽtes uidebitis, & nõ uidebitis. Incrassatũ est
enim cor populi huius, & auribus grauiter audierũt, & oculos suos clause=
rũt: ne quãdo uideãt oculis, & auribus audiãt, & corde intelligãt, & cõuer 20
129 tantur, & sanem eos. ¶ Vestri aũt beati oculi, quia uident: & aures uestræ
quia audiunt. Amen quippe dico uobis, quia multi prophetæ & iusti cu=
pierunt uidere quæ uidetis, & nõ uiderũt: & audire quæ auditis, & nõ au
130 dierunt. ¶ Vos ergo audite parabolam seminantis: Omnis qui audit uer
bum regni, & nõ intelligit, uenit malus, & rapit quod seminatũ est in cor 25
de eius: hic est qui secus uiam seminatus est. Qui autẽ super petrosa semi=
natus est: hic est qui uerbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud:
non autem habet in se radicem, sed est temporalis: facta autem tribulatio
ne & persecutione propter uerbũ, continuo scandalizatur. Qui autem se=
minatus est in spinis: hic est qui uerbũ dei audit, & solicitudo seculi istius 30
& fallacia diuitiarum suffocat uerbum, & sine fructu efficitur. Qui uero in
terram bonam seminatus est: hic est qui audit uerbum, & intelligit, & fru
ctum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum,
131 aliud uero tricesimum. ¶ Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simi=
le factum est regnũ cœlorum homini, qui seminauit bonũ semen in agro 35
suo: cum autem dormirent homines, uenit inimicus eius, & supersemina=
uit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creuisset herba, & fructũ
fecisset, tunc apparuerũt & zizania. Accedentes autẽ serui patrisfamilias,
dixerunt ei. Domine, nonne bonũ semen seminasti in agro tuo? Vnde er
go habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixe= 40
runt ei: Vis imus & colligimus ea? Et ait: Nõ, ne forte colligẽtes zizania,
eradicetis simul cum eis & triticũ. Sinite utraqꝫ crescere usque ad messem.
& in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alli
gate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in hor
132 reum meũ. ¶ Aliam parabolã proposuit eis, dicens. Simile est regnũ cœ= 45
lorũ grano sinapis, quod accipiẽs homo seminauit in agro suo: qd' mini=
mum quidẽ est omnibus seminibus: cũ autẽ creuerit, maius est omnibus
oleribus, & fit arbor, ita ut uolucres cœli ueniant & habitent in ramis eius
133 ¶ Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum cœlorum fermen
to, quod acceptũ mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermenta 50
134 tum est totum. ¶ Hæc omnia locutus est IESVS in parabolis ad turbas.

& sine

& sine parabolis non loquebatur eis, ut impleretur quod dictum est per
prophetam, dicentem: Aperiam in parabolis os meum: eructabo absco=
dita a cõstitutione mundi. ¶ Tunc dimissis turbis uenit in domum, & ac 135
55 cesserunt ad eũ discipuli eius dicentes: Edissere nobis parabolã zizanio=
rum agri. Qui respondens ait: Qui seminat bonum semen, est filius homi
nis. Ager autem est mundus. Bonum uero semen, hi sunt filij regni: Ziza
nia autem, filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit eà, est diabo=
lus. Messis uero, consummatio seculi est. Messores autem, angeli sunt.
60 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburũtur: sic erit in cõsummati
one seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius
omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminũ
ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in
regno patris eorum. Qui habet aures audiẽdi, audiat. ¶ Simile est regnũ 136
65 cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscõdit
& præ gaudio illius uadit, & uendit uniuersa quæ habet, & emit agrũ illũ
¶ Iterum simile est regnum cœlorũ homini negociatori quærenti bonas 137
margaritas. Inuenta autem una preciosa margarita: abijt, & uendidit oĩa
quæ habuit, & emit eam. ¶ Iterum simile est regnum cœlorũ sagenæ mis= 138
70 sæ in mare, & ex omni genere pisciũ congreganti: quam cum impleta es=
set, educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in uasa, malos aũt
foras miserunt, Sic erit in consummatione seculi. Exibũt angeli, & separa=
bunt malos de medio iustorum, & mittẽt eos in caminũ ignis: ibi erit fle
tus & stridor dentium. ¶ Intellexistis hæc omnia? Dicũt ei: Etiã. Ait illis. 139
75 Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorũ, similis est homini patrifamili
as, qui profert de thesauro suo noua & uetera. ¶ Et factum est cum cõsum 140
masset IESVS parabolas istas, transijt inde. Et ueniens in patriam suam,
docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent: Vnde hu
ic sapientia hæc & uirtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius
80 dicitur MARIA, & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Simon & Iudas: & so=
rores eius, nõne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scã
dalizabantur in eo. IESVS autem dixit eis: Non est propheta sine honore
nisi in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi uirtutes multas, propter
incredulitatem illorum.

ANNOTAT. BREVES XXVI. CIRCA LITERAM CAP. XIII.

2	nauiculam		profunditatem	ἑκατόν
	τὸ πλοῖον	9	creuerunt	ἑξήκοντα
4	qui seminat		ἀνέβησαν	ἑξήκοντα
	ὁ σπείρων		ascenderunt	centum
	qui seminabat	11	centesimum	sexaginta
8	altitudinem		sexagesimum	triginta
	βάθος		tricesimum	& infra

ut adim

Universidad de Deusto
Biblioteca

17 ut adimpleatur
Ἵνα ἀναπληρῶται
& impletur
17 dicentis
ἣ λέγουσα
dicens,
quæ dicit
18 & non uidebitis
Ἐὰν μὴ ἴδητε
& non perspicietis
& non cognoscetis
30 in spinis
εἰς τὰς ἀκάνθας
in spinas
30 uerbum – dei
36 superseminauit
ἔσπειρε
seminauit
37 creuisset
ἐβλάστησεν
germinasset
41 Vis imus & colligimus
Θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξομεν
Vis igitur abemmus & colligamus
41 ne forte
μήποτε
nequando
44 ad comburendum
* αὐτά ea
47 omnibus seminibus
omnium seminum
47 maius ἐ oibus oleribus
μεῖζον τῶν λαχάνων ἐστὶ
maximũ oleum est
cõparatiuũ ꝓ suplatiuo
47 maius est – oibus
48 habitent
κατασκηνοῦν
nidificent,
nidulentur
50 fermentatũ est totum
ἐζυμώθη ὅλον
fermentata esset tota
52 sine parabolis
χωρὶς παραβολῆς
singulare
54 in domum
* ὁ Ἰησοῦς
IESVS
56 ait
* αὐτοῖς
illis
58 nequam
τῷ πονηρῷ
maligni
61 genitiuus seculi
* τούτου
huius
64 audiat.
*πάλιν
Rursus
70 genere – piscium
71 educentes secus litus
ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν καὶ
educentes in litus &
71 elegerunt
συνέλεξαν
collegerunt
71 bonos
malos
τὰ καλὰ
τὰ σαπρὰ
neutra
74 dentium
* Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς
Ait illis IESVS.
74 Etiam
* κύριε
domine
75 in regno
εἰς τὴν βασιλείαν
ad regnum
78 in synagogis
ἐν τῇ συναγωγῇ
singulare
78 ita ut mirarentur
ὥστε ἐκπλήττεσθαι
ita ut stuperent
80 MARIA
Ioseph
Μαριὰμ
Ἰωσῆφ

COMMENTARIVS IN CAPVT DECIMVMTERTIVM.

PAulo ante dictum est Euangelistam per hoc quod dixerat matrem &
fratres foris stare, innuisse dominum tunc in aliqua domo fuisse, quod
126 » & apertius hic insinuat idem Euangelista Matthæus, dicẽs. ¶ In illo
» die exiẽs IESVS de domo, sedebat secus mare. Et cõgregatæ sunt ad
» eũ turbæ multæ, ita ut nauiculã ascẽdẽs sederet & oĩs turba stabat in
» litore: & locutus ẽ eis multa ĩ parabolis dicẽs. ¶ Sedebat dñs secus mare. Per hoc
mare intelligit̃ lacus Gẽnezareth, q & mare Tiberiadis dicitur, cui uicinæ sũt Cho
rozaim, Capharnaũ, & Bethsaida. Sed irruẽtibus ĩ eũ turbis, nõ malo quidem ꝛaio,
sed ingenti doctrinæ cœlestis, & diuinarũ uirtutũ, q̃ ex ipso prodibãt, desiderio iã
tũ scz piã uim regno cœlorũ pati incipiente, intrat in nauẽ. Nauis, ecclesia. Mare &
mari adiacẽtia, mundus. Qui uult ergo, audire CHRISTVM, audiat eũ in ecclesia:
& doctrinã eius ꝓcipiat ex ecclesia, in qua CHRISTVS & apostolici solũ sunt ui
ri: & studeat ex parabolarũ spũ, id est Euangelio doctrinaq̃ CHRISTI, uitalẽ hau
rire sapientiã: nam ferme̓ totũ Euangeliũ parabola est. Sed quam primum ꝓponit
127 » parabolam referante Matthæo audiamus; inquit enim. ¶ Ecce exijt qui semina
bat semi

» bat, seminare: Et dum seminabat: quædam ceciderunt secus uiam, & uenerunt uo
» lucres cœli, & comederunt ea. Alia aũt ceciderunt in petrosa, ubi non habebãt ter
» ram multam, & continuo exorta sunt, quia nõ habebant altitudinẽ terræ: sole autẽ
» orto, æstuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia aũt ceciderunt in
» spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea: Alia autem ceciderunt in terrã bo
» nam & dabant fructum: aliud centesimũ, aliud sexagesimum, aliud tricesimũ. Qui
» habet aures audiendi, audiat. ¶ Hac parabola dominus seipsum declarat: declarat
& quid sit Euangelium, & qui sint qui suscipiunt illud. Nam ipse dominus est, qui
exiuit à deo patre, & uenit in hunc mundum, ut seminaret semen uitæ, quod est E
uangelium. Euangelium autem, uerbum dei. Qui suscipiunt, omnigenæ nationes
Et quia dominus hanc per semetipsum declarare dignatus est parabolã: ideo pau
cis hic tota series eius intelligi potest. Ecce præsentiam dicit. Qui exiuit, CHRI
STVS. Vnde exiuit? A patre. Ego (inquit in Ioanne) exiui à patre, & ueni in mun
dũ. Qui seminat, itidẽ CHRISTVS. Semen, Euangeliũ, uerbũ dei, doctrina uitæ, Ioan. 16.
lex noua, lex gratiæ, testamentum æternũ. Finitima uiæ, homines iuxta uiã latã &
spaciosam quæ ducit ad perditionẽ incedentes, & uerbũ dei spiritualiter non capiẽ
tes. Via, uia lata, uia perditionis. Volucres, dæmonia. Comedere, rapere, perdere.
Terra petrosa, homines parum spiritus, parumq̃ gratiæ admittẽtes, & nõ alte uer
bũ dei recipientes. Cito exoriri, in principio feruere. Sol exortus, tribulationes &
persecutiones, aut æstus concupiscentiarũ, tentationumq̃ superuenientes. Ra di
ces habent, quæ alte & firmiter menti inhærent: quæ aũt debiliter & superficie te
nus, non habent. Terra spinosa, homines solicitudinibus mundanis obruti. Spinæ
ipsæ, mundanæ solicitudines, ut immodicũ studiũ circa diuitias congerendas, circa
honores adipiscendos, & fluxam mundi huius, momentaneamq̃ gloriam: circa uo
luptates corporis, quæ brutorũ sunt, nõ hominũ, captandas & exercendas: & mul
ta id genus alia. Terra bona, hoĩes bonæ mentis, multi spiritus, & multæ gratiæ, q
alte suscipiunt uerbũ dei, & ad spiritum intelligunt & faciũt, ociosam in seipsis dei
gratiam nõ sinentes. Fructus centesimus, augmentum operũ gratiæ & bonitatis:
in pfectis. & hoc est consummatorũ. Fructus sexagesimus, augmentum proficien
tiũ. Et fructus tricesimus, augmentũ incipientiũ. Ergo & incipientes & proficien
tes, & consummati, serendo uerbo dei, bona terra sunt: incipientes, bona: pficien
tes, melior: & consummati, optima. Quæ tamen in principio solũ bona est, sic pro
ficere potest, ut & melior fiat, & tãdem euadat optima. Hic aduertere licet illã in se
infinite bonã dei bonitatẽ adeo exuberanter esse extra se bonã, & sese propagare
uelle, ut pene̓ se sui prodigã prodat: ut quæ ubiq̃ bonũ semẽ seminare uelit, & non
solũ in bonã & optimã, sed in omnẽ terrã, uel fermẽ quantũlibet malã, ut in eam q̃
latæ uiæ adiacet, & in petrosam, & in spinosam: & ubicunq̃ maneat uerbũ dei, &
quãdiu maneat purgare: & quantũ ex se est, fructificare. Qui igitur iuxta latã uiam
incedunt, eam deserant ad auxiliũ seminantis conuersi, & quærant iuxta angustã
incedere. Qui per terram intelliguntur petrosam, quoad possunt sese elapidẽt, &
duritiẽ emolliant, quod superest in seminantẽ reijcientes, ut alte semen admittere
possint. Qui ꝓ terrã spinosam: omnes, seminantis implorata ope, spinas euellant
& in CHRISTO mortificent, & tunc oĩs terra bona erit, & omne genus hoĩm sal
uũ per uerbum dei. Quod etsi impossibile sit potestate humana: possibile est tamẽ
potestate diuina, quæ & hoc uult, & ad hoc seminat, non ut pereat semen, sed ut ui
uificetur pariter & uiuificet. Extendamus igitur nostram uoluntatem, & totã po
namus in uolũtate dei, & nostram totam potestatem in potestate dei, & omnis ho
mo per uerbum dei saluus fiet. Porro̓ ubi saluator noster suã de seminãte cõpleuit
parabolã, ꝓtinus adiecit: Qui habet aures audiendi, audiat: aures requirẽs spiritus
non car

Universidad de Deusto Biblioteca

nõ carnis, quod plane' insinuat, hic mysteriũ, theoriam & spiritualem intelligentiã
esse requirendam. Post quæ uerba etiam accesserũt discipuli ad dominũ, uolentes
128 „ spiritũ parabolæ intelligere. Quod innuit Matthæus, subdens. ¶ Et accedentes
„ discipuli, dixerũt ei: Quare ĩ parabolis loqueris eis? Qui respondẽs, ait illis. Quia
„ uobis datũ est nosse mysterium regni cœlorum, illis autem nõ est datum. Qui em̃
„ habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem, non habet, & quod habet auferetur ab
„ eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia uidentes non uident, & audientes non audi-
„ unt, neq; intelligunt, ut adimpleatur in eis prophetia Esaiæ, dicentis: Auditu audie
„ tis, & nõ intelligetis: & uidentes uidebitis, & nõ uidebitis. Incrassatum est em̃ cor
„ populi huius & auribus grauiter audierũt, & oculos suos clauserunt: ne quando ui
„ deant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & cõuertantur, & sanem eos.
¶ Qui corde accedũt ad CHRISTVM, mysteria dei intelligũt; & ideo discipuli
intellexere, quia sic accesseruut ad CHRISTVM. Turbæ aũt & reliqui qui nõ in-
tellexerũt, nisi in ænigmate & inuolucro: sunt qui ad CHRISTVM corde nõ acce
dunt, etsi corpore, existimãtes sibijpsis sufficere, & ex sese plenissime quæ sunt in-
telligenda, intelligere. tales autem credunt se uidere, sed non uident: nam animali
sensu uident, non spirituali; & audire, id est intelligere: at non intelligunt, quia in-
telligentia carnis & hominis intelligunt, non spiritus. & ita in eis impletur prophe
Esaiæ. 6. tia Esaiæ, quæ nũc sic capite sexto legitur: Vade, & dices populo huic: Audite au-
dientes, & nolite intelligere: & uidete uisionem, & nolite cognoscere. Excæca cor
populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte uideat oculis su
is, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanẽ eũ. Et cum
sensum habet, qui paulo ante expressus est: quia particularũ principia de auditu &
uisu carnis, & secundũ humanam præsumptionem: sines autem de intelligentia et
cognitione spiritus, & secundum diuinum sensum intelliguntur. Et cum dicit: No
lite, nõ prohibet: sicuti neq; præcipit cum dicit: Excæca, aggraua, claude; sed ubiq;
prædicit: quod etiã interpres Matthæi, Græcanicã tralationẽ secutus expressit. Et
cũ hic in tralatiõe Matthæi dicit, nequãdo, & illic in nostra tralatiõe Esaiæ, ne forte
hæ particulæ nõ sunt notæ dubitatiõis, sed libertatis arbitrij, qd' indifferenter se ha
bet ad se ex deo cõuertendũ, & ex se nõ cõuertendũ. Et dei uolũtas erat illos sana-
re, si se uoluissent diuino adiuuãte p̃sidio, cõuertere: dicẽte Luca de ijs qui etiã bla-
Lucæ. 5. sphemabãt eũ: Et erãt pharisæi sedẽtes & legis doctores, qui uenerãt ex omni ca-
stello Galilææ & Iudææ & Hierusalẽ, & uirtus domini erat ad sanandũ eos. Quod
ergo nõ sanati sunt, id non erat ex parte illius, q̃ in parabola loquebatur eis; sed ex
parte ipsorũ. nã si aperte eis dixisset: ego sum filius dei, qui in æternitate cũ patre
fui, à quo exiui & ueni in mundũ, Euangeliũ pacis, uerbum dei, & legem nouã uo-
bis annunciatũ, reliqua detegendo sacramenta, id multo minus audire uoluissent,
q̃ parabolam: quia iuxta prophetiã grauiter audiebant. Quod exemplo principis
sacerdotũ cognoscitur: qui cum interrogasset & adiurasset dominũ ut eis plane' di
Marci. 14. ceret, an esset CHRISTVS filius dei, & ille (ex Marco) dixisset. Ego sum, tam gra
uiter tulit, ut illico uestimenta sua sciderit, & exclamauerit eũ blasphemasse. Expe
diebat ergo populo, scribis et pharisæis ad ipsorũ minorem damnationẽ, & ad ele-
ctorũ illuminationẽ, ut dominus loqueretur eis in parabolis, ut et de eo erat oracu
lis prophetarũ reseratũ: ergo qui peribãt, ex seipsis solis peribant, allato etiã ex dei
bonitate, quantũ licebat, auxilio ne perirẽt. Discipulis aũt & ad se accedẽtibus, nu-
de & aperte mysteria detexit, uirtutẽ sine ullo inuolucro reuelando, & lucẽ ostem-
dendo spiritualẽ: quia nõ grauiter audiebãt, neq; se sapientes putabãt, sensui suo fi
Marci. 4. dentes: sed à dño (ex Marco & Luca) petentes: et ideo sacramẽta dei expressa eis
Lucæ. 8. profuerunt, et bene illis usi sunt auditis, nam qui gratiã habent, et gratia eis auge-
bitur

bitur, & abundabunt. Qui autẽ gratiam nõ habent, & si se habere putent, etiã quod
habẽt, id est humana sapiẽtiæ bonitatisq; opinio atq; præsumptio, auferetur ab eis.
„ Et hi miseri, illi uero beati: subdente dño (ut aperit Matthæus) ac dicente. ¶ Vestri 129
„ autem beati oculi, quia uident; & aures uestræ, quia audiunt. Amen quippe dico uo
„ bis, quia multi prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uidetis, & nõ uiderunt; & au
„ dire quæ auditis, & nõ audierunt. ¶ Oculus, uisio interna mẽtis. Auris, auris inter-
na, obedientia mẽtis. Videre, spiritu. Audire, itidẽ spiritu. Quod oculi discipulorũ
uidebant spiritualiter, & aures eorum similiter audiebant: id non erat discipulorũ,
nisi ut deo ipsos cõuertenti, non reluctantiũ, sed CHRISTI lumen & intelligentiã
spiritus infundentis. Ergo beatitudo ista ex parte infundentis, non ex parte eorum
quibus infunditur, attẽdenda est. Ille enim omnia agit, isti hoc solum quod non relu
ctantur. Quod si quid cooperẽtur quod agũt, id solum humanũ est, non etiam diui-
num: ut calamus nõ reluctãs scribẽti, si cooperetur, solum id agit ut calamus: quod
autem humanum est, id totũ hominis est, & si gratia adiuti: quod supra hominẽ, to-
tum dei & gratiæ. Multi prophetæ & iusti uiri tametsi perquãcupide & auide uidis-
sent, & audissent corporeis sensibus CHRISTVM: multo tamen magis cupierunt
ea uidere & audire quæ CHRISTI erãt, secundũ diuinitatẽ & spiritũ, quæ CHRI-
STVS suis discipulis annũciabat & aperiebat. Qua felicitate illi, qa tẽpore CHRI
STI non fuere, caruerunt. Vt gloria maior intelligatur ijs accessisse, qui sunt nouæ
legis, legis libertatis & gratiæ, quàm illis qui fuerũt ueteris legis, legis seruitutis et
peccati. Continenter autem dominus, ut essent uere uidentes & audiẽtes, & uere
„ intelligẽtes & credẽtes, aperuit discipulis suis parabolã de seminãte, dicẽs. ¶ Vos 130
„ ergo audite parabolã seminantis: Omnis qui audit uerbum regni, & nõ intelligit,
„ uenit malus & rapit quod seminatũ estĩ corde eius: hic est qui secus uiã seminatus
„ est. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui uerbũ audit, & cõtinuo cum
„ gaudio accipit illud: nõ habet autẽ in se radicẽ, sed est tẽporalis: facta autẽ tribula-
„ tione & persecutione propter uerbum, continuo scandalizatur. Qui autẽ semina-
„ tus est in spinas, hic est qui uerbum dei audit, & solicitudo seculi istius, & fallacia di
„ uitiarum suffocat uerbũ, & sine fructu efficitur. Qui uero in terram bonam semina
„ tus est, hic est qui audit uerbum & intelligit, & fructum affert & facit: alius quidem
„ centesimũ, alius autem sexagesimũ, alius uero tricesimum. ¶ Cũ ait, Vos ergo au-
dite, iubet esse mẽte attẽtos, qui diuina intelligere uolunt mysteria, & in mysticos
ac spirituales penetrare sensus. Cætera fere' omnia abũde manifesta sunt, tũ ex se,
tũ ex ijs quæ paulo supra numero. 12. dicta sunt: & ideo nõ est diutius hic insisten
dũ. Est tamẽ aduertendũ, q̃ semẽ & semina, quæ sunt uerba dei, dicũtur in terrã ca
dere: qa de sursum est semen quod fœcũdare debet terrã nostrã: terra aũt, id est ho
mo dicit seminari: quia illud semen iactum excipit. Et quod qui hic dicitur malus,
Marci. 4. uocatur satanas, et Lucæ. 8. diabolus. Et deniq; q̃ ultima particula sic uer
tenda erat: Qui uero in bonã terrã seminatus est, hic est qui audit uerbum & intel-
ligit: qui utiq; fructum affert & facit: alius quidem cẽtesimum, alius autem sexage-
simum, alius uero tricesimũ: ut alius masculino genere prolatus, ad hominẽ refera-
tur: quod prius de homine, qui terra bona est, & fructũ affert, non de semine sermo
habitus sit. Nam & articulus ὁ, quo hic ubiq; utitur interpres Græcus, masculinus
est; neq; aliud quicquam referre potest. Interpres autem latinus ὁ cum spiritu & to
no, non ὁ cum spiritu sine tono legisse uidetur: quẽadmodum hodie quoq; in non-
nullis etiam uetustis codicibus legere est: quod uidetur mendum, ex fine parabolæ
errore scriptoris uerborum similitudine hallucinati huc translatũ: aut certe ὁ mascu
line capiendum, ut hominem referre possit, λαμβάνεται γὰρ ἐπ' ἀνθρωπου οὗτος. ὡς πας ὁ μιγεὶς. ὁ γὰρ
ἦλθε ὁδὸς ἐπὶ νῦας ἀχαιῶν. Sed hoc nimis rarum, poëticumq; est. Deinceps Matthæus

Universidad de Deusto
Biblioteca

131 „ aliam adijcit parabolam huic satis affinem, dicẽs. ¶ Aliã parabolam proposuit illis,
„ dicẽs: Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonum semen in
„ agro suo. Cũ autem dormirent homines, uenit inimicus eius, & superseminauit zi-
„ zania in medio tritici, & abijt. Cum autẽ creuisset herba, & fructum fecisset, tunc ap
„ paruerũt & zizania. Accedẽtes autẽ serui patrisfamilias, dixerũt ei: Domine, non-
„ ne bonum semẽ seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimi-
„ cus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis imus & colligimus eas? Et ait: Nõ,
„ ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum. Sinite utraq; crescere usq;
„ ad messem, & in tẽpore messis dicam messoribus: Colligite primũ zizania, & alliga
te ea in fasciculos ad comburẽdum: triticum autẽ congregate in horreũ meũ. ¶ Et
hanc quoq; parabolam ipsemet dominus exponere dignatus est. Regnum cœlorũ
regnum CHRISTI, ecclesia in hoc seculo ad finem usq; mũdi currens. Homo qui
seminauit bonũ semen, CHRISTVS dominus. Ager, mundus. Hoies dormire, est
negligenter in ea quæ dei sunt & CHRISTI intendere. Inimicus homo, diabolus.
Zizania, homines corrupti, hæretici, impij, & omnis eorũ corruptio, hæresis, impie-
tas. Triticũ, homines puri, sanæ doctrinæ, pij. Herbam creuisse & fructum fecisse,
est mundum tam in bonis quàm in malis ad finem usq; tẽpore processisse. Serui pa
trisfamilias, cœlestes potestates. Paterfamilias, deo. Bonũ semẽ, uerbũ CHRISTI
euangelium uitæ, doctrina fidei, fideles homines. Et ex opposito, malũ semẽ, omne
peccatũ, denũciatio mortis, dogma peruersum, infideles homines. Zizania colligi,
est malos auferri de mũdo, quos paterfamilias, phibet colligi, ut boni inter eos pro-
ficiant: exercẽt enim mali pios & electos, quandiu mundus iste perseuerat. Vtraq;
triticum & zizania crescere usq; ad messem, est bonos & malos procedere usq; ad
huius seculi finem. Messis, homines qui colliguntur: hi ad uitã, illi ad combustionẽ
æternam. Tẽpus messis, finis mũdi. Messores, angeli dei. Zizania primũ colligun-
tur: qa mali priores in fine seculi tollentur. Alligãtur in fasciculos ad comburendũ:
quia ad uaria secernentur destinabũtur q; gehẽnæ tormẽta. Triticum congregatur:
quia boni colligẽtur, & omnes in perpetua charitate deo unientur. Horreũ patrif-
familias, regnum patris cœlestis, cœlestis Hierusalẽ, mansio beatorum. Hoc est do-
mino reserante parabolæ mysteriũ. Quod si qua sunt apposita tã in hac quàm in su
periori de seminante parabola, quæ dominus nõ expresserit: ea tamẽ facile per ista
quæ ipse expressit, reliquit nobis intelligenda. Tertiam quoq; adijcit dominus para
132 „ bolam, quam Matthæus subinde insinuat, dicens. ¶ Aliam parabolã proposuit eis,
„ dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiẽs homo seminauit
„ in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus: cũ autem creuerit, ma
„ ius est omnibus oleribus, & fit arbor: ita ut uolucres cœli ueniãt, & habitẽt in ramis
„ eius. ¶ Huius haud remota uidetur esse spiritualis intelligentia. Regnũ cœlorum,
regnum CHRISTI. Granũ sinapis, uerbum dei, fides CHRISTI, lex noua, religio
sancta & immaculata. Homo qui seminauit, CHRISTVS dominus. Ager eius, Iu
dæa, mẽs fidelis. Granum sinapis minimum esse ex omnibus olerum seminibus, est
religionem CHRISTI in principio fuisse omniũ religionum minimam. Alia semi-
na & olera, aliarum religionum exordia & incrementa: quæ si cum fide cõferantur
CHRISTI, omnes sunt quædam ueluti superstitiones & errores fidei. Creuit gra-
num sinapis, cũ fides CHRISTI cœpit incrementũ. Arbor, populus fide accepta,
totius mũdi uniuersa fidelis ecclesia. Volucres cœli, angeli dei. Rami arboris, parti-
culares ecclesiæ, multiplices q; natiões. Volucres cœli habitãt in eis: quia animæ san
ctæ, mãsio quieta sunt spiritus CHRISTI, & sanctorum angelorum, qui eis diuina
dispensatione prouidẽt, & eas inspirationibus recreant, dirigũt, defendunt q;. Hæc
sit huius parabolæ spiritualis theoria. Deinde quartam domini parabolã subiungit
Matthæus,

„ Matthæus, dicẽs. ¶ Aliã parabolã locutus est eis: Simile est regnũ cœlorũ fermẽto 133
„ q; acceptũ mulier abscõdit ĩ farinæ satis tribus, donec fermẽtatũ est totũ. ¶ Huius
parabolæ spiritualis intelligẽtia hæc sit: Regnum cœlorũ, regnum CHRISTI. Fer
mentum, fermentũ nouũ, fides, dei uerbũ. Mulier, sapientia dei. Tria sata, id est tres
mensuræ farinæ, tres plagæ mũdi, Asia, Africa, Europa. Farina, populi. Abscõdidit
donec fermentatũ esset totũ, siue donec fermentata esset tota: ut id ἐζυμώθη ὅλον, id est
fermẽtata esset tota, respiciat ἄλευρον, id est farinam: quia CHRISTVS dominus, qui
dei sapientia est, doctrinam & fidem suam intimis præcordijs hominum infundit, &
ibidem relinquit usq; ad ultimũ huius mũdi terminũ: quo tẽpore totus erit fermen-
tatus, & saluandorũ impletus numerus. Has oẽs parabolas nõ ad discipulos suos lo
„ quebatur, sed ad turbas, audiẽtibus tamẽ illis: quod subdit Matthæus, dicẽs. ¶ Hæc 134
„ oĩa locutus est IESVS in parabolis ad turbas, & sine parabolis nõ loquebatur eis:
„ ut impleretur quod dictũ est per prophetã dicentẽ: Aperiam in parabolis os meũ,
„ eructabo abscõdita à cõstitutione mũdi. ¶ Ad turbas, qbus passim intermixti erãt
Scribæ, Pharisæi, Sadducæi, & omnino aduersarij ipsi, nihil loquebatur dñs, nisi in
parabolis: quia illis magis expediebat, q; si sacramenta ipsa statim retexisset. Adde
quod sic etiam de eo scriptum erat: ut Psal. 77. Attẽdite popule meus legẽ meam: Psal. 77.
inclinate aurẽ uestram in uerba oris mei. Aperiã in parabolis os meũ, loquar pro-
positiones ab initio. Vbi dicẽte spũ in persona CHRISTI. Attẽdite popule meus,
uolebat auditores e` turbis Iudæorũ esse attẽtos. Et cui? Legi gratiæ, legi nouæ, le-
gi CHRISTI. Cũ, inclinate aurẽ, prõptos esse intelligẽtia, & obedientia mẽtis. Cũ
autẽ, in uerba oris mei, præsentẽ esse deũ, qui loqueretur, insinuabat: & quẽ etiã ui-
derẽt exteriore oculo, & audirẽt aure corporali: sed qui tamẽ magis uideri deberet
interiore oculo, & audiri aure mentis. Verba, inquit, oris mei, nõ uerba oris Mosi,
aut cuiusquã prophetarũ. Mox uero dedit eis signũ, quo cognituri erant deum sibi
præsentẽ esse, & coram loquentẽ: Aperiã, inquit, in parabolis os meũ, loquar pro-
positiones ab initio, abscõdita à cõstitutione mũdi, at nõ solum à cõstitutione mun-
di, sed etiã ab æterno. Hæc enim sunt quæ Paulus appellat reuelationẽ mysterij tẽ- Roma. 16.
poribus æternis taciti. Et rursus, de qbus ad Corinthios dicit: Sapientiã autẽ loqui- 1. Corin. 2.
mur inter perfectos: sapientiã uero non huius seculi, neq; principũ huius seculi, qui
destruuntur: sed loquimur dei sapientiã in mysterio, quæ abscõdita est, quam præ-
destinauit deus ante secula in gloriã nostrã. Finitis autẽ parabolis, dominus turbas
„ dimisit, & uenit in domũ: ut aperit Matthæus, dicens. ¶ Tunc dimissis turbis, uenit 135
„ in domum, & accesserũt ad eum discipuli eius, dicẽtes: Edissere nobis parabolã zi-
„ zaniorum agri. Qui respondens, ait: Qui seminat bonũ semẽ, est filius hoĩs. Ager
„ autem est mundus. Bonũ uero semen, hi sunt filij regni. Zizania autẽ, filij sunt ne-
„ quam. Inimicus autẽ qui seminauit ea, est diabolus. Messis uero, cõsummatio secu
„ li est. Messores autẽ, angeli sunt. Sicut ergo colligũtur zizania, & igni comburun-
„ tur: sic erit in cõsummatione seculi. Mittet filius hoĩs angelos suos, & colligent de
„ regno eius omnia scãdala, & eos qui faciũt iniquitatem: & mittent eos in caminum
„ ignis. Ibi erit fletus & stridor dentiũ. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris
„ eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. ¶ Domus, ecclesiæ figura: ad quam qui
accedunt non tam motu corporis, quàm gressibus fidei, & perfecta fide perũt à do-
mino: & accipiunt, & sacramenta dei citra ullũ uelamen cognoscunt, reuelante illa
IESV supbenigni infinita bonitate: cuius rei figura sunt apostoli accedẽtes ad do-
minum in domũ, & petentes, & parabolæ zizaniorũ agri à domino reseratio. Quæ
quia de se clara est, & quodammodo numero, 131. prætacta, nõ est nostrum diutius
hic immorandi consilium. Quia tamen nonnulla latius explicat, nõ nihil etiam dica
mus oportet. Cũ ait, Mittet filius hoĩs angelos suos, declarat se esse patrẽfamilias:

 de quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

de quo in parabola fit mētio. Cū autē dicit: Colligēt de regno eius oīa scandala, & eos qui faciūt iniquitatē, innuit per zizania & scādala, id est offendicula, & omnes diuinæ legis, diuinæq; uolūtatis transgressiōes & transgressores designari. Et per caminū ignis infernū itelligit & gehennā: ubi peccata simul & peccatores in æternum cōsumment. Per fletum uero & stridorē dentiū, miserorū ineluctabilē & importabilē cruciatū. Cum denicq; inquit: Tūc iusti fulgebūt sicut sol in regno patris eorum, gloriā tangit beatorū, quam nec oculus mortalium uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascendit. Deinde postēq; excitauit eos dominus ad spiritualē intelli
136 „ gentiā prædictorū, quintā hic ex Matthæo subdit parabolā, dicens. ◤ Simile est re-
„ gnum cœlorū thesauro abscōdito in agro: quē qui inuenit homo, abscōdit: & præ-
„ gaudio illius uadit, & uendit uniuersa quæ habet, & emit agrū illū. ◤ Huius para-
bolæ hanc spiritualē eliciamus intelligentiā. Regnū cœlorū, regnum CHRISTI. Thesaurus absconditus, CHRISTVS dominus: cui pater omnia donauit, & nobis
Coloss.2. oīa in illo, & in quo (dicente Paulo) sunt oēs thesauri sapiētiæ & scientiæ abscōditi. Ager, ager sacrarū scripturarū, euangeliū regni. Homo qui inuenit, fidelis quisq;. Abit & uendit oīa sua, quando relinquit mundū propter euangeliū, affectus carnis exuit, & terrena cœlestibus cōmutat. Gaudium designat omniū abnegationē pro CHRISTO iucundā esse debere, & uoluntariā. Emit agrū illū, cum omnia sua liberalit, & ultro pro euangelio dat, & habet thesaurū illū, CHRISTVM uidelicet & in CHRISTO gratiā: qui omni uita melior est, & omni thesauro preciosior: nec cōparari potest, nisi quis omnia sua pro illo thesauro in sancto euāgelio occultato det: nisi omnibus quæ habet, abrenunciet. Si em retineat sibi carnis affectus, si quid terreni, nunquā illum habiturus est, sed thesauro illo perpetuo carituru. Post hæc
137 „ sextā dominus cōnectit parabolā, aperiente Matthæo, dicens. ◤ Iterū simile est re-
„ gnū cœlorū homini negociatori, quærēti bonas margaritas: inuēta aūt una preci-
„ osa margarita, abijt & uendidit oīa quæ habuit, & emit eā. ◤ Hæc præcedēti satis affinis est, cuius hæc sit spiritualis intelligentia: Regnū cœlorū, regnū CHRISTI. Negociator tēporalis, qui mercatur res tēporales, spiritualē negociatorē designat qui pijs operibus fidei sibi cōparat spūalia. Bonæ margaritæ, quæ & uniones, dona dei sunt, unum solum respicientia, & ad unū solū tendentia, quæ omnia bona sunt. Preciosa margarita inuēta, CHRISTVS, fides eius, lex eius, de qua dicit: Lex do-
Psalm.18. mini īmaculata cōuertens animas, testimonū dñi fidele sapientiā præstans paruu-
Psalm.118. lis. Et rursum: Dilexi mandata tua super aurū & topazion. Quo precio emitur hic unio? Abdicatione omniū terrenorū: nā qui inuenit, abit & uendit omnia quæ habet, & emit illum. Hæc etiam preciosa margarita iunctam habet charitatē: quæ est omniū charismatum preciosissimū: & quæ sic una est, ut amantē cum amato, id est CHRISTO, unū efficiat. Septimā parabolā huic, ut ostendit Matthæus, dominus
138 „ subnectit, dicens. ◤ Iterum simile est regnum cœlorū sagenæ missæ in mare, & ex
„ omni genere pisciū congreganti. Quā cum impleta esset, educentes, & secus litus
„ sedentes, elegerunt bonos in uasa, malos aūt foras miserunt. Sic erit in consumma-
„ tione seculi: exibūt angeli, & separabūt malos de medio iustorū, & mittēt eos in ca-
„ minū ignis: ibi erit fletus & stridor dentiū. ◤ Hanc magna ex parte aperire digna-
„ tus est dominus. Igit regnū cœlorū, regnū CHRISTI. Sagena missa in mare, usq; ad finē mundi euangelica prædicatio. Mare, mundus. Omne genus pisciū, omnes populi nationū. Impletio sagenæ finē mundi significat. Pisces educētur cū sagena quia finita euāgelica prædicatiōe, populi subducent. Secus litus, extra mundū i iudiciū. Sedentes & seligētes bonos à malis, angeli sunt. Vasa, loca beatorū: Malos mitti foras, est eos mitti in gehennā, in pœnas, in locū tormentorū: quod innuit dominus per caminū ignis, & fletum, & stridorē dentiū. Quā cum dixisset dominus,

& sufficient

& sufficiēter pro spiritualibus explicuisset, subdēte Matthæo, interrogauit discipu- 139
„ los, dicens. ◤ Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo oīs scriba do-
„ ctus in regno cœlorū, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo
„ noua & uetera. ◤ Regnum cœlorum, regnum CHRISTI. Scriba doctus in regno cœlorum, siue ut Græce habetur, εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ad regnum cœlorum, appellatur, qui præter literam ipsum quoq; spiritum sapit: sic enim edoctus aptus est ad regnum cœlorū. Scribæ ueteris legis, præter paucos quos spiritus dei afflabat, aut non sic edocti erāt, aut certe parum admodum: quia solum literam sapiebāt, & ideo illi edocti non erant ad regnum cœlorū. At scribæ siue ueteris, ut Nathanaël, siue nouæ legis, qui uere erant theologi: quales fuerūt apostoli & discipuli, et quos deus tanta illuminationis gratia dignatus est, sic edocti erant. Et idcirco ijdē erant ut patresfamilias, quia filios suos sic instituebāt. Et depromebāt e thesauro scripturarum noua & uetera, id est spiritualē & literariā, tā noui quàm ueteris testamenti intelligentiā. Paterfamilias, CHRISTVS dominus. Thesaurus, scripturæ diuinæ. Noua, spiritus. Vetera, litera: & id siue in nouo siue in ueteri testamēto: siquidē in nouo, parabola ut parabola, literam solum præfert, mysteriū spiritalisq; intelligentia spiritum. Et totū ferme uetus organum ut uetus, litera est. Sic autem se habent intelligētiæ scripturarū, ut spiritalis sine literaria haberi non possit, nisi forte literaria & spiritalis eadem sint atq; coincidant, ut pene tota Ioannis litera: sed literaria sine spiritali possit. Et hinc quoq; qui docti scribæ doctiq; theologi dici possint, intelligere promptū est. His exactis, aperit Matthæus quidnā postea egerit dñs, di-
„ cens. ◤ Et factum est cū consummasset IESVS parabolas istas, transijt inde. Et ue 140
„ niens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorū, ita ut mirarētur, & dicerēt:
„ Vnde huic sapiētia hæc & uirtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius di-
„ citur MARIA, & fratres eius, Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas: & sorores
„ eius nōne oēs apud nos sunt? Vnde ergo huic oīa ista? Et scandalizabantur in eo.
„ IESVS autē dixit eis: Nō est propheta sine honore, nisi ī patria sua & ī domo sua.
„ Et non fecit ibi uirtutes multas, propter increduliratē illorum. ◤ Patria domini Nazareth. Docebat ergo Nazarenos in synagogis eorū. Sed quid? Sane id quod capite quarto īdicat Lucas, scilicet se esse illū de quo Esaiæ sexagesimoprimo scriptū Esa.61.
est: Spiritus domini super me, eo q unxerit me dominus: ad annunciandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiā, & clausis apertionem, ut prædicarem annum placabilem domino. Quā de se prophetiam cum eis exponeret dominus, anteuertebat eos in hisce quæ cogitaturi erāt, ut deus: cogitaturi enim erāt & dicturi. Vnde huic sapiētia hæc & uirtutes? At ex prima parte prophetiæ, quæ est: spiritus domini sup me, eo quod unxerit me: ad annūciandum mansuetis misit me, ut mederer cōtritis corde: intelligere debebāt, unde huic sapiētia hæc et uirtutes. Et ex hoc, eo quod unxerit me, ipsum esse Mesiā. Verum cæci & infelices, nequaquā ad superna oculos attollebant: sed ad ima solū eos dem deflectebāt, patriā & (ut putabāt) parentes & cognatos attendentes, & dicentes: Nonne hic est ille τοῦ τέκτονος, id est fabri filius? Fabrum lignariū scilicet Iosephi spōsum MARIAE intelligētes, cuius tamen nō erat filius, sed τοῦ τῶν πάντων ποιητοῦ & δημιουργοῦ, id est omniū factoris, opificisq;. Item: Nonne mater eius dicitur MARIA? Quod recte, sed non erat talis mater qualem ipsi putabant: nā mater uirgo, mater intacta, mater immaculata. Itē: Et fratres eius, Iacobus, & Ioses, & Simō, & Iudas? Quod male. Nam Iacobus, & Ioses, & Simō, & Iudas ex Aegesippo, & ijs qui cum illa ætate uixerint, historiæ ueritatē cognoscere potuerūt: filij fuerūt Cleophæ fratris Ioseph, spōsi MARIAE, sed nō fratres CHRISTI, ut ipsi putabāt, cum Ioseph paternitate carnis ad CHRISTVM nihil attineret. Posteriores tñ multa de

 his fra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

his fratribus ſomniarũt, & falſam texuere hiſtoriã: ut Clemẽs Alexãdrinus, inquiẽs illos fuiſſe filios Ioſeph, & hinc quoq; fratres dñi dici. Poſtremo: Et ſorores eius nonne omnes apud nos ſunt? De quibus etiã non multo pauciora recẽtiores commenti ſunt, dicẽtes eas fuiſſe filias Annæ, & ſorores uirginis MARIAE. Quas tamen crediderim fuiſſe filias Cleophæ, & ſorores Iacobi, Ioſeos, Simonis, & Iudæ, aut aliorũ affiniũ ipſius Ioſeph, & uirginis deiparæ. Et ita illi cũ eſſent terreni, et carnaliter ſapiẽtes & cogitãtes, ſcãdalizabantur in eo: ipſe uero nõ ſcandalizabat eos, ſed ipſi ſeipſos, rati cũ cognoſcerẽt patriã & parẽtes eius (quæ tamẽ non cognoſcebant: nam de cœlo uenerat, & patrẽ terrenũ non habebat, ſed matrẽ duntaxat) fieri nõ poſſe, ut ſapientiam talẽ aut uirtutes haberet; quas nihilominus eum habere uidebant. Cum ergo uidemus aliquẽ ſpiritũ ſapere, ſcripturas intelligere, aut uirtutes aliquas facere, ſicut pleriſq; tẽporibus uiſum eſt: nequaquã ex patria, ex parẽtibus, ex ſtudijs, præceptoribus ue, aut libris iudiciũ feramus, ne ſimus ſimiles ijs q dicebant regi gloriæ, & ſapiẽtiæ dei patris: Vnde huic ſapiẽtia hæc, & uirtutes? Nã deus cuicũq; uult uel abiectiſſimo homini ſua impartitur, qui Amos armentariũ ſycamina uellicantẽ, ſcalpentẽq; maturitatis inducẽdæ gratia, ſciẽtia ĩpleuit, quæ erat ſupra hominẽ. Veruntamen & hoc illi accidet, quod ſine honore, & ea quæ illũ deceret (nõ quidem propter ſe, ſed propter eum qui ipſum ſuo munere dignatus eſt) æſtimatione habeatur: quod et domino accidit, ut reſpõſo ſuo ad Nazarenos, quod & prouerbiũ eſt, inſinuauit cũ dixit: Nõ eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua, & in domo ſua. Adeo` gens illa mentis incuruæ, mẽtis inuidæ, & maleuolæ, prompta erat ex patria, ex gente, ex ſtudio alios iudicare. Quod autem dñs multas uirtutes ibi nõ fecerit, hoc nõ fuit quia nollet facere, aut nõ poſſet; ſed quia ipſi ad eas recipiendas erant inhabiles & inepti: nõ enim credebãt diuinum eſſe quod uidebant & audiebãt. At uirtutes diuinæ incredulis nõ cõmunicantur: nã fide deo placemus, & incredulitate diſplicemus. Fecit tamẽ & ibi uirtutes aliquas, ſed nõ multas, ut teſtis eſt hic Matthæus. Sed & ex Lucæ quarto, ductus ab ijs q erãt in ſynagoga uſq; ad ſuperciliũ mõtis, ſuper quem ciuitas illorũ erat ædificata, ut præcipitaretur: euaſit ut uoluit, & per medium illorum trãſiens, abiuit. In qua re et uirtutẽ diuinã oſtendit, q e` tãto periculo euaſit: & clementiã miſericordẽ, q qui ipſum præcipitare uoluerãt, ne ĩcrepauerit quidẽ, tantũ abeſt ut præcipitari fecerit; adeo` in oĩbus & uerbis & factis benignũ ſe, miſericordẽq; demonſtrauit dñs. Per quẽ ſummo patri gloriæ, et ipſi ĩ ſpũs ſancti uirtute, honor, gloria, et poteſtas ĩ oĩa ſeculorũ ſecula. Amẽ.

Luc. 4.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

141 IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam IESV,
142 & ait pueris ſuis: Hic eſt Ioannes Baptiſta, ipſe ſurrexit a mortuis: & ideo uirtutes operãtur in eo. ¶ Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum: & poſuit in carcerẽ propter Herodiadẽ uxorẽ fratris ſui, Dicebat enim illi Ioannes: Nõ licet tibi habere eam. Et uolens illum occidere, timuit populum: quia ſicut prophetam eum habebant. Die autẽ natalis Herodis, ſaltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. Vnde cũ iuramento pollicitus eſt ei dare quodcũq; poſtulaſſet ab eo. At illa præmonita a matre ſua: da mihi, inquit, hic in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex. Propter iuramentũ autem & eos qui pariter recũbebant, iuſſit dari. Miſitq; & decollauit Ioãnem in carcere. Et allatũ eſt caput eius in diſco

in diſco, & datum eſt puellæ: & illa attulit matri ſuæ. ¶ Et accedẽtes diſci- 143
puli eius tulerunt corpus eius, & ſepelierunt illud, & ueniẽtes nũciauerũt
15 IESV. ¶ Quod cũ audiſſet IESVS, ſeceſſit inde in nauiculã, in locũ deſertũ 144
ſeorſum. Et cũ audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus.
Et exiens, uidit turbam multam, & miſertus eſt eis, & curauit languidos
eorum. ¶ Veſpere autem facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, di- 145
centes: Deſertus eſt locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, ut euntes
20 in caſtella, emant ſibi eſcas. IESVS autem dixit eis: Non habent neceſſe ire
date illis uos mãducare. Reſponderunt ei: Non habemus hic, niſi quinq;
panes & duos piſces. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. Et cũ iuſſiſſet turbã diſcũbere ſuper fœnũ, acceptis quinq; panibus et duobus piſcibus, aſpiciẽs in cœlũ, benedixit & fregit: & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem
25 turbis. Et mãducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorũ plenos. Manducantiũ autem fuit numerus quinq; milia uirorũ, exceptis mulieribus & paruulis. ¶ Et ſtatim cõpulit IESVS diſcipulos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum transfretũ
donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus ora-
30 re. Veſpere cũt facto ſolus erat ibi. Nauicula autẽ in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius uentus. Quarta aũt uigilia noctis, uenit ad eos ambulãs ſuper mare. Et uidentes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerũt. Statimq; IESVS locutus eſt eis dicens: Habete fiduciam, ego ſum, nolite time
35 re. Reſpondens aũt Petrus, dixit: Domine ſi tu es, iube me ad te uenire ſuper aquas. At ipſe ait: Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquam, ut ueniret ad IESVM. Videns uero uentũ ualidum, timuit. Et cũ cœpiſſet mergi, clamauit, dicens: Domine, ſaluum me fac. Et continuo ISEVS extendens manum, apprehendit eũ, & ait illi: Modicæ fidei, quare
40 dubitaſti? Et cũ aſcendiſſet in nauiculã, ceſſauit uentus. Qui autẽ in nauicula erant, uenerunt & adorauerũt eũ, dicentes: Vere filius dei es. ¶ Et cũ 147
transfretaſſent, uenerũt in terrã Geneſar. Et cũ cognouiſſent eũ uiri loci illius, miſerũt in uniuerſam regionẽ illã, & obtulerũt ei oẽs male habentes:
& rogabant eũ, ut uel fimbriam ueſtimenti eius tangerent. Et quicunque
45 tetigerunt, ſalui facti ſunt.

ANNOTAT. BREVES XXXIII. CIRCA LITERAM CA. XIIII.

4	tenuit		alligauerat		* Φιλίππου
4	alligauit		poſuerat		Philippi
4	poſuit		indefinita	7	Die autem natalis
	κρατήσας	4	in carcerem		γενεσίων δὲ ἀγομένων
	ἔδησεν		ἐν φυλακῇ		Cũ aũt agerentur na-
	ἔθετο		in carcere	8	ſaltauit (talitia
	tenuerat	5	uxorem		ὠρχήσατο
				m 4	ſaltabat

Universidad de Deusto
Biblioteca

saltabat
indefinitum
9 postulasset – ab eo.
9 præmonita 21
προβιβασθεῖσα
præinstructa
10 in disco 22
ἐπὶ πινακὶ 22
in tabula
& infra.
15 in nauicula
ἐν πλοίῳ 33
& infra.
17 Et exiens
* ὁ Ιησοῦς 25
IESVS
17 misertus est eis
ἐσπλαχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς
misericordia motus est
erga illos
18 Vespere autem facto, 26
ὀψίας δὲ γενομένης
Cũ aũt uespa fieret,
indefinitum
19 euntes
ἀπελθόντες
abeuntes
& infra.
20 Non habent necesse 27

οὐ χρείαν ἔχουσιν
Non habent opus, 28
Non est illis necesse
Respõderunt ei, 30
οἱ δὲ λέγουσιν αὐτῷ
Illi autem dicunt ei.
ait – eis 31
turbam
τοὺς ὄχλους
plurale 32
& infra
aspiciens
ἀναβλέψας 35
suspiciens
reliquias duodecĩ cophi=
nos fragmẽtorũ ple=37
τὸ περισσεῦον τῶν (nos.
κλασμάτων, δώδεκα
κοφίνους πλήρεις 40
quod supererat fragmẽ=
torum, duodecim co=
phinos plenos. 42
Manducantiũ aũt fuit nu=
merus 5000 uirorũ 43
οἱ δὲ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες
ὡσεὶ πεντακισχίλιοι. 44
Qui aũt manducauerant
fuere uiri fere quinquies
paruulis, (mille

πεζῶν
transfretum
εἰς τὸ πέραν
Nauicula autem
* ἤδη
iam
uenit
ἀπῆλθε
abijt
uidentes eum
* οἱ μαθηταὶ
discipuli
dixit
* αὐτῷ
illi.
aquam
τὰ ὕδατα
plurale
ascendisset
ἐμβάντων αὐτῶν
plurale
Genesar
γεννησαρέτ
regionem
τὴν περίχωρον
quicunq;
ὅσοι
quotcunq;
quotquot

COMMENTARIVS IN CAPVT DECIMVMQVARTVM.

141 TRansit Euangelista ad historiã, de morte Ioannis Baptistæ texendã
ac primo quidẽ ponit opinionẽ Herodis de CHRISTO, dicẽs. ¶ In
illo tempore audiuit Herodis tetrarcha famã IESV, & ait pueris su
is: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo uirtutes
operãtur in eo. ¶ Cũ Iudæã moderaretur Pontius Pilatus, ut præses
& tetrarcha Galilææ esset Herodes, & tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regiõis
Philippus frater Herodis, & tetrarcha Abilenæ Lysanias: id quod ex tertio Lucæ
Luc.3. cognoscitur: tũc magna pueniẽte fama ad Herodẽ de quodã qui suscitaret mortu
os, illuminaret cæcos, surdos audiendi facultate donaret, mũdaret leprosos, & oia
potẽtia uerbi, dæmonia abigeret, & signa faceret nunq; audita: ratus est ipse (adeo
erat mẽte sceleris cõscia, adeo pauida, adeo obturbata & crassa) illũ esse Ioãnẽ Bap
tistã à se pauloante interfectũ, q surrexisset à mortuis, & (quia nullas uirtutes fecis
set dũ uiueret, cũ tanta esset, oim cõsensu, sanctimonia) uirtutes in eo ex mortuis
rediuiuo opari. Quæ opinio tũc multos etiã alios inuasit, q dñm nõ cognoscebãt:
sed tm̃ absentes de miraculis eius, & diuinæ uirtutis potẽtijs aliqd audierant: adeo
ut ipsi quoq; discipuli de prædicatiõis officio exercẽdo ad dñm reuersi, nũciauerint
eidẽ quosda credere eũ esse Ioãnẽ. Postq; autẽ stultã hãc Herodis de CHRISTO
opinionem per anticipationem narrauit hic Euangelista Matthæus; mox quomõ
ille pri

ille prius tenuerat Ioannẽ, & coniecerat in uincula: & quã ob causam, & quo astu
sustulerit eum, subdit dicens. ¶ Herodes enim tenuit Ioãnem, & alligauit eum, & 142
posuit in carcerem propter Herodiadem uxorẽ fratris sui. Dicebat enim illi Ioan=
nes: Nõ licet tibi habere eam. Et uolens illum occidere, timuit populũ: quia sicut p
phetã eum habebant. Die aũt natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio,
& placuit Herodi: unde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcunq; postulas=
set ab eo. At illa præmonita à matre sua, da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis
Baptistæ. Et contristatus est rex. Propter iusiurandũ aũt, & propter eos qui pari=
ter recumbebant, iussit dari. Misitq; & decollauit Ioannẽ in carcere. Et allatũ ẽ ca=
put eius in disco, & datũ est puellæ: & illa attulit matri suæ. ¶ Historia dilucida est.
Ioannes preco domini, finis ueteris legis: mittitur in carcerem, inducente Herodi
ade pellice Herodis, uxore aũt Philippi fratris eius Tetrarchæ Iturææ, & Tracho
nitidis regiõis. Causa: Quia dicit Herodi (iuxta id quod scriptũ est in Leuitico ca. Leuit.20.
20. Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam) nõ licet tibi habere eã. Vult
eũ Herodes occidere nulla alia re, q; lege dei offensus. Abstinet tñ nõ dei quidem
timore, sed populi metu, Ioannẽ tanq; prophetã habentis: tenet autem eum in uin
culis. Celebrat natalitium diem. Filia Herodiadis saltat, atq; gesticulatur. Vanitas
eius placet Herodi. Cũ iuramento pollicetur se daturũ illi, quicquid petierit, haud
inscius quid petitura sit: cũ iuramento inquã, ut intercedente iure iurãdo nõ inter=
ficere nõ possit innocentẽ, quasi inuitus, sed lege ad hoc adactus, lege contra legẽ
abutendo. Puella sciens ad qd saltauerat, ad quid talis pollicitatio illi facta fuerat,
& quid erat petitura (prædocta enim fuerat à matre) petit caput Ioannis sibi dari
ἐπὶ πίνακι, in tabella aut disco, quo cibi mensæ apponuntur. Perfidus ille uafrã gestãs
sub pectore uulpem, simulat se cõtristari, quod ipsa id postulasset, quanq; nihil ma
gis cupiebat: uolebat enim occidere eum. Attamen, ppter iusiurandũ & eos qui si=
mul accũbebant, ne periurij nota ipsi inureretur: petitioni saltatricis puellæ annuit
sacrilega iuramenti obseruatione & oĩ piurio deteriore homicidiũ tegere uolẽs, &
homicidiũ quidẽ, ppheræ & pluscq; ,ppheræ, & uiri sancti etiã priusq; ex utero egre
deretur, & eiusmodi q nemo maior surrexit inter natos mulierũ, Ioãnes pro anti=
qua lege, martyrio coronatur. Offert puella in patina matri suæ caput Ioãnis Bap
tistæ. Hic exitus Ioannis. Herodes simulationẽ, ad quã lex uetus deuenerat, figura
bat. Herodias, synagogã Satanæ. Filia, iniusticiã inde natã ad mundi applausum, et
uoluptatẽ pernicio sam. Ioannes ueteris legis ueritatẽ: quæ penitus interijt, dũ eo
insaniæ uetustas legis peruenit. Absit igitur, ut in aulis regũ aut principũ, & maxi=
me qui Christiana professione cẽsentur, aliqui assimilentur Herodi & Herodiadi
cũ iniqua prole eius: nã uetera transierunt, & noua facta sunt oĩa. Quid factũ sit de
corpore Ioannis, subinde indicat Euãgelista Matthæus, dicens. ¶ Et accedẽtes dis 143
cipuli eius, tulerunt corpus eius, & sepelierũt illud; & uenientes, nũciauerũt IESV
¶ Res ita gesta est, quæ & typus esse potuit. Ioãnes, lex uetus, CHRISTVS, noua
Sepulta lege uetere, ueniũt ueri discipuli eius ad nouã, nũciantes sepultã uetustatẽ
& extincta uetustatæ literæ, confugiendũ esse ad nouitatẽ spũs. Sed ubi nã inueni=
enda hæc nouitas? In ecclesia, quæ nõ raro in Euangelio p̃ nauẽ figuratur: quod p
ea quæ sequũtur, haud inconcinne exprimitur, cum hoc modo subdit Matthæus.
¶ Quod cum audisset IESVS, secessit inde in nauicula in locum desertũ seorsum. 144
Et cum audissent turbæ, secutæ sunt eũ pedestres de ciuitatibus. Et exiẽs uidit tur=
bam multam, & misertus est eis, & curauit lãguidos eorũ. ¶ IESVS, lex noua. Na
uicula, ecclesia. Locus desertus, gentes, populus tanto tempore à deo deiq; cultura
derelictus, atq; semotus. Turbæ quæ audito rumore nouæ legis, secutæ sunt, itine
re pedestri, natiões gentiũ, q audita Euangelij fama bonorũ affectuũ motionibus
secutæ

secutæ sunt dominũ. Qui exijt & uidit, saluator. Exijt de sinu patris, & uidit oculis
Hiere. 31. miseratiõis, & miseratiõe attraxit (sicut scriptũ est: In charitate perpetua dilexi te;
ideo attraxi te miserans) & abstulit omnia peccata earũ. Hæc in ijs quæ tunc gesta
sunt, typice præludebãtur. Sed facta hic sanatione languentiũ primitiuæ ecclesiæ,
quædam uespera successit: in qua dñs multa milia hominũ quinq; panibus & duo-
bus piscibus mirabiliter pauit. Quod nũc sanctus p̃dit Euãgelista Matthæus dicẽs
145 „ ¶ Vespere aũt facto, accesserũt ad eum discipuli eius, dicentes. Desertus est locus
„ & hora iã præterijt: dimitte turbas, ut eũtes in castella, emãt sibi escas. IESVS aũt
„ dixit eis: Non habent necesse ire, date illis uos manducare. Responderũt ei: Nõ ha-
„ bemus hic nisi quinq; panes & duos pisces. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. Et cũ
„ iussisset turbã discũbere super fœnũ, acceptis, quinq; panibus & duobus piscibus,
„ aspiciens in cœlũ, benedixit & fregit: & dedit discipulis panes, discipuli aũt turbis
„ Et manducauerũt omnes & saturati sunt. Et tulerũt reliquias fragmentorũ duode-
„ cim cophinos plenos. Manducantiũ autem fuit numerus quinq; milia uirorũ, exce-
„ ptis mulieribus & paruulis. ¶ Hæc reuera ut scripta sunt, ita gesta fuere: at præter
uerissimã historiã nõnihil quoq; mysterij nobis indicare possunt. Vespera, declina-
tio doctrinæ. Discipuli, apostolici uiri, quorũ est fidem annũciare. Locus desertus,
mundus carẽs doctrina uitali. Hora præterijt: quia doctrinæ diei & lucis erit quidã
defectus. Qd̃ petũt turbas dimitti in castella, se rudes & imperfectos in fide osten-
dunt. Turbæ, populorum gentiũq; nationes. Castella, gymnasia humanarũ tradi-
tionum, in quibus alienæ comparantur doctrinæ: ad quas nequaquã eis necessariũ
erit recurrere alimentorũ gratia, quæ à doctrĩa apostolorũ dñi nostri IESV CHRI-
STI, & ad id ordinatis erũt accipiẽda, nõ ab alijs. Escæ, doctrinæ, alimenta animæ.
Quinq; panes, quinq; librorum Moysi spiritualis intelligentia. Duo pisces, duo te-
stamẽta, q̃bus accessit dei benedictio: quia hæ scripturæ solæ sacræ sunt, & ad præ-
standam uitam tam uiris q̃ mulieribus, ac pueris à deo benedictæ, & sufficientes;
ut in quibus solis, quantũ hac in uita mortalibus fas est, animarum satietas inueniri
possit. Fragmẽta quæ superfuerũt, quibus duodecim cophini fuerũt pleni, fructus
credentiũ prædicatione duodecim apostolorũ. Cophini, primitiuæ ecclesiæ. Man-
ducantium ferè quinq; milia uirorũ, præter mulieres & paruulos: numerus uirorũ
mulierum & paruulorũ primo tempore credentiũ. Nox sequens, iam inclinatæ fi-
dei sequentium tribulationũ indicium. Facto illo mirabili signo, compulit discipu-
los cõscendere uauẽ, ut præcederent se, enauigando mare Tyberiadis, uersus (ut
Marci. 6. ait Marcus) Bethsaidã, quæ etiã est ex parte Capharnaũ. Quod subdit Matthæus,
146 „ dicens. ¶ Et statim compulit discipulos ascendere in nauiculã, & præcedere eum
„ trans fretũ, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in montẽ solus ora-
„ re. Vespere autẽ facto, solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari iactabatur fluc-
„ tibus. Erat enim contrarius uentus. Quarta aũt uigilia noctis uenit ad eos, ambu-
„ lans super mare. Et uidentes eũ super mare ambulantẽ, turbati sunt, dicentes quia
„ phantasma est. Et p̃ timore clamauerũt. Statimq; IESVS locutus est eis, dicẽs: Ha-
„ bete fiduciã: Ego sum, nolite timere. Respondens autẽ Petrus, dixit: Dñe si tu es,
„ iube me ad te uenire super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendẽs Petrus de nauicu-
„ la ambulabat sup aquã ut ueniret ad IESVM. Videns uero uentũ ualidũ, timuit. Et
„ cũ cœpisset mergi, clamauit, dicens: Domine saluũ me fac. Et cõtinuo IESVS exa-
„ tendens manũ, appræhẽdit eũ, & ait illi: Modicæ fidei quare dubitasti? Et cũ ascen-
„ disset in nauiculã, cessauit uentus. Qui aũt in nauicula erãt, uenerũt & adorauerũt
„ eũ, dicẽtes: Vere filius dei es. ¶ Hæc gesta sunt, & mysteriũ habẽt, qd̃ deus nouit.
Quibus & hoc aptare poterimus, quod nõ omnino rei gestæ uideatur inconsonũ.
Compulsio, fugam, reformidationẽ, & inuoluntariam perpessionẽ persecutionũ
mundi

mundi designat. Nauis, ecclesiã. Mare, mundum. Præcessio discipulorum, dimissio turbarũ, & receptio solitaria domini in montem, subtractionem præsentiæ diuinæ ad tempus. Mons, cœlum. Quod orat dominus, monstrat se nunquã suorum in cœlo ante patrem esse immemorem: tametsi tempore tentationis & persecutionum eius præsentia & auxilio destituti uideãtur. Iactatio nauis, turbationẽ ecclesiæ. Fluctus, cõmotiones mundi atq; persecutiones. Ventus contrarius, flatus malignorũ spirituũ impedientes: quo minus ecclesia ad pacis, tranquillitatisq; portũ perueniat. Nox, ignorantia, peccatũ. Quatuor uigiliæ noctis, totum tempus persecutionũ. Tribus primis uigilijs noctis suã præsentiã nequaq; mũdo exhibiturus est CHRISTVS: & si incõparabiliter fortius prece pro suis uincat in cœlis, q̃ Moyses olim Exod. 17
in uertice collis. Quarta uigilia suam præsentiã ecclesiæ exhibiturus est, aut iã exhibuit, super fluctus ambulãs. Quod phantasma esse dicunt, diffidentiam mõstrat Petrus, signat uicarios, etiam præcipuos CHRISTI: qui inter illas persecutionum procellas cupientes uenire ad CHRISTVM, sic hæsitabunt, ut nisi CHRISTVS suo peculiari auxilio liberet eos, opem inuocante, omnino submergantur. CHRISTVS intrauit nauem, & continuo (ex Ioannis sexto) nauis perducta est ad portũ Io. 6.
quo ibant, qui est pacis & quietis signũ. Et perfracta est omnis potestas malignorũ spirituũ: quod est uentũ cessasse, pacemq; ecclesiæ redditã esse. Quod cũ factum fuerit, omnes in ecclesia existentes adorabũt in tranquillitate dominũ, & in gaudio & læticia confitebuntur eũ uere esse dei filiũ. Liberatis ergo à tanto fluctuũ periculo discipulis, & naue in portũ deducta, transijt dñs in terrã Gennesareth: ut indicãt Matthæus, hoc mõ inquiens. ¶ Et cũ transfretassent, uenerunt in terram Gen- 147
„ nesar. Et cum cognouissent eũ uiri loci illius, miserũt in uniuersam regionẽ illam,
„ & obtulerunt ei oẽs male habentes, & rogabant eũ, ut uel fimbriã uestimenti eius
„ tangerent. Et quicũq; tetigerũt, salui facti sunt. ¶ Gennesareni designant alias nationes, quæ reddita pace ecclesiæ, illi erant aut sunt adiungendæ. Quod rogabant, ut uel fimbriã uestimenti eius tangerent, magnũ fidei desideriũ ostendit. Fimbriã uestimenti tetigisse, est illos p̃ posteriores & discipulorũ discipulos credidisse, aut adhuc credituros esse. Tetigerunt aũt omnes, qui fidẽ receperunt: quotquot uero receperũt eã, salui facti sunt: nã sola fide CHRISTI salutẽ expectamus. Illi igitur qui tactu fidei filij sui saluat uniuersos, cũ filio eius dño nostro IESVCHRISTO & spiritu sancto, honor, gloria, & potestas in omnia seculorum secula, Amen.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

VNc accesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & phari- 148
saei, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur tradi-
5 tiones seniorũ? Non enim lauant manus suas, cum panẽ
manducant. Ipse autem respõdens, ait illis: Quare & uos
transgredimini mandatũ dei propter traditionẽ uestrã?
Nam deus dixit: Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri uel
matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicũq; dixerit patri uel ma-
tri munus quodcũq; est, ex me tibi proderit: & non honorificabit patrem
suũ, aut matrem suam: & irritum fecistis mandatũ dei propter traditionẽ
10 uestram. Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Esaias, dicens: Populus
hic labijs me honorat, cor aũt eorũ lõge est a me. Sine causa aũt colũt me,
docentes

Universidad de Deusto Biblioteca

149 docentes doctrinas & mandata hominũ. ¶ Et conuocatis ad se turbis, di=
xit eis: Audite, & intelligite: Non quod intrat in os, coinquinat hominẽ:
150 sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. ¶ Tunc accedẽtes di
scipuli eius, dixerunt ei: Scis quia pharisæi audito uerbo hoc, scandaliza 15
ti sunt. At ille respõdens ait: Omnis plantatio, quam non plantauit pater
meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum. Cæ
151 cus aũt, si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. ¶ Respondens
autem Petrus, dixit ei: Edissere nobis parabolam istam, At ille dixit. Ad
huc & uos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os in 20
trat, in uentrem uadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de
ore, de corde exeunt: & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt
cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testi=
monia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis au
152 tẽ manibus mãducare, non coinquinat hominẽ. ¶ Et egressus inde IESVS, 25
secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa a finibus illis
egressa, clamauit, dicẽs ei: Miserere mei domine fili Dauid, filia mea ma=
le a dæmonio uexatur. Qui nõ respondit ei uerbũ. Et accedentes discipu=
li eius, rogabant eũ, dicentes: dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse au=
tem respõdens, ait: Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierũt domus Is= 30
raël. At illa uenit, & adorauit eũ, dicens: Domine adiuua me. Qui respon
dens, ait: Non est bonũ sumere panem filiorũ, & mittere canibus. At illa
dixit: Etiam domine. Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de men=
sa dominorum suorum. Tunc respondens IESVS, ait illi: O mulier, mag=
153 na est fides tua: fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora. ¶ Et cũ 35
transisset inde IESVS, uenit secus mare Galilææ, & ascendens in montem,
sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habẽtes secum mutos, cæ
cos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerũt eos ad pedes eius: & cu
rauit eos, ita ut turbæ mirarentur, uidentes mutos loquentes, claudos am
bulantes, cæcos uidentes, & magnificabant deum Israël. ¶ IESVS autem cõ
154 uocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerãt 40
mecum, & non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo,
ne deficiant in uia. Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto pa=
nes tantos, ut saturemus turbam tantam? Et ait illis IESVS. Quot habetis
panes? At illi dixerunt: Septem, & paucos pisciculos. Et præcepit turbæ ut
discumberent super terram. Et accipiens septem panes & pisces, gratias a= 45
gens, fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo. Et come
derunt oẽs, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt, se=
tem sportas plenas. Erãt aũt qui manducauerunt, quatuor milia hominũ,
extra paruulos & mulieres. Et dimissa turba, ascendit in nauiculam, & ue
nit in fines Magedan.

ANNOTA=

ANNOTATIONES BREVES XXXII. CIRCA LITERAM CAP. XV.

1 accesserunt ad eum
προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ
accedunt ad IESVM
1 ab Hierosolymis
οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων
qui ab Hierosolymis
2 traditiones
τὴν παράδοσιν
singulare
6 dixit.
ἐνετείλατο λέγων.
10 Esaias, dicens.
* ἐγγίζει μοι
appropinquat mihi
10 populus hic
*τῷ στόματι αὐτῶν καὶ
ore suo &
11 est
ἀπέχει
abest
11 Sine causa
μάτην
Frustra
11 colunt
σέβονται
12 doctrinas – &
12 turbis
τὸν ὄχλον,
singulare

14 & infra.
quod procedit
τὸ ἐκπορευόμενον
quod egredietur
& infra.
cæci sunt,
– &
19 At ille
ὁ δὲ Ἰησοῦς
At IESVS
20 non intelligitis
οὔπω νοεῖτε
Nondum intelligitis
32 canibus.
τοῖς κυναρίοις.
diminutiuum
33 catelli
τὰ κυνάρια
38 debiles,
κυλλοὺς,
mutilos,
38 eius
τοῦ Ἰησοῦ
IESV
39 loquentes,
*κυλλοὺς ὑγιεῖς,
mutilos incolumes,
40 magnificabant
ἐδόξασαν
glorificabant

43 discipuli
* αὐτοῦ.
eius.
43 Vnde
– ergo
44 tantos,
τοσοῦτοι,
tot,
rectus
45 turbæ
τοῖς ὄχλοις
plurale
47 populo.
τῷ ὄχλῳ.
turbæ.
49 quatuor milia hominũ
τετρακισχίλιοι ἄνδρες
quater mille uiri
50 extra
χωρὶς
præter
50 paruulos
παιδίων
50 turba,
τοὺς ὄχλους,
plurale
50 nauiculam
τὸ πλοῖον
51 Magedan
Μαγδαλά.

COMMENTARIVS IN CAPVT DECIMVMQVINTVM.

VT in ueteri lege traditiones hominũ diligẽtius obseruari uolebant, q̃ mandata dei: sic erat futurũ & in noua lege. Quod CHRISTVS in si=
gno magnopere improbat, et præmonet esse cauendum; quod ex uer
bis Matthæi quæ subduntur, facile intelligi potest, dicẽtis. ¶ Tũc ac= 148
cesserunt ad eum ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicẽtes: Quare
discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorũ? Non enim lauant manus suas cũ
panem manducãt. Ipse autẽ respondens, ait illis: Quare & uos transgredimini mã=
datum dei, propter traditionem uestram? Nam deus dixit: Honora patrẽ & matrẽ.
&: Qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autẽ dicitis: Quicũq; di=
xerit patri uel matri, munus quodcũq; est ex me, tibi proderit, & non honorificabit
patrẽ suum aut matrẽ suam. Et irritũ fecistis mandatũ dei, propter traditionem ue=
strã. Hypocritæ, bene prophetauit de uobis Esaias, dicẽs: Populus hic labijs me ho
norat, cor autẽ eorũ longe est à me. Sine causa autem colunt me, docẽtes doctrinas
mãdata hominum. ¶ Scribæ & pharisæi erãt in ueteri lege, & etiã essent in noua, si
qui cõstitutiones humanas inducerẽt, quas æque, si nõ etiã arctius, custodiri uellẽt
ac mãdarẽt atq; diuĩas, Sed ad q̃d ueteres illi cõstitutiões suas excogitarãt? Nimirũ

Universidad de Deusto
Biblio

ut ſuam auaritiam fouerent, & ſuas explerent concupiſcentias. nam qui manus nõ
lauiſſet manducaturus panẽ, delatus reprehendebatur ut transgreſſor, & purifica-
tione aliqua redimebat offenſam: cum tamen de hoc in lege nihil eſſet cautũ. O de
teſtandũ aucupium. Sed & aliud tradiderunt, id uidelicet, quod qui obtuliſſet tem-
plo de bonis ſuis, proteſtãdo ſe uelle parentes ſuos huiuſmodi oblatiõis eſſe parti
cipes, nõ amplius obligareẽ honorare, id eſt, ſubuenire neceſſitatibus parentũ, qua
ſi uero melius eſſet offerre templo, q̃ parentũ neceſſitatibus ſubuenire: quod eſt
honorare patrem & matrẽ. O technas hominũ Chriſtiano fugiendas. O uere abo
minandã, deteſtandamq̃ impoſturã. His & alijs id genus traditionibus addicti ſcri
bæ & phariſæi, audent accedere ad filiũ dei, ut eũ pariter cũ ſuis accuſent de trans-
greſſione conſtitutiõis humanæ, dicentes. Quare diſcipuli tui transgrediũtur tra-
ditiones ſeniorũ? At ille iuſte eos arguit, & confutat transgreſſionis præcepti, nõ
humani, ſed diuini. nam per auaritiã ſuã transgrediebantur, & transgredi faciebãt
hoc dei præceptũ: Honora patrem & matrem: accipientes oblata, & abſoluẽtes à
mandato: quod nequaquã poterant, quanquã ſimulabant id ſe poſſe per ſuam tra-
ditionem. Et qui talia faciunt, quid aliud ſunt q̃ hypocritæ, ſimulantes ſe uoluntatẽ
dei noſſe & facere, à quo remotiſſimi ſunt corde? Ideo nõ ab re, ſentẽtia Eſaiæ
Eſaiæ.29. prophetæ ſugillantur à domino, quæ capite. 29. ſic nunc legitur. Eo q̃ appropin-
quat populus iſte ore ſuo & labijs ſuis glorificat me: cor aũt eius longe eſt à me, &
timuerũt me mandato hominũ & doctrinis: ideo ecce ego addam, ut admirationẽ
faciã populo huic, miraculo grandi & ſtupendo: peribit eẽ ſapientia à ſapientibus
eius, & intellectus prudentiũ eius abſcondetur. Nam in ipſis cõpleta erat ea, pphe
tia: quandoquidẽ ſequendo doctrinas, & mandata hominũ, dei doctrinã relinque-
bant, & ſapientiæ & prudẽtiæ prorſus expertes erãt. Sed & qui quæſtus gratia no
ua dogmata, noua præcepta, nouasq̃ traditiones inuehũt: q̃modo nõ contra legẽ
faciãt, cum proximis faciant quod ſibi nollent fieri? circũueniunt eẽ fratrẽ, falſum
teſtimoniũ dicũt, aſſerentes id eſſe uerũ qd' falſum eſt. Et nõne etiã furtũ faciunt?
Nõne inſuper transgrediuntur id: Nõ concupiſces? Sed ad hæc ingenioſe excogi
tanda, phylargiria magiſtra eſt uel ſolertiſſima. Poſtea aũt q̃ dominus oraculo illo
calũniatoribus ſuis ſilentiũ impoſuiſſet, quid ſubinde fecerit, apit Matthæus, dicẽs
149 „ ¶ Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis: Audite & intelligite: Nõ qd' intrat in os, co
„ inquinat hominẽ, ſed quod ꝓcedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. ¶ Quod intrat
in os, quod etiã illotis manibus manducatur, nõ coinquinat hominẽ, nõ reddit ho-
minem obnoxiũ peccato: ſed quod egreditur ex ore (ut doctrinæ mandataq̃ homi
num) illud coinquinat hoiem, & peccatorẽ conſtituit. Sic aũt coinquinati nõ erant
diſcipuli, ſed qui eos accuſabãt ſcribæ & phariſæi. At quia dominus paulo añ dixe-
rat ſcribis & phariſæis: Irritũ feciſtis mandatum dei propter traditionẽ ueſtrã, hy-
pocritæ, bene prophetauit de uobis Eſaias: quibus adiecerat, & q̃ illotis manibus
manducabatur nõ coinquinare: quod erat contra doctrinã eorum: dicunt diſcipuli
domino his etiam uerbis illos eſſe offenſos. Quibus & dominus reſpondet, ut ſub
150 „ dit Matthæus, dicens. ¶ Tunc accedẽtes diſcipuli eius, dixerũt ei: Scis quia phari-
„ ſæi audito uerbo hoc ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens, ait: Oĩs plantatio quã
„ non plantauit pater meus cœleſtis, eradicabitur. Sinite illos, cæci, ſunt duces cæco
„ rum. Cæcus aũt ſi cæco ducatũ præſtet, ambo in foueã cadũt. ¶ Diuina præcepta,
diuinaq̃ doctrina quæ ſacra cõtinent eloquia, plantatio ſunt quã plãtauit pater cœ
leſtis; præcepta aũt & doctrinas hominũ nõ plantauit. Ideo illa manebũt, hæc aũt
euellẽtur. De ipſis aũt ſcribis & phariſæis, ſiue ſe ſenſiſſent ueritate offenſos, ſiue
non, nõ debuit eſſe diſcipulis curæ: quia illi cũ eſſent cæci, duces erat cæcorũ. nã &
ipſi & populi quos ducebãt, doctrinã dei ignorabãt, & uerũ mentiũ lumen, de quo
ſcriptum

ſcriptum eſt: Præceptũ domini lucidum illuminans oculos. Et rurſum: Lucerna pe Pſal.18.
dibus meis uerbum tuum, & lumen ſemitis meis. Cæci, humana & non diuina ſapi Pſal.118.
entes. Duces, præceptores. Fouea, infernus. Hic obiter admonemur, eos maxime
omnium grauiter ferre & offendi, qui ſectas & doctrinas hominum ſemel ample-
xati ſunt, quamprimũ ſecta uel doctrina ipſorum taxatur: imo multo magis, quàm
ſi uera & diuina offenderetur. nam diuinam quàm ſuam lædi malunt: ſiquidem pro
hac aut neglecta aut læſa, tacebunt: pro illa uero, hoſtiliter & implacabiliter decer-
tabunt. Typus, Scribæ & Phariſæi. Proinde iuxta domini ſententiã, ſinendi ſunt, ut
cæci: uera autẽ doctrina, quæ eſt cœleſtis plãtatio, Euãgelium uitæ, ſcriptura ſacra,
ſequẽda. Cæterum quia diſcipuli nõ intellexerũt, quod dominus dixerat: Nõ quod
intrat in os, coinquinat hominẽ, ſed quod egreditur ex ore, hoc coinquinat hominẽ,
quod ut iuxta ſubiectã materiã erat accipiendum, ita nõ procul erat ac remotum ab
intelligentia: ideo Petrus ſuper ea re dominũ interrogauit. Quod ait Matthæus, di
„ cens. ¶ Reſpondens autem Petrus, dixit ei: Ediſſere nobis parabolam iſtã. At ille 151
„ dixit: Adhuc & uos ſine intellectu eſtis? Nõ intelligitis, qa omne quod in os intrat,
„ in uentrẽ uadit, & in ſeceſſum emittitur? Quæ autẽ procedũt de ore, de corde exe-
„ unt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeũt cogitationes malæ, homici
„ dia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ coin
„ quinant hominem: non lotis autem manibus manducare, nõ coinquinat hominem.
¶ Cum Petrus dicebat. Ediſſere nobis parabolã iſtã, reſpiciebat id quod dominus
dixerat: Quod intrat in os, non coinquinat hominem: quod parabolam non cõtine
bat, ſed apertam narrationem, Ideo dominus arguit eũ, & reliquos apoſtolos, defe-
ctus intelligentiæ: cũ debuiſſent iam ex diutina cõſuetudine audiẽdi ipſum, cõſum
matam habere intelligentiam exercitatumq̃ ſenſum. Attamẽ quod petebãt, latius
eis explicuit, & explicatio de ſe clara eſt. Sed inquies: nũquid quæ ingrediũtur cor-
pus, interdum coinquinant hominẽ? Non, quanquam nõ de omni locutus eſt domi
nus, ſed de eo ſolo quod neceſſariũ eſt, ut de cibo qui ſuſtentandæ naturæ gratia in-
greditur corpus, manibus illotis. Nam ſi ieiuniũ ſoluis, ſi crapularis, ſi inebriaris, nõ
quod intrat, eſt tibi peccatũ: ſed quod egreditur ex corde tuo, uoluntaria inquã con
ſenſio ſoluendi ieiunij, uoluntas crapulandi, aut ad ebrietatem uſq̃ bibẽdi: ſicuti &
uoluntas committendi adulterium, fornicãdi, furandi, aut quippiam aliud huiuſmo
di perpetrandi, quæ omnia de corde egrediuntur in exteriorẽ actum. De corde, in-
quit, exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, & reliqua
id genus omnia. Porro dimiſſo loco illo ad quẽ Scribæ & Phariſæi uenerãt, ut eum
transgreſſionis humanarum traditionum redarguerẽt, ſeceſſit in partes Tyri & Si-
„ donis, fines Tyriorum primũ ingreſſus: quod ſubdit Matthæus, dicens. ¶ Et egreſ 152
„ ſus inde IESVS ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa, à fini
„ bus illis egreſſa, clamauit, dicẽs ei: Miſerere mei domine fili Dauid, filia mea male à
„ dæmonio uexatur. Qui non reſpondit ei uerbum. Et accedẽtes diſcipuli eius, roga
„ bant eum dicentes: Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpõdens, ait:
„ Non ſum miſſus, niſi ad oues quæ perierũt, domus Iſraël. At illa uenit, & adorauit
„ eum, dicens: Domine, adiuua me. Qui reſpõdens, ait: Non eſt bonum ſumere pa-
„ nem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam domine. Nam et catelli edunt
„ de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Tunc reſpondens IESVS, ait
„ illi: O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut uis. Et ſanata ẽ filia eius ex illa hora.
¶ A Capharnaũ & Bethſaida, id eſt à mari Tyberiadis, proceſſit ad aquilonẽ, uer-
gendo aliquantulum ad orientem, uerſus mare mediterraneum. nam Tyrus & Si-
don, haud procul à mari mediterraneo ſitæ ſunt. Et ex Marci ſeptimo, primum in-
greſſus eſt fines Tyri, & rediit per Sidonem ad mare Galilææ. Quæ autẽ gerebat

Universidad de Deusto Biblioteca

dominus, signa erant clementiæ suæ. Quod de mari ad mare transit, signũ est quod de populo ad populum transijt, ut de populo Iudaico ad populũ gentiũ. Quod intrat fines Tyri et Sidonis, & calcat pedibus suis terram gentium, sanctificat illo suo contactu terrã gentium, ut & ipse sanctificauerat terram Hebræorũ. Mulier Chananæa, quæ & ipsa ex Marco gentilis erat, gentilitatẽ designat. Filia eius quæ male torquebatur à dæmonio, uniuersam gentiũ nationẽ, quæ idololatria misere ludificabatur à maligno. Quod exclamat Chananæa. Miserere mei, necessitatẽ indicat pariter & fidẽ. Quod, domine fili Dauid, confessionẽ Mesiæ. Quod addit, filia mea male uexatur à dæmonio: est proprij mali ad eũ, qui mederi potest, detectio. Quod discipuli rogãt ut eam exaudiat, & exaudità remittat: benignitatẽ sanctorum apud deum pro nostra salute intercedentiũ indicat. Quod non statim exaudit, monstrat quod nostram quoq; precem, fidem & humilitatem requirit. Quod dicebat: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierũt domus Israël: intelligẽdũ est in propria persona, nã ipse in spiritu suo, & apostolis erat expectatio gentiũ, cuius rei iã exordia præludebat. Quod Chananæa uenit & adorauit, est gratiæ trahenti acquietio, & diuinitatis cõfessio. Itẽ & quod dixit, Dñe adiuua me. Panis filiorum, CHRISTVS, & insuper diuinæ uirtutes, & gratiæ fidelium. Catelli, infideles. Quod autẽ primũ se dominus similẽ repellẽti præbuit, hoc fuit ut fidei eius adderet humilitatẽ. Quod & factum est: nam cum ea dicit, Etiam domine, cõfitetur uerum esse quod dicebat, & se tanto munere, tãtisq; uirtutibus & gratijs indignã esse, & æquanimiter fert se κυναρίου, id est catelli, uel catellæ nomine cẽseri. Sed & cum rationem humilitatis plenam subiungit, scilicet ita esse, quia catelli edunt de micis, quæ cadũt de mẽsa dominorum suorum, non panẽ filiorum; se quantulacũq; portione gratiarũ eius contentam fore insinuat, quod per micas e mẽsa cadẽtes figuratur. Et hæc humilitas apud
Mar. 7. Marcum à deo exaudita est, scribentem dominum dixisse: Propter hũc sermonem uade, exijt dæmoniũ à filia tua, fiat tibi sicut uis. O quàm deceret nos, qui uenimus ex Chananæa, id est ex gẽtilitate, ante CHRISTVM regẽ nostrũ, qui solus nostræ expectationis fuit, & est certissima salus, esse uere fideles, & uere humiles, & gratias eius agnoscere: quibus reuera oĩs creatura ex sese aut indigna est, aut certe parum admodũ digna. Bona est fides, bona est humilitas, quæ illico sanat animas: & sic deo accepta est, ut nulla patiatur malignorũ spirituũ cõsortia, nullũ ĩcursum, nullã uexationẽ: quod mõstrauit filia Chananææ illico à dæmonio liberata. Hoc signo peracto ptrãsiuit terminos Sidonis ex Marco, & uenit iuxta mare Galilææ, ut ape
153 „ rit Matthæus, dicẽs. ¶ Et cum transisset inde IESVS, uenit secus mare Galilææ, &
„ ascendens in montẽ, sedebat ibi. Et accesserũt ad eũ turbæ multæ, habẽtes secũ mu
„ tos, cæcos, claudos, debiles, et alios multos, et proiecerũt eos ad pedes eius, et cura
„ uit eos: ita ut turbæ mirarẽtur, uidentes mutos loquẽtes, claudos ambulãtes, cæcos
„ uidentes, & magnificabant deũ Israël. ¶ Postquã dominus præfigurauit uisitationem gentium, reuersus ad suos, ascendit in montem & sedit ibi, indicãs suum ascensum in cœlum, & suam in dextera patris sessionem. Post cuius ascensum multæ turbæ ad eum uẽturæ sunt: & mutos earũ replebit diuina laude, cæcos illuminabit diuina luce, claudos faciet in lege dei recte ambulare, & mãcos opera pietatis, misericordiæ & charitatis perfecte implere: & tunc omnes glorificabũt deũ. Sed & tunc
154 „ pascet eos septem panibus doctrinæ, ut insinuat Matthæus, subdẽs. ¶ IESVS autẽ
„ conuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerãt mecũ,
„ & non habent quod manducent. Et dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in uia.
„ Et dicũt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes tãti, ut saturemus turbã tan
„ tam? Et ait illis IESVS: Quot habetis panes? At illi dixerũt: Septẽ, & paucos pisci
„ culos. Et præcepit turbæ, ut discumberent super terram. Et accipiens septẽ panes,

& pisces,

„ & pisces, gratias agẽs fregit, et dedit discipulis suis: et discipuli dederũt populo. Et
„ comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt, se
„ ptem sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt, quatuor milia hominum,
„ extra paruulos & mulieres. Et dimissa turba ascendit in nauiculam, & uenit in fines
„ Magedan. ¶ Turbæ, omnium nationum populi. Desertum, mundus. Panes, panes doctrinæ, lex, prophetæ, Euangelium. Septem, monstrant hunc pastũ, non futurum secundum literam, sed secundum spiritum. Paucitas pisciculorum, indicat ubi intelligentia septiformis spiritus aderit, non fore opus magno aceruo cõmentariorum. Misericordia hæc à deo tunc uenit, & etiam ueniet. Misereor, inquit, turbæ, quia triduo iam me sustinet: iam tres dies, ut Græci habent, προσμένουσί μοι, id est manent, ac perseuerãt apud me. Tres dies, tres in ecclesia monstrare possunt immutationes. Abũdanter ex quinq; panibus, & duobus piscibus iam pauit in prima, abũdanter itidem ex septem panibus & paucis pisciculis pascet in tertia: distributentibus tamẽ discipulis, apostolicisq; uiris: licet quomodo id fieri possit nõ percipiant. quod insinuat responsio discipulorũ, dicentium: Vnde nobis in deserto panes tanti, siue ut Græce habetur, ἄρτοι τοσοῦτοι, id est panes tot, siue tam multi, ut saturemus turbam tantam? Adeo ipsi rudes erant, qui tamen iam uiderant dominum ex quinq; panibus & duobus piscibus copiosiorem turbam saturasse: & intellexisse debuerãt, & plenissime confidisse miserantẽ dominũ plene potuisse ut uoluisset, turbã saturare. Sic & omnibus seculis plenissime ĩ deo fidendũ est: etsi id quod expectatur ab eo, hominibus nõ uideatur possibile: eius enim est omnis bonitas & potestas. Septem sportæ fragmentis plenæ, fructus apostolicorũ uirorũ, qui tunc discipuli CHRISTI erũt, ex disciplina spũs sancti collecti. Sportæ septẽ, spiritalia uasa, & cõceptacula infusionis tantæ gratiæ. Quatuor milia hominum, numerũ signat ex quadruplici fonte Euangeliorum, perfectorum ac consummatorũ, absque numero mulierum & paruulorum, id est eorum qui eãdem quidem percipient gratiam, sed inferiori atq; imperfectiori gradu. Hoc facto dominus cõscendit nauem: quia habitabit in ecclesia. & uenit in fines Magedan, quia dulcẽ fructum gratiæ donabit: siue ĩ fines Magdala, ut nũc Græce legit, quia defendet, ac ueluti turris quædam & propugnaculum erit. Siquidem Magedan dulcem fructũ, & Magdalũ turrim interpretãtur. Ergo regi gloriæ, patri æterno, qui pascit pane spiritualis intelligentiæ, qui dulcem fructum gratiæ dat, qui fideles suos defendit & protegit, per filium suum dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM, per eundem honor, potestas & gloria in spiritu sancto, per infinita seculorum secula. Amen.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

ET accesserunt ad eũ Pharisæi & Sadducæi tẽtantes, & ro- 155
5 gauerunt eũ, ut signum de cœlo ostenderet eis. At ille respõdens, ait illis: Facto uespere dicitis, serenũ erit: rubicũdum est enim cœlũ. Et mane, hodie tẽpestas: rutilat enim triste cœlum. Faciẽ ergo cœli diiudicare nostis, signa autem temporũ non potestis. Generatio mala & adultera signũ quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. ¶ Et relictis illis, abijt. 156
Et cum uenissent discipuli eius trans fretũ, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: Intuemini & cauete a fermẽto Pharisæorum & Sadducæorum.
10 At illi cogitabant inter se, dicentes, quia panes non accepimus. Sciẽs autẽ IESVS, dixit: Quid cogitatis inter uos modicæ fidei, quia panes non habe

Universidad de Deusto Biblioteca

tis? Nondum intelligitis, necq; recordamini quincq; panũ, & quincq; milia
hominum, & quot cophinos sumpsistis? Necq; septẽ panũ, & quatuor mi-
lia hominum, & quot sportas sumpsistis? Quare nõ intelligitis, quia non
de pane dixi uobis, cauete a fermento pharisæorũ & Sadducæorũ? Tunc 15
intellexerunt, quia nõ dixerit cauendum a fermento panum, sed a doctri-
157 na pharisæorum & Sadducæorum. ¶ Venit autem IESVS in partes Cæsa-
reæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicũt homi-
nes esse filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem baptistam, alij au
tem Heliam, alij uero Hieremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis IE- 20
SVS: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit.
158 Tu es CHRISTVS filius dei uiui. ¶ Respondens autem IESVS dixit ei:
Beatus es Simon bar Iona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pa-
ter meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc
petrã ædificabo ecclesiã meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus 25
eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunq; ligaueris super ter
ram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris super terrã, erit solu-
159 tum & in cœlis. ¶ Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quia
160 ipse esset IESVS CHRISTVS. ¶ Exinde cœpit IESVS ostendere discipu-
lis suis, quia oportet eum ire Hierosolymam, & multa pati a senioribus 30
161 & scribis & principibus sacerdotum: & occidi, & tertia die resurgere. ¶ Et
assumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Absit a te domine,
162 non erit tibi hoc. ¶ Qui cõuersus dixit Petro, Vade post me Satana, scan
163 dalũ es mihi, quia non sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum. ¶ Tũc
IESVS dixit discipulis suis: Si quis uult post me uenire, abneget semet- 35
ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim uoluerit animam
suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam pro
pter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si uniuersum mundũ
lucretur, animæ uero suæ detrimentũ patiatur? Aut quã dabit homo com
164 mutationem pro anima sua? ¶ Filius enim hominis uenturus est in gloria 40
patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuiq; secundum opera eius.
Amen dico uobis, sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mor
tem, donec uideant filium hominis uenientem in regno suo.

ANNOTAT. BREVES XXIX CIRCA LITERAM CAP. XVI.

1	accesserunt – ad deũ	5	cœlum		IESVS autem
3	serenum		*ὑποκριταὶ	9	intuemini
	ὑδία		Hypocritæ		ἐρῶτε
	Serenitas	5	Faciem ergo		Videte
3	rubicundum est		τὸ μὲν πρόσωπον	9	cauete
	πυρράζει		Faciem quidem		προσέχετε
	rutilat	8	trans fretum		attendite
	rubescit		εἰς τὸ πέραν		& infra.
4	rutilat	8	Qui	10	inter se
	πυρράζει		ὁ δὲ ἰησοῦς		ἐν ἑαυτοῖς

intra se

	intra se	14	Quare	27	ligatum – &
11	dixit		πῶς	27	solutum – &
	*αὐτοῖς		Quomodo	30	ire
	illis	15	cauete		ἀπελθεῖν
11	inter uos		προσέχετε		abire
	ἐν ἑαυτοῖς		infinitiuum	32	Absit à te
	intra uosipsos	16	panum		ἵλεώς σοι
11	non habetis?		τοῦ ἄρτου		propitius tibi sis
	οὐκ ἐλάβετε		singulare	33	Vade
	non accepistis?	18	Quem		ὕπαγε
12	panum – &		*με		Abi
	& infra.		me	33	satana
12	quinque milia	20	Illis – IESVS		aduersarie
	– hominum	22	uiui	38	prodest
	quinque miliũ		ζῶντος		ὠφελήσει
	& infra.		uiuentis		futurum

COMMENTARIVS IN CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Vm dominus fines Magedan attigit, accesserunt ad eũ infideles pha
risæi & sadducæi, ut indicat Matthæus, dicens ¶ Et accesserunt ad eũ 156
» pharisæi & sadducæi tentantes, & rogauerunt eũ ut signum de cœlo
» ostenderet eis. At ille respondens, ait illis: Facto uespere dicitis, sere-
» nũ erit: rubicundũ est enim cœlum. Et mane, hodie tempestas: rutilat enim triste
» cœlum. Faciem ergo cœli dijudicare nostis, signa autem temporum non potestis?
» Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum
» Ionæ prophetæ. ¶ Accesserũt ad dominum pharisæi & sadducæi, carne nõ spiritu
» ignorantia non scientia, infidelitate no fide. Tentabant eum, quia non credebãt ei
Sed & si signũ e` cœlo dedisset, sicuti cum præsente Ioanne descendit colũba e` cœ
lo, & uox e` cœlo filiũ attestata est, ne sic quidẽ ipsi credidissent: quãdoquidẽ e` cœ-
lo signo eis facto, sole occidente in meridie, in omni saluifica domini passione, ipsi
minime crediderunt. Quod dñs eis innuebat: si assertorie id legẽdũ sit, cũ dicebat:
Facto uespere, siue ut Græce habetur, ὀψίας γενομένης, cũ sit uespera, dicitis, serenitas
erit: nam cœlũ rubet. Et mane, hodie tempestas erit: quia rutilat triste cœlũ. Faciẽ
ergo cœli dijudicare nostis, signa aũt temporũ nõ potestis. Quasi diceret, quod a-
spectũ cœli discernere poterant: sed signa aliqua e` cœlo si ipse dedisset, ipsa esse si
gna, quod ipse Mesias ac CHRISTVS esset, discernere non poterant. Et ideo
non daturus erat generationi illi pharisæorũ & sadducæorũ usq; adeo incredulæ,
nisi signũ Ionæ prophetæ, postea in se, ut in ueritate adimpletũ, quia ipse tertia die
e` uentre ceti, e` profundo inferi, uiuus ad suos in terra relictos, rediturus erat. De
q; ia capite 12. numero 122. dictũ est, frequenter enim scribæ & pharisæi tentauerũt
dñm, ut sibi signũ e` cœlo daret: quibus & frequẽter respondit se illis non daturũ si
gnũ nisi Ionæ. Ex quo intelligitur, ipsum ꝓmisisse non e` cœlo, quod uolebant; sed
ex inferno, quod nolebant, se illis daturũ signũ. At uero si interrogatorie legendũ Luc. 12.
sit, quod & uidetur ex Lucæ 12. ubi dñs ait: Hypocritæ, faciẽ cœli & terræ nostis, p
bare, hoc aũt tempus quomodo non, pbatis? tunc arguit pharisæos & sadducæos
nimiæ circa terrena dignoscẽda diligentiæ, quæ est quædam uana curiositas; & ni
miæ circa diuina exquirenda negligentiæ, quæ est ad salutem animarum quædam
omnino dãnosa ignauitas: ac si diceret: Signa aũt temporũ Mesiæ nõne nosse po
testis? Et poterãt qdẽ et debebãt: nisi illa ignauia et ignorãtia, qua addicti erãt do
ctrinis suis pharisæacis, & sadducæacis, & inuidia, & odiũ gratis (ut de ipsis scriptũ

Psalm.34. erat: Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique, qui oderũt me gratis, & annuũt oculis) quibus laborabant, illis impedimento fuisset. Nõne uidebũt sceptrum sublatũ de Iuda, Herode alienigena dudũ regnum occupante, & tũc secundo filio eius regnante? Quomodo non attendebãt quod in Genesi scriptum erat? Gene.49. Non auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de femore eius: donec ueniat qui mittẽdus est, & ipse erit expectatio gentiũ. Nõne uidebãt ante se indies cæcos illũinari, surdis auditũ instaurari, claudis gressum, & mutis loquelæ usum præstari, & multo his maiora mirabilia? Quomodo ergo ex Esaia, qui eis dedit hæc tẽporis Mesiæ signa Esaiæ.35. nõ intelligebãt hoc tempus esse Mesiæ? Quomodo id Esaiæ nõ legebãt? Ecce deus noster ultionẽ adducet: retributionis deus ipse ueniet, & saluabit nos: tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures surdorum patebunt: tũc saliet sicut ceruus, claudus: & aperta erit lingua mutorũ. Sed & Daniel hebdomadas tẽpori Mesiæ præfixit. Cur ergo non aduertebant hebdomodas illas aduentasse? Sic enim capi.9. scribit Daniel.9. Daniel: Tu aũt animaduerte sermonẽ, & intellige uisionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populũ tuũ, & super urbem sanctam tuã, ut consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducat iusticia sempiterna, & impleatur uisio & prophetia, & ungatur sanctus sanctorũ. Scito ergo & animaduerte ab exitu sermonis, ut iterũ ædificetur Hierusalem, usq; ad CHRISTVM ducẽ hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erũt: & rursum ædificabitur platea & muri in angustia temporum: & post hebdomades sexaginta duas occidetur CHRISTVS, & non erit eius populus, qui eũ negaturus 4.Reg.24. est. Ex.4. autem Regum cap.24. captiuus ductus est Ioacim rex Iuda octauo anno regni Nabugodonosor, sacra regnorũ sic cõtinente historia. Venitq; Nabugodonosor rex Babylonis ad ciuitatẽ cũ seruis suis, ut oppugnarẽt eã: Egressusq; est Ioacim rex Iuda ad regẽ Babylõis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius & eunuchi eius: & suscepit eũ rex Babylonis anno octauo regni sui. Et eodẽ anno suffectus est Sedechias rex ꝓ eo, dicente rursus ibi scriptura: Et constituit Matthaniam patruum eius pro eo, imposuitq; ei nomen Sedechiam. Primus ergo annus regni Sedechiæ fuit octauus Nabugodonosor. Exitus uero sermonis, ut iterũ ædi Hiere.28. ficareẽ Hierusalẽ ab Hieremia, quarto captiuitatis Ioacim anno, capi.28. &.29. & 29.30. 30. habitus est, sic scribente Hieremia ca.28. Et factũ est in anno in principio regni Sedechiæ regis Iuda in anno quarto. Et in.29. Cũ cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, uisitabo uos, & suscitabo super uos uerbũ meum bonũ, ut reducam uos ad locũ istũ. Et cõtinuat prophetiã in.30. dicẽs. Hæc dicit dominus: Ecce ego conuertã conuersionẽ tabernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor. Et ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templũ iuxta ordinem suum fundabitur. Cum ergo egressum sit uerbũ, ut iterũ ædificaretur ciuitas, id est Hierusalem, quarto anno Sedechiæ regis, qui cœpit octauo anno Nabugodonosor regnare: igitur anno duodecimo regni Nabugodonosor exijt uerbũ, ut iterũ ædificaretur Hierusalem. Ab anno igitur duodecimo Nabugodonosor, hebdomades septẽ, sexaginta duæ & una, id est, septuaginta sunt supputãdæ. Et hæ hebdomades sunt hebdomades annorũ, id est quælibet anni septem. Supputando autẽ hebdomadas ab anno duodecimo Nabugodonosor, cũ dñs uerba illa loqueretur ad pharisæos, Sadducæos, & turbas, exactæ erãt sexaginta nouẽ, & septuagesima currebat. Quomõ ergo tẽpus illud esse Mesiæ nõ agnoscebãt? Sed dices, q̃modo id agnoscitur? Hoc pacto sane. Nam Nabugodonosor regnauit annos quadragintaquinq; quando quidem 4.Reg.25. quarto Regũ cap. uigesimoquinto sic legitur: Factũ est uero in anno trigesimoseptimo transmigratiõis Ioacim regis Iudæ, mẽse duodecimo, uigesima & septiadie mensis subleuauit Euilmerodach rex Babylõis, anno quo regnare cœperat, caput Ioacim

Ioacim regis Iuda de carcere, & locutus est ei benigne. Hic ergo, testimonio sacræ scripturæ, annus quo regnare cœpit Euilmerodach, id est, primus regni sui annus, & ultimus Nabugodonosor patris eius, fuit trigesimusseptimus à captiuitate Ioacim. Ioacim aũt captiuus fuit, ut uisum est, octauo anno Nabugodonosor: adijce ergo trigintaseptem annos illis octo, quos iã regnauerat cũ captus est Ioacim: & surgẽt anni regni Nabugodonosor quadragintaquinq;. Sed & Euilmerodach filius eius, regnauit annos uiginti tres, & filius eius Balthasar annos tres. De Balthasar exploratũ est dicente Daniele cap.8. Anno tertio regni Balthasar regis, ui- Daniel.8. sio apparuit mihi. Et hic ultimus eius fuisse intelligitur, de cuius cõuiuio & nece capite quinto prius fecerat mẽtionẽ. Sed & ex Hieremia, Nabugodonosor, filius eius, & filius filij eius tenuerũt Assyriorũ regnũ septuaginta annis, sic ipso scribente cap.25. Cumq; impleti fuerint septuaginta anni, uisitabo supere regẽ Babylonis, Hiere.25. & sup gentẽ illã, dicit dñs, iniquitatẽ eorũ, & super terrã Chaldæorũ. Quod factũ est in morte Balthasar, regno transeũte ad Medos. Et capite uigesimoseptimo dicit: Hæc dicit dñs exercituũ deus Israël: Hæc dicetis ad dominos uestros: Ego fe- Hiere.27. ci terrã, & homines, & iumenta quæ sunt super faciẽ terræ in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Et nũc itaq; ego dedi omnes terras istas in manu Nabugodonosor regis Babylonis serui mei. Insuper & bestias agri dedi ei, ut seruiant illi. Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec ueniat tempus terræ eius & ipsius. Ecce quomõ septuaginta annis oia debebant esse in ditione Nabugodonosor: & filij eius, qui fuit Euilmerodach: & filij filij eius, qui fuit Balthasar, siquidẽ annus septuagesimus primus, fuit tertius & ultimus Balthasar. Igitur unus & septuãginta sunt anni, qbus regnauerunt Nabugodonosor, filius eius, & filius filij eius: si itaq; ab eis subtraxeris tres annos Balthasar, restant sexaginta octo, qui simul erunt anni Nabugodonosor & filij eius Euilmerodach. Subtrahe rursus ab octo & sexaginta annis, annos Nabugodonosor qui sunt quadragintaquinq;, relinquentur uigintitres, qui necessario sunt anni Euilmerodach. Hi ergo erunt anni, iuxta scripturas sacras, Nabugodo- Nabug.45. nosor quadraginta quinq;, Euilmerodach uigintitres, & Balthasar tres. Anno autẽ Euil.23. septuagesimoprimo transijt regnũ ad Medos, in quo primus ex Danielis quinto Balth.3. regnauit Darius Medus, cui sex anni tribuũtur. Duo manifeste habentur ꝑ Zacha 71
riam dicentẽ: In mẽse octauo, in anno secundo Darij regis, factũ est uerbũ dñi ad Zach.1. Zachariã filiũ Barachiæ. Sed ad sex puenisse oportet: si ita est quod septuagĩta anni transmigrationis Hebræorũ, quæ fuit octauo Nabugodonosor anno, ad primũ Cyri annũ peruenerint, quod tradit Iosephus. Sic enim undecimo libro inquit. Primo imperij anno regis Persarum Cyri, qui septuagesimus cõcurrebat ex die q̃ nostrũ populũ cõtigit e`, ꝓprijs finibus ad Babylonẽ migrare: misertus est captiuitatis nostræ deus. Et hic etiã adiectus Dario numerus, mysterijs oraculorũ, q̃ nõ nisi uera esse possunt, est accõmodus. Ergo Dario sex tribuãtur anni. Post quẽ regnauerũt Cyrus & successor eius, q̃ Artaxerxes & Assuerus dicꝰ est. At ex Neemiæ Nee.2. cap.2. Artaxerxes regnauit uiginti annis. Factũ est aũt, inquit, in mense Nisan, anno uigesimo Artaxerxis regis. Et secundũ templũ absolutũ sexto anno Darij, Artaxerxis successoris, dicẽte Esdra, libro primo, cap.6. Et ædificauerũt & cõstruxe 1.Esdræ. runt, iubente deo Israël, & iubente Cyro & Dario & Artaxerxe regibus Persarũ: & cõpleuerunt domũ dei istã usq; ad diem tertiũ mensis Adar, q̃ est annus sextus regni Darij regis. Et eundẽ esse Artaxerxem & Assuerũ habes primo Esdræ, cap. quarto, sic dicentis: In regno autem Assueri, ipse est Artaxerxes, in principio regni eius scripserunt accusationem aduersus habitatores Iudæ & Hierusalem. Propterquam, ut in fine cap, habetur, intermissum est opus domus dñi in Hierusalem [usque

Universidad de Deusto
Biblioteca

usq; ad annũ secundũ Darij regis Persarũ. Et ex secũdo Ioannis, quadragintasex
Ioan. 2 annis ædificatũ est, dicentibus Iudæis ad dominũ: Quadraginta & sex annis ædifi
catũ est templũ hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud. Et primo anno Cyri cœ
1. Esdræ. 1. pit ædificari; dicente Esdra primo cap. primi: In primo anno Cyri regis Persarũ, ut
cõpleretur uerbũ dñi ex ore Hieremiæ, suscitauit dñs spiritũ Cyri regis Persarum
Darius. 6. Ergo anni Cyri quibus regnauit super Medos, sunt uiginti: q; cũ uiginti Artaxer-
Cyrus. 20. xis, & sex Darij, faciunt quadragintasex, quod est tẽpus totius ædificationis tẽpli.
Artax. 20. Quod autẽ triginta anni Cyro attribui soleant: decẽ intelligi possunt potentatus,
Darius. 6. quẽ prius exercuit in Persas. Verũ Dario, qui regnando secutus est Balthasar, &
52. præcessit Cyrũ, anni sex (ut dictũ est) tribuũtur: sic istorũ simul erũt anni quinqua-
ginta duo. Quod aũt reliquũ est, ex hypothesi cognoscitur. Nã Iudæi fatentur se-
Nabug. 34. cundũ templũ postea q; cõpletũ fuit, durasse anni uiginti, & quadringentis in MA
Euil. 23. CETHAARACHIN, quibus si addis annos à duodecio Nabugodonosor usq;
Balth. 3. ad cõplementũ tẽpli, habes annos trigintaduos & quingẽtos: nã si à quadraginta
Dar. 6. quinq; annis Nabugodonosor subtraxeris undecim, relinquẽtur residui anni Na-
Cyrus. 20. bugodonosor, qui erũt triginta quatuor, & Euilmerodach uigititres, Balthasar tres
Artax. 20. Darij usq; ad Cyrũ sex, Cyri uiginti, Artaxerxis uiginti, & Darij sex: qui simul du-
Dar. 6. odecim supra centũ efficiũt, qui adiecti uiginti & quadringẽtis, summã trigita duo
112 rũ, & quingentorũ cõflant, ut cognitu q; facillimũ est. Ex quibus si subtrahis sep-
tuaginta hebdomadas annorũ Danielis, quæ cõplent numerũ quadringẽtorũ no
Tẽp. ps. 112 naginta annorũ (siquidẽ septuaginta anni p septẽ multiplicati, numerũ quadringẽ
Dura. 420. torũ nonaginta perficiunt) relinquentur anni quadragintaduo: qui sunt anni à pas
532 sione dñi, in quibus à Tito euersum est secundũ templũ. Itẽ eundem numerũ colli
pacto tẽplo gunt in libro AABODAZARA, ubi tribuunt regno Persarũ, durante tẽplo, an-
Persa. 34. nos trigitaquatuor: regno Græcorũ annos centũ octoginta, regno Machabæorũ
Græco. 180. annos centũ tres, & regno Herodis & sequaciũ eius identidem centum tres: qui
Mach. 103. simul adiecti, quadringentos uiginti efficiunt, quæ posita est duratio secundi tẽpli
Herod. 103 quibus si addis annos à duodecimo Nabugodonosor ad templũ absolutũ, q; sunt
420. (ut uisum est) anni centũ duodecim: summã efficiunt quingentorũ triginta duorũ
& idẽ continent septuaginta hebdomadas Danielis, & insuper quadragintaduos
Secundũ tẽ annos, in quorũ ultimis destructa est Hierusalẽ, & secundũ dirutũ est templum.
plũ destru. At, ppter illos quos forsitan supputatio fatigaret, ob oculos à duodecio Nabugo
523. donosor anno, subijciemus, describemusq; septuagita illas Danielis hebdomadas
quæ sunt septeni anni, septimanæq; annorũ, hoc pacto.

Regnũ Assyriorũ.	14	26	39
1 Nabugodonosor	15	27	Quarta
2	16	28	40
3	17	29	41
4	18	30	42
5	Primá hebdomas	31	43
6	19 Destructio primi	32	44
7	20 templi, ex Hiere-	Tertia	45
8	21 miæ 52. & 4.	33	1 Euilmerodach
9	22 Regum 25.	34	Quinta
10	23	35	2
11	24	36	3
12 Exitus sermonis	25	37	4
13	Secunda	38	5

6	17	20	Vigesimaquarta
7	18	Octauadecima	23
8	Duodecima	21	24
Sexta	19	22	25
9	20	23	26
10	1 Artaxerxes	24	27
11	2 qui et Assuerus	25	28
12	3	26	29
13	4	27	Vigesimaquinta
14	5	Vndeuigesima	30
15	Tertiadecima	28	31
Septima	6	29	32
16	7	30	33
17	8	31	34
18	9	32	35
19	10	33	36
20	11	34	Vigesimasexta
21	12	Vigesima	37
22	Quartadecima	35	38
Octaua	13	36	39
23	14	37	40
1 Balthasar	15	38	41
2	16	39	42
3	17	40	43
1 Darius, Regnũ	18	1 Alexander RE-	Vigesimaseptima
2 Medorum	19	Vigesima prima	44
3	Quintadecima	2 GNVM Græ-	45
Nona	20	3 corum	46
4	1 Darius hic Idaspis	4	47
5	2 filius: prior, filius	5	48
6	3 Astyagis dicitur.	6	49
1 Cyrus	4	7	50
2	5	8	Vigesimaoctaua
3	6	Vigesimasecunda	51
4	Sextadecima	9	52
Decima	7	10	53
5	8	11	54
6	9	12	55
7	10	13	56
8	11	14	57
9	12	15	Vndetrigesima
10	13	Vigesima tertia	58
11	Septimadecima	16	59
Vndecima	14	17	60
12	15	18	61
13	16	19	62
14	17	20	63
15	18	21	64
16	19	22	Trigesima

Universidad de Deusto
Biblioteca

65
66
67
68
69
70
71
Trigesima prima
72
73
74
75
76
77
78
Trigesimasecũda
79
80
81
82
83
84
85
Trigesimatertia
86
87
88
89
90
91
92
Trigesimaqtarta
93
94
95
96
97
98
99
Trigesimaquinta
100
101
102
103
104
105
106
Trigesimasexta
107
108
109
110
111
112
113
Trigesimaseptima
114
115
116
117
118
119
120
Trigesima octaua
121
122
123
124
125
126
127
Trigesimanona
128
129
130
131
132
133
134
Quadragesima
135
136
137
138
139
140
141
Quadragesima
142 (prima
143
144
145
146
147
148
Quadragesimase=
149 (cunda
150
151
152
153
154
155
Quadragesimatertia
156
157
158
159
160
161
162
Quadragesima q̃rta
163
164
165
166
167
168
169
Quadragesimaqnta
170
171
172
173
174
175
176
Quadragesimasexta
177
178
179
180
1 PRINCIPATVS
2 Machabæorum.
3
Quadragesimasepti=
4 (ma
5
6
7
8
9
10
Quadragesimaocta
11 (ua
12
13
14
15
16
17
Quadragesimanona
18
19
20
21
22
23
24
Quinquagesima
25
26
27
28
29
30
31
Quiquagesima pria
32
33
34
35
36
37
38
Quinquagesimase
(cunda
40
41
42
42
44
45
Quinquagesimater=
46 (tia
47
48
49
50
51
52
Quiquagesima quar
53 (ta
54
55
56

57
58
59
Quiquagesimaqnta
60
61
62
63
64
65
66
Quiquagesimasex.
67
68
69
70
71
72
73
Quiquagesimasept.
74
75
76
77
78
79
80
Quiquagesimaoct.
81
82
83
84
85
86
87
Quiquagesimanon.
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
Trigesimaquinta
100
101
102
103
104
105
106
Trigesimasexta
107
108
109
110
111
112
113
Trigesimaseptima
114
115
116
117
118
119
120
Trigesima octaua
121
122
123
124
125
126
127
Trigesimanona
128
129
130
131
132
133
134
Quadragesima
135
136
137
138
139
140
141
Quadragesima
142 (prima
143
144
145
146
147
148
Quadragesimase=
149 (cunda
150
151
152
153
154
155
Quadragesimatertia
156
157
158
159
160
161
162
Quadragesima q̃rta
163
164
165
166
167
168
169
Quadragesimaqnta
170
171
172
173
174
175
176
Quadragesimasexta
177
178
179
180
1 PRINCIPATVS
2 Machabæorum.
3
Quadragesimasepti=
4 (ma
5
6
7
8
9
10
Quadragesimaocta
11 (ua
12
13
14
15
16
17
Quadragesimanona
18
19
20
21
22
23
24
Quinquagesima
25
26
27
28
29
30
31
Quiquagesima pria
32
33
34
35
36
37
38
Quinquagesimase
(cunda
40
41
42
42
44
45
Quinquagesimater=
46 (tia
47
48
49
50
51
52
Quiquagesima quar
53 (ta
54
55
56

Universidad de Deusto
Biblioteca

Daniel.3. cum Danielis cap.3,dicit: Ecce ego uideo uiros quatuor solutos, & ambulantes in medio ignis,& nihil corruptiõis in eis est:& species quarti similis filio dei. Cũ dicit uiros quatuor,quarti humanitatẽ cõfitetur; cũ uero, & spẽs quarti similis filio dei,
Daniel.2. confitetur diuinitatẽ. Et cap.2.uidit eundem non opere humano ex mõte & massa Adæ incarnatum,& fide totum mundum implentẽ,ubi dicitur: Videbas ita donec abscissus est lapis de mõte sine manibus. Ecce nõ opere humano de massa Adæ,de uirgine incarnatũ CHRISTVM. Et subdit: Lapis autẽ qui pcusserat statuã, impleuit uniuersam terrã. Ecce destructis regnis per statuam figuratis,eundẽ uniuersum mundũ fide & diuinitate implentẽ: & hæc non parua mysteria. Est (inquit Daniel) deus in cœlo,reuelãs mysteria qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor uẽtura, quæ sunt nouissimis tẽporibus. In sexaginta autẽ sequentibus finem cœperũt regnum Assyriorum,Medorum,Græcorum,in prima,quartadecima,quadragesima. Et tũc cœpit regnum ferreum,id est Rhomanorũ. Regnum uero Hebræorum transijt ad exteros illarũ hebdomade quinta & qnquagesima. Et earundẽ quinquagesimanona natus est CHRISTVS, Initio autẽ duarũ sequẽtiũ puer IESVS intẽplo ĩ medio doctorũ dissertẽs,tertio die repertus est. In sequẽti aũt,quæ una separata ponitur,baptizatur CHRISTVS,ieiunat,tẽtatur,prædicat,uirtutes operat, occidit, & hæc est in numero omniũ septuagesima. De qua ait Daniel: Confirmabit aũt pactũ multis hebdomada una,& in dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificiũ. In septuagesima enim hebdomade legẽ tradidit dominus apostolis suis euangelicã, & ĩ morte eius defecit hostia uetus,& uetus sacrificiũ,ut umbra deficit præsente luce. Quod & id insinuare potuit,quod in morte sua dixit dñs: Cõsummatum est. Sunt ne hæc sacramenta,propter quæ iure hebdomadas illas sic discreuerit angelus? Sed ne ẽ par sit prolixior euadã, ad sequẽtia ꝓperemus oportet. Hoc igit dicto reliquit eos
156 ,, dominus,ut ait Matthæus,inquiens. ¶ Et relictis illis,abijt:et cũ uenissent discipuli
» eius trans fretũ,obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis; Intuemini, & cauete à fer
» mento Pharisæorũ & Sadducæorũ. At illi cogitabãt intra se,dicẽtes,quia panes nõ
» accepimus. Sciẽs autem IESVS,dixit: Quid cogitatis intra uos modicæ fidei, quia
» panes nõ habetis? Nondũ intelligitis,neqꝫ recordamini quinqꝫ panũ ĩ quinqꝫ milia
,, hominũ,& quot cophinos sumpsistis? Neqꝫ septẽ panũ in quatuor milia hominũ,
,, & quot sportas sumpsistis? Quare nõ intelligitis qa nõ de pane dixi uobis, cauete
,, à fermẽto Pharisæorũ & Sadducæorũ? Tũc intellexerũt,quia non dixerit cauendũ
,, à fermẽto panum,sed à doctrina Pharisæorũ & Sadducæorũ. ¶ Quid hoc sibi uult nisi ꝙ infideles à deo relinquũtur,utpote à quibus & deus lõge abscedit? A quorũ uita,cõuersatione,& doctrina cauendũ esse & abstinendũ,satis innuebat dominus discipulis,si quid ipsis mẽtis intelligẽtiæꝫ abfuisset,cũ monebat eos attẽdere & cauere à fermẽto Pharisæorũ & Sadducæorũ. Et ideo quia ꝑ id panes materiales intelligebãt:arguit eos paucitatis spiritualis intelligẽtiæ, ceu qui iã ad spiritũ prouecti esse debuerãt: & non solum paucitatis intelligẽtiæ, sed etiã diffidentiæ & paruæ fidei,quasi dominus & sibi & ipsis prouidere nõ potuisset:aut certe fuisset anxius, si panes fermẽtatos,materiales ue secũ nõ tulissent. O parũ sagaces, & parum memores. Nup enim uiderãt ex quinqꝫ panibus & duobus piscibus satiari quiqꝫ milia hominũ: & paulo ante ex septem panibus quatuor milia hominũ. Iure ergo eos dominus arguit,ut iacentẽ & pronã erigeret ipsorũ intelligentiã. At illi ubi correpti fuerũt statim intellexere,ꝙ non de fermẽto panis intelligeret dñs: sed de doctrina Pharisæorũ & Sadducæorum. Pharisæorum autem doctrina erat in solis operibus legis,suarumꝫ traditionum esse fidendum,& illa iustificare: adeo ut Pharisæacum dogma sit iusticia illa operũ. Mosem quoqꝫ recipi debere et ꝓphetas. At Sadducæi 5. libros Mosis recipiebãt,cæteros reijciebãt. Cæterũ errore Epicuræorũ tenebãt de immor-

de immortalitate animæ perperam sentientiũ,et futuram anastasin inficiãs euntiũ. Sed de his sectis prius satis superqꝫ. Porro de confinibus Magedã uenisse dominũ ĩ fines Cæsareæ Philippi urbis,quã Philippus frater Herodis extruxerat iuxta fontem Iordanis,& in honorem Augusti Cæsaris,authore Iosepho,Cæsareã nuncupa
» uerat:quæ & alio nomine Paneas dicta est,testatur Matthæus,dicẽs. ¶ Venit autẽ 157
» IESVS in partes Cæsareæ Philippi,& ĩterrogabat discipulos suos,dicẽs: Quẽ me
» dicunt homines esse,filium hominis? At illi dixerũt: Alij Ioannem Baptistã, alij au
» tem Eliam,alij uero Hieremiam,aut unũ ex prophetis. Dicit illis IESVS: Vos aũt
» quẽ me esse dicitis? Respõdens Simon Petrus,dixit: Tu es CHRISTVS filius dei
» uiui. ¶ Apostoli accepta potestate eijciendorũ malignorũ spirituũ, & gratia sanationum,& euãgelicæ prædicatiõis, ut iã quoqꝫ cap.10.uisum est,ad uaria loca profecti fuerãt,ubi uarios de domino rumores,uariasqꝫ opiniones,& omnes quidẽ falsas audierãt: quæ & si dominũ minime latebant (quid enim lateret omnia scientẽ?) interrogauit nihilominus eos,quid de se,quisnã esset,sentirẽt homines: ut tandem ab ipsis ueram extorqueret confessionem,& uerã in omnibus (uanis abdicatis opinionibus) plantaret fidem. Illi uero recensuerũt quosdã quidem hac opinione teneri,ipsum esse Ioannẽ Baptistã,qui à mortuis surrexisset: quod & Herodes (ut cap. 14.numero.141.uisum est) suspicabatur. in quam sententiã discipuli quoqꝫ Ioannis facile adduci poterant: tum quod addicti erant Ioanni,tũ ob conceptam de uiri sanctimonia opinionem. Quosdam autem,esse Eliam, qui uenisset uti promissus erat
per Malachiam. Alios uero,esse Hieremiam,aut aliũ quempiam e prophetis: quẽ Malach.4.
ad hæc miranda faciẽda deus suscitasset. Cũ audiebant uarijs in locis post mortem Ioannis admirabilia illa,qualia nunquã audita fuerãt aut uisa,de quodã homine dici quẽ nõ cognouerãt neqꝫ uiderãt; quisqꝫ suã de ipso proferebat suspicionem. Hinc uariæ enatæ sunt opiniones. Ex hoc aũt, ꝙ auditis miraculis quæ operabat CHRISTVS,credebãt eũ esse Ioannẽ, qui à mortuis surrexisset: intelligere promptũ est, Ioãnẽ haud ita multo post baptismũ saluatoris sublatũ fuisse ab Herode. Quinetiã cũ ipse dicebat,post me uenturus est ὃς ἐμπροσθέν μου γέγονεν, innuebat per id, post me, CHRISTVM post mortẽ suã maxie apparituru. Et qd mirũ? CHRISTVS enim noua lex,Ioãnes ueteris finis. Finita ergo uetere,uirtus nouæ apparuit. Mox uero dñs quid apostoli de ipso sentirẽt,interrogauit. Petrus uero pro omnibus ueritatẽ, nõ opinionẽ respõdit: Tu es CHRISTVS filius dei uiui. Et hæc uera fides, & ueritatis nõ ab hoĩe,sed à deo infusæ cõfessio. Quod & ꝑ sequẽtia mõstrat Matthæus,
» dicẽs. ¶ Respõdens autẽ IESVS,dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & 158
» sanguis non reuelauit tibi,sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi,qa tu es
» Petrus,& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi nõ præua
» lebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorũ. Et quodcunqꝫ ligaueris su
» per terram,erit ligatũ & in cœlis: & quodcunqꝫ solueris super terrã,erit solutum &
» in cœlis. ¶ Hæc beatitudo Petro tribuitur,non quatenus à Petro,sed quatenus à patre cœlesti prouenit: in hoc enim beatus est,quod pater cœlestis illi reuelare dignatus est. Neqꝫ ulla beatitudo aliter ulli tribuẽda est,quàm illius cõtemplatione à quo est. A quo enim esse potest,nisi à deo,q̃ solus beatus est,& solus potẽs rex regnantium,& dñs dominantiũ? Et ab hac solida ueritatis cõfessione, quæ à deo patre est, & omni petra firmior, Simon cognomentũ Petri accepit: & super hãc petrã incon cussibilisqꝫ ueritatis fidẽ,quod CHRISTVS est filius dei uiui,fundauit dominus ecclesiam suã: aduersus quã fidem firmissimãqꝫ confessionẽ nõ præualebũt portæ inferi: quia nullum accipere ualebunt, qui hac incõcussibili petra & firmissima fide sit munitus. Et petrã pro CHRISTO & uerbo dei accipi, manifestat dñs, cum ait cap.
7. huius, hoc modo: Omnis ergo qui audit uerba mea hæc & facit ea, assimilabitur Matth.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiro sapiẽti, qui ædificauit domũ suam supra petrã. Et subiungit: Et descendit pluuia, & uenerũt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & nõ cecidit: fundata eẽ erat supra firmam petram. Ecce quo pacto se & uerbum suum uocat petram, & firmã quidem petram: supra quam nimirũ inconcussibilis domus, id est ecclesia ædificatur. ne quis dicat Petrum esse petrã supra quã fundata est ecclesia: nam ꝙ Petrus non sit petra, & tanto quoq; minus firma petra, dominus paulo post satis detexit, cũ dixit ei: Vade retro satana, scandalũ es mihi: quia non sapis ea
7. Cor. 10. quæ dei sunt, sed ea quæ hominũ. Et Paulus CHRISTVM petrã esse interpretat, cum ait: Bibebãt aũt de spiritali consequẽte eos petra: petra aũt erat CHRISTVS. Et si dicitur (ut quidã uolũt) Petrus à petra, ut Christianus à CHRISTO: Christianus aũt nõ est CHRISTVS, neq; ergo Petrus petra. Porro pollicitus est dominus se daturũ Petro claues regni cœlorũ, quæ sunt claues fidei, claues ligandi atq; soluendi. Quæcunq; eẽ ex CHRISTO credẽda tradidit, credenda sunt: & quæcũq; facienda mandauit, facienda sunt, & hæc ligauit super terrã, & sunt ligata & in cœlis. Quæ uero dixit nõ credenda, aut nõ facienda: soluit ea super terrã, & sunt soluta & in cœlis. Sed hæ claues fidei & nõ fidei, ligandi & soluendi (fides siquidem ligat: quod aũt non est fidei, non ligat) nõ erant Petri, sed CHRISTI. Dabo tibi (inquit) claues regni cœlorũ. Nõ ergo Petrus arbitrio suo ligabat aut soluebat, sed arbitrio CHRISTI: qd' quidẽ est superbona uolũtas, quæ nunq; errare potest. Neq; eas solus à domino accepit Petrus, sed etiã cæteri oẽs, qui in fide ædificauerunt supra CHRISTVM iuxta CHRISTI dñi uoluntatẽ, ecclesiam. Et claues regni cœlorum, ꝙ doctrĩa fidei, doctrĩa CHRISTI, & uerbo dei esse accipiẽdas, ex hoc Lu-
Lucæ. 11. cæ. 11. intelligere possumus. Væ uobis legisperitis, qui tulistis clauẽ sciẽtiæ, ipsi nõ introistis: & eos qui introibãt, prohibuistis. Quid clauis scientiæ, nisi intelligentia legis, quã sibi arrogabant? Sed humanis traditiõibus illã abstulerãt: & uolentes syncere in intelligentiã legis intrare, eisdem prohibebant, atq; impediebãt. At claues
Ioan. 20. intelligẽtiæ nouæ legis nõ tũc dominus dedit Petro: nam & dicit, tibi dabo: sed po-
Lucæ. 24. stea in spiritu & ueritate: partim cum dixit apostolis, Accipite spiritũ sanctũ: & partim cum aperuit eis sensum ut intelligerẽt scripturas: affatim aũt atq; uberrime spiritu sancto post suam ascensionẽ e cœlo misso. Sunt tamen qui claues pontificiã ligandi soluendiq; intelligũt potestatẽ. uerum CHRISTVS de hac fide, ꝙ ipse esset filius dei uiui, quæ est una clauiũ cœlestis doctrinæ, hic loquitur: & quam uoluit in ecclesia sua esse fundamentariam. Quæ quid aliud est in obiecto, q̃ CHRISTVS ipse, qui est ipsa petra, & totius ecclesiæ incõcussibile fundamentũ: in nobis autẽ, q̃ æterni patris infusio? Attamen præcepit eis, ne protinus hanc patris reuelationem, ꝙ ipse esset CHRISTVS, aperte dicerent. Quod aperit Matthæus, cum ait.

159 „ ¶ Tũc p̃cepit discipulis suis, ut nemini dicerẽt qa ipse esset IESVS CHRISTVS.
¶ Sed cur id præcepit, nisi ut nõ spargeretur in uulgus, effunderetur q̃? nam quia nõ semper erant cũ eo, sed ut apostoli ibant in noĩe IESV uirtutes operantes, inhibuit ne aperte dicerẽt IESVS: in cuius nomine regnum cœlorum prædicamus, & uirtutes operamur, ipse est Mesias. Nondũ enim expediebat id nisi paucis esse notum, de ipso tã multa tamq; ignominiosa passuro. Proinde cœpit eis dominus suæ
160 „ passiõis mysteriũ declarare: ut ait Matthæus, subdẽs. ¶ Exide cœpit IESVS ostendere
„ discipulis suis, quia oporteret eũ ire Hierosolymã, & multa pati à senioribus,
„ & scribis, & principibus sacerdotũ, & occidi, & tertia die resurgere. ¶ Hæc aperta sunt, nullã continentia parabolã. Et ita hæc discipulis suis dominus dicebat, tanquã causam reddens, ob quam inuulgare non deberent ipsum esse CHRISTVM: quia Hierosolymis multa, eademq; probrosa à presbiteris, qui seniores dicũtur, & scribis, & principibus sacerdotũ passurus esset, adeo ut ab eis occideretur: quæ indigna

digna CHRISTO uideri possent, etsi necessaria: sed tñ tertia die resurgeret, in quibus suam manifestabat diuinitatẽ, quod futura æque ac præsentia sese uidere innueret: præmonebat autem eos, ne cum hæc fieri uiderent, scãdalizarentur, aut ambigerent ipsum esse CHRISTVM. Sed tantũ abfuit ut hoc nõ facerent, ut etiam audito tantum sermone de cõtumelijs et morte eius tanquã CHRISTO, id est Mesia in-
„ dignis, Petrus sit scandalizatus, dicẽte Matthæo. ¶ Et assumẽs eum Petrus, cœpit 161
„ increpare illum, dicens: Absit à te domine, nõ erit tibi hoc. ¶ Assumens, imo repre hendens eum Petrus, increpare cœpit illũ & obiurgare, quod dixisset oportere se multa pati, & occidi, qui erat filius dei uiui, & dicere ausus est: Absit hoc à te, hoc de te sentire nimis indignum est: siue ut Græce habetur, ἵλεώσοι, propitius tibi, subaudiendo sis aut esto, nequaquã erit tibi hoc. Sed hæc immissio à deo nõ erat, sed à spiritu carnis, quã etiã malignus multis post CHRISTVM passum ĩmisit hæreticis, cum credere illud sit una fidei clauis, quæ ligat super terrã & in cœlis, si æternã consecuturi sumus salutem. multis dico hæreticis, ut Menandrijs, Apellianis, & alijs id genus nõ paucis: adeo ut uniuersa Arabum secta latissime per Asiam, Africam, & partẽ Europæ diffusa, hoc nõ paruo errore inuoluatur, quo & Petrus fuisset detentus, nisi dominus cõuersus eum respexisset ac liberasset. Quod ait Matthæus, sub-
„ dens. ¶ Qui cõuersus dixit Petro: Vade post me Satana, scandalũ es mihi: quia nõ 162
„ sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominũ. ¶ Cũ ait dominus: Vade post me Satana nõ iubet se sequi, sed abire, sed recedere à se: innuens Petro hãc immissionem non esse à deo, sed aut à sensu humano, aut à spiritu maligno, quẽ & à se abire iubet. Subinde autem declarat in hoc Petrum esse sibi scandalo, quod sapiat non quæ dei sunt (nam dominus ei dixerat ea quæ dei erãt) sed quæ sunt hominũ: qui magis ea sapiunt quæ sunt carnis, aut maligni, quàm quæ dei. Et certe magnum quid & arduum nõ est, sapere quæ sunt hominũ, siue illa homines suo sensu, siue maligni immissione sapiãt: sed id magnũ & arduum est, imo uero salutare et uiuificũ, sapere quæ dei sunt: quod non nostri spiritus, nec nostri sensus, sed diuinæ infusionis donum est. Et ne crederent opprobria, cõtumelias, & mortem pro uoluntate domini faciẽda, pati, malũ esse, ut quæ ipse passurus erat, admonuit discipulos, ne hæc pati indignũ execrandumq; (ut Petrus male senserat) ducerent: ut hoc modo subdit Matthæus.
„ ¶ Tũc IESVS dixit discipulis suis: Si qs uult post me uenire, abneget semetipsum 163
„ & tollat crucẽ suã, & sequatur me. Qui enim uoluerit animã suã saluã facere, pdet
„ eam. Qui autẽ perdiderit animam suam propter me, inueniet eã. Quid enim pro-
„ dest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentũ patiatur?
„ Aut quã dabit homo commutationem pro anima sua? ¶ Hæc ferme sententia cap. 10. numero. 103. prætacta est. Abnegat semetipsum, qui uoluntatẽ non habet: cuius uoluntas nõ est sua, sed ea quæ dei est: qui nõ curat semetipsum, sed solus deus est illi curæ. Fert crucem suam, qui in aduersitatibus libenter pro nomine IESV. cũcta perfert, imitatione uitæ ipsius: non abiens recedens ue ab eo, sed eũ sequẽs: nec audiẽs id, Abi post me satana: sed id, Sequere me. Et qui abnegat semetipsum, & fert crucem suam, ut sequatur dominum, non præfert uitam suã temporalem amori domini sui, quem sequitur: imo si oporteat, eam uoluntarie, libenter, ac delectabiliter pro eius perdit honore, & inuenit æternam. Atqui nõ libenter perdit uitã temporaneam, aut mauult eam retinere, quàm honorẽ & amorẽ domini sui custodire: perdet eam, & insuper æternam. Sed quid tunc proderit illi, si retenta sua tẽporali uita, quam tanti fecit, ut eam diuinæ prætulerit uoluntati: uniuersum quoq; mundum lucratus fuerit, quorum utrunq; erat momentaneũ: animæ autem suæ iacturam fecerit, & æternũ acquisierit supplicium? Aut quid dare poterit homo pro animæ suæ redemptione? Nihil certe. Nam unusquisq; in fine mundi iuxta uitã, quam uixerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

temporalem, & opera quæ gesserit in tẽpore, iudicium à deo uel in uitã uel in mor-
tem recipiet immutabile & æternum: quod & per Matthæum subdit dominus, di-
164 cens. ¶ Filius enim hominis uẽturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tũc
reddet unicuiq; secundũ opera eius. Amen dico uobis, sunt quidã de hic stantibus,
qui non gustabunt mortem, donec uideat filium hominis uenientem in regno suo.
¶ De aduẽtu domini uniuersali, prior particula indubie intelligit, propterea quod
ei subiungitur, Et tũc reddet unicuiq; secundum opera eius: quod proculdubio fiet
in nouissimo die. Et posteriorẽ particulã, Amẽ dico uobis, sunt qdã de hic stãtibus,
qui non gustabũt mortem, donec uideant filium hominis uenientem in regno suo:
etiam ex consequentia sermonis de eodem aduentu nonnulli intelligũt: quod & in
Ioan.21. Ioanne Euangelista impletũ uolunt: sumpta ex alio loco cõiectura, ubi apud Ioan
nem interroganti Petro de exitu Ioannis, respondit dominus: Sic eũ uolo manere
donec ueniã, quid ad te? ubi & si aperte non dixit, nolo ut moriatur, donec in nouissi
mo die ueniam: intellexerunt nihilominus discipuli eũ uoluisse ipsum in secundum
aduentum suum uiuum manere: quod & multi posteriorũ intellexere. Ad hoc etiã
facit, quod nusquam gentium καταλείμματα corporis eius, ut et cæterorum apostolo-
rum esse feruntur, Sunt etiam & qui istam posteriorẽ particulam de uisionẽ domi-
ni in transfiguratione intelligi uolunt: sed id coactius, propterea quod dicit, donec
uideant filiũ hominis uenientẽ in regno suo: iam enim primo aduẽtu uenerat, ut de
alio aduẽtu uideri possit locutus. Primam intelligentiam in disceptatiuncula de tri-
duo CHRISTI secutus sum. Verum siue de nouissimo aduẽtu eius, siue de eo quo
gloriose apparuit in monte sancto quispiam intelligere malit, haud admodũ refra-
gabor: quia utcũq; sit, sermo domini uerissimus est: & aut iam impletus, aut uerissi-
2.Petri.1. me implẽdus. Ipse faxit, qui iam gloriosus apparuit (dicẽte Petro) uoce delapsa ad
eũ huiusmodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, ĩ quo mihi bene com
placui, ipsum audite: & qui uenturus est in gloria cum angelis suis: ut sic eũ audire
in hoc mũdo possimus, ut in secundo aduẽtu ad dexteram suam locati, audire ualea
mus: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à cõstitutione
mundi: ipsi & patri, & utriusq; spiritui, laudem & gloriam, & incomprehẽsibilis bo
nitatis eius confessionem reddituri in secula seculorum. Amen.

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

165 ET post dies sex assumpsit IESVS Petrum, & Iacobum, &
Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelsum
seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit fa-
cies eius sicut sol: uestimẽta autem eius facta sunt alba, si-
cut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo 5
loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad IESVM: Domine, bo-
num est nos hic esse: si uis, faciamus hic tria tabernacula: tibi unũ, Moysi
unum, & Eliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit
eos. Et ecce uox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi
bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderũt in faciem 10
suam, & timuerunt ualde. Et accessit IESVS, & tetigit eos, dixitq; eis: Sur-
gite, & nolite timere. Leuãtes autem oculos suos, neminẽ uiderunt, nisi so
166 lum IESVM. ¶ Et descendentibus illis de monte, præcepit IESVS, dicens:
167 Nemini dixeritis uisionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. ¶ Et
interro-

15 interrogauerunt eum discipuli, dicentes: Quid ergo scribæ dicunt, quod
Eliam oporteat primum uenire? At ille respondens, ait eis: Elias quidem
uenturus est, & restituet omnia. Dico autẽ uobis, quia Elias iam uenit, &
non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque uoluerunt. Sic & fi-
lius hominis passurus est ab eis. ¶ Tunc intellexerunt discipuli quia de Io 168
20 anne Baptista dixisset eis. Et cum uenisset ad turbã, accessit ad eum homo
genibus prouolutus ante eum, dicẽs: Domine, miserere filio meo, quia lu
naticus est, & male patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquã. Et
obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Respondens aũt
IESVS, ait: O generatio incredula & peruersa, quousq; ero uobiscum? usq;
25 quo patiar uos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum IESVS, & ex-
ijt ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt di-
scipuli ad IESVM secreto, & dixerunt: Quare nos non potuimus eijcere il-
lũ? Dixit illis IESVS: Propter incredulitatem uestram. ¶ Amen quippe di 169
co uobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis mõti huic, tran
30 si hinc, & transibit: & nihil impossibile erit uobis. Hoc autẽ genus nõ eijci
tur, nisi per orationẽ & ieiunium. ¶ Conuersantibus autem eis in Galilæa 170
dixit illis IESVS: Filius hominis tradendus est in manus hominum, & oc-
cident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt uehementer. ¶ Et cum 171
uenissent Capharnaum, accesserunt, qui didrachmam accipiebant, ad Pe
35 trum, & dixerunt ei: Magister uester non soluit didrachmam? Ait: Etiam
Et cũ intrasset in domum, præuenit eum IESVS, dicens: Quid tibi uidetur
Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum uel censum, a filijs suis,
an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi IESVS: Ergo liberi sũt filij
Vt autem non scandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum, & eum
40 piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem,
illum sumens, da eis pro me & te.

ANNOTAT. BREVES XXVI. CIRCA LITERAM CAP. XVII.

1	Assumpsit		illis		αὐτῶ
	παραλαμβάνει	15	discipuli		ei
	præsens		* αὐτοῦ	20	cum uenisset
2	ducit		eius		ἐλθόντων αὐτῶν
	ἀναφέρει	16	At ille		plurale
	sursum ducit,		ὁ δὲ ἰησοῦς	21	genibus prouolutus
	subducit		IESVS autem		γονυπετῶν αὐτὸν
5	nix	17	uenturus est		genua flectens ei
	τὸ φῶς		* πρῶτον	23	obtuli
	lux		primum,		προσήνεγκαν
5	apparuerunt		prius		plurale tertiæ
	ὤφθησαν	17	uenit	24	peruersa,
	uisi sunt		ἦλθεν		διεστραμμένη
13	præcepit		præteritum		distorta
	* αὐτοῖς	18	in eo	25	illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud
ut subaudiatur dæmo-
27 secreto (nium.
κατ' ἰδίαν
seorsum
28 illum?
αὐτό
neutrum
28 illum?
*ὁ δὲ ἰησοῦς
IESVS autem
29 transi hinc,
*ἐκεῖ
illuc
30 eijcitur,
ἐκπορεύεται
egreditur
34 didrachmam
τὸ δίδραχμα
plurale
& infra.
35 dixerunt - ei
35 soluit
τέλη
præsens
37 tributum
τὰ τέλη
plurale
38 Et ille dixit.
λέγει αὐτῷ ὁ πέτρος
Dicit ei Petrus.
40 staterem
στατῆρα

COMMENTARIVS IN CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

QVoniã dominus pauloante locutus fuerat de gloria sua: Filius, inqt hominis uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis: mox suæ gloriæ specimen tribus electis apostolis, Petro, Iacobo, & Ioãni in
montẽ excelsum seorsum abductis, demõstrauit, ut subdit Matthæ
165 » us, inquiens. ¶ Et post dies sex assumpsit IESVS Petrũ, & Iacobũ,
» & Ioannẽ fratrẽ eius, & duxit illos in montẽ excelsum seorsum, & transfiguratus
» est ante eos. Et resplẽduit facies eius sicut sol: uestimenta autẽ eius facta sunt alba
» sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Respõdẽs
» autẽ Petrus, dixit ad IESVM: Dñe bonum est nos hic esse: si uis, faciamus hic tria
» tabernacula: tibi unũ, Moysi unum, & Eliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes
» lucida obumbrauit eos. Et ecce uox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus,
» in quo mihi bene cõplacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciẽ
» suã, & timuerunt ualde. Et accessit IESVS, & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite, & no
» lite timere. Leuantes aũt oculos suos, neminẽ uiderunt, nisi solũ IESVM. ¶ Hæc
est gloriosa transformatio saluatoris. Facies euulsit sicut sol. Vestimẽta eius facta
sunt candida, uelut nix; siue ut hic Græce habetur, ὡς τὸ φῶς, instar lucis, hoc est can-
Mar. 9. dor lucidũ præ se ferentia: quod etiã ex Marco & Luca satis deprehẽditur. Moy-
Luc. 9. ses & Elias uisi sunt cũ illo colloquentes, & ijdẽ, iuxta Lucã, in maiestate uisi, dice-
bant excessum eius, quẽ cõpleturus erat in Hierusalẽ. Adeo nouitate spectaculi
rapti sunt discipuli, ut Petrus in hæc uerba, pruperit: Dñe, bonũ est nos hic esse: si
uis, faciamus hic tria tabernacula; figamus hic tria tẽtoria; tibi unũ, Moysi unum, &
Eliæ unũ, neq; de cibo aut potu, neq; de ulla alia necessitate quicq; cogitans: quini
mo' magnifica illa uisionis gloria adeo expauefacti sunt, ut ex Marco & Luca, cũ
Petrus hæc loq̃retur, nesciret quid diceret: hac sua trãsfiguratione præmonstrante
dño, quanta futura sit eorum felicitas, qui gloriã eius in ueritate uidebũt: cũ umbra
gloriæ eius in mortali adhuc corpore sic discipulos eius extra se rapuerit. Moyses
& Elias figurabant legẽ & pphetas, quæ gloriã CHRISTI testificantur: & ideo
cũ illo apparuerunt in gloria. Adhuc loquente Petro, ecce nubes lucida obumbra
uit eos. Hæc est diuinæ caliginis, quã inhabitat deus, uestigiũ: q̃ lux ẽ inaccessibilis
q̃ oẽs sanctos ĩmensitate sua obũbrat, & nimietate ac incõprehẽsibilitate claritatis
suæ, cæterorũ oculos hebetat, pstringit, excæcat. Sed hæc hebetatio acutie melior,
hæc perstrictio dilatatiõe capacior, hæc excæcatio uisiõe felicior. Nõ ergo hæc in
sanctis dicũt defectũ, sed ex plenitudie oia felicitãte, diuinitatis excessũ, ut sit ĩ oi-
bus felicitas oi felicitate, q̃ dici aut apprehẽdi possit, maior. Et uox patris audita
est contestantis, CHRISTVM esse filium suũ charissimũ. At discipuli maiestatem
super-

superspendidæ caliginis, & uocis supereximiæ, q̃ de illa egrediebatur, sustinere
nõ ualentes, timuerũt, & ceciderunt in faciem suã. Et hæc oia argumenta sunt ue-
ræ gloriæ beatorũ, quã sustinebunt in uisione filij dei transformata assumpta huma
na natura in gloria, non in monte terreno, sed in cœlorũ sublimitate, quæ per mon
tem figurabatur, & in maiestate sanctorũ omniũ, & in nuda diuinitate: quæ quantũ
cunq; à creatura appræhensa sit, semper manet inapprehensa: quod indicant facies
fulgida ut sol, uestimenta candida uelut nix, & splendida ut lux, & nubes lucida ob
umbrans illos, & perstringens oculos discipulorũ. Quod aũt timentes ceciderunt
discipuli, hoc est summa sanctorũ in defectu cõprehendendæ diuinitatis reuerentia.
Quos oẽs tactus IESVS exuscitat, & in eis nouas reparat uires: quod mysteriũ
hic factũ ostendit. Et leuantes, inquit Euangelista, oculos suos, neminẽ uiderunt,
nisi solũ IESVM. Finito autẽ diuino spectaculo, ad humana redijt dñs, & eos am-
» plius de mysterijs instruxit: ut nobis hic aperit Matthæus dicens. ¶ Et descenden- 166
» tibus illis de monte, præcepit IESVS, dicens: Nemini dixeritis uisionem, donec si
» lius hominis à mortuis resurgat. ¶ Facta resurrectionis gloria, futura erat credibili
or magnifica illa uisio, & gloriæ beatorũ quodammõ prælibatio. Ad hæc diuina eo
tempore potissimũ narranda sunt, q̃ maxime prosunt, & facilime recipiũtur. Nec
ab re dñs uetuisse uidetur, ne uisionem narrarent, donec ipse resurrexisset à mor-
tuis: ne quis scilicet audita illa ante resurrectionẽ, incredulitate læderetur: qui alio
qui si primũ post resurrectionẽ idipsum audiret, magna cõsolatione & fide iuuare
tur, pariter & spẽ ad gloriã beatorũ erigeretur. Deinde discipuli, quia eorũ cordi-
bus infusum fuerat illic fuisse Eliam, interrogant eũ de Elia: quod subdit Matthæ-
» us dicens. ¶ Et interrogauerũt eũ discipuli, dicentes: Quid ergo scribæ dicũt, q̃ E- 167
» liã oporteat primũ uenire? At ille respõdens, ait eis: Elias quidẽ uenturus est, & re-
» stituet oia. Dico aũt uobis, quia Elias iam uenit, & nõ cognouerũt eũ, sed fecerunt
» in eo quæcũq; uoluerũt. Sic & filius hoĩs passurus est ab eis. ¶ Quod dñs interro-
» gationi discipulorũ subiũgit, sic Græce habetur, ἠλίας μὲν ἔρχεται πρῶτον καὶ ἀποκαταστήσει
πάντα, Elias quidẽ ueniet prius, & restituet oia. Quasi diceret: Sic scriptum aut dic-
tũ est, quod Elias ueniet prius, & restituet oia, uerũ, pphetia de Elia iam adimple
ta est, & Elias iã uenit, & oia restituit quæ per ipsum erãt restituenda. Quod de Io
anne intelligẽdũ est, qui iã CHRISTVM dñm, Mesiã mõstrauerat, baptizauerat
reliquerat post se iam in spũ sancto baptizantẽ, & regnũ largientẽ æternũ, termi-
nauerat ueterẽ legẽ, & præparauerat nouã, sicut de ipso scriptũ erat in Esaia: Vox Esa. 40.
clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite in solitudine semitas dei no Malach. 3.
stri. Et Malachia: Ecce ego mittam angelũ meũ, & præparabit uiã ante faciem me
am. Et paulopost, Ecce ego mittã uobis Eliã prophetam, anteq̃ ueniat dies domi-
ni magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres
eorum, ne forte ueniã, & percutiam terram anathemate. Quod etiam de Ioanne in
telligitur, & de uastatione, quæ per Vespasianũ & Titum est inducta, ut iam quoq;
supra dictũ est. Et proinde quod in Marco sic habetur ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον ἀποκαθιστᾷ
πάντα, sic uertendum est, Elias quidem ubi uenerit prius, restituet omnia, nam quã-
uis ἀποκαθιστᾷ sit præsentis temporis, per futurum tamen explicandum est, sicut & il-
lud ἔρχεται: nam & id ἀποκατασταθήσεται, quod hic illi respondet in Matthæo, futuri tempo-
ris est: & insuper apud Hebræos sæpe præsens pro futuro ponitur, ut in illo Mala-
chiæ: Ecce ego mittam, quod Hebraice sic habetur. HINENI SOLEAH, Ecce e-
go mitto. Et hoc quidem dictum, non est CHRISTI uenturũ Eliam asserentis, sed
recitantis solũ id quod de Elia quem expectabant uenturum, ferebatur. Quod au-
tem sequitur, Dico aũt uobis quod Elias iam uenit, uerbũ CHRISTI est illud iam
plane asserẽtis. Iudæi itaq; adhuc suũ Eliã, & suũ Mesiã expectent, nobis & uerus
Elias

Universidad de Deusto
Biblioteca

Elias, & uerus Mesiás uenit: ille, fuit Ioãnes Baptista: iste, CHRISTVS dominus
super omnia benedictus, quod nimirũ aperte (ut dictũ est) innuit dominus, cũ subdit: Dico aũt uobis, quia Elias iam uenit. Et quid est: Et nõ cognouerunt eũ, nisi q
Iudæi nõ cognouerunt eum spiritu fuisse Eliam? In quo ostendit scribas nõ intelli
gere quid dicerẽt, affirmantes oportere Eliam prius uenire: quia nõ ad spiritũ, sed
ad literã scripturas intelligebãt. Et quid etiã: Sed fecerunt ei quæcunq; uoluerunt,
nisi q ceperunt ipsum, & in uincula & carcerem coniecerunt eum, & tandem occi
derunt? Quo modo CHRISTVS se passurũ ab eis, prædixit: qd postea rei parefe
cit euẽtus. Quæ cũ dixisset, aperta est discipulis intelligẽtia, & intellexerũt respon
168 „ sionẽ domini esse de Ioanne Baptista. Quod subdit Matthæus, sic inquiẽs. ¶ Tũc
» intellexerũt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Et cũ uenisset ad turbã,
» accessit ad eũ homo genibus puolutus ante eũ, dicens: Domĩe miserere filio meo,
» quia lunaticus est, & male patitur. Nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquã. Et
» obtuli eũ discipulis tuis, & non potuerũt curare eum. Respondens aũt IESVS, ait:
» O generatio incredula & peruersa, quousq; ero uobiscũ? usq; quo patiar uos? Af
» ferte huc illũ ad me. Et increpauit illud IESVS, & exijt ab eo dæmoniũ, & curatus
» est puer ex illa hora. Tũc accesserũt discipuli ad IESVM secreto, & dixerũt: Qua
» re nos nõ potuimus eijcere illud? Dicit illis IESVS: Propter incredulitatẽ uestra.
» ¶ Cum igitur de Elia secundũ spiritum prophetarũ, non secundũ literam, quæ oc
cidit, recte intellexissent discipuli, processit dominus ad turbã. Tunc accessit ad eũ
homo quidam genua flectens ante ipsum, & gratiã pro filio suo postulans, quem
spiritus immundus misere afflictabat, & ceu mania & furore percitũ (& hoc certis
quibusdã lunæ piodis, ut bona dei creatura infamaret, quasi à luna is morbus pen
deret: unde & lunatici nomen accepit, cuius tamẽ ille in causa erat) quandoq; præ
cipitabat in ignem, sæpe in aquã: tanta est hostis nostri malignitas. Nec illũ rogati
discipuli curare poterant. In quo tam patrẽ pueri, quàm discipulos ipsos paruæ fi
dei arguit dominus: & nõ solũ patrem, sed & nationem ipsam Iudaicam, cum eam
uocat generationẽ incredulã & peruersam, distortamq;. Et cum dominus adijcit,
quousq; ero uobiscũ? usq; quo patiar uos? ostendit nihil æque sibi male gratũ esse
atq; incredulitatẽ, id est fidei paucitatẽ, defectũq;: & quando quis à fide deficit, tũc
eum incuruatũ distortumq; effici. Sed & discipulos in hac increpatione cõprehen
di, manifestat: cũ ipsis interrogantibus quare nõ potuerint eijcere dæmoniũ illud,
respondit: Propt incredulitatẽ uestram. Ergo quod illi maxime placet, est fides, &
recta credulitas cũ plena fiducia: & qui uere credunt eos libenter fert, & cũ eis ha
bitat: alios autem & cum alijs nequaquã. At quæres, quid est quod in codicibus la
tinis dicitur. Et increpauit illũ IESVS: & postea. Quare nõ potuimus eijcere illũ?
nunquid dominus increpauit illum puerũ, aut discipuli quærunt cur non potuerũt
eijcere puerũ? Minime, sed dominus increpauit dæmoniũ, & discipuli sciscitaban
tur quare nõ potuerant eijcere dæmonium. Quo fit, ut utrobiq; dicendum fuerit,
illud, non illũ, sicq; uertendum utrunq;, ἀντῶ ἢ ἀντό. Vitium ergo id fuit interpretis
latini. Adhæc cũ dæmonia eijciũtur, increpantur nõ personæ quæ obsidentur, sed
Lucæ.9. dæmonia: ut & de puero patet, de q hic agitur, dicẽte Luca: Et increpauit IESVS
spiritum immundũ, & sanauit puerum. Vnde manifestius adhuc apparet dicendũ:
Et increpauit illud IESVS, & exijt ab eo dæmoniũ: non: Et increpauit illũ. Porro
dominus præsente turba sanauit lunaticũ, ut eam fide firmaret. Increpatio domini
monstrauit authoritatẽ pariter & potestatem. Lunaticus, quosnam alios q̃ incredulos signat? q̃s diabolus ut uult præcipites dat, & eorum animas uarie distorquet
nunc concupiscentiarũ igne adurendo, nũc aqua uitæ impurioris suffocãdo. Mox
transit dominus, testante Matthæo, ad fidei potentiã discipulis aperiendã, dicens.
¶ Amen

» ¶ Amen quippe dico uobis: Si habueritis fidem sicut granũ sinapis, dicetis monti 169
» huic: transi hinc, & transibit: & nihil impossibile erit uobis. Hoc aũt genus nõ eijci
» tur, nisi per orationem & ieiuniũ. ¶ Fides quã dominus requirebat, erat fides in ip
sum, fides in solũ deũ: quandoquidem ipse deus erat, qui nihil non poterat: alioqui
fides alia, superstitio esse potest: in CHRISTVM autem nõ potest, sed sit syncera oportet, & efficax, ut granũ sinapis, quod adeo syncerũ & efficax est, ut cũ sit inter olerũ grana quantitate mininũ, est tamen uirtute potentissimũ, ramorũ magnitudĩe amplissimũ, & fœturæ numerositate copiosissimũ: syncera est fides, quã Iaco Iacobi.1.
bus sine hæsitatiõe, sed cũ plenissima fiducia esse uult, & quã dat deus: & adeo ef
ficax, ut à deo, cui fidit, obtineat effectũ: & eũ quidẽ admirabilem, stupendũ, & pla
ne supra naturã. Virtus enim fidei uis est diuina inoperans: quæ sic uiuæ fidei im
manet, ut lux in uisione, ut ignis in ferro candente: ut enim ignis in ferro candente
sic in illa fide inoperatur deus. Fides, ferrũ: deus, ignis inoperans. Et ideo huiusmo
di fidem habenti, nihil est impossibile: quandoquidẽ deo impossibile est nihil. Qua
re si quis ea fide dicat monti ut transeat, transibit. Per mõtem illũ dæmoniũ eiectũ
intelligo, sic à dño nuncupatũ ob ipsius mouendi, extrudendiq; difficultatem. Cui
si ea fide præcepissent discipuli ut transisset, transisset indubie. Quod alioqui secũ
dũ quod à deo hominibus ordinatũ erat, non eijciebat, nisi oratione & ieiunio. Ha
bebant eũ Hebræi ex ueteri lege quasdã obseruationes eijciendorũ spirituũ, qui
bus etiam (ut memoria pditũ est) ad tẽpora usq; Adriani utebãtur. In noua autem
lege noua fuit ordinatio, ut in fide IESVoẽs potenter eijcerentur. Quanq; etiam
de materiali monte dictũ domini intelligi posse non negẽ, dicente Paulo ad Corin 1.Cor.13.
thios: Et si habuero omnẽ fidem, ita ut montes transferã. Quid eũ nisi montes hic
intelligit materiales? Insuper & id fide factũ legi in quadã historia Tartarorum, in
qua sic habetur: Iuxta Baldacem, mons uirtute diuina translatus est oratione cuius
dam sancti uiri, cũ improperarent Tartari Christianis id Euangelij: Si habueritis
fidẽ sicut granũ sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit: & nihil impossi
bile erit uobis. Sed & Eusebius historiæ ecclesiasticæ libro septimo, simile factũ
fide cuiusdam sancti uiri Gregorij Asiatici narrat. Ille, inquit, fide plenus pnoctas
se in oratione dicitur, & dominũ IESVM promissionis suæ admonuisse fidenter,
qua dicit: Si habueritis fidem sicut granũ sinapis, dicetis monti huic, tollere, & mit
tere in mare: & fiet utiq;: cumq; hoc fide plena ac deuotione deposceret, ad lucem
coẽuntibus populis inuenta est rupes importuna secessisse tantũ, quantũ spacij ad
condendã quærebatur ecclesiã. Hæc ibi Eusebius. At cũ de fide sic instruxisset di
scipulos, & esset in Galilæa anteq; ascenderet in Hierusalẽ passurus, innouauit eis
» passionis suæ memoriã. Quod hoc mõ testatur Matthæus, dicens. ¶ Conuersanti 170
» bus autẽ eis in Galilæa, dixit illis IESVS: Filius hominis tradendus est in manus
» hominum, & occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt uehementer.
¶ Quod contristati sunt uehementer discipuli, argumentũ erat magni & immodi
ci erga dominum amoris. At dominus adijciebat, tertia die resurget, ut adaugeret
eis fidem, & ex fidei certitudine reciperent consolationẽ. Verũ prædictio illa mor
tis magis eos affligebat, quàm resurrectionis spes consolaretur, cuius oppositum
esse debebat, cum prius audissent dominũ dicentem Petro: Non sapis ea quæ dei Matth.6.
sunt, sed quæ hominũ, cum Petrus nollet eũ mori. Quod si etiam transitus & igno
minia mortis triũ dierũ eos mœrore afficere potuit: multo magis gloriosissima re
surrectio, nõ temporalis, sed æterna debuit, cõsolari, si trinoctiũ tristiciam inuexit
multomagis sempiterna dies oblectari debuit, sed in ipsis adhuc quadãtenus præ
ualebat caro, nec plenissime dñabatur spũs. His dictis, dñs uenit Capharnaũ se
cus mare, qd dicitur Tiberiadis, ubi & soluit didrachmũ, ut pdit Matthæus, dicẽs
¶ Et cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

171 ¶ Et cum uenissent Capharnaũ, accesserunt qui didrachmã accipiebant, ad Petrũ,
& dixerunt ei: Magister uester nõ soluit didrachma? Ait: Etiam. Et cum intrasset
in domũ, præuenit eum IESVS, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à
quibus accipiunt tributũ, uel censum: à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alie-
nis. Dixit illi IESVS: Ergo liberi sunt filij. Vt aũt nõ scandalizemus eos, uade ad
mare, & mitte hamũ, & eũ piscẽ q̃ primus ascẽderit, tolle: & aperto ore eius, inueni
es staterẽ: illum sumẽs, da eis pro me & te. ¶ Qui exigebant didrachma, telonæ e-
rant, quos & publicanos & tributorũ exactores nuncupamus. Didrachmũ uero ap
pellabatur nummus, duas argẽti drachmas continens, q̃ à singulis exigebatur no
mine Cæsaris. Exactores itaq̃ illi sciscitabãtur à Petro: Magister uester soluit ne
didrachma? quod perinde pollet, ac si dicatur: debet ne, aut uult ne magister ue ster
soluere didrachma? tanq̃ multa pro domino & discipulis eius, non unum require-
rent didrachmũ. Quibus Petrus nondum interrogato domino, respondit sic, quasi
uoluntatẽ dñi sui cognosceret. Qui nihilominus didrachma soluit: sed nõ ut illi ar
bitrabantur, pro se & omnibus discipulis suis: sed duntaxat pro se & Petro. Domi
nus aũt qui omnia sciebat, sicut Petrus præuenerat eũ respondendo, sic præuenit
Petrum interrogando: An reges terræ acciperent tributũ, aut censum à filijs, an ab
alienis? Cui Petrus respondit: Ab alienis. Mox probe conclusit dominus: Ergo si
ij liberi sunt. Ex quo satis intelligebatur ipsum neq̃ ,p se, neq̃ ,p discipulis, qui erãt
familiares eius, debere tributum, Sed nõne CHRISTVS filius erat regis terreni?
Quid ni? Cur toties alioqui filius Dauid, insigniori etiã q̃ Solomon, nuncupariõe
appellaretur. Falso ergo respõderat Petrus, Etiã, si intelligebat, soluit ne magister
uester, debet ne soluere? quia ex sententia saluatoris nõ debebat. Adde quod dñs
non solum erat filius Dauid, sed etiã regis æterni: & ipse quoq̃ rex regũ & dñs do
minantiũ, quare multo minus ipse & familiares eius pendere debebant tributũ, q̃
filij regũ. Dedit igitur, nõ ut solueret debitum, sed ut aliorũ tolleret scandalũ: nobis
relinquẽs exemplũ, ut cũ facere, aut non facere quippiã non sit malũ, si alterũ inge
neret alijs scandalũ, id omnino uitandũ esse. Cũ ergo dñs uoluit dare tributum: id
nos docere uoluit, nullũ alijs dandũ esse scandalũ. Ergo cum Petrus telonis inter-
rogãtibus: Nõ soluit magister uester didrachma? respõdit, Etiã: si intelligebat eos
interrogare uelle, uult ne magister uester soluere didrachma, uere respondit: at cũ
definire de aliena uoluntate anteq̃ sciatur, sit præsumere, si nondũ sciuit uoluntatẽ
domini, in sua responsione præsumpsit. Atqui tum primum dominus suam uolun
tatem aperire uidetur, cum ait: Vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui
primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius inuenies stateren, illum sumens, da eis
,p me & te. Petrus pecuniã pro tributo pendẽdo quærens, it ad mare, sed nõ intrat
nauem: non mittit retia, sed hamum, aperit os piscis, inuenit staterem, qui nummus
est tantidẽ ualens atq̃ duo didrachma, qui & idem tetradrachmũ dicitur. Mittitur
ad mare, quia pecuniæ, uectigalia, census, tributa, & id genus alia, sunt huius mũdi.
Non intrat nauẽ, quia illa non spectãt ad ecclesiã. Non mittit retia, quia retibus ec
clesiæ capiuntur hoies: non quidẽ ut intereant, sed ut uiuant, non pecuniæ. Quod
hamus mittitur, aucupiũ designat. Quid piscis & os eius apertũ, nisi auaritiæ bara-
thrũ, pecuniam mũdi deglutiens? quã si quis habeat, etsi ,pcul sit ab auaritia, retine
re tamen nõ debet, sed ea protinus uti, ne sit, non mõ alijs scandalo, sed & sibijpsi.
Faciat ergo nos dominus IESVS CHRISTVS ita uiuere, ut uere liberi simus,
& nulli tributũ debeamus, oia tamen propter ipsum libenter relinquamus, ne alijs
unq̃ simus scandalo, aut nostra occasione peccent: sed nobiscum uere filij cœlestis
patris, dent eidem per CHRISTVM dominum in spũ sancto omnem laudẽ, glo
riam & honorem in secula seculorum, Amen.

CAPVT

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

IN illa hora accesserũt discipuli ad IESVM, dicentes: Quis 172
putas maior est in regno cœlorũ? Et aduocans IESVS par-
uulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico
uobis, nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non
5 intrabitis in regnum cœlorum. Quicũq̃ ergo humiliaue
rit se sicut paruulus iste, hic ẽ maior ĩ regno cœlorũ. ¶ Et 173
qui susceperit unũ paruulũ talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem
scãdalizauerit unum de pusillis istis qui in me credũt, expedit ei ut suspen
datur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris. ¶ Væ 174
10 mundo ab scandalis. Necesse est enim ut ueniant scãdala. Verũtamen uæ
homini per quẽ scãdalum uenit. ¶ Si autẽ manus tua, uel pes tuus scandali 175
zat te, abscide eum, & proijce abs te. Bonũ tibi est ad uitã ingredi debilem
uel claudum, q̃ duas manus, uel duos pedes habẽtem mitti in ignẽ æter
num. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Bonũ tibi
15 est unum oculũ habentẽ in uitam intrare, q̃ duos oculos habentem mit-
ti in gehennam ignis. ¶ Videte ne cõtemnatis unum ex his pusillis. Dico 176
enim uobis, quia angeli eorum in cœlis semper uident faciẽ patris mei qui
in cœlis est. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. ¶ Quid uo- 177
bis uidetur? Si fuerint alicui centũ oues, & errauerit una ex eis, nõne relin-
20 quit nonagintanouẽ in montibus, & uadit quærere eam quæ errauit? Et si
cõtigerit ut inueniat eam, amẽ dico uobis, quia gaudet super eam magis,
q̃ super nonagintanouem quæ non errauerũt. Sic nõ est uoluntas ante
patrem uestrum qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. ¶ Si autẽ 178
peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si
25 te audierit, lucratus eris fratrẽ. Si autẽ te nõ audierit, adhibe tecum adhuc
unum uel duos: ut in ore duorũ uel trium testium stet omne uerbũ. Quod
si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autẽ ecclesiam non audierit, sit tibi sicut
ethnicus & publicanus. ¶ Amen dico uobis, quæcunq̃ alligaueritis super 179
terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq̃ solueritis super terrã, erunt so
30 luta & in cœlo. ¶ Iterũ dico uobis, quia si duo ex uobis consenserint super 180
terrã, de omni re quancũq̃ petierint, fiet illis a patre meo, qui in cœlis est.
Vbi enim sunt duo uel tres cõgregati ĩ nomine meo, ibi sum in medio eo
rum. ¶ Tũc accedens Petrus ad eũ, dixit: Dñe, quotiens peccabit in me fra 181
ter meus, & dimittã ei? Vsq̃ septies? Dicit illi IESVS: Nõ dico tibi usq̃ se-
35 pties, sed usque septuagiessepties. ¶ Ideo assimilatũ est regnum cœlorum 182
homini regi, qui uoluit rationẽ ponere cũ seruis suis. Et cum cœpisset ra-
tionem ponere, oblatus est ei unus qui debebat ei decem milia talenta. Cũ
autẽ nõ haberet unde redderet, iussit eum dominus eius uenũdari, & uxo-
rem eius, & filios, & oia quæ habebat, & reddi. Procidens autẽ seruus ille,
40 orabat eũ, dicẽs: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus

p autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autē dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille, inuenit unū de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios, & tenens suffocabat eū, dicens: Redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiā habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autē noluit, sed abijt & misit eum in carcerem, donec redderet de- 45
bitum. Videntes aūt conserui eius quæ fiebāt, contristati sunt ualde, & uenerunt & narrauerūt domino suo omnia quæ facta fuerant. Tūc uocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortori- 50
bus, quousq; redderet uniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris.

ANNOTAT. BREVES XXXI CIRCA LITERAM CAP. XVIII.

1 Quisputas
τίς ἄρα
Quisnam
2 maior
μείζων
cōparatiuus, p super- & infra. (latiuo
2 paruulum
παιδίον
puellum
& infra.
7 susceperit – unum
8 de pusillis
τῶν μικρῶν
& infra
9 in collo
εἰς τὸν ζύγον
ad collum
in profundum
εἰς τὴν θάλασσαν
in pelago,
in profundo
11 homini
*ἐκείνῳ
illi
12 eum
αὐτὸν
ea
12 debilem
κυλλὸν
mancum
19 alicui
*ἀνθρώπῳ
homini
20 eam quæ errauit
τὸ πλανώμενον
eam quæ errabat
21 super eam
ἐπ' αὐτῷ
super ea
25 lucratus eris
ἐκέρδησας
lucratus es
26 stet
σταθῇ
consistat
27 Si autem *καὶ &
29 ligata – &
29 soluta – &
36 ponere
συνάραι
conferre
& infra
37 talenta
τάλαντων
talentorum
39 reddi
ἀποδοῦναι
solutionem fieri
39 procidens autem
πεσὼν οὖν
procidens igitur
& infra
40 orabat
προσεκύνει
adorabat
40 dicens
*κύριε
Domine
41 debitum
τὸ δάνειον
mutuum
43 conseruus eius
*εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ
ad pedes eius
44 rogabat
παρεκάλει
obsecrabat
& infra.
48 nequam
πονηρέ
48 debitum
*εἰκείνῃ
illud
48 debitum
*αὐτῷ
sibi
52 uestris
*τὰ παραπτώματα αὐτῶν
delicta eorum

COMMENTARIVS IN CAPVT XVIII

Vm Petrus staterem pro domino, & pro se tributorū exactoribus obtulisset, & nō pro alijs discipulis: ipsi scire uoluerūt aut ob hoc, aut ob aliud, an dominus uellet aliquē inter eos fore maximū in regno cœlorum: ut

„ rum: ut ostēdit Matthæus, dicēs. ¶ In illa hora accesserūt discipuli ad IESVM, dicē 172
„ tes: Quisputas maior est ī regno cœlorū? Et aduocās IESVS paruulū, statuit eū in
„ medio eorū, & dixit: Amē dico uobis, nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut paruu
„ li, nō intrabitis in regnū cœlorū. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste,
hic est maior ī regno cœlorū. ¶ Exēplo pueri, in quo est sola simplicitas, ac innocē
tia uitæ, & nulla honoris, diuitiarū, aut luxus cupiditas, docuit eos dns spiritualem
apathian, qa uero in eis adhuc uiuebat ambitiōis affectio, ait illis, nisi cōuerterētur,
& omnem carnalē affectū exuerēt, & efficerētur pueri spiritu, ipsos nō esse intratu
ros in regnū cœlorū: per quod hic summæ beatitudinis regnū intelligit. Hoc unū
habēt pueri ætate, cū sint simplices, beneuoli, innoxij, & maxime mites: q̄ sine ulla
cōcupiscētia ac solicitudine uiuūt: omni cura ī prouidētiā parētū reiecta, erga quos
summe se humiliāt, & ad quos totum suū ferunt amorem. Tales pueros spiritu effi
ci oportet erga deum omnium patrē, ita ut in simplici, beneuola, & innoxia ad oēs
uitæ cōuersatione, & summa mititate spirituali uiuentes, nullos nisi necessarios, &
eosdē innocuos affectus habeāt: quales cognoscimus dominū habuisse, qui esuriit,
sitiuit, lassus fuit, cōpassus est, lachrymatus est, dilexit: & hoc pura, sancta, & secun-
dū deū, & qua nulla uerior esse potest dilectione. Nulla quoq; solicitudine terreno
rū torqueātur, sed plenissime in uniuersorū patris prouidētia fidāt, & erga eū maxi
me omnium se humilient, & ad illum solum totus eorum feratur amor: illū quærāt,
illū suspirēt, illum toto mentis affectu amplexētur. Qui autē tales sunt, & hic in ter
ris sunt maximi in regno CHRISTI: & in cœlo sunt futuri maximi in regno eiusdē
cœlesti. Nec sola illa spūalis humilitas domino placet, sed & ea quæ in puerili ætate
illius est uestigiū. quod ītelligitur per id, quod indicāte Matthæo, subdit dominus
„ dicēs. ¶ Et qui susceperit unū paruulū talem in nomine meo, me suscipit. Qui aūt 173
„ scādalizauerit unū de pusillis istis qui in me credent, expedit ei ut suspēdatur mola
„ asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris. ¶ Suscipit paruulū talem
in nomine CHRISTI, qui susceptū educat ī timore & amore CHRISTI, & deifor
mem uera imitatione CHRISTI uitā edocet, ac tandem de terreno carnalīq; puero
facit cœlestē, spiritualēq;. & q̄ sic suscipit, CHRISTVM suscipit. Sed q̄ aliter susci-
pit, id est qui uias uiæ CHRISTI cōtrarias edocet, puerū scādalizat: quicūq; aūt hu
iusmodi puellū simplicē, beneuolū, innocentē, purum, mitē, humilem scandalizat,
& maxime si iā credat in CHRISTVM, & ī filiū dei regeneratus sit, adeo' grauiter
peccat, quod expediret ei ut suspensa ad collū eius mola asinaria, id est mola inferio
re, quā ὄνον uocāt, aut mola quæ asino circūagēte uerti soleat, demergeretur in pro-
fundo maris: nā alioqui peccati pōdere ī profundo barathri demergēdus est. Qua-
„ propter dicēte Matthæo exclamat dominus, dicens. ¶ Væ mūdo ab scādalis. Ne- 174
„ cesse est enim ut ueniāt scādala: ueruntamen uæ homini, per quē scandalum uenit.
¶ Quia prius dictum est: Si quis scādalizauerit unum de pusillis istis qui in me cre
dūt, nūc subdit dns: Væ mūdo ab scādalis. Væ, dolentis est exclamatio, & increpa-
tionis nota, ut effugiatur dei maledictio. Expectāda igitur dei maledictio (nisi resi
piscat) mundo, id est hominibus mūdanis, ob scādala quæ perpetrāt, scandalizando
tam uiros quàm mulieres, tam iuuenes quàm adultos, & eos maxime qui in CHRI-
STVM credunt. Necesse est ut ueniant scādala, attēta primū dæmonū malitia, de-
inde hominū astu maligni corruptorū: qui à primo parēte per ipsum similiter dece
pto descēdūt. Etenim attēta malitia diaboli, & inuidia, qua erga hominē flagrabat,
necesse erat ut per eum ueniret scandalū: scandalizaretq; Adam, tētando ipsum ut
faceret cōtra diuinū præceptū: at necesse nō erat, ut Adam peccaret. Sic quæ sanctū
puerum Ioseph tētabat ad peccandū, scandalizabat eū: at ipse non peccabat. Et qui
sanctā uirginē solicitat ad turpitudinē cōmittendā, scandalizat, offenditq; eā, etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

si non consentiat: non aũt necesse est eam peccare. Quod si peccet, & ille scandalizauit eam, & ipsa seipsam scandalizat, facta sibijpsi obstaculo offendiculoq; (id enim scandalizare significat) quo minus ad uitã peruenìat æternã. Et ita in hoc facto duplex est scandalũ, & duplex scandalizans. Primũ, est necessarium ex supposita malicia: secundũ, non. Ideo uæ primo: quia est per quem uenit scandalum, & uæ utriq; peccãti: magis tamen primo q̃ secũdo. Si aũt nõ peccet (potest em̃ nõ peccare, ut & Ioseph nõ peccauit) uæ primo, & nullo modo secundo. Quinimo etiã si oẽs homines boni sint, necesse est tamẽ ut scãdala eueniãt ad finẽ usq; mundi: quia semp dæmones qui peccare cœperũt ab initio, ponent scandala & offendicula; nequaq; tamen necesse fuerit ut homines peccent, post finem aũt mundi scandala cessabũt. Quod si sint necessaria scandala, maxime necessaria sunt ad iustorũ ꝓbationẽ (nã probati puriores habentur ignito auro ante deũ) nõ autem ad peruersorum perditionem. Fides sanctorũ tormentis probata est, & omni tormentorũ acerbitate eua sit superior: sic & in plerisq; sanctitas, integritas, & iustìcia nullis machinis scandalizare nitentiũ dæmonũ euerti potuerũt. Quare nõ solum caueamus alijs scandalo esse, alioqui nobis esset uæ: sed aliorũ quoq; scandalis uiriliter resistendo nõ succũbamus. At si quis sanctus fuerit, qui deo iugiter die nocteq; seruiat, & eum alij iudicent hypocritam, & hominẽ absq; deo: qua opinione ducti multi nõ solum conuicia, sed etiã persecutiones intentent: scandalizat ne talis illos? Minime, sed malicia ꝓpria scandalizat eos: quippe qui temere iudicãt, cum scriptũ sit: Nolite iudicare. Qd' si dicant scandalizati in eo, hoc perinde erit, ut scribæ & pharisæi scandalizabantur in uerbis ueritatis CHRISTI, & in operibus diuinitatis, quos dñs minime scandalizabat, neq; erat per quẽ ueniebat eis scandalũ, sed ipsorũ peruersa mens, peruersusq; animus. sic igitur scandalizantur, sed à seipsis: seipsos em̃ scandalizãt. Quapropter quæcunq; scandalizãt nos, sunt abijcienda à nobis: si manus, manus: si pes, pes: & in uniuersum quicquid nos scandalizat & offendit, inducendo ad peccandũ. Qd' satis superq; intelligimus per ea, quæ referante Matthæo subdit domi-
175 „ nus, dicens. ℣ Si aũt manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscide eum, & proijce
„ abs te. Bonum est tibi ad uitam ingredi debilem uel claudũ, quàm duas manus uel
„ duos pedes habentem mitti in ignem æternũ. Et si oculus tuus scandalizat te, erue
„ eum, & proijce abs te. Bonum est tibi unum oculum habentem in uitam intrare, q̃
„ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. ℣ Si manum, uel pedem, uel oculum pro particula corporis accipiamus, usus eius quatenus scandalizat, inhibet, at realis abscisio, abiectio, aut erutio nõ iubetur. Si uero prout manus sunt, qui opera dirigũt, procurantq;, pedes qui sustentãt & ducunt, oculi qui docent & instituunt, ipsorũ opera & consuetudo interdicunt. Si ergo oculi tui in aspectu quorũcunq; scandalizant te, & ad peccandũ pellicĩũt, abscide eos, & proijce abs te, id est, circa illa usum eorũ reprime, quamuis inde tibi subsidiũ uitæ pendeat: quia melius est tibi sine tali commodo ad uitam peruenire sempiternam, q̃ tale terrenæ uitæ subsidium habentem, mitti in ignẽ inextinguibilem. Et si qui te docet ac instruit, scandalizat te, & inducit ad perniciem peccati, erue eũ & proijce abs te, id est, eum desere quandoquidem tibi melius est ad uitam pertingere sempiternam, ignorantem, q̃ doctrina scientiaq; prædितũ, mitti in æternam ignis conflagrationem. Maxime aũt à scandalizatione paruulorum, qui iam fide & purificatione sibi asciti sunt, id no-
176 „ bis insinuante Matthæo deterret dominus, dicẽs. ℣ Videte ne cõtemnatis unũ ex
„ his pusillis. Dico em̃ uobis, quia angeli eorũ in cœlis semper uident faciem patris
„ mei qui in cœlis est: uenit enim filius hominis saluare quod perierat. ℣ Quẽ dominus in medio eorũ, ut in principio huius decimi octaui scribit, statuit: electũ quendam fuisse puerum, iam in CHRISTO credentẽ, & iam sancta eius monita in uitæ puritate &

puritate & innocentia capessentem, certum est. Et uel hac ratione ad eiusmodi reuerentiam esse habendam nos instruit dominus: quod eos deus tanta prouidentia dignatus est, ut angelos puritati eorũ conseruandæ præfecerit: & angelos quidem non refugas, non malos, sed uere beatos: utpote qui semper uident faciem patris, qui in cœlis est: quod est uere esse beatum. Quare si eos, aut quemlibet eorum contemnis, scandalizas, offendis: angelos eorum contemnis, scãdalizas, offendis. Tot autem sunt modi scandalizãdi, quot modi ad peccandum, diuinũq; transgrediendũ mandatum alliciendi. Sed quare uult dominus, ne paruuli contemnantur, ne angeli eorum offendãtur, & ne pariter in illis deus cõtemnatur simul et offendatur? Sane ut genus humanũ quod perierat, saluetur. Porro tanta fuit filio dei cura, ut perditũ hominẽ recuperaret: ut de cœlis, relictis agminibus cœlestibus, ĩ deuia mũdi descẽderit. Et ad quidnã aliud, nisi ut hominũ genus requireret: quod hic per ouem perditam quidem, ac errantem intelligitur? Quod referãte Matthæo, hæc parabola no
„ bis aperit dominus, dicens. ℣ Quid uobis uidetur? Si fuerint alicui centum oues, & 177
„ errauerit una ex eis, nonne relinquit nonagintanouem in mõtibus, & uadit quærere eam quæ errauit? Et si contigerit ut inueniat eam: amen dico uobis, quia gaudet
„ super ea magis, quàm super nonagintanouem quæ non errauerunt. Sic non est uoluntas ante patrẽ uestrum qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. ℣ Hoc fecit ipse dominus. Is, cuius sunt cẽtum oues, deus. Centũ, numerus plenitudine denaria in seipsam ducta, perfectus. Oues, ĩtellectuales, rationalesq; creaturæ. Nonagintanouẽ, cœlestes intelligẽtiæ, quæ ad plenitudinis suæ integritatẽ una deficiũt. Ouis errãs, genus humanum. Montes, cœli. Requirẽs ouem errantem, deus, filius dei. Inuenire eam, est eã ab errore in cœtum cœlestiũ reuocare. Gaudiũ, magnã exprimit erga nos dei uolentis, ut saluemur, benignitatẽ: cuius tantũ abest, ut uolũtas sit, ut humana creatura, genusq; humanũ, quod ad implendũ cœlestẽ laudantiũ deũ chorum factũ est, pereat: ut ne unum quidem ex paruulis, qui in CHRISTVM credunt, perire uelit. Sic (inquit) non est uolũtas ante patrẽ uestrum qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. Imitatione igitur superboni dei ouẽ perditam requiretis ad salutẽ, fratres nostros errãtes requirere debemus, ut reuocemus eos ab errore ad uitã. Quod per Matthæum cognoscimus, aperientẽ dominũ, sic nos edocen-
„ tem. ℣ Si autem peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe eũ inter te & ipsum so- 178
„ lum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecũ
„ adhuc unũ uel duos: ut in ore duorum uel trium testiũ stet omne uerbum. Quod si
„ nõ audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiã nõ audierit, sit tibi sicut Ethnicus &
„ publicanus. ℣ Certe qui requisitus est à deo, ut reuocatus collocaretur in cœlo, peccauerat in deũ: sic eum qui peccat in te, require, ut reuoces ipsum ab errore, ut sis superboni dei imitator. Require dico per charitatem, ad faciendam dei uoluntatẽ, qui ne unum quidem perire uult, & ipsius qui requiritur salutis gratia. Ac primum quidem per teipsum solum, manifestãdo illi errorem suum, & admonendo eum ut deo satisfaciat: quod est fraternæ charitatis officiũ. Quo si sic non resipiscat, adhibe maiorem diligentiam adiuncto tecũ per charitatem, sola dei offensi, & salutis fratris ratione habita, uno aut duobus, qui te ad reuocandum eum ad uitam adiuuẽt: imitando bonitatem illam uere diuinam, quæ & per se, & sibi adiunctis prophetis, apostolis, & sanctis uiris, requirit eos qui ipsam offendunt. Quod si necdũ te audiat, dic ecclesiæ: id est ijs qui ĩ spũalibus præsunt, & id sola charitate, ut à morte reuocare possis fratrem ad uitam, etiam his adhibitis testibus, qui tecũ per charitatem laborarãt, ut saluarẽt eum: quatenus tãto magis studeat ecclesia illum inducere ad satisfaciendum deo, id est resipiscendũ. Si primo te audiat, id est hortatu & admonitiõe charitatis tuæ, resipiscẽdo desistat à peccato, & satisfaciat, recõcilieturq; deo: per te es lu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cratus deo fratrem tuum. Si uero ādhibito uno uel duobus, es eum lucratus deo per illos. Si tandē per præsides ecclesiæ, es etiā eū lucratus deo p̄ ecclesiā. Quod si hae uniuersa adhibita diligētia contemnat uitā emēdare, agnoscere culpā, & deo satisfacere: similis est illi, qui neq; deū per seipsum requirentē, neq; adiunctis sibi prophetis & apostolis, neq; uniuerso sanctorū suffragio audit, sed contēnit: & ideo sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus, id est prorsus alienus à tuo consortio. Nec solū à tuo alienus esse debet, sed & testiū & ecclesiæ cōsortio: ut & ille à dei & prophetarum & sanctorū omnium cōtubernio alienus est. Et quomodo etiā cum eo tibi consortium esse posset, qui usq; adeo dei contēptor est, & à deo alienus? Quod reseran
129 „ te Matthæo per id quod subdit dominus, intelligimus, cum ait. ¶ Amē dico uobis,
„ quæcunq; alligaueritis super terrā, erūt ligata & in cœlo: & quæcunq; soluueritis su
„ per terram, erunt soluta & in cœlo. ¶ Qui peccat in fratrē, & non audit eū in charitate monentē: qui non audit insuper unū aut duos cum eo, zelo charitatis illi adiunctos: qui tandē nō audit ecclesiā, peccati reus est, & peccatum eius ligatum in terra & ī cœlo: in terra quidē, qa in charitate requisitus & admonitus satisfacere deo peccatum agnoscēdo, renuit: in cœlo uero, quia ī terra nullus illi peccatū soluit, sed nec soluere potest: qui autē nō soluit, alligat, id est ligatū dimittit: quare & ligatum manet in cœlo. Quod si resipiscat, peccatū agnoscēdo, et deo iuxta ecclesiæ, id est Euāgelij ritū satisfaciendo, solutio peccati super terrā illi negari nō potest: quare et peccatum eius reuera solutū est & in cœlo. Nam si homo charitate præditus, resipiscenti tanquam dei minister peccatū dimittit, & exultat, & gaudet animo de mortuo ad uitam redeūte: multo magis deus, qui infinitæ charitatis est & misericordiæ, peccatum dimittit, & fit in cœlo gaudiū incredibile super illo peccatore resipiscēte, & ex morte reuiuiscēte. Sed forsitā hic petas, quid est peccare ī fratrē? Frater hic dicitur, qui spiritualis hō est: nō est aūt spiritualis sine uiua fide, spe, & charitate. Et quicūq; ante talē manifeste trāsgreditur dei mādatū, facitq; siue illi siue alij cuicūq;, offensio deo, iniuriam, peccat in fratrē, qui habita ratione offensæ dei, ob quam ipsemet maxime offenditur & dolet, charitate cogitur admonere fratrē suū propriæ salutis, ut à morbo illo aniæ, qui mortē inducit, saluetur: & nō moriatur, sed uiuat. Sed dices: Quid si quis peccator fuerit, & forte maior q̄ alter qui ante ipsum peccat: nunquid aggredietur corripere illū? Quid etiā si frigidus sit, & charitatis expers? Probet se ipsum homo: nā si peccator fuerit, minime aggredi debet, prohibente dñi sentētia: Eijce, inquit, primū trabē de oculo tuo: sed id tētādo, hypocrita esset, temerarius, & præsumptor. Si uero sine charitate, quomodo esset correctio fraterna, quā sola dei operatur charitas? Ad uiros igitur spūales & perfectos hic sermo dei est. Spiritualis ergo, quē zelus offensæ dei ducit pariter & charitas, aggrediatur. Sed quē? Eū certe, ad quē possit esse charitas. Is aūt est spiritualis: sed q ideo à spiritu lapsus est, aut labitur, quia nō habet qui ipsum erigat ad spiritū. Ad eū igitur qui cognoscitur non recipere charitatis consilium, nō audire ecclesiā quia iam sit ut Ethnicus, & publicanus, nō est accedendū, & si iugiter hic peccet ī fratres: quia admonitio charitatis non tā prodesset, quàm noceret. Sed addes: Esto ij adeūdi sint cū peccāt, de quibus quod resipiscēt spes est: sed si peccet aliquis eorū in me, aut corā me offendendo etiam grauiter deum: & solus id noscam, & me monētem audire contēnat: debeo ne secretū eius peccatum prodere, dicēdo alijs quos adhibebo mihi adiutores, aut ecclesiæ præsidibus? Quidni? modo id facias, nō ut detrahas, nō ut infames (hoc enim inuidiæ, maleuolētiæ, & odij esset) sed sola charitate, ut eū deo lucreris. Nōne si frater secretū in corpore morbū patitur, quē cognoscis: cū per te sanare nō possis, alios per charitatē, id est peritos corporis medicos adhibes, quibus secretū illum morbū detegis, & non peccas, ut amici corpus sanes? quāto magis id facere debes per cha-

per charitatem, cū medicos animæ cognoscis, ut animā fratris salues: id est à mortis periculo liberes? Nunquid cum secretus corporis morbus probis medicis detegitur, infamatur patiens? Quid times mundi infamiā, & non times deo perire animā? Times perire famā, & nō uitā æternā, etiā ubi non est timendum? Quomō eū periclitaretur fama, ubi est charitas? O timor stolidissimus. Nōne uides dominum de spiritualibus loqui, quales esse debent omnes Christiani: qui cū bonitate polleant, & ferueāt charitate, fidelissimi sunt animarū medici: & apud quos detecto morbo, nihil est infamiæ, periculi, sed spes maxima salutis & auxilij? Ergo quicunq; spūales fuerint, sequantur Euangeliū: nihil timeant, audientes CHRISTVM. Si ergo uidero fratrem meū, id est spūalem uirū, & ad quē charitatē habeā (ut eū caro carnales, sic charitas spūales efficit fratres) si uidero, inquā, fratrē meū sic delusum carne, mundo aut dæmonio, ut infatuari cœperit, aut iam infatuatus dementatus ue sit amore uesano cuiusdā affinis meæ, & in hoc in me peccauerit: cur non per me ipsū corripiā, ut eū deo lucrer? Quod si per me non possim, cur nō in charitate duos mihi adhibeam? Si uero nihil proficiamus, cur non tandē patri spūali uni uel pluribus ut expedire uidebitur, habita solū offensæ in deū, & salutis fratris ratione, illud & in charitate & secreto detegamus: ut fratris aut utriusq; id est fratris & sororis de morte ad uitam reuocatio fiat? Optimū aūt est (si fieri possit) peccatū præuenire: si non possit, elaborandū de medio fornacis Babylonis, & diaboli incendio eū liberare: adeo ualida esse debet in cordibus fideliū fraterna charitas. Sed esto lapsus frater sic lāgueat, ut neq; fratrem solitariū audiat, neq; comitatū adiunctū, neq; demū ecclesiam ipsam, & sit iam ut ethnicus & publicanus: nunquid tunc omnino desperandū est de salute ipsius? Nequaq;, si perseueret fraterna charitas. Quia sic deus est charitatis amator, ut si perseuerent pro eo in spiritu charitatis orantes, ad quod homines eum inducere non potuerunt, ipse deus qui summe potens, & summe bonus est, per se inducturus sit. Quod ex ijs intelligere possumus, quæ Matthæus
„ subdit, inducens IESVM loquentē, & quæ sequuntur dicentē. ¶ Iterū dico uobis 180
„ quia si duo ex uobis consenserint sup̄ terram de omni re quācunq; petierint, fiet il-
„ lis à patre meo qui in cœlis est. Vbi eū sunt duo uel tres cōgregati in nomine meo
„ ibi sum in medio eorū. ¶ Si duo uere fideles in nomine dñi congregati conspirent conueniant, consentiantq; super terram, de re qualibet quā petierint, exaudiet eos pater cœlestis. Quare si in nomine domini, qui est salus nostra, & q omnes uult saluos fieri, conueniant, postulantes erranti resipiscendi gratiā concedi, quod est charitatis opus, exaudiet eos pater cœlestis, dabitq; eis quod petent: quanto magis si tota oret ecclesia? Et quare? Quia dñs noster in medio illorū est, illius charitatis & author & exauditor. Iuuari ergo errantes lapsiq; possunt, etiam si humanis cōsilijs & correptionibus hactenus nō paruerint. Vultq; dñs illis afferri & afferre opē, cū pollicetur uel duorū in suo nomine congregatorū consentientiū, idq; poscentium exauditionē. Et hoc est ultimū ex charitate nostra ad saluandū fratrem confugium Quæ cum audisset Petrus, scisciratus est à dño quoties in se peccanti fratri remitteret offensam: ubi uidelicet correptus, uel à se solo, aut à se & paucis, aut ab ecclesia resipisceret, susciperetq; uitæ emendationē. Quod tangit Matthæus, subdens.
„ ¶ Tūc accedēs Petrus ad eū, dixit: Dñe, quoties peccabit in me frater meus, & di 181
„ mittam ei? usq; septies? Dicit illi IESVS: Nō dico tibi usq; septies, sed usq; septu
„ agies septies. ¶ Videbatur multū esse Petro, quod delinquenti in se fratri remitte
ret septies super terrā: ut qui parū cognosceret erga nos benignitatē diuinā, quam nos oportet imitari: tametsi copiosissima sit, nō angusta, nō arcta. Ideo iure optio 70
corripit eū simul & docet dñs, & cū ipso nos pariter oēs, dicens: Non dico tibi usq; 490
septies, sed usq; septuagies septies (q numerus ascēdit ad nonagies, & quadrin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

genties) id est toties, q̃ties uoluerit resipiscere, emendationẽq̃ recipe, & iuxta legem gratiæ ad deũ redire: non em̃ misericordia dei termino ullo clauditur. Quare etiã si decies millies in nos, aut corã nobis peccarẽt homines, nobis aut alijs in deo offenso, offensis, ipsis siue ex seipsis ueniã petentibus: id est satisfacere, & ad deũ redire utcunq̃ possint satagẽtibus: siue nobis quoq̃ pacto emendationẽ eorũ procurantibus, & ipsis iã sanis resipiscendi acquiescẽtibus cõsilijs, remittere debemus & id ex charitate, si uolumus diuinæ in nos & in oẽs clementiæ esse imitatores. Et quid est q̃ uult nos imitatione sua toties fratribus nostris remittere, nisi qd' declarat se miserationũ fontem, ac ueritatẽ ipsam esse; cũ uelit nobis etiã infinities peccantibus, si id fieri posset, modo resipiscamus, remittere; & reuera remittat eandẽ nobis, quã prius donando charitatẽ? Et nos itaq̃ ad eos eandem quã prius seruare charitatem, modo uere resipiscant, & idem consortiũ retinere debemus. Remittamus igit' si uolumus, ut supra dictũ est, esse imitatores diuinæ in nos & in oẽs clementiæ, cui semper sine ulla cõparatione nos oẽs plura debemus, quæ ab eo nobis remitti uolumus, q̃q̃ possint nobis fratres nostri debere. Quod sequẽti parabola, re
182 citante Matthæo, aperit dominus, dicẽs. ¶ Ideo assimilatũ est regnũ cœlorũ homi
ni regi, qui uoluit rationẽ ponere cũ seruis suis. Et cũ cœpisset rationẽ ponere, obla
tus est ei unus, qui debebat ei decẽ milia talenta. Cũ aũt nõ haberet unde redderet
iussit eũ dominus eius uenundari, & uxorẽ eius, & filios, & omnia quæ habebat, &
reddi. Procidens aũt seruus ille, adorabat eum, dicens. Patientiã habe in me, & oia
reddam tibi. Misertus autẽ dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.
Egressus autem seruus ille, inuenit unũ de conseruis suis qui debebat ei centũ de
narios: & tenens suffocabat eum, dicens. Redde qd' debes. Et procidens cõseruus
eius, rogabat eum, dicens. Patientiã habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem
noluit, sed abijt & misit eum in carcerem, donec redderet debitũ. Videntes autem
conserui eius quæ fiebant, contristati sunt ualde, & uenerũt & narrauerunt domi
no suo oia quæ facta fuerant. Tunc uocauit illũ dominus suus, & ait illi: Serue ne
quam, omne debitum dimisi tibi, quoniã rogasti me. Nõne ergo oportuit & te mi
sereri cõserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eũ
tortoribus, quoadusq̃ redderet uniuersum debitũ. Sic & pater meus cœlestis faci
et uobis, si nõ remiseritis unusquisq̃ fratri suo de cordibus uestris. ¶ Regnũ cœlo
rum, regnũ CHRISTI. Homo rex, deus, pater noster cœlestis. Serui debitores, peccatores. Incipit rex ponere rationẽ cũ seruis, cũ nunc terrore mortis, nunc flagello conscientiæ, nunc gehennæ metu, aut consimilibus, ad cogitandũ dissipationem gratiarum, & peccata cõmissa compellit. Debita, gratiæ restituendæ, & earũ opera. Seruus oblatus, magnus peccator. Decẽ milia talentorũ, debita gratiæ dissipatæ, & earũ opera; in quorum locũ suffecta sunt peccata in deum grauia & multa. Iussio uenundationis ipsius, & uxoris, & liberorum, & uniuersorum quæ habebat: cõminatio diuinæ iusticiæ, perditionis & animæ & corporis, & omniũ potentiarum & operũ. Quod procidit seruus, humiliantis se peccatoris est signũ. Quod promittit omnia se redditurũ, resipiscentiã pollicet, uitaq̃ emendationẽ, & iuxta diuinæ legis sancita satisfactionẽ. Qd' ad solã precẽ dñs misertus est eius, & ipsũ absoluit, & omne debitũ, cũ tantũ esset, illi remisit atq̃ donauit, magnã & inestabilẽ erga peccatores se humiliãtes, & resipiscere uolẽtes, clementiã dei, miserationẽq̃ ostẽdit. Egressus seruus intelligit, cũ liberatus est à periculo, ut à graui infirmitate, flagello cõscientiæ, metu gehẽnæ, aut similibus. Cõseruus qui debebat ei centũ denarios, is est qui in eũ peccauerat, eratq̃ ei in aliquo debitor. Centũ denarij, leuia & pauca in hominẽ ob infensam in ipsum cõmissam debita, respectu eorũ quæ deo debent. Quid em̃ denarius ad talentũ, & quid centũ ad decẽ milia? Suffocatio

seueram

seueram exactionem designat. Idem & carcer. Quod conseruus procidit & pollicetur se redditurũ debitũ, humiliationẽ, & promissionem satisfaciendi homini significat. Conserui qui cõtristati sunt, angeli dei, conserui indigna passi, & pro uirili fratri satisfacere uolentis, deo offerentes memoriã: contristantur enim angeli, q̃ñ contra diuinam imitationẽ, à qua ipsi nunq̃q̃ egrediuntur, nonnihil homines moliũtur. Seruus ille crudelis, & immisericors, & nequaq̃q̃ diuinam æmulatus misericordiã, uocatur à dño suo per mortem. Ira domini eius, diuina uindicta est. Tortores, dæmones, & pœnæ ultrices. Locus tormẽtorũ, infernus, unde nunq̃q̃ quisquàm est exiturus, si sit inexpiabile delictum: aut debitum tale, pro quo pœnis satisfieri non possit: alioqui enim satisfactoriæ pœnæ putantur. Sic deus nihil de quo non sit satisfactum, uel in hoc uel in altero mundo, sinere uult inultum: nisi enim aliquando misericordiæ dei & iusticiæ eius posset esse satisfactum, nõ diceret; Tradidit eum tortoribus, quoadusq̃ redderet uniuersum debitũ: ubi illud, quoadusq̃q̃, tempus satisfactoriæ pœnæ designare uidetur. Ex quo etiam loco, purgationũ loci coniectura sumitur. Ex his, quantũ deus indulsit, patere potest parabolæ mysteriũ. Ex qua colligere possumus, deum adeo uelle nos erga fratres esse misericordiæ suæ æmulatores: quod nisi remittamus eis etiam ex animo quæ in nos peccant, exigua nimirũ & pauca: neq̃q̃ nobis remissurus est; quæ in eũ peccamus, grauia quidem & multa: neq̃q̃ aliter orandũ præcepit, ut ipse remittat nobis debita nostra, nisi sicut remittimus debitoribus nostris: quibus q̃ fieri posset, ut nõ remitteremus peccata, q̃ deus petẽtibus remisit? Simus ergo inuicẽ misericordes, ut à cœlesti patre nostro, cuius miseratiões sup oĩa opa eius, misericordiã p filiũ eius dñm nostrũ cõsecuti, ipsũ eũ eodem & spiritu sancto glorificemus, & nunc & in oĩa secula seculorũ, Amen. Psal. 144.

CAPVT DECIMVMNONVM.

IT factũ est, cum consummasset IESVS sermones istos, mi- 183
grauit a Galilæa, & uenit in fines Iudææ trans Iordanem
& secutæ sunt eũ turbæ multæ, & curauit eos ibi. ¶ Et ac- 184
5 cesserunt ad eum pharisæi, tentantes eum & dicentes: Si li
cet homini dimittere uxorẽ suam quacunq̃ ex causa? Qui
respondens, ait eis: Non legistis quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrẽ & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Itaq̃ iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet.
10 ¶ Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij, & di- 185
mittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiã cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras: ab initio aũt non fuit sic. Dico autem uobis, quia quicunq̃ dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationẽ, & aliã duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur ¶ Dicunt ei discipuli 186
15 eius: Si ita est causa hominis cũ uxore, nõ expedit nubere. Qui dixit illis:
Nõ omnes capiũt uerbũ istud, sed quibus datũ est. Sunt em̃ eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnũ cœlorũ. Qui potest capere capiat. ¶ Tũc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret, & 187
20 oraret. Discipuli aũt increpabant eos: ISEVS uero ait eis: Sinite paruulos

& nolite

Universidad de Deusto
Biblioteca

& nolite eos prohibere ad me uenire: talium est enim regnum cœlorum.
188 ¶ Et cum imposuisset eis manus, abijt inde. Et ecce unus accedens, ait illi:
Magister bone, quid boni faciam, ut habeam uitam æternam? Qui dixit
ei: Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, deus. Si aũt uis ad uitã
ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? IESVS autem dixit: Non homici 25
diũ facies. Non adulterabis: Non facies furtũ: Non falsum testimonium
dices. Honora patrem tuũ & matrem. Diliges proximũ tuũ sicut teipsum.
Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui a iuuentute mea, quid adhuc
mihi deest? Ait illi IESVS: Si uis perfectus esse, uade, uẽde oĩa quæ habes
& da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlo: & ueni, sequere me. Cũ au- 30
disset autẽ adolescens uerbũ, abijt tristis: erat enim habens multas posses-
189 siones. ¶ IESVS autem dixit discipulis suis: Amen dico uobis, quia diues
difficile intrabit in regnũ cœlorum. Et iterum dico uobis: Facilius est ca-
melũ per foramen acus transire, q̃ diuitem intrare in regnum cœlorum.
190 ¶ Auditis autem his, discipuli mirabantur ualde dicentes: Quis ergo po 35
terit saluus esse? Aspiciens aũt IESVS, dixit illis: Apud homines hoc im-
191 possibile est, apud deum aũt omnia possibilia sunt. ¶ Tũc respõdens Pe-
trus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit
nobis? IESVS autem dixit illis: Amen dico uobis, quod uos qui secuti e-
stis me in regeneratiõe, cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, se 40
debitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.
Et omnis qui reliquerit domũ, uel fratres, aut sorores, aut patrem aut ma-
trem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplũ ac
cipiet, & uitam æternam possidebit. Multi autem erũt primi, nouissimi:
& nouissimi primi. 45

ANNOTAT. BREVES XXII. CIRCA LITERAM CAP. XIX.

4 dicentes *αὐτῷ ei
6 qui fecit – hominem
8 in carne una
εἰς σάρκα μίαν
in carnem unam
10 dimittere *αὐτὴν eam
15 nubere
γαμῆσαι
nuptias inire
16 capiunt
χωροῦσι
capaces sunt
17 facti sunt
εὐνοῦχοι ἐγένησαν
facti sunt eunuchi
18 castrauerunt
εὐνούχισαν
19 capere, capiat,
χωρεῖν, χωρείτω
19 paruuli
παιδία
20 ait – eis
24 interrogas de bono?
λέγεις ἀγαθόν
dicis bonum
24 unus est bonus, deus.
εἷς ἐστιν ἀγαθός εἰ μὴ
εἷς, ὁ θεός
nullus bonus nisi
unus, deus.
27 matrem *καὶ &
29 Vende – omnia
31 tristis
34 cœlorum
τῶν θεῶν
dei
35 mirabantur
ἐξεπλήσσοντο
dicis bonum
40 in regeneratione
ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ
40 maiestatis.
δόξης
43 centuplum
ἑκατονταπλασίονα
plurale
45 possidebit
κληρονομήσει
tristicia affectus
λυπούμενος

COMMEN-

COMMENTARIVS IN CAPVT DECIMVMNONVM.

DOminus per superiora Galilææ procedens uersus Bethaboram, tan
dem transmisso flumine Iordane, qui terras illas præterlabitur, et ex-
oneratur in lacũ Asphaltidem, à Galilæa peruenit in Iudæã. Quod in
» sinuat Matthæus, cum ait. ¶ Et factũ est cũ cõsummasset IESVS ser 183
» mões istos, migrauit a Galilæa, & uenit ĩ fines Iudææ trãs Iordanẽ, &
» secutæ sunt eũ turbæ multæ, & curauit eos ibi. ¶ In Galilæa, in Tyro, & Sidone, in
Samaria, in Iudæa, denicq; omnibus in locis ostẽdebat, & relinquebat dominus suæ
pietatis, clementiæ, & beneficentiæ signa, ut omnes ad uitã inuitaret, & inuitatos
adduceret: adduci aũt sine fide nõ poterant. Ideo oẽs adducere uolebat ad fidẽ, &
hanc quidẽ fidem, quod ipse esset, ut & uere erat, CHRISTVS filius dei uiui. Qd
ut eius mirifica testabantur opera, ita & discipuli, & turbæ ipsæ credebant: sed Pha
risæi Marpesia caute duriores, nullis signis credere uolebant: adeo ut etiam aude-
rent eũ tentare, ut in aliquo possent eũ, qui dei sapientia est, arguere. Quod expri-
» mit Matthæus dicens. ¶ Et accesserunt ad eũ pharisæi tentantes eũ, & dicentes: Si 184
» licet homini dimittere uxorẽ suã quacũq; ex causa? Qui respõdens ait eis: Non le-
» gistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculũ & fœminã fecit eos? Et dixit: Pro-
» pter hoc dimittet homo patrẽ & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in
» carnem unam. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus cõiunxit, ho-
» mo nõ separet. ¶ Quanq; dominus cognoscebat pharisæos non studio discẽdi, sed
tentandi, & reprehendendi uenisse ad se: benignitatẽ tamen suam eis nõ denega-
uit, sed ex. 1. & 2. cap. Geneseos omni cũ modestia interrogationi eorũ satisfecit,
ubi. 1. cap. sic legitur: Et creauit deus hominem ad imaginem, & similitudinẽ suam *Gen. 1.*
ad imaginẽ dei creauit illũ, masculũ & fœminam creauit eos. Et. 2. sic: Et ædificauit *Gen. 2.*
dominus deus costam, quã tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adã,
dixitq; Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc uocabitur
uirago, quoniam de uiro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum,
& matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quæ uerba, Quam
obrem relinquet homo patrẽ suũ, & quod sequitur, uidetur Euangelium tribuere
deo. Et recte quidẽ: nam & si in historia Geneseos hæc Adam loqui uideatur, loq̃-
batur tamen in spiritu, & spũs dei erat qui hæc loquebatur: nam cũ mysteriũ, quod
loq̃batur, fieret, dormiebat. Recte ergo intelligũtur esse uerba dei, tũ quod factum
erat, tũ quod erat futurũ enũciantis. Ex quibus uere colligit dominus, uirũ & uxo-
rem esse unã carnẽ, id etiam dicente deo, & cõiungente illos. Ex quo probe sequi-
tur, cũ deus uirũ & mulierẽ coniũxerit, illos hominẽ separare nõ debere, neq; lice-
re qualibet ex causa dimittere uxorem. Ex uerbis dei, & opere eius CHRISTVS
hãc suã doctrinã, rationemq; duxit; contra quã quid ualere põt ratio q̃ ab hoĩe du-
cta sit? Attã phariæi contra ex hominis rationem adducũt, tanq; præponentes Mo
» sem deo. Quod insinuat Matthæus per id quod subdit dicẽs. ¶ Dicũt illi: Quid er 185
» go Moyses mãdauit dari libellũ repudij, & dimittere? Ait illis: Qm̃ Moyses ad du
» ritiã cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras: ab initio aũt nõ fuit sic.
» Dico aũt uobis, quia quicunq; dimiserit uxorẽ suã, nisi ob fornicationẽ, & aliã du-
» xerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. ¶ De hac pmissione libelli re
pudij, quod hominis sit, non dei ordinatio, dictũ iam est cap. 5. huius, numero. 43.
Hæc aũt solũ ad duritiã cordis eorũ, qui ea q̃ dei erant & spiritus, sapere non pote
rant, sed q̃ carnis & concupiscẽtiarũ, facta fuerat, utpote licentiosa indulgentia: q̃
à uiris dei, & secundũ spiritũ incedentibus reijcienda est. Porro sententia domini
quãuis diuinã habeat intelligentiam, ueritatemq;: dura tamen uisa est discipulis, ut
» ait Matthæus, sic inquiens. ¶ Dicũt ei discipuli eius: Si ita est causa hoĩs cũ uxore, 186
non

Universidad de Deusto
Biblioteca

» non expedit nubere. Qui dixit illis: Nõ omnes capiunt uerbũ istud, sed quibus da
» tum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt. Et sunt eunuchi, qui
» facti sunt ab hoibus. Et sunt eunuchi, qui seipsos castrauerũt propter regnũ cœlo=
» rum. Qui potest capere, capiat. ¶ Cũ dominus ait: Nõ omnes capiũt uerbũ istud,
scilicet q̃ non expedit nuptijs intendere, sed quibus datum est: uirginitatis statum
nuptijs præfert, sed nõ omnes capaces sunt huius dicti: id enim hic significat χωρεῖν
capiũt. Qui ergo capaces sunt? Hi soli profecto, qui hoc à deo dono cõsecuti sunt,
ne putetur hoīs esse, ijs aũt qui tales sunt, multo melius est nuptias nescire, at uero
qui tales nõ sunt, nihil obstat, quin eis ut plurimũ nuptijs intẽdere expediat. Nõ ta
men omnes qui nuptijs nõ intendũt, diuinũ hoc habent donũ: nã nulli eunuchorũ
nuptijs intendũt, qui triplices sunt: quidã natura, ut qui sic nascũtur; quidã artificio
uel potius maleficio, ut execti ab hominibus; alij gratia, qui cũ neq̃ natura neq̃ ma
leficio sint eunuchi, se tamen castrãt (gratia quidẽ ad hoc habita), ppter regnũ dei:
& hi soli sunt, qui hoc cœleste donũ nacti sunt, ut in carne uiuẽtes puritatẽ habeãt
angelicã, & imitentur uiri quidem in sexu uirili CHRISTI IESV castimoniã: mu
lieres autẽ in sexu fœmineo uirginis matris, quæ deũ peperit, uirginitatẽ. Sed hoc
(inquies) nullus potest, quin ad id donũ gratiamq̃ habeat. Verum est: sed qui gra
tiam habet omnimodã, is autẽ est deus: ijs qui ad hoc quantum possunt, student, &
se præparant, hanc gratiã denegaturus nõ est. Ideo hortaī nos dominus, ut quisq̃
quoad fieri potest, studeat fieri capax. Hoc enim est quod ait: Qui potest capere,
capiat, id est, Qui potest fieri capax, fiat capax; unũquenq̃ ad hoc studiũ inuitans.
Quod cum dixisset dominus, qui erant in turba, fidem suã, & deuotionis affectum
testãtes, obtulerũt ei paruulos suos, ut illos sancta sua manu tãgeret, & eisdẽ felicia
187 ,, imprecaretur. Quod & hoc modo subdit Matthæus. ¶ Tũc oblati sunt ei paruuli,
» ut manus eis īponeret & oraret. Discipuli aũt increpabãt eos. IESVS uero ait eis:
» Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me uenire: taliũ est enim regnũ cœlorum
¶ Discipuli increpabãt, nõ pueros qui offerebãtur, sed eos qui offerebant. Qd̃ ex
Marci.10. Marco cognoscit, dicente cap. 10. Discipuli aũt cõminabantur offerẽtibus. Quod
aũt id facerent, ex eodem quoq̃ Marco indigne tulit dominus. Per pueros paruu=
li spiritu designant: quales maxime ad se uenire uult dominus. Quos si quis prohi
beat, aut eis aliquod ingerat impedimentũ ne ad eum ueniant, dei indignationẽ in=
currit, cũ nulla talibus ullo modo dari ad ipsum ueniẽdi impedimenta præcipiat, ut
diuinũ sentiant attactũ, diuinamq̃ benedictionẽ recipiant: quæ manuũ attactus &
bona imprecatio designant: tales enim sunt beati, taliumq̃ est regnũ beatorũ. Hoc
illic de pueris præmisso mysterio, transijt inde dns, ut ait Matthæus, inquiens hoc
188 ,, modo. ¶ Et cũ imposuisset eis manus, abijt inde. Et ecce unus accedens, ait illi: Ma
» gister bone, quid boni faciam, ut habeã uitam æternã? Qui dixit ei: Quid me inter=
» rogas de bono? Vnus est bonus, deus. Si aũt uis ad uitã ingredi, serua mandata. Di
» cit illi. Quæ? IESVS aũt dixit ei. Nõ homicidiũ facies. Non adulterabis. Nõ facies
» furtum. Nõ falsum testimoniũ dices. Honora patrem tuum & matrem. Et diliges
» proximũ tuũ sicut teipsum. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute
» mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi IESVS: Si uis perfectus esse, uade, uende oīa
» quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlo: & ueni sequere me. Cũ
» audisset aũt adolescens uerbũ, abijt tristis: erat enim habens multas possessiones.
¶ Is qui accessit & dominũ uocauit bonum, cum ait: Magister bone, & de bono in
terrogauit, cum ait: Quid boni faciam? & cum ipse nesciret quid esset bonũ, domi
Marci.10. nus ex Marco & Luca respõdit illi: Quid me uocas bonũ? & hic etiã ex Matthæo:
Lucæ.18. quid me interrogas de bono? Ac ptinus instruit eũ quid sit uere bonũ: nã unus est
bonus, deus scilicet, ad quem unum respiciendũ est, ut uita habeatur æterna. Atqui
illum

illũ nõ attendimus, si mandata eius negligimus. Proinde dixit illi dominus: Si uis
ad uitã ingredi, serua mãdata dei, qui solus bonus, & uere quidẽ bonus est. Adole=
scens autẽ respondit, se ea ab ineũte ætate obseruasse. Verũ id falsum erat: cũ plus
amaret diuitias quàm deum, plus terrena quàm cœlestia. Ideo ut & eum falsum re=
spondisse ostẽderet, & à stulto liberaret amore, iussit dominus ut uẽderet oīa quæ
habebat, et daret pauperibus, & sequeretur se, ut thesaurũ haberet in cœlo, quouis
terreno potiorem. At ille stultissimus hominũ, plus dilexit diuitias quàm deũ, plus
terrenã & caducã uitã, quàm cœlestem & æternã. In quo subindicauit se non cape=
re quid noīe boni esset intelligendũ, cũ diceret: Magister bone, et quid boni faciã?
Et abijt tristis, nolẽs pro thesauro æterno terrenas diuitias ad opera pia cõmutare.
Cuius exemplo dominus ostẽdit quàm periculosum sit, diuitem esse in hoc mũdo,
,, ut prosequitur Matthæus, dicẽs. ¶ IESVS autẽ dixit discipulis suis: Amen dico uo 189
,, bis, quia diues difficile intrabit in regnũ cœlorũ. Et iterũ dico uobis: Facilius est ca=
,, melum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnũ cœlorum. ¶ Di=
uitem eũ appellamus, qui amore diuitijs adhæret, aut habitis, aut certe quibus inhi
at habẽdis, & in eisdẽ fidit: difficile autem est talem, uitã adipisci æternã, quod est in
regnum intrare cœlorũ. nam anima amore uiuit, sed superno: hic autem amor, non
supernus, sed infernus est. Sed & cum sit cuiuis amori propriũ, agglutinare eũ qui
amat rei amatæ: hic infelix amor, qui nõ nisi mortifera concupiscẽtia est, cor diuitis
diuitijs tenacissime agglutinat: à qbus tamẽ nisi auellatur: quãquã satis nõ est auel=
li, sed opus est insuper ut opposito amore deo (cui, ut inquit propheta, adhærere bo Psal.72.
num est, & ponere in domino spem suã) agglutinetur, quod difficile est: ille nõ po=
terit intrare in regnũ cœlorũ. Quod adeo difficile est, ut facilius sit (quod ait domi
nus) camelum, siue rudentem nauticũ intelligas, siue animal tuberosum, trãsire per
foramen acus; quod de hoc uidetur penitus esse īpossibile: de illo, admodũ difficile:
nam si exiguũ filũ uix trãseat per foramẽ acus, quomodo funus adeo crassus, ut re=
tinendis nauibus sufficiat, per illud trãsibit? Hac similitudine insinuat dominus salu
tem diuitũ huius mũdi, esse propemodũ impossibilẽ. Et cuius gratia? Certe nostræ
salutis, ut auertat nos ab amore diuitiarum, & confidentia in eis, & conuertat ad dei
amorem, & spem, plenamq̃ in eo fiduciã. His tamẽ auditis, mirati sunt discipuli: ut
,, subinde aperit Matthæus, dicens. ¶ Auditis autem his, discipuli mirabantur ualde, 190
» dicentes: Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciẽs autẽ IESVS, dixit illis: Apud ho=
» mines hoc impossibile est, apud deũ autẽ omnia possibilia sunt. ¶ Quia audiuerãt
adolescentem non homicidam, nõ adulterum, non furẽ, non falsum testẽ: sed hono
rantem patrem & matrẽ, & diligentẽ proximũ sicut seipsum, & hoc ab ineunte æta
te: ob id solum regno cœlorũ priuatũ quod diues esset: subit eos admiratio, qui fie=
ri possit, ut quisquã saluetur, cum pauci inueniantur tam diligentes ut ille, diuinorũ
præceptorũ obseruatores? Quorum admirationi satisfacit dominus, dicẽs nõ esse
tribuendum potestati humanæ, quod quisquã saluetur, sed diuinæ: nã id quo ad ho=
mines impossibile est, deo autẽ omnia possibilia sunt. Proinde in eo solo fidamus,
apud quẽ est nostræ potestas salutis, non in nobis ipsis, nõ in nostra potestate, nõ in
diuitijs, & sic saluari poterimus: non nostra quidẽ, sed dei potestate: nec nostra sed
dei uoluntate, qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem uenire uerita
tis. Hæc est unica uia salutis, quærere scilicet eũ unicũ qui uult et potest saluare: qui
præcognoscitur fide, quæritur spe, & tangitur amore. At quia Petrus audiuerat do
minum dicentem adolescenti, qui nimiũ hærebat diuitijs: Vade uende omnia quæ
habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & ueni, sequere me. Interro
gat eum, quam gratiam recepturi sint, qui affectu reliquerũt omnia (etsi non uendi
derint ea, & pauperibus erogauerint) & secuti sunt eũ, cuiusmodi & ipse erat & cæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

teri, quos pro duodenario tribuũ Israël numero, delegerat dominus. Cuius etiam
191 interrogationi satisfacit dominus, reserante Matthæo, dicens. ¶ Tũ respõdens Pe
trus, dixit ei: Ecce nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? IE
SVS aũt dixit illis: Amẽ dico uobis, quod uos q̃ secuti estis me, in regeneratiõe, cũ
sederit filius hoĩs in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iu
dicantes duodecim tribus Israël. Et oĩs qui reliquerit domũ, uel fratres aut sorores,
aut patrẽ aut matrẽ, aut uxorẽ aut filios, aut agros propter nomẽ meũ: centuplũ ac
cipiet, & uitã æternã possidebit. Multi aũt erũt primi, nouissimi: & nouissimi, primi.
¶ Præmiũ magnũ, magnaq̃ gratia repẽdetur apostolis in altero seculo. nã qui in re
generatione, ĩ noua baptismatis gratia, ĩ ea natiuitate, quæ ex deo est, & filiorũ dei
(hoc siquidẽ esse παλιγγενεσίαν, manifeste aperit Paulus ĩ epistola ad Titũ, cap. 3.) se
cuti dominũ fuerãt, cũ omnes homines resurgẽt, CHRISTO sedẽti ĩ sede maiesta
tis suæ coassidebũt, & iudicãti cõiudicabunt duodecim tribus Israël, quæ est uniuer
sa credentiũ multitudo, quod magnã, quã in regno beatorũ habituri sunt, præemi
nentiam pariter & gloriã ostendit. Et qui eorũ imitatione, quippiam cui immodico
adhærebat amore, ut domũ, fratres, sorores, patrẽ, matrẽ, uxorẽ, liberos, aut domi
nia, & possessiones propter amorẽ CHRISTI dimiserit, & eũ secutus fuerit, centu
plam gratiam in hoc mũdo (ut Marcus et Lucas sentiũt) accipiet, & in altero uitam
æternam. Sed inquies, acceperunt'ne apostoli centuplũ in hoc mundo? Etiam, imo'
plus q̃ cẽties cẽtuplũ, si spiritũ attẽdas. Quot enim domos Petrus pro una aut alte
ra quã dimiserat, inuenit ĩ hoc mũdo? Quot Paulus? Si Petrus dimisit fratres aut so
rores, quot milia fratrũ & sororũ spiritualiũ iuenit? Si patrẽ aut matrẽ, quot spiritua
les & patres & matres nactus est, q̃ maiori eũ charitatis & dilectiõis affectu prose
quebantur, quàm unquã prosecuti fuerint pater & mater carnalis? Si uxorẽ, quot
ei casto spiritu cõiunctæ sunt? quanquã carnalis quoq; uxor, cõiunx spiritualis ei ef
fecta est, quẽ & sancto martyrio præcessit ad CHRISTVM. Si filias, quot illi fuere
filiæ spirituales? At uero & Petronilla filia eius secũdum carnẽ, filia spũalis effecta
est, quã nõ tantũ dilexit, quia filia carnis erat, quàm qã filia spiritus; quæ sacrata uir
ginitate filio dei, pro corruptibili marito, æternitatis sponsum cõsecuta est. Et quis
non uidet ita esse in ijs, qui pro nomine IESV (nõ enim dico pro nomine cuiusquã
alterius) omnia reliquerũt, & ipsum uero ac flammante secuti sunt amore? dico aũt
uero; nã hic omnium maxime uerus est amor. Si enim cuiusquã alterius te detineat
amor, qui est affectus te ipsi agglutinãs, nõ sequeris CHRISTVM, etenim nullus
affectus nisi CHRISTI sequitur CHRISTVM. Et qui plus amat, alios præcedit:
qui minus, sequitur. Hinc multi primi erũt nouissimi, ijs scilicet q̃ primi erãt, ad affe
ctũ terrenorũ relabẽtibus, aut certe' minus amãtibus: & nouissimi, primi, ijs scilicet
qui nouissimi erant, plus q̃ qui primi, propter nomen CHRISTI se suaq̃ abdican
tibus, & eundem magis amantibus. Etsi id: Multi autem primi, erunt nouissimi: &
nouissimi, primi: dictũ sit de Iudæis & gẽtibus. Nã Iudæi tẽpore ueteris legis erãt
primi, & præcedebant sequendo deũ, gentiles: ultimi adueniente autem noua, mul
ti Iudæorum effecti sunt nouissimi, & multi gentiliũ primi; ut qui omnibus relictis,
CHRISTVM sunt secuti. Ergo nitamur abdicatione nostri & nostrorum, sequi
CHRISTVM, non pro alio nomine quàm CHRISTI: face quidem amoris accen
sa in cordibus nostris: & centuplum accipiemus in hoc mundo, & uitam æternam
hæreditate possidebimus in altero, in quo gaudium nobis nunquam defuturũ est,
per benedictionem summi patris, & filij eius domini nostri, & spiritus sancti infuso
ris totius boni, qui deus sunt unitrinus. Cui laus, honor, decus, uirtus, gloria & gra
tiarum actio in perennia seculorum secula. Amen.

Caput

CAPVT VIGESIMVM.

Simile est regnum cœlorũ homini patrifamilias, qui exijt 192
primo mane conducere operarios in uineam suã. Conuen
tione autẽ facta cũ operarijs ex denario diurno, misit eos
in uineã suã. Et egressus circa horã tertiã, uidit alios stan
5 tes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & uos in uineã meã, &
quod iustũ fuerit dabo uobis. Illi autẽ abierunt. Iterũ autẽ exijt circa sextã
& nonam horam, & fecit similiter. Circa undecimam uero exijt, & inuenit
alios stãtes, & dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicũt ei: Quia ne
mo nos conduxit. Dicit illis: Ite & uos in uineam meam. Cum sero autem
10 factũ esset, dicit dominus uineæ procuratori suo: Voca operarios, & red
de illis mercedem: incipiens a nouissimis usq̃ ad primos. Cum uenissent
ergo qui circa undecimam horam uenerant, acceperũt singulos denarios.
Venientes autẽ & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: accepe
runt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabãt aduersus
15 patremfamilias, dicẽtes: Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares illos no
bis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstus? At ille respondens uni
eorum, dixit: Amice non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario conueni
sti mecum? Tolle quod tuum est, & uade. Volo autem & huic nouissimo
dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod uolo, facere? An oculus tuus ne
20 quam est, quia ego bonus sum? Sic erũt nouissimi, primi: & primi, nouis
simi. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi. ¶ Et ascendens IESVS Hie 193
rosolymam, assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis: Ecce ascen
dimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ
& Scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illu
25 dendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. ¶ Tunc 194
accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cum filijs suis, adorans & petens
aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut sedeãt hi duo filij mei
unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistrã in regno tuo. Respondens au
tem IESVS, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego
30 bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bi
betis, sedere autem ad dexteram meam uel sinistram, non est meum dare
uobis, sed quibus paratum est a patre meo. Et audientes decem, indignati
sunt de duobus fratribus. ¶ IESVS autẽ uocauit eos ad se, & ait: Scitis quia 195
principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem
35 exercent in eos? Non ita erit inter uos. Sed quicũq̃ uoluerit inter uos ma
ior fieri, sit uester minister: & qui uoluerit ĩter uos primus esse, erit uester
seruus. Sicut filius hoĩs non uenit ministrari, sed ministrare, & dare ani
mam suam in redemptionem pro multis. ¶ Et egredientibus illis ab Hieri 196
cho, secuta est eũ turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus uiam, audie
40 runt quia IESVS trãsiret, & clamauerũt dicentes: Domine, miserere nostri,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fili Dauid. Turba autē increpabat eos, ut tacerēt. At illi magis clamabāt, dicentes: Domine, miserere nostri, fili Dauid. Et stetit IESVS, & uocauit eos, & ait: Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum IESVS, tetigit oculos eorū. Et confestim uiderunt, & secuti sunt eum. 45

ANNOTATIONES BREVES XXXIII. CIRCA LITERAM CAP. XX.

1 Simile * γὰρ enim
2 primo mane
ἅμα πρωΐ
3 diurno,
τὴν ἡμέραν
in diem
5 quod
ὃ ἐὰν
quodcunque
7 uero * ὥραν horam
8 stātes * ἀργοὺς ociosos 27
9 uineam meam.
* Ὃ ὃ ἐὰν ἦ δίκαιον, 28
λήψεσθε 28
& quodcūq; fuerit iustum accipietis
11 Cum uenissent ergo
καὶ ἐλθόντων
Et cum uenissent
12 singulos denarios. 29
ἀνὰ δηνάριον
singuli denarium
& infra. 30
16 æstus?
τὸν καύσωνα
æstum
17 Amice
ἑταῖρε
17 Nonne - ex
18 Volo autem - & 30
19 Aut
An
facere?
* ἐν τοῖς ἐμοῖς
in ijs quæ mea sunt 31
nequam 34
πονηρὸς
secreto,
κατ' ἰδίαν
seorsum 34
* ἐν τῇ ὁδῷ in uia
uis?
* ἡ δὲ Illa autem
ad dextram
ad sinistram 36
ἐκ δεξιῶν
ἐξ εὐωνύμων
à dextris 36
à sinistris
& infra.
calicem 26
ποτήριον
poculum
bibiturus sum? 38
πίνω
bibo
* ἢ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ
βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι
aut baptismate q̄ ego
baptizor, baptizari
bibetis, 30
* Ἢ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ
βαπτίζομαι, βαπτισθήσεσθε
& baptismate quo ego
baptizor, baptizabimi-
dareuobis (ni
dominantur eorum, 38
κατακυριεύουσιν αὐτῶν
dominantur eis
dominantur in eas
maiores
μεγάλοι
positiuum
in eos?
in eas
maior
μείζας
positiuum
sit
ἔσται
futurum
erit
ἔσω
imperatiuum
suam - in
egredientibus
ἐκπορευομένων
uiderunt, 45
ἀνέβλεψαν
uisum receperunt
* αὐτῶν δὲ ὀφθαλμοὶ
eorum oculi

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVM.

192 DOminus proponit parabolam, ut intelligamus id, primos scilicet nō nunquā fieri nouissimos, & nouissimos primos, dicēs. ¶ Simile est regnum cœlorum homini patrisfamilias, qui exijt primo mane cōducere operarios in uineam suam. Conuentione autem facta cū operarijs ex denario diurno, misit eos in uineam suā. Et egressus circa horam tertiā, uidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & uos in uineam meam, & quod iustū fuerit, dabo uobis. Illi aūt abierūt. Iterū autē exijt circa sextā & nonā horā, & fecit similiter. Circa undecimā uero exijt, & inuenit alios stātes, & dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicūt ei: Quia nemo nos cōduxit. Dicit illis: Ite et uos ī uineā meā. Cū sero aūt factū esset, dicit dnūs uineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedē, incipiēs à nouissimis usq; ad primos. Cū uenissent ergo q̄ circa undecimā horam

horam uenerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autē & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patrēfamilias, dicentes. Hi nouissimi una hora fecerūt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & æstum? At ille respondens, uni eorum dixit: Amice, nō facio tibi iniuriā. Nōne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuū est, & uade. Volo autē & huic nouissimo dare sicut & tibi. An nō licet mihi quod uolo facere? An oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum? Sic erūt nouissimi primi: & primi nouissimi. Multi em̄ sunt uocati, pauci uero electi. ¶ Vita cōditionis humanæ quinq; partibus dispescitur, pueritia, adolescentia, iuuenta, senio, & ultima, quam nonnulli decrepitā uocant, ætate. Qui in pueritia mittunt̄, hora prima mittunt̄. Qui in adolescētia, hora tertia. Qui in iuuenta, hora sexta. Qui in senio, hora nona. Qui denicq; in defecta ætate, hora undecīa. Et uscq; adeo bonus est deus, ut ijs qui in ultima uitæ particula mittunt̄, si uineæ domini, quæ est lex gratiæ, lex amoris, lex perfectæ libertatis, reliquū uitæ suæ quantulumcunq; sit impendant: tantam fruitionem & gloriā impertiatur, quantam ex conductiōe in prima, aut promissione in media: ut gloria & merces nō imputetur operibus, sed bonitati, liberalitati, & gratiæ eius, qui per suam gratiā & misericordiam nos saluos facit, nō ex operibus iusticiæ quæ fecimus nos. Sunt tamen qui tāparui sensus sunt, ut qui à principio conducti sint: ipsos plus gloriæ accepturos existiment: quia diutius certando & sudando contra feruorē perturbationū euincendarum operati sunt. Adeo ut quodam modo contra deū murmurarēt, si scirent postremos fore æquales in gloria: ignorantes id nō operibus deberi, sed totū bonitati superbenigni dei tribuendū esse: quia merces est nō operis, sed gratiæ: & pactū quod deus nobiscum ferit, est pactū gratiæ & misericordiæ suæ: pactū quidem nō se obligantis, sed suam exuberantē bonitatē declarantis: sic & pmissio. Dilige ergo opus, quia opus multiplicis gratiæ dei, nos ad illud mittentis, & diligentissime exerce: magis tū dilige gratiā miserentis, maxime aūt omniū suscipe, admirare, & ama superfluentē illam bonitatis largitatē, omniū gratiarū fontem inexhausibilē. Ergo haud inconcinne regnum cœlorū, regnū CHRISTI designat. Homo paterfamilias, deū pr̄em cœlestē. Quod exit, diuina quædā uisitatio & uocatio est. Qd conducit, quod mittit diuinum pactum, promissio & impulsio. Qui mane mittunt̄, sunt qui in pueritia impellunt̄. Qui hora tertia, qui in adolescētia. Qui sexta, qui in iuuētute. Qui nona, qui in senio. Qui undecima, qui in fine uitæ. Vinea, lex CHRISTI, lex gratiæ, lex fidei pfectæ, quæ plenā in deo fiduciā secū trahere debet, consummantēq; charitatē. Operatiōes in uinea, opa fidei. Serū factū, finis uitæ. Procurator patrisfamilias, CHRISTVS non solū deus, sed & homo existens. Denarius quē singuli accipiūt, merces oīmodæ gratiæ, uita æterna, gloria sempiterna. Primi qui arbitrant̄ se plus accepturos, q murmurāt aduersus patrēfamilias: sunt qui uiuentes nō intelligūt summā dei liberalitatē, & aliquo modo fidūt opibus suis. Vltimi, qui nihil operibus suis fidūt: quippe qui tanto tēpore nihil opati sunt, sed cū tarda hora operari cœperīt, & pene nihil, solā expectāt dei uolūtatē. Et hi sola diuina electione saluari dicunt̄, primi uero pacto, mediī promissione. Quod iustū (inquit) fuerit, dabo uobis. Verū qui operibus suis aliquo modo fidunt, minus deo fidunt, minusq; amant deum: qui aūt nullo modo, sed pacto, sed promissioni, imo omnia deo tribuūt, plus deo fidunt. Cuius ineffabili bonitate, qui nouissimi fuerūt operando, facti sunt primi gratiā recipiendo. Et qui primi operando, nouissimi gratiā recipiendo. Quare bonū est quantūcunq; quis operetur, quod impulsionis dei est, soli bonitati dei fidere: uoluntatis em̄ dei & superbonæ quidē uoluntatis est, q̄ saluamur, nō nostræ. Nostra enim nihil ad hoc ipsum efficaciter potest, dei aūt omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest. Ii portauerũt põdus dici, id est æstũ, qui ab ineũte ætate cõcupiscẽtias et tentationes euicerũt. Porro ad uineã patrisfamilias excolendã uocati sunt oẽs, q Euãgeliũ CHRISTI audierũt. Sed nõ oẽs electiõe saluati dicũtur: sed quidã pactione, & quidã promissiõe, plus minus ue operãtes: electiõe aũt quippiã uel pexiguũ operãtes, ut latro ĩ cruce: & hi sunt pauci, ne quis nimiũ cõfidẽs, differat operari. Vocati autẽ, & alijs modis saluari possunt multi. Et hoc, si ĩ fine uitæ operari nõ desistãt: nã qui bonũ dei uerbũ, idẽq; saluificũ audierũt, & nõ sunt operati, aut citra uitæ terminũ ab opibus destiterũt, uocati sunt, at salute priuabũtur. Quid enim iuuaret, si in
Matth. 10. uineã missus opareris, sed nõ usq; ad finẽ? nã scriptũ est: Qui autẽ pseuerauerit usq; in finẽ, hic saluus erit. Hac ergo parabola declaratur supbenigni dei bonitas, q oẽs saluãdos uisitat, uocat, impellit: quosdã ueluti ex pacto, quosdã promissiõe, quosdã sola electiõe, & exuberãti uolũtatis suæ bonitate: operãtes, ad suã quidẽ gloriã uolens saluos facere. Qua parabola finita, ascẽdit dñs Hierosolymã, ascendit dico: nã ex Hiericho soluerat, ut numero, 196. cognoscitur. Hiericho autẽ ĩ humiliore parte
193 " iacet, ex qua ascẽdunt q Hierosolymã petũt. Ait ergo sic Matthæus. ¶ Et ascẽdẽs
" IESVS Hierosolymã, assumpsit duodeci discipulos secreto, & ait illis: Ecce ascẽ-
" dimus Hierosolymã, & filius hoĩs tradetur principibus sacerdotũ & Scribis: & con-
" demnabunt eũ morte: & tradẽt eũ gentibus ad illudendũ, & flagellandũ, & crucifi-
" gendum, & tertia die resurget. ¶ Dominus noster duodecim apostolis suis, seorsum frequẽter inculcare solebat passionis suæ memoriam, ut iam quoq; superius tactum est capitibus. 16. & 17. numeris. 160. & 170. Quod & hic fecit: partim ut sic diuinitatem ipsius intelligerẽt, quẽ nihil latere poterat: cui ea quæ nondũ erant, neq; cogitata fuerant, æque præsentia erant, atq; si iam facta fuissent aut præsentia: partim ut in eis fidem resurrectionis indubitatam firmaret: quo minus illis molesta foret ob mortẽ eius absentia, quos tãbreui solatura esset ex resurrectiõe præsentia, quæ triduo solũ, & eo quidem incõpleto illis erat subtrahẽda. Cæterũ quia frequenter Iacobus & Ioannes audierãt loqui de regno dei, cuius specimen iam uiderãt in mõte sancto, ut capite. 17. dudum uisum est, & paulo post capite. 19. respõdente domino ad Petrũ, & dicẽte: Cũm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos sup sedes duodecim, iudicãtes duodecim tribus Israël: eius gloriosi regni innouata fuerat recordatio; suggesserũt Salomæ matri suæ uxori Zebedæi, ut id exoraret pro eis à domino, cui grata erat & officiosa, ut ipsorũ alter in dextera eius, & alterĩ sinistra in regno ipsius sederet. Quod ex uerbis Matthæi facile intelligit, di-
194 " cens. ¶ Tunc accessit ad eũ mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans & pe-
" tens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut sedeãt hi duo filij mei unus
" ad dexteram tuam, & unus ad sinistrã, in regno tuo. Respondens autem IESVS,
" dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quẽ ego bibiturus sum? Dicũt
" ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram
" meam uel sinistram, nõ est meum dare uobis, sed quibus paratum est à patre meo.
" Et audiẽtes decem, indignati sunt de duobus fratribus. ¶ Ambitio, honorisq; cupiditas, quæ ex respectu sui ipsius nascitur, & nõ nihil carnis habet, Iacobũ & Ioannẽ tẽtauerat. Vnde eos dominus iustè castigauit, dicẽs: Nescitis quid petatis. ubi eos tacitæ arguit simulatiõis, & ignorãtiæ paruæq; fidei. Simulationis quidẽ quod submisissent matrẽ, quasi id ipsi non peterẽt, sed sola matris solicitudo pro ipsis intercederet. Ignorantiæ uero & paruæ fidei, ut qui putarent hanc subornationẽ dominum latere, quem credere debebant omnia nosse. Non legerãt forte in psalmis, aut
Psal. 109. certè legẽdo parũ aduerterãt de domino dictũ esse: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Sedere igitur aut eẽ à dextris eius aut à sinistris, est paternæ ordinationis & cõstitutionis æternæ: nõ arbitrariũ, huic uel huic dare, etsi non negaret domi-

ret dominus, quin potius assereret suum esse id dare, sed quibus ordinatũ est à patre: nõ aũt pro eorum arbitrio ac uoluntate ipsis dare. Poterat & gloriosa illa uisio in monte sancto facta, ad ambitionem illam corda eorũ traxisse, sed ad humiliũ cogitationẽ auocat eos dominus, cum interrogat ipsos: Potestis bibere calicẽ quem ego bibiturus sum? quod designat: Potestis esse participes malorũ quæ ego passurus sum? Qui dixerunt (etsi forte nõ intellexerũt) possumus. Quibus dixit ita esse futurũ, ut memoria & recordatione illorũ caderet eorũ ambitio: & in ipsis obtineret humilitas, effugaretur ignorantia, & suboriretur diuinitatis eius uera fides & illuminatio. Sed & cæteri apostoli audientes, q Iacobus & Ioannes qui fratres erant id ambijssent: indignati sunt, & indignatiõe quidẽ quæ zeli quippiã & emulatiõis habebat. Proĩde eos dñs ad se accersiuit, sedauitq; ipsos, ad humilitatis spiritus studia reuocando, amputatis huiusmodi ambiendi zelandiq; affectibus. Qd sic aperit
" Matthæus. ¶ IESVS aũt uocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentiũ do- 195
" minantur earũ, & qui maiores sunt, potestatẽ exercent in eas. Nõ ita erit inter uos
" sed quicũq; uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos
" primus esse, erit uester seruus. Sicut filius hominis nõ uenit ministrari, sed ministra-
" re, & dare animam suam redemptionẽ pro multis. ¶ Non est spiritualiũ hoĩm, ut quis ambiat inter alios magnus fieri, & alijs dominari: sed gentiũ & eorũ qui mundo & concupiscentijs eius uiuunt, qui & mortui sunt deo, & spiritui. Ideo inter spirituales, si quis uelit magnus fieri, & ambiat alijs dñari, ministerio aliorũ deputetur, sitq; eorũ seruus, donec mortificatus fuerit is appetitus. Quomõ enĩ q̃diu seruus est cõcupiscentiæ, esset seruus spiritus: q̃ donec cõcupiscentia prorsus extincta fuerit, erit indignus? Et hæc sit inter spũales lex certa, inuiolabilisq; regula. Subinde exemplũ sui, ꝓposuit eis dominus, qui cũ is esset, de q̃ Daniel in sacra uisione di- Daniel. 7.
cit: Et ecce cũ nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat, & usq; ad antiquum dierum peruenit, & in cõspectu eius obtulerũt eũ. Et dedit ei potestatẽ, & honorẽ, & regnũ, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æternа, quæ nõ auferetur; & regnum eius quod nõ corrumpetur. Cum is, inquàm, talis Coloß. 1.
tantusq; esset, primatũ tamen nõ ambiuit, quẽ ipse natura tenebat in omnibus: non imperiose dominatus est, seruos sua potentia, qua etiã excellebat oĩa, cõpellendo; sed ministrare uenit, & animã suam dare redemptionẽ pro nationibus & populis, etiã innumeris, modo ipsi exemplũ humilitatis eius, & archetypæ benignitatis nõ fastidirẽt, sed sequerent & imitarentur ipsum. Sicq; & illos & istos dominus in spiritu mãsuetudinis repressit. Et hoc factũ est in egressu Hiericho, ut innuit Matthæ-
" us, dicens. ¶ Et egredientibus illis ab Hiericho, secuta est eũ turba multa. Et ecce 196
" duo cæci sedentes secus uiã, audierũt quia IESVS transiret, & clamauerũt, dicẽtes
" Domine miserere nostri fili Dauid. Turba autẽ increpabat eos ut tacerent. At illi
" magis clamabãt, dicentes: Domine miserere nostri, fili Dauid. Et stetit IESVS, &
" uocauit eos, & ait. Quid uultis ut faciã uobis? Dicũt illi: Domine ut aperiant oculi nostri. Misertus aũt eorum IESVS, tetigit oculos eorum. Et confestim uiderunt,
" & secuti sunt eum. ¶ Quod paulo ante fecit dominus in spiritu, in duabus apostolorũ partibus: quarũ cum utraq; esset cæca, illa ambitione, ista zelo & æmulatione, mẽtes cœlestis doctrinæ potẽtia illũinauit: hic in signo fecit uisibili, duos illũinando cæcos corpore. Ac ut illi secreto mentis attactu illuminati sunt, sic & isti corporis apto: & utriq; attactu misericordiæ. Misertus, inquit, eorũ IESVS, tetigit oculos eorũ. Vtq; illi secuti sunt dñm animo, sic continuo isti corpore. Sed maior gratia illis, q̃ istis facta est: nam illi suũ morbũ non agnoscebant, isti agnoscebant. Illi non requirebant opem, sed diuina benignitas præuenit eos, anteq̃ agnoscerẽt & confiterenẽ, sanare. Isti requirebãt, & cũ agnoscerẽt, exegit ab eis dñs confessionẽ sicq; eos sanauit. Qd turba increpante ut tacerẽt, multo fortius clamabant: indiciũ

est nobis cognoscentibus morbum nostrum, clamandum esse ad dominum, & impedimentis tentationibusq; ingruentibus multo fortius uociferandũ. Tunc eĩ miseratio dei ad ipsum nos adducit: & cõfessione facta, sancto suo attactu iustificat animas nostras, iustificati aũt confestim sequi debemus salutis nostræ authorẽ, tam optanda sanitatum beneficia largientem, summum patrem uenerantes, qui nos p filium suũ sanauit, & per spiritũ sanctũ illuminauit. Cui honor, potestas, & gloria in omnia seculorum secula, Amen.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

197 ET cũ appropinquassent Hierosolymis, & uenissent Bethphage ad montem oliueti: tunc IESVS misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatã, & pullũ cũ ea: soluite, & adducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit: dicite quia 5
dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem factũ est ut adimpleretur quod dictum est per prophetã, dicentem: dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum fili-
198 um subiugalis. ¶ Euntes autem discipuli, fecerũt sicut præcepit illis IESVS Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos uestimẽta sua 10
& eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba, strauerunt uestimẽta sua in uia. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebãt in uia Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Osanna filio Dauid. Benedictus qui uenit in nomine domini. Osan-
199 na in altissimis. ¶ Et cum intrasset Hierosolymam, commota est uniuersa 15
ciuitas dicens: Quis est hic? Populi autem dicebãt: Hic est IESVS prophetaa Nazareth Galilææ. Et intrauit IESVS in templum dei, & eijciebat oẽs uẽdentes & ementes in templo: & mensas numulariorũ, & cathedras uendentium columbas euertit, & dicit eis: Scriptum est: Domus mea, domus orationis uocabitur: uos autem fecistis illam speluncam latronũ. Et acces- 20
200 serunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. ¶ Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes: Osanna filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicũt? IESVS autem dicit eis: Vtiq;. Nunq; legistis, quia
201 ex ore infantium & lactentium perfecisti laudẽ? Et relictis illis, abijt foras 25
extra ciuitatem in Bethaniam: ibiq; mansit. Mane autem reuertẽs in ciuitatẽ, esurijt. Et uidẽs fici arborẽ unam secus uiam, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantũ, & ait illi: Nunquã ex te fructus nascatur in sem
202 piternũ. Et arefacta est cõtinuo ficulnea. ¶ Et uidẽtes discipuli, mirati sũt dicẽtes. Quomodo continuo aruit? Respõdens autem IESVS, ait eis: Amen dico uobis, si habueritis fidẽ, & nõ hæsitaueritis, nõ solum de ficul- 30
nea facietis, sed & si mõti huic dixeritis: tolle & iacta te in mare, fiet. Et o-
203 mnia quæcunq; petieritis in oratione credẽtes, accipietis. ¶ Et cum uenisset in templum, accesserunt ad eum docẽtem, principes sacerdotũ, & senio

res popu

35 res populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hãc potestatem? Respondens aũt IESVS, dixit eis: Interrogabo uos & ego unũ sermonem, quẽ si dixeritis mihi, & ego uobis dicã, in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis unde erat e cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes: Si dixerimus, e cœlo, dicet nobis: Quare ergo nõ
40 credidistis illi? Si aũt dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. Oẽs eĩ habebãt Ioannẽ sicut pphetã. Et respõdẽtes IESV dixerũt: Nescimus Ait illis & ipse: Nec ego dico uobis, in qua potestate hæc facio. ¶ Quid aũ 204
tẽ uobis uidetur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primũ dixit: Fili uade hodie operari ĩ uineã meã. Ille aũt respõdens, ait: No-
45 lo. Postea aũt pœnitentia motus, abijt. Accedẽs aũt ad alterũ, dixit similiter. At ille respondens ait: Eo dñe, & nõ iuit. Quis ex duobus fecit uolũtatẽ patris? Dicũt ei: Primus. Dicit illis IESVS: Amẽ dico uobis, quia publicani & meretrices præcedent uos in regno dei. Venit eĩ ad uos Ioãnes in uia iusticiæ, & nõ credidistis ei. Publicani aũt & meretrices crediderũt ei
50 uos aũt uidẽtes, nec pœnitẽtiam habuistis postea, ut crederetis ei. ¶ Aliã 205
parabolã audite: Hõ erat patersamilias, q plãtauit uineã, & sepẽ circũdedit ei: & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eã agricolis, & peregre pfectus est. Cũ aũt tẽpus fructuũ appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperẽt fructus eius. Et agricolæ apprehẽsis seruis
55 eius: aliũ ceciderũt, aliũ occiderũt, aliũ uero lapidauerũt, Iterũ misit alios seruos plures prioribus, & fecerũt illis similiter. Nouissime autẽ misit ad eos filium suum, dicẽs: Verebuntur forte filium meum. Agricolæ autem uidentes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, uenite occidamus eũ, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerũt extra uineã,
60 & occiderunt. Cum ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet agricolis illis? aiunt illi: Malos male perdet, & uineam suam locabit alijs agricolis, q reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis IESVS: Nunquam legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris
65 Ideo dico uobis, quia auferetur a uobis regnũ dei, & dabitur gẽti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidẽ istum, cõfringetur, super quẽ uero ceciderit, conteret eum. Et cũ audissent principes sacerdotũ, & pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret. Et quærẽtes eũ tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.

ANNOTAT. BREVES XXX. CIRCA LITERAM CAP. XXI.

2	oliueti,	5	dicite	6	autem* ὅλον totum
	τῶν ἐλαιῶν		ἐρῶτε	8	filiæ
	oliuarum		futurum		τῇ θυγατρὶ
3	castellum	6	dimittet		datiuus
	τὴν κώμην		ἀποστέλλει	8	mansuetus,* καὶ &
	pagum		mittit	11	desuper

ἐπάνω

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἐπάνω αὐτῶν
super illa
14 filio Dauid,
τῷ υἱῷ Δαβὶδ
datiuus.
16 Populi autem
οἱ δὲ ὄχλοι
Turbæ autem
26 mansit.
ἐμείνεν
diuersatus est
27 fici arborem
συκῆν
ficum
27 secus uiam,
παρὰ τὴν ὁδὸν
in uia
28 Nunquàm
μηκέτι
Non ultra

30 aruit * ἡ συκῆ ficus
31 de ficulnea.
τὸ τῆς συκῆς
id quod accidit ficui
32 tolle & iacta te
ἄρον καὶ βλήθητι
imperatiua passiua
39 inter se
ἐν ἑαυτοῖς
41 habebant
ἔχουσι
præsens
44 opari in uineã meã.
ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνί μου
operare in uinea mea
imperatiuum.
44 pœnitentia motus,
μεταμελεθεὶς
46 Eo domine.

ἐγώ κύριε
Ego domine
46 Quis
Vter
48 præcedent
προάγουσιν
præsens.
50 nec pœnitentiã habui
οὐ μετεμελήθητε (stis
nõ fuistis pœnitentia
51 Hõ * τις quidã (moti
57 Verebuntur – forte
59 habebimus
κατάσχωμεν
occupemus
59 uineam – suam
66 eius.
αὐτῆς
ut referat regnum

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Hiericho discesserat dominus, ut ueniret Hierusalẽ, & cũ attigisset montem oliueti, ex parte Bethphage, misit ad pagũ quendã duos è discipulis suis, ut inde soluerent asinam & pullũ asinæ, & adducerent ei. Quod subdit Matthæus, dicens. ◤ Et cum appropinquassent Hie
19 „ rosolymis, & uenissent Bethphage ad mõtem oliueti: Tunc IESVS
„ misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra uos est, & statim in-
„ uenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: soluite & adducite mihi. Et si quis uo
„ bis aliquid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet: & confestim dimittet eos.
„ Hoc autem factũ est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem:
„ Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pul-
„ lum filium subiugalis. ◤ Sunt qui putent castellum id ad quod misit eos dominus, fuisse Hierusalem, quam per contemptum nũcupauerit castellum, quod parum uerisimile est, eo quod Bethphage & Bethania sint ex ea parte mõtis, ex qua Hierusalem nullo modo conspici possit: at cum ait: Ite in castellum quod contra uos est, id est, quod est è regione uestri: locum designat in prospectu eorum positum. Ad de quod Hierusalem nusquàm alibi κώμη nominatur, sed potius πόλις, etiam interdum cum insigni adiectione, ut ibi: Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatẽ, atq; ter in illo capite, ut uidere licet, ciuitas apellatur. Pagus igitur ille erit Bethania, aut quiuis alius ex ea parte situs: in quo quæ erant, & quæ accidere debebant, prædixit discipulis quos misit, diuinitatis suæ argumentum exhibens. Hoc fecit ut impleretur, ut impleta cognosceretur prophetia quæ de ipso à Zacharia propheta filio Barachiæ dicta fuerat: quæ sic nunc apud nos capite nono legitur: Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem: Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Porro
198 „ iussum domini executi sunt discipuli, dicente Matthæo. ◤ Euntes aũt discipuli, fe
„ cerunt sicut præcepit illis IESVS. Et adduxerũt asinam & pullum, & imposuerũt
„ super eos uestimenta sua, & eũ desuper sedere fecerunt. Plurima autẽ turba, strauerunt uestimenta sua in uia. Alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebãt

in uia

„ in uia. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur clamabant, dicentes.
„ Osanna filio Dauid. Benedictus qui uenit in nomie domini. Osanna in altissimis.
◤ Et non solum fecerunt discipuli quæ iusserat dominus, sed etiã ex Marci undecimo & Lucæ decimonono, inuenerunt quæ prædixerat eis dominus: quod erat euenta rerum nosse, antecq; fuissent ab homine concepta: quod dei est propriũ. Et per ea quæ tunc gesta sunt intelligitur mysterium, solutio scilicet duorũ populorũ. Per asinã quæ sub iugo erat Iudaicus populus designatur, qui sub iugo legis erat. Per pullũ qui sub iugo nõ erat populus gentiũ, qui nulla lege dei tenebaẽ, sed idololatria. Sed utercq; soluitur, ille à iugo legis per gratiã, iste à uinculo idolorũ per ueram dei agnitionẽ; sed & iste filius est asinæ solutæ per doctrinam, & spiritualis quidẽ filius. Hierusalem terrestris, Hierusalẽ repræsentat cœlestẽ, ad quã CHRISTVS rex noster per fidei obedientiã utricq; populo insidens, perducit utrũcq; sed prius ornamentis apostolicis decoratũ, quæ sunt uirtutes & gratiæ doctrinæ apostolicæ. Qui uestimenta sternebant in uia, qui ramos ex arboribus cædebant, diuinas significant honorificentias. sic & turbæ quæ præcedebant, & quæ sequebanẽ, clamantes: turbas beatorũ deum perenniter laudantium. Et quid clamabãt turbæ quæ præcedebant, & quæ sequebanẽ? Hosiah na, id est. Salua obsecro. Et cui id dicebant, cui clamabant? Filio Dauid, qui est CHRISTVS dominus semper benedictus. Et quam saluationẽ petebant, num terrenam? Minime, quod intelligitur per id quod subiungiẽ: Benedictus qui uenit in nomine domini. Hosiah na, id est, saluum fac obsecro, in altissimis: nam saluare in altissimis solius dei est. Hac igiẽ uoce spũssancti motione facta, si ipse dirigebaẽ ad CHRISTVM, indicabaẽ uere deus esse. Dico si id Hosiah na dirigebatur ad CHRISTVM. nam alius sensus est, quẽ & arbitror ueriorẽ, ubi uox illa non dirigitur ad CHRISTVM, nisi quatenus deus est, sed ad patrem. Si ergo uox illa Hosiah na, id est saluũ fac obsecro, dirigatur ad patrẽ, bene uouentis imprecantisq; est, & tunc id filio Dauid, à uerbo Hosiah regi intelligitur, quod apud Hebræos dandi quoq; casui aut certe quod ei respondet iungitur, ut ibi apud Ezechielem: Saluabo gregem meum, & psalm. 43. Et brachium eorum non saluabit eos. Et. 97. Saluabit sibi dextera eius. Vbi semper uerbũ illud datiuo, aut ei quod datiuo æquipollet iungitur. Verũ apud nos salua, siue saluum fac: & apud Græcos σώζω quod tantundem potest, semper accusatiuũ poscunt Vnde & psal. 97. dicunt Graeci, ἔσωσεν αὐτῷ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ. Saluauit ipsum dextera eius quomodo etiam Latine uidetur fuisse dicendum. Vnde fit, ut quod dicebant turbæ Hosiah na filio Dauid, perinde sit ac si dixissent. Saluũ fac obsecro filium Dauid: Saluũ fac, inquàm, tu qui es in altissimis. Quod aũt interpres Matthæi & noster, reliquerũt datiuum, dicentes: ille, ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ; iste, Osanna filio Dauid, non male fecerunt: quia uerbum retinuerunt illũ deposcens casum, aut certe quod eius uice fungitur. At si uerbũ illud Hebræum non seruassent, sed dixissent, salua, siue saluũ fac obsecro: utiq; datiuus in accusatiuum fuisset mutandus, & dicendum Saluum fac obsecro filium Dauid. Hæc autẽ laus & bona imprecatio sumpta uidetur ex hoc psal. 117. O domine saluũ fac. O domine bene prosperare. Benedictus qui uenit in noie domini, & tunc turbis & pueris à spiritu sancto infusa, ut spiritum audientes Dauid in ipsis loquentem, uere intelligerẽt eum esse filiũ Dauid, acuere Mesiam. Et laudẽ esse ex Luca cognoscimus, dicente: Cœperunt omnes turbæ descendentiũ gaudentes laudare deum. Vox igitur illa erat, & gaudij in spiritu sancto & laudis, & bonæ imprecationis: laudis quidẽ, & patris, & CHRISTI quatenus erat deus; bonæ aũt imprecatiõis, identidẽ CHRISTI quatenus erat homo. Necq; unquã ulli alij regi Hebræorũ laus ea data est, sed soli CHRISTO peculiaris erat: & ex spiritu prophetico, qui spiritus sanctus est, debita. Quid tandẽ intrãte IESV

Ezech. 34.
Psalm. 43.
Ex. 97
Psalm. 117.
Lucæ. 19.

in terre

Universidad de Deusto
Biblioteca

199 in terrenam Hierusalem factum sit, indicat Matthæus, cum subdit. ¶ Et cũ intrasset Hierosolymam, cõmota est uniuersa ciuitas dicẽs: Quis est hic? Populi autẽ dicebant: Hic est IESVS propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit IESVS, in tẽplũ dei, & eijciebat omnes uendentes & ementes in templo, & mensas numulariorũ, & cathedras uendentiũ colũbas euertit, & dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis uocabitur: uos autem fecistis illam speluncam latronũ. Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. ¶ Intrante IESV terrestrem Hierosolymam, cõmota est uniuersa terrestris ciuitas: sed & ingrediente cœlestẽ, admirata est uniuersa cœlestis, dicente Esaia: Quis est iste qui uenit de Aedom, tinctis uestibus de Bosra: iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Cui interrogationi dominus per semetipsum respõdere dignatus est Ego qui loquor iusticiã, & propugnator sum ad saluandũ. Sic & in ingressu materialis templi locutus est iusticiã, cũ eiecit uendentes & ementes in templo, & mensas numulariorũ, & cathedras uendentiũ columbas euertit, dicens: Scriptũ est, Domus mea, domus orationis uocabitur. Quo designatur, sacra uendentes & ementes à tẽplo dei, deo etiã repellente, exulare: itẽ & auaros oẽs, qui innocentiũ simplicitate abutũtur. Sed & se ,ppugnatorẽ ad saluandũ ostendit, cũ oẽs ad se uenientes in templo, sanauit. Et qui poterant super his indignari, nisi qui reprobi erant, & inimici dei? Neq; etiã ulli alij indignati sunt, nisi inimici CHRISTI, dicẽte Matthæo

Esa. 63.

200 ¶ Videntes aũt principes sacerdotũ & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamãtes in tẽplo & dicẽtes: Osanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerũt ei: Audis qd isti dicũt? IESVS aũt dicit eis: Vtiq; Nunq; legistis, quia ex ore infantiũ & lactentiũ pfecisti laudẽ? ¶ Os infantiũ & lactentiũ in ueritate, erat os neophytorũ in fide & recenter natorũ, pendentiũ ab ore dñi, sermonẽq; uitæ sugentiũ, ut infantes lac ab ubere matrũ. Horũ, pueri Hebræorũ figura erãt, q in tẽplo ut in sinu matris laudẽ, quã prius turbæ incœperãt, absoluebant ac cõplebant. Quid si etiã pueri clamabant in tẽplo ab uberibus matrũ pendentes: sic ora eorũ mouẽte deo, qui etiã lapides mouisset, si turbæ tacuissent: ac dicebant: Hosiah na filio Dauid, quæ est uox supreme laudantiũ, nominando eũ filiũ Dauid (nã id indicabat Mesiam) & optime uouentiũ atq; imprecantiũ, dicendo: saluũ fac obsecro? p quod principes sacerdotũ, scribæ & pharisæi, nisi cæci fuissent, dñm esse Mesiã illũ expectatũ, cognoscere debebãt, & idipsum spũm sanctũ p ora illorũ declarare. At uidentes inimici Mesiæ uirtutes dei mirabiles tã in ijs, qui sani facti sunt, q̃q; in infantibus & pueris, nõ homini, sed deo, cui soli talia possibilia sunt, indignabãtur, dicẽtes: Audis quid isti dicũt? Quos ex oraculo spũs sancti conuicit Psalmo octauo dicẽtis: Ex ore infantiũ & lactentiũ perfecisti laudem. Quod aũt sequitur: Propter inimicũ & ultorẽ, id propt̃ illos ipsos in prophetia adiectũ est: nã illi erãt inimici & uindices. Et infantes ac pueri perfecerunt laudẽ, quæ cœpta fuerat à turbis: quæ etiã, ut dictũ est, si tacuissent, lapides clamassent, impleuissentq; laudẽ, adeo uerũ esse oportet dei oraculũ: tunc eũ impleta est ,pphetia illa: qua impleta illa, & inimicis suis confusis (nã illã de Mesia sciebant dictã, & in eo uidebant impletã) IESVS reliqt illos, ciuitatẽ egressus Qd̃ subdit Matthæus, inquiẽs. ¶ Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatẽ in Bethaniã ibiq; mansit. Mane aũt reuertẽs in ciuitatẽ, esurijt. Et uidens fici arborẽ unam, secus uiã, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantũ. Et ait illi: Nunquàm ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuo ficulnea. ¶ Mansit Bethaniæ ubi erat à morte uiuus, ubi erãt & amici, inter quales manet & requiescit dominus. Noctem reliquit Hierosolymis: Bethaniæ autem magnam intulit lucẽ, nã ipse dies erat, sed Hierosolymis mane cœpit, cũ cœpit ad eam ciuitatẽ redire, sicut redeunte sole, incipit mane redire. Et quid est, quod tũc esurijt, nisi quod desiderauit inhabitantium salutem, & eosdem in suum spirituale corpus transferre? Sed & arbor ficus, quæ secus uiam erat, principes sacerdotũ & scribas monstrabat: & uia, legem. Ideo autem secus uiam erat, ut Latine habetur, quia legẽ non obseruabant. Folia tantum habebat, quia exteriorem sanctimoniã & uerba tantum, nõ etiam facta habebant. Non enim erat (inquit Marcus) tempus ficorum, id est fructuũ eius: quo designabatur illos eo malitiæ deuenisse, ut nõ esset eis amplius tempus bonorum operum. Quod arbor maledictionẽ accepit, & continuo aruit: designabat eos maledictionem à deo accepturos esse, qui fructum suũ non fecerint in tempore, & ad omne bonum opus in sempiternum aridos fore. Signum tamen admirati sunt discipuli. Quod subiungit Matthæus, dicens. ¶ Et uidentes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? Respondens autem IESVS, ait eis: Amen dico uobis, si habueritis fidẽ & non hæsitaueritis: nõ solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, tollere & iactare in mare, fiet. Et omnia quæcũq; petieritis in oratiõe credẽtes, accipietis. ¶ CHRISTVS, est ueritas. Fides, est imago ueritatis, quæ quãto est ueritati CHRISTI similior, tanto potẽtior est: & ut imago solis nõ nisi à sole infunditur, neq; quæuis alia, nisi à re cuius fuerit: sic & fides de qua hic CHRISTVS loquitur, fides infusa intelligẽda est, cui semp sua adest ueritas: & nõ quæ ex nobis ipsis nascitur, aut humanitus p auditũ infunditur: neq; qua fit qd̃ uolumus, sed quod deus ipse uult: qualis erat in Elia, quãdo clausit cœlũ, quando ignẽ elicuit de cœlo, quando pcussit Giezi lepra. Et adeo potẽs est, ut nihil sit illi impossibile: quia deo nihil est impossibile. Et qui in illa fide orant, obtinẽt quicquid petũt: ut Elias, qui cum illa fide oraret, obtinuit tot annis & mensibus cœlum claudi. nam tunc orat spiritus fidei, non homo ut huiusmodi, sed ut plenus spiritu dei. uerum ut metus spem, id est fiduciam impedit esse efficacẽ, & odium erga aliquem charitatẽ ad deum esse cõsummatam: sic etiam humana hæsitatio interueniẽs impedit infusæ fidei efficaciam. Proinde dicit dominus: Si fidem habueritis & nõ hæsitaueritis. Fides enim à deo est, hæsitatio à nobis. Sic & de fide, cũ oramus: etenim nisi deus tollat quod à nobis est, parum etiam possunt sua in nobis dona. Discipulis itaq; instructis de fide & oratione, eiusq; potentia, uenit dominus in templum, ubi & factum est quod hic insinuat Matthæus, subdens. ¶ Et cum uenisset in templum, accesserunt ad eũ docentem, principes sacerdotum, & seniores populi, dicentes: In qua potestate hæc facis? Et quis tibi dedit hanc potestatem? Respõdens autem IESVS, dixit eis: Interrogabo uos & ego unum sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego uobis dicã in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis unde erat, e` cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabãt ĩter se, dicẽtes: Si dixerimus, e` cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autẽ dixerimus, ex hominibus, timemus turbã. Omnes enim habebãt Ioannem sicut prophetã. Et respõdentes IESV, dixerũt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico uobis, ĩ qua potestate hæc facio. ¶ Accesserũt ad IESVM in templũ pricipes sacerdotũ & seniores populi: qui erãt in figura arbor illa, aut iã maledicta, aut à deo maledicẽda, quæ nullũ posthac bonũ fructũ erat allatura & se arborẽ malã & infructuosam esse, pprio ore testati sunt, cũ paulopost parabolæ dñi adiecerũt: Malos male perdet, & uineã suã locabit alijs agricolis, qui reddẽt ei fructus tẽporibus suis. Et quæsierũt in qua potestate eiecerat uẽdentes & ementes, & uirtutes illas & signa mirabilia fecerat: quæ enim fecerat, admirãda erãt opera: sanauerat enim uerbo tã corpora q̃ aĩas, & tũc quoq; docebat & illuminabat ad uitã hominũ mẽtes. Sed qa indigni erãt, q uerũ dei respõsum audirẽt, cui nõ essent credituri, ut neq; diuinis signis quæ uidebãt credebãt, sicut de ipsis in Esaia scriptũ erat: Audite audiẽtes, & nolite intelligere: & uidete uidẽtes, & nolite cognoscere. Et rursus: Cũ feceris mirabilia, nõ sustinebimus. Et præterea: Expandi manus meas tota

Mar. 11.

Esa. 6. 46 65

Universidad de Deusto
Biblioteca

as totâ die ad populũ incredulũ.unica interrogatiõe cõfutauit eos,hac scilicet: Vnde erat baptisma Ioãnis? Nam tacita cõscientia uidẽtes se sine redargutiõe utrouis modo dixissent,respõdere nõ posse(si enim dixissent,e` cœlo,in hoc fuissent redarguendi quod cõtempserant,& nõ acceperant. Si ab hoibus,in hoc quod omnes & ipsum et Ioannẽ ut prophetã habebãt, q se missum à deo ad baptizãdũ prædicabat. Præterea si id negassent,ĩminebat eis à turbis,quæ baptisma Ioãnis adeptæ fuerãt, lapidationis periculũ)egregie mẽtiti sunt,dicentes se unde esset Ioannis baptisma nescire:cũ tamen scirent Ioannẽ esse prophetã,& ideo illud e` cœlo esse. Quare cũ malitiæ suæ mendaciũ adiecerint:merito reputati sunt indigni,qui ueritatem audirent. Nam ut tenebræ,capaces lucis nõ sunt:sic neq; mẽdacium,ueritatis. Nec ego (inquit dñs)dico uobis in qua potestate hæc facio. Et hoc dicto,proposuit eis para-
204 „ bolam hanc. ¶ Quid autẽ uobis uidetur? Homo quidã habebat duos filios,& acce-
» dens ad primũ dixit: Fili uade,hodie operare in uinea mea. Ille autẽ respõdens,ait:
» Nolo. Postea autem pœnitentia motus.abijt. Accedens autẽ ad alterũ,dixit simili-
» ter. At ille respõdens,ait: Eo domine,& nõ iuit. Quis ex duobus fecit uoluntatem
„ patris? Dicũt ei: Primus. Dicit illis IESVS: Amẽ dico uobis,qa publicani & mere-
„ trices præcedẽt uos in regno dei. Venit enim ad uos Ioannes in uia iusticiæ, & nõ
„ credidistis ei. Publicani autẽ & meretrices crediderunt ei:uos autem uidentes, nec
„ pœnitẽtiam habuistis postea,ut crederetis ei. ¶ Hac parabola satis indicauit dominus,per hominem quendam, deum intelligi. Per duos filios, homines. Per primũ eos qui primũ peccant,& deinde resipiscunt. Per secundum,eos qui se iustificãt, & iusti nõ sunt. Vinea,est regnũ dei. Operari in uinea,est legẽ regni dei obseruare, & opera fidei facere. Quod pater dixit utriq; filio,uade:designat q̃ deus uocat omnes ad suũ regnũ. Primus dixit,nolo,quia primũ peccat. Deinde uadit, quia postea resipiscit. Secundus dicit,eo:quia se dicit legis obseruatorem. Et nõ uadit, quia neq; legem obseruat,neq; resipiscit,cum uoluntatem patris nõ faciat. Quod autem addit dominus: Venit autem ad uos Ioannes in uia iusticiæ,& quæ sequuntur,apertio est parabolæ. At dices: Publicani & meretrices quæ προάγουσιν, id est præcedunt eos, crediderũt Ioanni,sed regnũ Ioãnis nõ erat regnũ dei,quod proprie regnũ CHRISTI est,sed ueteris legis. Quomodo ergo præcedũt eos in regno dei? Ioannes fuit finis ueteris regni,& initiũ noui,& ideo quia Ioãnes finiuit ueterem legem, & ipse erat adhuc sub ueteri lege: publicani & meretrices ad prædicationem Ioannis resipiscentes,præcesserunt principes sacerdotũ & seniores,id est presbyteros populi: sed quatenus nouæ legis initiũ à Ioanne fuit. Adde quod & illi qui resipuerunt sub Ioanne,parati erãt ad CHRISTVM recipiendũ: & CHRISTO prædicanti, & operanti miracula adhærebant fide,cui(ut neq; prius Ioanni) principes sacerdotum & seniores, & Scribæ & Pharisæi nõ adhærebant, & ideo iure illi istos præcedebant in regno cœlorum: & sic præcedebant,quod cũ illi intrarent,isti nunquã intrabant.
205 „ Hac proposita parabola,secundam eis proponit dominus,dicens. ¶ Aliam parabo
„ lam audite: Homo quidam erat paterfamilias,qui plãtauit uineã,& sepẽ circũdedit
„ ei: & fodit in ea torcular,& ædificauit turrim,& locauit eã agricolis,& peregre ꝓfe
» ctus est. Cũ aũt tẽpus fructuũ appropiquasset,misit seruos suos ad agricolas,ut ac-
» ciperent fructus eius. Et agricolæ apprehẽsis seruis eius,aliũ ceciderũt, aliũ occide
» runt,alium uero lapidauerũt. Iterũ misit alios seruos plures prioribus, & fecerũt il-
» lis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suũ,dicẽs: Verebũtur forte filium
» meũ. Agricolæ autẽ uidentes filium,dixerũt intra se: Hic est hæres,uenite occida-
» mus eũ,& habebimus hæreditatẽ eius. Et apprehẽsum eũ eiecerunt extra uineam,
» & occiderũt. Cũ ergo uenerit dñs uineæ,quid faciet agricolis illis? Aiũt illi: Malos
» male perdet,& uineam suam locabit alijs agricolis,qui reddent ei fructũ tẽporibus
suis.

» suis. Dicit illis IESVS: Nunquã legistis in scripturis: Lapidem quem reprobaue-
» runt ædificantes,hic factus est in caput anguli: A domino factũ est istud,& est mi-
» rabile in oculis nostris? Ideo dico uobis, quia auferetur à uobis regnũ dei, & dabi-
» tur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istũ,confringetur: su
» per quem uero ceciderit,conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum &
» pharisæi parabolas eius,cognouerunt quod de ipsis diceret,& quærentes eum te-
» nere,timuerunt turbas,quoniam sicut prophetã eum habebant. Et respondens IE
» SVS,dixit iterũ in parabolis eis,dicens. ¶ Hæ parabolæ ex re subiecta erant, quas (cũ tamen de se & CHRISTO essent) principes sacerdotũ, scribæ & pharisæi minime intelligebant,& ita se proprio ore iudicabant condemnabantq; ut & Dauid seipsum ad parabolam Nathan, sed non resipiscebant,imo` magis suo iudicio con- 2. Reg. 12.
demnati, insaniebant. Porro` dominus suis uerbis aditũ præstitit intelligentiæ parabolæ. Ergo homo paterfamilias in typo deus pater est. Vinea,regnũ ueteris legis, domus Israël, gens Hebræa. Sepes, diuina custodia. Torcular,lex uetus,q̃ ex primebat secernebatq; purũ ab ĩpuro. Turris,sancta ciuitas,sanctũq; templũ. Serui primo missi,pphetæ priores de CHRISTO p̃nunciãtes. Agricolæ,pricipes gẽtis Hebræorũ,siue terrenæ siue sacerdotalis functiõis: ut pontifices,scribæ & pharisæi, qui priorum prophetarum quosdam ceciderunt, ut Hieremiã & Micheam: quosdam occiderunt, ut Esaiam & Amos; & quosdam lapidauerunt,ut Zachariã. Serui secundo missi,pphetæ posteriores, quos similiter male habuerũt, ut Ioãnes Baptista,quẽ interfecerũt. Filius postremo missus, CHRISTVS dominus. Cũ dicit: Verebuntur forte,id forte,quod ex Lucæ.20.ubi habetur ἴσως, huc translatum uidetur, potius dicit arbitrij agricolarum indifferentiam atq; libertatem,quam dubitationem,respicitq; id non deum,sed agricolarum arbitrium,cui ex æquo relictũ erat,uereri & non uereri, quanq; per diuinas uirtutes, & signa scripturasq; magis iuuabantur ad eum uerendum. Ex quo prompte elicitur,maius semper auxilium à deo arbitrio dari ad bonum,q̃ ad malum. Quinimo ad malum nunquàm à deo aliquid habet adminiculi: sed si quid habet,à carne illud habet,aut à mundo,aut à diabolo: sicuti scribæ & pharisæi ex se inuidiã habebãt: ex mundo,regni retinendi concupiscentiã: ex diabolo,malignã suggestionẽ. At agricolæ intra se dixerũt. Hic est hæres. Quando dixerũt? Quãdo etsi nollẽt,arbitrati sunt esse Mesiã. Sed & quando dixerunt: Si dimittimus eũ sic,omnes credent in eũ,& uenient Rhomani,& tol Ioan.11.
lent locum nostrum & gentem. Et dixerũt: Venite occidamus eum,quando dixerunt: Expedit uobis,ut unus moriatur homo ꝓ populo, & nõ tota gens pereat. Et apprehensum eum eiecerunt extra uineã,quando extra ciuitatẽ eum crucifixerũt. Cum interroganti domino responderunt: Malos male perdet, & uineã suam loca Hebr.13.
bit alijs agricolis,se proprio ore condemnarũt,& uerum dixerunt. Et id: Vineã suam locabit alijs agricolis,oppositũ dicit eius qd̃ intra se cogitauerãt: Habebimus hæreditatẽ eius. Quod dominus q̃dammodo parabolæ ænigma retegens, amplius id ita eueniturũ detexit,cum ait. Nunq̃ legistis in scripturis: Lapidẽ quẽ repro- Psalm.117.
bauerũt ædificãtes,hic factus est in caput anguli. A dño factũ est istud,& est mirabile in oculis nostris? Lapis, CHRISTVS dñs. Aedificantes, principes sacerdotũ scribæ & pharisæi,qui eũ reprobauerũt. Factus est in caput anguli,cũ factus est caput regni dei,caput ecclesiæ,caput tẽpli spũalis,utrũq; parietẽ,& Iudæorũ & gentiũ cõnectens. Et à deo factũ est istud,nõ ab ædificantibus: qui cum eũ reprobauerunt,à deo reprobi facti sunt. Et hæc res,hoc factũ admirabile est ĩ oculis sanctorũ Siue quod ex Græco uidet̃,hic angulus angulíq; nexus à deo factus, est admirabilis in oculis & sanctorũ & prophetarũ. Quod subiungit: Ideo dico uobis,quia auferetur à uobis regnũ dei,& dabit̃ genti facienti fructus eius,confirmat responsionẽ

eorum, qua seipsos condemnauerunt. Gens faciens fructum regni, gentium fideles, fidelesq; nouæ legis. Cadit impingit que in lapidem, qui offendit, qui peccat in ipsum, qui non credit in eum. Et cõfringetur, quia perpetuo damnabitur. Cadit lapis super eum, quem condemnat, quem punit, quem supplicijs deputat æternis, & ideo conterit & comminuit eum. Tunc intellexerunt principes sacerdotũ & Pharisæi, de se dictas parabolas, & manus iniecissent in eum, nisi turbarũ metus eos corripuisset, quæ habebãt eum ut prophetam: & insignem quidem prophetam, quem diu expectauerãt. Ergo lapidi angulari capiti nostro, quod nos deo cõiũxit, cõpagi nauit & uniuit, sic hæreamus, ut nunquã separari ualeamus: ut per ipsum summũ patrem, qui eũ in uineam suã, ut reuereremur ipsum, misit, glorificemus in spiritu sancto, & laudem, & honorem, & indeficientem gratiarum actionem ei iugiter persoluamus, in omnia sæculorum secula. Amen.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

T respondens IESVS, dixit iterũ in parabolis eis, dicens.
206 ¶ Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos
ad nuptias: & nolebant uenire. Iterũ misit alios seruos di- 5
cẽs: Dicite inuitatis, ecce prandium meũ paraui: tauri mei
& altilia occisa sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in uillam suam, alius uero ad negociationem suam:
reliqui uero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderũt. Rex
autem cũ audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas
illos, & ciuitatem illorum succẽdit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidẽ pa- 10
rataæ sunt, sed qui inuitati erant, nõ fuerũt digni: Ite ergo ad exitus uiarũ,
& quoscunque inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias,
congregauerunt omnes quos inuenerũt, malos & bonos, et impletæ sunt
nuptiæ discumbentium. Intrauit autem rex, ut uideret discumbẽtes, & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali. Et ait illi: Amice, quomodo 15
huc intrasti non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit
rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eũ in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dẽtium. Multi enim sunt uocati, pauci ue-
207 ro electi. ¶ Tunc abeuntes Pharisæi, cõsilium inierunt, ut caperent eum in
sermone. Et mittũt ei discipulos suos cum Herodianis, dicẽtes: Magister, 20
scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & nõ est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur, licet censum dare Cæsari, an non? Cognita autem IESVS nequitia
eorum, ait: Quid me tẽtatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census.
At illi obtulerũt ei denarium. Et ait illis IESVS: Cuius est imago hæc, & su- 25
perscriptio? Dicũt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt dei deo. Et audiẽtes mirati sunt, & relicto eo abie-
208 runt. ¶ In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eũ, dicẽtes: Magister, Moyses dixit: si quis
mortuus fuerit, non habens filium, ut ducat frater eius uxorem illius, & 30
suscitet

suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres, & primus
uxore ducta defunctus est, & nõ habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus & tertius usque ad septimum: nouissime autem
omnium & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septem
35 uxor? omnes enim habuerunt eam. Respondens autem IESVS, ait illis:
Erratis nesciẽtes scripturas, neque uirtutem dei. In resurrectione enim neque nubent neque nubentur, sed erũt sicut angeli dei in cœlo. De resurrectione autem mortuorũ nõ legistis, quod dictum est a deo, dicẽte uobis:
Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob? Nõ est deus mortuo
40 rum, sed uiuentiũ. Et audientes turbæ mirabãtur in doctrina eius. ¶ Pha- 209
risæi autem audiẽtes quod silentium imposuisset Sadducæis, cõuenerunt
in unũ, & interrogauit eum unus ex eis legis doctor, tentãs eũ: Magister,
quod est mandatum magnum in lege? Ait illi IESVS: Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.
45 Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est hu
ic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mãdatis uniuersa lex pendet & prophetæ. ¶ Congregatis autem Pharisæis, interrogauit 210
eos IESVS, dicens: Quid uobis uidetur de CHRISTO? Cuius filius est?
Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eũ do
50 minũ, dicẽs: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, Donec po
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eũ dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere uerbum,
neq; ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

ANNOTATIONES BREVES XXV. CIRCA LITERAM CAP. XXII.

6	occisa - sunt,		discumbentibus	37	nubentur,
	τεθυμένα	17	mittite eum		γαμοῦσιν
	immolata,		ἄρατε αὐτὸν καὶ βάλετε		ἐκγαμίζονται
	mactata		tollite eum & iacite		ducunt uxores
7	in uillam suam	19	caperent		nuptum dantur
	εἰς τὸν ἴδιον ἀγρόν		παγιδεύσωσιν	37	erunt
	in proprium agrum,		illaquearent		εἰσι
	in suum rus	23	nequitia		præsens.
8	Rex autem		τὴν πονηρίαν	38	dictum est * ὑμῖν uobis
	* ἐκεῖνος ille		malitia,	38	dicente uobis
12	quoscunq;		uersutia	39	Non est deus * θεὸς deus
	ὅσους	25	illis	40	mirabantur in doctrina
	quotquot		- IESVS		ἐξεπλήσσοντο ἐπὶ τῇ διδαχῇ
12	eius	30	filium,		stupebant de doctrina
	ἐκείνοι		τίνα	41	silẽtium imposuisset
	illi		liberos		ἐφίμωσε
13	malos		plurale.		os occlusisset,
	πονηρούς τε	36	uirtutem		os obturasset
	& malos		τὴν δύναμιν	42	tentans eum
14	discumbentium.	37	nubent		* καὶ λέγων

 & dicens.

& dicens.
44 ex ψ in
& infra

45 maximum
μεγάλη
positiuum

46 pendet
κρέμανται
plurale.

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

206 „ DVabus præmissis parabolis, tertiam eisdē de rebus eis proponit domi-
„ nus, ac dicit. ¶ Simile factū est regnū cœlorū homini regi, qui fecit nu-
„ ptias filio suo, et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, et nole-
„ bāt uenire. Iterū misit alios seruos, dicēs: Dicite inuitatis, Ecce prādiū
„ meū paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, uenite ad
„ nuptias. Illi autem neglexerūt: & abierūt, alius in uillam suā, alius uero ad negocia-
„ tionem suā. Reliqui uero tenuerūt seruos eius, & contumelijs affectos, occiderūt.
„ Rex autē cū audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos,
„ & ciuitatē illorū succēdit. Tūc ait seruis suis: Nuptiæ quidē paratæ sunt, sed q̄ inui-
„ tati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum, & quoscunq̄ inueneritis,
„ uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, congregauerūt omnes quos inuene-
„ runt, malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discūbentibus. Intrauit autē rex, ut ui-
„ deret discūbentes: & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, & ait illi: Ami-
„ ce, quomodo huc intrasti nō habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc di-
„ xit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eū in tenebras exterio-
„ res: ibi erit fletus & stridor dentiū. Multi autē sunt uocati, pauci uero electi. ¶ Re-
gnum hic cœlorū dicitur regnū CHRISTI in terra. Homo rex, deus pater. Filius
eius, CHRISTVS dominus. Nuptiæ, nuptiæ filij dei & ecclesiæ. Vocatio, diuinæ
bonitatis nos saluare uolētis præuentio. Serui primo missi, prophetæ ueteris legis
uocantes ad CHRISTVM. Venire tūc noluerūt, quia prophetas nō audierūt, neq̄
dei mādata obseruauerūt. Alij serui, apostoli & discipuli. Inuitatio, est uocatiōis su-
perbonæ uolūtatis dei insinuatio. Prandium, conuiuium CHRISTI. Locus conui-
uij, domus dei. Tauri & altilia occisa et parata, corpus et sanguis CHRISTI pro no
bis immolata, spiritualis cibus & potus uiuifice ac diuine animas alētia. Inuitati ne-
glexerunt, id est nō curarūt: qa terrena spiritualibus alimonijs præposuerūt. quod
designat id: Et abierūt, alius in uillam suam, alius uero ad negociationē suā. Quod
apostolos & discipulos, seruos summi regis ad conuiuiū regis æterni, & spirituales
nuptias uocantes tenuerunt, & cōtumelijs affecerūt, & etiam occiderunt: ex Actis
Act. 7. apostolicis notum est: nam lapidauerunt Stephanū. Lapidabāt (inquit) Stephanū
Act. 5. inuocantem & dicentem: Domine IESV suscipe spiritum meū. ceciderunt aposto
los, & illi quidē ibant gaudentes à cōspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro
nomine IESV contumeliam pati. Occiderūt Iacobum fratrē Ioannis gladio, ut ha-
betur cap. 12. sed & Iacobum iustū e pinna templi præcipitem dantes, pertica fullo
nis enecarunt. de quo Aegesippus in Actis apostolicorū uirorum insignē reliquit
historiā. Exercitus quos rex cœlestis pater, misit ad perdendos homicidas illos, &
urbem illorū succendendā, quæ Hierusalem intelligitur, fuerūt Rhomani, ducibus
Vespasiano & Tito. Et illi nō fuerūt digni, ut intrarēt ad nuptias filij dei, & ad prā
dium eius, quod durat usq̄ in finem mūdi. Cuius cœna in nouissimo tēpore erit, &
complebitur (impleto saluādorum numero) in regno cœlesti: ut ex Lucæ. 14. haud
obscure intelligitur. Exitus uiarū, egressio est ad gētes, quod & factū in Actis phi-
Act. 13. betur: Vobis (aiunt) oportebat primū loqui uerbum dei: sed quoniam repellitis il-
lud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce cōuertimur ad gētes. Cōgregaue-
runt oēs quos inuenerūt, scilicet uolentes ad prandiū uenire, & malos & bonos: qa
gētiles & Iudæos. nam Iudæi ob honorem legis dei quā semper habuerāt, boni no
mine

mine honorantur: gentiles aūt non. Vestis nuptialis, fides CHRISTI, & pura ex
fidei regeneratione innocentia. Qui nō habuit uestem nuptialē, infideles corde si
gnificat, & coīquinatas uicijs, immūdicijsq̄ habentes cōscientias. Obmutuit, quia
eos qui sunt eiusmodi, propria conscientia iudicat & condemnat. Ministri, angeli
diuinæ iusticiæ executores. Tenebræ exteriores, inferi. Fletus ac stridor dētiū, sup
plicia indicant. Multi uocantur, quia omnes ad quos nuncij dei peruenīūt: at qui in
oēm terrā exiuit sonus eorū. Sed pauci sunt electi, Ideo nō est differendū ad finē Psal. 18.
usq̄ intendere fidei operibus: quia diuina illa, & rara bonitatis dei electione saluā-
di sunt ppauci. Nō oēs ergo uestē habebūt nuptialē, quod oculos regis nihil nō ui-
dentis, latere haud poterit. Hoc esse arbitror parabolæ, sub breuitate tactū myste-
riū. Cæterū quia dominus prīcipes sacerdotū & pharisæos in sermone ceperat, a-
deo ut seipsos proprio ore iudicarent ac cōdemnarent, uersutia eorū, puersaq̄ ma-
licia ad hoc laborauit, ut dnm quoq̄ uitæ, qui dei sapientia est, & scientiarū dns, ser
mone illaquearēt, qui illaqueari nō poterat, ut prorsus infallibilis atq̄ indeceptibi
„ lis. Quod subdit Matthæus, dicens. ¶ Tūc abeuntes pharisæi consiliū inierūt, ut ca 201
„ perēt eū in sermone: & mittūt ei discipulos suos cū Herodianis, dicētes: Magister
„ scimus quia uerax es, & uiā dei in ueritate doces, & nō est tibi cura de aliq̄: nō enī
„ respicis psonā hoīm. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur: licet censum dare Cæsari,
„ an non? Cognita aūt IESVS nequitia eorū, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostē
„ dite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denariū. Et ait illis IESVS: Cuius
„ est imago hæc & superscriptio? Dicūt ei: Cæsaris. Tūc ait illis: Reddite ergo quæ
„ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et audiētes mirati sunt, & relicto eo ab
„ ierūt. ¶ Stulti, cōsiliū cœperūt, nescientes contra dominū non esse consiliū: & mi
serunt discipulos suos cū Herodianis, qui præfecti erant tributis exigendis, ut latē
tius eū caperent, quē nihil latere poterat, & qui uere erat (ut sic dicam) incapibilis.
Qui nō sine subdola, serpentina, diabolicaq̄ hypocrisi locuti sunt, cū dixerūt: Ma-
gister, scimus quia uerax es: & reliqua quæ subdiderūt, maligna fallēdi cupiditate
uerba. Et quales essent magistri, qui tales habebant discipulos? Et arbitrabātur ad
interrogationē suā: Licet censum dare Cæsari, an non? dominū non posse respō
dere, nisi sic, aut non, aut affirmando, aut refutando. Quod si responderet, sic: om-
nes Iudæos redderet sibi inimicos. Si non, præsentes essent Herodiani, qui hoc il-
lico aut ulciscerentur seuere, aut ulcisci procurarent, ut in Theoda et Iuda Galilæo
factū est. Sed dominus omnia noscens, & uersutū consiliū, & subdolam tum mit-
tentium, tum missorum mentem, nō respondit ut cogitauerant: quin & eorū uafri-
tiem aperuit, cum ait: Quid me tentatis hypocritæ? & contra quam ipsi machinati
fuerant, eos cepit ex proprio sermone, adeo ut quos adduxerant ad apprehenden-
dū eū, per eosdē fuerint apprehendendi: nam ipsi habebant numisma census, quod
iussi exhibuerūt, & cū dns eos interrogaret, cuius esset hæc imago, id est cuius ima
gine numisma signatū esset, & cuius inscriptio: ipsi incauti sophistæ (quæ enī ad-
uersus deū cautela præualeret?) responderunt: Cæsaris. Et ex sermone eorū dns
cōclusit: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Nam ipsi di
xerant interrogati, imaginē esse Cæsaris pariter & inscriptionem: quare et numis-
ma ipsum. Sic proprio ore seq̄ ipsis illaqueati, non habuerunt in quo dominū, uel
tantillum accusarent: sed si quid fuit accusandum, in ipsis fuit, & ita qui uenerant ut
accusarent, confusi recesserunt, & accusandi. Sed & astu (quis dubitat?) pharisæo-
rum submissi sunt & sadducæi, ut dominum, in aliquo aut caperent, aut certe silen
di necessitatem illi inijcerent. Quis enim non uideat pharisæos hunc nodum pro-
ponentibus sadducæis, non potuisse dissoluere aliquando? Et ideo non dubitare
quin sadducæi, quæ secta erit eis aduersa, ut ipsis hoc scrupo silentium imposuerāt

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquando, aut ad aliquid inconsentanei adegerant: ita & dño facturi essent? Sed lõge secus euenit atq; cogitauerant. Quod hoc modo subdit Matthæus. ¶ In illo die
208 » accesserunt ad eum sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogaue-
» rũt eum, dicentes: Magister, Moyses dixit, si quis mortuus fuerit, nõ habens filiũ
» ut ducat frater eius uxorẽ illius, & suscitet semen fratri suo. Erãt aũt apud nos septẽ
» fratres, & primus uxore ducta defunctus est, & nõ habẽs semen, reliquit uxorẽ su-
» am fratri suo. Similiter secundus & tertius, usq; ad septimũ. Nouissime autem oĩm
» & mulier defuncta est. In resurrectione ergo cuius erit de septẽ uxor? Oẽs enim
» habuerũt eam. Respondens aũt IESVS, ait illis: Erratis nescientes scripturas, ne-
» que uirtutem dei. In resurrectione enim neq; nubent, neq; nubentur: sed erunt si-
» cut angeli dei in cœlo. De resurrectione autem mortuorũ, nõ legistis quod dictũ
» à deo dicente uobis? Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Non
» est deus mortuorũ, sed uiuentiũ. Et audientes turbæ, mirabantur de doctrina eius.
» ¶ Istud erat sadducæorũ telũ quo pharisæos expugnabant, sed domino minus fu-
it q̃ plũbeus pugio. Dicebant autẽ apud se sadducæi, si refutabit hanc hypotesin,
quia septem multi sunt, ꝓponemus ei aliã de pauciorĩbus, ut de tribus aut duobus,
quã necesse erit admittat, quia quotidie id contigere uidetur, & idem urgebit scru
pus in resurrectione, cuius ex tribus aut duobus erit uxor? Si dicat, primi, nulla erit
ualentior ratio cur primi potius q̃ secundi, sed & cur secundus beneficio priua-
bitur, qui non minus uoluit legem implere q̃ primus, & æque de lege bene meri-
tus est ac primus? Si dicat, utriusq;, id dei lex non sinit, duos fratres (quantominus
plures, ut septem) simul eandem habere uxorem. Neq; uidebant alijs respõsioni-
bus suæ quæstionis satisfactũ iri posse. & sic quoq; frequẽter pharisæis ualidas nõ
habentibus responsiones os occluserant, imposuerãtq; silentiũ. At lõge aliter eue-
nit q̃ opinabantur. Nã dñs respõsione sua, & eis satisfecit, & silentiũ imposuit. Er
rabãt em defectu intelligẽtiæ scripturarũ, & diuinæ potẽtiæ. Defectu qdẽ ĩtelligẽ
tiæ scripturarũ qa lex Mosis de ducẽdis uxoribus, de ijs solũ intelligẽda est, q ĩ hoc
seculo sunt: nõ autẽ etiã de ijs qui in altero: quia in altero neq; uiri ducent uxores
neq; mulieres nubent, sed erunt uelut angeli dei in cœlo. Defectu aũt intelligẽtiæ
diuinæ potentiæ: quia nõ intelligebant, quod deus seruare poterat, imo seruabat
aĩas in nouissimo die per resurrectionẽ cũ corporibus excitandas. Quod testimo
nio scripturæ Moseos approbauit (nõ em aliam recipiebant) quæ Exodi. 3. legitur
de ipso Mose: Apparuitq; ei dominus in flamma ignis de medio rubi. Et subditur:
Et ait: Ego sum deus patris tui, deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Atqui
Exod. 3. si Abraham, Isaac & Iacob nihil essent, ut ipsi putabant qui animas hominũ, perin-
de ut canũ & boũ penitus interire, & ueluti lumẽ hesternũ euanescere arbitraban
tur, nõ diceret deus se esse deũ eorũ, qui penitus nihil essent. Quod & ipsi negare
nõ poterant. Eorũ ergo assertio cõtraria erat scripturis, quas legebãt ac recipiebãt
Sũt itaq;, & eorũ uiuũt aĩæ, nã deus nõ sic mortuorũ, ut opinabanẽ, sed uiuentiũ de
us est. Hac ratiõe cõpressit dñs ora sadducæorũ, q uenerant ut os eius cõprimerẽt
Nec ab re turbæ mirabanẽ sup doctrina eius, nã uere cœlestis erat planeq; diuina.
Sed nullũ nõ lapidẽ mouerũt pharisæi, ut in aliq̃ eũ reprehendere possent, qui erat
irreprehensibilis. Quod ex eo quod subditur à Matthæo, facile intelligĩt, deinceps
209 » dicente. ¶ Pharisæi autẽ audientes, quod silentiũ imposuisset sadducæis, conuene
» rũt in unũ. Et interrogauit eũ unus ex eis legisdoctor, tentans eũ: Magister, quod
» est mandatũ magnũ in lege? Ait illi IESVS: Diliges dominum deum tuũ ex toto
» corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum
» mandatũ. Secundũ autem simile est huic: Diliges proximum tuũ sicut teipsum. In
» his duobus mandatis uniuersa lex pendet & prophetæ. ¶ Quæstio uersabat inter
phari-

pharisæos de mandatis legis, quodnã inter ipsa præciputũ esset, pariter & maximũ neq; super hoc inter se cõueniebant: sed habebant in quo respõdentẽ apparenter arguerent. Itaq; cõspirantes simul pharisæi, quæstionẽ eã dño proposuerunt, rati se ex responsione nõnihil habituros quod arguere possent, sed sua fefellit eos opinio: sic enim respõdit, ut calũniari nullo modo responsum eius potuerint: quod de prompsit ex Deuteronomij sexto, ubi sic legimus: Diliges dominũ deũ tuũ ex to- Deut. 6.
to corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, dixitq; hoc (ut uere est) primũ & maximum esse in lege mandatũ, neq; in aliquo cauillari ausi sunt: quinimo legisdoctor, qui accesserat ut tentaret eum, tantũ abfuit, ut quicquãm in contrariũ dicturus hisceret, ut etiam illud ex Marci 12. approbarit, ac dixerit: Bene magi- Mar. 12.
ster in ueritate dixisti. Mandatũ quod secũdo loco in lege dei habẽdũ est, subdidit dñs ex Leuit. 19. Diliges ꝓximũ tuũ, sicut teipsum. Et est simile primo, quia ut pri Leuit. 19.
mum de amore est, ita & hoc de amore: primũ de ueritate, secundum de imagine. Faciamus, inquit deus, hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nostrã: & hæc est ra- Gen. 1
tio amandi proximũ perinde ac seipsum: quia dei imago & similitudo est, & æque quoq; ut & ipse, quantũ est ex natura. Hæc autem duo mãdata adeo sunt insignia, ut ex his duobus mandatis tota lex & prophetæ pendeant. Et qui ea implet, totã legem implet, & quæcunq; prophetæ mandarunt obseruãda. Et hoc quoq; ex Marco approbauit legis doctor, dicens: Diligere proximum tanquãm seipsum, maius est oĩbus holocaustomatibus & sacrificijs. In quo (ut uerisimile est) auaros pharisæos, qui conuenerant ut reprehenderent, ore illius reprehendit dominus, oblationũ & sacrificiorũ mandata, prima & maxima facientes, ob eam quæ in præcordijs eorũ feruebat, auaritiam. At cum toties tentatus, & interrogatus suos aduersarios uicit dominus: tandem ostendit eis quis eos uicerit (nam filius dei sedens in dextera patris: sic enim uisibilis mundo, carne uelatus, & uerus homo pro hominibus factus apparuit, ut tamen patris dexteram non reliquerit) & qui essent: nam inimici sedentis in dextera patris, sic eos de sua diuinitate, & eorum quidem (sic superbonus est) salutis causa, nisi cæca mente fuissent, instruens. Quod subiungit Matthæ
» us dicens. ¶ Congregatis aũt pharisæis, interrogauit eos IESVS, dicens: Quid uo 210
» bis uidetur de CHRISTO, cuius filius est? dicũt ei: Dauid. Ait illis: Quomõ ergo
» Dauid in spiritu uocat eũ dominũ, dicẽs: Dixit dominus domino meo, sede à dex
» tris meis: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorũ? Si ergo Dauid uo-
» cat eum dominũ, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere uerbum
» neq; ausus fuit quisquãm ex illa die eum amplius interrogare. ¶ Interrogati phari
sæi de CHRISTO, cuius filium esse putarent: responderunt, Dauid: Et probe qui
dem, sed secũdũ carnẽ: nam Dauidicæ uirginis, de qua dicit Esaias: Ecce uirgo cõ Esa. 9.
cipiet & pariet filiũ, & uocabitur nomen eius Emmanuel. At nihil de generatione CHRISTI supra carnẽ, ut erant carnales, & mente crassi cogitabant: & ideo eos corripit per centesimum nonũ psalmũ, quẽ & ipsi de CHRISTO esse pro cõfesso habebant, dicens: Quomõ ergo Dauid in spiritu uocat eũ dominũ, dicẽs: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: Donec ponã inimicos tuos scabellum pe Psal. 109.
dum tuorũ? Vbi cum ait: Quomõ Dauid in spiritu uocat: innuit nõ Dauid, sed spiritum dei, uocasse eũ dominũ: Dauid autem ipsius spiritus fuisse instrumentũ, ut q non ageret, sed (ut sic dicam) ageretur: quemadmodũ & cæteri prophetæ, ꝑ quos spiritus sanctus locutus est. Et utinam cum quippiã agimus, ut cum scribimus aut loquimur nunquãm ageremus: sed ageremur agentes, hoc est diuina patientes solã præstaremus instrumenta, sed heu miseros, nimiũ homines sumus, benedictus super oĩa deus, & benedicti quos sua dignatus est gratia, & quos suis dignatur (si quĩ sunt eiusmodi) occupationibus. Spiritus igitur dei mouit prophetã, ut diceret,
Dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dixit dominus domino meo, ubi dominus primo loco patrẽ significat, secundo lo co filiũ quẽ intelligũt esse Mesiã: quẽ cũ mouẽte spũ Dauid, uocat dñm suũ, ipsum esse deũ subindicat. Et per hoc, sede à dextris meis, habere cũ patre naturæ consor tiũ, æquũ regnũ, parẽq; maiestatẽ. Cũ aũt adiecit: Donec ponã inimicos tuos sca bellũ pedũ tuorũ. Per inimicos designabantur per spiritũ dei oĩa quæ sunt, quæ fu erunt, & quæ uentura trahentur ab æterno conspicientẽ, illi ipsi scribæ & Pharisæi & qui præsentes erant, & qui in terris illi aduersabanẽ. Porro qui aderant (quos ni hilominus ad suã diuinitatẽ agnoscendã euehebat dñs) cũ prophetã nõ intelligerent, neq; haberẽt quid responderent, præ cõfusione potius, q; ultro ac sponte tacu erunt, neq; de cætero quisq; eorũ ausus fuit dñm interrogare. Nos igitur agnoscamus CHRISTVM nũc ex Dauid secundũ carnẽ uerũ hominẽ, ex deo deũ, et dei filiũ, non solũ secundũ diuinitatis naturã, sed & humanã in dextera patris sedẽtem cõglorificatũ, & cõregnantẽ: per quẽ, patrẽ cũ ipso in spiritu sancto laudemus, honorificemus, & glorificemus in omnia, & super omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT VIGESIMVM TERTIVM.

211 IESVS locutus est ad turbas, & ad discipulos suos di cens: Super cathedrã Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint uobis, seruate & facite, secundũ opera uero eorũ nolite facere: dicunt enim & nõ
212 faciũt. ¶ Alligant autẽ onera grauia & importabilia, & im 5
213 ponunt in humeros hominũ, digito autẽ suo nolũt ea mouere. ¶ Omnia uero opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus. Dilatant eim̃ phylacte ria sua, & magnificant fimbrias. Amant autẽ primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & uocari ab ho
214 minibus rabbi. ¶ Vos aũt nolite uocari rabbi: unus est enim magister ue 10
ster, omnes autẽ uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super ter ram: unus est enim pater uester, qui in cœlis est. Nec uocemini magistri, quia magister uester unus est, CHRISTVS. Qui maior est uestrũ, erit mi nister uester. Qui aũt se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit,
215 exaltabitur. ¶ Væ aũt uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, q; clauditis re 15
gnũ cœlorũ ante homines: uos eim̃ nõ intratis, nec introeũtes sinitis intra re. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos uidua
216 rũ, oratiões lõgas orãtes: ꝓpter hoc amplius accipietis iudiciũ. ¶ Væ uo bis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui circumitis mare & aridã, ut faciatis unũ proselytum: & cũ fuerit factus, facitis eũ filiũ gehennæ duplo q̃ uos 20
217 ¶ Væ uobis duces cæci, qui dicitis: quicũq; iurauerit per tẽplũ, nihil est: qui aũt iurauerit in auro tẽpli, debitor ẽ. Stulti & cæci: quid eim̃ maius est aurũ, an templũ quod significat aurũ? Et quicũq; iurauerit in altari, nihil est: quicunq; autem iurauerit in dono, quod est super illud, debet. Cæci, quid enim maius est, donũ, an altare quod sanctificat donũ? Qui ergo iu 25
rat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt. Et quicunq; iu rauerit in templo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cœlo

cœlo, iurat in throno dei, & ĩ eo qui sedet super eũ. ¶ Væ uobis scribæ & 218
pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam & anethum & cyminũ, & reli
30 quistis quæ grauiora sunt legis, iudiciũ & misericordiã & fidẽ. Hæc opor tuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicẽ, camelũ autẽ glutientes. ¶ Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mũdatis quod 219
deforis est calicis & parapsidis: intus aũt pleni estis rapina & immundicia Pharisæe cæce munda prius qd̃ intus est calicis & parapsidis, ut fiat & id
35 quod deforis est mundũ. ¶ Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qa si 220
miles estis sepulchris dealbatis, quæ a foris parẽt hominibus speciosa, in tus uero plena sunt ossibus mortuorũ & omni spurcitia. Sic & uos a foris quidẽ paretis hominibus iusti, intus autẽ pleni estis hypocrisi & iniquita te. ¶ Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra, p- 221
40 phetarũ, & ornatis monumenta iustorũ, & dicitis. Si fuissemus in diebus patrum nostrorũ, nõ essemus socij eorũ in sanguine ꝓphetarũ. Itaq; testi monio estis uobismetipsis, quia filij estis eorũ qui ꝓphetas occiderũt. Et uos implete mensurã patrum uestrorũ. Serpentes, genimina uiperarum: quomodo fugietis a iudicio gehẽnæ? ¶ Ideo dico uobis: Ecce ego mitto 222
45 ad uos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate ĩ ci uitatem, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus qui effusus est super ter ram, a sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occidistis inter templũ & altare. Amen dico uobis, uenient hæc oĩa super
50 generationem istam. ¶ Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, 223
& lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis, non me uide bitis ammodo donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini.

ANNOTAT. BREVES XXVIII CIRCA LITERAM CAP. XXIII.

3 uobis. *τηρεῖν seruare
5 importabilia
βυσβάσακτα
Difficilia portatu
7 enim δὲ autem
8 fimbrias
τὰ κράσπεδα
*τῶν ἱματίων ἀυτῶν
uestimentorum suorũ.
8 autem – τε &
9 in foro
ἐν ταῖς ἀγορᾶις
plurale
10 rabbi * ῥαββί rabbi
10 magister
ὁ καθηγητὴς
& infra.
14 qui
ὅτι
quia
& infra.
15 qui clauditis &c.
qui comeditis &c.
clausulæ inuersæ
18 orationes longas
προφάσει μακρὰ
oratione longa
septimus casus
18 amplius
περισσότερον
abundantius
20 duplo
διπλότερον
duplo magis,
duplicius
22 in auro
per aurum
& infra.
22 quid
τίς
quod
utrum

& infra

Universidad de Deusto
Biblioteca

& infra.
24 debet.
* μωροὶ καὶ
Stulti &
33 paralidis
παραλίδος
& infra.
33 pleni estis
γέμουσιν
plena sunt
ut subaudiantur calix
& paropsis.
33 & immundicia
Ἐν ἀδικίας
& iniustitia
36 dealbatis,
κεκονιαμένοις
calce illitis
36 à foris
foris
& infra.
36 parent – hominibus
φαίνονται
apparent
& infra.
41 essemus
ἤμεθα
fuissemus
43 genimina
γεννήματα
germina,
progenies
44 Ideo – dico uobis
52 noluisti
οὐκ ἠθελήσατε
plurale
52 relinquetur
ἀφίεται
præsens.

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

QVales essent inimici sui, quos pater æternus sub pedibus eius in inferiora terræ, quæ diuinorum pedum est scabellũ, supplicijs tradet æternis: cõtinuo aperit dñs ad turbas, & ad discipulos suos loquẽs, dicente Matthæo. ¶ Tunc IESVS locutus est ad turbas, & ad discipulos
211 „ suos, dicens. Super cathedram Moysi sederũt scribæ & pharisæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint uobis, seruate & facite, secundum opera uero eorũ
„ nolite facere: dicũt enim & non faciunt. ¶ Sedere super cathedram Moysi, est habere legis enarrandæ authoritatem, & docere ea præcipue quæ legis sunt, quæ & dominus obseruare iubet & facere, nam præcepta legis ac mandata, bona & sancta sunt: & etiam, sed maxime secundũ spũm obseruãda atq; facienda, de qbus ca. 5. huius iam prætactũ est. Sed uetat eorũ qui talia docerẽt opera imitari; quia dicebant, sed nõ faciebant. In bonis ergo & doctrina & uita attendenda est: quia utrunq; iuuat, at in malis, si doctrina bona sit, & uita mala, doctrina attendenda est, & uita fugienda, dicẽte dño: Oia quæ dixerint uobis, seruate & facite: secũdũ opera uero eorũ nolite facere: nam doctrina iuuare potest, at uitæ exemplũ nõ potest, imo nocet. Sed & insuper scribæ & pharisæi præter mãdata legis, traditiones habebãt
212 „ quæ oneribus legis grauiores erant, de quibus subdit dominus. ¶ Alligant autem
„ onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominũ: digito autẽ suo nolunt ea mouere. ¶ Iuxta hæc opera nequaq; facere oportet; nam hæ sunt traditiones humanæ: quæ nihilominus cũ impositæ sunt ab ijs, qui authoritatẽ habẽt, serendæ sunt. Et qui seruant & faciunt, nihil peccant, etsi multum premuntur & laborãt sed illi qui onera illa portatu difficilia super humeros hominũ imposuerũt, quæ uel minimo digito tangere nollent. Sicuti & q tributa, quæ uires subditorũ excedunt, ad ambitiones, cupiditatesq; suas explẽdas exigunt, & ne tantillum quidem ad populi sui subleuamen tribuere uellent. Sed & alia pleraq; eorum opera fugienda p
213 „ Matthæum declarat dominus, cum ait. ¶ Omnia uero opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. Amant
„ autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutatiões in foro & uocari ab hoĩbus rabbi. ¶ Qui opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus, & boni (etsi nõ sunt) iudicentur, sunt hypocritæ: nõ dei, sed mundi gloriã quærentes. Qua intentione scribæ & pharisæi dilatabãt phylacteria sua, id est cõseruatoria, quod in his memoria præceptorũ decalogi seruaret. Erãt aũt ornamẽta quædã, q frõti uice coronæ circũponebant, ut præceptorũ dei admonerentur, q hodie quoq; uocantur à Iudæis TOTAPHOTI & TEPHILLIM, quorũ faciendorũ occasionẽ

occasionem sumpsisse uidentur ex Deutero. cap. 6. ubi habetur: Audi Israël, Dominus deus uester, deus unus est. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudie tua. Erũtq; uerba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedẽs ĩ domo tua, & ambulãs in itinere, dormiens atq; cõsurgens. Et ligabis ea quasi signũ in manu tua eruntq; & mouebunt inter oculos tuos, scribesq; ea in limine & ostijs domus tuæ. Vbi Hebraice habet, eruntq; quasi TOTAPHOTH inter oculos tuos. Et magnificabãt fimbrias, id est, filum siue funiculũ hyacinthinũ limbo, & extremitati uestiũ assutum, de quibus scribitur Numero. cap. 15. Dixit quoq; dominus ad Moysem. Loquere filijs Israël, & dices ad eos, ut faciant sibi fimbrias per angulos quatuor palliorũ, ponentes in eis uittas hyacinthinas: quas cum uiderint, recordent omniũ mandatorũ domini, ne sequantur cogitationes suas, & oculos per res uarias fornicantes: sed magis memores præceptorum domini, faciant ea, sintq; sancti deo suo. Et Deuter. cap. 22. Funiculos in fimbrijs facies per quatuor angulos pallij tui quo operiris. Nam q̃ quisq; latiora phylacteria haberet, & maiores latioresq; fimbrias, quibus se, quanq; falso, mandata dei iugiter in corde gestare profitebant: hoc religiosior & sanctior apud populũ haberi uolebat: & hoc erat hypocrisis. Amabant quoq; primos accubitus, insignioresq; discũbendi locos in conuiuijs, primas sedes præsidentiasq; in synagogis, salutatões in foris, id est, in ijs locis ad q̃ est plurimus hominũ confluxus: & uocari ab hominibus rabbi, id est magister: q hoc nomen honoris & magnificæ sapientiæ sit. Sed absit ut tales sint, qui Christiani noĩs sunt pro
„ fessores. Ideo aperiente Matthæo subdit dominus. ¶ Vos aũt nolite uocari rabbi; 214
„ unus est enim magister uester, omnes autẽ uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terrã: unus est enim pater uester qui in cœlis est. Nec uocemini magistri: quia magister uester unus est CHRISTVS. Qui maior est uestrũ, erit minister uester. Qui aũt se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.
¶ Qui aliqua pharisæacæ conuersationis phibet, cætera phibere uidet. Quocirca nõ oportet nos nostra opa facere, ut uideamur ab hominibus; sed propter dominũ eiusq; sanctam imitationẽ. Neq; essent dilatanda phylacteria, neq; magnificendæ fimbriæ ad ostentationẽ sanctimoniæ: si qui pfessionis Christianæ phylacterijs ac fimbrijs uterent. Neq; sunt appetendi primi accubitus in cœnis, neq; supremæ partes in cõgregationibus, nisi officio debeant: q si etiã officio debeant, pcul tñ absit ambitio & honoris cupiditas. Neq; debemus cupere uideri salutariq; in foris, & uocari rabbi, & cætera id genus, q̃ mundi sapiũt gloriã. Qd si qd taliũ nobis fiat, id pter cupiditatẽ nostrã fiat. Nõ debemus, inquã, cupere uocari rabbi: quia si nomẽclatura hæc, rabbi, scientiæ aut doctrinæ insigne quoddã cõmonstret, unus omniũ nostrum magister est, scilicet CHRISTVS dominus, nos autẽ oẽs filij doctrinæ eius: & pinde inuicẽ fratres & cõdiscipuli: ipse uero solus rabbi atq; magister. Nos etiã sumus per regenerationẽ filij dei: & primã quæ ex Adã est exuimus generationẽ. Ergo ratiõe nostræ secundæ spiritualisq; generatiõis, patrẽ nobis uocemus in cœlis, à quo omnis spes nostra & prouidentia nostri pendeat: neq; amplius ullũ in terris patrẽ nobis uocemus, quod sit æstimandũ: neq; ĩ illo sita sit spes nostra, nec ipsi prouidentiã nostri, sed uero patri tribuamus: & si ille erga nos sit diuinæ prouidentiæ uestigium & organũ. Postremo nulla ambitione teneamur, ut inter fratres uocemur καθηγηταὶ, id est præceptores & moderatores: quia unus est præceptor & moderator noster, scilicet IESVS CHRISTVS, nõ plures. Et q inter spũales hoc ambit, & talis cupiditatis seruus est, aliorũ erit minister: nã qui se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabit. Quo fit ut inter spirituales ille debeat haberi omniũ primus, & maiore censeri dignus honore, qui fuerit omniũ humillimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

His positis, subiungit aliquot παλαινισμοὺς, id est deploratiões, & cõmiseratiões Scri-
215 „ barum & Pharisæorum. Quarum prima & secũda sunt hæ. ¶ Væ aũt uobis Scribæ
„ & Pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnũ cœlorũ ante homines: uos enim nõ in-
„ tratis, nec introeũtes sinitis intrare. Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qa co
„ meditis domos uiduarũ, orationes lõgas orãtes. Propter hoc amplius accipietis iu-
„ diciũ. ¶ Interiectio uæ, quã Græci dicũt οὐαὶ, dolentis est, & cõmiserescẽtis, ut heu,
hei: & nõnunquã cæcã ingratitudinẽ exprobrãtis, ut Matthæi cap. 11. Væ tibi Cho-
rozaim, Væ tibi Bethsaida: nõ deuouẽtis, execrãtis, maledicẽtis ue. Et sic ferè in to
to Euãgelio capi debet. Regnũ cœlorũ, ut iam sæpe dictum est regnũ CHRISTI,
quod illi claudebant homines, prohibendo quantum poterant doctrinam CHRI-
STI, & eidẽ detrahendo ac Euãgelio æterno. Neq; ipsi intrabãt, quia neq; CHRI-
STVM, neq; doctrinã eius recipiebãt, neq; sinebãt alios intrare: quia quo ad pote-
rant, ab illis auertebãt. Longis quoq; orationibus sanctimoniam simulãtes Scribæ
& Pharisæi, simplices uiduas & matronas facultatibus spoliabãt: quæ ita demũ ora
tionibus eorũ iuuari sperabant, si suas opes illis darent, iuxta desideria eorũ dispen
sandas: q ut araneus ex tela muscas, ita ex oratiõe expectabant diuitias, & ita lõgæ
orationes, illis lõgæ erãt telæ: quorum cor nõ in ara erat, sed in arca: nõ in cœlo, sed
in loculo: nõ in parsimonia, sed in patina: & si illa simularẽt, & ista dissimularẽt. Sed
quid pro istis lõgis oratiõibus, simulataq; sanctimonia pcepturi sunt? Sanè grauio
rẽ dãnationẽ, grauiusq; suppliciũ. Tales enim nõ acceptat deus oratiões, nõ remu-
216 „ nerat, sed respuit, et grauissime punit. Tertia. ¶ Væ uobis Scribæ et Pharisæi hypo
„ critæ, quia circumitis mare & aridã, ut faciatis unum proselytũ: & cum fuerit factus,
„ facitis eum filium gehẽnæ duplo magis quàm uos. ¶ Circumibant mare & terram,
ut ex nõ Iudæo facerent Iudæum, quem GER, id est proselytũ, quod latine aduenã
significat, nominabant: at ex nõ Pharisæo Pharisæũ, sed cum factus esset Iudæus,
aut suæ sectæ, faciebãt eũ duplo magis, quàm ipsi essent, filium gehẽnæ, filium sup
pliciorum, mortisq; æternæ. Nam ipsi solum legem suam nõ obseruabãt, sed prose
lytus, & legem eorũ, quam promiserat, nõ obseruabat, & mala eorũ uita offensus,
ad idola quæ dimiserat, priorem q; cultũ redibat. at in hoc quod legẽ quam uouerat,
non seruabat, filius erat gehẽnæ: & in hoc quoq; quod ad priora animũ reuocabat:
217 „ duplo igitur magis quàm ipsi gehẽnæ filius. Quarta. ¶ Væ uobis duces cæci, qui di
„ citis: Quicunq; iurauerit per templum, nihil est: qui autẽ iurauerit in auro tẽpli, de-
„ bitor est. Stulti & cæci: quod enim maius est, aurũ an templum, quod sanctificat au-
„ rum? Et quicunq; iurauerit in altari, nihil est: quicũq; autem iurauerit in dono, quod
„ est sup illud, debet. Cæci: qd' enim maius est, donũ an altare, quod sanctificat donũ?
„ Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in oĩbus quæ super illud sunt. Et quicũq; iura-
„ uerit in tẽplo, iurat in illo, & in eo qui habitat ĩ ipso. Et qui iurat in cœlo, iurat in thro
„ no dei, & in eo qui sedet sup eũ. ¶ Duces cæcos ideo uocat Scribas & Pharisæos,
quia aliorũ erant doctores, & nõ uidebãt quid esset docendũ. Nam docebãt, quod
qui iurassent per tẽplum, aut per altare tẽpli, nequaquã debitores ac rei essent: sed
qui iurassent per aurũ templi aut altaris, debitores ac rei essent. At id docendũ erat,
utpotè quod uerũ est, neq; per templũ, neq; per altare, neq; per aurũ templi aut mu
nus quodcunq; oblatum in altari, omnino iurandum esse: ut jã quoq; cap. huius. 5.
numero. 44. dictum est. In hoc insuper cæci erant & stulti, quod qui grauius iuran-
do peccabant, absoluebant: qui leuius, cõdemnabant. Nam grauius peccatũ est iu-
rare per templum, quàm per aurũ: quandoquidem templum sanctificat aurum tem
pli: non autẽ contra aurum, templum. Præterea qui iurat per templũ, per templum
iurat, & omnia quæ continet: & ita de altari & oblato in altari: idẽ de cœlo, quod est
thronus dei, & de eo qui sedet in eo, dicẽdum est. Quare qui iurat per tẽplum, con-
sequio

sequio quodam iurat per aurum templi: ut qui per thronum dei, per deum. Quinta.
„ ¶ Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia decimatis mentã, & anethum, & 218
„ cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudiciũ, & misericordiã, & fidem.
„ Hæc oportuit facere, & illa nõ omittere. Duces cæci, excolãtes culicem, camelum
„ autem glutientes. ¶ Menta, herba est uulgo nota, cuius odor animum, & sapor aui
ditatem in cibis excitat. Anethum & cyminum, genera seminum cibarijs & medici
nis haud inepta. Horum autem & similium, ad iusticiam exteriorẽ decimas dabãt,
ut scilicet ostentarẽt quàm iusti essent: uerum iusticiam interiorem parũ curabant,
quam tamen deus uel maxime requirit, ut recta secundum legẽ facere iudicia, con-
demnare sontes, absoluere insontes, indigorum oppressorum q; misereri, inuicẽ fi-
dem seruare: sed & erga deũ omnino fideles esse, quæ præcipui ĩ lege sunt põderis.
At hæc Scribæ & Pharisæi omittebant, & illa minutila faciebãt, minima peccata ui-
tantes, & grauissima admittẽtes: de parua re scrupum conscientiam q; facientes, de
magna nullam: minimum purgantes peccatum, sed maximũ retinentes. id aũt est,
quod est in prouerbio: Excolare culicẽ, & camelum deglutire. Verum interiorẽ iu-
sticiam primũ facere oportuit, deinde exteriorem non omittere: intẽtione quidem
seruandæ legis, diuinæq; uoluntatis exequẽdæ: non autẽ hypocrisi, id est sanctimo
„ niæ, quæ nulla est, ostẽtatiõe. Sexta. ¶ Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qa 219
„ mundatis, quod deforis est, calicis & paropsidis: intus autẽ pleni estis rapina & im-
„ mũditia. Pharisæe cæce, mũda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat & id
„ quod deforis est, mundum. ¶ Per calicem & paropsidem, Scribarũ et Pharisæorum
corpora intelligũtur: qui curabãt ut nitida essent cute, manus lauabãt & faciẽ, quasi
hoc prætermisso sumere cibum grande fuisset piaculum, & uarijs exterioribus ute-
bantur lotionibus: intus autẽ in anima pleni erãt peccatis, rapinis, crapulis, impudi-
citijs, & alijs id genus spurcitijs. At prius munda esse interiora debuerãt, ut possent
„ exteriora uere mũda haberi. Septima, superiori similis. ¶ Væ uobis Scribæ & Pha 220
„ risæi hypocritæ: qa similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparẽt homini-
„ bus speciosa: intus uero plena sunt ossibus mortuorũ, & omni spurcitia. Sic & uos à
„ foris quidẽ apparetis hominibus iusti, intus autẽ pleni estis hypocrisi & iniquitate.
¶ Vt sepulchra mortuorũ foris sunt ornata, sed intra ea sunt uermes, fœtor, horror,
ossa mortuorum, & omnimoda spurcities: sic corpora hypocritarũ tanquã mortua
rum animarũ sepulchra existentia, forinsecus ornata erant, apparebãtq; oculis spe-
ctantium speciosa: at intus cõscientiæ uermis, fœtor, & horror scelerũ, & animæ ari
dæ, & in malis induratæ uelut ossa mortuorũ, & omnis spiritualis immũdities, qua-
„ lis est omnis cõtra deum iniquitas, inerãt. Octaua. ¶ Væ uobis Scribæ & Pharisæi 221
„ hypocritæ, quia ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorũ,
„ & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socij eorũ in san
„ guine prophetarũ. Itaq; testimonio estis uobis met ipsis: quia filij estis eorũ q pro-
„ phetas occiderũt. Et uos implete mensurã patrum uestrorum. Serpẽtes, genimina
„ uiperarũ, quomodo fugietis à iudicio gehẽnæ? ¶ Scribæ & Pharisæi ædificabãt ma
gnifice monumenta & sepulchra prophetarum, quos patres eorũ interfecerant, &
se iustificabant, dicentes: Si fuissemus in diebus patrũ nostrorũ, non fuissemus socij
eorum in sanguine prophetarum, nõ consensissemus neci eorũ. Sed cum hæc dice
bant ut uiderentur iusti, contra se testimonium ferebãt: nã testabãtur se filios eorũ
esse, qui prophetas occiderũt: quandoquidem si illi erant patres eorũ, ergo ipsi filij
illorum. Sed quidnam illi fuerunt, nisi serpentes & uiperæ: quarũ proprietas est &
matrem dirumpere, & ipsos homines enecare? Et quid serpẽtes & uiperæ gignũt,
nisi serpẽtes? Ergo cum filij illorum sint, ac serpentũ & uiperarũ progenies: & ipsi
quoq; sunt serpentes & uiperæ, & matrem legem dei dirumpẽtes, & prophetas in-

 terimen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

terimẽtes. Quod insinuauit dominus cum dixit: Et uos implete mensurã patrũ uestrorum. Serpẽtes, genimina uiperarum: quomodo fugietis à iudicio gehẽnæ? ubi ipsos Scribas & Pharisæos, & qui ex eis processuri erãt, serpẽtes uocauit, & patres eorum uiperas, & difficultatẽ fugiendorũ æternæ mortis suppliciorũ eisdem prædixit. Nunc autem de persecutione prophetarũ, sapientũ, & iustorum nouæ legis prophetiã subiũgit, ut ostendat eos qui se supra patres suos iustificabant, ut iusti sanguinis inoxios, iniustiores fore, & crudeliores patribus suis, iusti sanguis effusores
222 ,, atq; homicidas, aperiente Matthæo, subdẽs. ¶ Ideo dico uobis: Ecce ego mitto ad
,, uos pphetas, & sapiẽtes, & Scribas: & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis fla
,, gellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatẽ: ut ueniat su
,, per uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrã, à sanguine Abel iusti usq;
,, ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occidistis inter templũ & altare. Amen
,, dico uobis, ueniẽt hæc omnia super generationem istam. ¶ Occiderũt gladio Iaco
,, bum fratrem Ioannis, crucifixerunt Simonem iustum filiũ Cleophæ, flagellauerũt apostolos in synagogis suis, & Paulum & Barnabam de ciuitate in ciuitatẽ persequuti sunt: ut Acta apostolica, & antiquæ quoq; historiæ tradũt. Et hoc quia futurũ erat, ut omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram ab Abel iusto, usq; ad Zachariam prophetam filium Barachiæ, quẽ interfecerũt patres eorũ inter templum & altare, ueniret super ipsos parricidas. Cain qui fratrem suũ iustum occidit, est eorum figura: ut Abel, CHRISTI. CHRISTVS autẽ ueritas, qui eminenter cõtinet omnem sanguinem iustum, qui effusus est ab Abel usq; ad Zachariã prophetam: imo & qui ab isto ad finẽ usq; seculi effundetur. Cũ ergo CHRISTVS esset ab eis occidendus, haud ab re id dictũ est ab ipso, ut ueniat sup uos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrã. Sed quæres quis sit Zacharias iste? Quid si ille qui inter prophetas, quos minores appellant, nõ certe spiritu, sed aut scriptorum paucitate, aut alia quauis ratiõe undecimus collocatur; is autẽ est filius Barachiæ, ut ipse de se scribit: In mense octauo, in anno secundo Darij regis, factum est uerbũ domini ad
Zach. 1. Zachariam filiũ Barachiæ. Et adeo eius insignis erat memoria, ut aliqui scribãt illi extructum fuisse insigne in Hierusalem sepulchrum, iuxta Aggæum propheta: & eum unũ ex ijs esse, quibus Scribæ & Pharisæi extruxerãt sepulchra. Quod tetigit dominus, cum dixit: Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra propherarum. Quod si cui hæc opinio nõ placeat, illum esse dicat, qui mandato Ioas regis Iudæ, inter altare & templum lapidibus obrutus interijt: ut scriptũ est primi Paralipomenon, 24. ubi sic habetur: Mittebatq; eis prophetas, ut reuerterentur ad dominum, quos protestãtes illi audire nolebant. Spiritus itaq; dei induit Zachariam filium Ioadæ, sacerdotẽ, & stetit in cõspectu populi, et dixit eis: Hæc dicit dominus. Quare trãsgredimini præceptũ domini, quod uobis non proderit: & dereliquistis dominum, ut derelinqueret uos? Qui congregati aduersus eum, miserũt lapides iuxta regis imperiũ in atrio domus domini. Et non est recordatus Ioas rex misericordiæ, quam fecerat Ioada pater illius secum: sed interfecit filiũ eius. Qui cũ moreretur, ait, uideat dominus, & requirat. Neq; quenquam obturbet, quod hic dicitur filius Ioadæ, in Matthæo filius Barachiæ: cũ uerisimile sit Ioadam fuisse binominẽ, quod plerisq; cõtigit; ut passim in uetere testamẽto uidere est, & ĩ nouo quoq; interdum. Nam cum in Marci capi. 2. scriptum sit, Dauid introiuisse in domum dei sub Abiathar principe sacerdotũ, & panes propositionis manducasse: & primi Regum capite. 21. sub Achimelech: necesse est Achimelech fuisse binominẽ: sicuti iam quoq; diximus capite duodecimo, numero. 113. Quid igitur fuerit incommodi, Ioadam fuisse binominem, & altero nomine Barachiam appellatũ? Attamen sequatur quisque quod sibi placuerit, mihi magis arridet quod posteriore loco allatũ est.

Superiore

Superiore igitur de sua & suorũ sequaciũ posita prophetia, aliam adijcit dominus
» (referante Matthæo) de Hierusalẽ, dicens. ¶ Hierusalem Hierusalẽ, quæ occidis 223
» prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos
» quemadmodũ gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquet
» uobis domus uestra deserta. Dico enim uobis, nõ me uidebitis ammodo, donec dica
» tis: Benedictus qui uenit in noĩe dñi. ¶ In principio benignitas dei ciuitatis Hierusalem auersionem & ignorantiã deplorat: quia quotiescunq; ipse, & maiore quidem sine ulla comparatione solicitudine uoluit ciues eius congregare, & sancta fouere doctrina ut uiuerent, cũ gallina congreget pullos suos sub alas (nã in gallina hoc facit naturalis amor & instinctus: in CHRISTO aũt hoc faciebat supercœlestis & superimmensus amor, & superbona uoluntas) illi se deo unire noluerunt: & ideo magno accipitri prædæ futuri sunt, haud secus ac pulli illi qui maternarũ alarũ fotum diffugiunt. Quod insinuat, cum ait: Ecce relinquet uobis domus uestra deserta. Quod factum est à tempore captiuitatis eorũ, à qua ad eum usq; annum quo hæc scribebamus, fluxerunt anni circiter, 1444. Quæ quidẽ deploratio facta quoq; 1444
uidetur Ezechi. cap. 24. Immundicia tua execrabilis: quia mundare te nolui, & nõ 34
es mundata à sordibus tuis: sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indi 42
gnationẽ meam in te. Ego dominus locutus sum. Sed quid est quod adijcit: Amen 1520
dico uobis, nõ me uidebitis ammodo, donec dicatis: Benedictus qui uenit in noĩe domini? Nisi nunq; posthac cognoscetis me & quis sim, donec confiteamini cordibus uestris Mesiã me esse, & corde dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini: ut turbæ & pueri Hebræorũ iam aperta uoce confessi sunt. quæ uerba ex psal. 117. sumpta sunt, qui de CHRISTO, id est, de Mesia intelligitur, ubi habemus: O domine saluũ fac, O domine bene prosperare: Benedictus qui uenit in nomine domini. Ergo non de uisione corporis, sed mentis: nõ de uisione carnis, sed spiritus, illud dictũ domini est intelligendũ: nam & ipsum oculo carnis uiderunt, non post multos illos dies. Nam ingressus iã dominus in Hierusalẽ ex consequentia narrationis Euangelistæ: & quod uero simile est, quarta ante passionẽ die illum sermonẽ dixerat. Et tamen cum rursus tertia aut secunda ante passionẽ die illam ingressus est, nequaq; dixerunt: Benedictus qui uenit in nomine domini; & ideo ipsum esse CHRISTVM non agnouerũt. Sed qui eum agnouerunt, idipsum mente confessi sunt. Ergo ut ipsum semper uidere possimus, tota mente confiteamur eum esse CHRISTVM, & semper animo dicamus: Benedictus qui uenit in noĩe domini, deus & dominus illuxit nobis. Benedictus, inquã, qui uenit in nomine domini, qui est pater cœlestis æternus: cui per ipsum & cũ ipso in spiritu sancto, honor, gloria, & adoratio in cœlo & in terra, & ab omni creatura in oĩa seculorũ secula. Amen.

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

IT egressus IESVS de templo, ibat. Et accesserunt discipu- 224
li eius, ut ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem
respondens, dixit illis: Videtis hæc oĩa? Amen dico uo-
bis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non de-
5 struatur. ¶ Sedente autẽ eo super montem Oliueti, accesserunt ad eũ discipuli secreto dicentes: Dic nobis quando hæc erũt, & qd 225
signum aduentus tui, & consummationis seculi? ¶ Et respondens IESVS, 226
dixit eis: Videte ne quis uos seducat. Multi enim ueniẽt in nomine meo, dicentes: Ego sum CHRISTVS, & multos seducent. ¶ Audituri enim estis 227

Universidad de Deusto
Biblioteca

prælia & opiniões præliorum. Videte ne turbemini. Oportet enim hæc 10
fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnũ in re
gnum: & erũt pestilẽtiæ, & fames, et terræmotus per loca. Hæc aũt omnia,
initia sunt dolorũ. Tunc tradent uos in tribulationẽ, & occidẽt uos, & eri=
tis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabun
tur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudo= 15
prophetæ surgẽt, & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, re
frigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit usque in finẽ, hic
saluus erit. Et prædicabitur hoc Euangeliũ regni in uniuerso orbe, in testi
228 monium omnibus gentibus. Et tunc ueniet consummatio. ¶ Cum ergo ui
deritis abominationẽ desolatiõis, quæ dicta est a Daniele propheta, stan 20
tem in loco sancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad
montes: & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui
in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Væ autẽ prægnantibus, &
nutrientibus in illis diebus. Orate aũt, ut nõ fiat fuga uestra in hyeme uel
sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi 25
uscq; modo, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, nõ fieret salua omnis
229 caro: sed propter electos breuiabũtur dies illi. ¶ Tũc si quis uobis dixerit,
ecce hic est CHRISTVS, aut illic: nolite credere. Surgẽt enim pseudochristi,
& pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem
inducantur, si fieri potest, etiã electi. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint 30
uobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce ĩ penetralibus, nolite credere. Si
cut enim fulgur exit ab oriẽte, & paret usq; in occidentem: ita erit & aduen
tus filij hominis. Vbicunq; fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.
230 ¶ Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & lu
na non dabit lumen suum, & stellæ cadẽt de cœlo, & uirtutes cœlorũ com= 35
mouebuntur, & tunc parebit signum filij hominis in cœlo. Et tũc plangẽt
omnes tribus terræ, & uidebũt filium hominis uenientem in nubibus cœ=
li cum uirtute multa, & maiestate. Et mittet angelos suos cũ tuba, & uoce
magna, & congregabunt electos eius a quatuor uẽtis, a summis cœlorum
231 usq; ad terminos eorum. ¶ Ab arbore autem fici, discite parabolam. Cum 40
iã ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope ẽ æstas: Ita & uos
cum uideritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico uo=
bis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlũ & terra
232 transibunt: uerba autem mea nõ præteribunt. ¶ De die autem illa & hora
nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi solus pater. Sicut autem in diebus 45
233 Noë, ita erit & aduẽtus filij hominis. ¶ Sicut enim erant in diebus ante di=
luuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, usq; ad eũ
diem, quo intrauit Noë in arcã, & non cognouerunt donec uenit diluuiũ,
& tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro:
unus assumetur, & unus relinquetur. Duæ molẽtes ĩ mola: una assumetur 50
&una

& una relinquetur. Duo in lecto, unus assumetur, & unus relinquet. ¶ Vi= 234
gilate ergo, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit. Illud autẽ
scitote, quoniam si sciret pater familias qua hora fur uenturus esset, uigila
ret utiq;, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & uos estote parati:
55 quia qua nescitis hora filius hominis uenturus est. ¶ Quis putas est fidelis 235
seruus & prudens, quẽ constituit dominus suus super familiã suam, ut det
illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quẽ cum uenerit dominus eius
inuenerit sic facientem. Amen dico uobis, quoniã super omnia bona sua
constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, moram fa
60 cit dominus meus uenire: & cœperit percutere conseruos suos: manducet
autem & bibat cum ebriosis, ueniet dominus serui illius in die qua nõ spe
rat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypo=
critis, illic erit fletus & stridor dentium.

ANNOTAT. BREVES XLIIII CIRCA LITERAM CAP. XXIIII.

2 autem – respondens
3 illis. * οὐ Nonne
5 Oliueti
τῶν ἐλαιῶν
6 secreto
κατ' ἰδίαν
seorsum,
priuatim
10 opiniones
ἀκοὰς
rumores
10 enim * πάντα omnia
13 initia
ἀρχὴ
singulare
18 orbe
τῇ οἰκουμένῃ
orbe terrarum
habitabili
19 consummatio
τὸ τέλος
finis
20 quæ dicta est
21 stantem
τὸ ἑστὸς
ἱστὰς
referunt ad abomina
22 aliquid de domo sua:
τὰ ἐκ τῆς οἰκίας αὐτοῦ
quæ de domo sua
res suas domesticas
23 tunicam suam
τὰ ἱμάτια αὐτοῦ
uestimenta sua
plurale.
24 uestra – in
25 fuit
γέγονεν
32 paret
φάνεται
apparet
33 Vbicunq; * οὗ enim
33 corpus
τὸ πτῶμα
cadauer
33 congregabuntur – &
38 uirtute & maiestate.
δυνάμεως καὶ δόξης
potestate & gloria
38 tuba & uoce magna
σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης
tuba uocis magnæ
tubæ uoce magna
39 à summis
ἀπ' ἄκρων
ab extremis
40 usq; ad terminos
ἕως ἄκρων
usq; ad extrema
40 parabolam.
τὴν παραβολὴν
similitudinem
41 nata
ἁπαλὸς
fuerint enata,
42 in ianuis
ἐπὶ θύραις
in foribus
42 uobis – quia
43 donec * ταῦτα hæc
45 pater * μου meus
46 in diebus
αἱ ἡμέραι
dies
rectus pluralis
47 nubentes
γαμοῦντες
ducentes uxores
47 nuptui tradentes
nuptum tradentes
50 assumetur
50 relinquetur
παραλαμβάνεται
ἀφίεται
præsentia, & infra.
50 in mola.
ἐν τῷ μύλωνι
in pistrino
51 relinquet. – Duo in
lecto, unus assumet,
& alter relinquetur.
52 hora

Universidad de Deusto
Biblioteca

φυλακῇ
custodia
53 sciret
53 uigilaret utiq;
54 non sineret
ἤδει
ἐγρηγόρησεν ἂν

οὐκ ἂν εἴασε
præterita.
55 nescitis
οὐ δοκεῖτε
non putatis
56 constituit
κατέστησεν

præteritum
61 sperat
προσδοκᾷ
expectat
62 diuidet
διχοτομήσει
dissecabit

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

224 „ VI sequitur, dñi ad discipulos familiaris sermo est. Qd' prompte in-
„ telligitur ex uerbis Matthæi, sic subdentis. ¶ Et egressus IESVS de
„ tẽplo, ibat. Et accesserunt discipuli eius, ut ostenderent ei ædificatio-
„ nes tẽpli. Ipse aũt respõdens, dixit illis; Videtis hæc oia? Amen dico
„ uobis, non relinquetur hic lapis super lapidẽ, qui nõ destruatur. ¶ Et
egressus dominus quo ibat, ut se reciperet à multitudine, nisi in montem oliuarũ? quo frequenter cum discipulis conuenire solebat, & unde subiecta Hierosolymorum ciuitas oculis maxime conspicua erat: sed & ex loco, unde templũ maxime uideri poterat, discipuli magnificentiam eius admirati, ostenderunt illud dño. Qui dixit eis: Amen dico uobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur: non tam de lapidibus uisibilibus intelligens, q̃ de ijs qui induratis cordibus in eo loco morabantur. Sed ubi fuit in monte Oliueti, quidnam ibi actũ sit, subiungit
225 „ Matthæus cum ait. ¶ Sedente aũt eo super montẽ Oliueti, accesserunt ad eũ disci-
„ puli secreto dicentes: Dic nobis quando hæc erunt: & quod signũ aduentus tui, &
„ consummationis seculi? ¶ Quia pauloante dñs discipulis suis dixerat: Amen di-
Matth.36. co uobis, nõ relinquetur hic lapis super lapidem, qui nõ destruatur: interrogauerũt
Matth.33. eum secreto, semotis scilicet turbis, quando hæc futura essent, & quod signũ aduentus eius, de quo supra audierãt illud; Filius hominis uẽturus est in gloria patris sui cũ angelis suis, & tũc reddet unicuiq; secundum opera eius, & consummationis seculi: de qua etiam audierant dñm dicentẽ in parabola sagenæ; Sic erit in consummatione seculi: exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorũ. Huic inter-
226 „ rogationi discipulorum respõdit dominus quod sequitur. Primo. ¶ Et respondens
„ IESVS, dixit eis: Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo
„ dicẽtes: Ego sum CHRISTVS, & multos seducẽt. ¶ Hoc spectat ad id quod quæsierãt de aduẽtu eius. Ideo monet eos & posteritatẽ eorũ, ut sint attenti, ne qs eos seducat de aduentu suo: quia multi uenturi erant in nomine eius, mentientes se esse CHRISTVM, id est illum promissum in lege & prophetis, & multos decepturi. Quod & partim adimpletum est, id quod ex historijs potest esse perspectum. Quis enim non audiuit de duplici Bencozebaꝰ quorum ultimus perijt sub Adriano in Bethura, ut libri tradunt Hebræorũ: & uterq; se mentiebatur CHRISTVM Et multi Iudæorũ illa opinione seducti illos sequentes, cum ipsis in æternũ pericrũt: qui nequaq; perijssent, si hic audissent CHRISTVM, eiusq; secuti fuissent cõsiliũ: sed nemo hactenus tantam perniciem inuexit, quantã Mahumetes, q est be-
227 „ stia, homo peccati, & filius perditionis. Secundo addit. ¶ Audituri enim estis præ-
„ lia & opiniones præliorum: uidete ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed non-
„ dum est finis: Consurget enim gens in gentem; & regnum in regnum: & erunt
„ pestilentiæ & fames, & terræmotus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolo-
„ rum. Tunc tradent uos in tribulationem, & occident uos, & eritis odio omnibus
„ gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tra-
„ dent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent
multos

„ multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Qui autem
„ perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc Euangeliũ regni
„ in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus. Et tunc ueniet consummatio
¶ Hoc ad id pertinet, quod petierãt de signis cõsummationis seculi: nã signa multa præcedent illam, quorũ quædam remotiora & plurimo tempore duratura ante consummationem: ut prælia & rumores prælioru, quæ fieri oportet ingruente mũdi malicia: surrectura item est gens in gentem, & regnũ aduersus regnũ: & erũt pestilentiæ, fames, & terræ succussiones p uaria loca, quæ diuina sunt flagella. Et hæc etiam ab initio, recenti adhuc ecclesia, emergere cœperunt. Et cũ ait; Tunc tradent uos in tribulationẽ: persecutiones tangit primitiuæ ecclesiæ. Cum subdit: Et multi pseudoprophetæ surgẽt, & seducent multos: hæreticos innuit, Simonẽ Magũ, Menandrũ, Harpocratẽ, Hebionẽ, Cherintũ, Martionẽ, & reliquam id genus cohortẽ dæmoniorũ, quos pseudoprophetas uocat; ut quos ita spũs malignus mortifero halitu afflat, ut spũs sanctus uiuifico afflatu ueros prophetas. Sed ꝗ salui facti sunt in illis persecutionibus, qui ad finem usq; in uera fide & doctrina perseuerauerũt: ad quod ex eo quoq; tempore illos adhortabatur. Verũ ut in primitiua ecclesia prælia fuerunt, & rumores prælioru, & pestilentiæ, & fames, et terræmotus, & pseudoprophetiæ, & hæreses: sic & in sequentibus ecclesiæ statibus, siue septem currant ad finem usq; mundi sub septem tubis, siue totũ diem legis gratiæ duodecim dispertiamur horis, ut diem naturæ duodecim. Signũ quod est uicinius consummationis seculi indiciũ est, cum Euangelium in uniuerso orbe fuerit prædicatum: & uenerint ex omni gente quæ sub cœlo est, ad lucis Euangelicæ confessionẽ, & Israël intrauerit, dicente Paulo; Cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentiũ in- Rhom.11.
traret, & sic omnis Israël saluus fieret. Quod & dñs in Luca insinuare uidetur, cũ
ait de Iudæis; Captiui ducentur in omnes gentes, & Hierusalem calcabitur à gen Luc.21.
tibus, donec impleantur tempora nationũ. Cum ergo uiderimus omnem gentẽ Euangelium recipere, & Iudæos ex errore resipiscentes CHRISTVM agnoscere CHRISTVM nobiscũ uenerari & adorare: tunc propinqua erit consummatio, & uicinũ tempus, ut saluandorũ impleatur numerus: qui donec impletus fuerit, diem
„ remoratur iudicij. Tertio subdit. ¶ Cũ ergo uideritis abominationẽ desolationis, q̃ 228
„ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto (qui legit, intelligat) tunc qui
„ in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in tecto, nõ descendant tollere aliquid de
„ domo sua: & qui in agro, nõ reuertatur tollere tunicam suam. Væ autem prægnan-
„ tibus & nutrientibus in illis diebus. Orate aũt, ut nõ fiat fuga uestra hyeme uel sab-
„ bato. Erit enim tũc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio mundi usq; mõ, neq; fiet
„ Et nisi breuiati fuissent dies illi, nõ fieret salua ois caro: sed propter electos breuia-
„ buntur dies illi. ¶ Redit dominus ad enucleandum eis, quod primo loco petierant
nam cum de arce & ædificio tẽpli audissent dominum dicẽtem: Amen dico uobis, nõ relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur: petierunt discipuli dicẽtes: Dic nobis, quando hæc erũt? Quod ex Daniele propheta dicit, ipsis esse intelligendũ: qui capite nono mysteria de CHRISTO, & quæ post mortem eius uentura sunt, hoc mõ enunciat: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super popu- Dani.9.
lum tuũ, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & prophetia, & ungatur sanctus sanctorũ. Scito ergo, & aĩaduerte ab exitu sermonis, ut iterũ ædificetur Hierusalem, usq; ad CHRISTVM ducem, hebdomades septẽ, & hebdomades sexaginta duæ erũt. Et rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporũ. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur CHRISTVS: et nõ erit eius populus, q eũ negaturus ẽ. Et ciuitatẽ et sanctuariũ dissipabit
popu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

populus cũ duce uenturo, & finis eius uastitas. Et post finẽ belli statuta desolatio. Confirmabit aũt pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificiũ; & erit in templo abominatio desolationis, & usq; ad consummationem & finem perseuerabit desolatio. Et ad hæc diligenter legenda & intelligenda adhortatur dñs: quia aperta, manifesta, & uera quæ uidebant, & quæ uisuri erant, quæ & prætendebat uisio. Abominationem desolationis aliqui interpretantur statuam Cæsaris Augusti, aut Adriani in templo collocatam. Sed Augusti Cæsaris statuã in templo collocatam fuisse, nullo authore dicere uidentur. Et Adriani statua quadraginta octo annis post desolationẽ sanctæ ciuitatis à Tito factam, tẽplo illata est, si illata est. Quare de ea desolatione quæ à Tito facta est, & Daniel et dñs loqui uidentur. Nam de statua Caij Cæsaris, quã tẽplo Hierosolymorũ octauo fere anno à passione dñi inferri uoluit, nõ est agitandus sermo: quandoquidem maxima precũ perseuerãtia, & totius gentis cõmiseratione potius q̃ id fieret, mortem eligentis: Iudæi à Petronio, cui id demandatũ fuerat, ne tẽplo inferretur, obtinuerunt, ut scribitur secundi de bello Iudaico, cap. 3. Per abominationẽ igitur potius hoc loco intelligitur Titus, qui colebat idola: & proide erat abominatio. Et ab abominatio desolationis, siue, ut septuaginta habẽt, τῶν ἐρημώσεων, id est desolationũ dicitur: quia desolatiões sanctæ ciuitatis, & sancti tẽpli per ipsum factæ sunt. Quæ & indicat id quod nunc quoq; legitur in Daniele ex Hebræo paulo aliter q̃ ex septuaginta (ut suspicari licet) habeamus. Sic eñ legitur: Et qui super alam abominationum, desolabit: idq; donec consummatio & decisio effundatur super stupentẽ. Quid per id: Qui super alã abominationũ, intelligitur, nisi qui in sublimitate eleuatus erat super cultores idolorũ: qualẽ quis nesciat Titum imperatorem Rhomanũ fuisse? Quid p, desolabit, nisi ciuitatẽ sanctã, & templũ sanctũ, gentemq; Iudæorũ destruet, perdet, dissipabit? Quid per, donec consummatio & decisio effundat̃ super stupentẽ, nisi donec ueniat cõsummatio & finis tẽporũ super populũ Israëliticum, tanto tempore stupefactũ & attonitũ de tam longa sua captiuitate, & irrita sibi facta Mesiæ sui (quia iam suis temporibus uenerat) expectatione? Ergo abominatio desolationis, quæ stetit in loco sancto, fuit Titus. Quẽ cũ uidebant iã loco imminere iuxta dñi prædictionẽ, cito fugere debebant: siue qui in Iudæa, siue qui in tecto, siue q̃ in agro erant, ad mõtes. Et ad quos? Certe ad montes dei, qui erãt apostoli domini nostri IESV CHRISTI: Ipse uero mons magnus totam terram (iuxta Danielem) impleturus: à quo & ipsi montes sunt dicti. Id etiam quod dñs dicebat: Tunc & qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & quæ sequuntur, repentinã super eos, inopinatamq;, & ineluctabilem designabat futuram dei uindictã. Et profecto sic ira dei desæuit in gentem illam, ut prægnantes omnes abortirent, & lactantes præ intolerabili famis necessitate proprios manderent liberos. Quod ait orandũ ijs, qui possent tantam diuinæ indignationis effugere ultionem: ut nõ in hyeme neq; sabbato fieret eorũ fuga: hoc significat, cito & longe à loco plagæ illis esse fugiendũ: cito, quod in hyeme cõmode fieri nõ potest: lõge, quod non licebat sabbato. Et hæc quæ à Vespasiano & Tito inducta est tribulatio, tãta tamq; horribilis fuit, quanta & qualis nõ est à mũdi exordio cognita: quod licet ex historijs deprehẽdere ad eam q̃ de hoc excidio facta est, collatis. Quis enim unq̃ in obsidione urbis cuiuscunq; legit undecies centena milia fame & gladio perijsse, quod in Hierusalem factum Iosephus tradit: & urbe capta sexcenta milia uirorum interfici iussa, & hoc in solennitate paschæ, qua dominũ gloriæ suppplicio affecerant: captiuorũ autem publice uenundata centum milia? Tanta & talis ab initio mundi non legitur, neq; (prædicente domino) aliquando tanta talisq; futura est. Sed & dies illius tam horrendæ & implacabilis ultionis truncandos, atq; breuiandos prædixit dominus

Daniel. 2.

ut &

ut & euenit: quæ ex historijs ad quadragesimũ à dominica passione annũ adducta, duorũ ferme annorũ breuitate coarctata est: & hoc propter electos, ut qui numero saluandorũ sociandi erant, saluarenẽ. Quod si in longinquius tempus res fuisset dilata, aut ubi cœpit nõ fuisset tẽpore accelerata, nõ salua fuisset omnis caro. Quæ aũt saluationi erat electa, id ipse nouit, qui & saluandos & numerũ saluandorũ nouit. Quarto subiũgit. ¶ Tũc si quis uobis dixerit, ecce hic est CHRISTVS, aut illic 229
nolite credere. Surgent eñ pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & ꝓdigia, ita ut in errorẽ inducanẽ, si fieri potest, etiã electi. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerit uobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut eñ fulgur exit ab oriente, & apparet usq; in occidentẽ: ita erit & aduentus filij homis: ubicunq; fuerit corpus, illic congregabunt̃ & aquilæ. ¶ Solicite admonet dñs, ut in nouissimis diebus caueant ab ijs qui falso se CHRISTVM dicturi sunt, & falso nomẽ prophetæ sibi uendicabũt: inter quos erunt, qui permissu diuino magna signa & ꝓdigia facturi sunt, sed mendacia, ut Iãnes & Mambres in Tani Aegyptia, adeo ut etiã decipiant̃ electi, si id fieri posset, essetq; ꝓmissum. Neq; unq̃ alias CHRISTVM expectent aut hic aut illic, foris aut in penetralibus, q̃ cum in nouissima uisitatione ueniet repentinus & manifestus: quemadmodum fulgur, qd̃ egrediens ab oriente, repente apparet in occidente. Nam si repente terrestres cõgreganẽ aquilæ ad cadauera, quanto magis aquilæ, id est sancti sanctæq; illius temporis animæ, cõgregabunt̃ ad CHRISTVM, adeo manifestus erit illius uisitatiõis aduentus? Sed & exactis p̃cedentibus iudiciũ signis, aderunt angeli dei tũc ad resurrectiõis mysteriũ missi, ut subdente domino cognoscimus: & hoc quinto loco hoc modo. ¶ Statim aũt post tribulationẽ dierum illorũ sol obscurabitur, 230
& luna nõ dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorũ commouebuntur: & tunc apparebit signũ filij hominis in cœlo: & tũc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filiũ hominis uenientẽ in nubibus cœli cum uirtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cũ tuba & uoce magna, & congregabũt electos eius à quatuor uentis, à summis cœlorũ usq; ad terminos eorũ. ¶ Cũ hic mundus in ultimo senio erit, & graues tribulationes p̃feret priusq; deficiat & emoriat̃: sol qui est uelut cor mundi huius, obscurabit̃: & luna quæ est uelut uis eius altrix, lumẽ suũ negabit, & stellæ uidebunt̃ e cœlo decidere, & uirtutes cœlorũ quatient̃, & signũ filij hominis, siue id crux sit siue aliud qd̃ deus nouit, in cœlo erit conspicuũ. Et tũc p̃ signorũ & portentorũ pauore plangẽt & sese laniabũt oẽs nationes terræ, post quæ uidebunt filiũ hominis CHRISTVM iudicẽ oĩm uenientẽ in nubibus cœli cũ tali tantaq; maiestate ac potestate, qualẽ & quantã nunq̃ oculus uidit, nec auris audiuit. Et mittet angelos suos cũ tuba sonitus terribilis ac inauditi, & congregabũt electos eius à quatuor plagis mundi: ex ortu, occasu, meridie, & septentriõe ad iudicium: & eos qui tunc beati, iam tenebũt cœlos, à summis cœlorũ usq; ad fines eorum: & non solũ illos, sed & reprobos ex abyssis inferorũ usq; ad terminos eorum congregabũt, in sinistris eius collocandos. Et ex hoc loco cognoscimus sanctorũ aãs in cœlis collocari: quasdã quidẽ in summis, quasdã uero sublimius. Congregabunt, inquit, à summis cœlorũ usq; ad terminos eorũ. Sed tũc euocabunt̃ ad plagas terræ ad sua resumenda corpora. Sexto addit. ¶ Ab arbore aũt fici discite parabo- 231
lam. Cũm iã ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas. Ita & uos cũ uideritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amen dico uobis, quia nõ præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlũ & terra transibũt, uerba aũt mea nõ præteribunt. ¶ Quia signa nouissime allata, uicinũ esse nouissimũ iudiciũ cõmonstrant: ideo ex similitudine fici uicinitatẽ illã intelligi posse dicit. Nam cum uidemus arborẽ ficum surculos emisisse, & iam enata esse folia, scimus uicinã esse

æstatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

æstatem: ita quoq; cum hæc uidebuntur signa, diem δικαιοκρισίας, iustiq; iudicij dei esse in foribus, & admodũ uicinam sciendum est. Et hæc generatio quæ illa uidebit signa, non deficiet, non interibit, donec aduentus supremumq; aduenìat iudicium. Sed erit ne tunc aliqua generatio ex successione eorum, qui dominũ gloriæ crucifixerunt, ad illa usq; tempora diuino decreto seruata? Præsertim cũ scriptũ sit Psalmo 58. Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos: nequando obliuiscãtur populi mei. Disperge illos in uirtute tua, & depone eos protector meus domine. Non ierim inficias, post tantũ ieiuniũ à uitali doctrina in fine seculi reuersuros esse Iudæos, cũ adijciat propheta dicens: Conuertẽtur ad uesperã, & famẽ patientur ut canes, & circumibunt ciuitatẽ. At quam nã ciuitatem, nisi eã quæ est ecclesia CHRISTI? Verũ nõ tunc Iudaica generatio à Iudaismo, sed Christiana à Christianismo dicetur. Et adeo quæ hic dixit CHRITVS, uera certaq; esse attestatẽ, ut cœlũ & terrã transitura dicat (nã & Petrus & Apocalypsis cœlũ nouũ & terrã nouã fore innuũt) uerba aũt sua euẽtu prædictorũ nõ caritura. Septimo addit. ¶ De die autem illa, & hora nemo scit, neq; angeli cœlorũ, nisi solus pater. ¶ Arcet dñs illos à curiosa inquisitione diei & temporis illius: quia illa reseruauit pater in sua potestate, adeo ut ne angeli quidem dei ea definite sciant: sed solus deus qui est omnium pater, & conditor creaturarũ. Hic igitur nomine patris, generali cõditione deũ intellige, nõ speciali, qua ad solũ in diuinis refertur patrem: ne filiũ dei, uerbũ patris æternũ, æternam dei sapientiam uidearis ab hac scientia excludere: insuper & spiritũ sanctũ, q scrutatur profunda dei, & qui nouit oĩa quæ dei sunt. Quàm uani ergo sunt quidã mathematici supputatores, aut uaticuli, aut cõiectatores, qui putãt se ad certũ tempus, annũ, aut mensem, diẽ illũ uerisimili coniectura attingere: quẽ testimonio saluatoris ne angeli quidẽ dei sciunt. Absit hæc uanitas & curiositas, & diuina quoq; censura prohibita indago. Nõ est, inquit, uestrũ nosse tẽpora uel momenta, q̃ pater posuit in sua potestate. Si non erat apostolorũ, qui in illa die CHRISTO iudicanti assidebũt, et quodammõ coniudicabũt: quomodo id nostrũ erit nosse? Quomodo nõ fuerunt decepti, qui aut scribendo, aut cõcionando, mirumq; terrorem populo incutiendo de hoc pronũciauerunt? Octauo. ¶ Sicut autẽ in diebus Noẽ, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuiũ comedentes & bibentes, nubentes & nuptũ tradentes, usq; ad eum diem quo intrauit Noẽ in arcam, & non cognouerunt, donec uenit diluuiũ, & tulit omnes: ita erit aduentus filij hominis. Tunc duo erũt in agro: unus assumetur, & unus relinquetur. Duæ molentes in mola: una assumetur, & una relinquetur. Duo in lecto: unus assumetur & unus relinquetur. ¶ Dies aduentus domini similes erunt diebus Noẽ id est, diluuij, incerti & inexpectati. Et dies qua ueniet dominus, repentina. Nam ante diem illam edent & bibent, & uiri ducent uxores, & mulieres nuptũ tradent, nubentq; uiris, ut in diebus Noẽ ante diẽ illam, qua subiuit arcam: cũ repente, qui superuenit cataclysmus, sustulit omnes qui in arca nõ fuerant assumpti. In illa die domini erunt duo in agro, unus assumetur ad uitam, & alter relinquetur ad mortẽ. Erũt duæ molentes in pistrino: una assumetur ad uitã, & altera relinquetur ad mortẽ. Erũt duo in lecto: unus assumetur ad uitã, & alter relinquetur ad mortẽ. Et hæc designãt de omni statu & conditione eorũ, qui tunc superstites erunt: quosdam saluandos ad tribunal CHRISTI esse seligẽdos, & quosdam deserendos, & in id tẽpus reseruandos, dũ reproborũ, pnuncietur sententia: nam electi primo occurrẽt dño, dicente Paulo: Nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduẽtu domini, nõ præueniemus eos qui dormierũt. Et subdente: Mortui qui in CHRISTO sunt, resurgẽt primi: deinde nos q uiuimus, q relinquimur, simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiã CHRISTO in aẽra. Nono admonet nos dñs, ut ob incertitudinẽ repentinæ pro

Psal. 58.

2. Pet. 3.

Apoc. 21.

232 „ „

1. Cor. 2.

Acto. 1.

233 „ „ „ „ „ „ „ „

1. Thes. 4.

„ næ procellæ aduẽtus, simus uigiles in fide, spe, & charitate, ac bonis opibus iugiter
„ intenti, dicens: ¶ Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus uester uẽturus sit. 234
„ Illud autem scitote, quoniã si sciret paterfamilias qua hora fur uenturus esset, uigila
„ ret utiq;, & non sineret perfodi domũ suam. Ideo & uos estote parati: quia qua ho-
„ ra nescitis, filius hoĩs uẽturus est. ¶ Vigilat, qui CHRISTVM imitatus, bonis semper operibus intẽtus est; aut si quid sordiũ cõtraxit, id sanctis purificationibus eluit & expiat. Sed & exẽplo patrisfamilias edocet, nos semper oportere esse paratos: nã si paterfamilias, cuius domus pfossa est, direptaq; supellex, sciuisset qua hora fur fuisset uenturus, uigilasset utiq;, & non siuisset perfodi domum suam. Non ergo simus similes illi, sed omni hora parati: quãdoquidẽ nescimus qua hora dominus noster uenturus est: quod nõ solum de nouissima illa omnium hora intelligendũ est, sed & de nouissima cuiusq; particulari hora. In qua si ĩparati inueniamur, domus nostra spoliabitur, & thesaurus eius, anima, rapietur in perditionẽ: si parati, nõ diripietur, sed seruabitur ad uitam. Paterfamilias, quisq; nostrũ. Fur, dies mortis, aduentus domini. Perfossio domus, separatio animæ à corpore, eiusq; ĩ perditionẽ direptio. Decimo admonet dominus omnes seruos suos, quos præfecit pascendis gregibus suis doctrina, fide, charitate, & omni exẽplo bonæ beataq; uitæ: ne propter dilationem aduẽtus sui, labãtur in infidelitatem, in uitæ licentiosæ pernicie, & insanã loco
„ doctrinæ ĩ subditos debacchationẽ. Quod sic inuit. ¶ Quisputas est fidelis seruus 235
„ & prudens, quem cõstituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tem-
„ pore? Beatus ille seruus, quẽ cũ uenerit dominus eius, inuenerit sic facientẽ. Amẽ
„ dico uobis, quoniam super omnia bona sua cõstituet eũ. Si autem dixerit malus ser
„ uus ille in corde suo, morã facit dominus meus uenire: & cœperit percutere conser
„ uos suos: mãducet autẽ & bibat cum ebriosis: ueniet dominus serui illius in die, qua
„ nõ sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cũ hypocritis.
„ Illic erit fletus, & stridor dentium. ¶ Seruus quem cõstituit dominus super familiã suam, quilibet præpositus alicui plebi CHRISTI instituẽdæ, & in fide, & omni sanctimonia uitæ cõtinẽdæ: siue in tẽporalibus præpositus sit, siue in spiritualibus: inter quos maximi & primi sunt, qui dicuntur monarchæ & summi põtifices. Fidelis est & prudẽs, qui dat cibũ sanæ doctrinæ & fidei populo sibi credito, in tẽpore suo, usque ad finem mundi. Bona domini, bona cœlestia & æterna. Infidelis est imprudens, qui neq; fide & doctrina pascit, neq; uitæ exẽplo: sed utroq; nocet, & populũ perdit. Doctrina quidẽ, quia fidem nõ habet: & si se ore dicat fidelẽ, quod innuitur per hoc quod ait ĩ corde suo, morã facit dominus meus uenire: tanquã corde nõ credat uenturũ: quomodo enim is doctrina iuuaret, qui fide caret? Exẽplo uero, quia percutit cõseruos, & mãducat ac bibit cũ ebriosis: quod indicat ipsum tyrannidẽ in oues à CHRISTO sibi creditas exercere, quicũq; is fuerit. Sed quã sententiã feret malus, infidelis & imprudẽs seruus? Dies mortis eius, cũ nõ sperabit, aduenìet. hic illi dies nouissimus, & dominus eius, qui uitæ necisq; potestatem habet, diuidet eũ, id est in duo secabit ac partietur, in corpus scilicet & animã: corpus terræ relinquet & uermibus: & alteram partem, id est, animam, ponet cũ infidelibus, & in sorte reproborum Scribarum & Pharisæorum, qui in hypocrisi populũ dei seducebãt. Illic erit fletus & stridor dentiũ, quæ æterna designãt supplicia. A quibus nos liberet filius dei superbenedicti, qui tales populo suo præficiat seruos, & tã uere cibũ cõseruis in tẽpore suo præstãtes, & maxime hac tẽpestate, qua oriẽs, occidẽs, meridies, & septẽtrio ad multarũ usq; gẽtium antichthonas penetrãtur, quæ nunquã à maioribus nostris cognita fuere: ut CHRISTVS dominus (ĩ quo pater æternus, ppositus in plenitudine temporũ, ut ait Paulus, instaurare omnia, quæ in cœlis & quæ ĩ terra Ephe. 1.
sunt in ipso) pure in uniuerso mundo annũcietur, æternũ promulgetur Euangeliũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui nihil admisceat externũ: unus deꝰ, una fides, unũ baptisma (quæ sola necessaria
sũt ad salutẽ: cætera aũt adiectitia, si nõ etiã noxia) prædicẽt, iterẽt, inculcẽt, ut pater
cœlestis illos agnoscat ueros filij sui uicarios, quos & subditos eorũ habeat primũ i
omni terra: deide ubi ad æterna bona trãslati fuerit, i cœlesti gloria sibi dãtes laudẽ
gloriã, & perennẽ gratiarũactionẽ i spiritu & ueritate, i oia seculorũ secula. Amẽ.

CAPVT VIGESIMVMQVINTVM.

236
Vnc simile est regnum cœlorũ decẽ uirginibus, quæ acci
piẽtes lãpades suas, exierũt obuiã spõso & spõsæ. Quinq;
autẽ ex eis erant fatuæ, & quinq; prudẽtes. Sed quinq; fa
tuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum.
Prudẽtes uero acceperunt oleũ in uasis suis cũ lãpadibus. 5
Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes ac
dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, ecce spõsus uenit, exi=
te obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampa
des suas. Fatuæ autẽ sapientibus dixerũt: Date nobis de oleo uestro, quia
lampades nostræ extinguũtur. Responderunt prudentes, dicẽtes: Ne for 10
te non sufficiat nobis & uobis: ite potius ad uendentes, & emite uobis. Dũ
autem irent emere, uenit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerũt cum eo
ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime uero ueniũt et reliquæ uirgines
dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille respõdens ait: Amen dico
237 uobis, nescio uos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neq; horam. Sicut 15
enim homo peregre proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona
sua. Et uni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij uero unum: unicuiq;
secũdum propriam uirtutẽ, & profectus est statim. Abijt autẽ qui quinq;
talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinq;. Similiter
qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiẽs 20
fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multũ uero tẽpo
ris uenit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cũ eis. Et accedẽs
qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinq; talenta, dicens: Domine,
quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. Ait
illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia sup pauca fuisti fidelis, 25
super multa te cõstituam: intra in gaudium domini tui. Accessit autem &
qui duo talenta acceperat, & ait: Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce
alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fide=
lis, quia super pauca fuisti fidelis, sup multa te cõstituam: intra in gaudiũ
domini tui. Accedens autẽ & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, 30
scio quia homo durus es, metis ubi nõ seminasti, & cõgregas ubi nõ spar=
sisti: & timẽs abij, & abscõdi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuũ
est. Respõdens aũt dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas qa
meto ubi nõ semino, & cõgrego ubi nõ sparsi: oportuit ergo te cõmittere
pecuniã meã numularijs, & ueniens ego recepissem utiq; quod meũ est cũ 35
usura.

usura. Tollite itaq; ab eo talentũ, & date ei qui habet decẽ talenta. Omni
em̃ habenti dabitur, & abundabit: ei autẽ qui non habet, & quod uidetur
habere auferetur ab eo. Et inutilẽ seruum eijcite in tenebras exteriores, il=
lic erit fletus & stridor dentiũ. Cum autem uenerit filius hominis in ma 238
40 iestate sua, & omnes angeli cum eo: tunc sedebit super sedẽ maiestatis suæ
& congregabuntur ante eũ omnes gentes, & separabit eos ab inuicẽ, sicut
pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem a dextris suis, hœ
dos aũt a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt: Venite be=
nedicti patris mei, possidete paratũ uobis regnum a cõstitutione mundi.
45 Esuriui em̃, & dedistis mihi mãducare: Sitiui, & dedistis mihi bibere. Ho
spes erã, & collegistis me: Nudus, & operuistis me: Infirmus, & uisitastis
me: In carcere eram, & uenistis ad me. Tũc respondebunt ei iusti dicentes.
Domine quando te uidimus esurientem, & pauimus: sitientẽ, & dedimus
tibi potum? Quando autẽ te uidimus hospitem, & collegimus te: aut nu=
50 dum, & cooperuimus te? Aut quando te uidimus infirmũ, aut in carcere,
& uenimus ad te? Et respondens rex, dicet illis. Amen dico uobis, q̃ diu
fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tũc dicet & his q
a sinistris erũt: Discedite a me maledicti in ignem æternũ, qui paratus est
diabolo & angelis eius. Esuriui em̃, & non dedistis mihi manducare: Siti=
55 ui, & non dedistis mihi potũ: Hospes eram, & non collegistis me: Nudus
& nõ operuistis me: Infirmus, & in carcere, & nõ uisitastis me. Tũc respon
debunt ei & ipsi, dicentes: Domine quando te uidimus esurientẽ aut siti=
entem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non mi=
nistrauims tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico uobis, q̃ diu
60 non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in suppli=
cium æternum, iusti autem in uitam æternam.

ANNOTAT. BREVES XXVI. CIRCA LITERAM CAP. XXV.

2	sponso – & sponsæ		*ἐν ᾧ ὁ υἱὸς τοῦ	21	fodit
4	Sed quinq; fatuæ		ἀνθρώπου ἔρχεται	21	abscondit
	αἵτινες μωραὶ		in qua filius		ὄρυξεν
	Quæ fatuæ		hominis ueniet		ἀπέκρυψε
4	lampadibus* αὐτῶν suis	18	uirtutem:		præterita
	& infra.		δύναμιν	21	pecuniam
11	emite uobis.		potentiam		τὸ ἀργύριον
	ἀγοράσατε ἑαυτοῖς		uires		argentum
	emite uobisipsis	19	lucratus est		& infra.
12	emere,		ἐκέρδησεν	22	uenit
	emptum.		fecit	22	posuit
	ad emendum	19	Similiter* καὶ &		ἔρχεται
13	nouissime	20	duo – acceperat		σωαίρα
	ὕστερον	20	lucratus est		præsentia
	posterius		* καὶ αὐτὸς	25	euge
15	horam		& ipse		εὖ

Universidad de Deusto
Biblioteca

bene
& infra.
25 fidelis
- quia
& infra.
31 scio
ἔγνων σε

nouí te
34 semino,
ἔσκορπα
præteritum.
39 maiestate
τῇ δόξῃ
& infra.

40 omnes* ἅγιοι sancti
44 possidete
κληρονομήσατε
48 pauimus:* ἢ aut
60 de minoribus his,
τέτων τῶν ἐλαχίστων
de his minimis.

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

236 „ Vbdit hic dominus, referãte Matthæo, parabolam, per quam statum
„ regni cœlorũ in fine seculi intelligere possumus, dicẽs. ◤ Tũc simile
„ erit regnũ cœlorũ decẽ uirginibus, quæ accipiẽtes lãpades suas, exie
„ runt obuiam spõso & spõsæ. Quinq; autẽ ex eis erãt fatuæ, & quinq;
„ prudẽtes. Sed quinq; fatuæ, acceptis lampadibus, nõ sumpserũt oleũ
„ secum: prudentes uero acceperunt oleum secum in uasis suis cũ lampadibus. Mo
„ ram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierũt. Media autem no
„ cte clamor factus est: Ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc surrexerũt omnes
„ uirgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerũt: Da
„ te nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderũt pruden
„ tes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes, & emi
„ te uobis. Dum autem irent emere, uenit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt
„ cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime uero ueniũt & reliquæ uirgines,
„ dicentes: Domine domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico uobis,
„ nescio uos. Vigilate itaq;, quia nescitis diem neq; horam. ◤ Regnum cœlorum, re
„ gnum CHRISTI. Denarius numerus, plenitudinem uocandorũ ad CHRISTVM
impletã, designat. Virgines sunt, quæ fide nulli unquã alij, quàm CHRISTO adhæ
serũt. Lãpades, fides, & diuinæ gratiæ dona. Spõsus, CHRISTVS dominus. Spon
sa, cœlestis Hierusalem. Quod uirgines eunt obuiam indicat eas iã uocatas esse ad
CHRISTI aduentum. Quinq; prudentes, numerũ significat electorũ. Oleũ, ope
ra fidei & gratiarũ eius. Contrà ex ijs qui fidem CHRISTI professi sunt, quinque
fatuæ, numerum reproborum. Mora sponsi, tempus à primo aduentu ad nouissimũ
eius aduentum. Prudentes uirgines ante dormitationem & dormitionem sumpse
runt oleum in uasis suis cum lampadibus: quia ante mortẽ fidei & gratiarũ dei, cha
ritatis & misericordiæ opera procurarunt. Vasa, animæ. Imprudentes autẽ nõ, sed
opera fidei & charitatis neglexerũt: ut autẽ lampas sine oleo extinguitur, ita dona
dei sine operibus. Dormitauerunt & dormierũt omnes uirgines, quia omnes mor
tuæ sunt. Clamor media nocte factus, tuba angelica, nuncians iudicis aduentum, &
euocans ad iudiciũ. Surrexerũt omnes: quia omnes à somno mortis excitatæ sunt.
Ornauerunt lampades suas: quia omnes fidei & donorum dei confessionẽ habue
runt. Fatuæ petierunt oleum à prudentibus: quia putauerũt se operibus bonorum
posse iuuari, in aliorum confidentes benefactis. Negauerunt prudentes: quia in re
surrectione non poterunt opera bonorũ, eos qui illa neglexerunt, adiuuare. Ire ad
emendum, est aliorum sanctorum suffragia emẽdicare, quod tunc nõ iuuabit: quia
nõ erit amplius tempus bonorũ operũ, neq; suffragiorum ab hominibus, aut ange
lis, aut ullis alijs uirtutibus obtinẽdorum. Prudentes cum sponso intrauerunt ad nu
ptias: quia cũ eo ad æternæ uitæ delicias admissæ sunt. Clausa ianua, perpetuã cæte
rorum à rege illo cœlesti exclusionẽ indicat. Quod fatuæ petũt aperiri, petũt parti
cipes regni cœlestis, æternorũq; gaudiorũ fieri. Per id quod spõsus dixit eis, Nescio
uos, cõdemnatio earũ itelligitur. Et spõsum eas nescire, est eas reprobare, & ĩ libro
uitæ

uitæ æternæ scriptas non esse. Qua parabola posita, hortatur diligenter oẽs uigila
re, & lampades, sed non sine oleo in uasis, habere; quia nescimus diẽ neq; horã: non
solum simpliciter nouissimæ diei, sed nec nostræ nouissimæ diei, particularisq; iudi
cij. Huic parabolæ (ut manifestat Matthæus) aliã subnectit dominus de regno cœ=
„ lorum, dicens. ◤ Sicut enim homo peregre proficiscens, uocauit seruos suos, & tra 237
„ didit illis bona sua. Et uni dedit quinq; talẽta, alij autem duo, alij uero unũ, unicuiq;
„ secundum propriam uirtutem, & profectus est statim. Abijt autẽ qui quinq; talẽta
„ acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinq;. Similiter qui duo accepe
„ rat, lucratus est alia duo. Qui autẽ unũ acceperat, abiẽs fodit in terram, & abscõdit
„ pecuniam domini sui. Post multũ uero temporis, uenit dominus seruorũ illorum,
„ & ponit rationem cũ eis. Et accedens qui quinq; talẽta acceperat, obtulit alia quin=
„ que talẽta, dicẽs: Domine, quinq; talẽta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucra=
„ tus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia sup pauca fuisti fide
„ lis, super multa te cõstituam, intra in gaudiũ domini tui. Accessit autem & qui duo
„ talẽta acceperat, & ait: Domine, duo talẽta tradidisti mihi, ecce alia duo superlucra
„ tus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia sup pauca fuisti fide
„ lis, super multa te cõstituam: intra in gaudiũ domini tui. Accedẽs autẽ & qui unum
„ talẽtum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi nõ seminasti, &
„ congregas ubi non sparsisti: & timens abij, & abscondi talentum tuũ in terra. Ecce
„ habes quod tuũ est. Respondens autẽ dominus eius, dixit ei: Serue male & piger,
„ sciebas quia meto ubi nõ seminaui, & cõgrego ubi nõ sparsi: oportuit ergo te com
„ mittere pecuniam meam numularijs: & ueniẽs ego recepissem utiq; quod meũ est
„ cum usura. Tollite itaq; ab eo talẽtum, & date ei qui habet decẽ talẽta. Omni enim
„ habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod uidetur habere, aufe
„ retur ab eo. Et inutilẽ seruũ eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor
„ dentiũ. ◤ Ex prima particula. Sicut enim homo peregre, pficiscẽs, quæ cõparatiõis
ac similitudinis notã cõtinet, peracta parabola, Illic erit fletus et stridor dentiũ: sub=
audiri debere particulam hãc aut cõsimilem, sic erit regnum cœlorum, perspicuum
est. Hæc autem parabola præcedẽti subnectitur, ut per eam mẽte cõcipiamus, quæ
uirgines cum lampadibus habuerint oleum, & quæ non. Igitur homo peregre pro=
ficiscens, dominus noster IESVS CHRISTVS, qui hunc mundũ deserens, in cœlũ
profectus est. Vocati serui sunt, quicunq; ad fidem eius ueniunt, et benigna quidem
ac præuia dei uocatiõe. Bona eius, spũalia dona: qualia sunt fides, spes, charitas, do
num sapiẽtiæ, itellectus, cõsilij, fortitudinis, sciẽtiæ, pietatis, & timõris domini: quæ
ex Esaiæ undecimo intelligi possunt (quæ & dominus habuit non per donorũ par
ticipationem, sed per spiritum sanctũ secundum substãtiam immanentem) & qua=
lia Paulus prima ad Corinthios, cap. 12. enumerat: inter quæ etiã collocat dona apo
stolatus, prophetiæ, doctrinæ, potestatum, curationum, subuentionum, gubernatio=
num, linguarum, interpretationum, quæ fidem & spem supponunt: sine quibus ser
ui uocari nõ possunt. Eminentissimũ autem omnium donorũ est charitas: & omnia
hæc talẽta hic, & in præcedente parabola lampades dicuntur. Qui quinq; talẽta ac=
cepit, accepit quinq; spiritualia dona. Qui duo, duo. Qui unum, unũ. Quod quisq;
secundum propriam uirtutem accepit, hoc designat deum gratias suas secundũ su=
scipientium capacitatẽ dispartiri: nam alioqui ociosæ necessario essent. Sunt autem
ut semina ad fœnus suum in tempore reddendum, terræ mãdata. Abijt statim domi
nus, quia relinquit seruis suis dona sua, adiutrice semp uniuersali prouidẽtia fructi=
ficanda. Eũ qui quinque talenta acceperat abijsse, & operatum fuisse, est ipsum illa
diuina dona non tenuisse ociosa. Et alia quinq; esse superlucratum, est eum ex uno
quoque dono fecisse fructum, & uberem quidem fructum, uerbi gratia: si quis ha=

Universidad de Deusto
Biblioteca

buit talēta fidei, ſpei, charitatis, doctrinæ, et authoritatis, poteſtatiſq; ī populū, quæ ſunt quinq; & fide multos ad fidem illuminauit: ſpe, plenaq; fiducia ad ſperandū fidendumq; in uno erexit, charitate inflāmauit, diligēter eos doctrinā ſanctā docuit, & poteſtate bonos cōtinuit; malos uero, qui retrahi potuerunt, reduxit; & hoc pro tam uitam ſuā quantū potuit, hic & ſua quinq; talēta ſeruauit, et inſuper alia quinq; lucratus eſt. Simile eſt & de eo qui duo talēta acceperat. At qui unū talentū accepe rat, ſiue fidē, ſiue (ſuppoſita fide, ſine qua nullus ſpiritualis ſeruus eſſe poteſt) aliud quodcunq; dei donum, abiens fodit illud in terram: quia illud in anima ſua ocioſum eſſe pmiſit, nihil aut fidei operatus, aut doni illius, quod illi ut operaretur, cōceſſum fuerat. Poſt multū uero temporis redijt dominus: quia in die iudicij exiget rationē ab omnibus ſeruis ſuis, & qui plurima dona acceperūt, & qui mediocria, & qui pau ca. At à peregrinatione eius in cœlum ad diem uſq; iudicij, lōgum eſt temporis interuallum: & ideo poſt multū temporis redijſſe dicitur. Quod dominus ſeruorum ſuorum approbat primū & ſecundum, dicēs: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: deſignat bonos in iudicio corā omni bus laude à deo & præconio inſigniendos: ſed & quæcunque dātur in hoc mundo, pauca eſſe et exigua: quæ aūt recipiētur dono gratiæ eius, multa et magna: & hæc ſunt gaudium æternum, uita ſempiterna, & paradiſi nunquā deſituræ deliciæ. At is qui lucernā habuit, ſed nō oleum; lampadem, ſed extinctam; talentū, ſed ocioſum: proprio ſe ore damnat, uolēs culpam ſuam in deum reijcere: quia de deo nunquam in bonitate cogitauit; quod exprimitur per hoc, Scio quia homo durus es. Nunquā in eo ſperauit, ſed diffidit, & à iudicijs dei abhorruit: quod inſinuat id qd' adijcit, Metis ubi non ſeminaſti, & congregas ubi non ſparſiſti. Nunquā eū amauit, ſed ſeruiliter timuit, quem timorem dominus non requirit: nam ut charitas hūc foras mittit, ita hic charitatem excludit; quod per id intelligitur, Et timēs abij, & abſcondi talentum tuum in terra. Multi autē ſunt tales ſerui mali, ocioſi, & inutiles, qui errore inuoluti, de deo cogitant quæ non ſunt cogitanda: quia neque durus eſt, ſed clemēs,
Eſaiæ.55. miſericors, & miſerator, & multus (ut ait Eſaias) ad ignoſcendū, neq; metit ubi nō ſeminauit: nam ubiq; ſeminat, etiam ſecus uiam, ſupra petrā, & inter ſpinas: ut iā ex cap. 13. huius cognitū eſt. Quare neq; cōgregat ubi nō ſparſit. Veruntamen quāuis huiuſmodi homines talem habeant de deo opinionem: non uult tamen deus in gratijs ſuis eos eſſe ocioſos. Quod hoc ſermone indicauit dñs: Serue male & piger, ſciebas, id eſt de me talem opinionem conceperas, quod meto ubi non ſeminaui, & congrego ubi non ſparſi: oportuit ergo te cōmittere pecuniam meam numularijs. Et quid hoc eſt, niſi, nō oportuit te dimittere donū meū ocioſum, ſed ex tēpore operando, & tibi & alijs facere fructum? Et tunc dominus in iudicio donum recepiſſet cum fœnore bonorum operum. Paulus qui euāgelizandi donum fortitus erat, dice
1. Corin. 9. bat: Væ enim mihi eſt, ſi non euangelizauero. Si enim uolens hoc ago, mercedē habeo: ſi autē inuitus, diſpēſatio credita eſt mihi. Et prius dicebat, quod eius rei faciēdæ neceſſitas ei incūbebat. Ergo quicunque habent à deo talenta, neceſſitas eis incumbit, ut operentur ſecundum illa. Si uoluntarie & in charitate, in die domini gratiam ſunt percepturi: ſin inuite, & ſeruili timore, exequuntur quidē iniunctā ſibi ex doni largitione prouinciā, ut Ionas ad Niniuitas prædicationem ſuam: ſed eis nulla debetur gratia: minus tamen erunt in die iudicij reprehēſibiles: quin & donum dei apparebit cū fœnore. Quare ſi dignabitur eos dominus gratia, magis in eis lucebit illa ipſius bonitas. Et quid de ſeruis malis, pigris, & ocioſis in hoc etiam mūdo fiet, inſinuauit dominus, cū dixit: Tollite itaq; ab eo talētum: quod ſignificat ab ocioſis diuinorum munerum ſubtractionem. Et id, Date ei qui habet decem talenta, operoſis gratiarum augmentum atque multiplicationem. Et quid eſt, Qui non habet, &

quod

quod habere uidetur, niſi qui ocioſe habet? qui enim pecunias habet, & nō utit illis, uidetur habere pecunias: ſed perinde eſt ac ſi nō haberet. Porro quid poſt hūc mundū & in ſupremo iudicio de eiſdem fiet, indicauit, cū ait: Et inutilem ſeruum eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium. Carceres & tenebræ huius mūdi, nō ſunt niſi umbra, & uelut tragœdia quædā in pariete depicta, ſi conferāt ad tenebras exteriores, quæ in acheronteis & gehennalibus locis habent ubi mors nunq; mortua, & tormenta ppetua. Cæterū regnū cœlorū in fine ſeculi ex parte iudicis aſſimilabitur homini illi, qui peregre longo tempore profectus eſt ex parte bonorū bonis ſeruis: & ex parte malorū malo ſeruo, pigro & deſidi. Ter
" tiā de eodē, ut aperit Matthæus, adijcit dñs parabolā, dicens. ¶ Cum aūt uenerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli cū eo, tunc ſedebit ſup ſedē maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eū omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicē, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidem à dextris, hœdos aūt à ſiniſtris. Tūc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratū uobis regnū à cōſtitutione mūdi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare: Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes erā, & collegiſtis me. Nudus, & operuiſtis me. Infirmus, & uiſitaſtis me. In carcere eram, & ueniſtis ad me. Tūc reſpondebunt ei iuſti, dicentes: Dñe quando te uidimus eſurientem, & pauimus: ſitientē, & dedimus tibi potū? Quando aūt te uidimus hoſpitē, & collegimus te: aut nudū, & cooperuimus te? Aut qn̄ te uidimus infirmū, aut in carcere, & uenimus ad te? Et reſpōdens rex, dicet illis: Amen dico uobis, quādiu feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui à ſiniſtris erunt: Diſcedite à me maledicti in ignē æternū, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim, & nō dediſtis mihi manducare: Sitiui, & nō dediſtis mihi potum. Hoſpes erā, & non collegiſtis me. Nudus, & non operuiſtis me. Infirmus & in carcere, & nō uiſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ei & ipſi dicentes: Dñe, quando te uidimus eſurientem, aut ſitientē, aut hoſpitē, aut nudū, aut infirmū, aut in in carcere, & non miniſtrauimus tibi? Tūc reſpōdebit illis, dicēs: Amen dico uobis, quādiu nō feciſtis uni de minoribus his, nec mihi feciſtis. Et ibunt hi in ſupplicīū æternū: iuſti aūt in uitā æternam,
238

¶ Filius hominis, CHRISTVS dñs, Sedes maieſtatis, tribunal iudicij. Omnes gētes, oēs nationes quotquot fuerūt, & ſunt, & futuræ ſunt; quæ oēs tunc aderūt, proprijs corporibus reſumptis. Paſtor iterū CHRISTVS dñs, cuius prouidentia oēs in hoc mundo pauit. Oues, electi. Hœdi, reprob: Dextera, miſericordiæ & ſaluationis locus. Siniſtra, iuſticiæ & condēnationis. Rex, rurſum CHRISTVS dñs. Et oēs qui eū dilexerūt & proximū, uocabuntur ad gloriā: hi autē ſunt, qui miſericordiam nō neglexerunt: nec opera charitatis, quæ deus diligit & cōmendat. Omnes aūt qui charitatem nō habuerunt, condemnabūtur: hi uero ſunt, qui opera charitatis nō exercuerūt, quorū exteriora hic tangit dominus, ut per ea interiora quoque & ſpūalia intelligamus. Quare qui fide caruerunt, condemnabūtur oēs: nā quo pacto charitatem erga eum habeas, quem eſſe non credis, & fide non cognoſcis? Sed quid ſi erronea fides ſit, ut Arabum credentium CHRISTVM ut hominem, ſed non ut deum: credentium eum eſſe in cœlo, ſed non ex reſurrectione, ſed non prius paſſum? Perinde ſane fuerit huiuſmodi fides ac non fides, imo non fide deterior. Quare charitatem ad eum ut oportet habere non poſſunt: & proinde non inter oues, ſed inter hœdos collocandi ſunt: & ibunt in ſupplicium æternum, ut illæ in uitam æternam. Ad quam nobis concedat peruenire iudex ſeculorum æternus CHRISTVS dominus, ad æterni patris & ſuam & ſpiritus ſancti indeficientem laudem, decus perenne, & gloriam ſempiternam in perennia ſeculorum ſecula, Amen.

Universidad de Deusto
Biblio

CAPVT VIGESIMVMSEXTVM.

239 ET factum est cum consummasset IESVS sermones hos o-
mnes, dixit discipulis suis: Scitis quia post biduum pa-
scha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc
cōgregati sunt principes sacerdotū, & seniores populi in
atriū principis sacerdotū, q dicebatur Caiphas: & cōsiliū 5
fecerunt, ut IESVM dolo tenerent, & occiderent. Dicebant
240 aūt: Nō in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. ¶ Cū autem IESVS
esset in Bethania in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habēs
alabastrum unguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.
241 ¶ Videntes aūt discipuli, indignati sunt, dicentes: Vt quid perditio hæc? 10
242 Potuit em̄ istud uenūdari multo, & dari pauperibus. ¶ Sciens aūt IESVS
ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Opus em̄ bonum operata est in
me. Nam semper pauperes habetis uobiscum, me aūt non semper habebi
tis. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meū, ad sepeliendū me
fecit. Amen dico uobis, ubicunq; prædicatū fuerit hoc Euangeliū in toto 15
243 mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius. ¶ Tūc abijt unus de
duodecim, qui dicitur Iudas Scarioth, ad principes sacerdotū, & ait illis:
Quid uultis mihi dare, & ego uobis eū tradam? At illi constituerunt ei tri
244 ginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatē, ut eū traderet. ¶ Pri
ma aūt die azymorū accesserūt discipuli ad IESVM, dicentes: Vbi uis pare 20
mus tibi comedere pascha? At IESVS dixit: Ite in ciuitatem ad quendam &
dicite ei: Magister dicit, tempus meū prope est, apud te facio pascha cū di
scipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut cōstituit illis IESVS, & parauerunt
245 pascha. ¶ Vespere aūt facto, discūbebat cū duodecim discipulis suis. ¶ Et
246 edentibus illis, dixit: Amen dico uobis, quia unus uestrū me traditurus ē. 25
Et contristati ualde, cœperūt singuli dicere: Nunquid ego sum domine?
At ipse respōdens, ait: Qui intingit mecum manū in parapside, hic me tra
det. Filius quidem hominis uadit, sicut scriptū est de illo: uæ autem homi
ni illi, per quem filius hominis tradetur: bonū erat ei si natus nō fuisset ho
mo ille. Respondens aūt Iudas qui tradidit eū, dixit: Nunquid ego sum 30
247 rabbi? Ait illi: Tu dixisti. ¶ Cœnantibus aūt eis, accepit IESVS panem, &
bn̄dixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc
est corpus meū. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bi-
bite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui ꝓ mul
248 tis effundetur in remissionem peccatorū. ¶ Dico autem uobis, nō bibam 35
amodo de hoc genimine uitis usq; in diem illum, cū illud bibam uobiscū
249 nouū in regno patris mei. ¶ Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti
Tunc dicit illis IESVS: Omnes uos scādalū patiemini in me in ista nocte.
Scriptū est enim: Percutiam pastorē, & dispergentur oues gregis. Postq̄
autem

40 autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam. ¶ Respondens autē Pe- 250
trus, ait illi: Et si omnes scandalizari fuerint in te, ego nunquam scandali-
zabor. Ait illi IESVS: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus
cantet, ter me negabis. ¶ Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecū, 251
non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. ¶ Tunc uenit IE- 252
45 SVS cum illis in uillam, quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis:
Sedete hic, donec uadam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs
Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est ani-
ma mea usq; ad mortē: Sustinete hic & uigilate mecū. Et progressus pusil-
lum, procidit in faciem suam orans, & dicens: Pater mi, si possibile est,
50 transeat a me calix iste: ueruntamen nō sicut ego uolo, sed sicut tu. ¶ Et ue- 253
nit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic nō po
tuistis una hora uigilare mecum? Vigilate & orate, ut nō intretis in tenta
tionem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. ¶ Iterū secun 254
do abijt & orauit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bi-
55 bam illum, fiat uoluntas tua. Et uenit iterum, & inuenit eos dormientes:
erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis iterū abijt, & orauit tertio
eundem sermonē dicens. Tunc uenit ad discipulos suos, & dicit illis. Dor
mite iam & requiescite. ¶ Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tra 255
detur in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce appropinquabit qui me
60 tradet. ¶ Adhuc eo loquente, ecce Iudas unus de duodecim uenit, & cum 256
eo turba multa cum gladijs & fustibus, missi a principibus sacerdotū & se
nioribus populi. Qui aūt tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quem
cunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eū. Et confestim accedens ad IESVM,
dixit. Aue rabbi, & osculatus est eum. Dixitq; illi IESVS. Amice ad quid
65 uenisti? Tunc accesserūt & manus iniecerūt in IESVM, & tenuerunt eum.
Et ecce unus ex his qui erant cum IESV, extendens manum, exemit gladiū
suum, & percutiens seruū principis sacerdotum, amputauit auriculā eius.
Tunc ait illi IESVS: Conuerte gladium tuum in locum suum: omnes enim
qui acceperint gladiū, gladio peribunt. An putas, quia non possum roga
70 re patrem meum, & exhibebit mihi modo plus q̄ duodecim legiones an
gelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri?
¶ In illa hora dixit IESVS turbis. Tanquā ad latronem existis cum gladijs 257
& fustibus comprehendere me. Quotidie apud uos sedebam docens in
templo, & non me tenuistis. Hoc autē totum factum est, ut adimplerent
75 scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugierunt. ¶ At 258
illi tenentes IESVM, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi
scribæ & seniores conuenerant. Petrus autē sequebatur eum a longe, usq;
in atriū principis sacerdotū. Et ingressus intro sedebat cum ministris, ut
uideret finem. ¶ Principes aūt sacerdotum & omne concilium quærebant 259
80 falsum testimonium contra IESVM, ut eum morti traderent, & non inue-
nerunt, cum

Universidad de Deusto Biblioteca

nerũt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem uenerunt duo
falsi testes, & dixerũt: Hic dixit: Possum destruere templũ dei, & post tri
duum reædificare illud. Et surgẽs priceps sacerdotũ, ait illi: Nihil respõ-
des ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? IESVS autem tacebat.
260 ¶ Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per deum uiuum, ut dicas no- 85
bis, si tu es CHRISTVS filius dei. Dicit illi IESVS: Tu dixisti. Veruntamẽ
dico uobis, a modo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis
261 dei, & uenientem in nubibus cœli. ¶ Tũc princeps sacerdotum scidit uesti
menta sua, dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemns testibus? Ecce nũc
audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? At illi respondentes, dixe- 90
262 rũt: Reus est mortis. ¶ Tunc expuerunt in faciẽ eius, & colaphis eum ceci-
derunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Prophetiza
nobis CHRISTE, quis est qui te percussit? Petrus uero sedebat foris in a-
trio, & accessit ad eũ una ancilla, dicens: Et tu cũ IESV Galilæo eras. At ille
negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ia 95
nuam, uidit eũ alia ancilla, & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum IESV Na
zareno. Et iterum negauit cũ iuramento, quia nõ noui hominem. Et post
pusillũ accesserũt qui stabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es. Nã
& loquela tua manifestum te facit. Tunc cœpit detestari & iurare, quia
non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Pe 100
trus uerbi IESV quod dixerat: prius q̃ gallus cantet, ter me negabis. Et e-
gressus foras, fleuit amare.

ANNOTAT. BREVES LVIII. CIRCA LITERAM CAP. XXVI.

3 fiet:
εἰς τί
3 tradetur
γίνεται
παραδίδοται
praesentia.
4 principes sacerdotũ
* καὶ οἱ γραμματεῖς
& scribæ
5 Caiphas:
καϊάφα
Caiphas
& infra.
7 in die festo,
ἐν τῇ ἑορτῇ
7 ne – forte
7 fieret
γένηται
fiat
10 discipuli * αὐτῶ eius
10 Vt quid
11 Ad quid
11 Potuit
ἠδύνατο
imperfectum.
11 istud
* τὸ μύρον
ungentum
12 estis – huic
13 habebitis.
ἔχετε
praesens,
16 & quod
καὶ ὅ
relatiuum
16 eius
αὐτῆς
fœmininum.
17 Scarioth
ἰσκαριώτης
Iscariotes
17 ait – illis.
20 dicentes * αὐτῷ ei.
21 ad quandam:
πρὸς τὸν δεῖνα
24 duodecim
– discipulis suis.
26 dicere * αὐτῷ ei
27 Qui intingit
ὁ ἐμβάψας
indefinitum.
27 in paropside:
ἐν τῷ τρυβλίῳ
in catino
29 tradetur.
παραδίδοται
praesens.
& infra.
qui tradidit
ὁ παραδιδούς

quitra

qui tradebat: & infra.
32 benedixit,
εὐχαριστήσας
gratias egit
32 Accipite – &
33 calicem
ποτήριον
& infra.
35 effundetur
ἐκχυνόμενον
praesens.
37 Oliueti.
τῶν ἐλαιῶν
41 illi. – Et
45 uillam
χωρίον
prædium
45 Gethsemani,
γεθσημανί
48 Sustinete
μείνατε
Manete
50 uenit
51 inuenit
ἔρχεται
εὑρίσκει
praesentia.
54 & infra
transire
* ἀπ' ἐμοῦ
à me
55 iterum: &
& iterum
58 iam
τὸ λοιπόν
de cætero
58 appropinquabit
ἤγγικεν
praeteritum.
& infra
58 qui me tradet
ὁ παραδιδούς με
praesens.
61 fustibus, – missi
64 Amice
ἑταῖρε
65 uenisti?
πάρει
ades
praesens.
69 possum * ἔτι modo
70 mihi – modo
80 nõ inuenerũt, * οὐ &
81 accessissent
* οὐχ εὗρον
non inuenerunt.
82 post triduum
διὰ τριῶν ἡμερῶν
per triduum
84 ad ea quæ
τί
Quid
87 uirtutis – dei
90 blasphemiam
* αὐτοῦ
eius.
92 palmas ĩ faciẽ eius de
ἐῤῥάπισαν (derunt
alapis percusserunt
95 ianuam,
εἰς τὸν πυλῶνα
in uestibulum
96 alia – ancilla:
96 Nazareno.
Ναζωραίῳ
99 nouisset
οἶδα
noui
101 quod dixerat.
εἰρηκότος αὐτῷ
qui dixerat sibi

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVM SEXTVM.

Initis his sermonibus, quid fecerit dñs, subdit Matthæus, dicẽs. ¶ Et 239
factũ est, cũ consummasset IESVS sermones hos omnes, dixit disci-
pulis suis: Scitis quia post biduũ pascha fiet, & filius hominis tradetur
ut crucifigatur. Tũc congregati sunt principes sacerdotum & senio-
res populi in atriũ principis sacerdotũ, q̃ dicebatur Caiphas, & cõsiliũ
fecerunt, ut IESVM dolo tenerent, & occiderent. Dicebant aũt: Nõ in die festo,
ne forte tumultus fieret in populo. ¶ Hic primũ, de uocabulo pascha, aduertendũ
esse uidetur, q̃ Hebræi dicũt PESAH: Latini q̃ ad nos ex Hebræo trãsferũt, Pha-
se: Syri siue Chaldæi PASHA, quod nos ut Græci heth in ch mutato, dicimus pa-
scha. Qui autem pro PESAH dicunt Phase, hac ratione id faciunt: ex p faciũt ph,
& ex e faciũt a: ut Perez, Pharez: Peleg, Phaleg: & ex ah, e: ut Noah, Noë: Corah,
Core. Syri uero ex primo e faciunt a: & secunda uocali detracta, ultimæ literæ sub
nectũt a: ut PESAH, PASHA: quod ut plurimum facere solent, cum ex Hebræis
sua face re uolunt: quorum frequentissimus est usus in nouo testamento: talia au-
tem sunt abba, raca, gabotha, golgotha, & alia id genus non pauca. Porro aduertẽ-
dum est, quod Græci non inflectunt pascha, & quod forte etiam rectius facerent,
si non inflecterent Latini: inflectunt tamen aliquando, & deterius quidem, cum
per tertiam inflectionem dicunt paschatis, quàm cum per primam paschæ, cum so
la nomina neutra, tum apud Græcos, tũ apud Latinos illo modo inflectantur: quæ
cũ desinant in ma, à prima præteriti perfecti passiui formãtur: ut baptisma, dogma.
Sed hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed hæc elementaria sunt. Satis aũt est hic nosse, PESAH, paschã, & phase idem prsus significare, scilicet transitũ. Quod dicit dominus: Scitis quia post biduũ pascha fiet, id dictũ fuisse uidetur tertia die à regio ingressu eius in Hierusalẽ: nam sexta ab eodẽ ingressu die, in uespera ipsam incipiente, mandicauit dominus pascha: de quo ipse dicit: Scitis quia post biduũ pascha fiet, & nocte uesperã illã subsequẽte traditus est, & perductus ad principes sacerdotũ, de quo subdit: Et filius hominis tradetur ut crucifigatur. Per filiũ aũt hominis, CHRISTVS dns, deus pariter & homo, intelligitur. Nam multa nomina sortitur, quod ex præcedenti numero patere potest: ex quo hæc nouem eliciũtur: Filius hominis, Magnificus, Dominator uniuersæ terræ, Pastor, Rex, Iudex, Misericors, Iustus, Amator misericordiæ, p hæc Cum uenerit filius hominis, sedebit super sedẽ maiestatis suæ. Et congregabũtur ante eũ omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Tunc dicet rex his, qui à dextris eius erũt: Venite benedicti patris mei. Ite maledicti in ignem æternum. Quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Quãdiu nõ fecistis uni de minoribus his, neq; mihi fecistis. Ac de primo quidem legimus Psalm. 8. &. 79. Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitas eũ? Fiat manus tua super uirũ dexteræ tuæ, & super filiũ hominis, quem confirmasti tibi. Et Daniel. 7. Aspiciebã ergo in uisione noctis, & ecce cũ nubibus cœli, quasi filius hominis ueniebat, & reliqua quæ sequũtur. De secũdo, Psal. 8. &. 71. Quoniam eleuata est magnificentia tua sup cœlos: Quia gloria & honore coronasti eũ, & cõstituisti eũ super opera manuũ tuarũ. Benedicent in eo omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabũt eũ. De tertio, Psal. 2. &. 71. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuã terminos terræ: Et dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrarũ. De quarto, Esaiæ. 40. Ecce deus uester, ecce dominus deus in fortitudine ueniet, & brachiũ eius dnabitur. Ecce merces eius cũ eo, opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suũ pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit fœtas. Et Micheæ. 5. Ex te mihi egredietur dux, q sit dominator in Israel, & egressus eius à diebus æternitatis. Et subditur: Et stabit & pascet in fortitudine domini, in sublimitate nominis dei sui. De quinto. Psal. 44. &. 63. Eructauit cor meũ uerbũ bonũ, dico ego opera mea regi. Deus aũt rex noster operatus est salutẽ in medio terræ. De sexto. Psal. 95. &. 97. Cõmoueatur à facie eius uniuersa terra, dicite ĩ gẽtibus, quia dominus regnauit. Et subditur: Iudicabit orbẽ terræ in æquitate, & populos in ueritate sua. Iudicabit orbẽ terrarũ in iustitia, & populos in æquitate. De septimo. Psalm. 4. ex Hebræo: Scitote quoniã mirificauit dominus misericordem suũ. Et Esaiæ. 55. Et feriã uobiscũ pactũ sempiternũ, misericordias Dauid fidelis: Ecce testẽ populis dedi eũ, ducẽ ac præceptorẽ gẽtibus. De octauo. Psal. 44. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ: propterea unxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ p̃ consortibus tuis. Et Esa. 51. Prope est iustus meus, egressus est saluator meus & brachia mea populos iudicabũt. Et subditur. Audite me qui scitis iustũ, populus meus, lex mea in corde eorũ. Et cap. 53. In scientia iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorũ ipse portabit. De nono. Psal. 83. Quia misericordiã & ueritatẽ diligit deus, gratiã & gloriã dabit dns. Vbi cũ de legislatore paulo ante dixerat: Etem̃ bndictionẽ dabit legislator, ibũt de uirtute ĩ uirtutẽ, uidebit deus deorũ in Siõ: quisnã erat ille deus deorũ, uidẽdus etiã oculis carneis in Siõ, nisi dns noster, rex, & legifer: q postea in terris uisus est, & cũ hoĩbus conuersatus est.

Baruch. 3. Et hæc de illis nouẽ nominibus CHRISTI. Quibus cũ sacræ scripturæ multis aliis refertæ sint, hic decimum nomen, & incõmunicabile quidẽ nomẽ, quod ἀνέκφατον, καὶ τετραγράμματον dicũt, scilicet IOD HE VAV HE, adiecisse sufficiat.

De quo

De quo Hiere. capi. 33. In diebus illis & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iusticiæ, & faciet iudiciũ & iusticiã in terra. Et subditur. Et hoc est nomen quod uocabunt eum, IOD HE VAV HE (id est dominus) iustus noster. Et Amos cap. 9. Qui ædificat in cœlo ascensionem suam, & fasciculũ super terram fundauit. Qui uocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, IOD HE VAV HE (id est dominus) nomen eius. Sed de beneficis noĩbus CHRISTI hactenus. Eadem quoq; tertia die, uidenẽ principes sacerdotũ & seniores populi, id est presbyteri, cõsiliũ inijsse: & hoc apud Caiphã, qui anno illo erat princeps sacerdotũ: consiliũ, inquã, inijsse, ut IESVM dolo tenerent & occiderẽt. Tenerent, dico, nõ in aperto, sed clanculũ & per insidias. Non in die festo, ne populi tumultu defenderetur. Deprehensum aũt & tentũ fuisse dominũ in occulto, manifestũ est: nam profunda nocte & per insidias, nõ quas ipsi excogitare potuissent (quandoquidem oportebat oĩa impleri quemadmodũ scripta erant de eo) sed quas instillauit serpens in cor Iudæ, qui discipulus, qui apostolus, qui ut sic dicã, pedisequus eius erat, ut familiaris & domesticus intelligat̃ illi inimicus, de q̃ id psal. 48. haud male accipi potest: Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circundabit me. Sed an tenuerit & occiderint eũ contra id quod consultauerãt, in die festo: reseruamus ad Ioan. 18. dicendum. Hic autem animaduertendũ est, CHRISTVM dominũ primi parentis eluere culpã: & in quibus hic a maligno uictus est & supatus, in his simili quodã respondo illum fecisse uictoriã. Adam primo parenti nostro malignus intentauit dolos, ut eum morti redderet obnoxiũ: nõ in aperto, sed per insidias, seducta muliere: nõ in frequentia angelorũ aut colentiũ deum, sed clanculũ & secreto. Sic CHRISTO intentabant̃ doli ut morti traderet̃: & ei nõ in ppatulo, sed in occulto prætexebant̃ insidiæ, decepta per diabolũ synagoga: nõ in celebri, ubi esset frequẽs colentiũ deum turba, cõuentu; sed secreto, ut ipse dolis sibi factis dolos primi hoĩs euinceret, & morte mortẽ superaret, insidijs insidias, & pro seducta muliere, & decepta synagoga ecclesiam sibi sponsam innocentẽ & purã assumeret. Sed cum tam uicinus esset morti, biduo scilicet interiecto, ultimũ in Bethania cũ amicis suis incolis loci illius, celebrauit conuiuiũ. Quod mox subiungit Matthæus, dicens. ℣ Cum autẽ 239
esset IESVS in Bethania, in domo Simonis leprosi, accessit ad eũ mulier habẽs alabastrum unguenti preciosi, & effudit super caput ipsius recũbentis. ℣ Ex hoc loco effudit super caput ipsius recũbentis, & similiter ex Marco. At quando? In cœna, Marci. 14.
ex Ioan. cap. 12. dicẽte: Fecerũt aũt ei cœnã ibi. Vbi? In domo Simonis leprosi, id Ioan. 12.
est, Simonis quondã leprosi, sed beneficio IESV mũdati. Si em̃ mundus nõ fuisset nõ licuisset ei inter alios uersari, neq; alijs ad eum conuiuij gratia diuertere. Sed & ex Ioanne; Lazarus qui à mortuis suscitatus fuerat erat unus e discũbentibus, & Martha ministrabat, & Maria soror eius aderat, quæ unguentum preciosum, & super caput ex hoc loco, & super pedes ex Ioan. effudit. Vnde fit ut hæc mulier quæ accessit habẽs alabastrũ, id est pyxidẽ unguẽti, multi precij & magnæ æstimatiõis ĩdubitato ex Ioãne hic intelligat̃ Maria soror Marthæ. Per eos qui huic sacro conuiuio affuerũt, designant̃ ij qui cœlesti cõuiuio CHRISTO aderũt. Nam quos deus à lepra animæ prorsus emundauerit, qui per Simonẽ figurant̃: q̃s CHRISTVS ex diuturna morte peccati ad uitã reuocauerit, qui per Lazarum, qui hospitalitatẽ exercẽdo & misericordiæ opera, indefessæ corporalibus pietatis officijs insistẽtes, deo placuerint, qui per Marthã; denicq; qui deo dignis spũalibus mentis exercitijs indiuinitate CHRISTI, cuius anagoge est effusio unguenti super caput IESV: & deo dignis contẽplationibus per creaturas, cuius typus est effusio unguenti super pedes, cuius odor cœlũ implet & terrã: optimã elegerũt uitã, qui per Mariã: hi cœlesti conuiuio aderunt, & nunq̃ defecturis gaudijs. Sed aliqui discipulorũ, & præsertim Iu

Universidad de Deusto
Biblioteca

sertim Iudas ex Ioanne, indigne tulerũt hoc quod gerebatur mysteriũ. Quod sub-
241 „ dit Matthæus, dicẽs. ¶ Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicentes: Vt quid
„ perditio hæc? Potuit enim istud uenũdari multo, & dari pauperibus. ¶ Qualis erat
Iudas? Cupidus, auarus, fur, maleuolus, simulator, proditor, homicida. Tales aũt diui
nis indignabũtur honoribus, & inuidebũt ijs, qui æternis aderũt delicijs. Porro Iu-
Ioan. 12. das cũ unus esset in persona, multiplex erat in figura. Auarus erat, & fur ex Ioãne,
sed ex omnibus proditor & homicida, ut qui uendiderit filiũ dei ad occidendũ. Sed
Mar. 14. hoc ne erat maleuoli, quod ait Marcus: Et fremebant in eam? Hoc ne indigne feren
tis diuinum honorem: Vt quid perditio hæc? Hoc ne insuper simulatoris, & hypo-
critæ: Potuit istud uenũdari multo, & dari pauperibus: cum nulla ex Ioanne esset il
li egenorum cura? Sed & ipse in hoc mundo meruit à domino reprehendi, & in al
tero quoque perpetuam subire redargutionem. De illius ergo reprehensione sub-
242 „ dit Matthæus. ¶ Sciens autem IESVS, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri?
„ Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis uobiscũ: me
„ autem non semper habetis. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum,
„ ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis, ubicunque prædicatũ fuerit hoc Euan-
„ gelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius. ¶ Ex Marco,
solum intra se indigne ferebant & dicebant: Vt quid perditio hæc? Quod nequa-
quam latere potuit dominũ, qui omnia etiam antequam essent, sciebat. Et proinde
excusando mulierem, quod Iudas perditionem dixerat, dicit bonũ opus: quia pau-
perum præsentiam ijs qui huiusmodi sunt, semper adesse pronunciat: suam autem
præsentiam non semper. Vnguentũ quoq; in corpus suũ effusum (nam ex capite in
corpus eius fluxit: sed ad pedes ad quos nõ defluxerat, sancta mulier suo etiam un-
guento delibuit) effusum ad sepeliendũ se. Vnde insinuare uidetur, nõ lõgo tẽpore
ante sepulturã suã id factũ fuisse conuiuiũ, utpote biduo. Sed & mulierem ex hoc fa
cto adeo commendat dominus, & factum hoc adeo acceptat, ut ubicunque prædi-
catum fuerit Euãgelium hoc in toto mundo, id uelit dici & prædicari in memoriam
mulieris illius, in quã perfidus Iudas infremuit. Et quæ nã est hæc mulier? Est pro-
culdubio Maria soror Marthæ. Sed est ne ista peccatrix illa publica, cuius meminit
Luc. 7. Lucas? Sentiũt multi, & cõtra multi nõ senserunt. Sed dices, prædictio CHRISTI
falsa esset, nisi ea esset illa peccatrix, cũ in uniuerso mũdo prædicetur, quod fuit illa
peccatrix. An in uniuerso mundo prædicetur, nemo adhuc scit. Scio tamen quod si
prædicetur, quod illa quæ effudit unguentum super caput & pedes domini paulo
ante mortem & sepulturam eius, non fuerit Maria soror Marthæ, id falsum esse, &
non prædicari Euangelium. Scio insuper prædictionem CHRISTI falsam esse nõ
posse, sed Euãgelium esse uerissimũ: & dictum CHRISTI nõ intelligi de ea præ-
dicatione, quæ fit ab ijs, qui conscendunt suggestum: sed de publicatione Euange-
lica eo modo, quo prædicauerũt Apostoli, & scripserũt Euangelistæ. Ergo prædi-
ctio CHRISTI uerificatur, quoties in toto mũdo à sacerdotibus Euãgeliũ hoc Mat
thæi, aut ei respõdens Marci aut Ioãnis, populo legitur ac publicatur: qa hoc uere
est & indubitato Euangeliũ, & legit & inuulgatur in memoriã mysterij tũc facti, &
Ioan. 12. mulieris illius, quæ sancto unguento dominum gloriæ perfudit: quæ ex Ioanne est
Maria soror Marthæ, & id uerũ est. Quod si Chrysostomus aut quiuis alius cõscen
dat pulpitum, & super id Matthæi, Accessit ad eum mulier habens alabastrum un-
guenti preciosi, & effudit super caput ipsius recũbentis, prædicet populo: Hæc mu
lier una & eadem apud omnes Euãgelistas esse uidetur: meo autẽ iudicio eadẽ est
apud tres: alia uero quædã & admirabilis Lazari soror apud Ioannẽ. dico quod nõ
prædicat Euãgelium hoc, sed suũ sensum: & id nihil ad prædictionem CHRISTI.
Quod si super idem Matthæi, conscendat Rabanus aut quiuis alius, & dicat hæc ad

populum

populum: Quæ quondã (uti Lucas scribit) peccatrix ad IESVM ueniẽs pedes eius
lachrymis pœnitentiæ rigauit, & unguento piæ cõfessionis unxit: nunc uero iusti-
ficata & familiaris effecta domino, nõ tantũ pedes, ut Ioannes narrat, uerumetiam
caput, ut Matthæus, Marcusq; perhibẽt, oleo sancto perfudit: nõ prædicat euange
lium hoc, sed addit, & secundum sensum suum, aut aliorum cogitata prædicat, quod
aliorum cogitatis, ac placitis aduersatur, & forte euangelico spiritui: & id quoq; ni-
hil ad prædictionem CHRISTI. Quod si tertius cõscendat super idem Matthæi,
& prædicet populo, & dicat: Eadem hic mulier intelligitur apud Matthæum, & ca-
pite decimoquarto apud Marcum, quæ effudit unguentum preciosum super caput
IESV, & quæ apud Ioannem effudit etiã super pedes: & hæc Maria soror Marthæ
& Lazari, in cuius memoriam uoluit dominus id quod illa fecit, unguenti scilicet su
perfusionem, qua sepulturæ domini præuenit unctionem, in toto mundo ubicunq;
legitur hoc euangelium, dici: quod & adimplet quicunque ut scriptum est, populo
legit: is quandocunq; ita prædicat, sensum euangelij prædicat, & manifestat prædi-
ctionem CHRISTI: non ex uerbis suis, sed ex uerbis Euangelistæ, ubicunq; loco
rum fidelissimam, certissimam, uerissimam'que esse, etiam si nullus unquã conscen-
deret suggestum, ut illius apertiorem populo faceret intelligentiam. Ergo non ex
concionatoribus, & ijs quæ sparguntur in uulgus, sed ex se euangelium uerum est,
& prædictio CHRISTI ex ipso euãgelio uera: & siue illi uera dicãt, siue falsa, siue
adijciant, siue detrahant, nihilominus semper euangelium uerũ est: adeo ut cœlum
& terra defectura sint potius, q̃ aliquid illius à ueritate excidat. Verum de hac un-
ctrice, id quod mea quidem sentẽtia uerisimilius est, in secũda disceptatiõe de Mag
dalena detexi, saluo tamen aliorum iudicio. Porro cũ prius dominus de inunctio-
ne loquẽs, dixit, Ad sepeliendum me fecit: innuisse uidetur sepulturam suam fuisse
proximam. Nam si longe abfuisset, ut si hoc factum fuisset ante illũ suum insignem
in Hierusalem ingressum, parum uerisimile uideatur eum tunc sepulturæ suæ men
tionem fecisse. Id quod etiam Matthæus de Iuda loquens insinuare uidetur, cũ ait.
„ ¶ Tũc abijt unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdo 242
„ tum, & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? At illi constituerũt
„ ei triginta argẽteos. Et exinde quærebat opportunitatẽ, ut eũ traderet. ¶ Principes
sacerdotum & seniores populi cõuenisse in atrium Caiphæ principis sacerdotum,
& consiliũ inijsse post illum ingressum domini, qui fuisse creditur prima sabbati, cui
apud nos respõdet dominica, quo pacto IESVM dolo tenerent, & occiderent, pro
confesso habetur. Et Iudas creditur feria quarta principibus sacerdotum uẽdidisse
dominum. At ille continuo à cœna illa indignatus ob effusionem illius unguẽti, &
quia ipse fuerat à domino reprehensus, & mulier ab eodem commendata, in quam
ipse tota efferbuerat bile, ad sacerdotes profectus est, quorum mala mens malus q̃
in dominum animus, non latebat eum, & nõdum sedato à recenti perturbatiõe ani
mo, dixit eis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eum tradam? Hoc igitur indicium
est, cœnam illam fuisse circa initiũ illius quartæ feriæ: nã Hebræi dies suos à uespe-
ra præcedente incipiunt. Et consilium illud fuisse accelerãdum cecinit propheta, cũ
psalmo sexagesimotertio de illis ait: Subito sagittabunt eũ, & non timebunt, firma- psal. 63.
uerunt sibi sermonem nequam. Narrauerũt ut abscõderent laqueos, dixerunt, quis
uidebit eos? Et de traditore ait: Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat psal. 40.
panes meos, magnificauit sup me supplantationẽ. & rursus: Et si is qui oderat me, psal. 54.
super me magna locutus fuisset, abscõdissem me forsitã ab eo. Tu uero homo una-
nimis, dux meus, & notus meus, Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo
dei ambulauimus cũ consensu. Sed & precium appreciatum triginta argenteorũ,
quod pacti sunt dare Iudæ, non tacuerunt prophetæ, dicẽte Zacharia: Et appende- Zach. 11.

 runt mer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt mercedemm eam, triginta argēteos. At dices: Cœnam hanc factā fuisse tertia
feria, aut circa initiū quartæ, id est biduo ante passionem, quia sexta feria crucifixus
Ioan.32. est: manifeste aduersatur Ioanni capite duodecimo dicēti: IESVS ergo ante sex dies
paschæ uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quē suscitauit IESVS: fece
runt autem ei cœnam ibi. Nō aduersatur, nam dicit dominum ante sex dies paschæ
uenisse Bethaniam: non autem ante sex dies paschæ ei factam fuisse ibi cœnā: quia
non tūc facta est, sed postea. Verum ibi de cœna illa, quæ postea facta est (quia men
tionem fecerat de Lazaro, qui in illa cœna fuerat unus discumbentiū) sermonē pro
secutus est: & ista honorifica fuit cœna, & ueluti regia post ingressum illū regium
factum die prima post sabbatum. Et quod postea addit. In crastinū autem: id (ut di
ctum est) nō respicit tēpus cœnæ: sed quod prius dixerat, Ante sex dies paschæ ue
nit in Bethaniam. Et redit hic ad narrandū ad quid dixerat eū uenisse ante sex dies
paschæ in Bethaniam, cū ex accidenti, ratione mentionis de Lazaro factæ illius cœ
næ narrationem anticipasset. Ac multis quidē ita fuisse suaderi potest. Primo, quia
tū Matthæus, quàm Marcus faciūt mentionē de ingressu illo regio domini in Hie
rusalem, longo satis interuallo ante cœnā illam. Nam Matthæus de illo ingressu ca
pite uigesimoprimo loquitur, & de cœna capite uigesimosexto. Et Marcus ingres
sum illum tāgit capite undecimo, cœnam uero capite quartodecimo. Deinde quia
uterq; insinuare uidetur cœnā illā biduo præcessisse azyma, dicēte domino in Mat
thæo: Scitis quia post biduū pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigat. Et
subdente Matthæo, Cū autem esset IESVS in Bethania: & reliqua, ubi de cœna fit
mentio. Et dicente Marco: Erat autem pascha & azyma post biduū, & subdēte: Et
Marc.14 cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recūberet: & reliqua, ubi tangitur
Ioan.12. cœna. Præterea, quia cū Ioannes dicit dominū ante sex dies paschæ uenisse in Be
thaniā: de magna die paschæ, quæ cū sabbato Iudæorū coincideret intellexisse uo
lunt, in quo peractis cūctis diuinitatis suæ operibus in hoc mūdo, quieuit dominus.
Quare dies illa in qua uenit Bethaniam sabbatū erat, in quo nō parassent illi cœnā
illam magnificam: cum ne focos quidem accēdere liceret, nedum cibos coquere, &
cætera id genus apparare, quæ pro turba necessaria forent: quanto minus unguēta
parare, & caput & pedes domini perfundere, & tergere? Sed esto etiā Ioannes in
telligat diem paschæ, diē parasceues, qua & dominus suū pascha peregit, quod ue
rius puto: sabbatū sane ante illā sex diebus erat, qui sunt sabbatum, prima sabbati,
secūda, tertia, quarta, & quinta: parasceue autē septima à sabbato. Quare illo quoq;
modo, sabbato uenit in Bethaniā ante sex dies paschæ. Adhæc, quia cū facta est cœ
na illa, iam notum erat Hierosolymis dominū illic esse. Vnde & multi illuc profecti
sunt. Sed ad quid, nisi ut desideriū suū explerēt, & ipsum uiderēt & Lazarū, & cum
ipsis forsitan discumberent? dicēte Ioanne: Cognouit ergo turba multa ex Iudæis,
quia illic est: & uenerūt nō propter IESVM tantū, sed ut Lazarū uiderēt quē suści
tauit à mortuis. Quod si ante ingressum suū uenisset i Bethaniā, & facta tūc fuisset
ei ibi cœna, haud admodū uerisimile uideatur, ut id sciētes Iudæi e Hierosolymis il
Luc.22. luc uenissent. Ex quo enim alio loco uenissent? Denicq; quia Lucas dicit: Appropin
quabat autē dies festus azymorū, qui dicitur pascha, & quærebāt principes sacerdo
tum, & scribæ quomodo eum interficerent: timebant uero plebem. Intrauit autē sa
tanas in Iudam, qui cognominatur Iscariotes, unū de duodecim, & abijt, & locutus
est cum principibus sacerdotū & magistratibus, quemadmodū illū traderet eis. Et
gauisi sunt, & pacti sunt pecuniā illi dare. Hæc Lucas. At quādo intrauit satanas in
Iudam? Postquā (ut peruerisimile est) dixit: Vt quid perditio hæc? & à domino cor
reptus est, & abijt. Et qui tali agitabatur œstro, satana dico, non est cunctatus, non
prorogauit, non protelauit, principes sacerdotum & magistratus, qui super ea re
recens

recens habuerāt cōsilium adire & alloqui. At consilium illud post ingressum domi
ni habitum fuisse, cōsentiunt omnes. Cœna igitur illa, tertia die ab ingressu domini
facta uidetur. Sed & cōsilium illud habitū fuisse post dies aliquot ab ingressu eius,
indicat Lucas, cum dicit: Erat autem diebus docens in templo: noctibus autem exi
ens morabatur in monte, qui uocatur Oliueti. Et omnis populus mane ibat ad eum
in templum audire eū. Et continuo subdit: Appropinquabat autem dies festus azy
morum, qui dicitur pascha. Et quærebant principes sacerdotum & scribæ, quomo
do eum interficerent. Diebus ergo aliquot à suo ingressu prædicauerat in templo,
quando principes sacerdotum & magistratus consilium inierunt. Ex his & nonnul
lis alijs satis itelligitur, hæc cœna celebrata, & uēditio à Iuda facta paucis diebus an
te passionem domini, uidelicet illa, tertia die: ista, quarta ab ingressu. Neq; recapitu
latio & rememoratio ad Euangelistarum cōcordiam, & factorum mysteriorū intel
ligentiam quicquam facere uidentur (coacta enim nimis hæc sunt) sed anticipatio
narrationis in Ioanne, quæ illi & cæteris Euāgelistis frequēs est, & cuicq; familiaris.
Sed eo reuertamur, unde digressi sumus. Iudas auarorū primipilus, institorū pessi
mus, & sacrilegorū perditissimus, ex hora uēditiōis quærebat opportunitatē: ut pri
mis simoniacis, & omnium qui subinde futuri erāt protogonis, filium dei, sanctum
sanctorum, & quod omne sanctū in immensum superexcellit, argēto traderet. Sed
nec illi defuit occasio, domino sciēte, & ultro pro nobis mori uolente, & id quod fu
" turum erat proditori suo indicante. Quod aperit Matthæus, dicens. ¶ Prima au- 244
" tem die azymorum, accesserūt discipuli ad IESVM, dicentes: Vbi uis paremus tibi
" comedere pascha? At IESVS dixit: Ite in ciuitatē ad quēdam, & dicite ei: Magister
" dicit: Tempus meum prope est, apud te facio pascha cū discipulis meis. Et fecerūt
" discipuli sicut cōstituit illis IESVS, & parauerūt pascha. ¶ Ingressus domini in Hie
rusalē, fuit feria prima. Dies maledictæ arboris, qua principes sacerdotū uoluerūt eū
tenere, feria secūda. Dies uenditionis, feria quarta. Prima dies azymorū, id est dies
paschæ, quæ & dicitur cœnæ domini, feria sexta. Hac aūt die incipiēte, accesserūt di
scipuli ad dominū sciscitantes, ubi uellet sibi parari pascha: nā pascha nō parabatur,
id est immolabatur, nisi quartadecima die in uespera. Quibus cum dominus dixit:
ite in ciuitatem: Hierusalem innuit, ubi hoc celebre ex omni loco pascha fiebat: &
ideo ibi eum qui omnia consummabat, & sanctificabat omnia quæ erant, et quæ fue
rant, & quæ uentura erant, suum facere pascha expediebat. Hoc autem pascha fi
gura fuit, quam proxime secuta ueritas, omnem huius mysterij figuram termina
uit ac finiuit. Et cum ait, Ite ad quendam, certam personam indicauit, & uerum est
eam certam fuisse saluatori, quā uoluit sua nouissima cœna honorare, sed incertam
& prorsus incognitam discipulis: ut eis amplius manifestaret diuinitatē suam, in
dicando personam indicijs, quæ non possunt referari nisi ab eo, qui præterita & fu
tura & abdita æque uidet ac præsentia & detecta, dicente domino ex Luca Petro Luc.22.
& Ioanni, qui ad id negocij missi sunt: Ecce introēuntibus uobis in ciuitatem, occur
ret uobis homo quidam amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in
quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister: ubi est diuerso
rium ubi pascha cum discipulis meis māducem? Ille paterfamilias, is erat de quo di
cit apud Matthæum: Ite in ciuitatē ad quendam: qui his indicijs quæ patefecit Lu
cas, repertus fuit, & ostendit eis iuxta uerbum saluatoris cœnaculum grande, le
ctis instructum. Euntes autem (inquit) inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt
" pascha. Sed qua hora cœperit accumbere lectis, subdit Matthæus, dicens. ¶ Ve- 245
" spere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. ¶ Quare uespere
facto? Quia ex Mose capite Leuitici uigesimotertio, Mēse primo quartadecima die Leuit.23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mensis ad uesperũ, phase domini celebrãdum erat. Cuius celebrationis ritus deseri-
Exodi. 12. bitur Exodi duodecio, hoc modo. Decima die mẽsis huius, tollat unusquisq; agnũ
per familias & domos suas. Et subditur: Erit autẽ agnus absq; macula, masculus an-
niculus, & subditur: Et seruabitis eum usq; ad quartamdecimam diem mẽsis huius,
immolabitq; eum uniuersa multitudo filiorum Israël ad uesperam. Et sumẽt de san
guine eius, ac ponent super utrunq; postem, & in superliminaribus domorũ in qui-
bus comedẽt illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cũ lactu-
cis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tan
tum igni. Caput cum pedibus eius, & itestinis uorabitis, nec remanebit quicquã ex
eo usq; mane. Si quid residuũ fuerit, igne cõburetis. Et in fine capitis additur: Nec
efferetis de carnibus eius foras, nec os illius confringetis. Ad ea autẽ quæ præcesse
runt, subijciebatur: Sic autẽ comedetis illũ, Renes uestros accingetis, et calceamen
ta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, Et comedetis festinanter: est
enim phase, id est trãsitus dñi. Hæc est figura (iubẽte deo) à Mose descripta. CHRI
1 STVS autem, ueritas. Primo, Decima die primi mẽsis tollebatur agnus: qa decima
illa die dominus Hierosolymis à populo et turbis exceptus est, tãquã agnus dei ele
ctus, prima scilicet die septimanæ passionis suæ, quam pertulit sexta die. Dies autẽ
2 illa prima, apud gẽtes dies Solis dicebatur, & sexta, dies Veneris. Secũdo, Agnus il
1. Petri. 2. le absq; macula esse debebat: quia Christus dominus maxime omnium absq; ma-
3 cula, qui peccatũ nõ fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Tertio, Masculus annicu
lus: quia CHRISTVS masculus primogenitus & unigenitus dei patris & uirginis
4 matris, ĩ flore iuuẽtæ moriturus erat. Quarto, Seruãdus erat agnus ille à decĩa die ĩ
quartamdecimã: quia à die qua susceptus fuit magnifice à populo & turbis in Hie-
rusalem, captio eius ad mortẽ in quartamdecimam ad uesperam differẽda erat, sicq;
5 fuit dilata. Quinto, Vniuersa multitudo filiorum Israël agnũ immolare debebat: qa
futurum erat, ut uniuersa multitudo Iudæorum morti domini cõsentiret. Quod &
Luc. 23. insinuat Lucas, cum Pilatus uellet dominum, ut innocentẽ absoluere, inquiẽs: Ex-
clamauit autem simul uniuersa turba, dicens: Tolle hũc, & dimitte nobis Barabbã.
6 Sexto, Id faciẽdum erat ad uesperã: quod designabat uesperam & tenebras factas
7 sexta hora crucifixionis domini, usque dum hora nona emisit spiritũ. Septimo, De
sanguine agni super utrunque postẽ ostij ponendum erat, & in superliminari: quia
utrunque crucis brachium sacrosancto domini sanguine erat imbuendum, dextera
& leua manu domini perfossa copiose utrunque postem irrigãte. Sed & superlimi-
nare, quod à capite domini incipiẽs, deorsum uergebat, preciosissimi capitis domini
spinarũ acutissimis aculeis perfossi cruore tinctũ permaduit. Crux autẽ in CHRI-
STO, uitæ ostiũ, sed tunc, cum habet in se signũ agni occisi: quo uiso, angelus percu
8 tiens potestatem non habet nocendi. Octauo, Edebant nocte illa: quia toto tempo
9 re quo CHRISTVS in cruce fuit donec emisit spiritũ, tenebræ fuerunt. Nono, Assa
bant agnum integrum igni, ad quod faciũdum uerubus, & maxime ligneis utebant-
tur: quia CHRISTVS stipiti crucis integer affigẽdus erat: sed nõ sine pœnis crude
10 libus, quod ignis assatio designabat. Decio, Edebant panes azymi et lactucæ agre
stes. Panes autẽ azymi, puritatem noui ritus, synceritatem que designabãt: lactucæ
uero agrestes, conuiuio illi quod omnia præcedẽtia terminabat, etiã traditoris ama
ritudinem non defore monstrabant, & mœstitiam quam tunc & in nocte illa & do-
minus & apostoli habuerunt. Nã sedentibus illis dixit dominus: Amen dico uobis,
quia unus uestrũ me traditurus est. Et cõtristati ualde cœperunt singuli dicere, nun
quid ego sum domine? Et illa nocte dicebat dominus: Tristis est aĩa mea usque ad
mortem. Quanquã sunt qui lactucas agrestes dictas esse uelint, propter fel & ace-
tum &

tum & uinũ myrrhatũ, quo in passione cibauerũt, & potauerunt dominum. Vnde- 11
cimo, nihil de agno comedere debebant crudum: quia nulla portio in toto CHRI
STI corpore relicta fuit, quæ decoctionis ignis, & afflictionũ acerbissimã non sen
serit pœnã. Desiderauimus, inquit Esaias, eũ despectum, & nouissimũ uirorum, ui Esa. 53.
rum dolorum, & scientem infirmitatem. Duodecimo, Nihil coctum aqua: quia nõ 12
lapidatione, non alio genere mortis, quàm quæ in ligno moriturus erat: quæ mors
acerbissima, agno ligno affixo, & igni torrefacto mõstrabatur, Tertiodecimo, Vo 13
rabant caput, pedes anteriores & posteriores, & intestina: quia caput domini co-
rona spinea erat transfigendum, manus & pedes durissimis clauis confodienda,
& latus lancea aperiendum, & sacra uiscera ferro rimanda. Quartodecimo, Luce 14
oborta siquid residui erat, igne cremabant: quod partim indicabat mortuo domino
& luce iam repurgata latus eius aperiendum, partim quod nullam putrefactionem
aut corruptionem corpus domini erat subiturũ. Quintodecimo, Nõ debebant qc 15
quàm e carnibus agni foras efferre, neque ossa eius perfringere: quia nihil carniũ
CHRISTI debuerunt aufere, neq; ossa crurum & brachiorum eius comminuere:
qualia nihilominus passi sunt qui cum eo crucifixi sunt. Sextodecimo, Quod his 16
adiectum est, designabat quo habitu futuri erant, qui dominũ gloriæ crucifixerũt
nam accincti renes gladijs & armis, & calceos habentes in pedibus: quod designa
bat celeritatẽ deducendi dominum ad Annam, ad Caipham, ad Pilatum, ad Hero
dem, & reducendi ab Herode ad Pilatũ, non futuram sine baculis in manibus & ar
mis, & id iussu ac mandato principum sacerdotũ & Iudæorũ. Et quid festinata illa
comestio, nisi maxime accelerata et præcipitata CHRISTI passio? Et ita agnus pa
schalis, CHRISTI passionem ob oculos Iudæorũ ponebat. Et adeo domino pro
nobis passo ac immolato inter ea, quæ dicta sunt, similis est etiã sensibiliter agnus,
ut naturaliter habeat in medio pedũ, tum anteriorũ qui loco manuũ sunt, tũ posteri
orum, quasi fixuras clauorum, ut dominus cruci affixus in manibus ac pedibus. Ve
rum omissis (utcunq; sit) exterioribus signis, quod etiam animalium capitur ad im
molandum agno mansuetius, benignius, ac CHRISTO similius, qui non diffugit
lanios, non reluctatur, sed sponte uadit ad uictimam, & absque uoce præbet iugu-
lum enecanti? Quæ omnia dominus fuit, & in ueritate fuit pro nobis immolandus
Quia ille figura, & in multis quidem figura: hic autem in omnibus ueritas. Sed hic FERE
forsitan quæres, an dominus hoc pascha typicum celebrauerit quartadecima luna Paradoxũ.
nondum exacta, an iam exacta, hoc est die Iouis, an Veneris? Id consentaneum ui
detur, quod die Veneris utrunq;, & typicum cum discipulis per agnum paschalem
& uerum, seipsum offerendo deo patri pro nobis redimendis celebrauerit: cum die
es in his mysterijs more Hebræorũ sint accipiendi. De uero nulli prorsus dubium
esse debet. At de typico sic cognoscitur: quia uespere facto celebrabat, ut dictũ est
quod & factum est dicente Matthæo: Vespere aũt facto, discumbebat cum duode
cim discipulis suis. Et Marco: Vespere aut facto, uenit cũ duodecim. At cũ Iudæi
diem suũ incipiant à uespera: ergo quando dñs manducauit pascha cũ discipulis su Mar. 14.
is, iã incœpta erat dies parasceues Iudæorũ: atqui parasceue, dies erat Veneris, &
iam exacta erat quartadecima luna. Die igitur Veneris, & sexta iam apud Hebræ
os incœpta die, mãducauit dñs pascha suũ. Sed forte dices: si hæc institutio ad eã di
em pertinet, qua p passionẽ domini redemptio nostra facta est, id est, ad feriã sextã
quæ gentilitio more dies Veneris dicitur, quomõ ergo legit Canon ecclesiæ: Qui
pridie quàm pateretur, accepit panẽ in sanctas ac uenerabiles manus suas? Hoc in
loco Canõ loq uidetur more eorũ, q ferias à media nocte incipiũt, iuxta quorũ cõ
suetudinẽ & id quoq; uerũ est. At hic mos, neq; sacrarũ literarũ, neq; Euangeliorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.1. esse uidetur, cũ dicat Apostolus ad Corinthios: Ego enim accepi à domino quod & tradidi uobis. Quoniam dñs IESVS in qua nocte tradebatur, accepit panem, et
Mat.14. gratias agens fregit. Ad hæc dominus Petro dixit: Amen dico uobis, quia tu hodie in nocte hac prius q̃ gallus uocem bis dederit, ter me es negaturus: ubi dicit hodie. At Petrus in gallicinio post mediam noctem in parasceue eũ negauit: ergo ea pars noctis, in qua dominus panem corpus suũ ante mediam noctẽ cõfecit, & uerba illa Petro protulit, ad eandem parasceues diem Euangelico testimonio ptinebat. Quare hæc institutio, sacrarũ literarũ & Euangelico ritu ad sextam illam feriã pertinet. Sed & Rhomæ diem suũ inchoant à solis occasu, à uespera in uesperã horas quatuor, supra uiginti cõputantes. Legi quoq; hac in re Canonẽ Græcũ sic habentem: Qui cũ uenit, totamq; præparationẽ salutis nostræ adimpleuit nocte qua tradebatur, imo uere se ipse pro uita mundi tradebat, accipiens panem sanctis, puris, & immaculatis manibus suis, gratias agens, benedicens, sanctificans, frangens dedit suis discipulis & apostolis dicens: Accipite, comedite, hoc est corpus meum quod pro uobis frangit in remissionẽ peccatorũ. Et similiter postq̃ cœnauit, accepit calicem benedicens, dicensq; Bibite ex hoc omnes: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis, & pro uobis effunditur in remissionem peccatorũ. Vnde fit ut accõmode & uere omnino in nostro canone legi posset: Priori nocte quã pateretur, nisi plurimo tempore obseruatus mos obsisteret. Et certe Canon Græcus in hoc recte ordinatus uidetur. Nam quis id recte ordinatũ neget, quod cũ sit scripturis sacris, usuiq; earum conforme, nihil immutat, detrahit, aut addit ad uerba scripturarum, & præcipue ad uerba CHRISTI, id est sancta Euangelia? Quod in hac augusta liturgia, in hoc plusquã sacro mysterio, in hac omniũ cõsummatrice teleta, Græci plane quo ad hoc obseruare cernuntur. Porro operæprecium est, hic q̃modo dies à magnifico illo ingressu domini ĩ Hierusalẽ à Zacharia propheta prædicto, usq; ad resurrectionis diẽ nominari possint, enarrare: uidentur autem quadrifariam nominari posse hoc modo.

	MORE Hebræorum.	MORE Gentilium.	MORE Christianorum.	RATIONE Mysteriorum
1	Prima sabbati	Dies Solis	Dominica	Dies ĩgressus, & accepta (tionis
2	Secunda	Lunæ	Secunda feria	Dies maledictæ arboris
3	Tertia	Martis	Tertia	Dies conuiuij
4	Quarta	Mercurij	Quarta	Dies uenditionis
5	Quinta	Iouis	Quinta	Dies præcedens azyma
6	Parasceue magni sabbati	Veneris	Sexta feria	Dies prĩa azymorũ, cœnæ, sacramẽti passiõis, sepult.
7	Sabbatum	Saturni	Sabbatum	Dies qetis ĩ sepul.
8	Prĩa sabbatorũ.	Solis	Dominica	Dies resurrectionis

In descriptione tamẽ, penultima nomenclatura cõmuniter est Iudæorũ, & Christianorũ: sed alia & alia ratione. Nam septimam diẽ uocant Hebræi sabbatũ, id est, quietẽ, ratione genesis mundi: quod deus ea die consummato uniuerso opere qd patrarat, quieuerit. Christiani autẽ, quod dominus uitæ illa tota die quieuerit in sepulchro. Sed eo reuertamur unde sumus digressi. De uero pascha, id est de uero trãsitu domini, dixi nõ esse dubiũ, cum ex historijs, hora sexta parasceues qua dñs crucifixus est, luna à sole distaret ex diametro, quod & tradit Dionysius in quadã ad Appollophanẽ epist. At id, diei uesperæ sequentis quartamdecimam diẽ asseri bi solet. Verũ, dices: Ergo Iudæi si suũ pascha celebrauerunt incœpta uespera post passionẽ

passionẽ domini non quarta decima die ad uesperã, sed quintadecima potius ad uesperam celebrauerunt. Id si ita fecerunt, non imus inficias, sed dominũ recte, ipsos uero perperam: nam contra legis ordinationem celebrasse fatemur. Proinde arbitror eos eadem uespera, qua & dominũ paschalẽ agnũ comedisse. De qua re in paradoxo, quod ad Ioannis caput 18. (si aspirauerit dominus) adijcietur, latius dicturi sumus. Et si hic dicat aliquis hunc ritum fuisse Hebræorum, ut liceret celebrare pascha intra duas uesperas, id est in utrauis duarũ: quarũ altera primi mensis plenilunio esset uicinior, aut æque uicina ut altera. Plenam aũt lunam (aut quæ alioqui nisi superuenissent tenebræ, fuisset plena) factam in meridie parasceues, uiciniorem fuisse illi uesperæ qua magnũ incipiebat sabbatum: quare in ea licuisse Iudæis celebrare pascha. Dicendũ, quia uespera cœpit à meridie, quando uerũ immolabatur pascha: uerissime celebratũ fuisse hac etiam ratione à domino typicũ, quandoquidem intra uesperam & uesperam, quarum altera erat oppositione luminariũ uiciniior: nam intra uesperam, quæ fuit initiũ noctis parasceues, & uesperã quæ fuit in meridie, de qua ppheta Amos dixerat: Et erit in die illa dicit dominus, occidet sol Amos.8.
in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. Et cũ Hebræi pascha suum celebrare intra duas uesperas debuissent, quarũ altera plenilunio fuisset uiciniior manifeste fieri, ut tunc non rite pascha suũ celebrassent, sed dominus & apostoli Quod ex subiecta descriptione quodammodo facile deprehendi potest.

VESPERA COENAE DOMINI.

Vespera

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vespera quà cœpit sabbatum, & qua non recte celebrassent Iudæi pascha.



Dies magni sabbati, & quietis dñi ĩ sepulchro.

Vespera primæ sabbatorum.



Aurora resurrectionis domini.
Exurge gloria mea, exurge psalteriũ & citharа, exurgam diluculo.

Dies resurrectionis, quæ & dies dominica, & peregrinorum in Emaus.

PRAESEN-

PRAESENTIS DESCRIPTIONIS DECLARATIO.

A Nox cœnæ domini, qua cœpit parasceue Iudæorũ, & dies Veneris. B Sex horæ diei, orto sole usq; ad meridiem. C Tres horæ tenebrarum à meridie usq; ad horam nonam completam. D Tres horæ diei parasceues repurgati ab hora nona, usque ad uesperam magni sabbati. A B C D integra dies parasceues uiginti quatuor horas habens: duas uesperas, duasq; noctes & duos dies. Et in meridie ueram uesperam, ueramq; noctem fuisse, ne gentes quidem negauerũt. Nam de hac scribit Phlegon historicus: Dies hora sexta ita in tenebrosam noctẽ uersus est, ut stellæ in cœlo uisæ sint. Lege Eusebiũ in chronico. Quis em̃ stellis toto cœlo cõspicuis, negabit ueram uesperã, & noctem ueram: & eo quidem ueriorẽ, quò quæ deus supra naturam facit, ueriora sunt ijs quæ solita, trita, quotidianaq; eius ordinatione natura facit? E Nox unde cœpit magnum sabbatum, horarum. 12. qua dominus custoditur in sepulchro. F Magni sabbati dies, orto sole, horarũ. 12. qua etiam dominus custoditur in sepulchro. G Nox unde cœpit prima sabbatorum, id est dies dominica usq; ad auroram resurrectionis. H Aurora resurrectionis, reuoluti saxi ab ostio monumenti, & primæ uisitationis mulierum. I Dies prima sabbatorum post magnum sabbatum. 12. horarũ ab hora prima orto sole, quæ dominica dicitur: qua dominus uisus est in horto, & bis in uia: nam à mulieribus & peregrinis. C Iterum prima nox qua CHRISTVS dominus fuit in corde terræ. E Secunda. G Tertia. D Iterum prima dies qua idem ipse dominus fuit in corde terræ. F Secunda. H Tertia. Hinc uidere potes iuxta eos, qui ita duas uesperas acciperẽt, intra duas uesperas A & C, dominum cum discipulis typicum celebrasse pascha, quarum una A est plenæ lunæ remotior, id est luminariũ oppositioni. Et dominus immolatus est intra duas uesperas C & A, quarũ C luminariũ oppositioni uicinior est. Et hoc fuit uerũ, & nõ amplius typicũ pascha. Iudæi uero si celebrauerũt suum in uespera quà cœpit sabbatũ, celebrauerũt intra duas E & A. quarũ neutra est ea, quæ sit luminarium oppositioni uicinior, sed C. At dices, celebrassent intra E & C. Verũ plenilunium nõ euenisset inter C & E. quod intelligũt ponentes eo modo qui dictus est, duas uesperas, quare neutra illo modo uicinior fuisset. Nõ bene ergo celebrassent Neq; certe postea bene celebrarunt: quandoquidẽ uero iã transacto pascha, typus defecisse intelligũt. Et ad hoc ipsum etiam factũ fuit nouum uesperũ in meridie, & stellæ in cœlo micantes apparuerũt, quæ hoc mysteriũ testabant: quia tũc nouũ pascha celebrabat uerissimũ omniũ, & alias inauditũ, magno illo sacerdote, cui dixit dominus. Tu es sacerdos in æternũ, deo patri pro salute totius mundi agnũ purũ, sanctũ & immaculatũ offerente. Sed age hac de duabus uesperis facta suppositiõe si uesperũ illud in meridie nõ accidisset, nõne & typicũ pascha recte celebrasset dominus, pariter & Iudæi recte si in uespera sabbati? Id nõ ierim inficias: nã illud fuisset intra duas uesperas interstite plena pfectaq; illuminatione lunæ. A & E, quarum E fuisset uespera oppositione luminariũ uicinior. Non em̃ fuisset ex hypothesi C uespera. Et Iudæi celebrassent intra duas uesperas E & A. quarũ E fuisset uespera, qua nulla alia fuisset hoc modo oppositiõi luminariũ uicinior. Sed tũc dominus pati nõ potuisset, qui erat typorũ ueritas: nã pascha nõ nisi facta uespera fiebat Quod ut posset uere fieri, & à modo typus, umbraq; Iudæorũ irritari, facta est uespera in meridie. Et Iudæi ita postea obseruauerũt, ut q̃rtadecima die exacta intra duas uesperas celebrarẽt suũ pascha: dũmodo id nõ euenirет obseruandũ secunda aut q̃rta, aut sexta feria, id est, die lunæ aut Mercurij, aut Veneris: nã in monumentis eorũ comperitur Gamalielẽ interdixisse, ne illis diebus pascha suũ celebrarẽt. Qd ideo factũ putat (etsi nesciebant) quia die lunæ decreuerũt animo dñm tenere ut occiderẽt eũ. Die Mercurij sanguinẽ iustũ precio mercati sunt. Et die Veneris

Psalm. 109.

ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum occiderunt. Et ità ille prohibuisse uidetur ob horrendà eorũ scelera, quæ die
bus illis cõmiserant, ne illis diebus uncq; suum celebrarent pascha. Se de his hacte
nus. Quid aũt, figuras de se complente domino, & legem consummante, ac cũ du-
odecim discipulis suis agnũ typicũ edente, factũ sit: subdit Matthæus, cum inquit.
246 ❧ Et edentibus illis dixit: Amen dico uobis, quia unus uestrũ me traditurus est. Et
» contristati ualde, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum domine? At ipse re-
» spondens, ait: Qui intinxit mecũ manũ in paropside, hic me tradet. Filius quidem
» hominis uadit, sicut scriptum est de illo: Væ autem homini illi, per quem filius ho-
» minis tradetur. Bonũ erat ei, si natus nõ fuisset homo ille. Respondens autẽ Iudas
» qui tradidit eum, dixit: Nunquid ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti. ❧ Prædixit do-
minus duodecim discipulis suis quod futurum erat, ut agnoscerent nihil eorum, q̃
futura erant ipsum latere, & eos suæ diuinitatis admoneret, ut in fide cæterorũ uer
borũ de ijs quæ superuentura erant, nihil hæsitarent, & ut uel ipse Iudas id intelli-
geret. Et ex uerbis domini cõtristati sunt ualde, sed cæteri alia ratione q̃ Iudas: ui
derant enim dominũ in omnibus ueracem, & proinde cæterorũ quisq; timebat, ne
de se dixisset, quod is esset qui traditurus esset eũ, quamuis neq; uoluisset neq; co-
gitasset uncq;: quoniam uerbũ domini uerũ, fuisset implendũ. Ideo singuli quiq; eo
rum interrogant: Nunquid ego sum rabbi? Quibus specialius indicat, quod est u-
nus e duodecim, ὁ ἐμβάψας, id est, qui intinxit secũ manũ in catino, id est, in uase pro
fundo, superne lato (sic enim definiunt τρύβλιον, id est, catinũ) in quo agnus pascha-
Psal. 40. lis allatus fuerat. Sed prædicit hoc de se scriptũ esse, ut psalmo. 40. Etenim homo
pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplan-
tationẽ. Et miserabilem fore tradentis perditionẽ, cũ dolenter ait: Væ autem homi
ni illi, per quem filius hominis tradetur: bonũ erat ei, si natus non fuisset homo ille.
Dominus, deus & homo erat. Vt deus omnia sciebat, & prædicere poterat, quin et
Iudam ut suam creaturam amabat; sed ille quatenus obstinatus erat, ut perditionis
filius, iam uæ dei, ac dirã maledictionis increpationẽ incurrerat. At dominus ut ho-
mo, dolentis increpationem, non autem maledictionem ullam inde prætendebat.
Et quod dixit: Bonũ erat ei, si natus non fuisset hõ ille: perinde est ac si diceremus,
minus malũ erat homini illi non fuisse natũ, q̃ damnatũ iri in perpetuũ. Ex quo co
gnoscimus, solum deũ oportuisse & potuisse esse redemptorem: nam egregie col-
ligitur: Minus malũ est non nasci aut non creari, quàm inæternũ damnari: ergo sal
uari melius est, q̃ nasci aut creari, quod cũ ita sit, magis ergo obligamur redempto-
ri ratione saluationis, & æternæ quidem saluationis, q̃ creanti ratione ipsius ad trã
sitoriam uitam natiuitatis. Atqui nos alicui magis obligari posse quàm deo qui cre
ator est, impossibile est. Redẽptor igitur noster, deus pariter & creator est. Et qd
mirum, si saluari, quod per redemptorem nanciscimur, melius est q̃ nasci aut crea-
ri: cum finis noster saluatio nostra sit, quæ est quies in deo, & in laude eius perpe-
tua gloria? non enim finis noster est natiuitas nostra, aut creatio, sed (ut loquuntur
philosophi) terminus à quo ad salutẽ itur: nostra autem salus, & in deo quies sem-
piterna, quantum est ex dei ordinatione, finis noster est & terminus, ad quem con-
tendit ipsum totum creantis opus. Sed miserrimus Iudas, & omnium hominum
infelicissimus, cuius solum umbra prius fuerat Cain, ut iustus Abel CHRISTI, tri-
stis erat quod dominus id nosset quod ipse præcogitauerat et uoluerat. Et audebat
interrogare, & si criminis conscius: Nunquid ego sum rabbi? Cui dñs respondit:
Tu dixisti. Quo responso, Iudas satis intellexit dominũ innuisse illum ipsum esse
ex quo certior esse potuit, se executurũ idipsum quod male apud se, & apud princi
pes sacerdotũ statuerat. At alij id intelligere nõ potuerunt, quia simili interrogatio
ne interrogauerunt dominum: Nunquid ego sum rabbi? Et omnes in sua interro-
gatiõe

gatione dixerunt: ego sum. Quare & cuilibet eorũ dici poterat: Tu dixisti, scilicet
ego sum. Quo facto dominus instituit ritũ sacrificij nouæ legis, quod omnia termi
» nat, perficit & cõsummat. Quod subdit Matthæus, dicens. ❧ Cœnantibus aũt eis, 247
» accepit IESVS panẽ, & benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait. Accipite
» & comedite: Hoc est corpus meũ. Et accipiens calicẽ gratias egit, & dedit illis, di-
» cens: Bibite ex hoc omnes. Hic est eim̃ sanguis meus uoui testamenti, qui pro mul
» tis effunditur in remissionem peccatorum. ❧ Hoc sacrificium, est sacrificium lau- Psalm. 49.
dis; & æternæ quidem laudis, de quo psal. 49. Sacrificium laudis honorificabit me,
& illic iter quo ostendam illi salutare dei. Et hoc sacrificium tunc erat primitiæ ueri
agni, posteris aũt huius mysterij memoria perennis. Nam tunc corpus illud quod
paulopost fuit immolatum in cruce dedit illis, sed sacramentali & spirituali modo,
sub uelamento panis manducandum. Et sanguinem paulopost effundendum, sub
uelamento uini similiter bibendũ, impassibilis in ipsis manens, quia spirituali & im
passibili modo: passibilis autem exterius apparens. Cum ergo sumpserunt corpus
eius discipuli, neq; clausum sumpserunt, quia extra uidebant: neq; exclusum, quia
intra habebant: totum enim extra tunc erat sensibiliter & passibiliter: & totũ intra
sacramentaliter & impassibiliter, & æque uere hic atq; illic: si non etiam uerius hic
q̃ illic, quia hic diuino, illic humano modo erat. Sed & cum post suæ benedictiõis
uerba se eis porrexit, totum extra uidebãt & sensibiliter & sacramentaliter. Sensi-
biliter dico, in ipso domino, qui in medio eorũ sedebat: sacramentaliter uero in pa-
ne, ex terreno repente facto cœlesti, & in calice benedictionis. Et quãuis illic & hic
uario modo esset: hic impassibili, illic passibili: tñ ille ipse qui tũc sub sacramentis,
id est, sacris signis latebat, uere erat passibilis, & uere postea in cruce passus est &
mortuus, & sanguis ille uere in passione fusus. Sed quid tũc, cũ adhuc mortalis inẽ
eos uersaretur dominus, illis operabatur sacramentũ? Sane inexplicabilis dilectio
nis indicium: nam dando eis corpus & sanguinẽ suum, suo corpori corpora eorũ
intime uniebat, & sanguini sanguinem, imo & animam animæ, & spiritum spiritui
& eos penitissime modo quodam incomprehensibili adhuc mortalis amplexabat̃,
ut amicos, & ad suæ diuinitatis adducebat consortium, imo & perditissimũ Iudam,
si fide corpus eius accepisset & sanguinẽ: nã corporis eius & sanguinis perceptio,
est penitissima CHRISTI cũ suscipiẽtibus unitio, & ineffabilis erga eos charitatis
arctissima colligatio, diuinitatisq; eius cõmunicatio, qua nulla in hoc mũdo potest
esse maior: nã ubi corpus & sanguis eius, ibi diuinitas: quandoquidẽ huius ab illis
nulla uncq; esse potest separatio. O si spiritualem illum domini etiã adhuc passibilis
quo discipulos dignatus est amplexũ, si illũ arctissimũ amoris nexũ intueri quis po
tuisset? Certe omnem amorẽ, omnem dilectionẽ, omnem denicq; charitatem, quæ
uncq; nota fuit, illum excedere cognouisset. Sed hoc spectaculum potius est ange-
lorum q̃ hominum, in quo omnibus seculis admirantur amatoriã IESV erga nos
benignitatẽ: siue tunc cum mortalis erat, siue nunc cum immortalẽ se nobis ineffa
bili charitatis nexu unit, uel potius cum nos sibi etiã (ut sic dicã) intimissime inserit.
ut una caro, unus sanguis, una anima, unũ corpus, unum dei templũ, & unus spiri-
tus simus. Huius autem amatorij, agglutinatorij, & unitiui sacramenti ritus ac insti
tutio ad eam feriã pertinet, ad quã & agni paschalis celebratio: nam eadem nocte
institutũ est. Cœna autẽ illa ad sextam feriam (ut iam dictũ est) id est ad diem Ve-
neris spectat: quare & huius sacramẽti institutio ad eam quoq; diẽ, qua & nostra
redemptio per passionẽ CHRISTI facta est, & in memoriam illius illud nobis fa-
ciendum relictum est. In quo nobis ob id maior ostenditur amor, gratia, benigni-
tas, quod nunc immortalis nos totus amplexatur, nos sibi inserit & unit, & ad suam
uocat super omnia exaltatam diuinitatẽ: tunc aũt illos adhuc mortalis amplexatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, illos sibi adhuc mortali inseruit et uniuit. quod pollicetur se nõ amplius ita factu
rum, sed immortalẽ & sibi immortali. Quod (aperiẽte Matthæo) sequenti insinuat
248 „ sermone, dicens. ◤ Dico autẽ uobis, non bibam à modo de hoc genimine uitis, usq;
„ in diem illum, cum illud bibam uobiscum nouũ in regno patris mei. ◤ Ipse CHRI-
STVS est uitis uera, cuius cœlestis pater est agricola. Et sanguis eius, sanguis testa
meti æterni, sanguis redẽptionis, est γέννημα, id est germen uitis: quod tũc nouũ erat
futurũ, cũ ipsum in immortalitate resumpsit. Bibit autem illud nouum, & immorta-
le cum apostolis, quoties ipsi in memoriam eius hoc diuinũ frequẽtauere mysteriũ.
Ipse est panis, ipse est potus, ipse sibi intimus, nobiscum uero cõuiua, & spiritualis
sympotes, semper pane illo uescitur, & germine illo ueræ uitis alitur: nos autem sa
Ioan. 6. cro illo conuiuio in illum transimus. Et qui manducat (inquit) meam carnem, & bi-
bit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Porro alimentum incorruptibile
& immortale, quid aliud præstat, quàm incorruptibilitatẽ & immortalitatem: cor-
ruptibile autẽ & mortale, quid aliud quàm corruptibilitatem & mortalitatem? Sed
age an corpus quod in cœna sumpserunt discipuli, & sanguis quem biberunt, pote-
rat eis præstare immortalitatẽ? mortale enim adhuc illud erat, & adhuc iste passibilis,
quippe qui effundẽdus erat. Nõ uidetur ut huiusmodi, ex uerbis ipsius domini, pri-
Ioan. 12. us apud Ioannẽ dicentis: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit,
ipsum solũ manet: si autẽ mortuũ fuerit, multũ fructũ affert. Post igitur mortẽ eius,
ex resurrectiõis gloria dabatur ille immortalitatis fructus, & cibus & potus immor
talis, & immortales efficiẽs. Nondum igitur illis datum fuit illud nouæ legis sacra-
mentum ad immortalitatẽ: sed ad ineffabilis amoris ostensionem, & ad ipsum imi-
tandum hoc faciẽdo ritu perpetuo, ueram doctrinam, certumq; documentũ. Quod
nihilominus non facere, nec imitari debuerũt ante resurrectionem, & illis nondum
in immortalitate resumptis: quod per id intelligitur, quod dixerat: Dico autem uo-
bis, non bibã à modo de hoc genimine uitis, usq; in diem illũ, cum illud bibam uobi-
scum nouum in regno patris mei. ubi regnũ suum etiã in terris, regnũ patris sui uo-
cat. Et quãdo bibit illud nouum cum eis? Tunc sanè, quoties post resurrectionem,
Luc. 22. iuxta hoc præceptũ domini apud Lucam: Hoc facite in meã commemorationem:
frangebant hoc sacratissimo ritu panem, & sanctũ redemptionis communicabant
calicẽ. De quo in Actis apostolicis habetur, ubi legitur de apostolis, & ijs qui per
eos crediderant, quod erant quotidie perseuerãtes unanimiter in tẽplo, & frangen-
tes circa domos panem, & sumẽtes cibum cum exultatione, & simplicitate cordis,
collaudantes deum. Et cur non cum exultatione, & collaudantes deum illud feci-
sent? quandoquidem dominus cum ipsis & cibum immortalitatis nouum, & no-
uum germen uitis æternæ sumebat. Finito hoc sacro mysterio, hymnũ dixerũt, qui
à manducantibus agnũ paschalem dici solebat: & abierũt in montẽ Oliueti. Quod
249 „ aperit Matthæus, dicẽs. ◤ Et hymno dicto, exierũt in montẽ Oliueti. Tunc dicit il
„ lis IESVS: Oẽs uos scandalũ patiemini in me in ista nocte. Scriptũ est enim: Percu
„ tiam pastorẽ, & dispergentur oues gregis. Postquã autẽ surrexero, præcedã uos in
„ Galilæã. ◤ Is hymnus ferẽ esse Psalmus cẽtesimus quadragesimusquintus, q; sic in-
cipit: Laudate pueri dominũ, laudate nomen dñi. Quod in declaratiõe huius Psal-
mi, ut cõcessit dominus, obiter annotauimus. Id aũt, hymno dicto, idẽ pollet qd', cũ
dixissent hymnũ, qd' participiũ ὑμνήσαντες, & præteritũ sit & pluratiuũ, ut oẽs qui tũ
manducauerãt pascha respiciat. Cæterũ dominus in eum locũ profectus est, qui Iu-
dæ traditori suo notissimus erat: ut ostẽderet se spõte sua capi, ac pro mundi uita im
molari uoluisse: neq; enim nisi uoluisset, capi poterat; neq; nos redemisset nolens.
Amor, & tãtus quidem amor, quo nos dilexit, nihil pœnarũ refugiebat: & amor, &
obediẽtia erga patrẽ, nihil nõ subire uolebãt. Et qd' prænũciat scãdalũ, qd' erat illa
nocte

nocte discipulis suis euenturum (scandalũ enim illis fuit, irruentibus in magistrum
hostibus, illum solum reliquisse & aufugisse) hoc magis facit, ut consoletur eos su-
per scandalo, quod perpetraturi erant, quàm ut exprobret, aut indignetur, quasi id
quodam modo necessitate eis eueniat, & oraculum impleri oporteat, quod scriptũ
est, loquẽte deo apud Zachariam: Phramea suscitare super pastorem meum, & su- Zach. 13.
per uirum cohærentem mihi, dicit dominus exercituũ: Percute pastorem, & disper
gentur oues. CHRISTVS erat pastor, erat uir cohærẽs deo, & adeo cohærẽs deo,
ut ipse deus esset. Oues, erãt apostoli de qbus hoc erat oraculũ. Phramea, captio, &
omnis tribulatio, quæ domino ad mortẽ uscq; inflicta est. Et ne putẽt apostoli ipsum
ob scandalum quod futurum erat in eis, indignaturũ, pollicetur eis dominus ex re-
surrectione se illos in Galilæam præcessurum, eos q; ibi uisurũ ac cõsolaturum. At
Petrus audiens oẽs illa nocte scandalum passuros esse in eo: sensu humano, sensui
" diuino contradicere adnixus est. Quod innuit Matthæus, dicẽs. ◤ Respondens au 250
" tem Petrus, ait illi: Et si omnes scãdalizati fuerint in te, ego nunquã scandalizabor.
◤ Superbia ac temeritas plane est, sibijpsi ex seipso suoq; sensu quicquã tribuere:
sed maior, uerbis dei cõtradicere, ĩ quod genus uitij incidit Petrus: qui adeo sibi su-
pra cæteros tribuebat, ut diceret etiã si alij oẽs scandalizarentur, se nunquã scãdali-
zatum iri. Verum plusquam cæteri ipse illa nocte in eũ offendit, quod est in eo scan
dalizari: ut qui se plusquã cæteri efferebat, plusquã cæteri humiliaretur, & disceret
simul uerã eẽ domini sentẽtiã, qua dixit: Qui se exaltat, effert, iactat, humiliabitur: Matth. 23.
simul in dei, nõ in sua fidendũ esse potentia. Proinde audijt à domino, quod hoc pa-
" cto subdit Matthæus. ◤ Ait illi IESVS: Amẽ dico tibi, qa in hac nocte antequã gal 251
" lus cãtet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiã si oportuerit me mori tecũ, nõ te nega
" bo. Similiter & omnes discipuli dixerũt. ◤ Quid est, Antequã gallus cantet, siue ut
Græce habetur, πρὶν ἀλέκτορα φωνῆσαι? Antequam gallus cantauerit, antequã cantum
suũ finierit: ut id nõ à principio, sed à fine accipiatur. Nam ex Marco, nondũ Petrus
ter dominũ negauerat, sed solum semel, cũ gallus canere cœpit, sed cũ iam ter nega
uerat, cãtauit gallus: quare nondũ finierat cantũ suũ, sed tũc aut postea finiuit. Hoc
autem ei prædicit dominus: sed Petrus in sua ex propriæ naturæ, potẽtiæq; fiducia,
temeritate persistẽs, & quodãmodo seipso factus stultior, audet secũdo contradice
re, & dicere: Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. nesciens hominẽ nihil
posse sine deo, & sibijpsi tribuẽs quod diuinæ gratiæ fuisset tribuẽdũ, si ita euenire
potuisset: potuisset autẽ si oia in diuinã potẽtiam reiecisset. Quinimmo nullũ unq;
martyrẽ fuisse dixerim, qui id suæ tribuerit potẽtiæ, nõ diuinæ, cui totũ tribuendum
est. Sed & mala nostræ esse impotẽtiæ, quã supbia quadã, temeritateq;, & stultitia
potentiã esse credimus: & nostræ inscitiæ, quã scientiã esse putamus. Ac Petrũ qui-
dem quia scire se credebat, nunquã se negaturum dominum, & suam inscitiã scien-
tiæ dei præferebat, ideo negasse eũ, & adeo ignauiter negasse, ut duæ mulierculæ
ipsum ad duas priores abnegatiões adegerint, & ad tertiã unus è seruis. Porro illa
responsione Petrus alios condiscipulos reddidit temerarios: cũ enim uiderent eum
tam animose loquentem, confidenter etiam dixerunt se dominum non negaturos.
Quibus tamen dominus affuit, ut etiam eum non negarent. At dominus ultra uer-
bis Petri, etsi falsis, resistere noluit: quia id fuisset cõtendere. De ipso autẽ scriptum
erat, quod neq; cõtenderet, neq; tristis, neq; turbulẽtus futurus esset. Sed his dictis Esaiæ. 42.
uenit dominus cũ discipulis suis in montẽ Oliueti, in locũ qui dicit Gethsemani (sic
enim habẽt codices Græci & Latini) quod interpretãtur torcular olei siue pingue-
" dinis. Quod subdit Matthæus, dicens. ◤ Tunc uenit IESVS cum illis in uillam,
" quæ dicitur Gethsemani, & dicit discipulis suis: Sedete hic, donec uadã illuc & orẽ, 252
" Et assumpto Petro, & duobꝰ filijs Zebedæi, cœpit cõtristari, & mœstus eẽ. Tũc ait

Universidad de Deusto
Biblioteca

» illis: Tristis est anima mea usq; ad mortē. Sustinete hic, & uigilate mecū. Et progres
» sus pusillum, procidit in faciē suā, orans & dicens: Pater mi, si possibile est, trāseat à
» me calix iste. Veruntamē nō sicut ego uolo, sed sicut tu. ¶ Arbitror locū illū Geth-
semani nomen accepisse à torculari, in quo oliuæ premebātur ad eliquandū oleū. Il
lic dns primū passionis suæ initio calcare uoluit torcular, quo omnibus mortalibus
oleū misericordiæ suæ eliquaret. In horto Adā primus parēs, delicias quærēs, pec-
care cœpit ad mortē, CHRISTVS aūt iā exordijs illis satisfaciēs, cœpit mœstus es-
se, & contristari usque ad mortem: id est tāta mœstitia & tristitia affici, quantā citra
mortem ferre potuit, id non humano, sed diuino spiritu, ad satisfactionē prosequen
Psal. 38. dam pro Adam, & posteritate eius faciēte, sicut scriptū est: Quoniā tu fecisti, amo-
ue à me plagas tuas. adeo ut dicēte Luca, guttæ sanguinis e' preciosissimo corpore
eius in terram decurrerent, & angelus dei tantæ cōpateretur angustiæ. Et quid tūc
faciebat? Orabat misericordiarum patrem, ut transferret à se acerbam illam & nun
quam in aliquo perceptam passionem: ueruntamen orabat non suam uoluntatē fie
ri, qua ut homo illam natura refugiebat, sed solam dei. nam suam uoluntatem, non
quidē simpliciter, sed si id possibile foret, idq; diuina uellet uolūtas: dei autē uolun-
tatem simpliciter fieri uolebat. & sic suam abijciebat uoluntatē, ut sua uoluntas non
esset sua, sed dei uoluntas: qua cum quis uult, nihil uolendo maxime omniū & opti
me uult: nos instruens cum oramus, nullas habere debere uoluntates, nisi ex condi
tione, & adhuc illas abijcere, nullam aliam nisi eam, quæ dei est, habētes. Et hac ipse
exauditus est, quin & omnes qui ita orant, exauduntur. Hac omnibus salutem pe
perit: illa quæ ex conditione erat, nemini. Et cum orans se prostrauit in faciem suā,
formam præbuit orātis, pariter & indicium profundæ humilitatis, & nihili suijpsius
reputationis ante deum, qui omnem excedit reputationem, ac etiam sciētis tantam
super omnia esse maiestatem quæ oratur, & quæ nunquam ab ullo nisi profundissi-
ma humilitate, & suijpsius (ut sic dicā) nihilifactione rite adoratur. Primus Adam
à deo negligenter agēdo se auertit in horto: CHRISTVS, qui est secundus Adam
ad deum humiliter orando se conuertit in horto. Adam superbiuit, & maxime qui-
dem superbiuit, uolens se deo similem fieri: CHRISTVS se humiliauit, & maxime
quidem humiliauit, sed secundum dispēsationem assumpti Adam, nihil ante deum
uolens reputari, & sic omnibus malis primi Adam in horto cōtractis mederi incœ-
pit. Protoplastus Adam Euam in paradiso comitem habuit, quæ repræsentabat sy-
nagogam: sic CHRISTVS, sed in obedientia persistēs, secum habuit apostolicam
ecclesiā: Primus Adam Euam nō monuit, nō corripuit, nō obstitit, quo minus in pa
radiso tentaretur & peccaret. Dominus illius negligentiæ satisfaciēs, monuit, corri
puit, obstitit, quo minus ecclesia, quæ ī horto erat, intraret ī tentationē aut peccaret,
253 » dicēte Matthæo. ¶ Et uenit ad discipulos suos, & inuenit eos dormiētes, et dicit Pe
» tro: Sic nō potuistis una hora uigilare mecū? Vigilate & orate, ut nō intretis in ten-
» tationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. ¶ Dormire, est custo
diam sui negligere. Vigilare autem, est pro uirili custodiæ suæ intendere. Sed quia
nos non sufficimus, ut custodiamur ab hoste nostro, altius iubet petendū auxiliū, sci-
Psal. 125. licet à deo, eū uidelicet oratione adeundo ac pulsando: quandoquidē nisi dominus
custodierit ciuitatē, frustra uigilat qui custodit eā. Quæ enim ouis, quantūcunq; ui-
gilet, possit se protegere à lupo, nisi fauor & protectio pastoris accedat? Sic certe
neq; nos possumus nos protegere à maligno, nisi diuinū adsit auxiliū quod nos salu-
uat: nō nos ipsi, nō nostra uigilātia, Et quid est intrare in tentationem, nisi iam mali
gni sentire dentē? Quam si fouemus, quasi ouis dū dormiret collo lupi iniecta, aut
certe flagello caudæ subacta, ruimus in perditionē. Sed quare uigilantiæ & oratio-
ni, id est omnimodæ custodiæ nostri, nō sumus attēti? Sane, quia parum spiritus ha
bemus,

bemus, carnis aūt multū. In quo etiā suos dominus reprehendit discipulos, & ma-
xime Petrū. Et forte ecclesiā & ecclesiæ p̄sides, paucitatis spiritus & abundantiæ
carnis arguit in Petro, qui paulo ante se paratū mori pro eo dixerat, & paratus non
fuit unā horā uigilare cum eo, iussus nihilominus illic manere & uigilare cū eo. Nā
illi prius dixerat & Ioanni: Sustinete hic & uigilate mecū. Qd' si multū spiritus ha
buisset, uigilasset utiq; nam ut saluator ait, spiritus quidē ,pmptus est, & ex opposi
sito, caro infirma. Quare cū adhuc carnalis esset, ,pmptus ad implenda iussa nō fuit
ut uel una horula uigilaret cū domino. Sed nū ex promptitudine spiritus dixerat:
Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunq; scandalizabor? Et iterum: Etiam
si oportuerit me mori tecum, non te negabo? Nequaq;, sed ex fiducia & præsum-
ptione carnis. Nam hic spiritum, nō qui nostri sensus est, sed qui desuper infundit,
& qui dei spiritus est, intelligimus: ut nihil nobis ipsis quod quicq; sit tribuamus,
sed omnia deo: quæ em̄ iudicamus bona, recta intentione & feruenti animo facta,
non protinus bona sunt si à nobis sunt, sed si à deo. Typus, Petrus. Qua admoniti-
» one facta, redijt dominus ad orandū patrē. Quod sic ait Matthæus. ¶ Iterū secūdo 254
» abijt & orauit, dicēs. Pater mi, si nō potest hic calix transire nisi bibā illū, fiat uolun
» tas tua. Et uenit & iterū inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati:
» Et relictis illis iterū abijt, & orauit tertio eundem sermonē, dicens. Tunc uenit ad
» discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam, & requiescite. ¶ Qd' redijt dominus ad
orandū, nō solū secundo, sed & tertio: admonet nos in oratione esse perseuerandū.
Quod uero in fine semper adiunxit, fiat uolūtas tua: oportere nos nostrā relinque
re uoluntatē: & omnia quæ à deo petimus, diuinæ relinquere uoluntati. Sic profe-
cto quā optime omnia fiunt, si non alia quàm dei uoluntate fiant, & si ea quæ deus
uult, fiant, non quia uolumus, sed quia deus uult: nam eius infinite bona uoluntas,
fons, origo, & causa omniū bonorum est. Quod redijt ad discipulos, solicitudinem
quā habet de sua ecclesia, ostendit. Ter uisitat: in primitiua ecclesia, quæ est præci-
pue martyrū: in subsequenti, quæ est confessorum, quæ ad nostra usq; tempora se
extendit, in qua oculi ecclesiæ sunt multum grauati: & in sequenti uisitabit, quā ni-
si aduentus ipsius benignitas dormientem excitaret, semper dormiret: nō em̄ suf-
ficit ecclesia seipsam ex se ipsa excitare. Vltima autē excitatio, quæ quarta est, fuit
cum dominus profectus est ad mortē, ad ecclesiam uiuificandā. Sic & ultima exci
tatio erit in resurrectione à mortuis, ad uitæ immortalitatem. Postquā autem domi
» nus discipulos permisit aliquantulū requiescere (ouis em̄ tuto quiescit, ubi pastor
» præsens uigilat) excitauit eos aperiente Matthæo, dicens. ¶ Ecce appropinquauit 255
» hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum. Surgite eamus: Ecce appro
pinquauit qui me tradit. ¶ Vltima excitatio discipulorū est, qua significat ecclesiæ
suæ se tradi ut iudicēt à mundo: at ultima mundi excitatio erit, ut tradatur mundus
ad iudicandū CHRISTO. Et eos aliquantulum dormisse à tertia uisitatione, & po
stea excitatos fuisse, innuere uidet Marcus, cum ait dominū dixisse: Sufficit, & sub- Marci. 14.
iecisse: Surgite eamus: nam nisi dormissent, nequaquā dixisse uideretur, sufficit. Et
cum adhuc loqueretur cum apostolis, qui undecim erant, uerbū eius fuit impletum
& superuenit Iudas traditor cum multa flagiciosorum hominum cohorte. Quod
» hoc pacto subdit Matthæus. ¶ Adhuc eo loquente, ecce Iudas unus de duodecim 256
» uenit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus, missi à principibus sacerdotū
» & senioribus populi. Qui aūt tradidit eum, dedit illis signum, dicens. Quencunq;
» osculatus fuero, ipse est, tenete eū. Et confesti accedens ad IESVM, dixit. Auerab
» bi. Et osculatus est eū. Dixitq; illi IESVS. Amice ad quid uenisti? Tūc accesserunt
» & manus iniecerunt in IESVM, & tenuerūt eum. Et ecce unus ex his qui erant cū
» IESV, extendēs manū exemit gladiū suū, & percutiens seruū principis sacerdotū,

Universidad de Deusto
Biblioteca

» amputauit auriculã eius. Tunc ait illi IESVS. Conuerte gladiũ tuum in locum suũ:
» Omnes em̃ qui acceperint gladiũ, gladio peribũt. An putas, quia nõ possum roga
» re patrem meum, & exhibebit mihi modo plus q̃ duodecim legiões angelorum?
» Quomodo ergo implebunt̃ scripturæ, quia sic oportet fieri? ¶ Dominus ex Ioan-
Ioan.18. ne processit eis obuiã cum discipulis in horto: nam captus est in horto quod innue
bat ille qui apud Ioan. dicebat ad Petrum: Nonne ego te uidi in horto cum illo? Et
q̃ signo traditus est? Osculo perfidi Iudæ. Adã in paradyso, id est horto, noxio ori
admoto pomo peccauit: filius hominis osculo traditur. Eua fructũ quẽ gustauerat
& inuenerat sapidũ, quasi pacificũ uiro porrexit, & inimicitias ac bellũ eidẽ cũ deo
posuit. Proditor dicit: Aue, quod est uerbũ pacis, & bellũ affert. Adã post ore sum
ptum pomũ fuit eiectus è paradyso. IESVS post osculũ ex horto educit̃. Qui cũ
eo erat, qui & eduxit gladiũ & percussit pontificis seruũ, cui ex Ioanne nomen erat
Luc.22. Malchus, is ex eodẽ fuit Simon Petrus. Et amputauit auriculã eius, etiam ex Luca
dexterã. Cuius facti dominus reprehendit Petrũ, & iussit recondi gladiũ: quia oẽs
qui materiali gladio percusserint, quo omne designatur nocendi instrumentũ, spi-
rituali gladio, qui est diuina ultio, ferient̃. Reprehendit, inquàm, quia ope nõ ege-
bat humana. Quod si ope eguisset, poterat rogare patrẽ, & exhibuisset ei tũc plus
q̃ duodecim legiones angelorum, id est, pro unoquoq; duodecim apostolorum,
quorũ unus traditor erat, unam legionẽ angelorũ, præsidiũ fortius omnibus homi
Esa.37. nibus. Nam cũ (ut in Esaia legit̃) egressus unus angelus, pcusserit una nocte in ca-
stris Assyriorũ centũ octoginta quinq; milia hominũ: quid duodecim legiones nõ
potuissent? Verũ p̃sidio nõ egebat aut humano aut angelico, cũ & ipse deus esset
omnibus potentior, & hominibus & angelis. Quod etiã ipse ex Ioan. monstrauit,
cum solũ dicendo, ego sum, aduersarios suos quotquot uenerant, pstrauerit, pro-
strasset q̃ etiã si fuissent millies mille milia: erat em̃ uerbũ quod in principio erat, &
quod erat potentissimũ, per qd' omnis creatura condita est, & sine quo nulla subsi-
Esa.53. stere potest. Sed permisit in se creaturam præualere, ut implerent̃ scripturæ: quia
sic scriptum erat. Oblatus est, quia ipse uoluit, sic autem oportebat fieri, ut implere
tur saluãdorum numerus. Et in hoc, q̃ solo uerbo omnes aduersarios suos strauerat,
audacia Petri, si non potius temeritas dicenda sit, creuisse uidetur, adeo ut per-
cusserit seruũ pontificis. Verũ & hic mysteriũ esse potest. Quatenus qui percussus
est, erat summi pontificis: sublatum designabatur summum eorum sacerdotium.
Quatenus Malchus uocabatur, regem nomine tenus indicans, sublatum etiam eo-
rum temporale regnũ. In hoc uero quod auricula eius dextera fuit amputata, uera
auditio legis eis sublata. Quod autem ex Luca tetigit auriculam amputatã, & sana-
uit percussum: hoc ipso & diuinam potentiã & clementiã ineffabilem hostibus suis
ostendit: pariter & insinuauit illis sacerdotium & regnũ, & ueram legis auditionẽ
nunquam recepturos, nisi se ea illis restituente: sed se tamen ea tandem illis restitu
turum, & ea quidẽ quàm prius fuerint, spiritualiora & diuiniora, sicuti & hoc opus
sanati Malchi plusquã humanũ, imo plane diuinum fuit. Deinceps, quæ uerba do-
minus turbis, quæ missæ erant ut illum caperent, dixerit, subdit Matthæus, dicens.
257 » ¶ In illa hora dixit IESVS turbis: Tanquã ad latronem existis cum gladijs, & fusti-
» bus comprehendere me. Quotidie apud uos sedebam docens in templo, & nõ me
» tenuistis. Hoc autem totũ factum est, ut adimplerentur scripturæ prophetarũ. Tũc
» discipuli omnes relicto eo, fugerunt. ¶ Tanquã ad latronem uenerunt, quia expia-
& docens, & opus dei faciẽs: quia in tali loco, & tali opere Adam nõ peccasset, ne-
que uincula diaboli incurrisset. Sed ĩ eo loco, & tali modo captus est, ut implerẽtur
Thren.4. scripturæ, & diuinæ satisfieret iustitiæ: sic enim in Threnis scriptum erat: Spiritus
oris nostri

oris nostri, CHRISTVS dñs, captus est in peccatis nostris, cui diximus: in umbra
tua uiuemus in gentibus. Sed & de fuga discipulorum, ut iam uisum est, apud Za- Zacha.13.
chariam scriptum erat: Percute pastorem, & dispergentur oues. Captus ergo fu-
gientibus discipulis, educitur ex horto solus: quod prosequitur Matthæus, dicens.
» ¶ At illi tenẽtes IESVM, duxerunt ad Caiphã principẽ sacerdotum, ubi Scribæ & 258
» seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum à longe, usq; in atrium princi
» pis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut uideret finem. ¶ Edu
ctus est Adam è paradiso, sed Eua comitatus: eductus est dominus ex horto, sed
incomitatus & derelictus. nam Adam non solus fecerat peccatum, sed CHRI-
STVS solus persoluturus erat redemptionis precium. Tũc educto Adam de para
diso, rhomphæa zeli & ultionis diuinæ, corruscante flãma terribilis, ante ingressum
loci uoluptatis collocata est: nunc autem CHRISTVS, phramea (de qua in Zacha- Zacha.13.
ria scriptum est: Phramea suscitare super pastorem meum, & super uirum cohæren
tem mihi, dicit dominus exercituum: Percute pastorẽ) percussus ex horto educitur,
& paradisus aperitur, amota illa rhomphæa iræ & ultionis dei. Et ad quid custodire
tur paradisus, cũ lignũ uitæ (qui CHRISTVS dominus est, q solus præstat immor-
talitatem) è paradiso, hoc est horto, eductum sit? Non est ergo amplius ira dei, sed
reconciliatio: non ultio, sed miseratio: non odium, sed amor: hoc faciẽte ligno uitæ
pro nobis in sacrificio oblato. Sed antequã dominus sacrificaretur, præsentatus est
primũ Annæ, ex Ioanne: à quo missus est ad Caiphã, qui erat summus põtifex anni
illius, ut hic expressit Matthæus. Decuit enim hanc hostiã magis quàm cæteras à
sacerdotibus examinari: etsi (ut scriptũ erat) qui scrutati sunt iniquitates, defecerũt
scrutantes scrutinio: quia accessit homo & cor altũ, & exaltatus est deus. At Petrus
aliquantulũ ex fuga respirãs, secutus est à longe dominum, & admissus intro cũ mi
nistris satanæ, uidere exitũ rei cupiebat, non uisurus qd' optabat, sed facturus quod
nolebat. Quomodo uero summi pontifices, Scribæ & seniores populi scrutati sunt
» iniquitates, & nequicquã quidẽ, subdit Matthæus, dicens. ¶ Principes autẽ sacer- 259
» dotum, & omne conciliũ, quærebant falsum testimonium cõtra IESVM, ut eũ mor
» ti traderẽt, & nõ inuenerũt: cum etiam multi falsi testes accessissent. Nouissime au-
» tem uenerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit: Possum destruere templũ dei,
» & per triduum ædificare illud. Et surgẽs princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respon
» des ad ea, quæ isti aduersum te testificant̃? IESVS autem tacebat. ¶ Recte dicitur
Quærebant falsum testimoniũ, quia nullum uerũ, ut eum morti traderent, inueni-
re potuissent: erat em̃ qui peccatũ nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Por- 1.Petri.2.
ro de testibus illis recte prænunciatũ erat: Insurrexerũt in me testes iniqui, & men Psalm.25.
tita est iniquitas sibi. Nam duo nouissimi testes, qui dixerunt dominũ dixisse: Pos-
sum destruere templũ dei, & per triduũ ædificare illud: in hoc dupliciter falsi sunt.
Primo, quia dominus non dixit: Possum destruere, sed: Tollite templũ hoc (quod
erat permittentis uerbũ, utpote eius qui hoc tunc quoq; permittebat) & in triduo
excitabo illud. Secundo, quia dicebant de materiali id eũ dixisse, quod de templo
dei, quod ipse erat secundũ dispensationẽ humanæ in se assumptæ naturæ dixerat
Quod si alij falsi testes inter se nõ conueniebant, isti etiã non conueniebant. Quin
etiam qui aderant, scire poterũt, sciebant q̃ hæc testimonia falsa esse: & insuper nõ
esse sufficientia ut morti adiudicaretur. Ad quæ interrogatus dominus, an quicquã
respondere uellet, tacebat: partim quia erãt imptinentia, & seipsa elidentia: partim
ut impleretur scriptura, dicens: Sicut ouis ad occisionẽ ducetur, & quasi agnus co- Esaiæ.53.
ram tondente se, obmutescet & non aperiet os suũ. Et ideo uidens summus ponti
fex falsa illa testimonia esse inualida, fortiorem quærit magis q̃ apparentem occa-
» sionem, eo quo nunc aperit modo Matthæus, inquiens. ¶ Et princeps sacerdotũ 260

Universidad de Deusto
Biblioteca

» ait illi: Adiuro te per deum uiuũ, ut dicas nobis, si tu es CHRISTVS filius dei. Di»
» xit illi IESVS: Tu dixisti. Veruntamen dico uobis, à modo uidebitis filium homi»
» nis sedentẽ à dextris uirtutis dei, & uenientẽ in nubibus cœli. ¶ Si adiuratus domi
nus non respondisset tanq̃ diuinitatis contemptor, reus & morte dignus iudicatus fuisset. Si autẽ respondisset: Non sum CHRISTVS: & in hoc quoq̃ reus mortis fuisset proclamatus, quod decepisset populũ, qui eum ut CHRISTVM sequebatur. Si uero dixisset: Sum CHRISTVS, cũ eum interrogasset an esset CHRISTVS filius dei: in hoc etiam eũ dignũ morte pronunciasset, quod se filiũ dei dixisset. Sic existimauit insidiosus hostis, eum neq̃ tacendo, neq̃ loquẽdo euadere posse apparentem mortis occasionem. Sed neq̃ dominus euadere uoluit: sed responsione, & nomen per quod adiuratus fuerat honorauit, & ueritatem dicendo, scili-
Hiere.5. cet se deũ & dei filiũ esse, nullam blasphemiã incurrit, quã nihilominus ipsi ille impinxit, ut impleretur quod in Hieremia scriptũ erat: Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israël, & domus Iuda. Negauerunt dñm, & dixerunt: nõ est ipse. Sed prædixit eis, quod ab illa die non essent uisuri eũ in humilitate: sed in maiestate sedentem à dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cœli, quod erit in nouissimo iudicio, quo tempore cognoscent quem negauerunt, & quod est ipse
Daniel.7. de quo Daniel: Aspiciebam ergo in uisione noctis, & ecce cum nubibus cœli, qua si filius hominis ueniebat, & usq̃ ad antiquũ dierũ peruenit, & in cõspectu eius obtulerunt eũ: Et dedit ei potestatem, & honorẽ & regnũ, & oẽs populi, tribus, et lin
Zach.12. guæ ipsi seruient. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur: & regnũ eius quod nõ corrũpetur. Et Zacharias: Et aspicient ad me quẽ confixerunt, & plangent eũ planctu quasi super unigenitũ: & dolebunt super eũ, ut doleri solet in morte primogeniti. Sed tũc nullus erit pœnitentiæ ac reuersionis locus. Adã iuste pertulit blasphemias & cõuitia: filius dei, iniuste. Adam iuste ad mortẽ iudicatus est, filius dei iniuste, ut opprobrijs & morte nõ sibi debita, reum Adã à debitis liberaret.
261 » aperit Matthæus cum ait. ¶ Tunc princeps sacerdotũ scidit uestimenta sua, dicẽs:
» Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam.
» Quid uobis uidetur? At illi respondentes, dixerũt: Reus est mortis. ¶ In signũ magnæ detestatiõis, & intolerabilis in deũ blasphemiæ, priceps sacerdotũ scidit uestimenta sua, dixitq̃: Audistis blasphemiã: ipsum ueritatis uerbũ, & dei honorificentiam, blasphemiã appellando; & talẽ quidẽ blasphemiã, quæ satis esset, ut nõ amplius egerent testibus ad eũ morti adiudicandũ. Et postq̃ iudicauit, de ipso iudicio cõsiliũ petit. Quid, inquit, uobis uidetur? At scribæ & seniores, de quibus dictum est:
Psal.24. Odio iniquo oderunt me: & rursum: Cum loquebar illis, impugnabant me gratis,
Psal.119. responderunt: Reus est mortis. Sic iustitia ab iniquitate, uita à morte, ueritas à mẽdacio cõdemnata est: ut ipse qui solus iustus erat, iniustos iustitiæ redderet, & mortuos uitæ, & mendaces ueritati. Verũ necdũ illis ea sufficiunt, sed & insuper cõtumelias, & execrationes quascunq̃ possunt, mendacijs suis & iniquo iudicio adijci-
262 » unt, dicente Matthæo. ¶ Tũc expuerunt in faciẽ eius, & colaphis eũ ceciderũt. Alij
» aũt palmas in faciẽ eius dederũt, dicentes: Prophetiza nobis CHRISTE, quis est
» q̃ te percussit? ¶ De sputis, colaphis & huiusmodi percussionibus, sic prædictũ e-
Esa.50. rat per Esaiã: Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autem non cõtradico, retrorsum nõ abij: Corpus meũ dedi percutientibus, & genas meas uellentibus: Faciem meã nõ auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Quod aũt illusuri essent ipsi, ut cũ uelarunt eum, percusserunt q̃q̃, ac dixerũt: Prophetiza nobis CHRISTE
Matth.20. quis est qui te percussit? prædixerat iam dominus cap. uigesimo, ubi ait: Ecce ascẽdimus Hierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ & scribis, & condem-

condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum. Sic itaq̃ ut Adam à confusione liberaretur, confusionem pertulit filius dei. Vt Adam resipisceret, qui uoluerat fieri similis deo, sciens bonũ & malũ, dei sapientia illusa est, & ut ignorans habita. Et postq̃ hæc oĩa passa est, non solũ à principibus sacerdotum & scribis & pharisæis: sed à Petro uno quidem è præcipuis apostolis suis negata est.
» Quod subdit Matthæus, dicens. ¶ Petrus uero sedebat foris in atrio, & accessit ad 263
» eũ una ancilla, dicens: Et tu cum IESV Galilæo eras. At ille negauit corã oĩbus di
» cens: Nescio quid dicis. Exeunte aũt illo ianuã, uidit eũ alia ancilla, & ait his qui e-
» rant ibi: Et hic erat cũ IESV Nazareno. Et iterũ negauit cum iuramento, quia nõ
» noui hominem. Et post pusillũ accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Vere &
» tu ex illis es: Nam & loquela tua te manifestũ facit. Tũc cœpit detestari & iurare,
» quia nõ nouisset hominẽ. Et continuo gallus cãtauit. Et recordatus est Petrus uer-
» bi IESV, quod dixerat: Priusq̃ gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fle
» uit amare. ¶ Primo negat Petrus dñm ad uocẽ mulierculæ ipsum alloquentis. Secundo, cũ fugere tentaret, priusq̃ alloquatur eum altera muliercula, cum iuramento negat eundẽ. Tertio, prementibus eũ uiris, & ratione loquelæ suspectũ habentibus, negando execratur, & deierat se nunq̃ nouisse hominem. Sed ubi est nũc Petri audacula illa fiduciæ humanæ protestatio: Et si omnes in te scandalizati fuerint, ego nunq̃ scandalizabor? Vbi hæc: Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo? Plusq̃ cæteri omnes scandalizatus Petrus, ter domino, qui deus est, negato: et tam parua quidem si nõ etiam nulla occasione negato exemplo suo admonere uidetur, ne quis de se quicq̃ præsumat: sed si quid boni facturus sit, aut si quid mali uitaturus, id omne deo tribuat, & nihil suæ potentiæ, quæ reuera nõ est potentia, sed potius imbecillitas, & si sit præsumpta potentia. Quod autem post tertiam negationem Petri auditus est galli cantus: hoc manifesto est argumento, gallum non fi nijsse in illa nocte cantũ suũ iuxta domini prædictionem, priusq̃ Petrus ter domi-
num negasset. Sed ex Luca conuersus dominus respexit Petrũ, & recordatus est Luc.22.
Petrus uerbi dñi sicut dixerat: Quia priusq̃ gallus cãtet, ter me negabis. Quod ergo fleuit amare, non Petro, sed aspiciẽti Petrum tribuendum est. Et nõne per tres negationes Petri, tres prolapsiones ecclesiæ designari possunt? Prima, desinente primitiua ecclesia, remisso martyrij feruore. Secunda subsequentis ecclesiæ extinto spiritu, reuiuiscente cũ uniuersis concupiscẽtijs suis carne. Tertia, in statu sequẽte, quæ futura erat, aut futura est omniũ terribilissima, Antichristo adhuc, id est secũda bestia se manifestante. Nõne etiam per gallum qui præcinit diem, annunciatio diei iudicij subindicatur, quæ nõ finietur priusq̃ hi tres in ecclesia prolapsus accederint? Verum in fine dominus ecclesiã oculis misericordiæ suæ respiciet: & illa omnem egressa prolapsum, errorem q̃q̃ omnem flebit amare, nunq̃ postea negatura CHRISTVM: sed toto conatu, totoq̃ spũ illi famulatura. Quod & nobis etiã nũc rex noster IESVS CHRISTVS, oculis clementiæ suæ nos benignissime intuitus annuat. Cuius patri æterno cum ipso & spiritu sancto, sit honor, potestas, & gloria in perennia seculorum secula, Amen.

CAPVT VIGESIMVMSEPTIVMM.

Mane autẽ facto consilium inierunt omnes principes sacer 264
dotũ, & seniores populi aduersus IESVM, ut eum morti tra
derent. Et uinctum adduxerunt eũ, Et tradiderũt Pontio
Pilato præsidi. ¶ Tũc uidens Iudas qui eũ tradidit, quod 265
dãnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argente
os prin

Universidad de Deusto Biblioteca

os principibus ſacerdotũ & ſenioribus, dicens: Peccaui tradens ſanguinẽ
iuſtum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis
in templo receſſit, & abiens, laqueo ſe ſuſpendit. Principes autẽ ſacerdotũ
acceptis argenteis, dixerunt: Nõ licet eos mittere in corbanan, quia preci
um ſanguinis eſt. Conſilio aũt inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſe- 10
pulturam peregrinorum. Propter hoc uocatus eſt ager ille, acheldemach
hoc eſt ager ſanguinis, uſq; in hodiernum diem. Tunc impletũ eſt quod
dictum eſt per Hieremiã prophetam, dicentẽ: Et acceperunt triginta argẽ
teos preciũ appreciati, quem appreciauerunt a filijs Iſraël, & dederunt eos
266 in agrũ figuli, ſicut conſtituit mihi dominus. ¶ IESVS autẽ ſtetit ante præ 15
ſidem, & interogauit eum præſes, dicens: Tu es rex Iudæorum? Dicit illi
IESVS: Tu dicis. Et cum accuſaretur a principibus ſacerdotum & ſeniori-
bus, nihil reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduerſum
te dicunt teſtimonia? Et non reſpondit ei ad ullum uerbum: ita ut mirare-
267 tur præſes uehementer. ¶ Per diem autem ſolennem conſueuerat præſes 20
populo dimittere unum uinctum quem uoluiſſent: habebat autẽ tũc uin-
ctum inſignem, qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis, dixit Pi-
latus: Quẽ uultis dimittam uobis: Barraban, an IESVM, qui dicitur CHRI
STVS? Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum. Sedente autẽ
illo pro tribunali, miſit ad eũ uxor eius, dicens: Nihil tibi & iuſto illi: mul 25
ta enim paſſa ſum hodie per uiſum propter eum. Principes autẽ ſacerdo-
tum & ſeniores perſuaſerunt populis ut peterent Barraban, IESVM uero p
derent. Reſpõdens autem præſes, ait illis: Quem uultis uobis de duobus
268 dimitti? At illi dixerunt, Barraban. ¶ Dicit illis Pilatus: Quid igitur faci-
am de IESV, qui dicitur CHRISTVS? Dicunt omnes: Crucifigetur. Ait il 30
lis præſes: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Cruci
figatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, ſed magis tumultus
fieret: accepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego ſum
a ſanguine iuſti huius: uos uideritis. Et reſpondens uniuerſus populus, di
269 xit: Sanguis eius ſuper nos, & ſup filios noſtros. ¶ Tũc dimiſit illis Barra 35
270 ban: IESVM autem flagellatũ tradidit eis ut crucifigeretur. ¶ Tunc milites
præſidis ſuſcipientes IESVM in prætorio, congregauerunt ad eum uniuer
ſam cohortem: & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt
ei, & plectentes coronã de ſpinis, poſuerunt ſuper caput eius, & arundinẽ
in dextera eius: & genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iu 40
dæorũ. Et expuẽtes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput
eius. Et poſtquam illuſerunt ei, exuerunt eum chlamydem, & induerunt
271 eum ueſtimentis eius, & duxerunt eum, ut crucifigerent. ¶ Exeuntes autẽ
inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hũc angariauerũt,
ut tolleret crucem eius. Et uenerunt in locum qui dicitur golgatha, quod 45
eſt caluariæ locus. Et dederunt ei uinum bibere, cum felle mixtum. Et cũ
guſtaſſe

guſtaſſet, noluit bibere. ¶ Poſtquam autem crucifixerunt eum, diuiſe- 272
runt ueſtimenta eius ſortem mittentes, ut impleretur quod dictũ eſt per
prophetam, dicentem: Diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea, & ſuper ueſtem
50 meam miſerunt ſortem: & ſedentes ſeruabant eum. Et impoſuerunt ſu-
per caput eius cauſam ipſius ſcriptam: Hic eſt IESVS rex Iudæorum.
¶ Tunc crucifixi ſunt cũ eo duo latrones, unus a dextris & unus a ſiniſtris. 273
¶ Prætereuntes autem blaſphemabant eum, mouentes capita ſua & dicen 274
tes: Vah qui deſtruis templũ dei, & in triduo illud reædificas, ſalua temet
55 ipſum, ſi filius dei es, deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotũ
illudentes cum ſcribis & ſenioribuis, dicebant: Alios ſaluos fecit, ſeipſum
non poteſt ſaluũ facere. Si rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credi-
mus ei. Confidit in deo, liberet nũc eum ſi uult: dixit enim, quia filius dei
ſum. Idipſum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo improperabãt
60 ei. ¶ A ſexta aũt hora tenebræ factæ ſunt ſup uniuerſam terrã, uſq; ad ho 275
ram nonam. Et circa horam nonam clamauit IESVS uoce magna, dicens:
Eli, eli, lamaſabthani? hoc eſt: Deus meus, deus meus, ut quid dereliqui-
ſti me? Quidã aũt illic ſtantes & audientes, dicebant: Heliam uocat iſte.
¶ Et continuo currens unus ex eis, acceptã ſpongiã impleuit aceto, & im- 276
65 poſuit arundini, & dabat ei bibere, cæteri uero dicebant. Sine, uideamus
an ueniat Helias liberans eum. ¶ IESVS autem iterum clamans uoce ma- 277
gna, emiſit ſpiritum. ¶ Et ecce uelum templi ſciſſum eſt in duas partes, a 278
ſummo uſq; deorſum: & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt: & monumen
ta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorũ, qui dormierant, ſurrexerunt. Et
70 exeuntes de monumentis, poſt reſurrectionem eius uenerunt in ſanctam
ciuitatem, & apparuerũt multis. ¶ Centurio aũt & qui cum eo erant cuſto 279
dientes IESVM, uiſo terræmotu & his quæ fiebant, timuerũt ualde, dicen-
tes: Vere filius dei erat iſte. ¶ Erant autẽ ibi mulieres multæ a longe, quæ 280
ſecutæ erant IESVM a Galilæa miniſtrantes ei, inter quas erat Maria Mag
75 dalene, & Maria Iacobi, & Ioſeph mater, & mater filiorum Zebedæi.
¶ Cum autem ſero factum eſſet, uenit quidam homo diues ab Arimathia 281
nomine Ioſeph, qui & ipſe diſcipulus erat IESV. Hic acceſſit ad Pilatum,
& petijt corpus IESV. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpo-
re, Ioſeph inuoluit illud in ſindone munda & poſuit illud in monumento
80 ſuo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit ſaxum magnũ ad oſtium
monumẽti, & abijt. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, ſe-
dentes contra ſepulchrum. ¶ Altera autem die quæ eſt poſt paraſceuen, 282
conuenerunt principes ſacerdotũ & phariſæi ad Pilatũ, dicentes. Domi-
ne recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc uiuẽs: poſt tres dies re-
85 ſurgam. Iube ergo hic cuſtodiri ſepulchrũ uſq; in diem tertiũ, ne forte ue-
niant diſcipuli eius & furentur eum, & dicant plebi, ſurrexit a mortuis: &
erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis cuſtodiã, ite
cuſtodite

custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

ANNOTAT. BREVES XXXIX. CIRCA LITE. CAP. XXVII

5 damnatus esset,
κατακρίσει
7 iustum.
ἀθῶον
innocentem
7 uideris.
ὄψει
uidebis
11 ille – acheldemach,
18 quanta (hoc est,
πόσα
quot,
quàm multa
22 Barrabas
βαραββᾶν
& infra.
23 Quem
Vtrum
& infra.
26 per uisum
κατ' ὄναρ
in somnis
27 in populis
τοὺς ὄχλους
turbis
29 dimitti?
ἀπολύσω
dimittam
30 faciam de IESV
ποιήσω Ἰησοῦν
faciam IESV
31 ait – illis
31 magis
πειρωῶς
33 populo
τοῦ ὄχλου
turbæ
34 uideritis.
ὄψεσθε
uidebitis
39 tradidit – eis
38 coccineam
κοκκίνην
golgotha,
golgoltha
45 quod eũ
*μεθερμηνευόμενον
interpretatum
46 uinum
ὄξος
acetum
48 mittẽtes, – ut impleretur
quod dictũ est per prophetã dicentẽ: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & sup uestẽ meã miserunt sortem.
50 eum *ἐκεῖ ibi
52 crucifixi sunt
σταυροῦνται
præsens.
53 dicentes – Vah
54 triduo – illud
54 reædificas,
οἰκοδομῶν
ædificas
56 & senioribus
* καὶ φαρισαίων
& pharisæis,
57 credimus
πιστεύσομεν
futurum.
62 lamazabthani?
lãma azabtani
72 & his quæ fiebant
καὶ τὰ γενόμενα
& his quæ facta fuerant
indefinitum.
73 à longe
* θεωροῦσαι
spectantes,
75 Ioseph
Ἰωσῆ
76 Cũ aũt sero factũ eẽt.
ὀψίας δὲ γενομένης
Cũ aũt serũ fieret
76 Venit – quidam
Arimathia,
ἀριμαθαίας
79 illud – in
85 custodiri
ἀσφαλισθῆναι
muniri
87 Habetis
ἔχετε
Habete
88 signantes
σφραγίσαντες
sigillantes

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVM SEPTIMVM.

IAm principes sacerdotũ, uitæ principem morte dignũ iudicarãt, sed nõdũ morti à potestate seculari adiudicatus erat. Ideo mane facto pa
264 „ rasceues, ad id ipsum consiliũ inierunt, dicente Matthæo. ¶ Mane au
„ tem facto, consiliũ inierũt omnes principes sacerdotũ & seniores po
„ puli aduersus IESVM, ut eum morti traderent. Et uinctum adduxe
„ runt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. ¶ Quare adduxerunt ad Pila
tum? Quia potestatem non habebãt crucifigendi: hoc enim erat prætoriæ potesta
tis. Et hoc quidem genus mortis in suo consilio exquisierant, decreuerantq; : quia
omnium uideretur detestatissimum. Quod et dominus eos facturos iã sæpe præ
Hiere. 11. dixerat, & præcinuerat Hieremias, dicẽs; Cogitauerunt super me consilia, dicẽtes

Mitta-

Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentiũ. Erant tamen quatuor mortes, quarum potestatem habebat domus cõcilij, quod erat sacerdotum & seniorum: poterat enim lapidare, cõburere, occidere, suffocare: ut habetur ĩ libro ZANHEDRIN, q dicitur Babylonius: ubi de crucifigẽdi potestate nullus sermo habetur. Cũ autem Iudas uidit quod dominus esset dãnatus, & iam traditus prætoriæ potestati, ut tali morte afficeretur: diabolus, cũ nulla iã ei tantũ effugiẽdi reatũ pateret uia, ob oculos eius gratuitatẽ peccati sui posuit, ut ante oculos Cain mortẽ fratris eius Abel posuerat, ad hoc ipsum ut in ueniæ caderet desperationẽ: Iudas e-
„ nim erat uerus Cain. Quod subdit Matthæus hoc modo. ¶ Tũc uidens Iudas q eũ 265
„ tradidit, quod damnatus esset, pœnitẽtia ductus, retulit triginta argenteos principi
„ bus sacerdotum & senioribus, dicẽs: Peccaui, tradens sanguinẽ iustum. At illi dixe
„ runt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argẽteis in templo, recessit: & abiẽs, la
„ queo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerũt: Nõ li
„ cet eos mittere in corbanan, quia precium sanguinis est. Cõsilio autẽ inito, emerũt
„ ex illis agrũ figuli in sepulturã peregrinorũ. Propter hoc uocatus est ager ille achel
„ dema, hoc est ager sanguinis, usq; in hodiernum diem. Tunc impletum est quod di
„ ctum est per Hieremiam prophetam, dicentẽ: Et acceperũt triginta argẽteos pre-
„ cium appreciati, quem appreciauerunt à filijs Israël: & dederunt eos in agrũ figuli.
„ sicut cõstituit mihi dominus. ¶ Pœnituit Iudã, sed hæc pœnitẽtia nõ erat μετάνοια, id est resipiscẽtia: sed μεταμέλεια, id est (ut sic dicam) posterior quædã cura & prioris ím mutatio. Resipiscentia, uera pœnitẽtia est: sed mutata cura, non semper est uera pœnitentia: quia & Iudas curam studiumq; mutauit, & tamen non uere eum pœnituit. nã prius curauerat ut teneretur CHRISTVS: subĩde uero ex opposito curauit ut liberaretur. Cõfessus est peccatũ suũ, & hoc sacerdotibus, ut liberarẽt CHRISTVM, quem intelligerẽt esse innocentẽ. Satisfecit quoad potuit pro liberatiõe, restitutis nũmis, quibus male pepigerat. Sed hãc pœnitentiam Iudæ, hanc nouam curam, & innocentiæ CHRISTI confessionẽ, hanc denicq; pro CHRISTI liberatione satisfactionem, nihil ipsi curarunt. Sed Iudæ plenum desperationis laqueum iniecerũt, dicentes: Quid ad nos, si peccaueris tradẽs sanguinem iustum? Tu uidebis, tu cognosces, & intelliges te peccasse cum fueris in pœnis. Quicquid factũ est, fit, & fiet: nõ nostrum, sed tuum peccatum est. Nihil ad nos, nos sumus insontes, & id omne ad te unum pertinet, tu solus pœnã lues. Cũ audisset Iudas hãc egregiã consolationem: accepto laqueo, seipsum suspẽdit: et ut scribitur ĩ Actis, suspẽsus crepuit medius: et Act. 1.
uiscera illa quæ dominum gloriæ tradiderant, & quæ indigne eum in sancta synaxi susceperãt, omnia effusa sunt. Illis autẽ q̃bus proiectis satisfacere uoluit, argenteis, emerunt sacerdotes agrũ plastæ, statuarij, siue figuli. Et tũc impleta est prophetia, quæ si nõ est Hieremiæ, hallucinatione scriptorum factũ est, ut pro Zacharia nũc legatur Hieremia: alioqui malitia quorundã è Hieremia subtracta est. Verũ & tũc spiritus dei prouidit, ut similis haberetur in Zacharia, dicente: Et dixit dñs ad me: Zach. 11.
Proijce illud ad statuariũ, decorum precium quo appreciatus sum ab eis. Et tuli triginta argẽteos, & proieci illos in domo domini ad statuarium. Ex quo loco CHRISTVS deus esse ĩtelligitur: siquidẽ deus loquitur & dicit: Appreciatus sum ab eis. At cũ dixerunt, Nõ licet eos mittere in corbanan: quid per corbanan intelligebãt? Sane Iosephus cap. 3. secundi libri de bello Iudaico, id sacrũ designare thesaurũ innuit, dicẽs: Erat apud eos sacer thesaurus, quem Corbanan dicũt. Quem & ibi scribit Pilatum ad inductionem aquarum expendi iussisse. Sic nõ lõgo tẽpore post passionem domini suo thesauro gauisi sunt principes sacerdotũ & põtifices: qui, ut uerisimile est, particula quadam illius mercati fuerãt, etiam ad perdendum uerũ Mesiam, uerumq; dei filium. His dictis de Iuda & cuẽtu denariorum, quibus filij Israël

y filium

Universidad de Deusto
Biblioteca

266 „ filium dei appreciauerũt, redit Euangelista ad historiã passionis, dicens. ¶ IESVS
„ autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iudæo-
„ rum? Dixit illi IESVS: Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotũ & se-
„ nioribus, nihil respondit. Tunc dixit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te di-
„ cunt testimonia? Et non respondit ei ad ullum uerbũ, ita ut miraretur præses uehe-
„ menter. ¶ Interrogãti iudici, an esset rex ille insignis Iudæorũ, dominus ueritatem
respondit: ut uel ex ignorantia non cõdemnaret, quem non nosset; uel si cognosce
ret, & condemnaret, à reatu inexcusabilis haberetur. Sacerdotibus autẽ & presby
teris accusantibus nihil respõdebat, eos suo silẽtio mẽdaces falsosq; esse insinuãs:
Psal.34. de quibus scriptum erat: Surgẽtes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabãt me.
Et quæ Psalmo uigesimo primo de hac re scripta sunt. Sed & de silẽtio eius scriptũ
Esaie.53. erat apud Esaiã: Sicut ouis (inquit) ad occisionẽ ducetur, & quasi agnus coram ton
Psal.37. dente se obmutescet, & nõ aperiet os suũ. Et Psalmo trigesimoseptimo: Et factus
sum sicut homo nõ audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Et mirabatur
præses eum nihil ad eos & se loqui, ut qui nõ intelligeret scripturas, quæ de hoc si-
lentio insignem faciebant memoriam. Subinde uero cum uideret eius innocentiã,
& sacerdotũ inuidiam & maleuolentiã, studuit humana quadam sympathia & æqui
267 „ tate permotus, eum liberare, dicẽte Matthæo. ¶ Per diem autẽ solennem cõsueue
„ rat præses populo dimittere unum uinctum, quem uoluissent. Habebat autem tũc
„ uinctũ insignẽ, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quẽ
„ uultis dimittã uobis: Barabbã, an IESVM, qui dicitur CHRISTVS? Sciebat enim,
„ quod per inuidiam tradidissent eũ. Sedente autẽ illo pro tribunali, misit ad eũ uxor
„ eius, dicẽs: Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per uisum propter eũ.
„ Principes autem sacerdotũ & seniores persuaserũt populis, ut peterent Barabban,
„ IESVM uero perderẽt. Respõdens autẽ præses, ait illis: Quẽ uultis uobis de duo-
„ bus dimitti? At illi dixerũt: Barabban. ¶ Hoc, humano cogitatu ac astu facere uolu
it Pilatus, sic animo uoluẽs: Cum Iudæi quotannis ratione suæ solẽnitatis soleant à
præside unum è uinctis quem uoluerint, liberum obtinere: proponã eis quendam
inter uinctos meos sceleratissimum, & reipublicæ eorũ pestilentissimũ, qui seditio-
sus est, homicida, latro, & dei legisq; illorum maximus cõtemptor: & IESVM, qui
innocẽs est & pacificus, qui sanat infirmos eorũ, & mortuos suscitat: qui iustus est,
& dei ac legis eorum maximus æmulator: nec aliũ uinctum tradam eis liberũ præ-
ter alterum illorum duorum, id est præter Barabban pestiferũ & noxiũ hominem,
aut IESVM salutiferum & innoxiũ: ut IESVM liberẽ, quem per inuidiam mihi tra
diderunt. Putabat enim illos maluisse IESVM absolui. Verũ lõge aliter euenit atq;
Pilatus cogitauerat: nam Barabban liberum dimitti petierũt, IESVM autem mor
te affici. Sed & is affectus Pilati à maligno infusus uideri potest, ut & pœnitẽtia Iu-
dæ, cõfessio, restitutio, et misera illaqueatio: ut Iudæi prætuisa pnicie, si Barabban pe
terent, timerent periculum, & CHRISTVM dimitterẽt. Cũ enim diabolus omnia
iuxta oracula, quæ uero Mesiæ conueniũt, CHRISTO cõtingere uideret: & obid
uereretur ne illo iniuste morti tradito, ipse gnis humani perderet dominium: & qui
spoliare uolebat, proprium perderet spolium: procurabat nũc per Iudam, nunc per
Pilatũ liberari CHRISTVM, ut quẽ iam traditionis CHRISTI pœniteret, ut Iudã.
Sed & cum uidit per uiros rem sibi parũ succedere, uxorem Pilati solicitauit, ut illi
mandaret ne ipsum condemnaret. Et hæc uerba, quasi angelus lucis in ore eius po
suit, quæ uiro nũciaret: Nihil tibi & iusto illi. quasi diceret, caue iustũ illum iudices.
quibus ut facilius ei acquiescaret, se per somniũ multa passam, id est, immisso ueluti
quodam oraculo admonitam, subiunxit. Verum neque per Iudam, neq; per Pila-
tum, neq; per infusum mulieri insomnium potuit malignus reprimere, quod prius
toto

toto conatu promouerat: iam em principes sacerdotũ & seniores persuaserant po
pulis ut peterent Barabban liberari, IESVM aũt tradi morti. Qd & fecere. Et hũc
etiã ferme sensum uoluit Ignatius, sic de diabolo loquẽs in epistola, quã scripsit ad Ignatius.
Philippenses, in qua sic ait. Interitũ em sibijpsi esse cognouit confessionem crucis.
Hoc em trophæum est contra eius uirtutẽ: quod uidens, expauescit: & audiens ti-
met. Nam & antequã facta esset crux, festinabat facere hoc, & operari in filijs diffi-
dentiæ: operatus est autẽ inuidia in pharisæis, in Sadducæis, in senioribus, in iuue-
nibus, & in sacerdotibus. Cum autem properaret ut fieret, conturbabat: & postea
desperationem immisit proditori, & laqueũ ei ostendit, & suspendium eum docuit
Et mulieri immisit timorẽ in somno, ipse conturbans & cõpescere tentans patibu-
lum crucis: ipse omnia euocans, mouet in suam perniciẽ, non recognoscens: in tan
tum em mala erant non omnia. Malignus autem sentiebat suam perditionẽ. Initiũ
em illi fuit ad damnationem, crux CHRISTI: principiũ mortis, initiũ perditionis.
„ Hæc Ignatius. Quid tũ postea fecerit Pilatus, psequitur Matthæus, dicens. ¶ Di- 268
„ cit illis Pilatus: Quid igitur faciã de IESVQ qui dicitur CHRISTVS? Dicunt oẽs:
„ Crucifigatur. Ait illis præses: Quid em mali fecit? At illi magis clamabãt, dicentes
„ Crucifigatur. Videns autẽ Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret,
accepta aqua, lauit manus corã populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti
„ huius: uos uidebitis. Et respondẽs uniuersus populus, dixit: Sanguis eius sup nos
„ & super filios nostros. ¶ Tentauit & alias uias Pilatus, ut dominũ liberaret, siue id
humano affectu, aut amore iusticiæ, siue impellente maligno. Nam ex Ioanne fla-
gellatum produxit eum foras, portantẽ coronam spineã, & pupureũ uestimentũ:
uolens sic eorum sedare animos, & ad misericordiã flectere: sicq; emendatũ, inno-
centem dimittere. Lauit quoq; manus suas, eum innocentẽ indicans, ut uel sic testi
monio iudicis absolueret: & clamauit se esse insontẽ à sanguine insti huius: & sub-
iunxit: Vos uidebitis, quod est: Vos soli noxij pœnas dabitis. Sed his nihil pficere
potuit. Nã clamauerunt: Sanguis eius super nos & super filios nostros, quod quid
est, nisi ultio sanguinis & mortis eius sup nos & super filios nostros? Quæ & sup-
uenit, & adhuc perseuerat. De qua pphetauerat Daniel: Post hebdomadas sexa- Daniel.9.
ginta duas occidetur CHRISTVS, & nõ erit eius populus qui eum negaturus est
Et ciuitatem & sanctuariũ dissipabit populus cum duce uenturo, & finis eius uasti-
tas. Et post finẽ belli statuta desolatio. Et Osee cap. septimo & nono: Væ eis, quo Osee.7.
niam recesserũt à me. Vastabunt, quia præuaricati sunt in me. Ego redemi eos, & 9.
ipsi locuti sunt contra me mendacia. Et rursus. Abijciet eos dns deus meus, quia
non audierunt eum, & erunt uagi in nationibus. Verũ non sic illis iratus est deus,
quin semper paratus sit resipiscentiũ misereri, & ad se redeuntibus fieri propitius.
Sed quid mirũ, si persistentes in nequicia patrum, deus bonitatis amator & author
deserit? cum seditiosum, latronẽ, & homicidã ipsi prætulerint, & eundẽ omnibus
contumelijs & tormentis, quæ cogitare potuerũt, affecerint, ut subdit Matthæus,
„ dicens. ¶ Tũc dimisit illis Barabban, IESVM aũt flagellatũ tradidit eis, ut crucifi- 269
„ geretur. ¶ Quid est, dimisit illis Barabban? nisi liberauit illũ, qui nõ unam & alte-
ram, sed multo plures (si pluries mori potuisset) pmeruerat mortes, & à morte ab-
soluit: IESVM aũt innocentẽ, qui omnibus uitã meruit, dãnauit morte, & morte
quidem iuxta uoluntatẽ eorum turpissima, nam morte crucis. Præerat Iudæis Pila
tus, sed nõ legerat, aut certe nõ satis intellexerat id: Deus dissipabit ossa eorũ, qui Psalm.52.
hoĩbus placent. Quod si homini displicere nõ timuisset (quid em aliud erat Cæsar
q; homo?) & noluisset Iudæis placere, qui homines erant, & indignissimi quidem,
peruersissimiq; ac iniustissimi, ut plane res ipsa monstrat, nõ puertisset iudiciũ: sed
quia is erat qui homines deo pponeret, quantumcunq; hactenus secundũ hominẽ
y 2 uideri

Universidad de Deusto
Biblioteca

uideri uoluisset iustus, ideo eiusmodi habebatur, quem oporteret ad suã ipsius per-
1.Petri.2. niciem, æternamq; perditionem filium dei (qui, ut scriptũ est, cũ malediceretur, nõ
maledicebat: cũm pateretur, nõ comminabatur: tradebat autem se iudicãti iniuste)
iudicare: & si illum innocentẽ fateretur, ac cognosceret, adeo' profectus erat à deo,
& peccatũ peccato Iudæorum proximũ habebat. Vnde & quicquid molitus erat
ad CHRISTI liberationem, id potius instinctu maligni factũ intelligitur: ut & illa
solicitatio mulieris eius, quàm constantia iusticiæ, & ueræ pietatis affectu: crudelis
enim erat: & adeo' qdẽ crudelis, ut ex historijs cognoscatur feralibus sacrificijs san
guinem Iudæorũ miscuisse: quod dictum uolui, ne quis aliter Pilato procurãti libe-
rare CHRISTVM, bene afficiatur, cũq; diabolo: siue enim hoc, siue aliud faceret, sem
270 „ per minister eius erat. Subiũgit Matthæus. ¶ Tunc milites præsidis suscipiẽtes IE
„ SVM in prætorio, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem: & exuẽtes eum,
„ chlamydem coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronam de spinis, posue
„ runt super caput eius, & arundinem in dextera eius: & genu flexo ante eum, illude-
„ bant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum. Et expuẽtes in eum, acceperunt arundinem,
„ & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerũt eum chlamydem, &
„ induerunt eum uestimentis eius, & duxerunt eum ut crucifigerẽt. ¶ Cũ dicit, Tũc
milites præsidis: noli intelligere tũc, id est postquam tradidit Iudæis, hoc est, pro uo
luntate Iudæorum CHRISTVM crucifigendũ: quia hoc mysteriũ ante factũ est.
Io.m.19. Quod ex Ioanne cognoscitur. Hac autẽ castigatiõe, flagellatiõe, purpureæ uestis
circunpositione, coronatione, arundinis traditione, salutatione, irrisione, intẽdebat
Pilatus non tradere CHRISTVM Iudæorum uoluntati, sed liberare. Quæ tamen
omnia erãt iniusta: nam quem nihil mali fecisse confitebatur, cur tanquã malefacto-
rem adeo' crudeliter flagellabat, & multiplici contumelia affici pmittebat: uidelicet
induí purpura, spinis coronari, arundinẽ sceptri loco in manu eius collocari, ante eũ
genua flecti, salutari noĩe regis, præterea arũdine percuti: & hæc omnia in derisio-
nem immẽsæ maiestatis fieri? Quàm grauiter igit errabat Pilatus, ratus benefacere,
aut certe' facere minus malum, ut posset maius effugere? Sed dum alterũ uitare
studuit, misere in utrunq; incidit: duce diabolo, cui nihil curæ erat, siue iuste' illa fie-
rent, siue iniuste, modo posset mysteriũ crucis impedire: quod iã per inuidiã, quam
sacerdotibus, Scribis & Pharisæis instillauerat, excitarat. De his aũt flagellis & cõ-
Psal.72. tumelijs scriptũ erat in Psalmis: Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in ma-
Thren.3. tutinis. Et rursus in Threnis: Dabit percutienti se maxillã, saturabitur opprobrijs. Et
subditur: Quia se abiecit, miserebitur secundum multitudinẽ misericordiarum sua-
rum. Ergo ut satisfaceret pro peccatis nostris, & oĩm posset misereri, sic humiliari,
& abijci uoluit: ut eius humilitate omnes exaltarẽtur, & omnis illi redẽptionis, mise
rationis, & exaltationis gratia deberetur: & nõ ut liberaretur, ceu uolebat Pilatus:
nec ut mysteriũ redemptionis impediretur, ut machinabatur malignus. Et rursus in
Esa.50. Esaia: Corpus meũ dedi percutiẽtibus, & genas meas uellẽtibus. Faciẽ meam non
auerti ab increpantibus, & cõspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus: &
ideo nõ sum cõfusus. Ideo posui faciem meã, ut petram durissimã: & scio quoniam
Esa.53. non cõfundar. Et rursus: Ipse autẽ uulneratus est propter iniquitates nostras, attri-
tus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eũ, & liuore eius sanati
sumus. Sed quid factũ est, posteaquam flagellatum, coronatũ, & ueste purpurea in-
dutum, tradidit eum Pilatus uoluntati Iudæorũ? Certe' quod adiecit Euãgelista. Et
postquã illuserũt ei, exuerũt eũ chlamydem, & induerũt eũ uestimentis eius, & du-
xerunt eum ut crucifigerent. Id fecerunt postquã illuserũt: sed non continuo', nam
prius in ea ueste oblatus est populo, & iterũ reductus in prætorium, eductusq; rur-
sus foras ad populũ: qd' uera Ioãnis aperit historia. Igit & illic per, tũc, intelligebat

tempus

tẽpus quo erat sub præsidis potestate, & antequã traditus esset uoluntati Iudæorũ:
& hic per postquam, tempus quo traditus fuit uoluntati eorum. Quod ubi factũ est,
„ eduxerũt eũ e' ciuitate: ut subiungit Matthæus, inquiẽs. ¶ Exeũtes autẽ inuenerũt 271
„ hominem Cyrenæum, nomine Simonẽ: hũc angariauerũt, ut tolleret crucem eius.
„ Et uenerũt in locũ qui dicitur Golgoltha, quod est caluariæ locus. Et dederunt ei ui
„ num bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere. ¶ Vndenã exibant,
nisi e' Hierusalem, quæ erat ciuiũ locus? Egressi autẽ inuenerũt uirũ alienigenam,
utpote Afrum, à Cyrenaica regione, e' quodam pago uenientẽ, quẽ coẽgerunt por
tare crucẽ IESV, ex Luca post IESVM: suã enim crucẽ dominus ipse prius porta-
bat. Et uenerũt in locũ, ubi flagitiosi crucifigi solebãt, qui Syriace Golgoltha, id est
caluariæ locus appellatur, à craneis decollatorũ, quæ illic (ut quidã uolũt) insepulta
iacebãt, nõ crucifixorũ: mos enim erat Hebræis ex Deuter. 21. nõ relinquere cada-
uera in ligno, sed eadẽ die sepelire. Igitur illuc pducto dño, porrexerũt ei acetũ cũ
felle mixtũ. Et cũ gustasset, noluit bibere. id enim satis erat ad impletionẽ pphetiæ,
quæ de eo prædixerat: Et dederũt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me Psal. 68.
aceto. Sed & ex Marco uinũ amarore myrrhæ infectũ obtulerunt ei, sed noluit ac- Mar. 15.
cipere. Quid est qd' CHRISTVS egressus ẽ, ex Ioãne baiulãs sibi crucẽ: nisi quod
primus omnium pro omnibus crucẽ suã portauit, quæ est passio ipsius, & omnium
redemptio? Quid quod alienigena post eum crucẽ portauit, nisi quod statim mon-
strauit populum gentilem esse sua cruce redemptũ, & crucis suæ baiulatorẽ? Quid
quod extra urbẽ? nisi quod non in manufacto tẽplo, id est huius creationis hostiam
suã obtulit deo: sed in cœlesti, dicẽte Paulo ad Hebræos: CHRISTVS aũt assistẽs Heb. 9.
pontifex futurorum bonorum, peramplius & perfectius tabernaculũ non manufa-
ctum, id est non huius creationis: neq; per sanguinem hircorũ aut uitulorũ, sed per
propriũ sanguinẽ introiuit semel ĩ sancta, æterna redẽptione inuẽta. Et rursus: Nõ
enim in manufacta tẽpla IESVS introijt, exemplaria uerorũ: sed in ipsum cœlum,
ut appareat nũc uultui dei pro nobis. Sed & CHRISTVS cũ esset hostia pro pecca
to, & uniuersali quidem peccato, extra portam offerri debuit, dicẽte Paulo: Quorũ Hebr. 13.
enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per põtificem, horũ corpo-
ra cremãtur extra castra. Propter quod & IESVS, ut sanctificaret per suũ sanguinẽ
populum, extra portã passus est. Sed quis hostiam illam obtulit? Nũquid summi sa-
cerdotes? Nunquid crucifixores eius? Minime: nõ enim tortores & carnifices offe
runt hostiam, sed pontifex: at summi sacerdotes & complices eorum, solũ tortores
& carnifices CHRISTI fuere. Verum cum hoc sacrificium esset summũ, uerissimũ,
& omnium consummatiuum: decuit illam per summum omnium pontificem, ueris
simũ, & omnia cõsummantem offerri. Talis autẽ solus erat CHRISTVS: de quo &
deus iureiurando dixerat: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinẽ Melchise Psal. 109.
dec. Obtulit ergo dominus, & solus quidem suam hostiã. Quod & Paulus ad He-
bræos testatur, cum ait: Qui per spiritum sanctũ semetipsum obtulit immaculatũ Hebr. 9.
deo. Sed quam hostiam obtulit? Panem, id est, carnem suam: & uinũ, id est suũ pre-
ciosum sanguinẽ. Panis (inquit) quę ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Et san Io.m. 6.
guinem suũ germen uitis uocauit. Qui (inquit) pro multis effunditur in remissionẽ Matth. 26.
peccatorũ. Cur ĩ loco caluariæ? Quia ipse dominus caput est ecclesiæ. Et locus ille
erat, de quo per spiritum sanctũ dictũ fuerat: Deus autẽ rex noster ante secula, ope Psal. 73.
ratus est salutẽ in medio terræ. Mortuus est ĩ ligno, ut peccato Adæ satisfaceret, q
in ligno peccauerat. Gustauit acetum & fel, ut reatum gustus pomi, in omnes, exce
pto secundo Adam, & propter ipsum secunda Eua, disseminatũ aboleret. Hominẽ
in carne, masculum & fœminam creauit in principio: sic hominẽ in spiritu masculũ
& fœminã creauit ĩ renouato seculo. Ex illis, omnes carnales, ex ijs, oẽs spirituales.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illi,figura:isti,ueritas.Ex Adam carnali in omnes carnales peccatũ trãsfusum est,
Gen.2. & cooperata est carnalis Eua.Comedit(inqt)deditq; uiro suo.Ex Adam spirituali,
i oẽs spirituales diffusa est salus,& cooperata est,ut θεοτόκος spũalis Eua:Ecce(inqt
angelus)cõcipies in utero,& paries filium,& uocabis nomen eius IESVM.Est er-
go caro,infirmitas:spiritus,sanitas.Sed redeamus ad crucifixores.Qui quid crucifi
272 „ xo domino fecerint,aperit Matthæus,dicens. ¶ Postquam autem crucifixerũt eũ,
„ diuiserunt uestimenta eius,sortem mittẽtes: ut impleretur quod dictũ est per pro-
„ phetam,dicentem: Diuiserunt sibi uestimenta mea,& super uestem meam miserũt
„ sortem.Et sedẽtes,seruabãt eũ.Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scri
„ ptam: Hic est IESVS rex Iudæorum. ¶ Diuiserunt sibi milites crucifigẽdo homini
Psal.21. deo designati,uestimẽta eius,ut impleretur quod Psalmo.21.scriptũ est: Diuiserũt
sibi uestimẽta mea,& super uestem meam miserunt sortem.Crucifixores illi,gẽtes
erant.Quibus primum uestimenta CHRISTI diuisa sunt,quæ sunt dona gratiarũ,
sed & uestem inconsutilem ex Ioanne nõ sciderunt: quia unitas fidei nõ sit secãda,
quæ solũ diuina obuenit sorte.Sed qua gratia adeptæ sunt gẽtes odora CHRISTI
uestimẽta,& hãc fidei unitatem desuper contextam per totum,& undiq; sibi cohæ-
Luc.25. rentem? Exauditione profecto CHRISTI,qui ex Luca orauit,p ipsis: Pater (inqt)
dimitte illis,quia nesciũt quid faciunt,& exauditus est pro reuerẽtia.Tãta fuit illi er
Ioan.19. ga nihil benerẽtes pietas,ut per milites illos,qui ex Ioãne quatuor erãt,hæc gratia
ad quatuor plagas terræ,exortum,occasum,austrum,& aquilonem transire intelli-
gatur.Illi sedentes,obseruabant eum:& istæ quatuor plagæ terræ stabilitæ in fide,
CHRISTVM,à quo suã expectabũt salutem,obseruaturæ sunt,dicẽtes: Veni do-
mine IESV,aperiantur tibi mundi quatuor limites. Sed & sup caput eius posuerũt
causam,quare morti adiudicatus est,scilicet quia rex esset: & rex quidẽ ille insignis
Psal.42. Iudæorum.Hæc causa condemnationis eius,de qua Psalmo.42.Iudica me deus,&
discerne causam meã: de gẽte non sancta,ab homine iniquo & doloso erue me. Et
ex Ioãne scripta erat Hebraice,Græce,& Latinæ: quæ sunt tres præcipuæ linguæ,
& ad quas omnes aliæ reducũtur: ut omnis lingua ex titulo cognosceret illum esse
regem & Mesiam: Iudæis quidem promissum,sed qui erat expectatio gentium.Et
quia CHRISTVS transibat sicut scriptũ erat de illo: cũ sceleratis & iniquis crucifi-
273 „ xus est,dicẽte Matthæo. ¶ Tũc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus à dextris,
„ & unus à sinistris. ¶ Hoc factũ est,sicut prædictum erat ab Esaia capite.53. dicẽte:
Esa.53. Iustificabit ipse iustus seruos meos multos,& iniquitates eorũ ipse portabit. Ideo
dispertiam ei plurimos,& fortium diuidet spolia: pro eo quod tradidit in mortẽ ani
mam suam,& cum sceleratis reputatus est. Vnus à dextris,alter à sinistris. Hic,fi-
lios perditionis in iudicio significans: qui audituri sunt: Ite maledicti in ignem æter
num,ut & hic blasphemiæ increpationem audiuit: Neque tu times qui in eadem da
mnatione es? Ille,filios miseratiõis,qui cõtra audituri sunt: Venite benedicti patris
mei,percipite regnum,ut ille audiuit ex Luca: Amẽ dico tibi,hodie mecũ eris in pa
radiso.Ergo,qui in dextera,probos: qui ĩ sinistra reprobos significabat. Neq; satis
fuit Iudæis eum inter duos malefactores,ceu sceleratorũ principẽ,crucifixisse: sed
nec à blasphemijs quidem quascunque excogitare potuerũt,temperauere. Quod
274 „ subdit Matthæus,dicens. ¶ Prætereuntes autem blasphemabant eũ,mouentes ca-
„ pita sua,& dicẽtes: Vah qui destruis tẽplum dei,& in triduo illud ædificas,salua te-
„ metipsum.Si filius dei es,descende de cruce.Similiter & principes sacerdotũ illu-
„ dentes cum Scribis & senioribus,dicebant: Alios saluos fecit,seipsum nõ potest sal
„ uum facere. Si rex Israël est,descẽdat nũc de cruce,& credemus ei: Cõfidit in deo,
„ liberet nũc eum si uult: dixit enim,quia filius dei sum.Idipsum autẽ & latrones,qui
„ crucifixi erant cũ eo,improperabãt ei. ¶ De derisione domini,in Psalmis prædictũ
erat

erat,ut Psalm.21.Omnes uidentes me,deriserunt me: locuti sunt labijs,& moue- Psal.21.
runt caput.Sperauit in domino,eripiat eum,saluũ faciat eum,quoniã uult eum.Et
Psalmo.70.Quia dixerunt inimici mei mihi,& qui custodiebant animam meam, Psal.70.
consilium fecerunt in unum,dicẽtes: Deus derelinquit eum,persequimini & com-
prehendite eũ: quia non est qui eripiat,Sed & in libro Sapientiæ sic scribitur: Cir- Sapien.2.
cumueniamus ergo iustum,quoniam inutilis est nobis,& contrarius est operibus
nostris: & improperat nobis peccata legis,& diffamat in nos peccata disciplinæ
nostræ.Promittit se scientiam dei habere,& filium dei se nominat. Factus est no-
bis in traductionem cogitationũ nostrarum.Grauis est nobis etiam ad uidendũ: q-
niam dissimilis est alijs uita illius,& immutatæ sunt uiæ eius.Tanq; nugaces æsti-
mati sumus ab illo,& abstinet se à uijs nostris,tanq; ab immundicijs: & præfert no-
uissima iustorũ,& gloriatur patrem se habere deũ.Videamus ergo si sermones il-
lius ueri sint,& tentemus quæ uentura sunt illi,& sciemus quæ erunt nouissima illi
us.Si enim est uerus filius dei suscipiet illum,& liberabit illũ de manibus contrari-
orũ.Contumelia & tormẽto interrogemus eum,ut sciamus reuerentiã eius,& pro
bemus patientiã illius,morte turpissima cõdemnemus eũ.Et adeo innocẽs CHRI
STVS,qui cũ maledíceretur non maledicebat,blasphemantibus circũuallatus fuit
ut etiã qui unà cũ eo pendebant,aut saltem eorũ alter blasphemaret eũ: ut intelliga
mus,nunc,id est,hac quoq; tempestate oẽs blasphamantes,censeri debere CHRI
STI crucifixores,aut certe criminis Annæ & Caiphæ,scribarũ & pharisæorũ,sed
& perpetuo damnatorũ participes.De quibus Esaias dicit: Væ genti peccatrici, Esa.1.
populo graui iniquitate,semini nequam,filijs sceleratis: dereliquerunt dominum,
blasphemauerũt sanctũ Israël,abalienati sunt retrorsum. Quid aũt ab hora sexta,
„ qua dominus fuit cruci affixus,factũ sit,subdit Matthæus,dicens ¶ A sexta autem 275
„ hora,tenebræ factæ sunt super uniuersam terram,usque ad horam nonam.Et cir
„ ca horã nonam,clamauit IESVS uoce magna,dicens: Eli,eli,lamma azabtani? hoc
„ est: Deus meus,deus meus,ut quid dereliquisti me? Quidã autẽ illic stantes,& au
„ dientes,dicebant: Eliam uocat iste. ¶ Transitus CHRISTI erat magnũ & uniuer
sale pascha.At particulare nõ nisi facta uespera sup terram celebrabãt,dicente eti
am domino in Exodo: Est em̃ phase,id est transitus dñi.Et transibo per terram Ae Exod.12.
gypti nocte illa.Transitus ergo dñi fuit durante adhuc nocte illa,quæ cœpit à me-
ridie,in qua & percussit potestates tenebrarũ,quæ per primogenita Aegypti figu
rabãtur.Cum igitur hoc uniuersale pascha,hic uerus,nõ typicus domini transitus
fieret,debuit uespera induci sup uniuersam terram,quod & factum est. De hac re
meminerunt etiam Dionysius in epistola ad Polycarpum,& Phlegon in Olympi- Phlegon.
adibus: qui teste Eusebio in chronico,sic in decimoquarto libro scripsit: Quarto
aũt anno ducentesimæ secundæ Olympiadis,magna & excellens inter oẽs,quæ an
te eam acciderant,defectio solis est facta.Dies,hora sexta ita in tenebrosam noctẽ
uersus,ut stellæ cœlo uisæ sint,terræq; motus in Bithynia,Nicenæ urbis multas
ædes subuerterit.Et hic annus passioni dñi à supputatoribus tribuit. Quin etiam
hæc nox,hoc uesperũ,hæ tenebræ ab hora sexta in horã nonam.i.quousq; dñs ex-
pirauit,se extenderũt: circa quã ad patrem uocẽ extulit,quæ erat uox oblationis su
æ hostiæ: & uigesimus primus psalmus de passiõe ipsius à spũ sancto prænũiatus
in quo quæ fiebant ad oculũ ferme expressa,contuebanẽ: ut uel sic audientes,Iu-
dæi resipiscerent,& intelligerẽt,quem crucifixerãt,esse Mesiã.Sed & illa uox ma-
gna fuit,utpote quæ penetrauit cœlos,& exauditionẽ meruit: Qui timetis,inquit Psal.21.
dominũ,laudate eũ: uniuersum semen Iacob glorificate eũ.Timeat eum omne se-
men Israël,quoniam nõ spreuit,neq; despexit deprecationẽ pauperis.Nec auer-
tit faciem suam à me: & cum clamarem ad eum,exaudiuit me.Apud te laus mea in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesia magna, uota mea reddã in conspectu timentiũ eũ. Edent pauperes & satu
rabunt, & laudabũt dñm qui requirũt eũ: uiuent corda eorũ in seculũ seculi. Remi-
niscentur, & conuertentur ad dominũ uniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspe
ctu eius uniuersæ familiæ gentium. Quoniã domini est regnũ, & ipse dominabitur
gentiũ. Qui autem dicebant: Eliam uocat iste, ij erant gentiles; qui cum Hebraicæ
linguæ essent ignari, cũ clamaret Eli, eli, quod Hebraice designat: Deus meus, de-
us meus: arbitrati sunt quod uocaret Eliam, & Eli Eliam significare, barbari barba
rã sibi fingentes intelligentiã. Quo facto unus porrexit illi acetũ bibendũ. Quod
276 „ innuit Matthæus, dicẽs. ℣ Et continuo currens unus ex eis, acceptam spongiã im
„ pleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri uero dicebãt: Sine, ui
„ deamus an ueniat Elias liberans eũ. ℣ Acetũ dari cruce affixis solitũ putant, quod
mortem eorũ acceleraret: ad hoc em̃ ipsum acetũ facere credũt. Attamen id magis
uerũ putem, ut impleretur prophetia: Et in siti mea potauerũt me aceto, nam ut ex
pressit suam sitim dominus, dederunt ei. Et ad hoc ipsum erat uas ibi positũ aceto
Ioan.19. plenũ: quemadmodũ scripsit Ioannes. Ideo aduertendum hic est, nõ ad illam uocẽ
Eli eli, lamma azabtani? militẽ accurrisse, ut præberet acetũ: sed (quod ex Ioanne
cognoscitur) ad hanc: Sitio: quanq̃ non de illa uulgari siti diceret, sed de siti salutis
hominũ. Quo fit ut bis dominus sumpserit acetum; semel felle mixtum, ut numero
ducentesimo septuagesimo primo dictũ est: iterũ non mixtũ, ut hic. Mox uero ut
ostenderet se ponere animã, quando uellet, & neminem eam à se tollere, iterũ cla-
277 „ mauit uoce magna. Quod sic adiecit Matthæus, dicens. ℣ IESVS autẽ iterum cla
„ mans uoce magna, emisit spiritũ. ℣ Quid clamauit? Pater, in manus tuas commen
Luc.23. do spiritum meũ: quod ex Luca cognoscimus. Et uoce quidem magna, quod non
erat signũ debilitatis, aut acceleratæ mortis. Et postq̃ uoce magna clamauit, tradi
dit spiritum: quod propriæ potestatis indiciũ fuit, atq̃ uoluntatis. Sed cui tradidit?
Paternæ potestati & diuinæ, nõ infernæ, & si ad inferos, sed uictor descẽderit, mor
tisq̃ destructor: & ut spoliaret, nõ ut præda, aut prædæ similis fieret. Quæ autem si
278 „ gna in morte eius contigerunt, subdit Matthæus, dicẽs. ℣ Et ecce uelũ templi scis-
„ sum est in duas partes, à summo usq̃ deorsum. Et terra mota est, & Petræ scissæ sũt
„ Et monumenta aperta sunt. Et multa corpora sanctorũ, qui dormierãt, surrexerũt.
„ Et exeuntes de monumentis, post resurrectionẽ eius uenerũt in sanctam ciuitatẽ,
& apparuerunt multis. ℣ Velũ templi scissum est à summo usq̃ deorsum, quod uiã
cœli apertã monstrabat, & mediam inter deũ & homines inimiciciarũ maceriã dis-
solutam, & uelamen antiquæ legis sublatũ. Terra mota est, sed & cœlũ tũc quoque
Agg.2. motũ est: de quo & id Aggæi prophetæ, quod Paulus ad Hebræos adducit intelli-
gi potest: Adhuc unum modicum est, & ego cõmouebo cœlum & terram, & mare
& aridam, & mouebo omnes gentes. Et ueniet desideratus cunctis gentibus. An
te passionem uenerat dominus Iudæis: postq̃ autem mouit cœlum & terrã, & ma-
re & aridam multis prodigijs, id est, post passionem suã, uenit gentibus. Sed & hæc
insuper magna terræ motio, cũ post passionẽ terra nostra locũ in cœlo sortitur. Pe
træ scissæ sunt, quod significabat durissima infideliũ corda, fide emollienda. Monu
menta aperta sunt, quod signum erat futuræ resurrectionis: & præsertim eorum q̃
cũ CHRISTO surrexerunt. Et multa corpora sanctorum, qui dormierãt, surrexe
runt: non tunc quidem cũ CHRISTVS emisit spiritum ad inferos descẽsurus, sed
cum resurrexit. CHRISTVS enim primitiæ dormientiũ, & primogenitus ex mor
tuis, uera quidem, & non amplius morti obnoxia resurrectione, fuit. Sed & captiuã
duxit captiuitatẽ: & hi sunt qui cum eo surrexerũt. Multa, inquam corpora sancto
rum, qui dormierant, surrexerunt: quod indicabat eos solos qui ad CHRISTVM
ueniũt, & morte eius uiuificantur, de morte trãsire ad uitam. Et post resurrectionẽ
eius

eius uenerũt in sanctam ciuitatẽ, & apparuerunt multis: & etiam cum eo nunquã
ultra morituri abierunt in cœlũ: quod designabat omnes qui in ipso uiuificant, itu-
ros in cœlestẽ Hierusalem, & apparituros multis angelorũ, & agminum cœlestiũ
hierarchijs. Quæ cũ fierent, nõ est mirabile si multi territi fuerunt: quia cœlũ & ter
ra, & petræ durissimæ, & elementa omnia uisa sunt lugere dominũ suum; sed & he
catontarchus, quem nostri centurionẽ uocant, q̃ centum militibus præsit, ad custo-
diam IESV, ex parte præsidis & Iudæorũ cum suis deputatus: primus cum suis nõ
„ sine magno timore confessionẽ deo dedit. Quod subdit Matthæus, dicens. ℣ Cen 279
„ turio aũt & qui cum eo erant custodientes IESVM, uiso terræmotu & his quæ fie-
„ bant, timuerunt ualde, dicentes: Vere filius dei erat iste. ℣ Hæc fuit eorũ de IESV
confessio: Vere filius dei erat iste, ut qui iam id oraculi Esaiæ: Et concutientur fun- Esaiæ.24.
damenta terræ, confractiõe confringet terra, contritione contereẽ terra; impletũ ui
dentes diuinitatẽ morientis agnoscerent. Sed & de notis & amicis domini, qui pie-
„ tatis studio seruierant uiuenti, subdit Matthæus, dicens. ℣ Erant autẽ ibi mulieres 280
„ multæ à longe, q̃ secutæ erãt IESVM à Galilæa, ministrãtes ei: inter quas erat Ma-
„ ria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mr̃ filiorũ Zebedæi. ℣ Maria
Magdalene ea erat quæ dñm sequebat à Galilæa, e facultatibus suis ei ministrans,
& à qua dñs septẽ eiecerat dæmonia. Maria Iacobi & Ioseph mater, Maria Cleo-
phæ. Mater autẽ filiorum Zebedæi, Salome, mater Iacobi & Ioannis. Et hæ notæ,
familiares & amicæ erant domino. Stabãt nihilominus à longe: at nõ quia non ge
rerent magnũ erga eum dilectionis affectum; sed quia prophetias impleri oporte
ret. Scriptũ enim erat psalmo.87. Elongasti à me amicum & proximum, & notos Psalm.87.
meos à miseria. Sed ante solis occasum e cruce depositus fuit dñs, & Pilati iussu tra
„ ditus Ioseph ab Arimathia, dicente Matthæo. ℣ Cum autem sero factum esset, ue- 281
„ nit quidã homo diues ab Arimathia noĩe Ioseph, qui & ipse discipulus erat IESV.
„ Hic accessit ad Pilatum. & petijt corpus IESV. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.
„ Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in mo-
„ numento suo nouo, quod exciderat in petra. Et aduoluit saxũ magnũ ad ostiũ mo-
„ numenti, & abijt. Erat autẽ Maria Magdalene & altera Maria sedentes contra se-
„ pulchrum. ℣ Id, cum sero factũ esset, sic Grece habetur, ὀψίας δὲ γενομένης, quod pro
loco & re gesta uerti poterat. Cum autem serum uel uespera fieret, sole scilicet ab
hora nona tendente, deuergenteq̃ ad occasum. Necdum em̃ uespera facta erat, cũ
Ioseph petijt corpus IESV: quandoquidẽ & ante initiũ noctis, existente adhuc pa-
rasceue, tumulatus est dominus: nã à uespera illa incipiente, magnũ incipiebat sab
batũ, in quo neq̃ corpus deponi, neq̃ sepeliri ac tumulari licuisset. Et hunc esse sen
sum Euangelistæ, & si eum nõ expressit interpres latinus, quis ambigere possit? tũ
id requirẽte Iudaicæ legis obseruatiõe, tũ dicente Ignatio in ea quæ ad Trallianos Ignatius.
est epistola. Die ergo parasceues tertia hora accepit sententiã à Pilato, pmittente
patre: sexta uero crucifixus est: nona aũt emisit spiritũ. Ante uero solis occasum de
cruce depositus est, & sepultus est ĩ monumẽto nouo. Sabbato uero mansit sub ter
ra in sepulchro, in q̃ posuit eũ Ioseph ab Arimathia. Adhæc si iã sero factũ esset, sab
batũ iã cœpisset, nec diceret Marcus: Quia erat parasceue, quod est ante sabbatũ, Marci.15.
uenit Ioseph ab Arimathia, nobilis decurio: qui & ipse erat expectãs regnũ dei, &
audacter introiuit ad Pilatũ, & petijt corpus IESV. Nec rursus Lucas de Ioseph lo Lucæ.23.
quens: Hic accessit ad Pilatũ, & petijt corpus IESV: & depositũ inuoluit in sindõe
& posuit eũm in monumento exciso, in quo nondũ quisquã positus fuerat: & dies
erat parasceues, & sabbatum illucescebat. Quocirca tam apud Matthæum, quàm
apud Marcũ & Lucam, hæc particula, ὀψίας δὲ γενομένης, pro qua habemus. Cum aũt
sero factum esset; sic uertenda intelligendaq̃ est: Cum aũt serum fieret, id est, cum
uespera

Universidad de Deusto
Biblioteca

uespera instaret & appropinquaret. Quod Ioseph monumentũ nouũ excidi fe-
cerat in petra, id diuina factũ fuerat prouidentia: ut in magnifico, & in quo nondũ
quisq; positus fuisset monumento, corpus Mesiæ, corpus CHRISTI, corpus de-
niq; regis æterni tumularetur: ex quo paulo post gloriosus resurgeret, ut implere-
Esa.11. tur prophetia Esaiæ, dicentis: In die illa radix Iesse, qui stat in signũ populorũ, ip-
sum gentes deprecabunt, & erit sepulchrũ eius gloriosum. Et rursus secundũ æді-
Esa.33. tionem septuaginta: Qui ambulat in iusticijs, & loquitur uiam rectã, & odit impie
tatẽ, & iniquitatẽ, & manus excutit à muneribus, & obturat aures ut nõ audiat iudi
ciũ sanguinis, & claudit oculos ne uideant iniusticiã: iste habitabit in spelũca petræ
fortissimæ. Regem cũ gloria uidebunt oculi uestri. Porro cũ Ioseph, & ex Ioanne
Nicodemus dñm cũ aromatibus linteis ligauerunt, & Iudæorũ ritu sepelierunt: a-
derant Maria Magdalene, & Maria Cleophæ, quæ secutæ erãt dominũ à Galilæa
e regione sepulchri sedentes, & locũ explorantes, ut transacto sabbato uenire pos
sent cũ unguentis, & illinire corpus IESV: tunc enim neq; unguenta habebãt, ne-
q; unguere poterant, adoluto ad ostiũ monumẽti præ grandi saxo, & continuo su
peruenente sabbato, q̃ erat altera dies post parasceuen. De qua subdit Matthæus
282 " dicens: Altera aũt die, quæ est post parasceuen: cõuenerunt principes sacerdotũ et
" pharisæi ad Pilatũ dicentes: Dñe recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc ui
" uens: post tres dies resurgã; Iube ergo custodiri sepulchrũ usq; in diẽ tertiũ, ne for
" te ueniant discipuli eius, & furentur eũ, & dicãt plebi: surrexit à mortuis: & erit no
" uissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: Ite custodite sicut
" scitis. Illi aũt abeũtes, munierunt sepulchrũ, signantes lapidẽ cũ custodibus. ¶ Al-
tera dies post parasceuen (ut dictũ est) sabbatũ est: Et parasceue dicta est, quod in
ea pararent necessario pro sabbato: nihil em̃ sabbato parare licebat. Erat aũt sab-
batũ illud magnũ: quia duplex festũ. Et in eo sabbato, & in principio quidẽ eius, q̃
primũ scilicet intellexerũt dñm esse sepultũ (non em̃ expectassent usq; mane, ne p
tantũ tẽporis interuallũ suffurati fuissent discipuli corpus dñi) uenerũt principes sa
cerdotũ & pharisæi ad Pilatũ, uocantes uerbũ dei summi patris filiũ, æternã sapien-
tiam, seductorẽ: & dixerunt se recordatos esse, eũ dixisse dum adhuc uiueret, quod
Ioan.2. post tres dies resurrecturus esset. Et quando dixerat? Cũ ex Marco docẽs discipu-
los suos in Cæsarea Philippi dicebat: Oportet filiũ hominis pati multa, & reproba
ri à senioribus, & à summis sacerdotibus & scribis, & occidi: & post tres dies resur
gere. Sed & apertius illud ex Iuda discere potuerũt, id est qd̃ tertia die ex uerbis ei
us esset surrecturus. Nã quod hic dicit. Post tres dies, perinde intelligi potest ac in
tra tres dies, siue per tres dies aut tertia die. De quo ĩ disceptatiõe de triduo CHRI
STI abunde disseruimus. Et quod illi sic intellexerint, id quod adiecerunt, manife
ste indicat, scilicet: Iube ergo custodiri sepulchrũ usq; in diẽ tertiũ. Nã si intellexis
sent eũ dixisse se surrecturũ post diẽ tertiũ, i. die quarto, dixissent: Iube ergo custo
diri sepulchrũ in diẽ quartũ, etiã integrũ. Quibus Pilatus cõcessit ualidã custodiã,
& in eo tẽpore, in quo nulla posset de sublatione corporis IESV suboriri suspicio
Nec satis fuit adhibuisse custodes, sed cũ certo scirent cõrpus esse in sepulchro, mu
niri curarũt sepulchrũ, & sigillo obsignari lapidẽ. Sed frustra hæc oĩa moliti sunt
& ad suam confusionẽ: quia rediuiuo dño, cũ corpus ostendere nõ possent, tanta il
la diligẽtia exclusit eorũ mendaciũ, quod scilicet discipuli corpus furati essent. Ad
quod nihilominus mendaces (ut capite sequenti dilucebit) confugere uoluerunt.
Sed nos cõfugiamus, non ad mendaciũ, sed ad dominũ nostrũ, qui uia, ueritas, & ui
ta est: qui uere pro nobis mortuus est, uere sepultus, & tertia die resurrexit: & nũc
sedet in gloria patris: cui honor, decus, & imperiũ per eundem dominum nostrum
in unitate spiritus sancti, in omnia seculorum secula, Amen.

CAPVT

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

VEspere autem sabbati quæ lucescit in prima sabbati, uenit 283
Maria Magdalene, & altera Maria uidere sepulchrum.
Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus em̃ do-
mini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidẽ, & se
5 debat super eum. Erat aũt aspectus eius sicut fulgur, & ue
stimentum eius sicut nix. Præ timore autẽ eius exterriti sunt custodes, &
facti sunt uelut mortui. Respondens aũt angelus, dixit mulieribus: No-
lite timere uos: Scio em̃ quod IESVM qui crucifixus est, quæritis: Nõ est
hic: surrexit enim sicut dixit. Venite, & uidete locũ ubi positus erat domi
10 nus. Et cito eũtes, dicite discipulis eius quia surrexit, & ecce præcedet uos
in Galilæã, ibi eũ uidebitis. Ecce prædixi uobis. ¶ Et exierunt cito de mo- 284
numẽto cũ timore & gaudio magno, currentes nũciare discipulis eius. Et
ecce IESVS occurrit illis, dicens: Auete. Illæ aũt accesserunt, & tenuerũt pe-
des eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illi IESVS: Nolite timere: Ite, nun-
15 ciate fratribus meis ut eant in Galilæam, ibi me uidebunt. ¶ Quæ cũ abiis- 285
sent, ecce quidam de custodibus uenerunt in ciuitatem, & nũciauerũt prin
cipibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum seniori-
bus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes:
Dicite quia discipuli eius nocte uenerunt, & furati sunt eũ nobis dormiẽ
20 tibus. Et si hoc auditum fuerit a præside, nos suadebimus ei, & securos uos
faciemus. At illi accepta pecunia, fecerũt sicut erant edocti. Et diuulgatum
est uerbum istud apud Iudæos usq; in hodiernũ diem. ¶ Vndecim autẽ 286
discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis IESVS.
Et uidentes eũ, adorauerunt: quidã aũt dubitauerũt. ¶ Et accedens IESVS, 287
25 locutus est eis, dicens: Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. Eun-
tes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, &
spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui uobis. Et
ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cõsummationem seculi.

ANNOTAT. BREVES XXI. CIRCA LITERAM CAP. XXVIII.

1	Vespere		καταβὰς		commoti sunt
	ὀψὲ		ἀπεκύλισε		concussi sunt
	sero,		indefinita.	9	dixit * ἰμῖν uobis.
	tarde	4	lapidem	9	Venite — &
1	sabbati		* ἀπὸ τῆς θύρας	10	surrexit
	σαββάτων		ab ostio		* ἀπὸ τῶν νεκρῶν,
	plurale	5	aspectus		à mortuis, &
	& infra.		ἡ εἰδία	10	præcedet
2	uidere		species,		προάγει
	ad uidendum,		forma		præsens.
	ut uiderent	6	eius * λευκὸν album	11	prædixi
4	descendit	6	exterriti sunt		εἶπον
4	reuoluit		ἐσείσθησαν		dixi

discipulis

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 discipulis eius.
*ὃς δὲ ἐπορεύοντο
ἀπαγγεῖλαι τοῖς
μαθηταῖς αὐτοῦ,
Et dum ibant
ut renunciarent
discipulis eius;
15 ibi
κἀκεῖ
& ibi
18 pecuniam
ἀργύρια
argenteos
& infra.
20 à præside:
ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος
sub præside
23 ubi
quo
24 adorauerunt *αὐτῷ εἰς.
28 seculi.
*ἀμὴν
Amen.

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVMOCTAVVM.

EXacto magno sabbato, illuxit prima dies sabbatorũ, i. dies dominica
qua Maria Magdalene, de qua pauloãte facta est mẽtio: & altera Ma
ria, scilicet Maria Cleophæ (hæ enim, Galilææ, iunctæ, & sodales, ma
283 xime in hac peregrinatione erãt) uenerũt ut uiderẽt sepulchrũ, dicen
te Matthæo. ¶ Vespere aũt sabbati, quæ lucescit in primã sabbati, ue
nit Maria Magdalene, & altera Maria uidere sepulchrũ. Et ecce terræmotus facta
est magnus. Angelus em̃ dñi descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidẽ, & se
debat sup eũ. Erat aũt aspectus eius sicut fulgur, & uestimentũ eius sicut nix. Præ
timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt uelut mortui. Respõdẽs au
tem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere uos. Scio em̃ quod IESVM qui cru
cifixus est, quæritis: Non est hic, surrexit enim, sicut dixit: Venite & uidete locum
ubi positus erat dominus. Et cito euntes, dicite discipulis eius quia surrexit, & ecce
præcedit uos in Galilæã, ibi eũ uidebitis: Ecce prædixi uobis. ¶ Quod hic legimus
Vespere aũt sabbati, quæ lucescit in primã sabbati, sic Græce habetur, ὀψὲ δὲ σαββά-
τῳν τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, qui sermo anceps est ratione aduerbij ὀψὲ, quod ues
peri & sero siue tarde significat: sic enim uerti potest. Vesperi autem, siue, sero aũt
sabbatorũ ea (subaudi die) quæ illucescebat in unam, id est primam, sabbatorum: ut
sensus sit, aut ꝙ Maria Magdalene uenerit uidere sepulchrũ ea uespera, qua cœpit
prima dies sabbatorũ. At tunc præuenisset, etiam multis horis, resurrectionis tẽ
pus, & omnino frustra uenisset: cũ & tunc ibi custodes essent, & sepulchrum esset
munitum, & saxum obsignatum, neq; id etiam uerisimile est, profunda nocte, excu
bantibus multis militibus, extra urbẽ, in locum solitarium, & à uicinia longe semo
tum, duas aut etiam plures mulieres ausas fuisse ire. Aut quod uenerit sero atq; tar
de nimirũ quia iam surrexerat dominus, & terrefacti custodes fugerant, & ange
lus lapidem excusserat, & sepulchrũ patuerat, & terra terrifico motu fuerat cõcus
sa, quod & uerisimilius uidetur. Et quia prius dictũ est: Venit, & postea, Et ecce ter
remotus factus est magnus: aduertendũ est illud, Venit, priori loco positũ, p prole
psin, id est anticipationẽ dictũ esse, q̃ figura apud Euangelistas, & ipsos quoq; He
braeos percrebra est, nisi forte illa indefinita ἠλίυτο, ἀπεκύλισε, ἐσείσθησαν & ἐγένοντο pro
præteritis pluscq; perfectis accipienda sint. Verũ cũ tunc ipsa & aliquot sociæ eius
Luc.24. uenerunt profundo diluculo, sed iam suscitato domino ex Luca, duos angelos ui
derunt. Et tunc euntes, non satis credulæ nunciauerunt apostolis, & nec dum eis
dñs occurrit in uia. Quando aũt unus allocutus est eas angelus, gaudentes & cre
dulæ abierunt: & tunc occurrit eis dominus in uia, & tenuerunt pedes eius antecq;
nunciarent apostolis. Et hoc illis contigit in secunda ad minus profectione ad mo
numẽtũ. Quo fit ut de hac secunda profectione reditioneq; à monumento proseq
284 uideatur Matthæus, cum subdit. ¶ Et exierunt cito de monumento cũ timore, &
gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. Et ecce IESVS occurrit illis, di
cens: Auete. Illæ aũt accesserũt & tenuerũt pedes eius, & adorauerũt eũ: Tũc ait
illis

illis IESVS. Nolite timere: Ite nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæã, ibi me
uidebũt. ¶ Primo nunciatũ est apostolis à Maria Magdalena suis comitata, ex Io
anne. Tulerunt (inquit illa apostolis apud Ioannem) dominũ meum, & nescimus Ioan.20.
ubi posuerunt eũ. Quod si uidissent dominũ, & pedes eius in uia tenuissent, nunq̃
id nunciassent. Certũ igitur est, posteriore abscessu à monumẽto eas uidisse domi
num, & tenuisse pedes eius. Sed & aliud quod (illis abeuntibus) euenit in Hierusa
lem, narrat Matthæus, dicens. ¶ Quæ cum abijssent, ecce quidã de custodibus ue 285
nerunt in ciuitatẽ, & nunciauerũt principibus sacerdotũ omnia quæ facta fuerant.
Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniã copiosam dederũt militi
bus, dicentes: Dicite quia discipuli eius nocte uenerũt, & furati sunt eũ nobis dor
mientibus. Et si hoc auditũ fuerit à præside, nos suadebimus ei & securos uos facie
mus. At illi accepta pecunia fecerũt sicut erãt edocti. Et diuulgatũ est uerbũ istud
apud Iudæos usq; in hodiernũ diem. ¶ Quæ cum abijssent, uel ut Græce habetur,
πορευομένων δὲ αὐτῶν, id est, euntibus autem ipsis, uel cum autem ipsæ irent, ecce qui
dam de custodibus uenerunt in ciuitatem, scilicet Hierosolymitanã, & nunciaue
runt principibus sacerdotũ omnia quæ facta fuerãt. Ergo custodes iam erãt in Hie
rusalẽ, quando illæ uisitato sepulchro, & uiso in uia domino regrediebant. Et quæ
nunciauerunt custodes? Terræmotũ, & lapidem reuolutũ, & uisionem terrificam,
unde uelut mortui iacuerant exanimati: unde intellexerant dominũ uere suscitatũ,
neq; ulla amplius opus esse custodia. Sed quid perfidi principes sacerdotũ, ut resur
rectionis ueritatẽ offuscarent (insurrexerunt em̃ in eum testes iniqui) quæ nihilo- Psalm.26.
minus offuscari nõ potuit (nã mentita est iniquitas sibi) quid, inq̃, suaserũt illis cu
stodibus, operæpreciũ est audire: congregati em̃ & consilio accepto, pecuniã co
piosam dederunt militibus illis, dicentes: Dicite ꝙ discipuli eius nocte uenerũt, &
furati sunt eũ nobis dormientibus. O utri mendaces, in quorũ persona loquit̃ Esai- Esaiae.59.
as: Scelera nostra nobiscũ, & iniquitates nostras cognouimus, peccare & mentiri
contra dominũ. Et quomodo nõ cognoscẽtes peccassent, & mentiti fuissent cõtra
dominũ: cum per custodes ueritate cognita, suaderent accepta pecunia, & quidem
multa, mentiri? & sic mentiri, ut omnes qui audirent, modo mente capti nõ essent
confestim mendaciũ intelligerent, adeo inopes erant consilij. Dicite, inquiũt, quod
discipuli eius nocte uenerũt, & furati sunt eũ nobis dormiẽtibus. At si dormiebãt,
quomodo uenisse scierũt? Si nescierũt, quomodo testes esse potuerũt? Et cũ sic lo
cus munitus esset, & sigilla & munimẽta infringere oportuisset, & ingens saxũ re
uoluere, in tãto strepitu dormire potuissent oẽs? Sed esto sic alte & profunde dormi
erint. Pulchra sane ratio, si rogent̃, quomodo scitis ꝙ uenerunt discipuli & tulerũt
eum? quia dormiebamus, & profundissime quidẽ dormiebamus. Hac nihilominus
ualentiorẽ qua suaderent nõ habuere rationẽ. Ac tanta diligentia munitionis loci,
tanta copia militũ, quã ad hoc petierãt ne uenirẽt discipuli & furarent̃ eũ, tanta de
niq; uigilantia obstruxit huic mendacio uiam. Si nõ petijssent custodiã, si non dili
gentissime præmunissent locũ, potuisset eorũ mendaciũ uerisimile uideri: nũc aũt
nõ potest. Sed & si sic factũ fuisset, qd̃ tamen testari nõ potuissent milites (quis em̃
testetur de ijs, quæ se dormiente facta sunt? ipsi daturi erant pœnas, nã & ipsi men
daciorũ artifices, mentituris operã suã polliciti sunt, ut nullas darent maleactæ sibi
cõmissæ, puinciæ pœnas. Accepta ergo pecunia, ipsi custodes diuulgarũt inter Iu
dæos pditionis filios diaboli mendaciũ, qd̃ tantũ inualuit in ijs qui reprobi sunt, ut
hodie quoq; inter omnes gentes p tot annos uentilati, hoc erroris mendacio sedu
cti sint, & ad suos Annam & Caiphã huius erroris authores descendant omnes. In
ter suos autem ijdem custodes, & inter electos manifestam prodiderunt ueritatem
quã etiã si supprimere uoluissent, ipsa CHRISTI præsentia nõ patiebatur, ipsi an
z geli, ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

geli, ipsi denicq; qui à mortuis cũ IESV surrexerant. Cæterum cum frequẽter discipulis suis dominus apparuerit, de una sola apparitiõe, qua undecim discipulis appa
286 „ ruit in Galilæa, subdit Matthæus, dicẽs. ¶ Vndecim autem discipuli abierũt in Ga
„ lilæam, in montem ubi cõstituerat illis IESVS. Et uidentes eum adorauerũt, quidã
„ autem dubitauerunt. ¶ Cæteris omissis, de hac sola apparitiõe domini, mentionem facit Matthæus, de qua prius dixerat angelus mulieribus: Et cito eũtes dicite discipulis eius, quia surrexit, & præcedet uos in Galilæam. Et de qua eadẽ dixerat eisdẽ dominus: Nolite timere: Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me uidebũt. Iuxta ergo uerbũ domini, exactis celebritatis diebus, profecti sunt undecim in Galilæam, & uiderunt dominum in eo loco, quẽ illis cõstituerat: antequàm enim pateretur, post corporis & sanguinis sui sacrosancta instituta mysteria, dixerat eis:
Matth. 26. Postquam autẽ resurrexero, præcedam uos in Galilæam: sed locus ac mons ubi apparere debebat, illic non habetur expressus. Et adorauerunt eum, nimirum quẽ dei filium, deũcq; cognoscebant. At quidam, utrum ipse esset, an forte alterius phasma, aut illusio, hæsitauerũt: ad quam hæsitationem amputandam dominus, qui eminus
287 „ uisus fuerat & adoratus, propius accessit, dicẽte Matthæo. ¶ Et accedẽs IESVS lo
„ cutus est eis, dicẽs: Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. Eũtes ergo doce
„ te omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti: docẽtes
„ eos seruare omnia quæcunque mãdaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnibus
„ diebus, usque ad consummationem seculi. ¶ Ex ipso accessu, & locutione domini, ipsum apertius cognouerũt, ut eũ dominum esse nullo modo amplius ambigerẽt. Mox uero dominus omnem potestatẽ & in cœlo & in terra sibi datam à patre, manifestat eis: nõ solum ut ea utatur in terra Iudæorum, & paruo tempore, sed in toto orbe terrarum, & omnibus temporibus, usque ad consummationem omnium. Et
Daniel. 7. hæc est potestas, de qua loquitur Daniel, dicẽs: Et ecce cũ nubibus cœli quasi filius hominis ueniebat, & uscq; ad antiquum dierum peruenit, & in cõspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem & honorem & regnũ, & omnes populi, tribus & linguæ ipsi seruiẽt. Potestas eius, potestas æterna, quæ nõ auferetur: & regnũ eius, quod nõ corrumpetur. Et potestate ab antiquo dierum, id est patre æterno sibi tradita, mittit apostolos suos ad omnes gentes, dicens: Ite, docete omnes gẽtes. Cum ait, omnes, nullas excludit: tãta est erga genus nostrũ eius benignitas, ut omnes uelit esse redemptionis per eum factæ participes, pro quibus etiã mori dignatus est. Et formam præscribit eis nouæ regenerationis, qua omnes qui ad hanc regenerationis gratiã (quæ est spiritualis generatio, corpori CHRISTI cõcorporatio, & in filios dei adoptio) uenimus, sanctificamur: scilicet ĩ nomine patris & filij & spiritus sancti. Cum in nomine dicit, nõ in nominibus, deitatis unitatem dicit, uniusq; & solius dei confessionem. Cũ uero patris & filij & spiritus sancti, trinæ beatitudinis discretionẽ pariter & ordinẽ, Pater ordine primus, deĩde filius, mox patri & filio cõregnator æternus, spũs sanctus. Et ne putemus nos derelictos, si ipsum in sua gloria nõ uidemus (hoc enim mortales nõ ferunt oculi) subinde se pollicetur nobiscũ semper fore, qui est ipsa quæ mẽtiri nõ potest ueritas, uscq; ad cõsummationẽ seculi. Ergo tantæ bonitatis authorẽ omnes gẽtes adorent, in cœlo in dextera patris residentem, ut omnes in Galilæa apostoli in mõte eũ adorauerũt. Quid enim Galilæa quæ uolubilitatem sonat, nisi gentium multitudo, quæ ad CHRISTVM uoluenda erat? Quid mons, nisi cœlum mõstrabat, in quo deus ab omnibus gentibus coli uult? Im-
Psal. 85. pleatur ergo quod scriptũ est: Omnes gentes quascunq; fecisti, ueniẽt & adorabũt coram te domine, & glorificabũt nomẽ tuũ. Teneamus igitẽ nostræ regenerationis confessionẽ, & dicamus iugiter in cordibus nostris: Benedicamus patrẽ & filiũ cũ sancto spiritu, laudemus & supexaltemus eũ ĩ secula: & filius dei nũcq; nos deseret, sed nobiscũ semper erit, noscq; in hoc mũdo semper inhabitauit, uscq; ad finẽ seculi.

In hoc

In hoc quidem mundo occulte præsens, fide nos purgans, spe attrahens, & charitate uniẽs: in altero autẽ reuelate præsens, ueritate pascens, amore inebriãs, & ineffabili incõprehensibilium bonorũ copia omne desiderium sedans, satians, exuperãs. Patri ergo æterno, & filio superbenedicto, & spiritui sancto superbono sit honor, gloria, & gratiarũ actio in cœlo & in terra, & ab omni creatura ĩ omnia, per omnia, & super omnia seculorum secula. Amen.

COMMENTARII IN MATTHAEVM FINIS.

SANCTVM EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

5 INITIVM EVANGELII IESV CHRISTI filij dei. Sicut scriptũ est in Esaia propheta: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te, Vox clamantis in deserto: Parate uiam domini, rectas facite semitas eius: fuit in deserto Ioannes baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Hie-
10 rosolymitæ uniuersi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, con-
fitentes peccata sua. ¶ Et erat Ioannes uestitus pilis cameli, & zona pelli- 2
cea circa lumbos eius: & locustas & mel sylueſtre edebat. ¶ Et prædicabat 3
dicens: Venit fortior me post me, cuius non sum dignus procumbẽs solu-
ere corrigiam calceamentorum eius. Ego baptizaui uos aqua, ille uero
baptizabit uos spiritu sancto. ¶ Et factum est in diebus illis, uenit IESVS 4
15 a Nazareth Galilææ, & baptizatus est a Ioãne in Iordane. Et statim ascen
dens de aqua, uidit cœlos apertos, & spiritum sanctum tanquam colum
bam descendentem, & manentem in ipso. Et uox facta est de cœlis: Tu
es filius meus dilectus, in te complacui. ¶ Et statim spiritus expulit eum 5
in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta no-
20 ctibus, & tẽtabatur a satana: eratq; cum bestijs, & angeli ministrabant illi.
¶ Postquam autem traditus est Ioannes, uenit IESVS in Galilæam prædi- 6
cans Euangelium regni dei, & dicens: quoniam impletum est tẽpus, & ap-
propinquabit regnum dei: Pœnitemini, & credite Euangelio. ¶ Et præte 7
riens secus mare Galilææ, uidit Simonem & Andream fratrẽ eius, mitten
25 tes retia in mare: erãt enim piscatores. Et dixit eis IESVS: Venite post me,
& faciã uos fieri piscatores hominũ. Et protinus relictis retibus secuti sunt
eum. Et progressus inde pusillum, uidit Iacobum Zebedæi, & Ioannẽ fra
trem eius, & ipsos componentes retia in naui: & statim uocauit illos. Et re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 licto patre suo Zebedæo in naui cum mercenarijs, secuti sunt eũ. ¶ Et in-
grediuntur Capharnaum: & statim sabbatis ingressus in synagogã, doce- 30
bat eos. Et stupebant super doctrina eius: erat enim docens eos quasi po-
testatem habens, & non sicut Scribæ. Et erat in synagoga eorum homo in
spiritu immundo, & exclamauit dicens: Quid nobis & tibi IESV Nazare-
ne? Venisti perdere nos? Scio quod sis sanctus dei. Et cõminatus est ei IE-
SVS, dicens: Obmutesce, & exi de homine. Et discerpens eum spiritus im- 35
mundus, & exclamãs uoce magna, exijt ab eo. Et mirati sunt omnes, ita ut
conquirerent inter se, dicẽtes: Quidnam est hoc? Quænam doctrina hæc
nouã? Quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Et
9 processit rumor eius statim in omnẽ regionẽ Galilææ. ¶ Et protinus egre-
dientes de synagoga, uenerunt in domum Simonis & Andreæ, cum Iaco- 40
bo & Ioãne. Decũbebat autem socrus Simonis febricitans, & statim dicũt
ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius: & continuo di-
misit eã febris, & ministrabat eis. Vespere autẽ facto, cũ occidisset sol, affe-
rebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes: & erat omnis
ciuitas cõgregata ad ianuam. Et curauit multos, qui uexabantur uarijs lan- 45
guoribus: & dæmonia multa eijciebat, & non sinebat ea loqui, quoniã scie-
bant eum. Et diluculo ualde surgẽs, egressus, abijt in desertum locũ, ibiq;
orabat. Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. Et cum inueni-
sent eum, dixerunt ei, quia omnes quærunt te. Et ait illis: Eamus in proxi-
mos uicos & ciuitates, ut & ibi prædicem: ad hoc enim ueni. Et erat prædi- 50
10 cans in synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia eijciens. ¶ Et ue-
nit ad eum leprosus deprecans eũ, & genuflexo dicit: Si uis, potes me mun-
dare. IESVS autem misertus eius, extendit manum suam: & tangens eum,
ait illi: Volo, Mundare. Et cũ dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mun-
datus est. Et cõminatus est ei, statimq; eiecit illum, & dicit ei: Vide, nemi- 55
ni dixeris: sed uade ostẽde te principi sacerdotũ, & offer pro emundatio-
ne tua, quæ præcepit Moyses in testimoniũ illis. Et egressus, cœpit prædi-
care, & diffamare sermonem: ita ut iam non posset manifeste introire in ci-
uitatem, sed foris in desertis locis esse: & conueniebant ad eum undiq;.

ANNOTATIONES BREVES LVII. CIRCA LITERAM CAP. I.

2 in Esaia
ἐν τοῖς προφήταις
in prophetis
2 Ecce * ἰδοὺ ego
8 egrediebatur
ἐξεπορεύετο
8 Iudææ
ἡ Ἰουδαία
rectus
9 Hierosolymitæ
– uniuersi
9 baptizabantur
* πάντες
omnes
10 in Iordanis
ἐν τῷ Ἰορδάνῃ
in Iordane
11 & zona
καὶ ζώνην
septimus casus.
12 dignus, pcũbẽs soluere
ἱκανὸς κύψας λῦσαι
idoneus & procumbẽs
soluam
13 Ego * μὲν quidem
14 uos * ἐν in
& infra.
16 apertos.
ἀνῳγομένους
findi

16 spiritum

16 spiritum – sanctum
17 descendentẽ – & ma-
17 in ipso. (nentem
ἐπ' αὐτὸν
super ipsum
18 in te complacui.
ἐν σοὶ εὐδόκησα
in q̃ mihi bñ cõplacui
in quo mihi bene com
18 expulit (placitũ est
ἐκβάλλει
emittit
præsens
19 Et erat * ἐκεῖ ibi
19 diebus – & quadra-
ginta noctibus
22 appropinquabit
ἤγγικεν
præteritum
23 Pœnitemini
μετανοεῖτε
pœnitentiam agite
resipiscite
23 Et præteriens
περιπατῶν δὲ
ambulans autem
24 eius
τοῦ Σίμωνος
Simonis
25 retia
ἀμφιβληστρον
26 retibus
τὰ δίκτυα
& infra.
26 retibus * αὐτῶν suis
28 componentes
καταρτίζοντας
reficientes
sarcientes
29 secuti sunt eum.
ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ
abierunt post eum
30 docebat – eos
31 quasi ὡς tanquàm
33 dicens. * ἔα Age
33 Nazarene
Ναζαρηνέ
34 Scio quod sis
οἶδάσε τίς εἶ
noui te quis es
35 de homine.
ἐξ αὐτοῦ
ex eo
38 in potestate * καὶ &
39 rumor
ἡ ἀκοὴ
fama
39 in omnem regionem
εἰς ὅλην τὴν περίχωρον
ĩ totã circũiacentẽ regio
44 dæmonia habẽtes (nẽ
τοὺς δαιμονιζομένους
45 qui uexabantur
κακῶς ἔχοντας
male habentes
46 sciebant eum
* χρεὼν εἶναι
CHRISTVM esse
47 diluculo ualde
πρωὶ ἔννυχον λίαν
mane, crepusculo ad-
48 abijt * ὁ Ἰησοῦς (modũ
48 prosecutus est
κατεδίωξαν
plurale
49 dixerunt
λέγουσιν
præsens
50 uicos & ciuitates:
κωμοπόλεις
municipia
51 eorum, – &
52 genu flexo * αὐτὸν ei
52 dicit * αὐτῷ ei.
53 misertus – eius,
53 manum – suam:
54 Mundare
καθαρίσθητι
imperatiuum.
55 nemini * κενὸν quicq̃
55 principi sacerdotum
τῷ ἱερεῖ
sacerdoti
57 prædicare
* πολλὰ
multum
58 diffamare
διαφημίζειν
diuulgare
59 esse
ἦν
erat
59 & conueniebant
καὶ ἤρχοντο
& ueniebant

COMMENTARIVS IN CAPVT PRIMVM.

MArcus Euangelista Petri & Pauli assectator fuit. Sed & q̃ dominum in carne uiderit, & in eum crediderit, & multa eorũ quæ scripsit aspectu ipso cognouerit, mihi uerisimile est. Nam ex Paulo ad Colossen. Barnabæ, qui ex historijs cognoscit, primus dñm adhuc in terris diuersantẽ Rhomæ annunciasse, cõsobrinus fuit. Præterea matrẽ Hierosolymis commorantẽ habebat, & fidelissimã quidẽ, quod ex .12. actionũ apostolicarum cognoscitur: ubi sic habetur de Petro à potestate Herodis per angelũ liberato: Cõsideransq; uenit ad domũ Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati & orantes. Pulsante autẽ eo ad ostium ianuæ, processit puella ad uidendũ, nomine Rhode: Et ut cognouit uocẽ Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, sed intro currens, nunciauit Petrum stare ante ianuã. Denicq; ex supputatione temporũ, duodecimo à passione domini anno CHRISTVM in Aegypto

Coloß. 4.

Acto. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Aegypto & Alexandria annũciabat, interpretãs quæ Petrus euãgelizabat. Scri-
1 » psit enim Euangelium, quod sic exorsus est. ¶ Initiũ Euãgelij IESV CHRISTI fi
» lij dei. Sicut scriptum est in Esaia propheta: Ecce mitto angelum meũ ante faciem
» tuam, qui præparabit uiam tuam ante te: Vox clamãtis in deserto: Parate uiam do-
» mini, rectas facite semitas eius. Fuit in deserto Ioãnes baptizãs, & prædicãs bapti-
» smum pœnitentiæ in remissionẽ peccatorũ. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ
» regio, & Hierosolymitæ, & uniuersi baptizabãtur ab illo in Iordanis flumine, confi
» tentes peccata sua. ¶ Sunt qui faciunt Marcum abbreuiatorẽ Matthæi, quorũ sen-
tentiæ nequaquam arbitror accedendum. Nõ enim faciũt eum Euangelistam per-
inde ut neq; teipsum facerent, si mutilares aut Lucam aut Ioannem: quis enim te ob
id Euangelistam pronũciaret? Cæterum si ita res haberet, nõ essent quatuor Euan-
gelistæ, sed tres dũtaxat. Atqui quatuor esse, ex Ezechielis prophetia manifeste co
gnoscitur. Adde quod nõ dicit, epitome siue abbreuiatio Euãgelij: sed, Initiũ euan-
gelij IESV CHRISTI, sicuti reuera est. Insup officiũ abbreuiatoris est, ordinẽ se-
qui operis quod abbreuiat: quod hic non obseruari perspicuum est. Deniq; non est
abbreuiatoris, addere: at pleraq; in Marco inuenias, quæ nõ queas i Matthæo repe
rire: ut in progressu cognoscetur. Sed & euangelium spiritu dei mouẽte nobis scri
ptum ac relictũ esse, nemo est qui ambigere debeat. Ezechiele de quatuor animali-
bus, quæ quatuor nobis repræsentãt Euangelistas: quæ res tum apud recentiores.
Ezech. 1. tum apud uetustiores testatissima est, dicente: Similitudo autem uultus eorũ, facies
hominis, & facies leonis à dextris ipsorũ quatuor: facies autẽ bouis, à sinistris ipso-
rum quatuor; & facies aquilæ desuper ipsorũ quatuor. Et subdit: Et unumquodq;
eorũ coram facie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebãtur, nec re-
uertebantur cum ambularẽt. Afflatu igitur spiritus sancti, & uehemẽti quidẽ motu
corda Euangelistarũ percellentis atq; agitãtis, scripta sunt euangelia. Cur etiã alia
facies Marci, alia Matthæi: si nõ esset aliud euangelium Marci quàm Matthæi, sed
quædam abbreuiatio, & particula Matthæi? Voluit certe dominus esse quatuor flu
mina paradisi, quatuor in uisiõe dei facta Ezechieli aniãlia, quatuor nouæ legis te-
stes, quatuor euãgelia. Ipse autem dominus, paradisus est: de cuius uẽtre hæc qua-
tuor prodierunt flumina, quæ uniuersam uiuificante doctrina irrigant terrã. Sint er
go nobis indubitato quatuor Euãgelistæ, & quatuor euangelia. Et Marcus nõ epi-
tomographus, sed re uera Euãgelista, & (ut sic dicã) euangeliographus. Et uide cũ
bene in ipso statim initio abbreuiatoris munere functus sit. Matthæus sic cœpit: Li
ber generationis IESV CHRISTI filij Dauid: de generatione solũ tẽporali ac hu
mana loquens. Marcus autem solum de æterna ac diuina loquitur, cum ait: Initium
euãgelij IESV CHRISTI filij dei. Et quod subditur, Sicut scriptũ est ĩ Esaia pro-
pheta, melius Græce habetur, ὡς γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις, Sicut scriptũ est in prophe
Malach. 3. tis. Nam prima pars. Ecce ego mitto angelum meum, scripta est Malachiæ tertio:
quæ sic nunc ibi legitur. Ecce ego mitto angelum meũ, & præparabit uiã ante faciẽ
meam. Et statim ueniet ad templũ suũ dominator, quem uos quæritis; & angelus
Esa. 40. testamẽti, quem uos uultis. Secũda uero, Vox clamantis in deserto, Esaiæ. 40. hoc
pacto, Vox clamantis in deserto, parate uiã domini, rectas facite in solitudine semi
tas dei nostri. Et subditur: Et reuelabitur gloria domini, & uidebit oĩs caro pariter
quod os domini locutum est. Gloria domini, filius dei. Quod os domini locutũ est,
Psal. 44. uerbum dei æternũ. De quo patet in Psalmo quadragesimoquarto: Eructauit cor
meum uerbum bonũ. Et angelus qui missus est, ut præpararet uiam domini, & uox
clamans in deserto, Ioãnes Baptista, ut uisum est Matthæi numeris decimooctauo
& cẽtesimo decimo. Baptismus pœnitentiæ quo baptizabat Ioãnes, figura erat bap-
tismi CHRISTI, qui ẽ uerus baptismus. Et is qui Ioãnis erat, solũ præparabat ad
remissionẽ

remissionem peccatorum: non eũ Ioannes peccata remittebat, sed (ipso testante)
CHRISTVS erat q tollebat peccata. Et confessio discipulorũ Ioannis, figura con
fessiõis fideliũ CHRISTI. Porro ubi hic habemus, Hierosolymitæ uniuersi: illud
uniuersi, non cum Hierosolymitæ, sed cum baptizabantur apud Græcos iungitur,
hoc modo, καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες, ut sic legamus: Egrediebatur ad eum omnis Iudææ
regio, & Hierosolymitæ, & baptizabant ab illo omnes (scilicet ad eum uenientes)
in flumine Iordane, non uniuersi Hierosolymitæ: nam præcipui contempserũt eũ
ut ex capite. 21. Matthæi, numero. 203. cognosci potest. Quod autem Ioannes ba-
ptizabat omnes ad se uenientes, figura erat, nullos ad uerum baptisma uenientes,
& eius gratiam postulantes, esse excludendos. Continenter de uestitu & uictu Io
» annis subnectit Marcus, dicens. ¶ Et erat Ioannes uestitus pilis camelorum, & zo 2
» na pellicea circa lumbos eius: & locustas & mel sylueſtre edebat. ¶ De uestitu, ci-
bo & uitæ austeritate Ioannis, cap. 3. Matthæi dictum est abunde: de prædicatione
» uero eiusdem, cõsequenter subdit Marcus, dicens. ¶ Et prædicabat, dicens. Venit 3
» fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calcea-
» mentorũ eius. Ego baptizaui uos in aqua, ille uero baptizabit uos in spiritu sancto
¶ Cum dicebat, post me, tempus indicabat: quia maxime postq; Ioannes in uincu-
la coniectus fuit, & ab Herode sublatus, dominus se manifestauit. Hic Marcus ad
Matthæum dicentẽ Ioannem dixisse se indignũ, ut portaret calceamenta eius, ad
ijcit eum dixisse se ne dignum quidẽ, ut procumbens solueret corrigiã calceamen-
torum eius: quod augustam quandam designabat ueneratione, qua & ipsum indi-
cabat esse deum, & se eo longe inferiorẽ. Nec ab re quidem: nam ipse in aqua sola
baptizabat, ille uero in spiritu sancto; & ita quãto aqua spiritu sancto inferior est,
hoc est creatura deo, tanto se minorẽ illo faciebat. Et id uerissime. Quia Ioãnes so-
lum creatura erat, ille uero etiã deus. Quin & si homo potestatẽ habet purificandi
aqua, solus tũ deus potestatẽ habet purificandi spũ sancto: hic intime & uiuifice:
iste extime, & (ut sic dicã) cute tenus. Mox uero de baptismate CHRISTI, Ioãne
» ministro, psequit Marcus, dicens. ¶ Et factũ est in diebus illis, uenit IESVS à Na- 4
» zaret Galilææ, & baptizatus est à Ioãne in Iordane. Et statim ascendens de aqua,
» uidit cœlos apertos, & spiritũ sanctũ tanq; columbam descendentẽ & manentem
» in ipso. Et uox facta est de cœlis: Tu es filius meus dilectus, in te cõplacui. ¶ Hæc
prosecutus est Matthæus cap. 3. Sed aduertendum id, & statim ascendens, referri
posse ad Ioannem: quia signũ factum est pariter, & uox missa propter Ioannem,
nõ propter IESVM, qui semper cum patre erat, & super quẽ spiritus sanctus non
symbolice, sed per essentiam semper manebat. Illud aũt signum datum fuerat Io-
anni, ut eũ cognosceret qui baptizabat in spiritu sancto. Sed & ex uoce illa magni
fica e cœlo delapsa filium dei esse agnouit. Subinde de ieiunio domini, & tentatio
» ne eius in deserto, prosequitur Marcus, dicens. ¶ Et statim spiritus expulit eum in 5
» desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tenta
» batur à Satana, eratq; cum bestijs, & angeli ministrabant illi. ¶ Spiritus, inquit, ex-
pulit eum. Sed quis spiritus? Sane is de quo paulo ante dixerat: Vidit cœlos aper-
tos, & spiritum sanctum tanq; columbam descendentẽ & manentem in ipso. Cæ-
terum ἐκβάλλει, pro quo hic habetur, expulit, idem est quod emittit: ut nullam uiolen
tiam intelligas, sed efficacem promptamq; actionem: quandoquidem spiritus dei,
qui erat spiritus CHRISTI, subito quocunq; uelit hominem rapit. Hanc autem
materiam de tentatione domini & uictoria eius, latius prosequitur Matthæus capi
te quarto. Cui hic addit Marcus: Eratq; cũ bestijs. Qualibus? Quales profecto so-
lent esse in deserto: ut leones, ursi, pardi, & aliæ id genus feræ, quæ alijs sunt imma
nes, sed CHRISTO perquã mansuetæ; & multo quidem magis, cũ primo Adam,

 si nunq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

si nunq̃ peccasset: nimirũ quia primus Adam erat animalis, & in animam uiuentẽ
secundus aũt spiritualis, & in spiritũ uiuificantẽ. In hoc ueritas uerbi dei impleta ẽ
Gen.1. quo dixerat: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit
piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs uniuersæ terræ. Hic est de quo dictum
Psalm.18. est: Oia subiecisti sub pedibus eius, & de nullo altero. Deinceps quæ dñs egerit,
postq̃ e deserto, utcunq̃ illi placuit, reductus est: siue à spiritu suo, siue ab angelis
Psalm.19. ministrantibus ei, ut impleretur scriptura: In manibus tollent te, nequando offen-
das ad lapidem pedem tuum: subiungit Marcus cũ ait. ¶ Postq̃ aũt traditus est Io-
6 „ annes, uenit IESVS in Galilæam, prædicans Euangeliũ regni dei, & dicens: quo-
„ niam impletũ est tempus, & appropinquauit regnũ dei. Pœnitemini, & credite E-
„ uangelio. ¶ Similem sententiam habet Matthæus cap.4. sed & hic addit Marcus,
„ quod illic Matthæus non habet, dominum scilicet dixisse, impletum esse tempus.
Quodnam tempus? Nimirum ueteris legis, legis prophetarũ, et instare tempus ad
uentus Mesiæ, & regni dei, quod est regnũ CHRISTI, nouæ legis & gratiæ. De
inde subdit de uocatione apostolorũ Petri & Andreæ fratrũ, & Iacobi & Ioannis
7 „ itidem fratrum dicẽs. ¶ Et præteriẽs secus mare Galilææ, uidit Simonẽ & Andre-
„ am fratrem eius, mittentes retia in mare: erant em̃ piscatores. Et dixit eis IESVS:
„ Venite post me, & faciam uos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis reti-
„ bus, secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum, uidit Iacobum Zebedæi, & Io-
„ annem fratrem eius, & ipsos componentes retia in naui, & statim uocauit illos.
„ Et relicto patre suo Zebedeo in naui cum mercenarijs, secuti sunt eum. ¶ Do-
minus fratres uocat, & accersit: quod amorem fraternitatis amet in nobis. Quod si
amorẽ fraternitatis carnis diligat, quantomagis fraternitatis spiritus? Hæc ueritas
esse debet: illa, uestigiũ. Hac, filij dei & fratres CHRISTI nominamur & sumus:
illa, filij hominũ, & mortaliũ fratres: Porro hi piscatores erant pisciũ, & eos domi-
Hiere.18. nus fecit piscatores hominũ. De quibus & successoribus eorũ, forte haud absone
id Hieremiæ intelligat: Ecce ego mittam piscatores multos, dicit dñs, & piscabun
tur eos. Vocatis autẽ apostolis, quã ciuitatẽ cum discipulis suis ingressus sit, subiũ-
8 „ git Marcus, dicens. ¶ Et ingrediuntur Capharnaũ, & statim sabbatis ingressus in
„ synagogam, docebat eos. Et stupebant super doctrina eius. Erat em̃ docens eos
„ quasi potestatem habẽs, & non sicut scribæ. Et erat in synagoga eorum homo spi-
„ ritu immundo, & exclamauit dicens: Quid nobis & tibi IESV Nazarene? Venisti
„ perdere nos. Scio quod sis sanctus dei. Et comminatus est ei IESVS, dicens: Ob-
„ mutesce, & exi de homine. Et discerpens eũ spũs immũdus, & exclamãs uoce, ma
„ gna, exijt ab eo: Et mirati sunt omnes, ita ut conquirerent inter se, dicentes: Quid
„ nam est hoc? Quænam doctrina hæc noua? Quia in potestate spiritibus immũdis
„ imperat, & obediunt ei. Et processit rumor eius statim in omnẽ regionem Galilææ
¶ Dictũ est Matthæi ca. 7. numero septuagesimo primo, quo pacto dominus do-
cebat, tanq̃ potestatẽ habens, non aũt scribæ. Ob id aũt sabbatis ingrediebatur do
minus synagogas: quia illis diebus populus eo confluebat, quod feriaretur, & solis
rebus diuinis intenderet. Et quis dubitat deũ illic præsentem esse, ubi congregati
sunt uolentes ei intendere, & de eo quippiam auide audire? Nihil tamen prohibet
etiam inter illos esse, qui spũ agantur immũdo. Quod accidit (domino prædicante)
in synagoga Capharnaũ. Sed & hoc boni illis ex societate bonorum, & auditu
uerbi dei accidere potest, ut à spiritu liberentur immũdo: nõ fert enim ille uerbum
dei. Quod mõstratum est, cum spiritus ille per hominem illum exclamaret: Quid
nobis & tibi IESV Nazarene? id est, quid tibi nobiscum est rei? Vt enim calor fri-
gori, lux tenebris, sanitas morbo aduersatur: sic sanctitas immundo spiritui, quæ tã
ta erat in CHRISTO, ut illi spiritui tormento esset: quinimo & uerba CHRISTI.

Ideoq̃

Ideoq̃ dicebat: Venisti pdere nos? Et causam subdidit, cum ait: Scio quis sis, ὁ ἅγιος
sanctus ille, & per eminentiã sanctus. Nulla enim sibi mutuo adeo contraria sunt
ut sanctum & immũdũ: sed quod fortius est, alterũ euincit ac superat. Et licet uer-
ba illa homo loqui uideretur, non tamen ipse loquebatur, sed dæmon, qui illius ute-
batur organis. Ideo dominus non homini, sed dæmoni respondit, quem & increpa
uit, cum ait: Obmutesce, & exi de homine. Quod iussit eũ obmutescere, hoc fecit,
ne de sua sanctitate, & quis nam esset, loqueretur: neq̃ enim decet immundum de
mundo pronunciare, & à deo refugũ, & perpetuo exulem, de sancto dei et qui sem
per cũ deo est, loqui: perinde, ut neq̃ immundissimũ scortũ de uirginitate. Qui iuſ-
sus, obmutuit. Sed & iussus exire, exiuit: tametsi nolens & inuitus: quod ex eo co
gnoscitur, quod spũs ille immudus laniauit hominẽ, proijciens illũ ac prosternens
in medio turbæ (quod ex Luca cognoscitur) in signũ inuiti, & inuolũtarij egressus: Luc.4.
& insuper quod uoce magna exclamans, id est magnũ eiulatũ emittens, exiuit: ne
q̃ illi ultra nocuit, quod intendit Lucas. Huius facti nõ meminit Matthæus, ne pu
temus hoc Euangelium esse epitomen Matthæi. Et uiso hoc signo, mirati sunt uni
uersi: nec ab re, quia nunq̃ uiderant suos scribas hanc uerbi ac doctrinæ potestatẽ
habere. Et admirabundi inter se, sciscitabantur, quid nam esset hoc, & quænam hæc
noua, & hactenus inaudita doctrina: ut etiam solo uerbo illius fracti, spiritus immũ
di resistere non possent: sed ei nolentes atq̃ inuiti, ut ipsi uisu didicerant obedirẽt.
Et fama eius statim per uniuersam disseminata est Galilæam. Ex his instruimur,
cum feriamur à terrenis, & congregamur ad audienda diuina, cœlestem nobis ad-
uenire fauorem, præterea spiritus immundos sanctimoniam & uerbũ dei ferre nõ
posse, sed illis torqueri: quibus etiam, si qui occupati sint, & sanctæ congregationi
intersint, eos uerbo dei liberari posse: cui dæmonia resistere nõ possunt, sed parẽt
uel inuiti: uult enim immensa illa pietas suos ab immũdis spiritibus liberari, ut om
nes sui nase mundo ipsum nominare & inuocare ualeant: neq̃ em̃ illi placet ab im-
mũdis nominari, aut à talibus sanctitatis suæ præconia usurpari. Quod, ubi fit, laus
dei crescit, & bonus odor, bonaq̃ fama longe lateq̃ dispergitur. At postq̃ prædica
uit in synagogis Capharnaũ, uenit in domũ Petri, quã arbitror fuisse Capharnaum
& si ciuitas Petri & Andreæ dicat Bethsaida: & siue illic siue istic, sanauit dñs so-
„ crũ Petri, quod intelligere possumus ex his, quæ Marcus subiungit hoc mõ. ¶ Et 9
„ protinus egredientes de synagoga, uenerunt in domũ Simonis et Andreæ, cum Ia
„ cobo & Ioanne. Recumbebat aũt socrus Simonis febricitans: & statim dicũt ei de
„ illa. Et accedens, eleuauit eam apprehensa manu eius, & continuo dimisit eam fe-
„ bris. Et ministrabat eis. Vespere aũt facto, cũ occidisset sol, afferebant ad eum oẽs
„ male habentes, & dæmonia habentes: & erat omnis ciuitas congregata ad ianuã:
„ & curauit multos qui uexabant uarijs languoribus: & dæmonia multa eijciebat, &
„ non sinebat ea loqui, qm̃ sciebant eũ. Et diluculo ualde surgẽs, egressus abijt in de
„ sertũ locũ, ibiq̃ orabat. Et ꝓsecutus est eũ Simon, & q cũ illo erant. Et cũ inuenis-
„ sent eũ, dixerũt ei, qa oẽs quærũt te. Et ait illis: Eamus in ꝓximos uicos & ciuita-
„ tes, ut & ibi prædicẽ. Ad hoc em̃ ueni. Et erat prædicans in synagogis eorũ, & in oĩ
„ Galilæa, & dæmonia eijciens. ¶ Hoc factũ de socru Petri, hoc est de matre uxoris
eius, narrat Matthæus ca. 8. ut numero. 74. sufficiẽter uisum est. Et adijcit hic Mar
cus paucula quædã quæ nõ habet Matthæus, ut quod oĩs ciuitas cõgregata esset ad
ianuã domus Petri, ubi erat dñs. Dominus, ianua est. Ego, inquit, sum ostiũ: p me Ioan.10.
si quis introierit, saluabitur. Domus Petri, ecclesia. Omnis ciuitas, uniuersa turba
fidelium. Ad ianuam domus Petri sanantur multi à uarijs languoribus: quia cũ in
ecclesia ad CHRISTVM attendimus, p eũ oẽs nostræ curant infirmitates. Eijcie
bat ibi dæmonia: quia nõ decet impuros & immũdos ad sanctã accedere ecclesiã.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod arcebat eā loqui quod scirent eū: deum respuere confessiones, & laudes impurarū mentium insinuabat. Quod diluculo egressus est in desertū, & orauit: ostēdit nobis exemplo suo, nos ab exordio nouæ legis, uel ab eo tēpore, quo nobis primū ipse, qui sol est iusticiæ, oritur, debere in secessu mētis quærere deū, & pura mēte adorare, & sequi CHRISTVM pro nobis in solitudine orantem: quicquid enim faciebat, nobis faciebat, nobis prodesse uolebat, nobis merebatur. Et sic secutus est, & requisiuit eum Petrus, & cum eo Andreas, Iacobus & Ioannes: quod ex eo intelligit, quod prius dictū fuerat: Venerūt in domū Simonis & Andreæ, cū Iacobo & Ioanne. Et duxit eos dñs in contiguas κωμοπόλεις, id est, municipia: omnes in patris sui nomine congregatas multitudines, prædicatione Euangelicæ lucis illuminans: ad hoc enim missus fuerat. Et nos adhoc nati & renati, ut illa luce illuminemur. Et dæmonia eijciebat, & præcipuæ in synagogis & sanctorū congregatione: nam ad sacrarū cōcursionū loca nihil accedere decet prophanū, impurū, nefandū. Quod & olim obseruatū fuit, cū apostatæ, pœnitentes, & energumeni arcebantur à sacrorū adytorū ingressibus. Quod & adhuc obseruari ferūt apd' Aethiopas Christianos: apud quos octauo quoq; die qui sacer & sacræ congregationis dies ē ad sancta accedere limina mos est: sed tamen non ante ingredi cū Hierophantis, foribus templi assidentibus, & ad hoc ipsum institutis, quas tota illa ogdoade maculas contraxerint: aut antea si forte alicuius recordatio subeat, detexerint, & confessione purificauerint. Et hic mos uere Christianorū uidetur, & ex primitiua inductus ecclesia. Deinde subdit Marcus, de leproso qui à dño mundatus est dicens.

10 „ ¶ Et uenit ad eum leprosus deprecans eum, & genuflexo dicit: Si uis, potes me
„ mundare, IESVS aūt misertus eius, extendit manū suam: & tangēs eū, ait illi: Vo
„ lo, Mundare. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et cōmi
„ natus est ei, statimq; eiecit illū, & dicit ei: Vide nemini dixeris, sed uade, ostende te
„ principi sacerdotū, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyses in testimo
„ niū illis. At ille egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonē: ita ut iam non pos
„ set manifeste introire in ciuitatē, sed foris in desertis locis esse: & conueniebāt ad
„ eū undiq;. ¶ Hæc miranda leprosi cura, in principio ca. 8. Matthæi, numero septuagesimo secundo, cōsimili pene mō narrata est: sed adiecit Marcus, quod egressus leprosus cœpit prædicare, & διαφημίζειν τὸν λόγον, id est diuulgare sermonem, ne quis
Luc. 5. putet hic diffamare in malam partem capi. Quod neq; dicit Lucas, etsi quod cōsequens est ad id adijciat, cum ait: Perambulat aūt magis sermo de illo. Quod dñs cōminatus est ei, dicendo: Vide nemini dixeris (cōminationes eīm CHRISTI in spiritu lenitatis erant, cuiusmodi sunt, uide ne, caue, noli, & similes: quibus etiā aliquando adiecit id, ne deterius aliquid tibi cōtingat) nō ideo fecit quod nollet diuinū beneficiū inuulgari: sed quod uellet cui oporteat indicari, & beneficiū deo acceptū referre: quod & eū qui sanatus fuit fecisse, nulli dubiū esse debet: qui siue executionē sibi iussæ ostensionis præueniens, factū inuulgauit, quod conceptū gaudiū nō ferret, & plenam recuperatæ sanitatis fidē haberet: siue tū, cū certior factus nō solum uerbo CHRISTI, cui fidebat; & corporis alacritate, quā sentiebat: sed & insuper testimonio sacerdotis, & eorū ad quos spectabat eius rei iudiciū: cū opera dei reuelare & confiteri honorificum sit, tantū miraculū cælare nō potuit. Sed ut Græce habetur, ἤρξατο κηρύσσειν πολλὰ, id cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonem, id est, factum ipsum gloriosum manifestare: & omnia in bonam partem, & bono erga CHRISTVM animo: quod ostendit tantus cōcursus multitudinis ex prædicatiōe illa ad CHRISTVM, ut iā non posset manifeste introire ī ciuitatē. Quid si etiā cælare nō debuit? Quod ergo CHRISTVS, phibuit, mōstrauit nō esse quærendam ratiōe bonorū operū gloriā, sed quoad licet uitandam. Quod uero permisit, & si ad exem-

exemplum prohibuisse uideretur, ingratitudinem esse fugiendam, & magnificanda dei opera, Sed nonne tunc implebatur prophetia de domino, quæ dicit: Inuenimus eum in campis syluæ, quando non poterat præ multitudiue populi in ciuitatem introire, sed diuersabatur in desertis? Ergo siue urbes inhabitet, & ibi sint meliores: siue deserta inhabitataq; loca urbibus præferat: ad ipsum accedamus, dantes patri & filio eius & spiritui sancto, deo nostro laudis confessionē: quia est quē decet omnis honor, gloria & gratiarum actio in seculorum secula, Amen. Psalm. 119.

CAPVT SECVNDVM.

ET iterū intrauit Capharnaū post dies, & auditū est quod 11
in domo esset, & conuenerunt multi, ita ut nō caperēt, ne-
que ad ianuā: & loquebatur eis uerbum. Et uenerunt ad
eum ferentes paralyticum, qui a quatuor portabatur. Et
5 cum nō possent offerre eum illi præ turba, nudauerūt te-
ctum ubi erat: & patefacientes, submiserunt grabbatū in quo paralyticus
iacebat. Cum autē uidisset IESVS fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimit
tuntur tibi peccata tua. Erant autem illic quidam de scribis sedentes, & co
gitantes in cordibus suis. Quid hic sic loquitur? Blasphemat. Quis potest
10 dimittere peccata, nisi solus deus? Quo statim cognito IESVS spiritu suo,
quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus ue-
stris? Quid est facilius dicere paralytico: dimittuntur tibi peccata, an dice
re: surge, tolle grabbatū tuum & ambula? Vt autem sciatis quia filius ho-
minis habet potestatē in terra dimittendi peccata (ait paralytico) tibi dí-
15 co: surge, tolle grabbatū tuum & uade in domum tuam. Et statim surrexit
ille, & sublato grabbato abijt inde corā omnibus, ita ut mirarent omnes,
& honorificarent deum, dicentes: quia nunquā sic uidimus. ¶ Et egressus 12
est rursus ad mare, omnisq; turba ueniebat ad eum, & docebat eos. Et cū
præteriret, uidit Leui Alphæi sedentē ad teloneū, & ait illi. Sequere me.
20 Et surgens secutus est eum. Et factum est cum accumberet in domo illius,
multi publicani & peccatores simul discumbebant cum IESV & discipulis
eius: erant eīm multi qui & sequebantur eum. Et scribæ & pharisæi uiden-
tes quia mādūcaret cū publicanis & peccatoribus, dixerūt discipulis eius:
Quare cū publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister uester?
25 Hoc audito, IESVS ait illis: Non necesse habent sani medico, sed qui mala
habent: non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. ¶ Et erant discipuli 13
Ioannis & pharisæi ieiunantes, & ueniūt & dicūt illi: Quare discipuli Ioan
nis & pharisæorū ieiunant, tui aūt discipuli nō ieiunant? Et ait illis IESVS:
Nunquid possunt filij nuptiarum q̄diu sponsus cum illis est ieiunare?
03 Quanto tempore habent secum sponsum, nō possunt ieiunare. Venient
autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabūt in illis diebus.
Nemo assumentū panni rudis assuit uestimento ueteri, alioqn aufert sup
plementū nouum a ueteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit uinum no-
uum in utres ueteres, alioquin dirumpet uinum utres, & uinū effundetur
& utres

Universidad de Deusto
Biblioteca

14 & utres peribunt. Sed uinũ nouũ in utres nouos mitti debet. ¶ Et factum 35
est iterum, cum dominus ſabbatis ambularet per ſata, & diſcipuli eius cœ
perunt progredi, & uellere ſpicas. Phariſæi aũt dicebant ei: Ecce quid faci
unt diſcipuli tui ſabbatis quod non licet? Et ait illis: Nunq̃ legiſtis quid
fecerit Dauid, quando neceſſitatem habuit, & eſurijt ipſe & qui cum eo e=
rant: quomodo introiuit in domum dei ſub Abiathar principe ſacerdo= 40
tũ, & panes propoſitionis manducauit, quos non licebat manducare, niſi
ſolis ſacerdotibus, & dedit eis qui cum eo erant? Et dicebat eis: Sabbatum
proter hominem factum eſt, & non homo propter ſabbatum. Itaq; domi
nus eſt filius hominis, etiam ſabbati.

ANNOTAT. BREVES XLIIII. CIRCA LITE. CAP. II.

1 poſt dies:
διὰ ἡμερῶν
per dies 12
2 & conuenerunt
Ϛ εὐθὺς συνήχθησαν 13
& confeſtim cõgregati
2 ita ut nõ caperẽt (ſũt 15
ὥστε μηκέτι χωρεῖν 16
ita ut nõ amplius ca= 16
2 neq; ad ianuã. (perent
μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν
ne ea q̃dẽ q̃ ad ianuã 17
3 uenerunt
ἔρχονται
præſens. 19
5 offerre eum illi
προσενεγκεῖν αὐτῷ
appropinquare illi 22
5 nudauerunt
ἀπεστέγασαν
detexerunt 22
6 patefacientes 24
ἐξορύξαντες 25
perfodientes
6 ſubmiſerunt
χαλῶσι 25
præſens.
6 grabatum
κράββατον 26
9 Blaſphemat. 26
βλασφημίας
blaſphemias.
10 ſolus 27
εἷς
unus
10 Quo ſtatim cognito
καὶ εὐθὺς ἐπιγνοὺς 29
Et ſtatim cũ cognouiſſet
Quid eſt
Vtrum eſt 31
ſurge * ἐγείρε & 31
& infra.
ſurrexit – ille: 31
abijt – inde 32
mirarentur
ἐξίσταντο
ſtuperent 32
honorificarent
δοξάζειν 33
glorificarent
ad teloneum: 33
ἐπὶ τὸ τελώνιον
ad telonium
qui & ſequebantur
καὶ ἠκολούθησαν 34
& ſecuti fuerant
uidentes * αὐτὸν eum
bibit – magiſter ue= 36
Non neceſſe ſter? 36
οὐ χρείαν
Non opus
ſani 37
οἱ ἰσχύοντες
ualentes
non – enim 38
peccatores 38
* εἰς μετάνοιαν 41
ad pœnitentiam. 42
& phariſæi 42
Ϛ οἱ τῶν φαρισαίων
& phariſæorum
quandiu
ἐφ' ὅ
in quo, tempore ſcz.
cum auferetur
ὅταν ἀπαρθῇ
cum ablatus fuerit
diebus. * ἡ Et
aſſumentum
ἐπίβλημα
immiſſuram
rudis
ἀγνάφου
ſupplementum
αὐτοῦ
eius
maior
χεῖρον
deterior
dirumpet uinum
* ὁ νέος
nouum
Et factum eſt – iterũ
ambularet
παραπορεύεσθαι
tranſiret
progredi
ὁδὸν ποιεῖν
iter facere
faciunt – diſcipuli tui
Et * αὐτὸς ipſe
niſi – ſolis
dedit – eis
& qui cum eo
καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ
etiam ijs qui cũ eo

COMMEN=

COMMENTARIVS IN CAPVT SECVNDVM.

POſt aliquot dies, poſteaquã turbæ, quæ undiq; cõfluxerant ad ipſum
in deſertum, & cœleſti alimonia uerbi paſtæ, & ſanitatũ beneficijs do=
natæ, in ſua ſe receperũt loca, dominus redijt Capharnaũ. Quod ſub=
» dit Marcus, dicens. ¶ Et iterum intrauit Capharnaũ poſt dies. Et au= 11
» ditum eſt quod in domo eſſet, & conuenerunt multi, ita ut non caperent, neq; quæ
» ad ianuã, & loquebatur eis uerbum. Et uenerunt ad eum ferentes paralyticum, qui
» à quatuor portabatur. Et cum non poſſent offerre eum illi præ turba, nudauerũt te=
» ctum ubi erat, & patefacientes ſubmiſerunt grabatum, in quo paralyticus iacebat.
» Cum autem uidiſſet IESVS fidem illorum, ait paralytico: Fili dimittũtur tibi pecca
» ta tua. Erant autem illic quidam de Scribis ſedentes, & cogitãtes in cordibus ſuis:
» Quid hic ſic loquit? Blaſphemat. Quis poteſt dimittere pctã, niſi ſolus deus? Quo
» ſtatim cognito IESVS ſpiritu ſuo, quia ſic cogitarẽt intra ſe, dixit illis: Quid iſta co
» gitatis in cordibus ueſtris? Quid eſt facilius, dicere paralytico, dimittũtur tibi pecca
» ta tua: an dicere, ſurge, tolle grabatum tuum & ambula? Vt autẽ ſciatis, quia filius
» hominis habet poteſtatẽ in terra dimittẽdi peccata (ait paralytico) tibi dico, ſurge,
» tolle grabatũ tuũ, & uade in domum tuam. Et ſtatim ſurrexit ille, & ſublato graba=
» to abijt inde coram omnibus, ita ut mirarentur omnes, & honorificarent deum, di=
» cẽtes: quia nunquam ſic uidimus. ¶ Hanc de paralytico hiſtoriam tetigiſſe uidetur
Matthæus capite. 9. numero. 79. Sed adijcit hic Marcus nomen ciuitatis Caphar=
naum, quod in Matthæo nequaquã habetur, ſed, ἰδίαν πόλιν, quod in propriã,
id eſt ſuã ciuitatẽ ſignificat. Cæterum Capharnaum, relicta patria educationis e=
ius, & ciuitate Nazareth, peculiariter ob manſionis electionem, & inſignia in ea fa
cta, dicta eſt ciuitas domini. Nazareth autem & Nazaræa regio, patria eius. Addit
& dominum in domo fuiſſe, & ubi id cognitum fuit, tantam multitudinem conflu=
xiſſe, ut iam, μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν, id eſt ne ea quidem quæ erant ad ianuam, illam
capere poſſent. Addit præterea modum quo intulerunt paralyticũ ante dominum,
ſcilicet detegẽdo tectum, & funibus demittendo paralyticũ ante dominum, qui ſe=
dens docebat in domo. Quæ omnia argumentũ erant magnæ fidei neceſſariorum
illius paralytici, quæ et exaudita eſt à domino: quod intelligitur per id quod dicitur.
Cum autẽ uidiſſet IESVS fidem illorum, ait paralytico: Fili dimittuntur (id eſt, con
donantur atq; remittuntur) tibi peccata tua. Reliqua ijs, quæ in Matthæo ſimilia, ſa
tis intellecta ſunt. Hinc relicta urbe Capharnaum, deſcendit rurſus dñs ad mare,
» dicente Marco. ¶ Et egreſſus eſt rurſus ad mare, omnisq; turba ueniebat ad eũ, & 12
» docebat eos. Et cũ præteriret, uidit Leui Alphæi ſedentem ad teloniũ, & ait illi: Se
» quere me. Et ſurgẽs ſecutus eſt eum. Et factũ eſt cum accumberet in domo illius,
» multi publicani & peccatores ſimul diſcũbebãt cum IESV, & diſcipulis eius. Erãt
» enim multi qui ſequebantur eum. Et Scribæ & Phariſæi uidentes, quia mãducaret
» cũ publicanis & peccatoribus, dixerũt diſcipulis eius: Quare cũ publicanis & pec=
» catoribus mãducat & bibit magiſter ueſter? Hoc audito, IESVS ait illis: Nõ neceſ=
» ſe habẽt ſani medico, ſed qui male habẽt. Nõ enim ueni uocare iuſtos, ſed peccato
» res. ¶ Primã particulam, quod deſcenderit dominus ad mare, ubi & docuit turbas,
addit Marcus ultra Matthæum, uſq; ad hiſtoriam uocationis Matthæi, quẽ hic uo=
cat Leui τὸν τοῦ ἀλφαίου, id eſt filium Alphæi. Reliqua ſunt eadem ijs, quem dicta ſunt
à Matthæo, cap. 9. numero. 80. Quare de illis hic cõtrahẽdus eſt ſermo. Poſt hiſto
riam uocationis Matthæi trãſit Marcus ad diſcipulos Ioannis et Phariſæorũ, dicẽs.
» ¶ Et erãt diſcipuli Ioannis & Phariſæorũ ieiunantes, & ueniunt & dicũt illi: Qua= 13
» re diſcipuli Ioannis & Phariſæorũ ieiunant, tui autẽ diſcipuli nõ ieiunãt? Et ait illis
» IESVS: Nũquid poſſunt filij nuptiarũ quãdiu ſponſus cũ illis eſt, ieiunare? Quãto

A tempore

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ tempore habent ſecum ſponſum, non poſſunt ieiunare. Venient autē dies cū auſe-
„ retur ab eis ſpōſus, et tūc ieiunabūt in illis diebus. Nemo aſſumētū pāni rudis aſſuit
„ ueſtimēto ueteri, alioqn aufert ſupplementū nouū à ueteri, & maior ſciſſura fit. Et
„ nemo mittit uinum nouū in utres ueteres, alioquin dirūpet uinū utres, & uinum ef-
„ fundetur, & utres peribūt. Sed uinū nouum in utres nouos mitti debet. ¶ Iſtorū eſt
illa eadē ſentētia, quæ Matthæi cap. 9. numero. 81. dicta eſt. Et quod hic dicitur aſſu
mentum, id eſt quod in Matthæo commiſſura dicitur, ſiue, ut Græce habetur, ἐπίβλη
μα, id eſt immiſſura. Et quod panni rudis, id quod ibidē dixi ſignificare pāni impexi
& nondum à fullone curati & politi. Dominus noſter, fullo. Doctrina eius tūc, pan
nus impexus admodū nouus. Et quod hic dicit ſupplementū, id eſt quod in Mat-
thæo dicitur plenitudo. nā idem in utroq; uerbū habetur, τὸ πλήρωμα, ut hic, & illic ui-
deatur quodāmodo non idem fuiſſe interpres latinus, aut certe idem aliter et aliter
14 „ uertiſſe. Deinde ſubdit Marcus de progreſſione domini per ſegetes, dicēs. ¶ Et fa
„ ctū eſt iterū cū dns ſabbatis ambularet p ſata, & diſcipuli eius cœperūt progredi, &
„ uellere ſpicas. Phariſæi autē dicebāt ei: Ecce, quid faciūt diſcipuli tui ſabbatis quod
„ nō licet? Et ait illis: Nunquā legiſtis qd fecerit Dauid, quādo neceſſitatē habuit, &
„ eſurijt ipſe & qui cum eo erāt, quomodo introiuit in domū dei ſub Abiathar princi-
„ pe ſacerdotū, & panes propoſitiōis māducauit, quos non licebat māducare, niſi ſo-
„ lis ſacerdotibus, & dedit eis, & q cū eo erāt? Et dicebat eis: Sabbatū propter homi-
„ nem factū eſt, & nō homo propter ſabbatū. Itaq; dominus eſt filius hominis, etiam
„ ſabbati. ¶ Quæ hic narrata ſunt, recitauit Matthæus cap. 12, & declarata ſunt nume
ro. 113. Sed addit Marcus ultra Matthæū, nomē principis ſacerdotum Abiathar, ſub
quo Dauid panes oblationis comedit, qui & idē primi Regū uigeſimoprimo Achi
melech nominatur, ut etiam numero. 222. diximus. Et inſuper dominum dixiſſe ſab
batū propter hominē factū eſſe, nō cōtra hominē propter ſabbatū. ubi per hominē
κατ' ἐξοχὴν ipſum intelligere poſſumus. Itaq; CHRISTVS, ſi propter eum ſabbatū
eſt inſtitutū, dominus eſt & finis ſabbati. In quo ſemotis omnibus negocijs, curiſq;
mundi quieſcere, ſumma eſt in hoc mundo felicitas: in altero, gloria ſempiterna. Er
go patri miſericordiarum, & illi qui eſt pax, quies, & ſalus noſtra, cū ſpiritu ſancto
ſit honor, poteſtas, & imperium, in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

CAPVT TERTIVM.

ET introiuit iterum in ſynagogam, & erat ibi homo habēs
manum aridam. Et obſeruabant eum ſi ſabbatis curaret,
ut accuſarent illum. Et ait homini habenti manū aridam:
Surge in mediū. Et dicit eis: Licet ſabbatis benefacere, an
male: animam ſaluā facere, an perdere? At illi tacebant. Et 5
circūſpiciens eos cū ira, cōtriſtatus ſup cæcitate cordis eorū, dicit homini:
16 Extende manum tuā. Et extēdit: & reſtituta eſt manus illi. ¶ Exeūtes autē
Phariſæi ſtatim cū Herodianis cōſilium faciebāt aduerſus eū, quomodo
eū perderēt. IESVS autem cū diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare, & multa turba
a Galilæa & Iudæa ſecuta eſt eū, & ab Hieroſolymis, & ab Idumæa, & trās 10
Iordanē: & qui circa Tyrū & Sidonem, multitudo magna audientes quæ
faciebat, uenerunt ad eū. Et dixit IESVS diſcipulis ſuis, ut nauicula ſibi de-
ſeruiret propter turbā, ne cōprimerent eū. Multos enim ſanabat, ita ut ir-
ruerent in eū, ut illū tangerent quotquot habebant plagas. Et ſpiritus im-
mundi

15 mundi cū illū uidebāt, pcidebāt ei & clamabant, dicentes: Tu es filius dei
Et uehemēter cōminabat eis, ne manifeſtarēt illū. ¶ Et aſcendens in mon- 15
tem uocauit ad ſe q̄s uoluit ipſe, & uenerūt ad eū. Et fecit ut eſſent duode-
cim cū illo, & ut mitteret eos p̄dicare. Et dedit illis poteſtatē curandi infir
mitates, & eijciēdi dæmonia. Et impoſuit Simoni nomē Petrus, & Iacobū
20 Zebedæi, & Ioannē fratrē Iacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges, qd
eſt filij tonitrui, & Andreā, & Philippū, & Bartholomeū, & Matthæū, &
Thomam, & Iacobū Alphæi, & Thadæū, & Simonē Cananæū, & Iudam
Scarioth, qui & tradidit illū. ¶ Et ueniunt ad domū, & conuenit iterū tur- 18
ba, ita ut nō poſſent neq; panē mādūcare. Et cū audiſſent ſui, exierūt tene-
25 re eum: dicebant enī, quoniā in furorē uerſus eſt. Et ſcribæ qui ab Hiero-
ſolymis deſcenderāt, dicebāt quoniā Beelzebub habet, & quia in principe
dæmoniorum eijcit dæmonia. Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis
Quomodo poteſt ſatanas ſatanā eijcere? Et ſi regnū in ſe diuidat, non po
teſt regnū illud ſtare. Et ſi domus ſuper ſemetipſam diſpartiat, nō poteſt
30 domus illa ſtare. Et ſi ſatanas cōſurrexerit in ſemetipſū, diſpartitus eſt, &
nō poterit ſtare, ſed finē habet. Nemo poteſt uaſa fortis īgreſſus in domū
diripere, niſi prius fortē alliget, & tūc domū eius diripiet. Amen dico uo-
bis, qm̄ omnia dimittent filijs hoīm peccata & blaſphemiæ qbus blaſphe
mauerīt. Qui aūt blaſphemauerit in ſpūm ſanctū, nō habebit remiſſionē
35 in æternū, ſed reus erit æterni delicti: qm̄ dicebant, ſpiritū immundū ha-
bet. ¶ Et ueniunt mr̄ eius & fratres, & foris ſtantes miſerūt ad eū uocantes 19
eum. Et ſedebat circa eū turba, & dicūt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris
quærūt te. Et reſpondens eis, ait: Quæ eſt mr̄ mea & fratres mei? Et circū-
ſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebāt, ait: Ecce mater mea & fratres mei.
40 Qui enim fecerit uoluntatē dei, hic fater meus, & ſoror mea, & mater eſt.

ANNOTAT. BREVES XXXI CIRCA LITERAM CAP. III.

2 curaret* ἀντὸν eum.
5 male, κακοποιῆσαι malefacere
5 perdere? ἀποκτεῖναι occidere
5 illi ἀντῷ illius
* ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη sana ut altera.
8 quomodo ὅπως ut
12 dixit – IESVS
14 plagas μάστιγας flagella
16 uehementer πολλὰ multum
17 uocauit – ad ſe προσκαλεῖται aduocat
18 cum illo cum ipſo ſecum
18 prædicare ut prædicarent
18 Et dedit illis poteſta τὴν ἔξουσίαν (tem & habere poteſtatem & ut haberent poteſta (tem
22 Thadæum Θαδδαῖον
22 Cananæum Κανανίτην
23 Scarioth Ἰσκαριώτην
23 conuenit συνέρχεται præſens.
24 ſui, οἱ παρ' ἀυτῷ
25 in furorem uerſus eſt. ἔξεστι extra ſe eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

28 in se diuidatur,
ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ
in seipsũ diuisũ fuerit 34 non habebit
29 sup semetipsã dispti ãt 35 reus erit
ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ
ὐκ ἔχει
ἔνοχός ἐστιν
30 semetipsum, * ἡ & 30 dispartitus est, – & 31 non poterit
ὐ δύναται
praesens. 31 in domũ * αὐτοῦ eius 32 dicunt
33 quibus
ὅσας ἂν
quibuscunque 38 Et circũspiciens eos qui
in circuitu eius sedebãt.
κὺ περιβλεψάμενος κύ
κλω τοὺς περὶ αὐτὸν κα
θημένους.
Et cũ circũspexisset in
circuitu eos qui circum
se sedebant,
praeteritum
35 delicti,
κρίσεως
iudicij 40 Qui enim
ὃς γὰρ ἂν
dicunt
εἴπῃ
Quicunq; enim

COMMENTARIVS IN CAPVT TERTIVM.

POst hæc narrat Marcus de eo cui manus arida pristinæ sanitati restitu
15 „ ta est, dicens. ◤ Et introiuit iterum in synagogam. Et erat ibi homo ha
„ bens manum aridam, & obseruabant eum si sabbatis curaret, ut accu-
„ sarent illum. Et ait homini habẽti manum aridam: Surge in medium.
„ Et dicit eis: Licet sabbatis benefacere, an malefacere: animam saluã facere, an per-
„ dere? At illi tacebãt. Et circunspiciens eos in ira, contristatus super cæcitate cordis
„ eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illi.
„ ◤ Hoc factũ habetur Matthæi cap. duodecimo, numero. 114. Sed addit hic Marcus
ad Matthæum, quod iusserit hominem illum surgere in medium: quodque illos qui
obseruabant ipsum ut accusarẽt eum, cum nihil respõdere possent ad ea quæ ratio-
nabiliter interrogata fuerant, sed excæcati malitia tacerent, circũspexerit dominus
cum ira. Cæterum hæc ira nõ fuit perturbatio & noxius affectus, cuiusmodi est quo
homo homini irasci solet: sed nemesis sanctaq; indignatio, qua cõtristabatur super
cæcitate, quæ illis ob malitiam eorũ, prauamq; uoluntatem obtigerat: ut enim tene-
bræ oculis offusæ, omnem auferunt uisionem: sic prauitas omnem ueritatem. Cir-
cunspiciens (inquit) cũ ira, id est cum iusta indignatione, contristatus super cæcitate
cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Ergo si irascitur super cæcitate
& malitia nostra, nõ nos odit, sed amat, ut quos uelit esse uidẽtes ac bonos: sed odit
cæcitatẽ malitiamq; nostram, nequaquã igitur nobis irascitur, sed malitiæ nostræ.
Pari quoque modo, neque ijs irascebatur quos circunspiciebat, sed eorum cæcitati,
qua & mente, qua ipse uidetur supra hominem, & ratione qua uidetur secundum
hominem, cæcati erãt, & de perseuerante cæcitate eorum (erãt enim Pharisæi) sub-
16 „ iungit Marcus, dicens. ◤ Exeuntes autem Pharisæi, statim cum Herodianis consi-
„ lium faciebant aduersus eum, quomodo eum perderent. IESVS autem cum disci-
„ pulis suis secessit ad mare, & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eũ, & ab Hie
„ rosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum & Sidonem, mul-
„ titudo magna audientes quæ faciebat, uenerunt ad eum. Et dixit IESVS discipulis
„ suis, ut nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne cõprimerent eum. Multos enim
„ sanabat, ita ut irruerent in eum, ut illum tangerent, quotquot habebant plagas. Et
„ spiritus immundi cum illum uidebant, procidebant ei, et clamabant, dicentes: Tu es
„ filius dei. Et uehementer comminabatur eis, ne manifestarent illum. ◤ De hoc ad-
uersus dominum inito cõsilio à Pharisæis, meminit Matthæus cap. duodecimo, nu
mero. 115. cum quibus tamen inirent cõsilium non expressit, quod hic facit Marcus,
addens ultra Matthæum, cũ Herodianis. Quod dominus, quẽ nihil latere poterat,
sciẽs secessit illinc. Et secutæ sunt eũ turbæ multæ, ex Matthæo: & sanauit omnes,
non solum

non solũ exteriori curatione si qui ea egebant, sed & interiori. Sed unde essent illæ
turbæ non expressit ille, quod Marcus nõ omittit, nam illæ erant à Galilæa, Iudæa,
Hierosolymis, Idumæa: locis trãs Iordanem, ut Traconitide, Cedar, Bethabara, cã
pestribus Moab, & quæ habitari possunt circa lacũ Asphaltidẽ, & ex locis quæ cir
ca Tyrum & Sidonem, ut quæ ultra citraq; Antilibanũ habitabantur. Et adijcit etiã
quod Matthæus non dicit, dominum mãdasse discipulis ἵνα πλοιάριον προσκαρτερῇ αὐτῷ,
id est: ut nauicula deseruiret sibi, ne cõprimerent ipsum turbæ quæ irruebant in eũ,
& maxime qui flagella diuino permissu immissa, quæ humana ope ĩcurabiles sunt
plagæ, patiebãtur, irruebant aũt in eũ pia deuotione, ut uel tãgerent eũ ob diuinas
uirtutes & sanitatũ gratias, quæ de eo prodibãt: sed sic facientes, uerbũ prædicatio-
nis, quod sibi magis necessariũ erat, impediebãt: quod minime facere poterãt, dum
eas è nauicula docebat, unde etiã non minus infirmitates earũ curabat: uerbo enim
omnia poterat, etsi nõ esset ille sensibilis attactus. Sed & qui spiritibus immũdis uẽ
xabãtur, procidebãt ei, id faciẽtibus spiritibus malignis, qui supplices formidãtesq;
eius potẽtiã, clamabãt per ipsos energumenos, obsessosq; ac agitatos: Tu es filius
dei: ut qui sentirent tantam, & tali modo in puro homine esse nõ posse potentiam.
Sed uehemẽti prohibitione cogebãtur tacere, & nõ ultra loqui: neq; enim decebat
ut per eos, homines cognoscerẽt eum esse filium dei & Mesiam, quẽ opera diuina,
oracula prophetarũ, & angeli dei, imo pater ipse & spiritus sanctus manifestum fa-
ciebãt. Deinde subiũgit Marcus de electiõe duodecim è multitudine discipulorũ,
„ quos uocauit apostolos, dicens. ◤ Et ascendens in montem, uocauit ad se quos uo- 17
„ luit ipse, & uenerũt ad eum. Et fecit ut essent duodecim cum illo, & ut mitteret eos
„ prædicare. Et dedit illis potestatẽ curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia. Et im
„ posuit Simoni nomẽ Petrus: & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, &
„ imposuit eis nomina Boanerges, quod est filij tonitrui: & Andream, & Philippum,
„ & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thaddæũ,
„ & Simonem Cananæum, & Iudam Iscariotem, qui & tradidit illum. ◤ Hanc duo-
decim segregationem tradidit Matthæus capite decimo, numero. 85. Sed hic addit
cognomentũ Iacobi & Ioannis filiorũ Zebedæi, Boanerges, siue (ut Hieronymus
legendũ putat) Banereem, quod sonat interprete Marco, filij tonitrui. Sic autẽ fue-
runt nominati, quod futuri essent tubæ quædam grandisonæ, per quas spiritus san-
cti tonitrua altius reboarẽt. Porro ordo apostolorum hic positorũ, aliquantulũ eua
riat ab ordine Matthæi, ut subiecta descriptio monstrat.

ORDO EX MATTHAEO CAP. X. ORDO EX MARCO CAP. III.

1	Simon Petrus	7	Thomas	1	Simon Petrus	7	Matthæus
2	Andreas.	8	Matthæus.	2	Iacobus	8	Thomas
3	Philippus	9	Iaco. Alphæi	3	Ioannes	9	Iacobus Alphæi
4	Bartholomæus	10	Thaddæus	4	Andreas	10	Thaddæus
5	Iacobus	11	Simõ Cana.	5	Philippus	11	Simõ Cananæ.
6	Ioannes	12	Iudas Iscario.	6	Bartholomæus	12	Iudas Iscariotes

„ Hinc in domum concessisse dominum cum apostolis, narrat Marcus, subdẽs. ◤ Et 18
„ ueniunt ad domum, & conuenit iterũ turba, sta ut non possent neq; panem mandu-
„ care. Et cum audissent sui, exierũt tenere eum. Dicebant enim, quoniã in furorem
„ uersus est. Et scribæ qui ab Hierosolymis descẽderant, dicebãt quoniã Beelzebub
„ habet, & quia in principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et cõuocatis eis, in parabo
„ lis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanã eijcere? Et si regnũ ĩ se diuidatur,
„ non potest regnum illud stare. Et si domus super semetipsam dispertiatur, non po
„ test domus illa stare. Et si satanas cõsurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & nõ
„ poterit stare, sed finẽ habet. Nemo potest uasa fortis, ingressus in domũ diripere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ nisi prius fortem alliget, & tunc domo eius diripiet. Amẽ dico uobis, quoniã omnia
„ dimittũtur filijs hominũ peccata, & blasphemiæ, quibus blasphemauerũt. Qui autẽ
„ blasphemauerit ĩ spiritũ sanctũ, nõ habebit remissionẽ in æternũ, sed reus erit æter
„ ni delicti, qm̃ dicebãt spiritũ immundũ habet. ¶ In ea ciuitate in qua dñs intrauit cũ
discipulis suis ĩ aliquã domũ, erat mater eius & necessitudine illi cõiũcti: siue ea fue
rit Capharnaũ quã sibi à Nazareth discedẽs elegerat hospitiũ, siue quæuis alia. Ve
rũ tãta turba secuta est, ut eã neq; domus, neq; ea quæ erant iuxta ianuã, capere uale
rẽt. Neq; ulla dabat̃ illi facultas, uel cũ discipulis cibũ capiendi. Et hic rumor puenit
ad uirginẽ & necessarios eius, q̃ in furorẽ uersus esset: siue ut Marcus habet ὅτι ἐξέστη,
quod potius extra se est, & desipit, q̃ in furorẽ uersus est, significat. Quod pia ma
ter cũ sciret falsum esse, ut quæ sciret eũ filiũ dei esse, uolẽs nihilominus piæ solicitu
dinis exemplũ ostẽdere, cũ suis egressa est uolẽtibus eum tenere, sed ipsa nequitiæ
illorum & peruersitatis haud ignara, nõ nisi illa e` tãta prauitate educi uolebat: dice
bãt enim, quoniã ĩ furorẽ uersus est. Sed qui id dicebãt? Nũquid uirgo & necessarij
eius? Nequaquã, sed qui audierãt scribas blasphemãtes, & dicẽtes, quoniã Beelze
bub habet, & in principe dæmoniorũ eijcit dæmonia: aut qui de factione illorũ erãt,
blasphemiã blasphemiæ adijcientes, cum eum quẽ scripturæ uocãt agnũ mansuetũ,
Hiere.11. (Et ego, inquit de eo Hieremias, quasi agnus mãsuetus qui portatur ad uictimã) &
qui erat sapientia dei, dicerẽt furore insaniaq; percitum, aut certe` delirum ac mẽtis
emotæ, & id tam false, quàm βλασφημικῶς ac impie. Nam & tũc quoq; cum omni mo
destia docebat in loco illo eos qui aderant, & uirtutes operabatur. In eo siquidẽ lo
co ex Matthæo cap. duodecimo, numero. 117. ĩtelligitur curasse tũc dæmoniacũ cæ
cũ & mutũ (& forte` etiã surdũ) eiecto dæmonio, quod genus eiectu difficillimũ est,
& quale nunquã eijci cognouerãt. Ideo perfidi scribæ q ab Hierosolymis uenerãt,
quod summæ uirtuti diuinæ adscribere debuerãt, tribuerũt principi dæmoniorũ, qd̃
est peccatũ in spiritũ sanctũ. Si enim diceres principẽ dæmoniorũ solem oriri face
re, puidere creaturis, cæcos illuminare, leprosos sanare, quatenus uult dæmonia im
mittere, & quatenus uult reuocare: quis nesciret te in spiritũ sanctũ peccare, cũ quæ
soli deo adscribenda erãt, ea dæmonio tribueres? Et huiusmodi peccatũ & blasphe
mia in spiritũ sanctũ, nõ remittitur. De hac blasphemia pharisæorũ in spiritum san
ctum, & responso domini etiã ad tacitas cogitationes eorũ: uisum est Matthæi cap.
duodecimo, numeris. 118. 119. Quod autẽ ĩ fine dicitur: Reus erit æterni delicti, hoc
est nunquã delictũ remittetur ei, sed pro eo pœnas sustinebit ĩ interitu æternas. Et
particula ista: Quoniam dicebant spiritũ immũdum habet, respicit id quod prius di
xerãt, Beelzebub habet, & ĩ principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Nõ quod uellẽt
dicere ipsum esse dæmoniacũ, sed summũ phytonicũ, & maleficorũ maximũ, utpo
te` qui supremũ quoddã ad maleficia dæmoniũ haberet: qui tamẽ nunquã nisi sum
mis diuinissimisq; erga omnes usus fuerat beneficijs. Et hic error, hoc mẽdaciũ, hæc
blasphemia in spiritũ sanctum, adhuc scripta retinetur à Iudæis in quodã tartareo li
bello, qui suis adiungitur Talmudicis nugis. Sed quãdiu ab hac plusquã execrabili
blasphemiæ insania non recedent, ea quæ hic habetur saluatoris mundi sentẽtia, rei
tenebũtur æterni delicti. Hæc ubi posuit Marcus, redit ad explicãdã uirgĩs, de qua
19 „ paulo ante tetigerat solicitudinem, dicẽs. ¶ Et ueniũt mater eius & fratres, & stan
„ tes, miserunt ad eum uocantes eum. Et sedebat circa eum turba, & dicunt ei: Ecce
„ mater tua, & fratres tui foris, quærũt te. Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea,
„ & fratres mei? Et circũspiciens eos q in circuitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea,
„ & fratres mei. Qui enim fecerit uoluntatem dei, hic frater meus & soror mea et ma
„ ter mea est. ¶ Veniunt quidem & uirgo & necessarij eius ad domum: & cum ob ni
miam turbæ pressurã minime intrare possent; orãt per intermediorum uoces ei in-

dicari

dicari, quod mater & fratres sui foris stantes, quærunt eũ alloqui. Qui forte ob ne
cessariorũ præsentiam nihil diuini de eo sentientes, dicunt ei: Ecce mater tua & fra
tres tui foris, quærunt te. Quinimo haud absimile uero fuerit quosdã e` scribis Hie
rosolymitanis illi proximos fuisse, & id ipsi nunciasse. Sed quid responderit ijs qui
nũciauerunt, & quos circa se mõstrauerit: quodq; neq; matrẽ, neq; necessarios par
uifecerit, ex ijs quæ circa Matthæi cap. 12, numero 125. diximus, satis dilucet. Por
ro` cũ dicit: Qui eũ fecerit uoluntatem dei: hic, frater meus & soror mea, & mater
mea est: frater, soror, & mater spiritu intelliguntur: ut eũ carnalis mater fœtũ in u
tero concipit, quem pariendo foras emittit: sic qui facit uoluntatem dei, uerbũ dei
audiendo CHRISTVM in intimis penetralibus mentis, uerbo & spiritu concipit
& alijs referans tanq; casta mente pariens foras emittit, estq; spũalis CHRISTI
mater: qui aũt inde geniti sunt, tum uiri, tũ mulieres, fratres sunt & sorores CHRI
STI, quippe qui ex eadem matre uerbo dei fœta mente, & eodem patre deo fœcun
dante, geniti. Cuius utinam sic uoluntatem impleamus, sanctũ obseruantes (quan
tũ ad quenq; pertinet) Euangeliũ, ut à filio dei audire ualeamus. Hic frater meus,
& soror mea, & mater mea est: & pro uirili nostra, imo` supra nosipsos mutuã cha
ritatis uicem rependamus ei, qui nos charitate prosequitur, ceu fratres, sorores, &
denicq; matrẽ; & in spiritu quidẽ matrẽ: nõ quia id meremur, sed quia ipse est fons
amoris, dilectionis & gratiæ. Ergo patri, cuius est tam incomprehẽsæ bonitatis uo
luntas, & filio, & spũi sancto, abyssali (ut sic dicam) amori, effluxioni, & refluxioni,
honor, gloria, & potestas per immensa seculorũ secula, Amen.

CAPVT QVARTVM

ET iterum cœpit docere ad mare, & congregata est ad eum 20
turba multa, ita ut in nauim ascendens sederet in mari, &
omnis turba circa mare super terrã erat, & docebat eos in
parabolis multa, & dicebat illis in doctrĩa sua. Audite: Ec
5 ce exijt seminans ad seminandũ. Et dum seminat: aliud ce
cidit circa uiã, & uenerunt uolucres cœli, & comederunt illud. Aliud uero
cecidit super petrosa, ubi nõ habuit terram multam, et statim exortũ est, q̃
niam non habebat altitudinem terræ: & qñ exortus est sol, exæstuauit, &
eo quod nõ habebat radicẽ, exaruit. Et aliud cecidit ĩ spinas, & ascenderũt
10 spinæ, & suffocauerũt illud, & fructũ nõ dedit. Et aliud cecidit in terrã bo
nã, & dabat fructũ ascendentẽ & crescentem: & afferebat, unũ trigesimũ, &
unũ sexagesimũ, & unũ centesimũ. Et dicebat: Qui habet aures audiendi,
audiat. ¶ Et cũ esset singularis: interrogauerũt eũ hi qui cũ eo erant duode 21
cim, parabolam. Et dicebat eis: Vobis datũ est nosse mysteriũ regni dei:
15 illis autem qui foris sunt in parabolis omnia fiunt, ut uidentes uideant &
non uideant, & audientes audiant & non intelligant, ne quando conuertã
tur & dimittantur eis peccata. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? Et quo
modo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat, uerbũ seminat. Hi aũt
sunt, qui circa uiã, ubi seminatur uerbũ: & cũ audierint, confestim uenit sa
20 tanas, & aufert uerbũ, qd̃ seminatũ est in cordibus eorũ. Et hi sunt simili
ter q sup petrosa seminantur, qui cũ audierint uerbũ, statim cũ gaudio ac

 cipiunt

Universidad de Deusto Biblioteca

cipiũt illud, & nõ habent radicẽ in se, sed tẽporales sunt: deinde orta tri-
bulatiõe, & pſecutione ,ppter uerbũ, cõfestim ſcãdalizantur. Et alij sunt q̃
in ſpinis ſeminãtur: hi ſunt, qui uerbũ audiunt, & erumnæ ſeculi, & decep
tio diuitiarũ, & circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes ſuffocant uerbũ 25
& ſine fructu efficitur. Et hi ſunt qui ſuper terram bonã ſeminati ſunt, qui
audiunt uerbũ & ſuſcipiunt, & fructificant: unũ trigeſimũ, unũ ſexageſi-
22 mũ, & unũ centeſimũ. ¶ Et dicebat illis: Nunquid uenit lucerna ut ſub mo
dio ponatur aut ſub lecto? Nõne ut ſuper candelabrũ ponatur? Non eſt
enim aliquid abſconditũ, quod nõ manifeſtetur, nec factũ eſt occultũ qd' 30
nõ ueniat in palã. Si quis habet aures audiẽdi, audiat. Et dicebat illis: Vi
dete quid audiatis, In qua mẽſura mẽſi fueritis, remetietur uobis. Qui e-
23 nim habet, dabitur illi: & q nõ habet, etiã qd' habet auferetur ab eo. ¶ Et
dicebat: Sic eſt regnũ dei: quemadmodũ ſi hõ iaciat ſementẽ in terrã, &
dormiat, & exurgat nocte & die, & ſemen germinet & increſcat dũ neſcit il 35
le. Vltro enim terra fructificat, primũ herbã, deinde ſpicã, deinde plenũ
frumentũ in ſpica. Et cũ ex ſe produxerit fructus ſtatim mittit falcem, quo
24 niam adeſt meſſis. ¶ Et dicebat: Cui aſſimilabimus regnũ dei, aut cui pa-
rabolæ comparabimus illud? Sicut granũ ſinapis, quod cum ſeminatum
fuerit in terra, minus eſt omnibus ſeminibus quæ ſunt in terra: & cũ natũ 40
fuerit aſcendit in arborẽ, & fit maius oĩbus oleribus, & facit ramos mag-
nos, ita ut poſſent ſub umbra eius aues cœli habitare. Et talibus multis pa
rabolis loquebatur eis uerbũ, ,put poterãt audire: ſine parabola aũt nõ lo
25 quebatur eis. Seorſum aũt diſcipulis diſſerebat oĩa. ¶ Et ait illis in illa die
cũ ſero eſſet factũ. Tranſeamus cõtra. Et dimittentes turbam, aſſumũt eũ, 45
ita ut erat in naui: & aliæ naues erant cum illo. Et facta eſt procella magna
uenti, & fluctus mittebant in nauim, ita ut impleretur nauis. Et erat ipſe in
puppi ſuper ceruical dormiẽs, & excitant eũ, & dicũt illi: Magiſter, nõ ad
te pertinet quia perimus? Et exurgens, cõminatus eſt uento, & dixit mari
Tace, obmuteſce. Et ceſſauit uẽtus, & facta eſt tranquillitas magna. Et ait 50
illis: Quid timidi eſtis? Necdũ habetis fidẽ? Et timuerũt timore magno,
& dicebãt ad alterutrũ: Quiſputas eſt iſte, quia uẽtus & mare obediũt ei?

ANNOTAT. BREVES XL. CIRCA LITERAM CAP. IIII.

1 ad mare, 11 unũ trigeſimum, & 13 ſingularis,
παρὰ τὴν θάλασσαν unum ſexageſimum, & καταμόνας
iuxta mare unum centeſimũ. ſolitarie,
5 Et dum ſeminat ἐν τριάκοντα. καὶ ἐν ἑξή ſolitarius
Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ σπείρειν κοντα, καὶ ἐν ἑκατόν 13 hi qui cũ eo erant
Et factũ ẽ dũ ſeminaret in triginta, & in ſexa duodecim,
6 uolucres ginta, & in centum. οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς
– cœli ἐν enim, id eſt in, habent δώδεκα
7 ſuper petroſa codices Græci manu hi qui circũ illũ erant
ἐπὶ τὸ πετρῶδες ſcripti, nõ ἐν id eſt unũ. cũ duodecim
ſingulare. & infra. 15 qui foris ſunt
τοῖς ἔξω

τοῖς ἔξω
exteris
22 in ſe
ἐν ἑαυτοῖς
in ſeipſis
22 temporales
πρόσκαιροι
temporarij
22 tribulatione &
θλίψεως ἢ
tribulatione uel
24 in ſpinis
εἰς τὰς ἀκάνθας
in ſpinas
24 ſeminantur
– hi ſunt
24 erumnæ
αἱ μέριμναι
curæ
ſolicitudines
24 ſeculi
* τούτου huius
29 candelabrum
τὴν λυχνίαν
30 quod non ueniat
ἀλλ' ἵνα ἔλθῃ
ſed ut ueniat
31 in palàm
εἰς φανερόν
in propatulum
32 menſi fueritis
μετρεῖτε
32 remetietur
μετρηθήσεται
mensurabitur
32 uobis
* καὶ προσεθήσεται ὑμῖν
τοῖς ἀκούουσιν
& adijcietur uobis qui
auditis
35 increſcat
μικύνεται
producatur
37 Et cum ſe produxerit
ὅταν δὲ παραδῷ
Cũ aũt ,pductus fuerit
38 cui parabolæ
ἐν ποίᾳ παραβολῇ
in qua parabola
qua comparatione
40 natum fuerit
φυείσ
ſeminatum fuerit
41 aſcendit – in arborem
42 habitare
κατασκηνοῦν
nidificare
44 diſſerebat
ἀπέλυε
diſſoluebat,
aperiebat
45 contra
εἰς τὸ πέραν
in ulteriorem ripam
naues
πλοιάρια
diminutiuum
facta eſt
γίνεται
præſens
mittebant
ἐπέβαλλον
immittebant
irruebant
ita ut
* ἀυτὸ ἤδη
illa iam
impleretur
– nauis
timidi eſtis
* οὕτως ſic?
Necdum
* πῶς οὐκ
Quomodo non
ad alterutrum
πρὸς ἀλλήλους
inter ſeſe
52 Quiſputas
τίς ἄρα
Quiſnam
52 quia
* ὅτι
&

COMMENTARIVS IN CAPVT QVARTVM.

IDomo illa egreſſus, ,pfectus eſt dominus ad mare, ut e nauí doceret,
& cõpreſſione turbæ non impedireẽ dei uerbũ, quo mens ſanatur &
paſcitur, dicente Marco. ¶ Et iterũ cœpit docere ad mare, & congre 20
gata eſt ad eum turba multa, ita ut in nauim aſcendẽs ſederet in mari,
& oĩs turba circa mare ſup terrã erat, & docebat eos in parabolis mul
ta, & dicebat illis in doctrina ſua: Audite. Ecce exijt ſeminans ad ſeminandũ. Et dũ
ſeminat, aliud cecidit circa uiã, & uenerunt uolucres cœli & comederunt illud. Ali-
ud uero cecidit ſuper petroſa ubi nõ habuit terram multam, & ſtatim exortum eſt,
quoniã nõ habebat altitudinem terræ: & quando exortus eſt ſol, exæſtuauit; & eo
ꝓ non habebat radicem, exaruit: & aliud cecidit in ſpinas, & aſcenderunt ſpinæ, &
ſuffocauerũt illud, & fructũ non dedit. Et aliud cecidit in terram bonã, & dabat fru
ctum aſcendentẽ & creſcentẽ: & afferebat unum trigeſimũ, & unum ſexageſimũ,
& unum centeſimũ. Et dicebat: Qui habet aures audiẽdi, audiat. ¶ Quod Marcus
hic ait: In doctrina ſua, hoc eſt, ſuo docendi modo, quod Matthæus cap. 13. dicit: In
parabolis, & mox hanc totam de ſeminante ſubijcit parabolam, numero ſcilicet
centeſimo

Universidad de Deusto
Biblioteca

centesimo uigesimoseptimo, quæ & illic explicata est numero cẽtesimo trigesimo
Deinde subdit Marcus, quod discipuli secreto interrogauerunt dominũ super pa-
21 » rabola seminantis, dicens. ◤ Et cũ esset singularis, interrogauerunt eũ hi, qui cũ eo
» erant duodecim, parabolam. Et dicebat eis: Vobis datũ est nosse mysterium regni
» dei, illis autẽ qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt: ut uidentes uideant, & non ui
» deant: & audientes audiant, & non intelligant, nequando conuertantur, & dimit-
» tantur eis peccata. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? Et quomodo omnes pa-
» rabolas cognoscetis? Qui seminat, uerbũ seminat. Hi aũt sunt qui circa uiam, ubi se
» minatur uerbũ, & cũ audierint confestim uenit satanas & aufert uerbũ, quod semi-
» natũ est in cordibus eorum. Et hi sunt similiter qui supra petrosa seminantur, qui
» cum audierint uerbum, statim cũ gaudio accipiunt illud, & nõ habent radicem in se
» sed temporales sunt, deinde orta tribulatione & persecutione propter uerbũ, con-
» festim scandalizantur. Et alij sunt, qui in spinis seminantur: hi sunt, qui uerbum au-
» diunt, & erumnæ seculi, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ in
» troeuntes suffocant uerbum, & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bo
» nã seminati sunt, qui audiunt uerbũ & suscipiũt, & fructificant, unũ trigesimũ, unũ
» sexagesimum, & unum centesimum. ◤ Et cum esset singularis, id Græce dicitur p
aduerbium καταμόνας, id est, solitarie, semotis scilicet turbis, cum solis discipulis. Et
ubi dicitur hic: Vt uidentes uideant, & non uideant: uideant & nõ uideant. Græce
non est idem uocabulum, sed primo loco dicitur βλέπωσι, & secundo ἴδωσι, tanquã di
cas, ut uidentes uideant, & non perspiciant: ubi uidentes & uideant externũ & sen
sualem intuitum designant, & non perspiciant, internum & spiritualem. Et similis
est sensus particulæ: Vt audientes audiant, & non intelligant. Porro ubi explican-
do, qui sunt ij, qui uerbum seminatum inter spinas suscipiũt, dicitur: Et erumnæ se-
culi & deceptio diuitiarũ, in Marco habetur, αἱ μέριμναι, id est curæ siue solicitudi-
nes, non erumnæ: nam erumna, miseriã significat atq; calamitatẽ. Quin & in Mat-
thæo ἡ μέριμνα, in huius loci respõsu uertitur solicitudo, ubi dicitur cap. 13. numero cẽ
tesimo trigesimo: Et solicitudo seculi istius & fallacia diuitiarum suffocat uerbũ: in
quo numero, quæ hic dicũtur, satis intellecta arbitror. Subdit Marcus de lucerna q̃
22 » infertur, dominum eam parabolam dixisse, quæ sequitur hoc pacto. ◤ Nunquid ue
» nit lucerna, ut sub modio ponatur, aut sub lecto? Nõne ut super candelabrum po-
» natur? Non est enim aliquid absconditũ, quod non manifestetur, nec factũ est oc-
» cultũ, quod nõ ueniat in palã. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis
» Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis, & adijcietur
» uobis. Qui em̃ habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab
eo. ◤ Hæc de lucerna parabola, quæ illuminationem significat Euangelicã, & pa-
rabolæ mystica intelligentia, Matthæi capite quinto, & numero 35. declarata est.
Ipse dominus erat lucerna, quæ ut Græcus habet ἔρχεται, id est uenit, & illuminat ua
rie secundũ auditorum capacitatem. Quanq̃ quod de se, & de doctrina sua uno tẽ
pore erat occultũ, uoluit esse idoneo ad hoc tempore reueiandũ. Et ad hoc secreto
reuelabat suis discipulis mysteria, iubebatq; ijs, quæ audiebant retinendis esse attẽ
tos, ut cũ tempus adesset, ea propalarent, & hominum mentibus publicitus infun-
derent. Quod & ipsi (quis enim addubitet?) fideliter fecerunt. Quia qui communi
cat bona, qua mensura cõmunicat, retribuetur illi: imo multo plura & insigniora
retribuentur ei q̃ quæ communicauerit: quia pro functione temporali rependetur
ei bonum æternũ. Et augebitur illi etiam in hoc mundo gratia, ut sibi semper maio
rem in altero mundo bonitatis, gratiæq; diuinæ mercedem accumulet. At qui non
cõmunicat, maxime cum potest, & q̃ acceptã non auget gratiam, etiã quã habet, &
qua operari poterat bonũ, & non est operatus quasi non habens, auferetur ab eo.

Et hanc

Et hanc ferme sententiam habet Matthæus, capite septimo, decimotertio, & uige
simoquinto: numeris, 61. 128. 237. Subinde Marcus ponit ex uerbis domini para-
» bolam regni dei, de seminante semen in agro suo, & sinente illud fructificare, di-
» cẽs. ◤ Et dicebat: Sic est regnũ dei, quemadmodũ si homo iaciat semẽtem in terrã, 23
» & dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet & increscat, dum nescit ille
» Vltro em̃ terra fructificat, primũ herbã, deinde spicam, deinde plenũ frumentum
» in spica. Et cũ ex se produxerit fructus, statim mittit falcem: quoniam adest messis.
◤ Regnũ dei, regnũ est CHRISTI, Homo iaciens sementem, CHRISTVS dñs.
Semen, uerbum dei. Terra, terra bona, bona mens, bona anima, quæ neq; secus uia
m, neq; petrosa, neq; senticosa est. Nox, mundus iste, totumq; huius mundi tem-
pus. Dies, cœleste regnũ, & seculũ æternitatis. Et particula, nocte, refertur ad dor
miat, & die, ad exurgat. Nam CHRISTVS à tempore ascensionis suæ in cœlum,
huic mundo occultus, dormire uidetur usq; ad tempus messis, quod est tempus iu-
dicij, & cœlesti regno præsens, illic angelis & sanctis exurgere ac uigilare. Semẽ
germinat & increscit, dũ uerbum dei exit in opus. Et hoc, ipso quasi nesciẽte: quia
in hoc mundo dormiente, non quod alicubi absit, aut eũ aliquid lateat (nam ubiq; e-
tiam in hoc mundo præsens est) sed quia nobis sit occulte præsens, & omnia laten-
ter sciens: sicuti contra in cœlo ubiq; manifeste præsens est, & omnia patenter ag-
noscens. Terra bona ultro fructificat, cum sequitur occultũ diuinitatis impulsum.
Primum herbam, cum quis ex suscepto uerbo in opus exit ac incipit. Deide in spi-
cam, cum proficit. Postremo in plenũ frumentũ, cũ pficitur atq; consumatur. Ver-
bum dei mentibus infusum, primum purgat, deinde illuminat, mox perficit atq; cõ
summat. Pater purgat: Filius illuminat: Spiritus perficit. Et id appropriate: quia in
coincidentia, omnes omnia. Purgat spes, illuminat fides, charitas perficit & con-
summat. Messis, boni in horreis cœlestibus collocandi. Tempus messis, particula
re tempus euocationis cuiusq; ex hac uita: Vniuersale, finis mundi, ac dies iudicij.
Falx, iudicium siue particulare, in egressu huius uitæ: siue uniuersale, in uniuersali
corporũ resumptione. In particulari, triticum excussum relinquit thecã: in uniuer-
sali resumit nouam: & sic frumentum plenum, perfectumq; ac consummatũ in spi
ca, tunc horreis cœlestibus, mansionibusq; æternis est inferendum. Et hæc parabo
la de solis bonis est, qui proprie de regno sunt cœlorum: nõ quod ipsi sint regnum
dei, aut regnum cœlorum: nam regnũ dei, & regem, & omnia quibus præest & im
perat, comprehendit: & maxime omnium in ipso rege, qui est omnia in omnibus,
consistit. Hanc parabolã nõ uidetur posuisse Matthæus. Nã hæc de solo tritico, fru
mento ue. Quam autem habet Matthæus capite decimotertio, admiscet tritico zi
zania, ut etiam uisum est numero centesimo trigesimo primo. Deinde ponit Mar-
» cus ex uerbis domini parabolam grani synapis dicens. ◤ Et dicebat: Cui assimila- 24
» bimus regnum dei, aut cui parabolæ comparabimus illud? Sicut granum sinapis,
» quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus, quæ sunt in ter
» ra, & cum natum fuerit, ascendit in arborem, & fit maius omnibus oleribus & facit
» ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aues cœli habitare. Et talibus multis
» parabolis loquebatur eis uerbũ, prout poterant audire: sine parabola autẽ nõ loq̃-
» batur eis. Seorsum aũt discipulis suis disserebat omnia. ◤ Hæc parabola posita est
Matthæi cap. 13, & declarata numero 132. Et dominũ multis talibus parabolis locu-
tum turbis, ex Matthæo cognoscimus, ubi capite eodem subdit parabolas de ser-
mẽto, de thesauro abscondito in agro, de preciosa margarita, & de sagena missa in
mare: numeris 133. 136. 137. 138. Et oẽs parabolas seorsum exponebat apostolis, re-
serans eis mysteriũ, & spũalis sensus intelligentiã: ut partim expressit Matthæus,
& partim etiã reliquit inexpressa. Ad hoc aũt dñs disserebat, reserebatq; illa apo

stolis

Universidad de Deusto
Biblioteca

stolis, ut cum tempus aduentasset, apertũ dilucidumq; facerent Euangeliũ. Finitis
ad turbas parabolis, quid dominus discipulis mandauerit, prosequitur Marcus, di-
25 » cens. ¶ Et ait illis in illa die, cũ sero esset factum: Transeamus contra. Et dimitten-
» tes turbam, assumunt eum ita, ut erat in naui, & aliæ naues erant cũ illo. Et facta est
» procella magna uenti, & fluctus mittebant in nauim, ita ut impleretur nauis: Et e-
» rat ipse in puppi super ceruical dormiens, & excitant eum, & dicunt illi: Magister,
» nõ ad te pertinet, quod perimus? Et exurgens, cõminatus est uento. Et dixit mari:
» Tace, & obmutesce. Et cessauit uentus, & facta est tranquillitas magna. Et ait illis
» Quid timidi estis. Necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebãt
» ad alterutrum: Quisputas est iste, quia uentus & mare obediunt ei? ¶ Quod dicit:
Transeamus contra, ἐις τὸ πέραν, hoc perinde est ac si dicatur: Transeamus in ulterio
rem ripam. Et quid est, Assumunt eum ita ut erat in naui? nisi suscipiunt eũ, ut in op
positam educerent ripam, sicut erat in naui, in qua prædicabat? nõ enim erat in ter
ra, sed in naui, unde populo quem dimisit, prædicabat. Non ergo intelligas. Assu-
munt eũ, ponunt eum in suam nauim: sed per assumptionem, uolũtatis eius execu-
tionẽ, & obsequentiũ obedientiam intellige: & ita id, in naui, ad erat, referendũ est
non ad assumunt. Et quod hic dicitur: Et aliæ naues erant cũ illo: sic Marcus hãc to
tam sententiã habet: παραλαμβάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ· καὶ ἄλλα δὲ πλοιάρια ἦν μετ' αὐτοῦ
Quod ita uertendũ fuisse uidetur: Assumunt eum ita, ut erat in naui: sed & aliæ na-
uiculæ erant cũ illa, non, cum illo, ut αὐτοῦ, id est illa, referat τῷ πλοίῳ, id est naui, non
CHRISTO, siquidem naues cum nauibus, & homines cum hominibus esse apte
dicuntur. Adde quod τῷ πλοίῳ, uicinius est, quod referre debeat relatiuum αὐτοῦ.
Sed id perexiguum est. Et quid est: Et fluctus mittebant in nauim, quod Marcus
ait: ἐπέβαλλεν ἐις τὸ πλοῖον? Hoc sane, irruebant in nauim. Et quid etiam est: Non ad te
pertinet, quod perimus? quod Marcus dicit: ὀν μέλεσοι ὅτι ἀπολλύμεθα. Certe id: Nõ est
tibi curæ, quod perimus? Et hoc totũ diuinæ CHRISTI potentiæ factũ, Matthæi
capite octauo, numero .>>. enarratum est, & ibidem spiritalis eius intelligentia ad
iecta. Et tantis uisis prodigijs, quid mirũ si exterriti sunt qui aderant, & dixerunt:
Quis putas est iste, quia uentus & mare obediunt ei? Quæ nullis unq; obedire uisa
sunt. Quis enim unq; uidit, ut quis minatus uento & mari, imperiose coëgerit illa
Psal. 134. sibi obedire, nisi ille de quo dictum est: Qui produxit de thesauris suis uentos. Et
88 rursus: Tu dominaris potestati maris, motũ autem fluctuũ eius tu mitigas: & rur-
64 sus: Qui conturbas profundũ maris, sonum fluctuũ eius. Hominẽ infirmũ uidebãt
sed omnipotentis opus cernebant: & ijdem hominis & dei uerbum admirati stupe
bant: & hoc quia nondum aperte intelligebant, pluscq; admirandi filij dei diuinæ in
carnationis sacramentum. Ergo perfectam fidem in eũ habeamus, cui uentus &
mare obediunt, qui turbines tentationum malorum spirituũ frenat, & mundanos
reprimit impetus & serenat, & ad portũ uitæ ducit æternũ, & ad eum qui omniũ ha
bet potestatem, patrem misericordiarũ. Cui per filiũ, cunctorũ malorũ se datorem,
pacificatorem, serenatorem in spiritu sancto, honor, & potestas, & imperium, in o-
mnia secula seculorum. Amen.

CAPVT QVINTVM.

26

Et uenerunt transfretum maris in regionem Gerasenorũ
Et exeunti ei de naui, statim occurrit de monumentis hõ
in spũ immundo, qui domicilium habebat in monumen-
tis. Et neque catenis iam quisquam poterat eum ligare:
quoniam sæpe cõpedibus & catenis uinctus, dirupisset ca 5
tenas

tenas & cõpedes cõminuisset, & nemo poterat eũ domare. Et semper die
ac nocte in monumentis & in mõtibus erat, clamans & cõcidens se lapidi-
bus. Videẽs aũt IESVM a longe, cucurrit & adorauit eũ, & clamãs uoce ma-
gna, dixit: Quid mihi & tibi IESV fili dei altissimi? Adiuro te per deũ, ne
10 me torqueas: Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde ab homine isto. Et
interrogabat eũ: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est
quia multi sumus. Et deprecabatur eum multũ, ne se expelleret extra regi-
onem. Erat autẽ ibi circa montẽ grex porcorum magnus pascens in agris.
Et deprecabantur eum spiritus, dicentes. Mitte nos in porcos, ut in eos in
15 troeamus. Et concessit eis statim IESVS. Et exeuntes spiritus immundi, in-
troierunt in porcos, & magno impetu grex p̃cipitatus est in mare ad duo
milia, & suffocati sunt in mari. Qui autẽ pascebant eos, fugerunt, & nun-
ciauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt uidere quid esset facti: &
uenerunt ad IESVM: & uident illum qui a dæmonio uexabat, sedentem,
20 uestitũ, & sanæ mentis, & timuerũt. Et narrauerũt illis, qui uiderant, qua-
liter factũ esset ei qui dæmoniũ habuerat, & de porcis. Et rogare cœperũt
eum, ut discederet de finibus eorũ. Cumq; ascenderet nauim, cœpit illum
deprecari, qui a dæmonio uexatus fuerat, ut esset cũ illo: & nõ admisit eũ.
sed ait illi: Vade in domũ tuã ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi domi-
25 nus fecerit, & misertus sit tui. Et abijt & cœpit p̃dicare in Decapoli quan-
ta sibi fecisset IESVS: & omnes mirabantur. ¶ Et cum transcendisset IESVS 27
in naui rursus trans fretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa ma
re. Et uenit quidam de archisynagogis nomine Iairus: & uidens eum pro-
cidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens: quoniã filia mea
30 in extremis est: Veni impone manum tuam super eam, ut salua sit & uiuat
Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.
Et mulier quæ erat in pfluuio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa
perpessa a compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam
profecerat, sed magis deterius habebat: cum audisset de IESV, uenit in tur
35 ba retro, & tetigit uestimentũ eius, dicebat enim: quia si uel uestimentum
eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sen
sit corpore quia sanata esset a plaga. Et statim IESVS in semetipso cogno-
scens uirtutem, quæ exierat de illo: conuersus ad turbã, aiebat: Quis teti-
git uestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbã comprimen
40 tem te, & dicis: Quis me tetigit? Et circũspiciebat uidere eam quæ hoc fe-
cerat. Mulier uero timens & tremens, sciens quod factum esset in se, uenit
& procidit ante eum, & dixit ei omnem ueritatem. Ille aũt dixit ei: Filia fi
des tua te saluam fecit: uade in pace, & esto sana a plaga tua. Adhuc eo lo-
quente, ueniũt nuncij ad archisynagogum, dicentes: quia filia tua mortua
45 est. Quid ultra uexas magistrum? IESVS autem audito uerbo quod dice-
batur, ait archisynagogo: Noli timere, tantummodo crede. Et nõ admisit

Universidad de Deusto
Biblioteca

quenquam se sequi, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi.
Et ueniunt in domũ archisynagogi. Et uidit tumultum, & flentes, & eiu-
lantes multum. Et ingressus ait illis: Quid turbamini & ploratis? Puel-
la non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse uero eiectis omni- 50
bus assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erãt, & ingrediuntur
ubi puella erit iacens. Et tenens manum puellæ, ait illi: Tabitacumi,
quod est interpretatum, Puella (tibi dico) surge. Et confestim surrexit
puella, & ambulabat. Erat autem annorum duodecim. Et obstupuerunt
stupore magno. Et præcepit illis uehemẽter, ut nemo id sciret, & iussit da 55
ri illi manducare.

ANNOTATIONES BREVES LIII. CIRCA LITERAM CAP. V.

1 trans fretum
ἐις τὸ πέραν
in ulteriorem partẽ
& infra.
1 Gerasenorum
γαδαρηνῶν
Gadarenorum
4 catenis - iam
5 dirupisset
διεσπᾶσθαι
discerpsisset
6 poterat
ἴσχυεν
ualebat
7 se
ἑαυτὸν
seipsum
10 homine - isto
11 Legio
λεγεὼν
12 ne se
ἵνα μὴ αὐτοὺς
plurale.
12 expelleret
ἀποστείλῃ
mitteret
13 circa montem
πρὸς τῷ ὄρει
iuxta montem
13 pascens - in agris
14 spiritus,
πάντες οἱ δαίμονες
omnes dæmones
15 concessit
ἐπέτρεψεν.

16 permisit
16 ad duo milia
ὡσεὶ δισχίλιοι
erãt aũt fere bis milleni
17 eos
τοὺς χοίρους
porcos
18 quid esset facti,
τί ἐστι τὸ γεγονὸς
quid est qd factũ est
19 uenerunt
ἔρχονται
19 præsens
19 q à dæmonio uexabat,
τὸν δαιμονιζόμενον
19 sedentem, * καὶ &
20 mentis
* τὸν ἐσχηκότα τὸν λε
γεῶνα
21 eũ q habuerat legionẽ
21 ei q dæmoniũ habue-
τῷ δαιμονιζομένῳ (rat,
22 cœpit illum deprecari
παρεκάλει αὐτὸν
deprecabatur illum
23 q à dæmonio uexatus
ὁ δαιμονισθεὶς (fuerat
23 & non admisit
ὁ δὲ ἰησοῦς οὐκ ἀφῆκεν
IESVS aũt nõ pmisit
& infra.
26 Et cũ transcendisset
καὶ διαπεράσαντος
& cũ transfretasset,
& cum traiecisset

28 Et * ἰδοὺ ecce
28 uenit quidam
ἔρχεται εἷς
uenit unus
29 filia
τὸ θυγάτριον
filiola
30 diminutiuum.
30 Veni, impone
ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς
ut uenias & imponas
30 manum - tuam
τὰς χεῖρας
plurale.
30 uiuat.
ζήσεται
futurum indicantis.
33 erogauerat
δαπανήσασα
expenderat
33 nec quicq profecerat,
οὐ μηδὲν ὠφεληθεῖσα
nec quicq adiumẽti
senserat
34 magis deterius habebat
μᾶλλον εἰς τὸ χεῖρον ἐλ
θοῦσα
35 magis in deterius uene-
si uel uestimentum (rat
κὰν τῶν ἱματίων
plurale.
36 sensit
ἔγνω
cognouit
37 à plaga

ἀπὸ

ἀπὸ τῆς μάστιγος
& infra.
38 de illo:
de se
39 ad turbam
ἐν τῷ ὄχλῳ
in turba
40 uidere
ut uideret
44 ueniunt - nuncij
44 ad archisynagogum
ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου
ab archisynagogo

45 autem * εὐθέως statim
48 ueniunt
ἔρχεται
singulare.
48 uidit
θεωρεῖ
præsens.
49 turbamini
θορυβεῖσθε
tumultuamini
49 Puella
τὸ παιδίον
& infra.

51 ingrediuntur
εἰσπορεύεται
singulare.
52 puellæ * ἡ &
52 Tabita cumi
ταλιθὰ κουμί
53 Puella
τὸ κοράσιον
& infra.
55 iussit
εἶπε
dixit.

COMMENTARIVS IN CAPVT QVINTVM.

Prosequitur Marcus aduentum domini in terram Gerasenorũ, dicẽs.
Et uenerunt trans fretum maris in regionẽ Gerasenorũ. Et exeun- 26
ti ei de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immũdo,
qui domicilium habebat in monumentis. Et neq; catenis iam quisquã
poterat eũ ligare: quoniã sæpe cõpedibus & catenis uinctus, dirupisset catenas, &
compedes cõminuisset, & nemo poterat eũ domare. Et semper die ac nocte in mo-
numentis & in montibus erat clamans & concidens se lapidibus. Videns autem
IESVM à longe, cucurrit, & adorauit eũ: & clamãs uoce magna, dixit: Quid mihi
& tibi IESV fili dei altissimi? Adiuro te per deũ, ne me torqueas. Dicebat enim illi:
" Exi spiritus immunde ab homine isto. Et interrogauit eũ: Quod tibi nomẽ est? Et
" dicit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum, ne
" se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorũ magnus
" pascens in agris, & deprecabãtur eũ spiritus, dicẽtes: Mitte nos ĩ porcos, ut in eos
" introeamus. Et concessit eis statim IESVS. Et exeũtes spiritus immũdi, introierũt
" in porcos, & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo milia, & suffocati
" sunt in mari. Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nunciauerũt in ciuitatem, & in
" agros. Et egressi sunt uidere quid esset facti. Et uenerunt ad IESVM, & uident illũ
" qui à dæmonio uexabatur sedentem, uestitum, & sanæ mẽtis, & timuerunt. Et nar-
" rauerunt illis qui uiderãt, qualiter factum esset ei, qui dæmoniũ habuerat, & de por-
" cis. Et rogare cœperunt eum, ut discederet de finibus eorum. Cumq; ascẽderet na
" uim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio uexatus fuerat, ut esset cũ illo: & nõ ad-
" misit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quãta tibi do-
" minus fecerit, & misertus sit tui. Et abijt, & cœpit prædicare in Decapoli, quãta sibi
" fecisset IESVS, & omnes mirabãtur. De uno à dæmonio acto hic Marcus memi-
nit: Matthæus capite octauo, numero septuagesimooctauo, duorũ, Marcus memi-
nisse uidet de eo qui erat sæuior, & in quo potentius emicuit diuinæ potẽtiæ signũ.
Et adijcit ad Matthæum, quod iam nemo poterat eum catenis & compedibus coẽr
cere, quod sæpe tentatum fuerat. Quod die noctuq; miserabiliter in monumentis,
& montibus ululabat, sese lapidibus concidens & lanians, id faciebãt maligni spiri
tus (qui pmissu diuino multi in eo hactenus habitarant, ut diuina uirtus in illo nõ cõ
tra unicum, sed cõtra exercitum dæmonum, eluceret) suam infelicitatẽ testãtes, ma
lentesq; se mortalẽ nactos esse conditionẽ, quàm in illa sua præsenti miseria, & lon
ge grauiore expectata sorte immortalitatẽ. Quod à lõge uiso domino cucurrit &
adorauit eum, hoc exercitus malignorum spirituũ, non theosebia, nõ amore, sed ti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

more infernalium pœnarũ fecit. Te (inquit) adiuro p̃ deũ, ne me torqueas. ubi Matthæus addit, ante tẽpus: ut id itelligat̃ de pœnis, quas iã reformidarẽt se post nouissimũ passuros dit̃. Et quod precabat̃, ne se extra regionẽ illam emitteret, an ne id ideo erat quod immũdi inter immundos leuius suas miserias ferrẽt? Hæc sunt quæ Marcus addit ad Matthæũ, & paucula alia. Et id, Mitte nos, perinde est ac pmitte. & id. Et cõcessit, idẽ quod permisit: ut intelligas dominũ non iussisse, sed pmisisse, quod aptius ex Lucæ octauo cognoscitur. Quod autẽ dicitur: Et præcipitatus est grex in mare ad duo milia: intellige ad duo milia porcorũ, qd' ex ipso Marco facile cognoscitur: quia quod nobis interpres reddidit duo milia, masculinũ est; δισχίλοι, & refertur ad porci, tanq̃ si dicas, bis milleni. Reliqua (ut iã dictũ est) ex Matthæi cap. octauo, numero. 28. nota sunt. Adijcit præterea Marcus ad Matthæũ, dominũ, uirum illum à se purgatũ à legione, quæ magnũ in se cõtinet numerũ dæmoniorũ, fecisse diuinæ potẽtiæ suæ præconem apud Decapolitanos, qui eius sæuitiã agnouerant: quod ideo diuina benignitate factũ putatur, ut eius mititatẽ agnoscẽtes, se ad diuinam illam dei mansuetudinem cõuerterent, & omnem quẽ malus dæmon infligit impetũ fugerent atq̃ furorem. Enarrato hoc diuinæ potẽtiæ mirabili facto, pergit narrare Marcus de muliere sanata à pfluuio sanguinis, & de suscitatiõe filiæ ar-
21 „ chisynagogi, dicens. ¶ Et cum transcendisset IESVS in naui rursum trans fretũ, cõ
„ uenit turba ad eũ, & erat circa mare. Et uenit quidã de archisynagogis nomine Iai-
„ rus. Et uidens eum procidit ad pedes eius, & deprecabatur eũ multũ, dicẽs, quoniã
„ filia mea in extremis est: ueni, impone manũ tuam super eã, ut salua sit, & uiuet. Et
„ abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & cõprimebant eum. Et mulier quæ
„ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpessa à cõpluribus
„ medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquã profecerat, sed magis deterius habe
„ bat: cum audisset de IESV, uenit in turba retro, & tetigit uestimentũ eius. Dicebat
„ enim, quia si uel uestimẽtũ eius tetigero, salua ero. Et cõfestim siccatus est fons san
„ guinis eius, et sensit corpore qa sanata eẽt à plaga. Et statim IESVS ĩ semetipso co
„ gnoscẽs uirtutẽ quæ exierat de illo, cõuersus ad turbã, aiebat: Quis tetigit uestimẽ
„ ta mea? Et dicebãt ei discipuli sui: Vides turbã comprimentem te, & dicis: Quis me
„ tetigit? Et circunspiciebat uidere eam quæ hoc fecerat. Mulier uero timens & tre-
„ mens, sciens quod factum esset in se, uenit & procidit ante eum, & dixit ei omnẽ ue
„ ritatem. Ille autẽ dixit ei: Filia, fides tua te saluã fecit, uade in pace, & esto sana à pla
„ ga tua. Adhuc eo loquente, ueniunt nuncij ad archisynagogum, dicentes, quia filia
„ mortua est: Quid ultra uexas magistrum? IESVS audito uerbo quod dicebatur,
„ ait archisynagogo: Noli timere, tantummodo crede. Et non admisit quenquam se
„ sequi, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi. Et ueniunt in domũ ar-
„ chisynagogi, & uidit tumultum, & flentes, & eiulantes multum. Et ingressus ait il-
„ lis: Quid turbamini & ploratis? Puella non est mortua, sed dormit. Et irridebãt eũ.
„ Ipse uero eiectis omnibus assumit patrem & matrẽ puellæ, & qui secũ erant, & in-
„ grediũtur ubi puella erat iacens. Et tenens manũ puellæ, ait illi: Talitha cumi, quod
„ est interpretatũ: Puella (tibi dico) surge. Et cõfestim surrexit puella, & ambulabat:
„ erat autem annorũ duodecim, & obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis ue
„ hementer, ut nemo id sciret. Et iussit dari illi manducare. ¶ Hæc eadẽ narrat Matthæus cap. nono, numero. 82. Adijcit tamẽ hic Marcus nomen archisynagogi, hoc est principis synagogæ, ἰάειρος, Iairus. Et de muliere hæmorrhusa addit, quod multa fuerat perpessa à compluribus medicis eam curare conãtibus, quod q̃ cõsumpserat omnes facultates suas, et adeo' nihil profecerat, ut etiã multo deterius haberet. Nec mirũ, quia hic morbus ex eorum genere erat, qui μάστιγες, id est flagella nuncupãtur: & quia à terrenis leuamen non suscipiunt medicis, sed cœlestem, diuinũq̃ expetũt medicum.

medicum. Addit insuper, q̃ ubi tetigit uestimentũ, continuo se sensit à plaga leuatam: adeo repente facta est in ea quædã noua & sensu percepta corporis affectio. Quod q̃ dominus uoluit ex cõfessiõe mulieris hoc cœleste beneficiũ cognosci: ex quo & cõmendatione fidei eius intelligit̃, dominũ uoluisse cæteros ad fidem animare. Sed & dũm dixisse: Esto sana à plaga tua. Quo uerbo innuit dominus eum morbũ fuisse, qui curam ab homine nõ recipit, cuiusmodi morbos incurabiles insanabiles q̃ dicimus: sed deo nullũ est incurabile, à maligno aut mundo inflictũ uulnus, quantũcunq̃ sit graue & desperabile peccatũ. Addit etiã quosdã ab archisynagogo, id est e' domo illius uenisse, dicentes ut desineret fatigare dominũ, q̃ iam puella efflasset animã, & mortua esset: ut qui plane' diffiderẽt dũm posse mortuam suscitare, etsi nõ morbos sanare. Ideo digni nõ fuerũt, ut suscitationi mortuæ interessent. Sed iussit patrẽ maiori fide esse, qui & interfuit, & mater puellæ, & Petrus, & Iacobus, & Ioannes frater eius. Apponit quoq̃ Marcus uerba qbus usus est dominus. Talitha cumi, quod interpretat̃, puella surge. Et particula, tibi dico, nõ pertinet ad interpretationẽ sermonis, sed per parenthesin legẽda est, ut ordo sit talis: Et tenẽs manũ puellæ, ait illi: Tibi dico, Talitha cumi. Tibi dico, puella surge, ut illa particula, tibi dico, præponat̃, sicuti cap. 2. huius: Tibi dico puella surge, tolle grabbatum tuũ, aut si magis placet, postponat̃, ut sit sensus: Puella surge, tibi dico, quẽ loquendi modũ in quotidiano sermone usurpamus. Et addit q̃ surrexerit & ambulauerit, quod q̃ ætate duodecẽnis esset, & quod dominus iusserit dari ei quod manducaret, ut nemo ambigere posset de resurrectionis ueritate. Quo facto præcepit eis uehementer dominus, ut id (ipsis narrantibus) nemo sciret, quod tacet Matthæus. Reliqua omnia ex ijs quæ circa Matthæũ numero. 82. uisa sunt, patere possunt. At dices forsitan: Si præcepit eis dominus multũ ac uehementer, ut nemo sciret, q̃modo ergo ait Matthæus: Et exijt fama hæc in uniuersam terrã? Non dicit quod inuulgante patre aut matre. Et ideo arbitror eos post præceptũ domini, etiã uehemens atq̃ arctum, nõ aliter quicq̃ fuisse locutos q̃ apostolos. Sed sic uoluisse dominum rem inuulgari per turbam illam tumultuantiũ, flentium, & eiulantium multum, qui dominũ gloriæ irriserant, quod dixerat: Quid tumultuamini & ploratis? Puella nõ est mortua, sed dormit. Vbi insinuabat quod mors nostra, à qua aliquando excitãdi sumus ad uitã, nõ est simpliciter dicenda mors, sed somnus dormitio q̃ uitæ: ut priuatio functionis sensuũ ad tempus, ex qua postea redimus ad uigiliã, nõ est dicenda mors sensuũ, sed somnus & soporatio uigiliæ: at uero ipsa paulo post de somno uitæ excitanda erat ad uitam: dormiebat ergo, & parũ quidem dormitura. Verũ ipsi de dormitione & somno uigiliæ intelligebant: certo scientes eam defunctam esse, uitaq̃ destitutã. Et hunc intelligentes, irridebant eum. Et hac ratiõe facti indigni ut mysterio interessent, eiecti sunt foras. Sed paulo post cum uiderẽt puellam uiuam, & nullum uestigium mortis, sed nec infirmitatis quidem habentẽ, ipsa re absq̃ uerbis ullis prædicante, diuinam admirati uirtutem, quam uere sciuerant mortuam, diuulgarunt per totam regionem, uere stupendo & supra omnem opinionem opere, à domino e' tenebris mortis reuocatam ad uitam. Tanta est dei bonitas, ut de irrisoribus suis faciat suæ diuinitatis prædicatores, & maxime admiratores, amatores q̃ ac dilectores eius quẽ prius contempserũt. Sed feliciores sunt qui semper credunt, qui nunq̃ contemnunt, qui rebus diuinis inspectandis admituntur, & secreto silentio deum super omnia honorant, & eius magnificant opera, flammantes & ardentes dei super omnia dilectione ac charitate: cui nulli fidelium mortui sunt, etsi aliqui somno uitæ dormiunt: qui est pater ab omnibus benedictus filius super omnia benedictus, spiritussanctus in omnibus benedictus, deus unus. Cui omnis honor, gloria, & dominatio in omnia seculorum secula. Amen.

Universidad de Deusto
Biblio

CAPVT SEXTVM.

28 Et egressus inde, abijt in patriam suam, & sequebantur eũ
discipuli sui. Et facto sabbato, cœpit ĩ synagoga docere: &
multi audientes, admirabantur in doctrina eius, dicẽtes:
Vnde huic hæc oia? Et quæ est sapientia, quæ data est il-
li: & uirtutes tales, quæ per manus eius efficiũtur? Nonne 5
hic est faber filius MARIAE, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis?
Nonne & sorores eius hic nobiscũ sunt? Et scãdalizabantur in illo. Et dice
bat illis IESVS: qa non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in do
mo sua, & in cognatiõe sua. Et nõ poterat ibi uirtutẽ ullam facere, nisi pau
cos infirmos impositis manibus curauit: et mirabatur ꝓpter incredulitatẽ 10
29 eorũ, & circũibat castella in circuitu docens. Et uocauit duodecim, & cœ
pit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum.
Et præcepit eis ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantum: nõ peram, nõ
panẽ, neq; in zona æs, sed calceatos sandalijs: & ne induerẽtur duabus tu-
nicis. Et dicebat eis: Quocũq; introieritis in domũ, illic manete donec ex- 15
eatis inde: & quicunq; nõ receperint uos, nec audierint, exeũtes inde, excu
tite puluerẽ de pedibus uestris in testimõnium illis. Et exeuntes, prædica
bant ut pœnitentiam agerẽt: & dæmonia multa eijciebãt, & ungebãt oleo
30 multos ægros, & sanabãtur. Et audiuit rex Herodes (manifestum enim
factũ est nomẽ eius) & dicebat, quia Ioãnes Baptista resurrexit a mortuis: 20
& propterea uirtutes operantur in illo. Alij aũt dicebãt, qa Helias est. Alij
uero dicebãt, quia propheta est, quasi unus ex prophetis. Quo audito, He
31 rodes ait: Quẽ ego decollaui Ioannẽ, hic a mortuis resurrexit. Ipse enim
Herodes misit ac tenuit Ioannem, & uinxit eũ in carcerem propter Hero-
diadem uxorẽ Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Ioan- 25
nes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autẽ insi-
diabatur illi, & uolebat occidere eum, nec poterat. Herodes aũt metuebat
Ioannẽ, sciẽs eum uirum iustum & sanctum, & custodiebat eum: & audito
eo, multa faciebat, et libẽter eũ audiebat. Et cũ dies opportunus accidisset,
Herodes natalis sui cœnã fecit prĩcipibus, & tribunis, & primis Galilææ. 30
Cũq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, si
mulq; recumbẽtibus, rex ait puellæ: Pete a me quod uis, & dabo tibi: & iu
rauit illi, quia quicquid petieris, dabo tibi, licet dimidiũ regni mei. Quæ
cum exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Ba
ptistæ. Cumq; introisset statim cũ festinatione ad regẽ, petiuit, dicẽs: Vo 35
lo, ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et cõtristatus est
rex. Propter iusiurandum, & propter simul discumbẽtes noluit eam cõtri
stare, sed misso spiculatore præcepit afferri caput eius ĩ disco, & decollauit
eum in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella
dedit matri suæ. Quo audito discipuli eius uenerũt, & tulerũt corpus eius 40
& posuerũt

& posuerũt illud in monumento. Et cõuenientes apostoli ad IESVM, re 32
nunciauerũt ei omnia quæ egerãt & docuerãt. Et ait illis: Venite seorsum
in desertũ locum, & requiescite pusillũ. Erant em̃ qui ueniebant & redibãt
multi: & nec spaciũ manducandi habebant. Et ascendentes in nauim, abie
45 runt in desertũ locum seorsum. Et uiderunt eos abeuntes, & cognouerunt
multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerũt illuc, & p̃uenerunt
eos. Et exiens uidit turbã multã IESVS, & misertus est super eos, quia erãt
sicut oues nõ habentes pastorem, & cœpit illos docere multa. Et cum iam
hora multa fieret, accesserũt discipuli eius, dicẽtes: Desertus est locus hic,
50 & iam hora præterijt: Dimitte illos, ut euntes in proximas uillas & uicos,
emãt sibi cibos q̃s manducẽt. Et respõdens ait illis: Date illis manducare.
Et dixerũt ei: Eũtes emamus ducẽtis denarijs panes, & dabimus illis man-
ducare. Et dicit eis. Quot panes habetis? Ite & uidete. Et cũ cognouissent,
dicũt. Quinq;, & duos pisces. Et præcepit illis, ut accũbere facerẽt omnes
55 secundũ cõtubernia sup uiride fœnũ. Et discubuerũt in partes, per cente-
nos & quinquagenos. Et acceptis quinq; panibus, & duobus piscibus, in-
tuens in cœlũ, benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, ut ponerẽt
ante eos: & duos pisces diuisit omnibus. Et manducauerũt omnes, & satu-
rati sunt. Et sustulerũt reliquias fragmentorũ duodecim cophinos plenos
60 & de piscibus. Erant autẽ qui manducauerũt quinq; milia uirorum. Et sta
tim coẽgit discipulos suos ascendere nauim, ut præcederẽt eum trans fre-
tum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populũ. Et cũ dimisisset eos, 33
abijt in montẽ orare. Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse so
lus in terra. Et uidens eos laborantes in remigando (erat enim uentus con
65 trarius eis) & circa quartã uigiliã noctis uenit ad eos ambulans supra ma-
re, & uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eum ambulantẽ supra ma-
re, putauerũt phantasma esse, & exclamauerũt. Omnes em̃ uiderunt eum
& cõturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dicit eis. Confidite, ego
sum, nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit uentus. Et plus
70 magis intra se stupebant. Non em̃ intellexerũt de panibus: erat enim cor
eorum obcæcatum. Et cum transfretassent, uenerunt in terram Genesa- 34
reth, & applicuerunt. Cumq; egressi essent de naui, continuo cognoue-
runt eum: & percurrentes uniuersam regionem illam, cœperunt in grab-
batis eos qui se male habebant circumferre, ubi audiebant eum esse. Et
75 quocunq; introibat in uicos, uel in uillas aut ciuitates, in plateis ponebãt
infirmos, & deprecabantur eum, ut uel fimbriam uestimenti eius tange-
rent: & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

ANNOTAT. BREVES LXXXVIII. CIRCA LITERAM CA. VI.

1 sequebantur ἀκολουθοῦσιν præsens.
3 admirabantur – in doctrina eius ἐξεπλήσσοντο
obstupescebant
4 hæc – omnia?
5 illi: * ὅτι quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 tales – quæ
6 faber 24
ὁ τέκτων
6 frater* ἡ autem
6 Ioseph 25
ἰωσῆ
7 nobiscum
πρὸς ἡμᾶς 27
apud nos
8 sine honore,
ἄτιμος 28
inhonoratus,
in nullo precio habitus
9 in cognatione – sua. 29
ἐν τοῖς συγγενέσι 30
inter cognatos
9 nisi
nisi quod 30
10 incredulitatem
τὴν ἀπιστίαν
infidelitatem 30
11 castella
τὰς κώμας
11 uocauit 30
προσκαλεῖται
aduocat 33
15 Quocunq;
ἐὰν ἔλθῃ
Vbicunq; 33
16 audierint* ὑμῶν uos
16 exeuntes
ἐκπορευόμενοι 33
17 de pedibus 33
τὸν ὑποκάτω τῶν ποδῶν
qui est sub pedibus
17 illis. 35
*ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκ 37
τότερον ἔσται σοδόμοις καὶ γομόῤῥοις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ
Amẽ dico uobis, tole 38
rabilius erit Sodomis
aut Gomorrhis in die
iudicij, q̃ ciuitati illi. 38
19 sanabantur
ἐθεράπευον
actiuum singulare. 38
21 Alij – autem 38
23 hic
*ἐστιν. αὐτὸς est. ipse.
in carcerem 39
εἰς φυλακὴν
ablatiuus 40
duxerat
ἠγάγετο
duxerat uxorem 41
Herodes autem
ὁ γὰρ ἡρῴδης
Herodes enim 42
custodiebat 42
συνετήρει 42
obseruabat
accidisset: *ὅτι quãdo 43
natalis sui
τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ
in natalitijs suis 44
fecit
ἐποίει
imperfectum.
principibus
τοῖς μεγιστάσιν 44
magnatibus 44
tribunis 45
τοῖς χιλιάρχοις 45
simulq; recũbentibus: 46
καὶ τοῖς συνανακειμένοις
& simul accũbentibus
quod uis: 46
ὃ ἐὰν θέλῃς
quicquid uelis
quicquid * με à me 46
licet dimidium
ἕως ἡμίσους
usq; ad dimidium 47
Volo ut – protinus
iusiurandum 49
τοὺς ὅρκους
iuramenta
plurale. 49
contristare: 49
ἀθετῆσαι 50
reijcere
sed
καὶ εὐθέως 50
& protinus
misso * ὁ βασιλεὺς rex
eius – in disco 50
* ὁ δὲ ἀπελθὼν

ille autem abijt
& puella dedit
* αὐτὴν illud
corpus
τὸ πτῶμα
cadauer
Et conuenientes
καὶ συνάγονται
& congregati
omnia* πάντα &
egerant & * ὅσα quæ
Venite
* ὑμεῖς αὐτοὶ uos ipsi
redibant
ὑπάγοντες
abibant
& nec spacium man-
ducandi habebant.
Ⓒ οὐδὲ φαγεῖν εὐκαίρουν
ac ne mãducandi qdẽ
opportunitatẽ hẽbãt
Et – ascẽdẽtes ĩ nauĩ
abierũt ἀπῆλθον singul.
locũ *τῷ πλοίῳ nauim
cognouerũt *αὐτὸν eũ
pedestres
πεζῇ
itinere pedestri
cucurrerunt
συνέδραμον
concurrerunt
præuenerunt eos.
* Ⓒ συνῆλθον πρὸς αὐτὸν
& cõuenerũt ad illũ
super eos
ἐπ' αὐτοῖς
fieret:
γενομένης
facta esset
accesserũt * αὐτῷ ad
locus – hic: (eum
præterijt:
πολλά
multa
euntes
ἀπελθόντες
abeuntes
in proximas uillas
εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγροὺς
in cir-

in circũiacentes uillas
51 sibi cibos
ἑαυτοῖς ἄρτους 56
sibijpsis panes
51 cibos – quos manducent,
* τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν
quid eẽ manducẽt 57
non habent,
51 illis * ὑμεῖς uos
52 dabimus 59
δῶμεν 60
demus
53 Ite
ὑπάγετε 62
Abite
55 secundũ contubernia.
συμπόσια συμπόσια 63
conuiuia conuiuia
per conuiuia,
conuiuiatim 63
55 uiride fœnũ.
τῷ χλωρῷ χόρτῳ
uiridem herbã 64
55 in partes:
πρασιαὶ πρασιαί
areolæ areolæ, 69
per areolas
areolatim
intuens
ἀναβλέψας 70
suspiciens,
sublatis oculis
ut ponerẽt ante eos, 70
ἵνα παραθῶσιν αὐτοῖς
ut apponerent eis 72
sustulerunt – reliquias
manducauerunt,
* τοὺς ἄρτους ὡσεὶ 72
panes fere
populum.
τὸν ὄχλον 73
turbam
orare.
ut oraret, 75
ἵνα παῖς ἀγορᾶς
ad orandum
esset:
γενόμενος 76
factum esset
laborantes in remigando
βασανιζομένους ἐν τῷ
ἐλαύνειν
plus magis
λίαν ἐκ περισσοῦ
ualde ex abundanti.
ualde supra modum
stupebant
* Ⓒ ἐθαύμαζον
& admirabantur.
de panibus
ἐπὶ τοῖς ἄρτοις
applicuerũt.
προσωρμίσθησαν
applicuerũt in portũ
cognouerunt
ἐπιγνόντες
agnouerunt
regionem
τὴν περίχωρον
circũiacentẽ regionẽ
in plateis
ἐν ταῖς ἀγοραῖς
in foris
eum
αὐτὸν
ipsum
ut subaudias CHRISTVM aut uestimentum

COMMENTARIVS IN CAPVT SEXTVM.

POst hæc Marcus de profectione domini in patriã suã, quæ est Nazaræorũ, ubi in Nazareth e spũ sancto in uirgine, cui similis nunq; ulla fuit, neq; futura est, conceptus est, & post reductionẽ ex Aegypto educatus, subdit hoc mõ. ¶ Et egressus inde, abijt in patriam suã, & seq̃ 28
» bantur eũ discipuli sui. Et facto sabbato, cœpit in synagoga docere, &
» multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc oĩa? Et
» quæ est sapientia, quæ data est illi: & uirtutes tales, quæ per manus eius efficiũtur?
» Nõne hic est faber filius MARIAE, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis?
» Nõne & sorores eius hic nobiscum sunt? & scandalizabãtur in illo. Et dicebat illis
» IESVS: quia nõ est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in co
» gnatione sua. Et nõ poterat ibi uirtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorũ, & circũibat castel-
» la in circuitu docens. ¶ Egressus, inquit, inde, id est, à regione maritima, ubi filiam archisynagogi suscitauerat: uenit in patriã suam, deflectendo scilicet ad aquilonẽ. Et eadẽ hic ferme habet, q̃ Matthæus capite decimotertio, numero 140, præterq̃ quod ibi Matthæus dicit eos, qui in synagoga Nazaræorũ erant, dixisse dominum filium τοῦ τέκτονος, id est, fabri, lignarij scilicet: quia filiũ Ioseph putarẽt, quẽ hic Marcus dicit eos dixisse fabrum: Per fabrũ autem intelligebant, aut fabri filium, aut arte fabrum. Nam & si ad hoc non uenerit, ut opificio aliquo ureretur: sed ut saluaret populũ suũ, illuminando & docẽdo, & mandata patris perferẽdo: nõ tamẽ magno pere inficias ierim, eũ arte illa usum, quæ est imitatrix architectonicæ mundi, cuius

ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse erat demiurgus, & architecton. Cæterũ cum addit Marcus: Et non poterat ibi uirtutem ullam facere: hæc impotẽtia non erat ipsius saluatoris, sed indispositio eorũ qui diuinã uirtutẽ essent suscepturi. Nam quotquot dispositos inuenit, sancta imposita manu, beneficiũ diuinitatis ipsius sensere: at paucos inuenit, ideo paucis imposuit manus, etsi multi ibi essent infirmi. Infidelitas em̃, cui ex temerario & secundũ carnẽ iudicio adiungitur contemptus, omnem excludit aut certe maxima ex parte dei beneficentiã ac benedictionem, quod illis inter quos educatus fuerat, obuenerat. Illi enim arbitrabantur, neq; diuinitatẽ ullam, neq; uirtutem, neq; doctrinam quæ ullius momenti esset, ei adesse posse, temeritate sua dei sapientiã iudicantes, ac plane contemnentes, si non etiam blasphemantes. Et quomodo talibus diuinæ infunderentur uirtutes? Attamen nõ desistebat benefacere, & circũire castella, id est, uillas, uicos, & pagos, docendo & illuminando quoscunq; poterat: poterat autem omnes, qui se ultro nõ auertebant, infidelitate, inuidia, & odio laborãtes: super quos sic etiam lux diuina illucebat, siue uerbũ esset, siue admirandũ opus ut lux solis super oculos ægros, qui inde deterius ægrotant: tametsi lux illa suapte natura non sit nisi benefica, & omnibus oculis amica. Non ingerit ergo lux odium sui in oculũ, sed illud oculus ex se aut ex ægritudine aliqua concipit: nõ enim oculus ut oculus odit lucem, sed oculus auersus atq; æger. Sic est de omni mẽte ad lucẽ diuinã. Cõfer quæ dicta sunt à Matthæo, & quæ circa Matthæũ diximus, numero 140. cũ hac Marci litera. Mox subdit Marcus, quo pacto miserit dominus duo-
29 „ decim apostolos ad prædicandũ, & diuinas uirtutes operandũ, dicens. ¶ Et uoca-
„ uit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituũ immun-
„ dorũ. Et præcepit eis, ne quid tollerent in uia, nisi uirgam tantũ, nõ perã, non panẽ
„ neq; in zona æs: sed calceatos sandalijs, & ne induerentur duabus tunicis. Et dice-
„ bat eis: Quocunq; introieritis in domũ, illic manete donec exeatis inde. Et quicũq;
„ nõ receperint uos, neq; audierint: exeuntes inde, excutite puluerẽ de pedibus ue-
„ stris in testimoniũ illis. Et exeuntes, prædicabant ut pœnitentiã agerent. Et dæmo-
„ nia multa eijciebant, & ungebant oleo multos ægros, & sanabantur. ¶ Hinc indi-
derat illis nomen apostolis, quod missorũ munere fungerentur. Et magnũ quidem erat mitti à dño: quia qui mittitur, dona & potestatẽ à mittente accipit. Et docet nõ sua, sed mittentis. Et operatur uirtutes nõ suas, sed mitentis. Et prouidentia uiuit, non sua, sed mittentis. Et protegitur, non fortitudine sua, sed mittentis. Et regitur nõ sapientia sua, sed mitttentis. Et pendet non ex se, sed prorsus ex mittente, adeo ut qui nõ sunt tales, apti non sunt ut mittantur: sed si se ingerãt, sunt pseudoapostoli. Atq; utinã nulli unq; fuissent aut essent tales: sed ij solũ, qui si offenduntur, nõ offenduntur, sed is qui eos misit, quorũ & erit seuerissimus uindex. Hanc autem diuinæ apostolicæq; legationis materiã, prosecutus est Matthæus cap. 10. numero 89. & aliquot sequentibus. Addit tamen hic Marcus dominũ mississe discipulos suos binos: quod designabat societatis, dilectionisq; uinculũ, quo alligatos esse oportet omnes seruos dei, quæ etiam numerũ seruat binariũ, ad deum scilicet & proximũ. Quanq; binarios illos (quo modo mittebantur) Matthæus tetigisse & ordinasse arbitror, ut ex descriptione, numero 17. huius adiecta, cognosci potest. Et quod dixit: Dabat eis potestatẽ immũdorũ spirituũ, sic intellige: Dabat eis authoritatẽ potentiamq; aduersus immũdos spũs, ut illos cogerent & expellerent e corporibus quã nemo habet, nisi sit illi diuinitus indulta. Porro cum subdit: Et præcepit eis, ne quid tollerent in uia nisi uirgam tantum, non peram, non panem, neq; in zona æs sed calceatos sandalijs: sunt qui putant id, nisi uirgam tantum, & id, sed calceatos sandalijs, uitio librariorum, aut temporis iniuria fuisse immutata: cum sic non facile Euangelistarum concordia appareat. Sunt contra qui minime; sed hic

p uirgã

per uirgam, correptionẽ & acceptam à CHRISTO potestatem intelligunt: & per pedes calceatos sandalijs, præparationẽ promptitudinẽq; ad annunciandũ euangelium pacis. Addit insuper quid summatim prædicarent, quodq; ungerẽt oleo infirmos: quod figurabat illos esse missos & legatos Mesiæ, q Græce CHRISTVS interpretat̃, & latine unctus. Et uncti sanitatẽ pcipiebant. Nã CHRISTVS est qui infirmitates nostras sanat. Cætera enarrata sunt Matthæi cap. 10. Subdit Marcus quæ opiniones haberent̃ de domino quisnã esset qui se manifestauit Ioanne incarcerato: & maxime post mortẽ Ioãnis, sicuti Ioannes dixerat eũ post se, id est, post
„ exactum prædicatiõis suæ officiũ uenturũ, dicens. ¶ Et audiuit rex Herodes (ma- 29
„ nifestum em̃ factũ est nomen eius) & dicebat, quia Ioannes Baptista resurrexit à
„ mortuis, & propterea uirtutes operant̃ in illo. Alij aũt dicebant, quia Elias est. Alij
„ uero dicebant quia ꝓpheta est, quasi unus ex prophetis. Quo audito, Herodes ait:
„ Quẽ ego decollaui Ioannẽ, hic à mortuis resurrexit. ¶ Quæ hic dicit de his opini-
onibus, quarum nulla uera erat, ea tetigit Matthæus, partim cap. 14. partim cap. 16. numeris. 141. 157. Quare non est hic diutius insistendum. Subinde uero quia hic Herodis meminit, crudele illud facinus ipsius, quod interficiendo Ioannem admi-
„ sit, narrat Marcus, dicens. ¶ Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem, & uinxit 31
„ eum in carcere propter Herodiadem uxorẽ Philippi fratris sui, quia duxerat eam.
„ Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodi-
„ as autem insidiabatur illi, & uolebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim me-
„ tuebat Ioannem, sciens eum uirum iustum & sanctum, & custodiebat eum; & audi-
„ to eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset,
„ Herodes natalis sui cœnã fecit principibus & tribunis & primis Galilææ. Cũq; in-
„ troisset filia ipsius Herodiadis & saltasset, & placuisset Herodi, simulq; recũbenti-
„ bus, rex ait puellæ: Pete à me qd̃ uis, & dabo tibi. Et iurauit illi, quia quicqd petie-
„ ris dabo tibi, licet dimidiũ regni mei. Quæ cũ exisset, dixit matri suæ: Quid petã̃?
„ At illa dixit: Caput Ioannis Baptistæ. Cũq; introisset statim cũ festinatiõe ad regẽ
„ petiuit dicens: Volo ut ꝓtinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contri-
„ status est rex. Propter iusiurandũ & propter simul discũbentes noluit eã cõtrista-
„ re, sed misso spiculatore ꝓcepit afferri caput eius in disco, & decollauit eum in car-
„ cere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ,
„ Quo audito, discipuli eius uenerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in
„ monumẽto. ¶ Hæc historia de Ioanne posita est à Matthæo cap. 14. numeris. 142. & 143. Sed addit hic Marcus, quod Herodias insidiabatur illi, & uolebat occidere eum, nec poterat. Idem quoq; ex Matthæo uolebat Herodes, sed metuebat populum. Ergo quod metuebat eum, ꝓ custodiebat eum, ꝓ eo audito multa faciebat, ꝓ libenter eum audiebat, personã gerebat simulatoris, sed cũ annuit petitioni saltatriculæ, quæ nunc inter tartareos ignes crepitat, saltitatq;, gessit sacrilegi sed simulati tamen tyranni. Simulauit tũc se contristari, sed nũc illi eidem cũ saltatricula & matre adultera ad ueram & ineluctabilẽ tristiciam uera nõ deneganẽ tormenta. Et hic obiter aduertendũ interpretẽ non forte male uertisse id, ἐν πινακὶ, in disco: quanquã alij uertunt, in tabula, in quadra, in lance. Nam apud Lucam cap. 11. cũ dicitur: Qd̃ deforis est calicis & catini mundatis: id catini Græce πινακὸς dicit̃: cui apud Matthæum cap. 23. παροψίδος paropsidis respondet. Vnde satis liquet, πινακὶ τοῦ παροψίδος idem pollere. Cætera quæ hic traduntur, ex Matthæi loco supra designato, satis aperta sunt. Deinde Marcus meminit de reditu apostolorum, ex numero. 29 missorum ad euangelizandũ regnum dei, & conferenda beneficia sanitatũ, subdens.
„ ¶ Et conuenientes apostoli ad IESVM, renunciauerunt ei omnia quæ egerant, & 32
„ docuerant. Et ait illis: Venite seorsum in desertũ locũ, & requiescite pusillũ. Erant

enim qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

» enim qui ueniebant & redibant multi, & nec ſpaciũ manducãdi habebant. Et aſcẽ
» dentes in nauim, abierunt in deſertum locũ ſeorſum. Et uiderunt eos abeuntes, &
» cognouerunt multi: & pedeſtres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc, & præ
» uenerunt eos. Et exiẽs uidit turbam multã IESVS, & miſertus eſt ſuper eos: quia
» erant ſicut oues non habentes paſtorem: & cœpit illos docere multa. Et cum iã ho
» ra multa fieret, acceſſerunt diſcipuli eius, dicentes: Deſertus eſt locus hic, & iã ho-
» ra præterijt. Dimitte illos, ut euntes in proximas uillas & uicos, emãt ſibi cibos q̃s
» manducent. Et reſpondens, ait illis: Date illis manducare. Et dixerunt ei: Eũtes e-
» mamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare. Et dicit eis: Quot pa
» nes habetis? Ite & uidete. Et cum cognouiſſent, dicũt: Quinq̃, & duos piſces. Et
» præcepit illis, ut accumbere facerent omnes ſecundũ contubernia, ſuper uiride fœ
» nũ. Et diſcubuerũt in partes, per centenos & quinquagenos. Et acceptis quinq̃ pa
» nibus & duobus piſcibus, intuẽs in cœlũ benedixit & fregit panes, & dedit diſcipu
» lis ſuis ut ponerent ante eos, & duos piſces diuiſit omnibus. Et manducauerunt o-
» mnes & ſaturati ſunt. Et ſuſtulerunt reliquias fragmẽtorũ duodecim cophinos ple
» nos, & de piſcibus. Erant aũt qui manducauerunt, quinq̃ milia uirorum. Et ſtatim
» coëgit diſcipulos ſuos aſcendere nauim, ut præcederent eum transfretũ ad Beth-
» ſaidam, dũ ipſe dimitteret populũ. ¶ Et hoc quoq; tetigit Matthæus capite decimo
quarto, numeris 144.145. Addit tamen ad Matthæũ, qd' ubi apoſtoli renunciaue-
runt quæ egerant, & quæ docuerant, dominũ eos abduxiſſe in deſertũ locum ſeor-
Luc.9. ſum (quam Lucas eremũ uocat Bethſaide) ut fatigati ex itinere, parumper requieſ
cere ac refici poſſent. Nam in eo loco, in quo repererant dominũ, tanta erat turba
uenientiũ, & redeuntiũ infirmorũ & ſanorũ, ut non eſſet illis liberũ, ne panem qui-
dem ſumere. Quod illos fatigatos alio abducebat ut quieſcerẽt, ſubindicabat hu
manitatem in ſocietate ſeruandam eſſe. Sed & in deſerto maius diuinæ potentiæ
ſignũ illis oſtendere, & apertius diuinitatẽ ſuam aperire uoluit: cũ turbæ eorũ qui
præuenerant, uitalem alimoniam miſertus præſtitit: nã ubi eam doctrina pauit mẽ
te, mox cibo corporali pauit & corpore: in quo ſe oſtendit eũ eſſe, qui dat eſcã omni
carni, & omni ſpũi ac animæ. Et cũ hic dicitur: Et ſuſtulerũt reliquias fragmen-
torũ duodecim cophinos plenos, & ex duobus piſcibus: per fragmenta, reliquias
panũ intelligimus, quia de his dictũ eſt: Et fregit panes: de piſcibus aũt, quod diui-
ſit omnibus: ergo impleuerunt duodecim cophinos fragmentis quinq̃ panum, &
diuiſionibus partitionibusq̃ duorũ piſciũ, quod ſuo ſermone intendit Marcus. Ni
hil etiam refert, quod hic Marcus dicat dominũ coëgiſſe diſcipulos, ut conſcẽſa na
ui præcederent ipſum ad Bethſaidã, ſiue uerſus Bethſaidam, quod idem eſt; & Io-
annes uideatur dicere ad Capharnaũ. Nã Bethſaida & Capharnaũ ſunt ex eadem
parte laci Geneſareth: ſed Bethſaida eſt ore maris uicinior: Capharnaũ autem pau
lo remotior. Et proinde idem eſt, nauigare uerſus Bethſaidam & Capharnaũ. Por
ro' horũ omniũ eadem eſt intelligentia, quæ & in Matthæo cap.14. dicta eſt. Nar-
rato hoc manifeſtationis diuinæ prouidentiæ domini ſigno: tranſit Marcus ad nar
randũ quo pacto dominus cũ ſolus remanſiſſet in terra poſt factam in monte ora-
tionem, ſic ſuper mare atq; ſuper ſolidam terram ſacris ambulauerit plantis, dicẽs.
33 ,, ¶ Et cum dimiſiſſet eos, abijt in montem orare. Et cũ ſero eſſet, erat nauis in me-
» ri, & ipſe ſolus in terra. Et uidit eos laborantes in remigando (erat enim uentus cõ
» trarius eis) & circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos ambulans ſupra mare, et
» uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eũ ambulantem ſupra mare, putauerunt
» phantaſma eſſe, & exclamauerunt. Omnes enim uiderunt eũ, & conturbati ſunt.
» Et ſtatim locutus eſt cum eis, & dicit eis: Confidite, ego ſum, nolite timere. Et aſcẽ
» dit ad illos in nauim, & ceſſauit uentus. Et plus magis intra ſe ſtupebant. Non enim
intellexe

intellexerunt de panibus: erat enim cor eorũ obcæcatum. ¶ Pauca hic habet Mar-
cus, quæ non habet Matthæus cap.14. numero cẽteſimo quadrageſimoſexto; neq;
alia hic quàm quæ illic habetur, expoſitio requirẽda eſt. Addit tamẽ, quod uidit eos
laborantes in remigando. Quod ſi ad ſpiritũ eius referatur, nihil nõ uidebat, nec il-
li quicquã occultũ eſſe poterat: ut qui præſens omnibus, & ſi occultus, ſemp erat:
quod eſt diuinitatis propriũ. Poſſet autẽ & id ad corpus referri, niſi noctis obſtitiſ-
ſet caligo, dicente Ioanne: Et tenebræ iam factæ erant. Nã in mõte erat, ex quo na Ioan. 6.
uis (quæ ex Ioanne cõtrario, & reluctãte uẽto, nõ ultra triginta ſtadia proceſſerat)
poterat cõſpici. Addit præterea quod dominus aſcẽdit in nauim, & ceſſauit uẽtus,
& ex Ioanne illico deducti fuerũt in portũ, ad quem cõtendebant. Et ipſi ualde ſu-
pra modum ſtupebant: nõ enim intellexerunt de panibus, quia cor eorũ erat obcæ-
catum. Nã ſi per oſtentum panum eius diuinitatem intellexiſſent, nihil illis admira
tioni eſſe debuiſſet: quod ſiccis ueſtigijs ambularet ſup aquas, qd' nauis illico ac re-
pente in petita ſtatiõe cõſtitiſſet, quod ſubito' impetus uẽti ceſſaſſet, & tranquillũ
ac quietum ſtetiſſet mare. Quæ autem ſit terra, ad quã transfretauerũt, ſubdit Mar
» cus, dicens. ¶ Et cũ transfretaſſent, uenerũt in terram Genezaret, & applicuerũt. 34
» Cũq; egreſſi eſſent de naui, cõtinuo' cognouerũt eũ, & pcurrẽtes uniuerſam regio-
» nem illã, cœperũt in grabbatis eos, qui ſe male habebãt, circũferre, ubi audiebãt eũ
» eſſe. Et quocũq; introibat in uicos, uel in uillas, aut ciuitates, ĩ plateis ponebãt infir
» mos, & deprecabantur eum, ut uel fimbriam ueſtimenti eius tangerẽt: & quotquot
» tãgebant eum, ſalui fiebant. ¶ Et cum trãsfretaſſent (inquit) uenerũt in terram Ge
nezaret. Et Ioannes: Et ſtatim fuerunt ad terrã, ad quã ibant. de qua prius dixerat:
Et cum aſcendiſſet nauim, ἦλθον. id eſt ueniebant trans fretũ in Capharnaum. Vn-
de intellígitur totã illam orã, ubi ſunt Bethſaida & Capharnaum, dici Genezaret,
& Genezaritidem regionẽ. Cui ſentẽtiæ Hieronymus in ijs, quæ de locis Hebrai-
cis reliquit, nequaquã diſſentit: Capharnaum (inquit) iuxta ſtagnũ Genezaret, uſq;
hodie oppidum in Galilæa gentium ſitum. Et de Bethſaida ſimilem habet ſententiam. Et ubi dominus deſcendit de naui, cõtinuo' incolæ agnouerunt eum, & cucur
rerunt per totam regionem, qui id nunciarunt. Et ex tota illa regione uenerunt: par
tim, ut corpore ſanarẽtur: partim, ut mẽte (ut & Matthæi capite decimoquarto, nu-
mero.147. dictum eſt) deprecantes, ut uel limbum ſummæ ueſtis eius tangerent: &
quotquot contigerunt, ſalui facti ſunt. Adeo' bonũ eſt ueſtimenta CHRISTI tan-
gere, & in odorem ueſtimentorum eius currere: qui indutus eſt decore & fortitudi
ne, & præcinctus eſt uirtute, & miſſus in ſalutem omnium ab æterno patre. Cui cũ
ipſo & ſpũ ſancto cõmunis honor, poteſtas, & gloria in oĩa ſeculorũ ſecula. Amen.

CAPVT SEPTIMVM.

ET conueniunt ad eum Phariſæi, & quidam de Scribis, ueni 35
entes ab Hieroſolymis. Et cum uidiſſent quoſdam ex diſci-
pulis eius communibus manibus, id eſt non lotis, manduca-
5 re panes, uituperauerunt. Phariſæi enim & omnes Iudæi, ni-
ſi crebro lauerint manus, non manducant, tenentes traditio-
nem ſeniorum. Et a foro uenientes, niſi baptizentur, non comedunt. Et
alia multa ſunt, quæ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicum & urceo-
rum, & eramentorum, & lectorum. Et interrogabant eum Phariſæi & Scri
bæ: Quare diſcipuli tui nõ ambulant iuxta traditionem ſeniorũ, ſed com-
10 munibus manibus manducant panem? At ille reſpondens, dixit eis: Bene

Universidad de Deusto
Biblioteca

prophetauit Esaias de uobis hypocritis, sicut scriptũ ẽ: Populus hic labijs
me honorat, cor autem eorum longe est a me. In uanum autem me colunt,
docẽtes doctrinas & præcepta hominum. Relinquẽtes enim mandatum
dei, tenetis traditiones hominum: baptismata urceorum & calicum, & alia
similia his facitis multa. Et dicebat illis: Bene irritũ fecistis præceptũ dei, 15
ut traditionem uestram seruetis. Moyses enim dixit: Honora patrem tuũ
& matrẽ tuam: & qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos au
tem dicitis: Si dixerit homo patri uel matri, corban, quod est donũ, quod
cunque ex me tibi profuerit: & ultra non dimittitis eũ quicquam facere
patri suo aut matri, rescindẽtes uerbum dei per traditionem uestram, quã 20
36 tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis. ¶ Et aduocãs iterũ turbas,
dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite: Nihil est extra hominem in-
troiens in eum, quod possit eũ coinquinare: sed quæ de homine proce
dunt, illa sunt quæ cõmunicant hominem. Si quis habet aures audiendi,
audiat. Et cum introisset in domũ a turba, interrogabant eũ discipuli eius 25
parabolam. Et ait illis: Sic & uos imprudentes estis? Non intelligitis, quia
omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare:
quia nõ intrat in cor eius, sed in uentrem uadit, & in secessum exit, purgãs
omnes escas? Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa com-
municant hominem. Abintus enim de corde hominum malæ cogitatiões 30
procedũt, adulteria, fornicatiões, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, do
lus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, supbia, stultitia. Omnia hæc
37 mala abintus procedunt, & cõmunicant hominem. ¶ Et inde surgẽs, abijt
in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domum, neminem uoluit scire, & nõ
potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo, cuius filia habebat spi- 35
ritum immundũ, intrauit, & procidit ad pedes eius: erat enim mulier gen-
tilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum ut dæmoniũ eijceret de filia
eius. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios: Non est enim bonum sumere
panem filiorum, & mittere canibus. At illa respondit, & dicit illi: Vtique
domine. Nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait il- 40
li: Propter hũc sermonem uade, exijt dæmonium a filia tua. Et cũ abijsset
domum, inuenit puellam iacentem supra lectum, & dæmonium exijsse.
38 ¶ Et iterũ exiens de finibus Tyri, uenit per Sidonem ad mare Galilææ in-
ter medios fines Decapoleos. Et adducũt ei surdum & mutum, & depreca-
bantur eum ut imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seor- 45
sum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguã eius: &
suspiciens in cœlum, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod est adaperire.
Et statim apertæ sunt aures eius, & solutũ est uinculum linguæ eius, & lo-
quebatur recte. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quãto autẽ eis præcipie-
bat, tãto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: 50
Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

ANNOTAT. BREVES XLV. CIRCA LITERAM CAP. VII.

3 communibus
κοιναῖς 18
iniquitatis & infra 20
6 uituperauerunt
ἐμέμψαντο
incusauerunt
6 à foro – uenientes 21
4 baptizentur
βαπτίσωνται.
loti fuerint 23
abluti fuerint (re
> q̃ tradita sũt illis serua 24
ἃ παρέλαβον κρατεῖν 27
q̃ acceperũt tenenda
> baptismata
βαπτίσματα
lotiones
ablutiones
& infra. 26
> urceorum
ξεστῶν
8 æramentorum
χαλκίων 26
8 Et interrogabant
ἔπειτα ἐπερωτῶσιν
deinde interrogant 28
9 communibus 28
ἀνίπτοις
illotis 29
12 longe est
πόῤῥω ἀπέχει
longe distat,
procul abest
13 doctrinas – &
14 traditiones
τὴν παράδοσιν
singulare
15 his
τοιαῦτα
huiusmodi
15 irritum fecistis
ἀθετεῖτε
reijcitis
præsens.
matri* ἀντῖ suæ 39
rescindentes
ἀκυροῦντες
abrogantes 39
irritum facientes
iterum turbas
πάντα τὸν ὄχλον 40
totam turbam
quæ procedunt 42
τὰ ἐκπορευόμενα
quæ communicant
communicare
τὰ κοινοῦντα
κοινῶσαι
quæ coinquinant
coinquinare
& infra. 43
parabolam
περὶ τῆς παραβολῆς
de parabola,
de collatione
imprudentes 46
ἀσύνετοι
sine intelligentia
in uentrem – uadit
exit
ἐκπορεύεται (cant
q̃ exeũt, illa cõmuni
τὸ ἐκπορευόμενον, ἐκεῖνο κοι- 48
singularia (νοῖ
procedunt: 49
ἐκπορεύονται
& infra. 50
impudicitiæ,
ἀσέλγεια
singulare
intrauit 50
εἰσῆλθεν
uenit
gentilis 51
Syrophœnissa
ἑλληνίς
ποιεῖ
præsens.
σύρα φοινίκισσα
canibus
τοῖς κυναρίοις
diminutiuum
utique
ναὶ
Etiam
catelli
τὰ κυνάρια
domum
* ἀντῖς suam:
puellã iacentẽ sup le-
ctũ, & dæmoniũ exi-
isse: particulæ permu
puellam (tatæ.
τὴν θυγατέρα
filiam
Tyri: uenit p Sidonẽ
Τύρου καὶ Σιδῶνος ἦλθε
Tyri & Sidonis uenit
surdum & mutum 44
κωφὸν μογιλάλον
surdum impeditæ lin
in auriculas (guæ
ὡς τὰ ὦτα
in aures
adaperire 47
διανοίχθητι
imperatiuũ passiuum
aures
αἱ ἀκοαὶ
Quanto autem
* αὐτὸς ipse
plus
περισσότερον
amplius,
abundantius
admirabantur
ἐξεπλήσσοντο
stupebant
fecit
ποιεῖ
præsens.

COMMENTARIVS IN CAPVT SEPTIMVM.

Vbiungit Marcus quomodo scribæ & pharisæi ex traditionibus suis
uoluerũt arguere dominum ac discipulos eius, dicens. ¶ Et conuene- 35
runt ad eum pharisæi & quidã de scribis, uenientes ab Hierosolymis
Et cũ uidissent quosdã ex discipulis eius cõmunibus manibus, id est,

Universidad de Deusto Biblioteca

„ nō lotis mādūcare panes, uituperauerūt. Pharisæi aūt & omnes Iudæi, nisi crebro la
„ uerint manus, nō maducāt, tenētes traditionē seniorū. Et à foro ueniētes, nisi bapti
„ zētur, nō comedūt. Et alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata cali-
„ cū, & urceorū, & æramentorū, & lectorū. Et interrogabāt eum pharisæi & scribæ:
„ Quare discipuli tui non ambulāt iuxta traditionē seniorū, sed cōmunibus manibus
„ manducāt panē? At ille respōdens dixit eis: Bene ꝓphetauit Esaias de uobis hypo
„ critis, sicut scriptū ē: Populus hic labijs me honorat, cor aūt eorū lōge est à me. In
„ uanū autē me colūt, docētes doctrinas præcepta hominū. Relinquētes enim man-
„ datū dei, tenetis traditiōes hominū, baptismata urceorū, & calicū, & alia similia his
„ facitis multa. Et dicebat illis: Bene irritū fecistis præceptū dei, ut traditionē uestrā
„ seruetis. Moyses enī dixit: Honora patrē tuū & matrē tuā. &: Qui maledixerit pa-
„ tri uel matri, morte moriat. Vos aūt dicitis: Si dixerit homo patri uel matri, corban,
„ quod est donū, quodcūq; ex me tibi profuerit: & ultra nō dimittitis eū quicquā face
„ re patri suo aut matri, rescindētes uerbū dei ꝑ traditionē uestrā quā tradidistis. Et si-
„ milia huiusmodi multa facitis. ¶ Hāc narrationē habet Matthæus cap. quintodecimo
numero cētesimo quadragesimo octauo. Sed Marcus addit ī ipso statim initio pha
risæos cœpisse occasionē arguēdi, quod uidissent quosdā e discipulis dñi manduca
re panē manibus cōmunibus. Cōmune aūt appellabāt qd immundū erat, qd inqui
natum, quod lege prohibitum, & nō solum lege, sed etiam traditione suorū presby-
terorum, quos seniores appellāt. Immūdas autem & inquinatas manus habere cen
sebantur, humana illa seniorum suorum traditione, nisi cōtinuo eas lauissent ante-
quàm sumerent panem, aut cibum quemlibet. Et ponit obseruationem Iudæorum
& pharisæorum, qui cum ab aliquo negocio, aut e rerū uenalium loco ueniebant,
non prius cibū capiebāt, quàm loti essent, & pocula & urcei ac lāces ablutæ: necnō
æramenta omnia, & fuscinulæ, cultriq; ferrei quibus ad cibos concidendos uteban
tur: & deniq; lecti in quibus accumbebant, ipsæq; mensæ, ita ut super illotas comes
se, fuisset irreligiosum, adeo in his superstitiose curiosi habebantur, ut dei mādatis
& obseruationibus perparum attenderent, suis uero quàm maxime. In qua re do-
minus uerissime eos arguit & accusat, qui uolebant iniuste ipsum & discipulos eius
reprehendere. Et tam argute reprehendit, ut eorum obseruationes diuinis contra-
rias esse præceptis mōstret; quas q obseruet, irrita faciat diuina præcepta necessum
sit. Exempli gratia: Traditionem habebāt, quod qui dixisset patri aut matri, corban,
(quod significat donum) quocunq; templo à me oblato iuuaberis, modo id infer-
rent templo, hoc pacto faciendo patrem matrem ue illius participes, nō amplius te-
nerentur honorare patrem aut matrem, subueniendo necessitatibus eorum, si quan
do rerum penuria laborarēt, & hoc ipso irritum faciebant hoc diuinū præceptum:
Honora patrem & matrem. quod Deuteronomij capite quinto habetur. & id: Qui
maledixerit patri uel matri, morte moriat, quod Exodi uigesimoprimo, & Leuitici
uigesimo habetur. Et multas huiusmodi traditiones habebant. Quod pharisæacum
uirus, procedente tēpore multos inuoluit: siue humanæ illæ traditiones obseruatæ,
aut omissæ, nihil detrimēti afferant, siue obseruatæ diuinas uiolent. Sed quid si etiā
ad illas obseruādas iuramentis & obtestationibus astringebant pharisæi? Sane nul
læ præter diuinas, aut quæ ex illis pendent, nos mouere debent, quas nec sub ullius
hominū nomine dare aut accipere debemus, sed sub solius dei: tātū abest, ut quantū
cunque sanctæ uideantur aut arctæ, illis præponi aut æquipararī debeāt. nam nō ex
operibus salus nostra, sed ex gratia, quā amor parit, & diuinis iussis præstita obedi-
tia nobis adsciscit atq; conciliat. Deinceps quid de reprehensione pharisæorum di-
36 „ xerit dominus ad turbas, subdit Marcus, dicens. ¶ Et aduocans iterum turbas, di-
„ cebat illis: Audite me omnes, & intellígite. Nihil est extra hominem introiēs in eū,
quod possit

„ quod possit eum coinquinare: sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ coinqui
„ nant hominem. Si quis habet aures audiēdi, audiat. Et cum introisset in domū à tur-
„ ba, interrogabāt eū discipuli eius parabolā. Et ait illis: Sic & uos imprudētes estis?
„ Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiēs in hominē, non potest eū coinqui
„ nare? Quia nō intrat in cor eius, sed in uentrem uadit, & in secessum exit, purgans
„ omnes escas. Dicebat aūt, quoniā quæ de homine exeūt, illa coinquināt hominem.
„ Abintus enim de corde hominū malæ cogitatiōes procedūt, adulteria, fornicatiōes
„ homicidia, furta, auaritiæ, neqtiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, su
„ perbia, stultitia. Omnia hæc mala abintus procedūt, & coinquināt hominē. ¶ Hanc
responsionē pariter & ad eius discipulos enucleationem posuit Matthæus capite
quintodecimo, numero. 151. Vbi dicitur: Sic & uos imprudentes estis: apud Marcū
habetur ἀνόητοί ἐστε, quod perinde est ac, Sine intelligētia estis? Quod etiā indicat id
quod subiungitur, οὐ νοεῖτε, Non intelligitis? Cæterum quæ hic in uulgatis æditioni-
bus habētur cōmunicare & communicant, quoties dicuntur, perinde sunt atq; com
munem & impurū ac immundum facere, loco quorum ubiq; possumus ponere co-
inquinare, & coinquināt. Porro idē est uocabulū in Marco, quod interpres latinus
prius coinquinare, uertit, ubi ait: Nihil est extra hominē introiēs in eū, quod possit
eum coinquinare. & quod paulopost uertit cōmunicare, ubi ait: Omne extrinsecus
introiens in hominem, non potest eum cōmunicare, & postea semel atq; iterū com
municant. Quæ omnia ueniunt, ut legitur in Marco, à uerbo κοινόω, quod significat
inquino: cui uicinum est uerbum κοινωνέω, quod significat communico. Oculus ma-
lus, qui ex mala cordis cōcupiscentia, affectione ue mala, ac perturbatiōe aspicit, ut
oculus inuidus, auarus, impudicus, & huiusmodi. Et pro eo quod paulopost dicitur
stultitia in Marco habetur ἀφροσύνη, quod immodestiam & imprudentiam, insipien-
tiamq; designat. Studeamus igitur habere cor mundum à cogitationibus impuris:
quia etsi nō transeant in effectum, inquinant nihilominus cogitātes, perinde ut aco
nytum uiciat cautē, etsi nō assumatur in toxicum. Necnon à desiderijs adulteriorū,
fornicationum, homicidiorum, per quæ etiam uetantur omnia fratrum odia, furta,
auaritiæ, malitiæ, doli, impudicitiæ. Studeamus etiam habere oculum bonum & sim
plicem. Et animum & os cōtineamus ab omni blasphemia, maledicto, aut cōuicio.
Non alta de nobis sapiamus, qui puluis & umbra sumus: sed omnem uitæ superbiā
fugiamus (ut quam deus odit, & cui resistit) & omnē immodestiā, imprudentiāq; &
insipientiam: ut filij dei omni ex parte mūdi, & puri esse possimus. nā nisi illa habue
rimus, & fugierimus ista, immūdi erimus, coinquinati, & prophani. Et ut cor in cor
pore ad effectus animales, sic uoluntas in aia ad spirituales: unde aut bona quæ ad
purificationem & sanctitatē præparāt, aut mala quæ coinquinant, prodeūt. Quam
ob rem maxima cura, custodienda est uoluntas: & intelligētia, quæ est oculus eius:
& memoria, quæ est promptuariū & penus eius. Post supradictā doctrinā CHRI-
STI, subiūgit Marcus de liberatione filiæ mulieris Chananææ à dæmonij uexatio-
„ ne, dicens. ¶ Et inde surgens, abijt in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domum 37
„ neminem uoluit scire, & non potuit latere. Mulier enim statim ut audiuit de eo, cu-
„ ius filia habebat spiritum immundum, intrauit & procidit ad pedes eius. Erat enim
„ mulier gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eū, ut dæmoniū eijceret de filia
„ eius. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios. Nō est enim bonum sumere panē filio-
„ rum, & mittere canibus. At illa respondit, & dixit illi: Vtique domine: Nā & catelli
„ comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi: Propter hūc sermonem, uade,
„ exijt dæmonium à filia tua. Et cum abijsset domū, inuenit puellam iacentem supra
„ lectum, & dæmonium exijsse. ¶ Hāc historiam habet Matthæus cap. quintodeci-
mo, numero. 152. Sed addit pauca Marcus ad Matthæū, ut quod dominus domū in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gressus esset, & neminẽ scire uellet, sed latere nõ potuerit. Verũ ea fidei uirtus est, ut dominus siue ecclesiam fideliũ, siue cœlum ingressus: & si similis sit se cælare uolenti, latere non possit. Sed ab omni gente, quæ fidẽ habet, protinus inuenitur: & illa ad eũ, aut in ecclesiam, aut in cœlũ fide penetrat: & fit illico uoti cõpos, quod est liberari ab omni maligna potestate. Verum si qui infideles sunt, quos in domo clausus latere uelit, latet, nec ab eis cognosci potest. Addit etiã quod illa mulier erat gẽtilis, Syrophœnissa genere, nomine cõposito à Syro & Phœnice: uel ut antiqui codices habẽt, σύρα φοινίκισσα, id est Syra e' Phœnice Syriæ. Sed ex Matthæo, qui eã uocat Chananæam, cognoscitur fuisse de gente Chananæorũ, eamq; oram incoluisse Chananæos. Et quanquã uocabulũ, quo hic utitur Marcus, cum ait, ἦν δὲ ἡ γυνὴ ἑλληνίς, & Græcam significet, & gentilem: aptius tamen hic gentilis uerti uidetur. nam Tyrij, Sidonij, Phœnices, Syrophœnices, Chananæi, nequaquã peculiariter Græci dicuntur, & si gẽtiles, Cætera intelligãtur, ut & Matthæi ca. quintodecimo declarata
38 » sunt. Deinde prosequitur Marcus de reditu domini ad mare Galilææ, dicens ¶ Et
» iterũ exiens de finibus Tyri, uenit per Sidonẽ ad mare Galilææ inter medios fines
» Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat
» illi manum. Et apprehẽdens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas
» eius: & expuẽs, tetigit linguã eius: & suspiciẽs in cœlum, ingemuit, & ait illi: Eph-
» phata, quod est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est uinculũ
» linguæ eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autẽ eis
præcipiebat, tanto magis plus prædicabãt, & eo amplius admirabãtur, dicẽtes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. ¶ Hanc de surdo & muto (& non solum muto, quia omnis natura surdus, mutus est, sed & qui etiã si audisset, impedimentum linguæ habebat, quo minus loqui potuisset) historiã ferme' integram addit Marcus ultra Matthæum: nam cap. quintodecimo, numero. 153. solũ generaliter surdos & mutos curatos dicit. Adducitur ergo surdus & mutus ad dominum: & talis quidã mutus, cui etiam à natura perinde lingua erat impedita, ut & auditus. Dominus seorsum auocat eũ, turba quid faceret minime cõscia. Sacros digitos infert auribus eius. & sancta saliua tãgit linguã eius. Suspicit ĩ cœlum, & ingemiscit: & ait illi: Adaperire. Et illico, quæ clausa erant & impedita, aperta sunt & soluta. Et qui nunquam audierat, & qui nunquam locutus fuerat, neq; loqui potuisset, etiam si audisset, audiebat, & loquebatur recte. Restituit sanũ, quem læsa incurabiliter natura acceperat: & præcepit eis ne cui dicerent. Verum tacere nõ potuerũt. Surdus & mutus, genus nostrum designare intelligatur: quod obediẽtiæ auditum per præuaricationem perdiderat, & loquelæ spiritualiũ laudum ignorantiã incurrerat. Quas etiam auditas effari ob impedimẽtum nequiret. Dominus illũ seorsum à turba abducit: quia occulta sunt opera dei, & talia quæ hoies capere nõ possint. Digitos auribus infert: innuens quod sicut primus homo in principio diuinis manibus plasmatus fuit: ita postea nõ possit sine attactu diuinorum digitorum, diuinarũq; manuum reparari: seq; olim fuisse plasten, nunc autẽ & anaplasten. Saliua, sapiẽtiæ discretionisq; potentiã significat: quæ sine tactu diuino nunquam nobis restituta fuisset. Suspicit ĩ cœlũ, ut itelligamus unde nostra instauratio. Ingemiscit, calamitatis nostræ misereſcens, ostendensq; non sibi gratum esse, opus suum aliunde fuisse corruptũ: nõ enim à deo corruptio est, sed operis perfectio. Quod dicit, Adaperire, ostẽdit q̃ sicut uerbo dei facta sunt omnia, ita uerbo dei sunt recreanda: quodq; ut homo primum uerbo dei creatus est, ita postea uerbo dei recreatus. Nã continuo' aures eius apertæ sunt, & lingua soluta. Qua in re declarauit dominus se uerbum illud esse, de
Psal. 32. quo dicitur: Ipse dixit, & facta sunt. Quod præcepit ne cui dicerẽt, innuit gloriã ab
149 hominibus nõ esse quærendam, sed soli deo tribuẽdam. Nec tam id præcepit ad ta-

cendum

cendũ, q̃ ad exemplũ uanæ gloriæ fugiendi appetitus præstandũ. Nam magnalia dei tanta tacere non potuerunt, neq; debuerunt. Et quomõ tacere potuissent, uidẽtes in oblato præuaricatoris, sed iam sibi restituti figurã, & primi Adam anteq; peccasset, symbolũ: Nam ut primus Adã digitis dei formatus, continuo audiuit, & nũquã edoctus locutus est: Sic oblatus, digitis domini tactus, continuo audiuit, & locutus est quæ nunq; didicerat. Non ergo natura sumus surdi & muti, & organorũ quæ deus fecit, impedimenta habentes: sed id præuaricationis opus est. Quod uidentes illi, spiritu sancto moti, in hãc uocem proruperunt: Bene oia fecit: tanq; cõfitentes ipsum eum esse, de quo post primi hominis creationem dictũ est: Viditq; Gen. 1.
deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Et addiderunt: Et surdos fecit audire & mutos loqui. Quod nõ solũ de eo, q̃ oblatus fuerat, uerũ est: sed & de ipsis, quibus secreta operatione auditũ tribuerat, & affatũ ad magnalia dei prodenda, ad q̃ prius surdi erant atq; muti. Sic ergo nos uisitare dignetur qui tangit et sanat, & uerbo potest oia: ut audientes & loquentes nunq; ab obedientia & laude diuina cessemus, magnalia eius indies magis atq; magis prædicando: cui debet creationis & recreationis, & instaurationis nostræ gratia. Cui in gloria dei patris cũ spũ sancto, confessio, honor, & gratiarũ actio in omnia seculorũ secula, Amen.

CAPVT OCTAVVM.

IN diebus illis, iterum cum turba multa esset, nec haberẽt 39
quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbã: quia ecce iam triduo sustinent me, nec
habent quod mãducent. Et si dimisero eos ieiunos in do
5 mum suam, deficiant in uia: quidam enim ex eis delonge
uenerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septẽ. Et præcepit turbæ discũbere super terrã. Et accipiẽs septem panes, gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis, ut apponerẽt:
10 & apposuerunt turbæ, Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit,
& iussit apponi. Et manducauerũt, & saturati sunt: & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septẽ sportas. Erant autẽ qui manducauerãt, quasi quatuor milia, & dimisit eos. ¶ Et statim ascendens nauim cum discipu- 40
lis suis, uenit in partes Dalmanutha. Et exierũt pharisæi, & cœperunt cõ
15 quirere cum eo, quærentes ab illo signum de cœlo, tentantes eum. Et inge
miscens spiritu ait: Quid generatio ista signum quærit? Amen dico uobis, si dabitur generationi isti signum. ¶ Et dimittens eos, ascẽdit iterum 41
nauim, & abijt trans fretum. Et obliti sunt panem sumere: & nisi unum panem nõ habebant secum in naui. Et præcipiebat eis, dicẽs: Videte & caue
20 te a fermento pharisæorum, & fermento Herodis. Et cogitabant ad alterutrum dicentes: quia panes non habemus. Quo cognito, ait illis IESVS: Quid cogitatis q̃a panes nõ habetis? Nõdũ cognoscitis nec intelligitis? Adhuc cæcatum habetis cor uestrum? Oculos habentes, nõ uidetis: & aures habentes, non auditis? Nec recordamini quando quinq; panes fregi

Universidad de Deusto Biblioteca

in quinq; milia, & quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Di- 25
cunt ei: Duodecim. Quando & septẽ panes in quatuor milia, quot spor-
tas fragmentorũ tulistis? Et dicunt ei: Septẽ. Et dicebat eis: Quomodo nõ
dum intelligitis? Et ueniunt Bethsaidã, & adducunt ei cæcũ, & rogabant
eum ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra uicum
& expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eum, si qd 30
uideret: Et aspiciens, ait: Video homines uelut arbores ambulãtes. Dein
de iterũ imposuit manus super oculos eius, & cœpit uidere, & restitutus ẽ
ita ut clare uideret omnia. Et misit illum in domum suã, dicens: Vade in
42 domum tuam: & si in uicũ introieris, nemini dixeris. ¶ Et egressus est IE-
SVS & discipuli eius in castella Cæsareæ Philippi: & in uia interrogabat di 35
scipulos suos dicens eis: Quem me dicũt esse homines? Qui responderũt
illi, dicentes: Alij Ioannem Baptistam, alij Heliam, alij uero quasi unũ de
prophetis. Tunc dicit illis: Vos uero quẽ me esse dicitis? Respondens Pe
trus, ait ei: Tu es CHRISTVS. Et cõminatus est eis, ne cui dicerent de illo.
Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & re- 40
probari a senioribus, & a summis sacerdotibus, & scribis, & occidi, & post
tres dies resurgere. Et palã uerbum loquebatur. Et apprehendens eum Pe
trus cœpit increpare eum. Qui conuersus & uidens discipulos suos, cõmi
natus est Petro, dicens: Vade retro me satana, quoniam nõ sapis quæ dei
43 sunt, sed quæ sunt hominum. ¶ Et conuocata turba cum discipulis suis. di 45
xit eis: Si quis uult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam,
& sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet eã
qui autem perdiderit animam suam propter me & Euangeliũ, saluã faciet
eam. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totũ, & detrimen-
tum animæ suæ faciat? Aut quid dabit homo commutationis pro anima 50
sua? Qui eñ me confessus fuerit, & uerba mea in generatione ista adulte-
ra & peccatrice, & filius hominis confitebitur eum cũ uenerit in gloria pa
tris sui cum angelis sanctis.

ANNOTAT. BREVES L. CIRCA LITERAM CAP. VIII

1 illis – iterum
2 quod
τί
quid
& infra.
2 conuocatis
* ὁ ἰκοῦς
IESVS
2 discipulis * αὐτῶ suis
10 & – ipsos
11 apponi * ἢ αὐτά & ipsos
11 quod superauerat
περισσεύματα
plurale.
12 de fragmentis
κλασμάτων
fragmentorũ
12 quasi
ὡς
ferme
13 ascendens nauim
ἐμβὰς εἰς τὸ πλοῖον
ingressus in nauim
& infra.
16 spiritu * αὐτῦ suo
18 panem
ἄρτυς
plurale. (utrũ
20 Et cogitabãt ad alter
καὶ διελογίζοντο πρὸς
ἀλλήλους
Et disputabant inter
& infra. (sese
22 cognoscitis
νοεῖτε
25 milia: – &

26 Quando

26 Quando &
ὅτε δὲ
Quando autem
26 septem – panes
26 quot sportas
πόσων σπυρίδων πληρώματα
quot sportarum plenitudines.
27 dicunt – ei
27 nondum
οὐ
non
28 ueniunt
ἔρχεται
singulare
29 extra uicum:
ἔξω τῆς κώμης
30 suis
αὐτῶ
illi
31 aspiciens
ἀναβλέψας
31 homines, * ὅτι quia
31 arbores * ὁρῶ cerno
32 & cœpit uidere
καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι
& fecit eũ respicere
33 ita ut clare uideret oia
καὶ ἀνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας
33 & respexit clare oẽs
33 dicens. – Vade in domum tuam
34 & si
μηδὲ
34 neq; nemini dixeris
μηδὲ εἴπῃς τινὶ
34 ne dixeris cuiquàm
dixeris
* ἐν τῆ κώμη in uico
35 in castella
εἰς τὰς κώμας
36 responderunt – illi di-
37 Baptistam. * & (centes
37 alij uero – quasi
38 Tunc
καὶ αὐτὸς
38 Et ipse
38 Respondens
* δὲ autem
40 de illo
de se
42 palam
παῤῥησίᾳ
libere
43 audenter
43 increpare
43 comminatus est
ἐπετίμησε
ἐπετίμησε
46 deneget
ἀπαρνησάσθω
abneget
47 Qui enim
ὃς γὰρ ἂν
Quicunq; enim
& infra
48 euangelium. * οὕτως sic
49 detrimentum faciat
ζημιωθῆ
iacturam fecerit
50 commutationis
ἀντάλλαγμα
commutationem
accusatiuus.
51 me confessus fuerit,
ἐπαισχυνθῆ με
confusus fuerit super
erubuerit me (me,
52 confitebitur eum
ἐπαισχυνθήσεται αὐτὸν
confundet super eum
erubescet eum

COMMENTARIVS IN CAPVT OCTAVVM.

VBi Marcus tã diligenter explicuit surdi & muti, & insuper linguæ im
pedimentũ habentis historiã: in q̃ dominus se ostendit integræ condi
torem naturæ, & corruptæ reparatorẽ; mox subdit aliud signũ, in quo
idem se ostendit eum esse, qui uiuersæ à se conditæ prouidet creatu-
» ræ, dicens, ¶ In diebus illis iterum cum turba multa esset cum IESV, 39
» nec haberent quod manducarẽt, cõuocatis discipulis, ait illis. Misereor sup turbã,
» quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. Et si dimisero eos
» ieiunos in domũ suam, deficient in uia: quidam eñ ex eis de longe uenerũt. Et re-
» sponderũt ei discipuli sui. Vnde istos qs poterit hic saturare panibus in solitudine?
» Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerũt: Septem. Et p̃cepit turbæ
» discũbere super terrã. Et accipiẽs septẽ panes, gratias agẽs, fregit, & dabat discipu
» lis suis ut apponerẽt, & apposuerũt turbæ. Et habebant pisciculos paucos, & ipsos
» benedixit, & iussit apponi. Et manducauerũt, & saturati sunt. Et sustulerũt quod su
» perauerat de fragmentis, septem sportas. Erant aũt qui manducauerant quasi qua-
» tuor milia, & dimisit eos. ¶ Quod hic dicit, sustinent me, apud Matthæum dicitur,
perseuerant mecũ: quamuis utrobiq; Græce idem sit uerbum, scilicet προσμένουσί μοι,
quod potius, manent apud me, uertendũ erat, ut in Matthæo quoq; admonuimus.
Porro quæ hic habent, à Matthæo cap. quintodecimo, numero. 154. narrata sunt.

Et hic &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et hic & illic eadem prorsus rerũ intelligentia est. Erat aũt tunc dominus in deserto, & illo quidem quod dici solet Bethsaidæ. Ex quo ingressus in nauim cum discipulis suis, in regionem mediam inter Bethsaidam, & Tyberiadem cõcessit, dicente Marco. ¶ Et statim ascendens nauim cũ discipulis suis, uenit in partes Dalma-
40 » nutha. Et exierũt pharisæi, & cœperunt conquirere cũ eo, quærentes ab illo signũ
» de cœlo, tentantes eũ. Et ingemiscens spiritu, ait: Quid generatio ista signũ quæ-
» rit? Amẽ dico uobis, si dabit generatiõi isti signũ. ¶ Quod hic dicit Marcus, in partes Dalmanutha. Matthæus dicit, in fines Magedan, siue ut nũc codices Græci habent, in fines Magdala. Vnde fit ut Magedan sic dicta à fructu suaui & electo, & Magdala à turribus, & Dalmanutha à paupertate parata & numerata: eadem sint loca. Quod aũt subiungit, cœperunt conquirere cũ eo: perinde est atq; conferre & miscere sermonẽ cũ eo. Et addit Marcus hic ultra Matthæum, quod dñs ingemuit spũ, nimirũ sicut ingemuit super surdũ & mutũ, ob cæcitatẽ cordis eorũ: & multo quidem magis, quod ob obicẽ quẽ opponebant, nullam prsus sanitatem recipere possent: dominus aũt eos saluare uolebat. Et quod subiungit: Si dabitur generationi isti signũ, quod perinde est ac si dixisset: Non dabitur generationi isti signũ, id intelligitur de signo, ut petebant e` cœlo. Nam ex Matthæo, numero 122. dixit eis dandum signũ Ionæ prophetæ, quod non e` cœlo dandum erat eis, sed ex inferno. Matthæi capite sextodecimo, numero 155. hæc pharisæorũ & sadducæorũ subdola cum domino cõgressio, latius exprimitur. Quibus dimissis, ut qui neq; doctrinã, neq; medelã reciperent, per mare, alio` concessit dominus. Quod subdit Marcus
41 » dicens. ¶ Et dimittens eos, ascendit iterũ nauim, & abijt trans fretũ. Et obliti sunt
» panem sumere, & nisi unũ panẽ nõ habebãt secũ in naui. Et præcipiebat eis, dicẽs:
» Videte & cauete à fermento pharisæorũ, & fermento Herodis. Et cogitabant ad
» alterutrũ dicentes, quia panes non habemus. Quo cognito, ait illis IESVS: Quid
» cogitatis, quia panes nõ habetis? Nondũ cognoscitis, nec intelligitis? Adhuc cæca
» tũ habetis cor uestrũ? Oculos habentes nõ uidetis, & aures habentes non auditis?
» Nec recordamini qũ quinq; panes fregi in quinq; milia, & quot cophinos fragmẽ
» torũ plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim. Quando & septẽ panes in quatuor
» milia, quot sportas fragmentorum tulistis? dicũt ei: Septẽ. Et dicebat eis: Quomõ
» nondũ intelligitis? Et ueniũt Bethsaida. Et adducunt ei cæcũ, & rogabant eũ, ut il-
» lum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eũ extra uicũ, & expuens in ocu-
» los eius, impositis manibus suis, interrogauit eũ si quid uideret. Et aspiciens ait: Vi
» deo hoies uelut arbores ambulãtes. Deinde iterũ imposuit manus sup oculos eius
» & cœpit uidere, & restitutus est, ita ut clare uideret oia. Et misit illũ in domũ suam,
» dicens: Vade in domum tuam, & si in uicũ introieris, nemini dixeris. ¶ Abijt trans fretum, ad orientem flectens: nam Bethsaida & Cæsarea Philippi, ad quas profectus est dominus, respectu Dalmanutheæ regionis, in parte orientali sitæ sunt, qd' ex Topographijs cognoscere promptũ est. Et quod dicit: Videte & cauete à fermento pharisæorũ, & fermento Herodis, id est, quod ait Matthæus cap. 16. numero 156. à fermento pharisæorũ &, sadducæorũ. Vnde conijci potest, Herodẽ fuisse de hæresi sadducæorũ: & sadducæos eos esse qui cap. 3. huius appellantur Herodiani. Fermentũ sadducæorũ, est doctrina manifeste impia: pharisæorũ, hypocrisis & uana pietas. Et cũ ait dominus Adhuc cæcatũ habetis cor uestrũ? Oculos habẽtes non uidetis, & aures habentes nõ auditis: taxat eos ut adhuc obnoxios oraculo E-
Esa. 6. saiæ dicentis cap. 6. Audite audientes, & nolite intelligere: & uidete uisionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne forte uideat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & cõuertat, et sanẽ eũ. Reliqua similia sunt ijs, q̃ Matth. habet ca. 16. usq; ad historiã

de cæco

de cæcõ oblato (quã Matthæus nõ tetigit) cui dominus, expuendo in oculos eius, & manus ei imponendo, uisum restituit. Cæcus illi Bethsaidæ offertur. Et qui offerunt, rogant ut illum tangat. Et hæc, fidei offerentiũ signa sunt. Cæcus, quẽq; mente corruptũ & dei cognitione priuatũ significat. Manũ cæco porrigit. quod indicat eum nõ denegare auxiliũ suũ fidentibus, & opem postulantibus. Educit extra uicũ, id est, extra pagũ, docens opera quoq; diuina extra uulgi prospectũ esse facienda. Quod primũ expuit in oculos, & manus imponit, id nostram primã exprimit plasmationẽ, quæ secundũ carnẽ est. Et ideo interrogatus qui sanabatur, sensum q dem fatebatur, sed nondũ consummatũ. Quod secũdo tangit, & perfecte uidet omnia, id secundam nostram significat generationem, quæ secundum spiritum est, quæ secundo diuinitatis tactu nobis obuenit, & qua perfectæ discernimus omnia Primo nanq; deus facit quod imperfectũ est, deinde quod perfectũ: primũ quod carnale animaleq; est, subinde quod cœleste atq; spirituale. Mittit dominus illuminatũ in domũ suam. Sed quæ est domus spiritualiter illuminati, nisi ecclesia? Qui sunt uici extra ecclesiã: nisi infidelium termini, quibus sacramenta diuina non sunt aperienda, nisi domi sint, & ad sanctã accesserint ecclesiam? Et ideo à domino audiuit id: Si in uicũ introieris, nemini dixeris. At domi, ut cuiq; diceret, non prohibuit sed foris. Porro` ut uerba CHRISTI erant parabolæ, ita & facta. Neq; enim factũ ipsum latere uoluit, quod re ipsa seipsum prædicabat tã domesticis, & ijs qui illum adduxerant, q̃ Bethsaidicis incolis qui eum apprime nouerant, sed quod sub inuolucro suorũ tum uerborũ, tum factorũ tegebatur. Post hæc Marcus de profectiõe domini à Bethsaida urbe maritima, in Cæsaream Philippi, quæ illa multo orientalior est, & citra Libanũ montem, inter fluenta duorũ fontiũ Iordanis sita, mentionẽ
» facit dicens. ¶ Et egressus ẽ IESVS & discipuli eius, in castella Cæsareæ Philippi 42
» & in uia interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines?
» Qui responderunt illi dicentes: Alij Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij uero qua-
» si unũ de prophetis. Tunc dicit illis: Vos uero quem me esse dicitis? Respondens
» Petrus, ait ei: Tu es CHRISTVS. Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo.
» Et cœpit docere eos, quoniam oportet filiũ hominis pati multa, & reprobari à seni
» oribus, & à summis sacerdotibus & scribis, & occidi, & post tres dies resurgere.
» Et palã uerbũ loquebatur. Et apprehendens eũ Petrus, cœpit increpare eum. Qui
» cõuersus & uidens discipulos suos, cõminatus est Petro, dicens: Vade retro me sa
» tana, qm̃ nõ sapis quæ dei sunt, sed quæ sunt hoim. ¶ Quæ hic Marcus discutit, eadem aut certe similia habet Matthæus capi. 16. numeris 157. 158. Et quod dicitur hic: Et cõminatus est eis ne cui dicerent de illo, apud Matthæũ dicitur: Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quod ipse esset IESVS CHRISTVS. Quo fit ut illud ἐπετίμησε apud Marcũ, quod alias increpare & obiurgare interpretari solent, hoc in loco adiectis minis prohibere significet: ac si dicamus, intermi-natus est siue arcte præcepit eis, ne cui dicerent περὶ αὐτοῦ, id est de se. Quidnam? Quod ipse esset CHRISTVS, Quod uero sequit, & post tres dies resurgere, Matthæus sic habet, & tertia die resurgere. Quare uerti potuit, intra tres dies, siue in tribus diebus resurgere: ne uideretur diaphonia, ut in libello de triduo CHRISTI fusius disseruimus. Et quod rursus ait Marcus, Et palã uerbũ loq̃bat, hoc est libere ac aperte nulla usus parabola dicebat dñs se oportere multa pati, reprobari, & occidi, & tertia die resurgere. Postremo cũ ait: Et cõminatus est Petro dicẽs: Vade retro me satana, id cõminatus ẽ, designat, increpauit, et acerbe reprehẽdit. Nã qd' adijcit: Vade retro me satana, nõ ẽ cõminãtis, sed increpãtis, & aspere reprehẽdentis, etiã si cõminari sit quippiam iniungere, aut inhibere additis minis. Hæc autem oia ipse quoq; Matthæus habet cap. 16. ut iam dictum est, deinde subiungit Marcus,

de cruce

Universidad de Deusto
Biblioteca

34 » de cruce CHRISTI ferenda factũ sermonẽ, dicens. ¶ Et cõuocata turba eũ disci-
» pulis suis, dixit eis: Si quis uult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucẽ suam
» & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suã saluã facere, perdet eam: qui aũt p-
» diderit aiam suam propter me & Euangeliũ, saluam faciet eam. Quid eẽ proderit
» homini si lucretur mũdũ totũ, & detrimentũ animæ suæ faciat? Aut quid homo cõ-
» mutationis dabit pro anima sua? Qui enim me confessus fuerit, & uerba mea in ge-
» neratione ista adultera & peccatrice: & filius hominis confitebitur eum, cum uene-
» rit in gloria patris sui, cum angelis sanctis. ¶ De hac CHRISTI imitatione inferẽ-
da cruce, & sui abnegatione: quæ nihil aliud est q̃ mortificatio sui: & (ut sic dicam)
sancta quædam apathia, qua quis non in se, sed in deo uiuit: nõ in sua, sed in dei uo-
luntate (nullã eẽ uoluntatem, nisi eam quæ dei est, habere debet sanctus apathes
& uerus CHRISTI imitator) dictum est Matthæi ca. 16, numero 163. Sed hic ad-
dit Marcus ad Matthæũ, quod dominus habiturus de cruce ferenda sermonem, ad
uocauerit turbam una cum discipulis suis: Nam Matthæus tantum discipulorum
meminit. Vnde cognoscitur uoluisse etiã dominum turbam in ferẽda cruce esse sui
imitatricem: idq̃ ad omnes uere perfecte q̃ fideles pertinere. Addit etiam particu-
lam, pro qua nunc legitur in recentioribus codicibus nostris: Qui enim me confes-
sus fuerit, & uerba mea in generatione ista adultera et peccatrice: & filius hominis
confitebitur eum, cũ uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. Sed Marcus
non habet Græce, confessus fuerit, & confitebitur, sed ἐπαισχυνθῇ & ἐπαισχυνθήσεται, id
est erubuerit & erubescet: estq̃ eadem sententia cum hac Lucæ capite nouo: Nam
qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum uenerit in
maiestate sua, & patris & sanctorum angelorum. Quin & uetusti codices habent,
nõ confessus fuerit, & confitebitur: sed confusus fuerit, & confundetur. Vnde fit
ut uetus interpres confundor & erubesco pro eodem acceperit. Qui sane pleraq̃
in Marco magis improprie uertisse uidetur, quàm alius aut alij, qui alios Euangeli
stas uerterunt: quisquis is fuerit Marci interpres, ne quis putet eum fuisse Hiero-
nymum. Et idcirco quispiam hoc sermone offensus: Qui enim me confusus fuerit
& uerba mea in generatione ista adultera & peccatrice: & filius hominis confun-
detur eum, cum uenerit in gloria patris sui cum angelis sanctis, mutauit confusus
in confessus, & confundetur in confitebitur, duplicem pariens confusionẽ. Per uer
ba mea & sermones meos, Euangeliũ intelligimus. Generatio adultera est, quæ à
deo recedit, & alteri adhæret. Peccatrix, quæ mãdata dei transgreditur. Filius ho-
minis, dominus noster, saluator mundi. Ergo eũ non erubescamus & sanctũ Euan
gelium: sed potius toto corde, toto animo, totisq̃ uiribus amplectamur: ut cũ uene
rit in sede maiestatis suæ cum patre & spiritu sancto, & sanctis angelis iudicare ui-
uos & mortuos: ipse nos nõ erubescat sed filiorũ loco amplectamur inter sanctos
angelos & iustos, quẽ in mũdo amplexi fuerimus inter impuros & iniustos. Sed
id faciamus nõ attendentes nosipsos, sed gloriã eius solius, qui omne bonũ est, &
qui trinus cuncta gubernat, id est pater, & filius, & spũs sanctus. Cui honor & cõ
fessio & gloria in perennia seculorum secula, Amen.

CAPVT NONVM.

44
T dicebat illis: Amẽ dico uobis, quia sunt quidã de hinc
stantibus, qui non gustabunt mortem, donec uideant re-
gnum dei ueniens in uirtute. Et post dies sex assumpsit IE
SVS Petrum & Iacobum & Ioannem, & duxit illos in mõ-
tem excelsum solos, & transfiguratus est corã ipsis. Et ue- 5
stimenta

stimenta eius facta sunt splendẽtia, & candida nimis uelut nix, qualia ful-
lo nõ potest super terrã candida facere. Et apparuit illis Helias cum Moy-
se, & erant loquentes cum IESV. Et respondens Petrus, ait IESV. Rabbi bo
num est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula: tibi unum, & Moysi
10 unum, & Heliæ unũ. Non enim sciebat quid diceret. Erant eẽ timore ex-
territi. Et facta est nubes obumbrãs eos: & uenit uox de nube, dicens. Hic
est filius meus charissimus, audite illũ. Et statim circumspiciẽtes, neminẽ
amplius uiderunt, nisi IESVM tantũ secũ. ¶ Et descendentibus illis de mon 45
te, præcepit illis, ne cuiq̃ quod uidissent narrarent, nisi cum filius homi-
15 nis a mortuis resurrexerit. Et uerbũ cõtinuerũt apud se, cõquirentes quid
esset cũ a mortuis resurrexerit. ¶ Et interrogabãt eũ, dicentes. Quid ergo 46
dicunt pharisæi & scribæ, quia Heliam oporteat uenire primum? Qui re
spondens, ait illis: Helias cum uenerit primo, restituet omnia, & quomo-
do scriptum est in filium hominis, ut multa patiatur & contemnatur: Sed
20 dico uobis, quia & Helias uenit, & fecerunt illi quæcunq̃ uoluerunt, sicut
scriptũ est de eo. ¶ Et ueniens ad discipulos suos, uidit turbam magnam 47
circa eos, & scribas conquirentes cũ illis. Et confestim omnis populus ui-
dens IESVM, stupefactus est, & expauerunt: & accurrentes salutabãt eum.
Et interrogauit eos: Quid inter uos conquiritis? Et respondens unus de
25 turba, dixit. Magister, attuli filium meum ad te habentẽ spiritũ mutum:
qui ubicunq̃ eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet denti
bus, & arescit. Et dixi discipulis tuis ut eijcerẽt illũ, & non potuerunt. Qui
respondens eis, dixit. O generatio incredula, q̃diu apud uos ero? Quam
diu uos patiar? Afferte illum ad me, & attulerũt eum. Et cum uidisset eum
30 statim spiritus conturbauit illum, & elisus in terram, uolutabat spumans.
Et interrogauit patrem eius: Quantũ temporis est, ex quo ei hoc accidit?
at ille ait: Ab infantia, & frequenter eum in ignem & in aquã misit, ut eum
perderet. Sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri. IESVS autem ait
illi. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo excla-
35 mans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo domine, adiuua increduli
tatẽ meam. Et cum uidisset IESVS concurrentẽ turbã, cõminatus est spiri-
tui immundo, dicens illi. Surde & mute spiritus, ego p̃cipio tibi exi ab eo
& amplius ne introeas in eum. Et exclamans, & multum discerpens eum,
exijt ab eo: & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerẽt q̃a mortuus est.
40 IESVS autem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. ¶ Et cum intro 48
isset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum: Quare nos non
potuimus eijcere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi
in oratione & ieiunio. ¶ Et inde profecti, prætergrediebant Galilæã, nec 49
uolebant quenq̃ scire. Docebat autẽ discipulos suos, & dicebat illis, quo-
45 niam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & oc-
cisus, tertia die resurget. At illi ignorabãt uerbũ, & timebant interrogare

 eum. Et

cum. Et uenerunt Capharnaum. Qui cum domi essent, interrogabat eos:
Quid in uia tractabatis? At illi tacebāt. Siquidem in uia inter se disputaue
rant, quis eorum maior esset. Et residens, uocauit duodecim, & ait illis: Si
quis uult primus esse, erit omnium nouissimus, & omniū minister. Et ac- 50
cipiens puerum, statuit eum in medio eorum: quem cum complexus esset,
ait illis: Quisquis unū ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me
recipit: & quicunque me susceperit, non me suscipit, sed eum qui misit me.
50 ¶ Respōdit illi Ioannes, dicens: Magister, uidimus quendam in nomine
tuo eijcientē dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum. IESVS 55
autē ait: Nolite prohibere eum: nemo est enim qui faciat uirtutē in nomi-
ne meo, & possit cito male loqui de me: q enim nō est aduersum uos, pro
51 uobis est. ¶ Quisquis enim potum dederit uobis calicem aquæ frigidæ in
nomine meo, quia Christi estis: amen dico uobis, non perdet mercedem
52 suam. ¶ Et quisquis scādalizauerit unum ex his pusillis credētibus in me, 60
bonum est ei magis, si circūdaretur mola asinaria collo eius, & in mare mit
teretur. Et si scandalizauerit te manus tua, abscide illam. Bonū est tibi de-
bilem introire in uitam, quam duas manus habentem ire in gehēnam, in
ignem inextinguibilem: ubi uermis eorum non moritur, & ignis nō extin
guitur. Et si pes tuus te scādalizat, amputa illum. Bonum est tibi claudum 65
introire in uitam æternam, quam duos pedes habentem mitti in gehennā
ignis inextinguibilis: ubi uermis eorū nō moritur, & ignis non extingui-
tur. Quod si oculus tuus scandalizat te, eijce eum. Bonum est tibi luscum
introire in regnum dei, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam
ignis: ubi uermis eorū non moritur, & ignis nō extinguitur. Omnis enim 70
igne salietur, & oīs uictima sale salietur. Bonū est sal. Quod si sal insulsum
fuerit, in quo illud condietis? Habete in uobis sal, & pacē habete inter uos.

ANNOTATIONES BREVES LII. CIRCA LITERAM CAP. IX.

3 ueniens
ἐλκυθυῖαν
uenisse
præteritum.
3 in uirtute.
ἐν δυνάμει
3 assumpsit
παραλαμβάνει
præsens.
4 duxit
ἀναφέρει
subducit
5 excelsum
* κατιδίαν seorsum
5 transfiguratus est
μετεμορφώθη
transformatus est
6 splendentia – &
7 apparuit
ὤφθη
uisus est
10 sciebat
ἤδει
nouerat
10 diceret.
λαλήσῃ
loqueretur
12 charissimus:
ὁ ἀγαπητός
dilectus
14 quod
ἅ
plurale.
16 cū à mortuis resurrexe-
τὸ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι
illud à mortuis resurge-
17 Quid – ergo
17 dicunt – Pharisæi &
18 restituet
ἀποκαθιστᾷ
præsens.
19 in filium
ἐπὶ τὸν υἱόν
de filio
21 discipulos – suos.
22 populus
ὁ ὄχλος
turba

32 stupefactus

23 stupefactus est – &
expauerunt. 34
24 eos. 34
τοὺς γραμματεῖς
scribas
24 inter uos 34
πρὸς ἑαυτοὺς 43
inter uosipsos
26 allidit 44
ἔῤῥηξεν
lacerat
26 dentibus * ἀντῶ suis 45
29 attulerunt eum
* πρὸς αὐτόν
ad eum. 46
29 Et cum uidisset
καὶ ἰδὼν
subauditur IESVS 47
30 conturbauit
ἐταράχθη
discerpsit 48
30 elisus
πεσὼν
cadens, 48
lapsus
31 ex quo
ὡς 49
quod 49
32 in aquam
εἰς ὕδατα
plurale.
50 illi * τὸ illud
exclamās
κράξας 51
clamans & infra, 55
exijt – ab eo:
prætergrediebantur
* διὰ per 58
autem 59
γὰρ
enim
tradetur 61
παραδίδοται
præsens.
resurget. 62
– At illi ignorabāt uer
bū: & timebāt interro
essent, (gare eū. 62
γενόμενος
singulare.
Quid in uia
* πρὸς ἑαυτοὺς 63
inter uosipsos
tractabatis?
διελογίζεσθε 69
disputabatis
quis – eorum
Et residens
καθίσας
Cum sedisset
50 nouissimus
ἔσχατος
ultimus
statuit – eum
& prohibuimus eum
* ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν
quia non sequitur nos.
aquæ frigidæ
CHRISTI
χριστοῦ
genitiuus
mola asinaria
λίθος μυλικὸς
lapis molaris
scandalizauerit
σκανδαλίζῃ
præsens.
debilem
κυλλὸν
mancum,
mutilum
ire
ἀπελθεῖν
abire
in gehennam ignis
inextinguibilis,
εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ
τὸ ἄσβεστον
in gehennam, in ignem
inextinguibilem

COMMENTARIVS IN CAPVT NONVM.

DEinde subdit Marcus de trāsfiguratiōe domini, quæ fuit specimē ma-
iestatis eius in gloria uēturi seculi, dicēs. ¶ Et dicebat illis: Amē dico 44
» uobis, quia sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabūt mortē, do-
» nec uideant regnū dei ueniēs in uirtute. Et post dies sex assumpsit IE
» SVS Petrum & Iacobū & Ioannē, & duxit illos in mōtem excelsum
» solos, & transfiguratus est corā ipsis. Et uestimēta eius facta sunt splēdentia, & can
» dida nimis uelut nix, quia fullo non potest super terrā candida facere. Et apparuit
» illis Elias cū Moyse, & erant loquentes cū IESV. Et respondens Petrus, ait IESV:
» Rabbi, bonū est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula: tibi unū, & Moysi unum,
» & Eliæ unū. Nō enim sciebat quid diceret. Erāt enim timore exterriti. Et facta est
» nubes obumbrans eos, & uenit uox de nube, dicens: Hic est filius meus charissi-
» mus, audite illum. Et statim circūspicientes, neminē amplius uiderunt nisi IESVM
» tantum, secum. ¶ Particula, Sunt quidem de hic stātibus, qui non gustabūt mortē,
donec uideant regnū dei ueniēs in uirtute: tangitur capite sextodecimo Matthæi,
numero. 164. Potestq; intelligi (ut dictū illic est) de Petro, Iacobo, & Ioanne, qui ui
derunt regnū dei in uirtute, in sancta scilicet & magnifica CHRISTI transfigura-
tione. Quod etiam insinuare uidentur uerba illa Marci, ἴδωσι & ἐλκυθυῖαν, quæ præ-

 teritionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

teritionem sonant, perinde ac si dicas: Donec uiderint regnum dei uenisse in uirtu re & potestate. Ac manifestum quidem est, Petrum & Iacobum post hanc potentis regni dei uisionem gustasse mortem, hũc Hierosolymis gladio, illum crucis supplicio. De Ioanne autem cũ inter Græcos, tum inter Latinos cõtrouersia est: quia, donec, nõ importat quod ipsum post uisionẽ mori oportuerit: sed & ex alia domini sententia illum in aduentũ secundum reseruari etiam uiuum, uolũt, qua scilicet dixit
Ioan. 21. Petro: Si eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? Super qua re Georgius Trapezontius disceptationẽ cõscripsit. Quod uero subiũgitur: Et post dies sex assumpsit Petrum, Iacobũ & Ioannem, quos & duxit in montem excelsum solos: id Matthæus habet cap. sextodecimo, numero. 165. Atque per montem illum excelsum, nonnulli montem Thabor intelligunt. Verum cum dominus illo tempore fuerit in finibus Cæsareæ Philippi, ubi est Libanus, mons insignis, & in scripturis admodũ
Esa. 35. celebratus, & de quo Esaias capite trigesimoquinto sic habet: Gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: ipsi uidebũt gloriam domini, & decorẽ dei nostri: is uideri potest fuisse mons ille excelsus, in quo dominus suæ gloriæ specimen uoluerit ostendere inter Moysem & Eliam, & illos gloriæ suæ testes habere: & nõ solũ glo
Luc. 9. riæ, sed etiã ex Luca, passionis, & quã in Hierusalem passurus erat, ignominiæ: qd̃ lex & prophetæ, gloriam CHRISTI & ignominiam enuncient: Moses, lex: Elias, prophetæ: CHRISTVS, finis, & quẽ prædicant & annunciãt lex & ꝓphetæ. Et ad hoc ipsum uidetur dominus discipulos suos in Cæsareã, quæ ad radices montis Libani sita est, duxisse: ut in illo mõte transfiguraretur ante eos. Porro cũ Matthæus & Marcus dicũt, post dies sex, & Lucas capite nono, post fere dies octo, nihil compugnantiæ est. nam unum consequio trahit alterum: probe enim fit, post fere dies octo, ergo post dies sex. Quod autẽ hic dicitur, post dies sex: perinde ualet ac die septimo, aut octauo. Et quod illic, post fere dies octo: idẽ quod die septimo aut octauo, sed nondum exacto. Est igitur idem & hic & illic sensus, sed modus loquendi diuersus. Et omnia hic, ut apud Matthæum capite septimodecimo, numero prædicto, intelligi possunt. Cæterum quid præceperit dominus discipulis cum descen-
45 dit de monte, subdit Marcus, dicens. ¶ Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam quod uidissent, narrarent, nisi cũ filius hominis à mortuis resurrexerit. Et uerbũ cõtinuerunt apud se, cõquirentes quid esset, Cum à mortuis resurrexerit. ¶ Hoc idem habet Matthæus cap. septimodecimo, numero. 166. Sed addit hic Marcus, quod uerbum cõtinuerunt apud se. Et quid hoc est, nisi quod tenuerũt uisionem domini secretã apud se, donec à mortuis resurrexisset? Et disquirebãt inter se quid illud esset, Cum à mortuis resurrexerit. Quod se filium hominis nũcuparet, iã sciebãt. Sed & eis paulo ante prædixerat, numero scilicet. 42. qd̃ i tribus diebus resurgeret. Verũ nõ satis intelligebãt quo pacto resurgeret: nũ scilicet ut resurrexerat puella illa archisynagogi quã ipse suscitauerat: an de alio loq̃ret resurrectionis modo. De alio, ꝓfecto loquebat̃, quẽ intelligere nõ poterãt: quia nunq̃ talẽ uiderant, neq̃ audiuerant, quæ est cõpleta, consummataq̃ resurrectio, & omnis resurrectionis ueritas, qualis erit in die nouissimo. Sed cũ hũc resurrectionis modũ, inter se disquirẽdo, intelligere nõ potuissent, de alio interrogabãt dominũ: ut subdit Mar-
46 cus, dicens. ¶ Et interrogabãt eũ, dicentes: Quid ergo dicũt Pharisæi & scribæ, qꝗ Eliã oportet uenire primũ? Qui respõdens ait illis: Elias cũ uenerit primo, restituet omnia, & quomodo scriptũ est in filium hominis, ut multa patiatur, & cõtemnatur. Sed dico uobis, quia & Elias uenit, & fecerũt illi quæcũq̃ uoluerũt, sicut scriptũ est de eo. ¶ De tribus solũ discipulis dñi, hic & superius habetur sermo, Petro, Iacobo, & Ioanne. Qui cũ crederẽt dominum, Mesiã esse ac CHRISTVM, ut reuera erat, & post resurrectionẽ arbitrarẽtur omnia fore cõsummata, & nõdũ nouissent Eliã

prophetam

prophetã uenisse: quem tamen pharisæi & scribæ dicebant oportere prius uenire q̃ regnũ Mesiæ, præparantẽ & instaurantẽ omnia in aduentum illius: ideo interrogabant dominũ, curnam dicerent pharisæi & scribæ Eliam prius uenturũ. Quibus dominus respondit quod in Marco habet̃, Ηλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον, ἀποκαθιστᾷ πάντα, id est: Elias cum uenerit primo, instaurat siue restituit omnia: per præteritum em̃ & præsens hic loquit̃ Marcus, quod de Ioanne uerum est, qui erat Elias, de quo loquitur Malachias. Quem neq̃ discipuli, neq̃ pharisæi, neq̃ scribæ nouerãt esse Eliam & ideo nesciebant Eliã uenisse, qui tamen uenerat. Et dominus non solũ dixit eis: Cum Elias primo siue prius uenerit, restituit omnia, sed etiã adiecit, quomodo scriptum est de filio hominis, id est de se, ꝓ multa pati debeat & contemni. Quæ ex psalmis & Esaia cap. 53. & alijs prophetis cognoscuntur abunde. Et ubi adijcitur: Sed dico uobis, quod Elias uenit, & fecerunt illi quæcunq̃ uoluerunt, sicut scriptũ est de eo: particula sicut scriptum est de eo, referri debet ad id, Elias uenit, ut sic intelligatur: Elias uenit, sicut scriptum est de eo. Sed quid scriptũ est de eo? Vox cla Malach. 3.
mantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite in solitudine semitas dei nostri Et sic uenit. Et particula illa, fecerunt illi quæcunq̃ uoluerunt, per parenthesin legenda est, ut uitemus hyperbaton. Sed & quod dicit: Dico uobis quia Elias uenit, explicat quod prius dixerat: Elias cum uenerit primo, restituit omnia. Cum autem hæc dicta sunt, dominus erat cum tribus discipulis solũ: nã alios alibi dimiserat, ad
quos (facta suæ gloriæ ostensione) redit, dicente Marco. ¶ Et ueniẽs ad discipulos 47
suos, uidit turbam magnã circa eos, & scribas cõquirentes cum illis. Et confestim omnis populus uidens IESVM, stupefactus est, & expauerũt, & accurrẽtes salutabant eum. Et interrogauit eos: Quid inter uos conquiritis? Et respõdens unus de turba, dixit, Magister attuli filiũ meum ad te, habentẽ spiritũ mutum: qui ubicunq̃ eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit. Et dixi discipulis tuis ut eijcerent illũ, & non potuerunt. Qui respondens ei, dicit: O generatio incredula, q̃ diu apud uos ero? Quam diu uos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerũt eum. Et cum uidisset eum, statim spiritus conturbauit illũ, & elisus in terram uolutabat̃ spumans. Et interrogauit patrẽ eius: Quantũ temporis est ex q̃ ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia. Et frequenter eum in ignem & in aquã misit, ut eum ꝑderet. Sed si quid potes, adiuua nos, misertus nr̃i. IESVS ait illi. Si potes credere, omnia possibilia sunt credẽti. Et cõtinuo exclamãs pater pueri, cũ lachrymis aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatẽ meã. Et cũ uidisset EISVS concurrentem turbã, cõminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introẽas in eum. Et clamans & multũ discerpens eũ, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerẽt, qꝗ mortuus est. IESVS aũt tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit. ¶ Tangit hoc Matthæus cap. 17. numero. 168. Sed addit hic Marcus, quod inuenit scribas altercãtes cum discipulis suis, & copiosam circa eos turbam: quem cum uidit turba, admirata est & obstupuit, quod erat signum inopinati eius aduentus, quod autem accurrebant salutantes eum, desiderij illius & beneuolentiæ. Sic dominus cum à maiestate descendet in terra, turbabunt̃ multi, terrebunt̃ & expauescent. Et multi etiã præ magno desiderio ex longa expectatiõe eũ cũ omni læticia excipiẽt. Interrogauit eos quibus de rebus inter se contenderẽt: tũc ille gratia cuius erat contentio inter scribas & apostolos, ꝓsilijt in mediũ, & narrauit negociũ. Vnde intelligit̃ scribas tunc cõtendisse cũ apostolis, ꝓ nõ potuissent sanare sibi oblatũ puerũ, ipsos contẽnentes, quasi qui nullã potentiã haberẽt. Et hic ille est qui genibus CHRISTI aduolutus, apud Matth. precabat̃ eũ, dicẽs Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patit̃. Addit etiã hic Marcus, ꝓ puer erat mutus, & quod ex uerbis domini,

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritus ille erat mutus & surdus. Eiusmodi autem spiritus, sunt immudi spiritus, qui mutos faciunt & surdos, adeo ut ne adiurationes quidem, & uerborum intelligētias capere uideātur. Sed dices; si spiritus erat mutus & surdus, & ab infantia oc-
Luc. 9. cupauerat puerū ut respondit pater, quomodo dicit Lucas de puero: Et ecce spūs apprehendit eum, & subito clamat. & hic Marcus de spiritu: Et clamās & multū discerpens eum, exijt ab eo: Nā si mutus erat, quomodo clamabat? Certe hic clamor sermonem nullum, nullamq; loquelam indicabat; sed sonū doloris, & rugitū quendam ac mugitū terribilem, quem arreptitij emittere solent cum primum uexat eos, torquet, ac misere laniat dæmoniū. Quam infelicitatē fides IESV CHRISTI à nostro genere ꝓpulsat, & nos à tāta necessitate liberat, cui sit gloria ī secula. Mox uero discipuli, cur non potuerint illud eijcere, causam petierūt à domino, dicente Mar-
48 » co. ¶ Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum: Quā-
» re nos nō potuimus eijcere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, ni-
» si in oratione & ieiunio. ¶ Ob incredulitatem generationis illius, & partim etiam, authore Matthæo, apostolorum, non potuerūt eijcere, nā si fidem habuissent, spiritus CHRISTI semper præsens aderat, qui has ad finē usque mundi operatur uirtutes, modo apta sint instrumēta; qui enim uel sine instrumētis omnia potest, uult etiam & medio instrumentorum operari, ut magis cognoscatur sua communicata bonitas, & suarum gratiarū dona liberius suscipiantur. Sed & quadam secreta ordinatione, hoc genus dæmoniorum oratione & ieiunio eijciendum esse docuit, quod cū sit mutum, interrogatum non respondet: & cum sit surdum, increpationes non admittit, nec timet comminationes. Ergo ad solum deū fundenda est oratio: & ut oratio sit exaudibilior, adiungendum est ieiuniū & propria afflictio. Post hæc ex illo loco profectus est dominus in Iudæā, ubi erat breui moriturus, & transeūdo per me-
49 » diam Galilæam, uenit primum Capharnaum, ut exprimit Marcus, dicēs. ¶ Et inde
» profecti, prætergrediebantur Galilæā, nec uolebat quenquā scire. Docebat aūt di-
» scipulos suos, & dicebat illis: quoniam filius hoīs tradetur in manus hominū, & oc-
» cident eū, & occisus tertia die resurget. At illi ignorabāt uerbū, & timebāt interro-
» gare eū. Et uenit Capharnaū. Qui cū domi esset, interrogabat eos: Quid in uia tra-
» ctabatis? At illi tacebāt. Siquidē in uia inter se disputauerāt, quis eorū maior esset.
» Et residēs uocauit duodecim, & ait illis: Si quis uult primus esse, erit omniū nouissi-
» mus, & omniū minister. Et accipiēs puerū, statuit eū ī medio eorū. Quē cū comple-
» xus esset, ait illis: Quisquis unū ex huiusmodi pueris receperit in noīe meo, me re-
» cipit: & quicunque me susceperit, non me suscipit, sed eū qui misit me. ¶ Hoc Matthæus tāgit, partim cap. septimodecimo, numero. 168. partim cap. duodeuigesimo, numero. 172. Addit tamen Marcus, quod nolebat quenquā scire, quodq; cum apud Capharnaū in domo interrogasset discipulos, quē ī uia agitassent sermonē, illi tacebāt. At si tacebāt, qūo ait Matthæus: In illa hora accesserūt discipuli ad IESVM, dicentes: Quisputas maior est in regno cœlorū? Ore certe tacebāt, sed corde & intra se loquebātur. At dominus ad dicta cordis, sermonē suū applicuit: ostēdens cogitatus eorū se latere nō posse, dicēte Luca: IESVS uidens cogitatiōes cordis eorū apprehendit puerū, & statuit illum secus se. Aeque enim silentiū deo loquitur, atq; sermo. Porro historia pueri ī medio collocati, ad humilitatis exēplū etiā ex Matthæo cap. duodeuigesimo, numero. 172. nota est. Deinde de uiro illo qui ī nomine IESV
50 » arcebat dæmonia, subdit Marcus Ioannem interrogasse dominum, dicens. ¶ Re-
» spondit illi Ioannes, dicens: Magister, uidimus quendam in nomine tuo eijcientem
» dæmonia, qui nō sequitur nos, & prohibuimus eū. IESVS autem ait: Nolite prohi-
» bere eum. Nemo est enim qui faciat uirtutem in nomine meo, & possit cito male lo-
» qui de me. Qui enim non est aduersum uos, pro uobis est. ¶ Hoc Matthæus non habet,

habet, sed Lucas cap. nono, numero. 86. Vt dominus secrete operatus est in Paulo non sequente apostolos, saltem corpore (Continuo, inquit, non acquieui carni Galata. 1
& sanguini, neq; ueni Hierosolymam ad antecessores meos apostolos: sed abij in Arabiam, & iterū reuersus sum Damascum) sic secrete operatus fuerat in eo, qui in nomine suo dæmonia eijciebat. Et ut Paulus mente sequebat CHRISTVM cū apostolis, sic & ille: sed internum motum uidet deus, nos externū. Et ideo dominus reprehendit apostolos, qui prohibebant eum, temeraria & quæ ab exterioribus pendeant iudicia interdicens, cum diuina ignoretur uoluntas, quæ cognoscit abscondita. Ad hæc qui donū habet uirtutum faciendarū, quod uidebant apostoli illum habere, ut is cito male loquat ac sentiat de CHRISTO, fieri nō potest. Dico cito, facile; nam Iudam habuisse illam potestatē scimus, qui etiā si uirtutē aliquam in nomine eius operatus est, nihilominus ubi in laqueos dæmōis incidit, postea de eo male locutus est, & ipsum uendidit. At ille qui in sancto illo noīe uirtutes operabatur, nō erat contra apostolos, sed ꝓ apostolis: quare de ipsis ut de domino bene loquebat: quod maius erat quasi sequens eos officia aliqua præstitisset corpo-
» rea, de quibus aperiente Marco subdit dominus. ¶ Quisquis em̄ potū dederit uo- 51
» bis calicē aquæ frigidæ in nomine meo, quia CHRISTI estis: amen dico uobis, nō
» perdet mercedem suam. ¶ Tanta est dei benignitas, ut cum ex conditionis nostræ obligatione teneamur bnfacere, & mutua humanitatis officia impēdere, nec ob id quicq; nobis debeatur (obligatio enim est, & naturæ debitum) nihilominus mercedem gratiæ suæ largiri nobis uelit, & uel minimū faciētibus bonum retribuere, & maxime si illud in noīe eius, si amore eius & propter ipsum fecerimus: ut si dederimus alicui fideli haustū aquæ in noīe eius, & quia ipse CHRISTI est, merces nostra nō peribit apud deū. Quāto magis ergo ille qui amabat CHRISTVM, qui bene loquebat de eo & apostolis, gratiā promerebat, & nō erat prohibēdus? qui em̄ amat quempiā, ac de eo bene loquit, magnum illi impendit beneficiū, & quod uacuum gratia nequaq; esse debet. Sed ut gratia dabitur bona facientibus, ita ediuerso mala facientibus irrogabunt flagella: nam transgressio obligationis iuste punit.
» Quod subdit dns per Marcū, dicens. ¶ Et quisquis scandalizauerit unum ex his 52
» pusillis credētibus in me, bonū est ei magis si circundaret mola asinaria collo eius
» & in mare mitteret. Et si scādalizauerit te manus tua, abscide illā. Bonū est tibi de
» bilem introire in uitam, q̄ duas manus habentē ire in gehennā, in ignē inextinguí-
» bilem, ubi uermis eorū nō moritur, & ignis nō extinguit. Et si pes tuus te scandalí-
» zat, amputa illū. Bonū est tibi claudū introire in uitā æternā, q̄ duos pedes haben-
» tem mitti in gehennā ignis inextinguibilis; ubi uermis eorū nō morit, & ignis nō
» extinguit. Quod si oculus tuus scandalizat te, eijce eum. Bonū tibi luscū introire
» in regnū dei, q̄ duos oculos habentē mitti in gehennā ignis, ubi uermis eorum nō
» moritur, & ignis non extinguit. Omnis em̄ igne salietur, & omnis uictima sale sa-
» liet. ¶ Hæc tangunt à Matth. cap. 18. nūeris. 173. 175. Et addit paucula ad Matthæum, ut post gehennā ignis, id inextinguibilis. Itē ter hāc particulā; Vbi uermis eorū nō morit, & ignis nō extinguit. Quibus uidet innui, & ignē illū nō esse elemētarē nam omnis talis extinguibilis est: & uermē illū nō esse terrenū, qndoquidē omnis talis morit. Quare uermis ille est aīa q̄cunq; in corpore peccatis infecto fœtidoq; ac mortuo ihabitat: cui ignis ille inextinguibilis, qualē deus nouit, paratus est ad tormentū. At aīa q̄ legē dei seruat, & quā spes totaq; in deo fiducia purgat, fides illūinat, & charitas pficit, & multiformis gratia dei in corpore puro, odoro, & uiuo inhabitans, uictima dei est, & uictima quidē uiua. Ex quo intelligit id, quod subinde adiecit ex uerbis domini Marcus: Omnis em̄ (scilicet uermis) igne salet; & omnis uictima sale salet. Ergo uermis, aīa iiusta. Victima, aīa sancta. Ignis, ignis gehēnæ

Universidad de Deusto Biblioteca

tenebræ exteriores, perpetua dei ignorantia, supplicium ac tormentũ perpetuum. Sal, sal diuinũ, sapientia dei, lux immensa, perẽnis dei cognitio, gudiũ & gloria sempiterna. Saliri, ad immortalitatem, siue in tormentis, siue in felicitate reseruari. Vermis non moritur: quia anima incorruptilis est & immortalis, quamuis fœda sit & uitijs corrupta. Et multo magis uictima, quæ est anima sancta & gratijs abundans est incorruptibilis, immortalis, et æterna. Sed hæc, in uita uiuẽs æterna: illa uero, uiuens in morte perpetua, nel potius semper moriẽs, nec potens unq̃ mortis nunq̃
53 finientis finire tormenta. Deinde aperiente Marco subdit dominus. Bonũ est sal. Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud cõdietis? Habete in uobis sal, & pacẽ habete inter uos. ¶ Hoc de doctrina & sapientia, qua aliquando alij alios in hoc mundo saliunt & condiunt, intelligitur. De quo cap. 5. Matthæi, numero 35. dictũ est. Et hoc habere intra nos iubemur, & pacẽ cũ alijs, ut esse possimus uictima illa deo pacifica, & æterno sale cõdita. Quod nobis annuat rex superbenedictus, summus pater æternus, qui mysteria sua in sancto Euangelio coæterni filij sui nobis reuelat. Cui honor, decus, & imperiũ, per filiũ suum dominum nostrum, & cum filio in spiritu sancto, in omnia secula seculorum, Amen.

CAPVT DECIMVM.

54 T inde exurgẽs, uenit in fines Iudææ ultra Iordanẽ, & cõueniũt iterum turbæ ad eum: & sicut consueuerat, iterum docebat illos. Et accedentes pharisæi, interrogabant eum si licet uiro uxorem dimittere, tentantes eũ. At ille respon
dens, dixit eis: Quid uobis præcepit Moyses? Qui dixe- 5
rũt: Moyses permisit libellũ repudij scribere, & dimittere. Quibus respõdens IESVS, ait: Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis præceptum istud Ab initio autem creaturæ masculũ & fœminã fecit eos deus. Propter hoc relinquet homo patrem suũ & matrem, & adhærebit ad uxorem suam, & erunt duo in carne una. Itaq̃ iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo 10
deus coniunxit, homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis: Quicunq̃ dimiserit uxorem suam & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si uxor dimiserit ui-
55 rum suum, & alij nupserit, mœchatur. ¶ Et offerebãt illi paruulos, ut tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cũ uide- 15
ret IESVS, indigne tulit, & ait illis: Sinite paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos: taliũ enim est regnum dei. Amen dico uobis, quisquis non receperit regnum dei uelut paruulus, nõ intrabit in illud. Et complexans
56 eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. ¶ Et cum egressus es- 20
set in uia, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum, dicens: Magister bone, quid faciam, ut uitam æternam percipiam? IESVS autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus deus. Præcepta nosti: Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris. Ne falsum testimoniũ dixeris, Ne fraudem feceris: Honora patrem tuũ & matrem. At ille respondẽs ait illi: Magister, hæc omnia obseruaui a iuuentute mea. IESVS autem in- 25
tuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deest. Vade, quæcunque

habes

habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & ueni, sequere me. Qui contristatus in uerbo, abijt mœrens: erat enim habẽs multas possessiones. ¶ Et circunspiciens IESVS, ait discipulis suis: Quam diffi 57
30 cile qui pecunias habent, in regnum dei introibunt? Discipuli autem ob stupescebant in uerbis eius. At IESVS rursus respondens, ait illis: Filioli, quam difficile est confidentes in pecunijs, in regnum dei introire? Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos: Et quis po-
35 test saluus fieri? Et intuens illos IESVS ait: Apud homines impossibile est sed non apud deum: omnia enim possibilia sunt apud deum. ¶ Et post 58
hæc cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Respondens IESVS, ait: Amen dico uobis, nemo est qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrem, aut filios, aut agros ꝓpter
40 me, & propter Euangeliũ, qui non accipiat centies tantum nunc in tẽpore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cũ persecutionibus: & in seculo futuro uitam æternam. Multi aũt erunt primi, nouissimi: & nouissimi primi. ¶ Erant autem in uia ascendentes Hierosolymam, 59
& præcedebat illos IESVS. Et stupebant, & sequentes timebant. Et assu-
45 mens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei uentura. Quia ecce ascendimus Hierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ & scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gẽtibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum: & tertia die resurget. ¶ Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij 60
50 Zebedæi, dicentes: Magister, uolumus ut quodcunq̃ petierimus, facias nobis. At ille dixit eis: Quid uultis ut faciã uobis? Et dixerunt: Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam, sedeamus in gloria tua. IESVS autem ait eis: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibo: aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? At illi dixe-
55 runt ei: Possumus. IESVS autem ait eis: Calicem quidem quem ego bibo bibetis: & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autẽ ad dexteram meam uel ad sinistram non est meum dare uobis, sed quibus paratum est. ¶ Et audientes decem, indignati sunt de Iacobo & Ioanne. IESVS 61
aũt uocans eos, ait illis: Scitis quia hi qui uidentur principari gẽtibus, do-
60 minantur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum. Nõ ita est autem in uobis: sed quicunq̃ uoluerit fieri maior, erit uester minister: & quicunq̃ uoluerit in uobis primus esse, erit ominiũ seruus. Nam & filius hominis non uenit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animã suam redemptionem pro multis. ¶ Et ueniũt Hiericho, & proficiscente eo 62
65 de Hiericho, & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta uiã mendicans. Qui cũ audisset quia IESVS Nazarenus est, cœpit clamare & dicere: IESV fili Dauid, miserere mei. Et

cõmina-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cōminabantur ei multi, ut taceret. At ille multomagis clamabat: Fili Da-
uid, miserere mei. Et stans IESVS, præcepit illum uocari. Et uocant cæcum
dicentes ei: Animæquior esto: Surge, uocat te. Qui proiecto uestimento 70
suo, exiliens, uenit ad eum. Et respondens IESVS, dixit illi: Quid tibi uis
faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, ut uidea m. IESVS ait illi: Vade,
fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit, & sequebatur eum in uia.

ANNOTAT. BREVES XLIX. CIRCA LITE. CAP. X.

1 ultra Iordanem:
διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου
per locum qui est ul= 28
8 creaturæ (tra Iordanē
κτίσεως
creationis
10 duo in carne una. 31
οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν
qui duo fuerant in car=
nem unam. 31
13 super eam.
ἐπ' αὐτήν
in eam 33
aduersus eam
14 paruulos
παιδία 34
puellos & infra.
15 comminabantur
ἐπετίμων 36
increpabant 39
15 Quos cum uideret
ἰδὼν δέ 39
Cum uidisset autem
16 ad me: – &
18 non intrabit 40
οὐ μὴ εἰσέλθῃ
nequaq; ingredietur
20 in uia
εἰς ὁδόν
in uiam 42
20 procurrens
προσδραμὼν
accurrens
20 rogabat eum, – dicens.
21 percipiam
κληρονομήσω
hæreditate possidebo 47
hæreditabo 51
24 Ne fraudem feceris. 52
μὴ ἀποστερήσῃς
Ne fraudaueris
sequere me
*ἄρας τὸν σταυρόν
sublata cruce,
tollens crucem.
in uerbis: 57
ἐπὶ τοῖς λόγοις
super uerbis
Filioli: 57
τέκνα
Filij
transire: 59
εἰσελθεῖν
ingredi
magis admirabantur: 59
περισσῶς ἐξεπλήσσοντο
supra modū stupebant
deum. Et – posthæc
matrem, 60
*ἢ γυναῖκα aut uxorem
filios, 60
τέκνα
liberos & infra.
qui non 60
quin
centies tantum
ἑκατονταπλασίονα
centupla 60
futuro
τῷ ἐρχομένῳ
uenturo 61
quæ essent ei uenturâ.
τὰ μέλλοντα αὐτῷ συμ
βαίνειν
q̃ essent sibi euēturа 62
scribis – & senioribus:
dixerunt *αὐτῷ ei.
ad dexterā, ad sinistrā 63
ἐκ δεξιῶν, ἐξ εὐωνύμων
à dextris, à sinistris
& infra.
54 bibo, aut
πίνω, ἢ
bibo, &
57 meam uel
μου
meam &
57 dare – uobis,
58 indignati sunt
ἤρξαντο ἀγανακτεῖν
cœperunt indignari
59 uocans
προσκαλεσάμενος
aduocans
59 principari
ἄρχειν
imperare
dominantur eis:
κατακυριεύουσιν αὐτῶν
dominantur in eas
60 principes
οἱ μεγάλοι
qui magni sunt
potestatē habēt ipso=
κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν
rū:
potestatē exercēt in
Non ita est eas:
οὐχ οὕτως δὲ ἔσται
Non ita autem erit.
maior
μείζας
positiuus,
* ἐν ὑμῖν in uobis.
in uobis
ὑμῶν
ex uobis
ei: sibi

64 profi=

64 proficiscente
ἐκπορευομένου
egrediente
65 plurima
πολλά
copiosa,
sufficiente
69 præcepit
εἶπεν
dixit
70 Animæquior esto,
θάρσει
Confide
Bono animo esto
71 exiliens
ἀναπηδήσας
cum surrexisset
71 ad eum.
πρὸς τὸν Ἰησοῦν
ad IESVM
72 uideam.
ἀναβλέψω
uisum recipiam
& infra.

COMMENTARIVS IN CAPVT DECIMVM.

MOx prosequitur Marcus de pharisæis, qui accesserunt ad dominū in
finibus Iudææ ultra Iordanē, dicens. ¶ Et inde exurgens, uenit in fi= 54
nes Iudææ ultra Iordanē, & cōueniūt iterū turbæ ad eū. Et sicut con=
sueuerat, iterū docebat illos. Et accedētes pharisæi, interrogabant eū
si licet uiro uxorē dimittere; tentantes eū. At ille respondēs, dixit eis
Quid uobis p̄cepit Moyses? Qui dixerūt: Moyses p̄misit libellū repudij scribere,
& dimittere. Quibus respondēs IESVS, ait. Ad duriciā cordis uestri scripsit uobis
præceptū istud. Ab initio aūt creaturæ masculū & fœminā fecit eos deus. Propter
hoc relinquet homo patrem suū & matrem, & adhærebit ad uxorem suam: & erūt
duo in carne una. Itaq; iam nō sunt duo, sed una caro. Qd' ergo deus cōiunxit, ho
mo nō separet. Et in domo iterū discipuli eius de eodem interrogauerūt eum. Et
ait illis. Quicunq; dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit
super eam. Et si uxor dimiserit uirum suū & alij nupserit, mœchatur. ¶ In illis fini=
bus est terra Moabitarū. Et hæc materia de non dimittenda uxore, similiter hic tra
ctatur à Marco, ut à Matthæo capite undeuigesimo, numeris. 184. & 185. nisi q̃
hic Marcus non addit particulam, nisi ob fornicationē, quæ inuenitur in Matthæo.
De qua & Hermas meminit, cum de hac materia interrogans angelum, dicit: Do
mine, si quis habuerit uxorem fidelem in domino, & hanc inuenerit in adulterio;
nunquid peccat uir, si conuiuit cum illa? Et dixit mihi: Quamdiu nescit peccatum
eius, sine crimine est uir uiuens cum illa. Si autē scierit uir uxorem suam deliquisse
& nō egit pœnitentiā mulier, & permanet in fornicatione sua, & conuiuit cum ea
uir, reus erit peccati eius, & particeps mœchatiōis illius. Et dixi illi: Quid ergo, si
permanserit in uicio suo mulier? Et dixit: Dimittat illā uir, & uir p se maneat. Qd'
si dimiserit uxorē suam, & aliam duxerit, ipse mœchat. Quæ aūt tales erant, non li
cebat ex lege dimittere, maxime si erant manifeste in peccato deprehensæ, sed ex
lege lapidabant. Porro responsionē domini ad discipulos super hac re interrogan
tes eum, hic ponit Marcus eandem, quam & Matthæus tangit ad pharisæos eodē
capite undeuigesimo, numero, 185. Et eius aperta est intelligētia. Hinc prosequit
Marcus de pueris, qui pio parentū affectu offerebant domino, ut tangerent ab eo
dicens. ¶ Et offerebant illi paruulos ut tangeret illos. Discipuli aūt comminaban= 55
tur offerentibus. Quos cū uideret IESVS, indigne tulit, & ait illis: Sinite paruulos
uenire ad me, & ne prohibueritis eos: Talium est enim regnū dei. Amen dico uo=
bis, quisquis non receperit regnū dei uelut paruulus, nō intrabit in illud. Et com=
plexans eos, & imponens manus sup illos, benedicebat eos. ¶ Beati sunt paruuli
illi, q̃s dominus sanctis manibus tetigit, sanctis ulnis amplexatus est, & sacro ore
benedixit: adeo puritatē, simplicitatē & innocentiā uitæ diligit: quorū ipse author
est & opifex. Addit hic Marcus ultra Matth. cap. undeuigesimo, nūero. 187. domi
num indigne tulisse discipulorū comminationē, ne pueri offerent: in quo intelligi=
mus eos incurrere indignationē dei, qui p̄hibent aut impediūt aliq̃s ad eū uenire.
Vult em

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vult eũ miſericordia diuina, & illa incomprehenſibilis bonitas, amplecti, benedicere & ſaluare, & ſuo ſancto attactu ad ſe trahere omnes. Addit & dominũ dixiſſe Quiſquis non receperit regnũ dei (quod eſt regnũ fidei in CHRISTVM) ut paruulus (id eſt purus, ſimplex, & innocens, & hæc eſt humilitas ſpiritus) non intrabit in illud, id eſt, in regnũ dei, quod tandẽ eſt regnũ cœleſte, glorioſum, & æternũ. Multis ergo hac ſententia timor domini incuti debet, & ingeri ſolicitudo, humilis, puræ, innocentisq; uitæ. Deinde hiſtoriam de adoleſcente diuite ſubdit Marcus, di-
56 „ cens. ¶ Et cũ egreſſus eſſet in uia, procurrẽs quidam genuflexo ante eum, roga-
„ bat eum dicens: Magiſter bone quid faciam ut uitam æternam percipiam? IESVS
„ autem dixit ei: Quid me dicis bonũ? Nemo bonus, niſi unus deus. Præcepta noſti:
„ Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falſum teſtimoniũ dixeris, Ne fraudem
„ feceris: Honora patrẽ tuũ & matrem. At ille reſpondens, ait illi: Magiſter, hæc ob
„ ſeruaui à iuuentute mea. IESVS autem intuitus eũ, dilexit eũ, & dixit: unũ tibi de-
„ eſt: Vade quæcunq; habes uende, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo,
„ & ueni ſequere me. Qui contriſtatus in uerbo, abijt mœrens: erat eẽ habens mul-
„ tas poſſeſſiones. ¶ Cum hic ait: Vnũ tibi deeſt: Vade quæcunq; habes uende, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in cœlo, & ueni ſequere me: quomodo unũ deeſt, cum tria proponat illi facienda? Primum, uendere omnia: Secundũ, dare pauperibus: Tertium, ſequi ipſum. Et quid eſt illud unũ? Sane` paupertas ſpiritus, ad quã conſequendam, tria illa erant ei neceſſaria & maxime omnium, tertium ſcilicet ſequi dominũ: non tam motione pedum, q̃ imitatione uitæ, & mortificatione affectuum, in quo ueræ in deo diuitiæ conſiſtunt, quæ cum ijs quæ in mũdo ſunt, quæ ueræ non ſunt (ubi quis animũ adiecerit) ſtare non poſſunt. Et hanc quoq; hiſtoriã ponit Matthæus, cap. undeuigeſimo, numero 188. Sed Marcus hic addit, quod genuflexit ante dñm: quod erat humilitatis & reuerentiæ argumentũ. Addit etiã quod IESVS intuitus eũ, dilexit ipſum: quandoquidem bonam in eo recognouit, quã ip ſe conſiderat naturã, qua patrem & matrem honorabat, & mandata ſeruabat ab ea ætate, qua ualuit illa cognoſcere, & ſi non ſpũ, ſaltem litera, & deſiderio quoq; regni cœleſtis & uitæ trahebatur æternæ: ſed cathena una uiciebatur, ſcilicet diuitiarũ amore, in quibus confidebat, quæ eum impediebat, quo minus deũ ut par erat, timeret, reuereret, amaret, & mandata ut oportebat impleret: quæq; tandem eũ uſq; adeo demẽtauit, ut maluerit illa teneri, q̃ acquirere regnũ cœlorũ: & ita cœleſti theſauro prætulerit terrenũ theſaurũ, ſe ſuapte uoluntate à deo auertens, & cõtra dei uoluntatẽ cœleſte regnũ pdens, illa una cupiditate excæcatus, & proinde eo quod uere bonũ eſſet, priuatus. Nam diuites deus nõ odit, ſed dona ſua in eis intuens, illos diligit. Linquant ergo amorem diuitiarũ, & quærant dei amorẽ. Ille diuites diligit, diuitiæ eos diligere nõ poſſunt. Faciantq;, ne amor dei, qui ſumme bonus, & ſolus bonus eſt, erga eos fruſtra ſit. Nõ auertantur triſtes, ſed conuertant ad deũ iucundi. Confidant in eo, qui ſaluare poteſt. Deſerant confidentiã in diuitijs, quæ ſaluare nõ poſſunt, ſed perdere. Rũpant catenã hanc. Dent oĩa pauperibus. Euolent ruptis cõpedibus ad cœleſtẽ theſaurũ. Cõſiderent q̃ infelix ſit iuuenis ille, q olim diues fuit, qui hoc ſolo nũc miſer eſt q̃ ſe beatũ putabat. Sequant CHRISTVM, ſuam & ſolã ſalutẽ, memores ſermonis, quem dñm habuiſſe diſcipulis ſuis memorat
57 „ Marcus dicẽs. ¶ Et circũſpiciens IESVS, ait diſcipulis ſuis: Quàm difficile q pecu-
„ nias habẽt, in regnũ dei introibunt? Diſcipuli aũt obſtupeſcebant in uerbis eis. At
„ IESVS rurſus reſpondẽs, ait illis: Filioli, q̃ difficile eſt confidentes in pecunijs in
„ regnũ dei introire? Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, q̃ diuitem in-
„ trare in regnũ dei. Qui magis admirabãtur, dicẽtes ad ſemetipſos. Et qs poteſt ſal
„ uus fieri? Et intuens illos IESVS, ait: Apud hoĩes impoſſibile eſt, ſed nõ apud deũ

Omnia

„ Omnia enim poſſibilia ſunt apud deũ. ¶ Hæc inſtructio domini aduerſus ſtultã cõ-
fidentiam, & irrationalem amorem diuitiarũ, poſita eſt Matthæi capite undeuigeſi-
mo, numero. 189. & peruia illic facta eſt intelligentia. Nec tam diuitias dimittẽdas,
quibus ad neceſſaria cõparanda uti poſſumus, cũ tẽpus expoſtulat, et opera charita-
tis efflagitãt, quàm effectum diuitiarũ, nobis hic inſinuare uidetur Marcus: cũ uer-
„ ba Petri ad dominũ refert, dicens. ¶ Et cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimiſimus 58
„ omnia, & ſecuti ſumus te. Reſpõdẽs IESVS, ait: Amẽ dico uobis: Nemo eſt q reli-
„ querit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros
„ propter me & propter Euangelium, qui non accipiet centies tantum; nunc in tẽpo
„ re hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros cũ perſecutiõibus:
„ & in ſeculo futuro uitam æternã. Multi autem erunt primi, nouiſſimi: & nouiſſimi,
„ primi. ¶ Petrum & alios diſcipulos affectũ rerum terrenarum dimiſiſſe, & ſecutos
fuiſſe dominũ, cõſtat: at eos res ſuas totas uendidiſſe & erogaſſe pauperibus, nõ cõ-
ſtat. cum poſteaquã Petrus ſecutus eſt dominum, legamus apud Matthæum: Et cũ Matth. 8.
ueniſſet IESVS in domũ Petri, uidit ſocrum eius iacentem. Et apud Marcum: Et Mar. 1.
protinus egredientes de ſynagoga, uenerũt in domũ Simonis & Andreæ. Et apud
Lucam: Surgens autem IESVS de ſynagoga, introiuit in domum Simonis. Et rur Luc. 4.
ſus cap. quinto: Aſcẽdens autem in unam nauium, quæ erat Simonis, rogauit eum
à terra reducere puſillũ. Ergo affectum ad res, nõ res ipſas reliquerãt. Neq; dominus omnem affectum relinquere iubet ijs, qui opes habent, ſed affectum poſſidendi eas, & confidendi in illis: nã fieri poteſt, ut adſit affectus pie erogãdi illas, & eiſdem aliorum neceſſitatibus ſubueniẽdi. Et hũc præcipit dominus: Da (inquit) pauperibus. & illum prohibet, cum ait: Quàm difficile eſt cõfidentes in pecunijs, in regnum dei introire? Primum affectum habẽtes, Abraham, Iſaac & Iacob, diuites fuerunt. Secundum, diues qui ſepultus eſt aĩa in infernũ detracta. Sed dices: Dixit dominus adoleſcenti: Vade, quæcunque habes uẽde, & da pauperibus: opes igitur dimittendæ ſunt, nõ opũ affectus ſolum. Certe` ijs qui opes ſine prohibito affectu habere nõ poſſunt, facultates ipſæ amouendæ ſunt, ut amoueatur ad ipſas affectus, ut res aliæ cæteræ, ad quas ſtulto ferũtur amore, ut etiã filij et filiæ. Qui aũt ſine affectu noxio habere poſſunt, nihil prohibet eos illas ad ſanctos uſus poſſidere. Quod ſi qui etiam propter maiorẽ CHRISTI imitationẽ, & ut facilius crucẽ eius ferãt, omnia & affectu & re ipſa relinquũt: ſemel omnia deo offerẽtes, quod pluribus uicibus eſſent erogaturi: & hi quoq; ſic à deo tracti ſunt perfectiores. De adoleſcente autẽ id nouerat dominus, qd quãdiu opes haberet, nimio illis hæreret affectu. Ideo expediebat ei, ut oĩa uenderet & erogaret, poſtmodũ illis cariturus iuxta ſanctũ domini conſilium. Et multi ſunt huiuſmodi, ut cũ nihil habeãt, nihil omnino diuitias curẽt, nullaq; ſitis habẽdi torqueat eos. Si aũt eis aſſint fortunæ, plus æquo ad illas afficiãtur, quibus prouidẽtia perbenigne proſpicit, ſi relinquit pauperes: nã pauptate uti ſciunt, diuitijs neſciũt. Alij ſunt natura & gratia liberales & miſericordes, qui oppoſito ſe habẽt modo. Et de illis & iſtis dicitur: Dominus pauperem facit & ditat. Alij 1. Reg. 2.
ſunt ad utranq; ſortẽ apti, & qui cum Paulo dicere poſſunt: In omnibus inſtituti ſu- Philip. 4.
mus & ſatiari & eſurire, & abũdare & penuriã pati: omnia poſſumus in eo, qui nos cõfortat. Et hi ſunt optimi. Ergo ſi res ipſas non relinquimus, ſaltẽ affectus noxios relinquamus: ſic illas habentes, quaſi nõ habeamus, mercedem benignitatis dei habituri, quam dominus aperuit Petro & ijs, qui relictis omnibus ſecuti ſunt eũ. Quæ cõſimiliter ut hic, cõtinentur in Matthæo cap. undeuigeſimo, numero. 191. Deinde
„ Marcus proſequitur profectionem domini in Hieruſalem, dicens. ¶ Erant autẽ in 59
„ uia aſcẽdentes Hieroſolymam, & præcedebat illos IESVS. Et ſtupebant, & ſequẽ-
„ tes timebant. Et aſſumẽs iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ eſſent ei uẽtura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» Quia ecce aſcendimus Hieroſolymã, & filius hominis tradetur principibus ſacer-
» dotum, & ſcribis, & ſenioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eũ gentibus,
» & illudent ei, & conſpuent eũ, & flagellabunt eum, & interficiẽt eum: & tertia die
» reſurget. ¶ A terra Moabitide per Iordanẽ & Hierichonta aſcenditur in Hieruſa-
lẽ. Et quæ hic Marcus habet, eadẽ narrat Matthæus cap. uigeſimo, numero. 193. Ad
dit tamẽ Marcus, quod IESVS præcedebat diſcipulos & apoſtolos ĩ uia, qui ſtupe
bant. Super quo? Sane ſuper reſpõſione quã fecerat de difficultate ſalutis eorũ qui
diuitias habẽt, id eſt diuitijs hærent. Et ſequẽtes timebãt. Quid timebãt? Ne præ dif
ficultate ſalutis, uita priuarẽtur æterna: & ne ipſi q ſe primos exiſtimabãt, forte effi
cerẽtur nouiſſimi, & reprobi. Cætera ut ĩ Matthæo intelligũtur. Cõtinenter ſubdit
60 » Marcus de ambitiõe Iacobi & Ioannis, dicens. ¶ Et accedũt ad eũ Iacobus & Ioan
» nes filij Zebedæi, dicẽtes: Magiſter, uolumus ut qd cunq; petierimus facias nobis.
» At ille dixit eis: Quid uultis ut faciã uobis? Et dixerunt: Da nobis ut unus ad dexte
» ram tuã, & alius ad ſiniſtrã tuã ſedeamus in gloria tua. IESVS autẽ ait eis: Neſcitis
» quid petatis. Poteſtis bibere calicẽ quẽ ego bibo, aut baptiſmo quo ego baptizor,
» baptizari? At illi dixerũt ei: Poſſumus. IESVS autẽ ait eis: Calicem quidem quem
» ego bibo, bibetis: & baptiſmo quo ego baptizor, baptizabimi: ſedere aũt ad dexte-
» ram meã, uel ad ſiniſtrã, non eſt meũ dare uobis, ſed quibus paratum eſt. ¶ Ex Mat
thæo capite uigeſimo, numero centeſimo nonageſimoquarto, acceſſerunt ad domi
num Iacobus & Ioannes per matrẽ. Quare uerba Marci hic appoſita, repræſentãt
inſtructionem Salomes matris apoſtolorũ, qui ita eam inſtruxerãt, ut peteret à do-
mino quatenus petitioni quã factura eſſet, annueret. Id autem quod uolebãt, erat,
ut ĩ regno eius, in gloria, in maieſtate (uti paulo ante in mõte ſancto uiderãt) unus
eorũ in dextera ipſius ſederet, & alter in ſiniſtra. At dominus qui ea ſciebat antequ
eſſent cogitata, uerſutæ petitioni matris adorãtis, & ante pedes ſuos profuſæ, quo-
minus repulſam pateretur, non annuit: ſed uoluit (etſi ſciret) ut palàm explicaret,
quo patẽtius argueret diſcipulos, & oſtẽderet ſe noſſe cogitata eorum, & illos ſub-
miſiſſe matrem ad deum, tanquã ad hominem qui poſſet aſtuta petitione & incau-
ta promiſſione capi: quod nequaquam fieri poterat. Sed ſenſus adhuc carneos, ani-
males & craſſos, & nondum ſciẽtia dei perfectos habebãt, quos ambitio, & ea qui-
dem magnæ gloriæ excæcabat: & ſic quidem excæcabat, ut putarẽt eum qui deus
erat, ſua cõſilia latere. O quàm grande malum ambitio, quæ ſic ſancta duorum apo
ſtolorum, & præcipuorum quidem pectora tetigit, & cæterorum corda in indigna
tionem & in quandam, ut ſic dicam, maleuolentiã, & charitatis læſionẽ impulit, di-
61 » cente Marco. ¶ Et audientes decẽ, indignati ſunt de Iacobo & Ioanne. IESVS au
» tem uocãs eos, ait illis: Scitis quia hi qui uidẽtur principari gẽtibus, dominãtur eis:
» & principes eorum, poteſtatem habent ipſorum. Non ita eſt autem in uobis. Sed
» quicunque uoluerit fieri maior, erit ueſter miniſter. Et quicunque uoluerit in uobis
» primus eſſe, erit omnium ſeruus. Nam & filius hois non uenit ut miniſtraretur ei,
» ſed ut miniſtraret, & daret animam ſuam redemptionem pro multis. ¶ Horum in-
dignationem, ut & illorum ambitum refrenauit dominus, hos ad beneuolentiam &
charitatem reuocando, illos ad humilitatẽ: neq; ipſi qui utrinque deo dociles erant,
reluctati ſunt. Et ita humanum fuit quod illos tentauit, diuinum quod ſanauit. Edo
cti quoque ſunt ut ſe non aſpicerent (nam id illos ambitioſos fecerat: & iſtos indi-
gnabundos, atque erga illos male affectos) ſed CHRISTVM, ut ab eo ueram diſce
rent humilitatem, qui cum maior eſſet angelis, & omni nomine quod nominatur
in cœlo & in terra, uenerat ut hominibus miniſtraret. Et ut inter ſe mutuam retine-
rent beneuolentiam, dilectionem & amorẽ: quia cũ ille melior eſſet omni amore,
ſic diligebat homines, ut propriam uitã uoluerit ponere pro totius mũdi redimẽda

uniuerſitate

uniuerſitate. Et hæc eadem quæ Marcus hic habet, expreſſit Matthæus cap. 20.
numero. 195. Deinde narrat Marcus de cæco, quem illuminauit dominus in ipſo
» ingreſſu urbis Hiericho, dicens. ¶ Et ueniunt Hiericho, & pficiſcente eo de Hie- 62
» richo & diſcipulis eius & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus ſe-
» debat iuxta uiã mendicãs. Qui cũ audiſſet, quia IESVS Nazarenus eſſet, cœpit cla
» mare & dicere. IESV fili Dauid miſerere mei. Et cõminabant ei multi, ut taceret.
» At ille multo magis clamabat: Fili Dauid miſerere mei. Et ſtans IESVS, pcepit il-
» lum uocari. Et uocant cæcũ, dicentes ei. Animæquior eſto: Surge, uocat te. Qui, p-
» iecto ueſtimẽto ſuo, exiliẽs uenit ad eũ. Et reſpondens IESVS dicit illi: Quid tibi
» uis faciã? Cæcus aũt dixit ei: Rabboni ut uideã. IESVS aũt ait illi. Vade, fides tua
» te ſaluũ fecit. Et confeſtim uidit, & ſequebatur eum in uia. ¶ De duobus illumina-
tis meminit Matthæus cap. 20. numero. 196. Hic autem Marcus de altero eorum
tantum, cuius nomen addit Bartimæum, quod Matthæus nõ expreſſit. Videturq;
Bartimæus eſſe nomen proprium, ſicuti Bartholomæus: quorum hoc, filium Tho-
lomæi: illud filium Timæi ſignificat. Addit etiã Bartimæũ ſimul ac uocatus fuit, pal
lium abieciſſe: nimirũ quo expeditior, læta admodum & alacri mente, & plena fide
ac ſpe de ſanitate obtinenda ueniret ad uocantẽ. O utinam cum deus nos uocat, ut
nos ab infirmitatibus noſtris curet, & noſtras ignorantias cæcitatesq;, & totius ne
quitiæ tenebras diſcutiat, celeriter omnibus impedimentis abiectis, ad illũ currere-
mus, & audiremus id: Fides tua te ſaluũ fecit. Et quanq; diceret, uade, nõ quidẽ iu-
bens, ſed permittens nos noſtræ poteſtati: nequaquã tamen noſtra poteſtate abu-
tentes abiremus, ſed illuminati & ſanati ſequeremur eum cum Bartimæo: qui etiã
abiectum palliũ non legitur reſumpſiſſe: quod deſignat, qui ſemel induerit CHRI
STVM, non debere amplius mundum induere, neq; retro abire. Sequeremur, in-
quàm, eum in uia per totam uitam, noſtræ ſalutis authorem agnoſcentes, magnifi-
cantes, glorificantes: quia reuera eſt ſalus noſtra, lux noſtra, uita noſtra. Quem in-
diuiſum in diuinitatis unitate, & diſcretum in hypoſtaticarum beatitudinum trini-
tate, cum patre & ſpiritu ſancto decet omnis laus & gloria, & gratiarumactio in
cœlo & in terra, & ab omni creatura in omnia ſeculorum ſecula. Amen.

CAPVT VNDECIMVM.

ET cũ appropinquarẽt Hieroſolymæ & Bethaniæ ad mon 63
tem oliuarum, mittit duos ex diſcipulis ſuis, & ait illis: Ite
in caſtellũ quod contra uos eſt. Et ſtatim introẽuntes il-
5 luc inuenietis pullum ligatum, ſuper quem nemo adhuc
hominũ ſedit. Soluite illum & adducite. Et ſi quis uobis
dixerit quid facitis: dicite quia domino neceſſarius eſt: & continuo illum
dimittet huc. Et abeuntes, inuenerũt pullum ligatũ ante ianuã foris in bi-
uio, Et ſoluũt eũ. Et quidã de illic ſtantibus dicebant illis. Quid facitis, ſol
uentes pullũ? Qui dixerunt eis ſicut pceperat illis IESVS: & dimiſerũt eis.
10 Et duxerũt pullum ad IESVM, & imponunt illi ueſtimenta ſua, & ſedit ſu-
per eum. Multi aũt ueſtimenta ſua ſtrauerũt in uia. Alij aũt frondes cæde
bant de arboribus, & ſternebãt in uia. Et qui præibãt & qui ſequebantur
clamabãt, dicentes: Oſanna. Benedictus qui uenit in nomine domini. Be
nedictũ quod uenit regnũ patris noſtri Dauid. Oſanna in excelſis. ¶ Et 64
15 introiuit Hieroſolymã in templũ, & circumſpectis omnibus cum iam ue-

 ſpera eſſet

Universidad de Deusto
Biblioteca

65 ſpera eſſet hora, exijt in Bethaniã cum duodecim. ¶ Et alia die cum exirẽt
a Bethania, eſurijt. Cumque uidiſſet a longe ficum habentem folia, uenit
ſi quid forte inueniret in ea. Et cum ueniſſet ad eam, nihil inuenit præter
folia: non enim erat tempus ficorum. Et reſpondens dixit ei: Iam non am-
plius in æternũ ex te fructum quiſquam manducet. Et audiebãt diſcipuli 20
66 eius. ¶ Et ueniunt iterum Hieroſolymam. Et cũ introiſſet in templum, cœ
pit eijcere uendentes & ementes in templo: & mẽſas numulariorũ & cathe
dras uendentiũ colũbas euertit. Et nõ ſinebat ut quiſquã trãsferret uas per
templũ, & docebat, dicẽs eis: Nonne ſcriptũ eſt, quia domus mea, domus
orationis uocabitur omnibus gẽtibus? Vos autem feciſtis eam ſpelũcam 25
67 latronum. ¶ Quo audito, principes ſacerdotũ & ſcribæ quærebãt quomo
do eum perderẽt: timebãt enim eum, quoniam uniuerſa turba admiraba-
tur ſuper doctrina eius. Et cũ ueſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate.
68 ¶ Et cũ mane tranſirent, uiderũt ficũ aridã factã a radicibus. Et recordatus
Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixiſti, aruit. Et reſpõdẽs IESVS 30
ait illis: Habete fidem dei: Amen dico uobis, quia quicunque dixerit huic
monti, tollere & mittere in mare, & non hæſitauerit in corde ſuo, ſed credi
derit qa quodcũcq; dixerit fiat, fiet ei. Propterea dico uobis: omnia quæ-
cunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniẽt uobis. Et cum ſtabi
tis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem: ut & pater ue 35
ſter qui in cœlis eſt dimittat uobis peccata ueſtra. Quod ſi uos non dimiſe
69 ritis, nec pater ueſter qui ĩ cœlis eſt, dimittet uobis peccata ueſtra. ¶ Et ue
niunt rurſus Hieroſolymã. Et cum ambularet in templo, accedunt ad eum
ſummi ſacerdotes & ſcribæ & ſeniores, & dicunt ei: In qua poteſtate hæc fa
cis: & quis dedit tibi hanc poteſtatem, ut iſta facias? IESVS autem reſpon- 40
dens, ait illis: Interrogabo uos & ego unum uerbum, & reſpõdete mihi, &
dicam uobis in qua poteſtate hæc faciam. Baptiſmũ Ioãnis, de cœlo erat,
an ex hominibus? Reſpondete mihi. At illi cogitabant ſecum dicentes: Si
dixerimus de cœlo, dicet nobis, quare ergo non credidiſtis ei? Si dixeri-
mus ex hominibus, timemus populũ: omnes enim habebant Ioannẽ, quia 45
uere propheta eſſet. Et reſpõdentes, dicũt IESV: Neſcimus. Et reſpondens
IESVS, ait illis: Neq; ego dico uobis in qua poteſtate hæc faciam.

ANNOTATIONES BREVES XXXIX. CIRCA LITERAM CAP. XI.

1	Hieroſolymæ		ὁ κύριος αὐτοῦ χρείαν ἔχει		apud
	* εἰς βηθφαγὴ		dñs eo opus habet	9	præceperat – illis
	ad Bethphage	>	dimittet	9	eis.
1	& Bethaniæ		ἀποστέλει		eos
	& Bethaniam		mittit. p̃ſens, p futuro	10	imponunt
4	nemo – adhuc	>	ante		ἐπίβαλον
6	facitis * τοῦτο hoc,		πρὸς		iniecerunt
6	domino neceſſarius eſt		ad,	11	frondes

	περιβάδας	18	ſi q̃d forte inueniret		αὐτῷ * ὃ ἐὰν ἐπῇ
14	regnum		εἰ ἄρα εὑρήσει τί		qd' quæ dicit fiunt, erit
	* ἐν ὀνόματι κυρίου		ſi qd utiq; inueniret		illi quicquid dixerit.
	in nomine domini	19	reſpondens	36	peccata
14	in excelſis.		* ὁ ἰησοῦς IESVS,		τὰ παραπτώματα
	ἐν τοῖς ὑψίστοις	19	Iam non amplius		delicta
	in altiſſimis		μηκέτι		& infra.
15	Hieroſolymam		Ne poſthac	37	dimittet – uobis
	* ὁ ἰησοῦς, ει	21	ueniunt – iterum	42	faciam.
	IESVS, &	21	introiſſet		ποιῶ
16	ueſpera		* ὁ ἰησοῦς IESVS		præſens. & infra.
	ὀψίας	28	egrediebatur	42	Baptiſmum
	genitiuus		ἐξεπορεύετο		τὸ βάπτισμα
16	alia die	31	Amen * γὰρ enim		Baptiſma
	τῇ ἐπαύριον	33	quia quodcunq; dixe		Baptiſmus
	poſtridie,		rit fiat, fiet ei.	44	dicet – nobis,
	poſtero die		ὅτι ὃ λέγει γίνεται, ἔσται	44	ei? * ἀλλὰ Sed

COMMENTARIVS IN CAPVT VNDECIMVM.

QVid egerit dominus ex Hierichõte ueniẽs, cũ appropiquauit Hiero-
ſolymis, ſubiũgit Marcus, dicẽs. ¶ Et cũ appropinquarẽt Hieroſoly- 63
mæ & Bethaniæ ad montẽ oliuarũ, mittit duos ex diſcipulis ſuis, et ait
illis: Ite in caſtellũ quod contra uos eſt. Et ſtatim introeuntes illuc, in-
uenietis pullum ligatũ, ſuper quem nemo adhuc hominũ ſedit: ſolui-
» te illum, & adducite. Et ſi quis uobis dixerit, quid facitis, dicite quia domino neceſ-
» ſarius eſt. Et continuo illum dimittet huc. Et abeuntes inuenerũt pullum ligatum
» ante ianuam foris in biuio, & ſoluunt eum. Et quidam de illic ſtantibus, dicebant il-
» lis: Quid facitis, ſoluentes pullum? Qui dixerũt eis ſicut præceperat eis IESVS: &
» dimiſerunt eis. Et duxerunt pullum ad IESVM, & imponunt illi ueſtimenta ſua, &
» ſedit ſuper eum. Multi autem ueſtimenta ſua ſtrauerunt in uia. Alij autem frondes
» cædebant de arboribus, & ſternebant in uia. Et qui præibant, & qui ſequebantur,
» clamabant, dicentes: Oſanna, Benedictus qui uenit in nomine domini. Benedictũ
» quod uenit regnũ patris noſtri Dauid. Oſanna in excelſis. ¶ Bethania ſub monte
oliuarũ ſita eſt, & Bethphage in ipſo orificio uallis, unde nomẽ habet, quippe quæ
domum orificij uallis deſignat. Sic autem appropinquabant dominus & diſcipuli
eius Hieroſolymis, quod apud Bethaniã priore nocte ex Ioannis duodecimo, quie
uerãt, & iã erãt apud Bethphage paulo uiciniores, in ipſo ſcilicet montis aſcẽſu: un
de in pagum quendam ex illo loco conſpicuum (nõ enim ex illo loco Hieroſolyma
uideri poteſt, hoc faciente mõtis obiectu, quod norunt qui deſcriptiones locorum
nõ ignorant) præmiſit duos e diſcipulis ſuis, ut ſoluerent, ex Matthæo aſinã & pul
lum aſinæ: ſed Marcus de aſina tacuit, quam (ut dictũ eſt) Matthæus expreſſit. Sed
addit Marcus dominũ dixiſſe, ſuper pullum nullum hominum adhuc ſediſſe: quod
populum gentilem ſignificaret, qui iugum legem que domini nondum acceperat,
neque adhuc ullus eũ ad uiã ſtabilitatis, & ſolidæ ſalutis adduxerat. Cætera ijs quæ
in Matthæo cap. uigeſimoprimo, numeris 197. & 198. habentur, ſunt ſimilia. Dein-
» ceps ſubdit Marcus ingreſſum eius in Hieruſalem, & in templum, dicens. ¶ Et in- 64
» troiuit Hieroſolymã in templũ, & circũſpectis omnibus, cũ iam ueſperæ eſſet hora,
» exijt in Bethaniã cũ duodecim. ¶ Vbi ingreſſus eſt dominus in Hieroſolymã & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

templū, quid fecerit, generali cōprehensione expressit Marcus, cū ait: Et circūspectis omnibus, cū iam uespertina esset hora, exijt. Quod alij specialius: nā circūspectio domini nō fuit talis, qualis est illorū, qui curiose aspiciūt in templis parietes, la quearia, donaria, uota, sacerdotū pompam, & uirorū mulierumq; ornatū, incōstanter huc & illuc uana curiositate oculos iactātes. Nec sic circunspexit oīa, & abiuit: sed circūspexit si quid honorē dei offenderet, ob idq; eiecit ementes & uendentes, & trapezitas, lucrū ex commutatione numorū captantes. Circunspexit etiā in quibus deus esset honorandus & glorificādus. Hinc infirmos opem dei in domo eius efflagitātes, sanauit: & cupiētes audire uerbū dei, usq; ad uesperā & diei inclinationē instruxit. Quod subindicabat, hæc & simīlia circūspicere debere pōtifices, & qui autoritatem aliquā habentes præsunt in domo dei. Quibus diligētissime peractis, egressus est Hierosolymis, & profectus Bethaniā, unde rursum postero die redijt
65 „ Hierosolymam, dicente Marco. ¶ Et alia die cum exirent à Bethania, esurijt. Cūq;
„ uidisset à longe ficum habentem folia, uenit, si quid forte ` inueniret in ea. Et cum ue
„ nisset ad eam, nihil inuenit præter folia: nō enim erat tempus ficorū. Et respōdens,
„ dixit ei: Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet. Et audie
„ bant discipuli eius. ¶ Esuries ac sitis CHRISTI est, ut fiat uolūtas patris eius. Hic est fructus quem desiderat in arboribus: qui si suo tēpore inueniatur, arbor recipit benedictionem: si uero non inueniatur, & iam tempus afferēdi fructū exactum sit, maledictioni proxima est. Qua data, haud ita multo post rationalis arbor, quæ irratio nabiliter uixit, arescit & morte trūcatur. Et quid ulterius restat, nisi ut flammis uren da cōmittatur perēnibus? Et hoc cōminatoriū infructiferæ uitæ hominibus de arefa cta ficu factū, narrat etiā Matthæus cap. uigesimoprimo, numero 201. Data maledi ctione ficui in parabolam, dominus uenit Hierosolymam, ut aperit Marcus, dicēs.
66 „ ¶ Et ueniunt iterū Hierosolymam. Et cum introisset in templū, cœpit eijcere uen
„ dentes & ementes in templo: & mēsas numulariorum, & cathedras uendentiū co
„ lumbas euertit. Et nō sinebat ut quisquam transferret uas per tēplum: & docebat,
„ dicēs eis: Non ne scriptū est, quia domus mea, domus orationis uocabitur omnibus
„ gentibus? Vos autē fecistis eam speluncam latronū. ¶ Arbor quæ folia habebat, & ex apparatu foliorū fructū habere uidebatur, & nō habebat, neq; quod maledictioni proxima esset, erat habitura: figura erat scribarū & pharisæorū, qui præ se quidē ferebant fructū, at folia duntaxat habebant, & exteriora fructuū signa: intus autem prorsus uacui erant. Et ei quod Matthæus de eiectione uendentiū & ementiū e` tē plo primo die ingressus eius ait, simile factū fuisse secūdo quoq; die narrat Marcus. Et hoc frequēter fecisse dominus legit, ut insinuaret nihil adeo` sibi displicere, ut in tēplo dei auaritiā, quæ si hodie eijciatur, cras aliū sibi fodiet cuniculum, & rursus irrumpet in ecclesiam. Vetuit & uas quodcūq; per templū deferri, quod sacra sacris solum sint deputanda, & locus sacer fundendis deo precibus, diuinisq; dicēdis laudibus sit dedicatus, non prophanis sordidisq; usibus. Ad quod etiam frequēter ad
monebat populum, testimonio scripturarum templum non negociationum, non ui
Esaiæ. 56. lium operum, sed orationis esse locum, dicēte Esaia: Omnem custodientē sabbatū ne polluat illud, & tenentem fœdus meum, adducas eos in montem sanctū meum, & lætificabo eos ī domo orationis meæ. Holocausta eorū et uictimæ eorū placebūt mihi super altari meo: quia domus mea, domus orationis uocabitur cūctis populis, ait dominus deus. Sed & quod fecerāt domū dei, spelunca latronū, etiā Hieremias
Hiere. 7. testis est, dicens: Non ne ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis uestris? Porro` ut uerū templū dei, quod erat corpus CHRISTI, per auariciā traditum est, & per inuidiam, ambitionem & contemptum morte dissolutum; sic, his exigentibus peccatis, templum materiale destructū est, ut

est, ut Hieremias ante prædixerat, sic inducens deum loquentē. Nunc quia fecistis oīa opera hæc, dicit dnīs: & locutus sum ad uos mane consurgens, & loquens, & nō audistis, & uocaui uos, & non respondistis: faciam domui huic, in qua inuocatū est nomen meū, & in qua uos habetis fiduciam, & loco quē dedi uobis & patribus uestris, sicut feci Sylo, & proijciam uos à facie mea. Et subdit: Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationē, & non obsistas mihi: quia nō exaudiam te. Proinde uideant nunc qui sacris ædibus præsunt, ne cōsimilibus peccatis, & loca sancta destruantur: & qui illis præsunt, quiq; in eis habent fiduciam, à facie dei proijciātur, nec eum posthac habere propitiū, & exorabilem possint. Sed quid molirentur scribæ & pharisæi, quia CHRISTVS locum sanctū ab auaritia, latrocinijs & immundicijs purgare uolebat, docebatq; eos ueritatē, aperit Marcus,
» dicens. ¶ Quo audito, principes sacerdotū & scribæ quærebant quomodo eū per 67
» derent, timebant eū, quoniam uniuersa turba admirabatur super doctrina eius
» Et cū uespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. ¶ Nōne illi in eo (quod iam dictum est) albo Hieremiæ erant, sed atro notati calculo? Quærebāt ut eū perderēt, qui mane surgebat & loquebatur ad eos, & audire nolebant: ille uocabat, & respuebant: & sic etiam respuebant, ut eū interficere uellent si possent, sed metus reprimebat eos, ne interno homicidio, per manuū iniectionem in ipsum, prodito, populus ultor eos lapidaret, qui admiratione magna tenebatur doctrinæ eius: & eum, & bene quidem, ut prophetā illū qui expectabatur, habebat: ut etiā tāgit Matthæus in calce cap. 21, numero 205. Porro` si dominus prima die hebdomadis Hebræorū intrauit Hierosolymā, regio sibi honore impenso, qui per ora prophetarū prædictus fuerat: secunda die, quā nos adhuc gentili ritu Lunæ adscribimus mane esurijt, maledixit infructuosæ arbori, eiecit e` templo negociātes: & eadē illa die principes sacerdotū & scribæ apprehendissent illum, nisi metus populi eos coërcuisset ac eadem quoq; die cum uespera appropinquaret, egressus est ciuitatem, & tertia die mane, quæ gentiliter ex sydere Marte nominatur, redeundo in Hierusalē trāsiuit per locū ubi erat ficus, quā pridie illius diei maledixerat, quemadmodū subdit
» Marcus, dicens. ¶ Et cū mane transirent, uiderūt ficum aridam factam à radicibus. 68
» Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondēs
» IESVS, ait illis: Habete fidem dei. Amen dico uobis, quia quicūq; dixerit huic mō
» ti, tollere & mittere in mare: & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit: quod
» cunq; dixerit fiat, fiet ei. Propterea dico uobis, omnia quæcunq; orātes petitis, cre
» dite qa accipietis, & eueniēt uobis. Et cū stabitis ad orandū, dimittite si quid habe
» tis aduersus aliquē, ut & pater uester, q in cœlis est, dimittat uobis peccata uestra.
» Qd' si uos nō dimiseritis, nec pater uester q in cœlis est, dimittet uobis peccata ue
» stra. ¶ Die Lunæ mane maledixit dominus ficui, & die Martis mane uidit eam Petrus arefactam à radicibus: quod indicat maledictioni ultionem interitumq; esse ꝓximum. Et hoc quoque tangit Matthæus cap. 21, numero 202. Sed dices: Matthæus in eo loco dicit: Et arefacta est cōtinuo ficus. Et uidentes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? Si continuo, quomodo primum in crastino mane Petrus & discipuli illud perceperunt? Cōtinuo sane` illa sensit maledictiōis potentiam, & quod ait Matthæus παραχρῆμα, id est, statim, etsi discipuli in transitu patentem illum effectū, qui aut sensim, aut repente factus est, non perceperint: in crastino autem id percipientes, illud dixerint. Vnde fit ut Matthæus nihil aduersetur Marco, neq; Marcus Matthæo, sed in omnibus cōspirent. Id tamen interest, quod hic Marcus diem & tempus distinctius obseruat, qui & addit hic ultra Matthæum dnīm adiecisse; Cum stabitis ad orandū, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut et pater uester qui in cœlis est, dimittat uobis peccata uestra. Et qd' huic subiūgit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod illic ideo non resumpsit Matthæus, quod simile posuerat ca. 6. numero 54.
Et hac tertia die dñs pro consuetudine sua, mane uenit Hierosolymam in templũ
69 ut subdit Marcus dicens. ¶ Et ueniunt rursus Hierosolymam. Et cum ambularet
in templo, accedunt ad eum summi sacerdotes, & scribæ, & seniores, & dicunt ei: In
qua potestate hæc facis? Et quis dedit tibi hanc potestatẽ, ut ista facias? IESVS au-
tem respondens, ait illis: Interrogabo uos & ego unum uerbũ, & respondete mihi
& dicam uobis in qua potestate hæc faciam: Baptismus Ioãnis de cœlo erat, an ex
hominibus? Respondete mihi. At illi cogitabant secum, dicentes: Si dixerimus de
cœlo, dicet nobis, quare ergo non credidistis ei? Si dixerimus, ex hominibus, time-
mus populũ. Oẽs em̃ habebant Ioannem quia uere propheta esset. Et responden
tes, dicunt IESV: Nescimus. Et respondens IESVS, ait illis: Neq; ego dicã uobis
in qua potestate hæc faciam. ¶ Ambulabat in templo, non ociosus, sed sanãs ac do
cens. Nam ex Matthæo cap. 21. numero 203, accesserunt ad eum docentem princi
pes sacerdotũ, & seniores populi, & uolebant scire in qua potestate, quæ tunc, & q̃
quotidie in templo faciebat, ea faceret, & qua authoritate. Quod ex eius ore audi-
re digni nõ fuerũt: qui omni ex parte fuissent arguendi, & sceleratæ conscientiæ et
responsionis, si quid de interrogatis ab eo se scire dixissent. Nã si de baptismate Ioã
nis interrogati, dixissent illud de cœlo fuisse, & potestatẽ dñi, de qua quærebãt, mul
to magis de cœlo esse, de qua tantũ (cõscia turba) Ioannes perhibuerat testimoniũ,
eos fateri oportuisset. Et in hoc arguendi fuissent, quod cũ sciuissent illud fuisse e
cœlo, non recepissent, neq; pœnitentiã, uti plurima pars populi, fuissent amplexa-
ti. Sed & ultro fatentes se nescire quod scirent, fassi sunt se esse, qui uidentes, non
perspicerent: & audientes, non intelligerent. Et id, quia noluerunt fateri se perspi-
cere & intelligere. Et consimilis intelligentia est in Matthæo, cap. 21. numero supra
dicto. Ergo fide super benigni IESV illuminati, fateamur, libenter nos uidentes p
spicere, & audientes intelligere: & oia dicta factaq; eius à deo esse: & multo quidẽ
magis sine ulla cõparatione, q̃ Ioannis, cũ hic solũ fuerit amicus spõsi: ille, sponsus
hic, uox temporalis & transiens: ille, uerbũ æternũ, & semper manens: hic, præco:
ille, deus, deiq; filius, ac æterni unigenitus patris. Cui per ipsum in utriusq; unitate
spiritus, honor, decus, & imperium in omnia secula seculorum, Amen.

CAPVT DVODECIMVM.

70 ET cœpit illis in parabolis loqui: Vineã pastinauit hõ, & circũdedit sepem, & fodit lacũ, & ædificauit turrim, & lo-
cauit eã agricolis, & peregre, pfectus est. Et misit ad agri-
colas ĩ tẽpore seruũ, ut ab agricolis acciperet de fructu ui-
neæ. Qui apprehẽsum eũ, ceciderũt, & dimiserũt uacuũ. 5
Et iterũ misit ad illos aliũ seruũ, & illũ ĩ capite uulnerauerũt, & cõtumelijs
affecerũt. Et rursum aliũ misit, & illũ occiderũt, & plures alios: quosdã cæ
dentes, alios uero occidentes. Adhuc ergo unũ habens filiũ charissimũ, et
illũ misit ad eos nouissimũ, dicens, quia reuerebuntur filiũ meũ. Coloni
aũt dixerũt adinuicem: Hic est hæres, uenite occidamus eũ, & nostra erit 10
hæreditas. Et apprehendentes eum, occiderunt, & eiecerũt extra uineam.
Quid ergo faciet dominus uinæ? Veniet & perdet colonos, & dabit uine
am alijs. Nec scripturã hanc legistis: Lapidem quem reprobauerũt ædifi
cãtes, hic factus est in caput anguli. A domino factũ est istud, & est mira-
bile in

15 bile in oculis nostris? Et quærebãt eum tenere, & timuerũt turbã: cogno-
uerunt em̃ quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. ¶ Et relicto eo, abie- 71
runt. Et mittunt ad eum quosdã ex pharisæis & Herodianis, ut eum cape
rent in uerbo. Qui ueniẽtes, dicũt ei: Magister scimus quia uerax es, & nõ
curas quenquam: nec enim uides in faciem hominũ, sed in ueritate uiam
20 dei doces: Licet dari tributũ Cæsari, an nõ dabimus? Qui sciens uersutiã
illorũ, ait illis. Quid me tentatis? Afferte mihi denariũ ut uideam. At illi
obtulerũt ei. Et ait illis: Cuius est imago hæc & inscriptio? Dicũt ei: Cæ-
saris. Respondens aũt IESVS, dixit illis: Reddite igitur quæ sunt Cæsaris
Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et mirabant̃ super eo. Et uenerũt ad eum Sad
25 ducæi, qui dicunt resurrectionẽ non esse, & interrogabant eum, dicentes:
Magister, Moyses nobis scripsit, ut si cuius frater mortuus fuerit, & dimi-
serit uxorẽ, & filios nõ reliquerit, accipiat frater eius uxorẽ ipsius, & resu-
scitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorẽ
& mortuus est, nõ relicto semine. Et secundus accepit eã, & mortuus est, &
30 nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et acceperũt eã similiter septẽ,
& nõ reliquerũt semen. Nouissima omniũ defuncta est & mulier. In resur
rectione ergo cum resurrexerint, cuius de his erit uxor? septem em̃ habue
runt eam uxorem. Et respondens IESVS, ait illis: Nonne ideo erratis, non
scientes scripturas, neq; uirtutem dei? Cum enim a mortuis resurrexerint
35 neq; nubent, neq; nubentur, sed sunt sicut angeli dei in cœlis. De mortuis
aũt q̃ resurgant, nõ legistis in libro Moysi, super rubum quomodo dixe-
rit illi deus, inquiẽs: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob?
Non est deus mortuorũ, sed uiuorum. Vos ergo multũ erratis. ¶ Et ac- 72
cessit unus de scribis, qui audierat illos conquirentes, & uidens quoniam
40 bene illis responderit, interrogauit eum quod esset primũ omniũ manda
tum. IESVS aũt respondit ei: quia primũ omniũ mandatũ est: Audi Israël:
Dominus deus tuus, deus unus est. Et diliges dominũ deum tuum ex to-
to corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua
Hoc est primum mandatum. Secundum autẽ simile est illi. Diliges pro-
45 ximum tuum tanq̃ teipsum. Maius horũ aliud mandatum non est. Et ait
illi scriba. Bene magister in ueritate dixisti: quia unus est deus, & non est
alius præter eũ. Et ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex to-
ta anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam seipsum,
maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. IESVS autem uidens
50 quod sapiẽter respondisset, dixit illi. Non es longe a regno dei. Et nemo
iam audebat eum interrogare. ¶ Et respondens IESVS dicebat docens in 73
templo: Quomodo dicunt scribæ CHRISTVM filiũ esse Dauid? Ipse enim
Dauid dicit in spũ sancto: Dixit dominus dño meo, sede a dextris meis:
Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo Dauid
55 dicit eum dominũ, & unde est filius eius? Et multa turba eũ libenter audi-
uit. Et

54 uit. ¶ Et dicebat eis in doctrina sua: Cauete a scribis, qui uolunt in stolis
ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, &
primos discubitus in cœnis. Qui deuorant domos uiduarum sub obten-
55 tu prolixe orationis: hi accipient prolixius iudicium. ¶ Et sedẽs IESVS cõ
tra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophyla 60
cium: & multi diuites iactabant multa. Cum uenisset autẽ uidua una pau-
per, misit duo minuta, quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos,
ait illis: Amen dico uobis, quoniã uidua hæc pauper, plus oĩbus misit qui
miserunt in gazophylaciũ. Omnes em̃ ex eo quod abũdabat illis, miserũt:
hæc uero de penuria sua, oĩa quæ habuit misit, totum uictum suum. 65

ANNOTAT. BREVES XXXIX. CIRCA LITERAM CAP. XII.

1 pastinauit
ἐφύτευσεν 19
plantauit
2 lacum,
ὑπολήνιον 20
5 dimiserunt
ἀπέστειλαν
remiserunt
6 & illũ in capite uulnera-
uerũt, & contumelijs
affecerunt. 20
κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες
ἐκεφαλαίωσαν, & ἀπέστει
λαν ἠτιμωμένον
& illis iactis lapidib 9 22
caput cõtuderũt, & 23
remiserũt cõtumelia 24
7 plures (affectum
πολλοὺς
multos 27
8 charissimum,
ἀγαπητὸν
dilectum 27
* αὐτοῦ suum
9 meũ * ἐκεῖνοι δὲ Illi aũt
9 Coloni – aũt 28
οἱ γεωργοὶ 29
Agricolæ
& infra.
10 ad inuicem. 30
πρὸς ἑαυτοὺς 35
inter sese.
12 caperent in uerbo.
ἀγρεύσωσι λόγῳ
captarent sermone
uenarentur sermone
non curas quenquã 35
οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός 36
nõ est tibi curæ de quoq;
dari tributũ Cæsari.
an non dabimus? 38
κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ 39
οὐ, δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν,
cẽsum Cæsari dare, an
nõ? dabimus, an nõ 42
uersutiã (dabimus?
τὴν ὑπόκρισιν
hypocrisin,
simulationem
obtulerunt – ei
Reddite – igitur
uenerunt
ἔρχονται
præsens
filios
τέκνα
liberos
resuscitet
ἐξαναστήσῃ
exuscitet
Septem – ergo
iste
αὐτός
ipse
eam – similiter
neq; nubent, neq;
nubentur,
οὔτε γαμοῦσιν, οὔτε
γαμίσκονται
neq; ducunt uxores,
neq; nuptũ dantur
angeli – dei
super rubum
ἐπὶ τοῦ βάτου
in rubo
sed * θεὸς deus
conquirentes,
συζητοῦντων
simul disputantes,
tuus, deus
ἡμῶν, κύριος
noster, dominus
illi.
αὐτῷ
hoc
horum
his
47 Et ut diligatur
καὶ τὸ ἀγαπᾶν αὐτὸν
Et diligere ipsum
49 maius est
πλεῖόν ἐστι
plus est
50 sapienter
νουνεχῶς
57 & salutari in foro,
& ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς
ἀγοραῖς
& salutatiões in foris
57 & ĩ primis cathedris
sedere
καὶ πρωτοκαθεδρίας
& præsidentias
58 sub obtentu prolixæ
orationis

προφάσει μακρὰ προσευ 60
χόμενοι
prætextu, plixe orantes
59 prolixius 60
περισσότερον
abundantius.
contra
κατέναντι
ex aduerso
iactaret
βάλλει
mitteret,
iaceret
62 conuocans
προσκαλεσάμενος
aduocans

COMMENTARIVS IN CAPVT DVODECIMVM.

VBdit Marcus parabolam, quam ex re proposuit dñs principibus sa-
cerdotũ & presbyteris, id est, senioribus populi, qui ad se uenerãt, di-
» cens. ¶ Et cœpit illis in parabolis loqui: Vineam pastinauit homo, & 70
» circũdedit sepem, & fodit lacũ, & ædificauit turrim, & locauit eam a-
» gricolis, & peregre profectus est. Et misit ad agricolas ĩ tempore ser
» uum, ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ. Qui apprehẽsum eum cæciderunt
» & dimiserunt uacuũ. Et iterũ misit ad illos alium seruũ, & illũ in capite uulneraue-
» runt, & cõtumelijs affecerunt. Et rursum alium misit, & illum occiderunt, & plures
» alios: quosdam cædentes, alios uero occidentes. Adhuc ergo unum habens filium
» charissimũ, & illum misit ad eos nouissimũ, dicens: quia reuerebuntur filiũ meũ. Co
» loni aũt dixerũt adinuicem: Hic est hæres, Venite occidamus eũ, & nostra erit hæ
» reditas. Et apprehendentes eũ occiderunt, & eiecerunt extra uineam. Quid ergo
» faciet dominus uineæ? Veniet et perdet colonos, & dabit uineam alijs. Nec scriptu
» ram hanc legistis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in ca-
» put anguli: A dño factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Et quærebant
» eum tenere, & timuerunt turbam. Cognouerũt em̃, quoniam ad eos parabolã hãc
» dixerit. ¶ Hæc parabola posita est à Matthæo cap. uigesimo primo, numero 205.
Et eadem est hic intelligentia, quæ & in Matthæo illic dicta est. Vinea populus Is
raël. Homo qui plantauit, deus. Sepes, cœlestis custodia. Turris, Hierusalem. La
cus in ea fossus, lex Moysi. Agricolæ & coloni: pontifices, scribæ, & pharisæi. Ser-
ui præmissi, prophetæ & sancti uiri. Filius, CHRISTVS, quem occiderũt eiectum
extra uineam, quia extra portam in loco caluariæ. Retinere uoluerunt uineam, cũ
dicebant: Si dimittimus eũ sic, omnes credent in eũ, & uenient Rhomani, & tollẽt
nostrũ locũ & gentẽ. Et adiecit Caiphas: Vos nescitis quicq;, nec cogitatis, Quia Ioan. 11.
expedit uobis, ut unus moriat̃ homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Et audita
parabola, quã propter se dictam intellexerunt principes sacerdotũ & seniores, nõ
audentes propter turbã manus inijcere in eũ, abierũt, tendiculas & dolos, quibus
» eum caperent, nectere uolentes. Et quomõ, subdit Marcus, dicens. ¶ Et relicto eo 71
» abierunt. Et mittunt ad eũ quosdam ex pharisæis & Herodianis, ut eum caperent
» in uerbo. Qui uenientes, dicunt ei: Magister, scimus quia uerax es, & nõ curas quẽ
» quã: nec em̃ uides in faciem hoĩm, sed in ueritate uiam dei doces: Licet dare tribu-
» tum Cæsari, an nõ dabimus? Qui sciens uersutiam illorũ, ait illis: Quid me tentatis?
» afferte mihi denarium, ut uideam. At illi obtulerunt ei. Et ait illis: Cuius est imago
» hæc, & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Respondẽs aũt IESVS, dixit illis: Red-
» dite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et mirabantur super eo
» Et uenerunt ad eũ sadducæi, qui dicunt resurrectionem nõ esse, & interrogabant
» eum dicentes: Magister, Moyses nobis scripsit, ut si cuius frater mortuus fuerit, &
» dimiserit uxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater eius uxorem ipsius, & re-
» suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem,
» & mortuus est non relicto semine. Et secundus accepit eam, & mortuus est, & nec
» iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et acceperunt eam similiter septem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

» nō reliquerunt ſemen. Nouiſſima omniū defuncta eſt & mulier. In reſurrectione
» ergo cum reſurrexerint, cuius de his erit uxor? Septem eēm habuerunt eam uxorē
» Et reſpondens IESVS, ait illis: Nōne ideo erratis, non ſciētes ſcripturas, neq; uir
» tutem dei? Cum eēm à mortuis reſurrexerint, neq; nubent, neq; nubentur: ſed ſunt
» ſicut angeli dei in cœlis. De mortuis autē quod reſurgant, non legiſtis in libro Mo
» ſi, ſuper rubum quomodo dixerit illi deus, inquiens: Ego ſum deus Abraham, &
» deus Iſaac, & deus Iacob. Nō eſt deus mortuorum, ſed uiuorū. Vos ergo multum
» erratis. ¶ Lupi ad CHRISTVM mittunt aſtutas uulpes, quoſdam ſcilicet phariſæ
os, omni hypocriſi & uulpina fraude plenos, & nequaq; melioris notæ Herodia-
nos, qui (ut dictū iam eſt) ſadducæi erant, & Herodianæ hæreſeos; quiq; etiam ui-
dentur fuiſſe exigendo tributo præfecti. Verū uulpes illæ, & ſi maxime uafræ &
uerſipelles, depræhenſæ ſunt à domino in aſtutia ſua. Et id de tributo Cæſari red-
dendo, tangit Matthæus cap. 22. numero 207. & ſatisfactionem de reſurrectiōe
mortuorū ad ſadducæos, eodem capite, numero 208. Et eadem eſt hic & illic intel
ligentia. Deinde ſubdit Marcus de phariſæo legiſperito interrogante dnm, dicēs.
72 » ¶ Et acceſſit unus de ſcribis, qui audierat illos conquirentes, & uidens quoniā be
» ne illis reſponderit, interrogauit eum quod eſſet primū omniū mandatū: IESVS
» autem reſpondit ei, quia primū omnium mandatū eſt: Audi Iſraël: Dominus deus
» tuus, deus unus eſt. Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota
» anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua. Hoc eſt primum mandatum
» Secundum autem ſimile eſt illi: Diliges proximum tuū, tanq; teipſum. Maius ho-
» rum aliud mandatum non eſt. Et ait illi ſcriba: Bene magiſter in ueritate dixiſti, qa
» unus eſt deus, & non eſt alius præter eum, & ut diligatur ex toto corde, & ex toto
» intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximum tanq; ſeip
» ſum, maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs: IESVS autem uidēs qd
» ſapienter reſpondiſſet, dixit illi: Non es longe à regno dei: Et nemo iam audebat
» eum interrogare. ¶ Grauis olim quæſtio, quod nam in lege primum omniū & ma
ximum mandatum eſſet inter Iudeos uerſabatur: quibuſdam quoddam, alijs aliud
primum eſſe & maximum aſſerentibus. At quid ſupra ea re ſentiret dominus, cū tā
Matth. 22. efficaci reſpōſione occluſit ora ſadducæis, ſcriba quidam legisdoctor ex Matthæo
ſcire cupiens, interrogauit eum quodnam eſſet primum omnium mandatū, tentās
nihilominus eum ex eodem, an poſſet et huic quoq; quæſtioni facere ſatis. Cui do-
minus ex Deuteronomio. i. ſecunda lege reſpondit: non ex Exodo, qui primæ le-
gis mandata cōtinet: Audi Iſraël, dominus deus tuus, deus unus eſt. Et diliges do-
minum deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex
tota uirtute tua. Hoc eſt primū mandatū. Vbi cum ait: Audi, credere præcipit. Nā
fides ex auditu. Et cum, Diliges, credulitati, & fidei adiungendam eſſe dilectionē
dei, & eam quidē quæ tota ſit & pleniſſima: ex toto, inquit, corde tuo, & ex tota aīa
tua, & ex tota mente tua, & ex tota fortitudine tua. Quæ ſi ſit tota, nihil utiq; diligi
poterit, quin illa diligat, aut eius particula. Erit aūt dilectio illa tota: ſi deus totus &
totaliter in ſe exempte & abſolute, & totus in oībus inexempte & quodamō cōtra
cte diligat. Sed ſi in ſe & abſolute, optime: ſi in alijs & ueluti contracte, imperfe-
cte. Nā & hoc propter illud, ut ſplendor propter fontanā lucē. Quare de abſoluta
illa dei dilectiōe, hoc præceptū dni intelligendū haud ab re uidetur, in qua nullus
error eſſe poteſt, & nullus creaturæ cultus: incontracta aūt eſſe poteſt, niſi cōtinuo
ex cōtracta reſiliamus in abſolutā: quia hic pure deus & deus unus crediī, & idem
pura fide, ac puro coliī amore, qd' eſt oīm primū & maximū mādatū. Et reſpōdit il
li dns ex ſecūda lege, ut innueret ex ſecunda lege, id eſt noua, quæ eſt lex CHRI-
ST I, lex gratiæ, reconciliationis & amoris, hoc mandatū eſſe quærendum, & quæ
ſtionem

ſtionem illam eſſe uere diluendam, ut & eam ipſe qui erat uerus ipſius ueræ, &
non iam typice & figurate, ſecundæ legis author uere diſſoluit. Vetus autem lex,
lex rigoris erat & timoris, de qua in Exodi uigeſimo, cum dabatur Moyſi audien- Exodi. 20.
te populo, ſcribitur. Cunctus autem populus uidebat uoces, & lampades, & ſoni-
tum buccinæ, montemq; fumantē, & perterriti ac pauore concuſſi, ſteterūt procul
dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus: nō loquat nobis dominus, ne for
te moriamur. Qui ergo ex prima lege & Exodo quæſtionis ſolutionē quærebant,
non inueniebant. Nam ut lux umbra prior, ſic dilectio timore, & præceptū de dili-
gendo deo, præcepto de timendo. Et plus exhibuit dominus, q; ſcriba doctus in-
terrogauerit: nam ubi ſciſcitāti de primo oīm mandato, ſatis fecit dominus: ſtatim
adiecit quod eſſet ſecundū, à primo proxime neceſſariū, hoc ſcilicet: Diliges proxi
mum tuū tanq; teipſum. Maius, inquit, horum aliud mandatū non eſt. Quo etiam
diligendi proximi mandato, dominus ſecundū humanitatem deſignatur: quod in
parabola Samaritani. 10. Lucæ ipſe declarare dignatus eſt. Ergo nō ſatis eſt crede
re & diligere abſolutam diuinitatem, ſed & credere & diligere oportet filij dei, qui
& deus eſt, humanitatem, ſecundū quam omnibus eſt proximus, & omnibus miſe
ricordiam fecit hominibus. Hac itaq; dilectione proximi, in omnibus non diligit
niſi CHRISTVS, ex qua continuo ad abſolutam dilectionē ipſius (quandoquidē
ipſe idem abſolute deus eſt) tranſuolare debemus, tanq; in deo noſtro tranſgredi-
entes murum. Et utinam ſic pure cognoſceretur & coleretur ubiq; terrarū CHRI-
STVS, deus homo, deus proximus, ut in omni homine cognoſceretur proximus,
& eſſet omnis homo omni homini in eo quodam modo proximus: ut omnia unius
corporis membra ſibi inuicem proxima ſunt & amica. Tunc enim impleretur hæc
gemina, quā dominus tantopere probat, ſaluti neceſſaria dilectio, quæ tota ſecun-
dum ſpiritū intelligenda eſt, & quæ nunq; implebit, donec CHRISTVS pure an-
nuncietur, donec pater adoretur in ſpiritu & ueritate, & ſolū dei uerbū honoretur
omnino: cætera autem ueluti adiectitia & ſuperflua, ſi nō etiam noxia, reijciantur.
CHRISTVS eſt omnia, uerbum dei omnia, cætera tanq; nihilum & inane. Porro
quia capite quinto Matthæi, numero trigeſimo ſeptimo, polliciti ſumus nos dictu
ros hic ordinationes mandatorum, quas illic non poſuimus: idcirco quomodo eti-
am nunc Hebræi illa ponunt, & quomodo Chriſtiani, ſubijciendum duximus.

HEBRAEI	CHRISTIANI	
1 Ego dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo ſeruitutis	1 Audi Iſraël: Dominus deus tuus, deus unus eſt. Et diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua, Dominum deum tuū adorabis, & illi ſoli ſeruies.	Marci. 12. Matth. 22.
Exodi. 20. 2 Nō habebis deos alienos coram me: non facies tibi ſculptile, neq; omnem ſimilitudinē, quæ eſt in cœlo deſuper, & quæ in terra deorſum: nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra, non adorabis ea neq; coles. Ego eēm ſum dominus deus tuus fortis zelotes, uiſitans iniquitatem patrum in filijs in tertiam & quartā generationem eorum qui oderunt me,	2 Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Ego autem dico uobis, diligite inimicos ueſtros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro perſequentibus & calumniantibus uos, ut ſitis filij patris ueſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuū oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos	Matth. 4. Marci. 12. Matth. 22. Matth. 5.
	3 Non periurabis. Ego aūt dico uobis non iurare omnino: neq; per cœlum, quia thronus dei eſt, neq; per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: neq; per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt magni regis: neq; per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem ſermo ueſter, eſt eſt, non non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.	Matth. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

et faciēs miſericordiā ī mi
lia his qui diligunt me, &
cuſtodiūt præcepta mea.
3 Nō aſſumes nomē dei tui
in uanū: nec enim habebit
inſontē dns eū, qui aſſum-
pſerit nomen domini dei
ſui fruſtra.
4 Memēto ut diem ſabbati
ſctifices. Sex diebus opa-
beris, et facies oia opa tua
Septio aūt die ſabbatū do
mini dei tui eſt. Nō facies
oē opus in eo tu, & filius
tuus, & filia tua, ſeruus tu-
us & ancilla tua, iumentū
tuū, & aduena, qui eſt ītra
portas tuas. Sex em̄ dieb⁹
fecit deus cœlū et terrā &
mare, & oia quæ ī eis ſunt
& reqeuit die ſeptio. Id-
circo bndixit dns diei ſab-
bati, & ſanctificauit eum.
5 Honora patrē tuū & ma-
trē tuā, ut ſis lōgeuus ſup
terram, quā dns deus tuus
6 Nō occides (dabit tibi.
7 Non mœchaberis.
8 Non furtum facies.
9 Non loqueris cōtra proxi
mū tuū falſum teſtimoniū
10 Nō concupiſces domum
proximi tui, nec deſidera-
bis uxorē eius, non ſeruū,
nō ancillā, nō bouē, nō aſi
nū, nec oia quæ illius ſunt.

4 Sabbatis benefacite, & nolite malefacere. Dominus enim eſt filius hois, etiā ſabbati. Sabbatū Iudæorū, ſeptima dies: ſabbatū domini, octaua dies: quia peractis omnibus quæ pro ſalute noſtra erāt faciēda, in ea gloriose reſurgēs in īmortalitate, ab oībus quieuit. Hoc, ſpirituale & intimū: illud, corporale & extimū. In hoc, intimas dei beneficētias, uiuifica CHRISTI circa nos opera, ſpiritualemq; per eam nobis redditam immortalitatis ſtolā meditātur Christiani: in illo autē externa dei opera, mundi fabricā, & externum uniuerſi operis eius decorem meditātur Hebræi. Hoc, lux & ueritas: illud, umbra & figura. Matth. 12. Mar. 3.

5 Honora patrē tuū & matrē, ſed maxime ſecundæ generationis: quia iſti, illorū, id eſt patris & matris primæ natiuitatis, ſunt ueritas. Quia niſi qs renatus fuerit denuo, non poteſt uidere regnū dei. Et niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nō poteſt introire ī regnum dei: quod natū eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Mar. 10. Matth. 15. Ioan. 3.

6 Non occides: qui autē occiderit, reus erit iudicio. Ego autē dico uobis, quia oīs qui iraſciē fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri ſuo, raca; reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue; reus erit gehennæ ignis. Marc. 10. Matth. 5.

7 Non mœchaberis. Ego autem dico uobis, quia omnis qui uiderit mulierē ad cōcupiſcendum eā, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Marc. 10. Matth. 5.

8 Non furaberis, non fraudē facies: ſed & ei qui uult tecum in iudicio cōtendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicunque petit à te, da ei: & uolenti mutuare à te, ne auertaris. Marc. 10. Matth. 5.

9 Nō falſum teſtimonium dices. Dico autē uobis, quoniam omne uerbū ociosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Marc. 10. Matth. 12.

10 Nō cōcupiſces: quia ſolicitudo ſeculi iſtius, & fallacia diuitiarū, & (ut adijcit dominus ī Marco) circa reliqua concupiſcentiæ introeuntes, ſuffocant uerbum. Matth. 13. Marc. 4.

Hæ ſunt ordinationes præceptorum. Aiunt autē Hebræi quinq; priora præcepta deum reſpicere: & quinq; poſteriora proximum: & in unoquoq; quinq; priorū nomen Tetragrammatō, quod ſcribitur, ſed nō legitur, quod & nomen dicitur ineffabile, cōtineri. Ac primum omnium eſſe maximum, deinde ſecundum maius tertio, & tertium quarto, atq; ita deinceps uſq; ad poſtremum, quod exiſtimant omnium minimum. Hac autem ratione dicunt primum maius ſecundo: quia non credere in deum eſt maius peccatum, quàm idola colere; quandoquidem multi etſi idololatræ ſint, credunt tamen in deum, ſicut ſcriptum eſt: Timuerunt dominū, & ſculptilibus ſuis ſeruierūt. nam iſti confitebantur quidem deum, ſed ei adiūgebāt alterum, ſicuti & hi qui dicebāt: Ex quo autē ceſſauimus thurificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indiguimus oībus. Porro ſecundū tertio: quia idololatriā maius peccatū ponunt, quàm ſumptionē noīs dei in uanū. & ita deinceps, quæ ad longū explorare nimis uideē à ꝓpoſito noſtro alienū. Et quid mirū, ſi Iudæi ueterē legē ſequētes ex 4. Reg. 17. Hiere. 44.

Exodo

Exodo hūc ſeruāt ordinē: qui cū uenerint ad CHRISTVM, q̄ eſt ſalus omniū, aliū ſequentur nobiſcū ex uera ſecūda lege, quæ nō eſt umbratile illud Deuteronomiū Moyſi, ſed lux Euāgelica CHRISTI, & ſuam etiā legē ſecundū ſpiritū intelligēt: & in octaua adorabūt patrē in ſpiritu & ueritate, quē tota dilectione amplectētur, uano reiecto timore. Ordinatio aūt quam diximus nouæ eſſe legis, quibus fuit exactius diſquirendi animus, ex Matthæi cap. 22. 12. 15. 5. 13. & Marci. 12. 5. 3. 7. 10. 4. 14. & Ioannis. 3. paucis aliunde adiectis, facile cognoſcetur. Sed ad Marcū reuertamur. Hanc reſponſionē domini ad pharisæū legis doctorē, habet Matthæus cap. uigeſimoſecūdo, numero. 209. Sed Marcus addit, quod ſcriba, id eſt legis doctor, reſponſum domini approbarit: adeo ualida eſt ueritas, ut à ſuis quoq; inimicis nō poſſit non probari, quanquā & rationē intelligere potuit, quod dominus ex ſecūda lege, non ex prima quæſtionē diluerit. Nam ſi Exodica de præceptis doctrina fuiſſet potior, fruſtra uideretur nōnullis immutatis in Deuteronomio reſumpta. Exactior ergo ex Deuteronomio reſpōſio, cui cōtradicendū nō erat, fuerat exquirēda: quod & fecit dns, adeo ut reſponſionē ipſius neq; calūniari potuerit, neq; uoluerit ſcriba etiam ī lege doctus, imo probauerit maxime. Et hinc qui inimici ſunt, ſi reſipiſcere uelint, & in eo propoſito perſeuerent, intelligūtur facile ueniā apud deū inuenturi. Quod ſatis oſtēditur per hūc pharisæum: qui etſi nulla fide uenerat, ſed ut tētaret, & in aliquo redargueret dominū: quāprimū tamē ueritati acquieuit, audiuit ab eodem: Non es longe à regno dei, ueluti præteritorū immemore & futura reſpiciēte. Poſteaquā uero hic legiſperitus, q omniū opiniōe (ut ueriſimile eſt) maximus erat, & in quo certaminis ſumma erat collocata, non ſolū fuit uictus, ſed & domino propria cōfeſſione palmā tribuit (Bene, inqt, magiſter, in ueritate dixiſti) omniū aliorū cōcluſa ſunt ora. Et ut de uicto duce, & iā capto oēs milites ſeſe dedunt: ſic omnes alij ſcribæ illius ſilētio ſeſe ſubmiſerūt. Quos tamē dominus adhuc ſubiugare pergit, ut quos primū armis ipſorū uicerat, id eſt quæſtiōibus, quibus ſe uincere ipſum putarāt: nūc ſuis eoſdē etiā uincat, præpoſita eis quæſtiōe de CHRISTO, id eſt de
» Meſia (qui quidē ipſe erat) cuius filius eſſet, dicēte Marco. ¶ Et reſpōdens IESVS 73
» dicebat, docēs in tēplo: Quomodo dicūt ſcribæ CHRISTVM filiū eē Dauid? Ipſe
» enim Dauid dicit ī ſpiritu ſancto: Dixit dns domino meo, ſede à dextris meis. Do-
» nec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū. Ipſe ergo Dauid dicit eū dominum.
» Et unde eſt filius eius? Et multa turba eū libēter audiuit. ¶ Et hoc habet Matthæus capite uigeſimoſecundo, numero ducenteſimodecimo. Si eā intelligentiā ſcripturarum habuiſſent, quam ſpiritus dei ſubminiſtrat, legēdo id: Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Tecum principiū in die uirtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorū ex utero ante luciferum genui te. & id quod Pſalmo ſecūdo de Meſia legit: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. & inſuper id Eſaiæ: Ecce uirgo cōcipiet, & pariet filium, & uocabitur nomē eius Emmanuel. Si intelligentiā inquā ſcripturarū aſſecuti fuiſſent, huic quæſtiōi de CHRISTO cuius filius eſt, rndiſſent: Si pater quæritur, dei filius eſt: ſin mater, filius uirgis eſt: etſi illa ſecreta ſit et abſcōdita. Quinimmo Meſiam filiū dei eſſe, princeps ſacerdotū ſupponebat: cū adiurabat eū ut diceret ipſis, an eſſet CHRISTVS filius dei. Nō cōſentanee ergo ſcribæ iuxta ſuā ītelligentiā dicebāt CHRISTVM eē filiū Dauid. Quod ſi etiā iuxta oracula ꝓphetarū, uerū dicebāt: nō tn qd dicebāt, intelligebāt, qd ſcilicet filius Dauid dicerē ratiōe uirginis, quæ de Dauid deſcēderat: quæ & filium dei, uirgo cōcepit, uirgo peperit, uirgoq; permanſit in æuum. Et docebat dominus populū cauere à ſcribis, ut ſubdit
» Marcus, dicens. ¶ Et dicebat in doctrina ſua: Cauete à ſcribis, qui uolunt in ſtolis 74
» ambulare, & ſalutari in foro, et in primis cathedris ſedere ī ſynagogis, & primos diſ Pſal. 109. Pſal. 2. Eſa. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ cubitus in cœnis, qui deuorant domos uiduarũ sub obtẽtu prolixæ orationis: hi acci
„ piẽt prolixius iudiciũ. ¶ Quid est, in doctrina sua, nisi docẽdo eos? Sed qd docẽdo,
„ nisi doctrinã euangelicã? hæc enim doctrina eius est. Ergo id, doctrina sua. idẽ pol
„ let qd doctrina euãgelica. Doctrina itaq; euãgelica dominus docet cauẽdũ esse ab
„ ambitiosis cuiuscũq; status aut ordinis, ut prælatis, doctoribus, et huiusmodi. Hi aũt
„ sunt, qui cupiũt ambulare in stolis, id est lõgis, põposis, & superfluis uestibus: saluta
„ ri ĩ illis locis ad quæ plurimus cõfluit populus: præsidere ĩ synagogis, & primos re-
„ cubitus in cœnis obtinere. Docet insuper cauendũ esse ab hypocritis, qui prætextu
„ sanctitatis, bona simpliciũ deuorãt, siue istos eadẽ torqueat ambitio, siue mũdi præ
„ ferãt contẽptũ. Quæ oĩa latius psequitur Matthæus, cap. 23. numero. 213. & sequen
„ tibus. Hinc transit Marcus ad pauperculam illã mulierem, quæ de penuria sua misit
25 „ munus in gazophylaciũ tẽpli, dicẽs. ¶ Et sedẽs IESVS cõtra gazophylaciũ, aspicie
„ bat quomodo turba iactaret æs ĩ gazophylaciũ. Et multi diuites iactabãt multa. Cũ
„ uenisset autẽ uidua una pauper, misit duo minuta, quod est quadrãs. Et cõuocans di
„ scipulos suos, ait illis: Amen dico uobis, qa uidua hæc pauper, plus omnibus misit,
„ qui miserũt in gazophylaciũ. Omnes enim ex eo qd abũdabat illis, miserũt: hæc ue
„ ro de penuria sua, oĩa quæ habuit misit, totũ uictũ suũ. ¶ Hoc factũ de gazophyla-
cio nõ habet Matthæus. Dominus mane ingressus tẽplum, raro antecq; inclinare-
tur dies in uesperã, discedere solebat: qd licet ex plerisq; euangelistarũ locis cõijce
re. nã cibus & potus eius erat, facere uolũtatẽ patris sui, quã adimplebat, cũ illic sta-
bat, aut docẽdo, aut sanando, aut interrogãdo, aut respõdendo, aut prospiciẽdo ne
quid indecẽs in domo patris sui fieret, aut si quid pro decoro fieret, probãdo. Tunc
aũt sedebat cõtra gazophylaciũ, id est e` regione loci ubi pecuniæ deo oblatæ asser
uabãtur, q gazophylaciũ dicebat à custodia opũ. Et cũ uidisset quomodo turba ĩ the
saurũ domini æs misisset, & diuites multi multa iecissent: nullos culpauit, sed donũ
pauperculæ mulieris cõmendauit: quanquam forte humana æstimatiõe omniũ mi-
nimum fuisset (nam duo æra minuta, quæ erant quarta pars alicuius numi illius tem
pestatis) at nõ diuina. In quo ostendit, nõ munus ipsum, sed dantis affectũ ante deũ
æstimari. Nam illa paupercula eo affectu & pietate in deum ferebatur, ut totam mi
serit substantiam suam, suas opes omnes, & quicquid habuit numorum, imo` quod
etiam illi necessariũ erat ad uitam, nisi se plena fide prouidẽtiæ cõmisisset diuinæ.
at alij ex eo quod abundabat, quod ipsis necessarium non erat, sed quodãmodo su-
perfluum, miserant in gazophylacium. Sed quo affectu, qua ue pietate in aliquem
quispiam fertur, si solum quod superfluum est, illi det? Et tamen tã bonus est deus,
ut neque illos abijciat, frustret ue gratia, qui sic sua deo aut pauperibus elargiũtur:
maiori tamen affectui maior commendatio, & gratia respondebit. Et reuera qui in
deo non cõfidunt, pauca dare possunt. nam plurima sunt illis necessaria: quandoqui
dem quibus prouidẽtia dei, quæ omnia implet, nõ sufficit, quid sufficiat? Itaq; quan
tum cõfidis, tantũ das: tantũ inquam, pro tua uirili: & quantũ te prouidẽtiæ submit-
tis, tantũ nõ indiges. Ergo ut uere diuites simus, & nullis egeamus, prouidẽtiæ no
stræ nihil tribuamus, etiã si facultates nobis adsint: sed illam omnia ambientẽ, con-
tinentem & gubernantẽ suspiciamus & admiremur, & ex illa sola pendeamus: affe
ctum totum, & animi pietatem in deum refundentes: & audiemus à saluatore no-
stro, plus nos misisse in thesaurum dei, quàm omnes diuites seculi. Qui nos & no-
stros bonos affectus, quos ipse infundit, pro munere acceptare dignet. Et à nobis,
quanq; ex nobis, pauperrimis & infimis, nec duo minuta habẽtibus, cũ cœlestibus,
ditissimis summisq; laudatoribus in cõfessione trisagiæ beatitudinis, summo patri,
& filio, & spiritui sancto detur laus, honor, & gloria in perennia seculorum secula.
Amen.

CAPVT

CAPVT TERTIVM DECIMVM.

ET cum egrederet de templo, ait illi unus ex discipulis suis 36
Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. Et re
spondens IESVS, ait illi: Vides has omnes magnas ædifi-
cationes? Non relinquetur lapis super lapidẽ qui non de-
5 structuratur. ¶ Et cum sederet in monte oliuarum contra tem- 37
plum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus, & Ioannes, & An-
dreas: Dic nobis quando ista fient: & quod signũ erit, quando hæc oĩa in
cipiẽt cõsummari? Et respondẽs IESVS, cœpit dicere illis: Videte nẽ quis
uos seducat. Multi em uenient in nomine meo, dicentes quia ego sum, &
10 multos seducent. Cum audieritis aũt bella & opiniones bellorũ, nẽ timue-
ritis: oportet enim hæc fieri, sed nondum finis. Exurget enim gens contra
gentem, & regnũ super regnũ: & erunt terræmotus per loca & fames. Ini-
tium dolorum hæc. Videte autem uosmetipsos. Tradent em uos in conci
lijs, & in synagogis uapulabitis, & añ præsides & reges stabitis, ppter me,
15 in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet prædicari euan
gelium. Et cum duxerint uos tradẽtes, nolite præcogitare quid loquami-
ni: sed quod datũ uobis fuerit in illa hora, id loquamini: non em uos estis
loquentes, sed spiritussanctus. Tradet autẽ frater fratrẽ in mortem, & pa-
ter filiũ: & consurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio
20 omnibus propter nomen meũ. Qui autem sustinuerit in finem, hic saluus
erit. Cum autem uideritis abominationem desolationis stantem ubi non
debet (qui legit, intelligat) tũc qui in Iudæa sunt, fugiãt in montes; & qui
super tectum, ne descendat in domũ, nec introẽat ut tollat quid de domo
sua: & qui in agro erit, nõ reuertatur retro tollere uestimentũ suũ. Væ au-
25 tem prægnãtibus & nutrientibus in illis diebus. Orate uero ut hyeme nõ
fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio
creaturæ, quam condidit deus usq; nunc, neq; fient. Et nisi breuiasset do-
minus dies, nõ fuisset salua omnis caro. Sed ,ppter electos quos elegit bre
uiauit dies. Et tũc si quis uobis dixerit: ecce hic est CHRISTVS, ecce illic, ne
30 crediderit is. Exurgent em pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt
signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiã electos. Vos ergo uide
te. Ecce pdixi uobis oĩa. Sed in illis diebus post tribulationẽ illam sol con
tenebrabit, & luna non dabit splendorem suum, & stellæ cœli erunt deci-
dentes: & uirtutes quæ in cœlis sunt mouebunt. Et tũc uidebũt filiũ homi
35 nis uenientẽ in nubibus cũ uirtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos
suos, & cõgregabit electos suos a q̃tuor uẽtis, a summo terræ usq; ad sum
mum cœli. A ficu autẽ discite parabolã: Cum iam ramus eius tener fuerit,
& nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas. Sic & uos, cũ ui
deritis hæc fieri, scitote q̃ in proximo sit in ostijs. Amen dico uobis, qm
40 non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant. Cœlũ & terra trans-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibunt, uerba autem mea non transibunt. De die autem illo uel hora nemo
scit, neq; angeli ī cœlo, neq; filius, nisi pater. Videte, uigilate et orate. Ne
38 scitis enim quando tēpus sit. ¶ Sicut homo qui peregre profectus, reliquit
domum suā, & dedit seruis suis potestatē cuiusq; operis, & ianitori præ=
cepit ut uigilet. Vigilate ergo (nescitis enim quādo dominus domus ueni 45
at: sero, an media nocte, an gallicantu, an mane) ne cum uenerit repēte, in=
ueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico, omnibus dico: uigilate.

ANNOTATIONES BREVES XLI. CIRCA LITERAM CAP. XIII.

1 egrederetur
ἐκπορευομένου
3 has
– omnes
5 contra templum,
κατέναντι τοῦ ἱεροῦ
ex aduerso templi
e` regione templi
7 fient;
ἔσται
erunt
7 incipient cōsummari.
μέλλῃ συντελεῖσθαι
consummanda sunt.
10 opiniones
ἀκοὰς
rumores
10 timueritis.
θροεῖσθε
turbemini
11 enim
– hæc
12 super
ἐπὶ
contra
12 loca &
* ἔσονται
erunt
12 fames
* καὶ ταραχαὶ
& turbationes.
12 Initium
ἀρχαὶ
plurale.
13 Videte autē uosmet=
ipsos.
βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτούς
Cauete autem uos
uobisipsis.
13 in concilijs,
εἰς συνέδρια
14 ante
ἐπὶ
apud
14 stabitis
σταθήσεσθε
statuemini
16 nolite præcogitare
μὴ προμεριμνᾶτε
ne ante soliciti sitis,
ne ante sitis anxij
16 quid loquamini,
* μηδὲ μελετᾶτε
neque meditemini:
17 quod
ὃ ἐὰν
quodcunque
18 loquentes
οἱ λαλοῦντες
qui loquimini
19 consurgent
ἐπαναστήσονται
insurgent
19 eritis odio
ἔσεσθε μισούμενοι ὑπὸ
eritis odio habiti ab
20 sustinuerit
ὑπομείνας
perseuerauerit
21 desolationis
τὸ ῥηθὲν ὑπὸ Δανιὴλ
τοῦ προφήτου
quæ dicta est à Daniele
propheta,
21 non debet
οὐ δεῖ
non oportet
25 nutrientibus
ταῖς θηλαζούσαις
lactantibus
26 fiant
γίνηται * ἡ φυγὴ ὑμῶν
fiat fuga uestra.
26 tribulationes tales, qua=
les non fuerunt
θλῖψις οἵα οὐ γέγονε
singularia.
27 creaturæ
κτίσεως
creationis
27 fient.
γίνηται
singulare.
27 breuiasset
ἐκολόβωσε
decurtasset
& infra.
29 hic est
ὅδε
aduerbium
29 CHRISTVS
* ἡ
aut
31 ergo
δὲ
autem
34 mouebuntur
σαλευθήσονται
quatientur,
concutientur
37 parabolam
τὴν παραβολὴν
similitudinem
39 in ostijs.
ἐπὶ θύραις
in foribus
40 non transibit

ὑμῶν παρελεύσεται
nequaq; præteribit
& infra
42 in cœlo
ὁ οὐρανὸς
qui in cœlo sunt
44 cuiusq; operis
ἑκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ
& unicuiq; opus suū
47 Quod
ἃ
plurale

COMMENTARIVS IN CAPVT DECIMVMTERTIVM.

QVo pacto dominus discipulis suis prædictionē destructionis secundi
templi insinuarit, aperit Marcus, dicens. ¶ Et cum egredereť de tem= 36
plo, ait illi unus ex discipulis suis: Magister, aspice q̄les lapides, & qua
les structuræ. Et respondēs IESVS, ait illi. Vides has omnes magnas
ædificationes? Non relinqueť lapis sup lapidē qui nō destruať. ¶ His
quæ hic dicuntur, respondent scripta Matthæi cap. 24. nūero. 224. Et uidetur do=
minus citra uesperā (quia iturus erat in Bethaniam) tunc e` templo egressus, quod
tunc destructum iri asseruit. Et merito quidem, quia postq̄ scribæ & pharisæi rati=
onem nō habuerant ueri templi dei quin illud destruerēt: iustū erat ut templū eorū
in quo tanta gloria deus ipsos uisitauerat, & eum sic uisitantē neq; receperāt, neq;
intellexerant, funditus euertereť. De gloria aūt secundi templi, quod conditū est
sub Zorobabele, inquit Aggæus. Nolite timere, quia hæc dicit dñs exercituum. Aggæi. 2.
Adhuc unum modicū est, & ego cōmouebo cœlū & terram, & mare & aridam: &
mouebo omnes gentes, & ueniet desideratus cunctis gentibus: & implebo domū
istā gloria, dicit dñs exercituū. Et subdit. Magna erit gloria domus istius nouissi=
mæ, plus q̄ primæ, dicit dñs exercituū. Et unde illi tanta gloriať? Ex præsentia cer= Coloß. 2.
te saluatoris, qui erat Messias, & in q̄ habitabat plenitudo diuinitatis corporaliter.
Et in structuris illius templi nō remansisse lapidē super lapidē, q̄uis pabunde suffi
ciat euangelij testimoniū: ex historijs tñ idē quoq; perspectū haberi potest. Nam
impio Iuliano mandāte reparari templū Hierosolymis, quicqd superat uetustarū
ruinarū & fundamentorū, funditus euerterunt, eruerunt q̄ Iudæi ad nouum instau
randū: ut & prædictio CHRISTI uerissima comprobareť dicentis: Nō relinqueť
lapis super lapidē, qui nō destruať. Sed terræmotus elocās & dissilire faciēs, q̄ iacie
bant fundamēta, & terribilis turbo calcē, & quæ intrito faciundo p̄parabant euen
tilans, & flāma ultrix q̄ inferne frequenter erūpebat, formidabiliter discurrens, &
miserabiliter multa milia hominū præfocans & exurens, conatus eorū perfregerūt
& operas illuserunt. Quod ex Theodorito in historia ab Epiphanio nobis relicta,
lib. 6. cognoscitur; & etiam in historia quæ ob sui dignitatem à maioribus nostris
Ecclesiastica meruit nominari, lib. 10. circa finē. Sed & Adammanus, qui sub Theo
dosio iuniore de locis terræ sanctæ conscripsit, q̄ illius templi ullū superesset uesti
gium, ne unū quidem uerbū fecit: tametsi de quodā templo in monte Sion sito, sed
extra portā & urbis Hierosolymæ situm, mentionē faciat. Quid igitur, inquies, qui
religionis grātia loca sancta adierūt de templo Salomonis narrare solēt, q̄ scilicet
in illud nemini, siue Christiano, siue Iudæo sub pœna mortis introspicere liceat,
tanto minus pedem inferre? Profecto impudentissimū mendaciū, cum à tempore
Babylonicæ captiuitatis nō extiterit templū Salomonis, quod fuit primū templū,
sed in illa fuerit funditus subrutū: postea autē secundū templū, non Salomonis, sed
Zorobabelis dictū, à primis etiam extructū fundamentis. Quod & tandē à Tito
& Vespasiano euersum est. Et deinde sub Iuliano apostata, cum (ut dictū iam est)
dei iniussu nouū instaurare uellet, quicquid ex antiqua ruina uestigij remanserat,
prorsus deletum est. Nequaq̄ ergo quod nunc Mauri ostentāt Hierosolymis, est
templum Salomonis aut Zorobabelis, sed mendaciū diaboli & delubrum satanæ,
qd' ipsi suo Mahumeti filio perditiōis extruxerūt, quē Meschitā appellāt. Hoc di=

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum uolui, ne cui illuc eunti cupiditas obrepat, aut introspiciẽdi, aut ingrediendi: quæ em̃ religio aut pietas esset, cupiditate eum locum intrandi suam uitam exponere: ex quo suo quodammõ iure, diabolus omniũ intrantiũ animas in perditionẽ rapit. Sicut enim prima illa Hierusalem, nullũ locum præcipue sanctum, præterẽ plũ habebat: sic hac tempestate in ea quæ nunc est, siue Helia sit, siue alia homonymos Hierusalem (non enim est illa prima) nihil est præcipue prophanũ, & prorsus solo æquandum, præter id templum, quod Solomonis fabulose appellant, in quo tanto tẽpore sacrificatũ est diabolo: Sed de his satis, cũ constet supra q̃ dici possit, CHRISTI dictũ esse uerissimũ. Cõtinuo subiungit Marcus interrogationẽ, quã
» discipuli super dictis ipsius fecerunt domino, dicens. ¶ Et cũ sederet in monte oli
» uarũ contra templũ, interrogabant eũ separatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, &
» Andreas: Dic nobis quando ista fient, & quod signũ erit quando hæc oĩa incipiẽt
» consummari? Et respondẽs IESVS, cœpit dicere illis: Videte ne quis uos seducat
» Multi em̃ uenient in nomine meo, dicentes quia ego sum, & multos seducent. Cũ
» audieritis aũt bella & opiniões bellorũ, ne timueritis. Oportet em̃ hæc fieri, sed nõ
» dũ finis. Exurget em̃ gens contra gentẽ, & regnũ super regnũ, & erunt terræmo-
» tus per loca, & fames. Initiũ dolorũ, hæc. Videte aũt uosmetipsos. Tradent enim
» uos in concilijs, & in synagogis uapulabitis, & ante præsides & reges stabitis pro-
» pter me, in testimoniũ illis. Et in omnes gentes primũ oportet prædicari Euangeli
» um. Et cũ duxerint uos, tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod da
» tũ uobis fuerit in illa hora, id loquamini. Non em̃ uos estis loquentes, sed spiritus
» sanctus. Tradet aũt frater fratrẽ in mortẽ, & pater filiũ: & consurgent filij in paren
» tes, & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meũ. Qui autẽ
» sustinuerit in finem, hic saluus erit. Cũ aũt uideritis abominationẽ desolationis, stã
» tem ubi non debet (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes:
» & qui super tectũ, ne descendant in domũ: nec introẽat ut tollat quid de domo sua:
» & qui in agro erit, non reuertatur retro tollere uestimentũ suũ. Væ autem prægnã
» tibus & nutrientibus in illis diebus. Orate uero ut hyeme non fiant. Erunt em̃ dies
» illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam cõdidit deus us-
» q̃ nunc, neq̃ fient. Et nisi breuiasset dominus dies, non fuisset salua omnis caro.
» Sed propter electos quos elegit, breuiauit dies. Et tunc si quis uobis dixerit, ecce
» hic est CHRISTVS, ecce illic, ne crediderítis. Exurgent em̃ pseudochristi & pseu
» doprophetæ, & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam ele-
» ctos. Vos ergo uidete: Ecce prædixi uobis oĩa. Sed in illis diebus, post tribulatio-
» nẽ illã, sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorẽ suũ, & stellæ cœli erũt de-
» cidẽtes: & uirtutes quæ in cœlis sunt, mouebuntur. Et tunc uidebunt filiũ hominis
» uenientẽ in nubibus cum uirtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos suos, et cõ
» gregabit electos suos à quatuor uentis, à summo terræ usq̃ ad summũ cœli. A ficu
» aũt discite parabolã: Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cogno-
» scitis quia in proximo sit æstas. Sic & uos cũ uideritis hæc fieri, scitote quod in pro
»ximo sit in ostijs. Amen dico uobis, q̃m non transibit generatio hæc, donec oĩa fiãt
» Cœlum & terra transibunt: uerba autem mea nõ transibunt. De die autẽ illo uel ho
» ra nemo scit, neq̃ angeli ĩ cœlo, neq̃ filius, nisi pater. Videte, uigilate & orate. Ne-
» scitis em̃ quando tempus sit. ¶ Sedebat dominus in monte oliuarum e̊ regione ci
uitatis. Mons em̃ oliuarum e̊ regione Hierusalem est, ex parte orientis, dicẽte Za
Zach. 14. charia: Et stabunt pedes eius in die illa super montem oliuarum, qui est contra Hie
rusalem ad orientẽ. Illic ergo sedebat dominus, tertia die post sabbatum, quã uul-
gus adhuc more gentiũ diem Martis appellat: sedebat inquã conuersus ad Hie-
rusalẽ. Et interrogatio discipulorum & responsio domini latius posita est, & expli
cata a-

cata apud Matthæũ cap. 24. numero 226. & sequentibus. Quod autem hic ait Marci interpres: Videte autẽ uosmetipsos: id perinde uult ac, attendite siue cauete uobisipsis. Et addit Marcus ad Matthæũ, quomodo prædictũ est apostolis, quod tradendi essent in concilia, & in synagogis flagellandi, & apud præsides & reges stãtuendi, propter dominũ in testimoniũ illis: Qui ita testes fuerunt tam CHRISTI, q̃ uerborũ eius, quod est sanctũ Euangeliũ, ut gloriosi martyres euaserint. Dicit præterea ut & Matthæus cap. 24. numero 227, quod Euangeliũ prius prædicandum est ad omnes gentium nationes q̃ ueniat dies domini. At qui nunc uidemus Euangelium prædicari apud nationes nunq̃ antea cognitas, quæ ex parte occidẽtis ab Hispanis repertæ sunt, ultra insulas Anthropophagorũ, intra zonã torridã deuergendo ad Hypogeum. Sed & ex parte orientis, ad quam etiam ultra eam insulam, quam Taprobanam & Macrobiorũ insulam esse putant, enauigant, ac aliq-bus in locis dominantur Lusitani: auditur his diebus sanctum nomen CHRISTI Sed utinam omnes essent tam auidi illuc optimam margaritam inferendi, quæ est pura doctrina CHRISTI, q̃ cupidi sunt illinc referendarum e̊ conchylibus margaritarũ, gemmarum, copiæ auri argentiq̃ aromatũ, & cæterarũ id genus merciũ: & plus posset in pectoribus nostris CHRISTI charitas, q̃ cæca miseraq̃ cupiditas, Iam bona pars orbis à tricenis annis, e̊ faucibus leonis rugientis per totius terræ ambitũ animas misere deglutientis erepta esset. Sed fiat CHRISTI uoluntas. At tandem fiet, & prædicabitur ubiq̃ CHRISTI Euangelium, electis quidem ad salutem, reprobis autem ad condemnationem: prædicabitur inquã pure (hæc mihi in CHRISTO fiducia) non admixtis traditionibus humanis, quod adhuc nequaq̃ fit. Nam CHRISTVS est omnia, & solus sua doctrina saluare omnia potens & sufficiens. Et quod dominus præcipit, ut fideles traditi potestatibus propter se, nõ præcogitent quid sint respõsuri: id ideo est ut melius intelligant omnia quæ tũc dicent, non sua esse, sed spiritus sancti. Et horũ plurima tradidit Matthæus ca. 10. numero 94. & sequentibus. Ideo in eo loco, qui huic respõdet, illa nõ resumpsit: quorum rursus discipulis hic ex Marco memoriã ingessit dominus, Sed de abominatione desolationis, & reliquis quæ sequũtur, tangit Matthæus ca. 24. numero 228. & sequentibus. At in particula: De die autem illo uel hora nemo scit, neq̃ angeli in cœlo, additur ultra Matthæum, neq̃ filius, quod putatur adiectitiũ, præsertim cũ dicat Matthæus: Nemo nouit filiũ nisi pater: neq̃ patrem quis nouit, nisi filius & cui uoluerit filius reuelare. Ideoq̃ filium illud nosse (& quid non nosset æterna dei sapientia?) etsi non ad reuelandũ. Quod si non sit adiectitiũ, & simpliciter, hoc est sine adiectione ad reuelandũ, intelligãt filiũ nescire, hoc ad hypostasin ipsam nequaq̃ referri potest (ut perfidus Arrhius, Photinus, aut inconsentanee nominatus Eunomius, cum ἄνομος idem esset ἄπιστός τε καὶ ἄθεος, aut aliquis huiusmodi satanicorũ canũ uellet) sed naturæ assumptæ infirmitatem respicit, anteq̃ in sua immortalitatis fulgeret gloria. Quis em̃ CHRISTVM uersatũ in terris secundũ naturæ assumptæ humilitatem dixisset oĩa potentẽ? Et quid prohibet, qua natura non oĩa potuit, tũc eadẽ eũ nõ oĩa distincte, determinate, & exacte, ut patrẽ nosse? Duæ certe in CHRISTO erant uoluntates, & duo intellectus, etsi in una indiuisæ hypostaseos persona. Qui si etiam nunc omnia secundũ formam illam, qua semper minor est patre, oĩa scit exacte: nõ tamẽ id absolute, & indepẽdenter, ut pater, & ut filius κατὰ τὴν μορφὴν, qua deo est æqualis: sed dependenter & participatiue, ea quidem participatione qua maior esse non potest, quem iuxta prophetam, ἔχρισέν σε ὁ θεὸς præ participibus suis. Cum ait: Videte, uigilate & orate: cautionem, diligentiam, & mẽtis in deũ eleuationẽ, ac dei scientiam, iuge in ea exercitiũ, & desuper gratiã dei expetendam esse admonet, Cũ dicit, uidete: hic est cautio, hic dei scientia, Cum, uigilate hic dili- Psal. 44.

Universidad de Deusto Biblioteca

hic diligentia, hic iuge exercitium. Cũ, orate: hic eleuatio mentis in deũ, hic gratia
à deo expetenda. Et subdit Marcus parabolam de homine, qui peregre proficisci
78 tur, dicens. ¶ Sicut homo, qui peregre profectus, reliquit domũ suam, & dedit ser
uis suis potestatẽ cuiusq; operis, & ianitori præcepit ut uigilet. Vigilate ergo: Nes
citis enim quando dñs domus ueniat: sero, an media nocte, an gallicantu, an mane:
Ne cũ uenerit repente, inueniat uos dormientes. Quod aũt uobis dico, oĩbus di-
co: uigilate. ¶ Hanc nõ uidetur tetigisse parabolã Matthæus: quanq; de solicitudi
ne uigilandi admonuit capite, 24. numero 234. Homo qui peregre profectus est,
CHRISTVS, qui in cœlũ abijt. Domus, quã præsentia corporali reliquit, ecclesia.
Serui eius, fideles quiq;, & maxime qui alijs præsunt: quibus dedit potestatẽ cuiq;
proprij operis: quia cuiq; distribuit dona ad propriũ secundũ gradũ suũ, opus pera
gendũ. Sed nunquid etiã dedit potestatẽ ad mala? Minime: nã ad mala opera non
est potestas, sed impotentia. Ex dño ergo ista ad mala potestas, & uerius impoten
tia non est, sed ex nobis. Ianitor, pastor, uicarius CHRISTI, qui ostiũ est, qui præ-
est custodiæ ecclesiæ. Mandat illi præ cæteris uigilare: quia eius officiũ est intende
re præcipue, ut quisq; in ecclesia manẽs, suũ opus, & bonũ quidem opus, cuius po-
testatẽ habet, ac donũ, peragat: nè fur fores infringat, ne seruos dñi sui à bono in-
terturbet, ne cruentus lupus in ouile CHRISTI irrumpat. Attũ sic debet, uigilare
ut & seruos oẽs cogat uigilare. Vigilare, est fidei, spei, plenissimæq; in CHRISTO
fiduciæ, charitati, bonisq; operibus accurate intendere. Dormire, est illa omittere,
aut ad uicia, labi. Aduentus dñi particularis, dies mortis cuiusq;. Nox, totum tem
pus mortalis uitæ. Serũ, pueritia. Media nox, tempus mediæ uitæ, ipsaq; iuuenta.
Gallicantus, senectus. Mane, uitæ exitus. Nam ut serũ, initiũ noctis: sic pueritia ini
tiũ mortalis uitæ, et ut mane exitus noctis, & initiũ lucis: sic exitus uitæ, principiũ di
ei æternitatis, inter quæ aliæ intermediæ ætates currũt. Et hac parabola, qua beni-
gnissimus dñs alloquebatur apostolos, omnes suos ad finem usq; mundi alloquit
fideles. Proinde dicit: Quod uobis dico, oĩbus dico: uigilate. Ergo det nobis illa in
finita bonitas, de nobis infinities plus q̃; nosipsi, solicita: sic cuiq; opus suũ, ad quod
in hoc mundo positus est, peragere: sic accurate, sic attente uigilare, ut à dño gloriæ
quacunq; hora uenerit, audire quisq; possit: Euge serue bone & fidelis, quia super
pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã, intra in gaudiũ domini tui: cum quo es-
se maximũ gaudiũ est, quem nosse uita æterna est, quem laudare gloria immensa.
Ipsi ergo soli deo immortali, incõprehensibili, inuisibili patri & filio, & spiritui san
cto gloria, honor, & uirtus, & nunc & per infinita seculorum secula. Amen.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

79
Rat autem pascha, & azyma post biduum, & quærebant
summi sacerdotes & scribæ, quomodo eum dolo tene-
rent & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne
forte tumultus fieret in populo. Et cum esset Bethaniæ in
domo Simonis Leprosi, & recũberet, uenit mulier habẽs 5
alabastrũ unguẽti nardi pisticæ preciosi: & fracto alabastro effudit super
caput eius. Erant aũt quidam indigne ferentes intra semetipsos, & dicẽtes
Vt quid perditio ista unguẽti facta est? Poterat em̃ unguẽtũ istud uenũ-
dari plusq; trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. IE
SVS aũt dixit: Sinite eam. Quid illi molesti estis? Bonũ opus operata est 10
in me

in me. Semper enim pauperes habetis uobiscũ, & cum uolueritis, potestis
illis benefacere: me aũt nõ semper habebitis. Quod habuit, hæc fecit: præ
uenit ungere corpus meum in sepulturã. Amen dico uobis, ubicunq; præ
dicatum fuerit euangeliũ istud in uniuerso mundo, & quod fecit hæc, nar
15 rabit̃ in memoriã eius. ¶ Et Iudas Scariothis unus de duodecim abijt ad 80
summos sacerdotes, ut pderet eum illis. Qui audientes, gauisi sunt, & pro
miserunt ei pecuniã se daturos. Et quærebat quomodo illũ opportune tra
deret. ¶ Et primo die azymorũ, quando pascha immolabãt, dicũt ei disci- 81
puli. Quo uis eamus, & paremus tibi ut manduces pascha? Et mittit duos
20 ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatẽ, & occurret uobis homo lagenã
aquæ baiulãs. Sequimini eum: & quocunq; introierit, dicite dño domus,
quia magister dicit: Vbi est refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis
manducẽ? Et ipse uobis demonstrabit cœnaculũ grande stratũ, & illic pa-
rate nobis. Et abierunt discipuli eius, & uenerunt in ciuitatẽ, & inuenerũt
25 sicut dixerat illis, & parauerunt pascha. ¶ Vespere autem facto, uenit cum 82
duodecim. Et discũbentibus eis & manducantibus, ait IESVS. Amen dico
uobis, quia unus ex uobis tradet me, qui manducat mecũ. At illi cœperũt
contristari, & dicere ei singulatim: Nunquid ego? Qui ait illis: Vnus ex du
odecim, qui intingit mecũ manum in catino. Et filius quidẽ hominis ua-
30 dit sicut scriptum est de eo: uæ autem homini illi per quem filius hominis
tradetur: bonum erat ei, si non esset natus homo ille. ¶ Et manducantibus 83
illis, accepit IESVS panem: & benedicens, fregit, & dedit eis, & ait illis. Su-
mite: Hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens, dedit eis. Et
biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti,
35 qui pro multis effundetur. Amen dico uobis, quia iam non bibam de ge-
nimine uitis, usq; in diem illum, cum illud bibam nouum in regno dei. Et
hymno dicto, exierunt in montem oliuarũ. Et ait eis IESVS: Omnes scan-
dalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est. Percutiam pastorem,
& dispergentur oues. Sed postquã resurrexero, præcedam uos in Galilæ-
40 am. ¶ Petrus aũt ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint, sed nõ ego. Et ait 84
illi IESVS: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusq; gallus uocẽ
bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur: Et si oportue
rit me simul commori tibi, nõ te negabo. Similiter aũt & omnes dicebant.
Et ueniunt in prædium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis: Se-
45 dete hic donec orem. Et assumit Petrum & Iacobum & Ioannem secum, &
cœpit pauere & tædere. Et ait illis: Tristis est anima mea usq; ad mortem.
Sustinete hic & uigilate. Et cum processisset paululum, procidit super ter-
ram, & orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora, & dixit. Abba pater,
omnia tibi possibilia sunt, transfer calicẽ hunc a me. Sed nõ quod ego uo-
50 lo, sed quod tu. Et uenit & inuenit eos dormiẽtes: Et ait Petro. Simon dor
mis? Nõ potuisti una hora uigilare? Vigilate & orate, ut nõ ĩtretis in ten
tationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tationem. Spūs quidem promptus est, caro uero infirma. Et iterum abiẽs orauit eundem sermonẽ dicens. Et reuersus, denuo inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorū grauati) & ignorabant quid responderent ei, Et uenit tertio, & ait illis: Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Venit ho- 55
ra, ecce filius hoīs tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus: Ecce qui me tradet, ppe est. Et adhuc eo loquẽte, uenit Iudas Scarioth unus de duodecim, & cū eo turba multa cum gladijs & lignis, missi a summis sacerdotibus, & scribis, & senioribus. Dederat autē traditor eius signū eis, dicens Quēcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eū, & ducite caute. Et cum uenis- 60
set, statim accedēs ad eū, ait: Aue rabbi: & osculatus est eum. At illi manus
85 iniecerunt in IESVM, & tenuerunt eum. ¶ Vnus autem quidam de circunstantibus educens gladium, percussit seruū summi sacerdotis, & amputauit illi auriculam. Et respōdens IESVS, ait illis: Tanq; ad latronem existis cum gladijs & lignis cōprehendere me? Quotidie erã apud uos in tēplo 65
docens, & nō me tenuistis. Sed ut impleantur scripturæ. Tūc discipuli eius relinquentes eū, omnes fugerunt. Adolescens autem quidã sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eū. At ille reiecta sindone
86 nudus profugit ab eis. ¶ Et adduxerunt IESVM ad summum sacerdotem & conuenerunt omnes sacerdotes, & scribæ, & seniores. Petrus aūt a lon- 70
ge secutus est eum usq; intro in atriū summi sacerdotis, & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. Summi uero sacerdotes, & omne concilīū quærebant aduersus IESVM testimoniū, ut eū morti traderent: nec inueniebant. Multi aūt testimoniū falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum testimoniū fe- 75
rebant aduersus eū, dicentes: quoniam nos audiuimus eum dicentē: Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduum aliud nō manufactum ædificabo. Et non erat conueniens testimoniū illorum. Et exurgens summus sacerdos in mediū, interrogauit IESVM, dicens: Non respondes quicq; ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille aūt tacebat, & nihil respon- 80
dit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es CHRISTVS filius dei bñdicti? IESVS aūt dixit illi: Ego sum, & uidebitis filiū hominis sedentem a dextris uirtutis dei, & uenientem cū nubibus cœli. Summus aūt sacerdos scindens uestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus
87 testes? Audistis blasphemiam. Quid uobis uidetur? ¶ Qui omnes condē- 85
nauerūt eū esse reum mortis. Et cœperunt quidam conspuere eū, et uelare faciē eius, & colaphis eū cædere, & dicere ei, prophetiza, & ministri alapis
88 eum cædebant. ¶ Et cum esset Petrus in atrio deorsum, uenit una ex ancillis summi sacerdotis: & cū uidisset Petrū calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum IESV Nazareno eras. At ille negauit, dicens: Neq; scio ne- 90
que noui quid dicas. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. Rursus autem cum uidisset illum ancilla, cœpit dicere circūstantibus, quia hic ex

illis est

illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro: Vere ex illis es: nam & Galilæus es. Ille autē cœpit anathema- 5
tizare & iurare, quia nescio hominē istum quē dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus uerbi quod dixerat ei IESVS: Priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

ANNOTATIONES BREVES LXX. CIRCA LITERAM CAP. XIIII.

3	in die festo				fidelíam		οὗ
	ἐν τῇ ἑορτῇ			22	refectio – mea:		cuius
	in festiuitate				τὸ κατάλυμα	46	pauere & tædere.
4	fieret in populo				diuersorium		ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν
	ἔσται τῷ λαῷ			23	cœnaculum		expauescere & grauiter angi
	fiat populi				ἀνώγεον		
6	spicati			23	stratum	47	Sustinete
	πιστικῆς				* ἕτοιμον paratum: – &		μείνατε
	pistícæ,			28	Numquid ego?		Manete
	fidelis,				Εἰ ἄλλος, μήτι ἐγώ;	49	non quod ego uolo,
	probatæ				& alius, nunquid ego?		sed quod
7	intra semetipsos			28	Qui		οὐ τί ἐγὼ θέλω, ἀλλὰ τί
	πρὸς ἑαυτοὺς				* ἀποκριθεὶς respondens,		non quid ego uolo, sed
	apud sese			29	qui intingit	55	iam: (quid,
8	Vt quid				ὁ ἐμβαπτόμενος		τὸ λοιπὸν
	εἰς τί				anceps ad præsens & im-		de cætero
	Ad quid			29	mecū – manū (perf.	56	qui me tradet.
8	enim – unguentum			29	in catino. – Et		ὁ παραδιδόμι
12	habebitis.			31	tradetur.		præsens.
	ἔχετε				παραδίδοται	57	Et * εὐθέως continuo
	præsens.				præsens.	57	Iudas – Scarioth
	& infra.				& infra.	58	lignis – missi
14	& quod			33	Sumite,	59	traditor eius
	καὶ ὅ				* φάγετε comedite.		ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν
	& id quod			35	effundetur.		qui tradebat eum
	relatiuum.				ἐκχυνόμενον	59	signum
16	in memoriam				præsens.		σύσημον
	εἰς μνημόσυνον			37	hymno dicto,		symbolum
	in monimentum				ὑμνήσαντες	60	ducite caute.
15	eius.				cū hymnū dixissent,		ἀπαγάγετε ἀσφαλῶς
	αὐτῆς				plurale.		abducite tuto,
	fœmininum.			38	in me		abducite secure,
15	Scariothis				– in nocte ista:	61	ait * αὐτῷ illi,
	ὁ ἰσκαριώτης			42	amplius loquebatur.		– Aue
	Iscariotes				ἐκ περισσοῦ ἔλεγε	61	rabbi * ῥαββὶ rabbi.
16	proderet				ex abūdanti dicebat.	62	In IESVM:
	παραδῷ			42	Etsi		ἐπ' αὐτὸν
	traderet				μᾶλλον ἐὰν		in eum
18	discipuli * αὐτῷ sui.				Imo si	62	circunstantibus.
20	lagenam			43	me – simul		τῶν παρεστηκότων
	κεράμιον			44	cui		astantibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

& infra.
66 Tunc καὶ &
– discipuli eius
67 Adolescens
νεανίσκος
diminutiuum.
68 tenuerunt eum
* οἱ νεανίσκοι
adolescentuli.
70 & conuenerunt
Ἐν συνέρχονται
& conueniunt
* ἀντῷ ad eum
70 sacerdotes
οἱ ἀρχιερεῖς
summi sacerdotes
71 ministris – ad ignem,
72 calefaciebat – se:
θερμαινόμενος
calefiebat
* πρὸς τὸ φῶς ad lucem
74 Multi autem
γὰρ
enim

74 conuenientia
ἴσαι
æqua,
sufficientia,
bona
77 post triduum
διὰ τριῶν ἡμερῶν
per triduum
78 Et non
Ἐν οὐδὲ * οὕτως
Et ne sic quidem
80 ad ea quæ tibi obijci-
untur ab his?
τί οὗτοίσιν καταμαρ-
τυροῦσιν;
Quid isti aduersum te
testantur?
82 filius – dei
82 dixit – illi
83 uirtutis – dei
84 desyderamus
χρείαν ἔχομεν
opus habemus

90 Nazareno
τῶ ναζαρηνῶ
90 Nec scio, nec noui
particulæ permutatæ.
91 ante atrium:
εἰς τὸ προαύλιον
in uestibulum atrij
94 Galilæus es.
* καὶ λαλιάσου ὁμοιάζει
& loquela tua assimila-
anathematizare (tur.
ἀναθεματίζειν
detestari
95 nescio
οὐκ οἶδα
non noui
statim
ἐκ δευτέρου
secundo,
iterum
97 Et cœpit flere.
καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε
Et prorupit in fletum.

COMMENTARIVS IN CAPVT QVARTVMDECIMVM.

EOdem die, id est, tertio post sabbatũ, qui Marti adscribitur, et ecclesiastico more feria tertia dicitur, è monte olíueti cõcessit dominus Bethaniam (hac enim illuc erat uia) ubi honorificam cũ Simone leproso, & Lazaro, & quibusdã alijs amicis suis celebrauit cœnã, quæ nouissima fuit, quam cũ illis amicis suis fecit. Sed & tunc principes sacerdotũ, cũ Scribis & Pharisæis facto cõcilio decreuerant eum perdere: & iam ipsi quærebant
79 „ quomodo eum dolo tenerent, & occiderẽt. Quod aperit Marcus, dicẽs. ✓ Erat au-
„ tem pascha, & azyma post biduũ, & quærebant summi sacerdotes & Scribæ quo-
„ modo eum dolo tenerent & occiderẽt. Dicebãt autẽ: Non in die festo, ne forte tu-
„ multus fieret in populo. Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recum
„ beret, uenit mulier habens alabastrũ unguenti nardi pisticæ preciosi; & fracto alaba
„ stro, effudit super caput eius. Erant autẽ quidã indigne ferentes intra semetipsos,
„ & dicentes: Vt quid perditio ista unguenti facta est? Poterat enim unguentũ istud
„ uenundari plusquã trecẽtis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebãt in eã. IESVS
„ autem dixit: Sinite eam: Quid illi molesti estis? Bonũ opus operata est in me. Sem
„ per enim pauperes habetis uobiscum, & cũ uolueritis, potestis illis benefacere: me
„ autẽ nõ semper habebitis. Quod habuit, hæc fecit: præuenit ungere corpus meũ in
„ sepulturã. Amẽ dico uobis, ubicunque prædicatum fuerit euangelium istud in uni-
„ uerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriã eius. ✓ Cũ ait, Erat aũt pa-
scha et azyma post biduũ: hoc incipiẽdo à postero die itelligit. Nã biduo post tertiã illã feriã, interceptis scilicet quarta quitaq; ferijs, erat pascha et azyma, id ẽ esus agni paschalis, & panũ azymorũ, hoc ẽ nõ fermẽtatorũ: ĩ uespera scilicet, qua parasceue sabbati ĩcipiebat, id est (diẽ à uespera more Hebræorũ ĩcipiẽdo) ĩcipiẽte sexta feria,

& in

& in crepusculo exordij diei Veneris, quando & dominus pascha suũ cum discipulis suis absoluit, ut in Matthæi. 26. cap. numero. 245. uisum est. Vbi, sed paulo ante numero. 239. & de doloso summorũ pontificum & pharisæorũ ínito consilio idem Matthæus meminit. Nec nõ de cœna domini in domo Simonis leprosi, nõ tũc quidem leprosi, sed qui olim (nam gratia CHRISTI saluatoris, qui omnia saluat, eum sanauerat) talis fuerat: quandoquidẽ qui adhuc tali fœditate laborabãt, ab aliorũ & consuetudine & loco arcebant, nec cuiq; è mundis licebat cum huiusmodi cibũ, potumue sumere. Ergo prius leprosus fuerat: tũc aũt nõ erat, sed mundus, & ipsis quoq; mundis mundior: sic ẽm mundi sunt, quos CHRISTI IESVS summa mundauit benignitas. De cœna, inq;, quæ à domino celebrata est cũ huiusmodi Simone olim leproso, & (ex Ioanne) Lazaro olim mortuo multũ fœtido & corrupto, sed tunc rediuiuo, odoro, & incorrupto, & quibusdã alijs amicis suis, ministrante Martha, & ungente Maria sorore eius: tanq; mundo per ipsum mundato & sanato, uiuificatoq;, à modo præsentia corporali subtracta, & peregrinatione mortali finita, ualedicturo. Quid ẽm designat Simon, nisi ex se immundũ genus nostrum? Quid Lazarus, nisi ipsum idem mortuũ, & grauissimis peccatis tabefactum atq; corruptum? Quid CHRISTI in eos præcedens beneficiũ, nisi redemptionem omnium & à peccatis & à morte ipsa, qui ad gratiam eius uenerunt? Quid cœna illa, nisi quo uocat eosdem quos mundat ac suscitat ad cœnã uitæ æternæ, ad cœlestes delitias, & gaudia paradisi intermia? Quid ministeriũ Marthæ, nisi eorũ q hic in uita actiua sancte uersati fuerint, cœlestiũ deliciarũ participationẽ? Quid Mariæ sororis eius unguenti preciosi effusio, nisi redolentissimã contemplantium in cœlesti illa regia, ante deum conuersationẽ? Quid indigne ferentes, nisi reprobos, quos etiã in fine mundi felicitas & gloria bonorum torquebunt? Quod aũt mulier, quæ tulit alabastrum unguenti νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς, id est nardi pisticæ preciosi, Maria soror Marthæ & Lazari extiterit, extra omnem controuersiam est. Porro cum dominus dixit: Præuenit ungere corpus meum in sepulturã: insinuauit tempus sepulturæ suæ esse propinquũ, ut reuera erat. Nam biduo exacto sexta feria citra initium noctis, id est principiũ sequentis diei, sepultus est. Et cũ subiunxit: Amen dico uobis, ubiecunq; prædicatum fuerit euangelium istud in uniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriã eius: hoc uoluit rependi gratiæ Mariæ sororis Marthæ, ut hæc unctio, qua ipsa dominũ unguento perfudit, in toto mundo narretur in memoriam ipsius Mariæ. Quod & fit, ubicunq; gentium hoc (à quocunq; id fiat) legitur euangelium (hoc ẽm uoluit deus in memoriam illius esse) etsi qui legunt, aut audiunt, aut de eo loquunt, non intelligant: hic ẽm est euangelij spiritus. Sed quid hoc nobis mõstrat, nisi in illa summæ beatitudinis cœna, iustos in memoria esse æterna
& malorũ indignationem eos lædere nõ posse? sicut scriptũ est: In memoria æter- Psalm. 111.
na erit iustus, ab auditione mala nõ timebit. Et quomodo timerẽt, quos deus ipse defendit? Et hæc defensio & gratiæ repensio, cõtra indignationẽ eorũ, qui in eam fremebãt, adiecta est: ut omnia & cœlestia & inferna ad gloriæ beatorũ cumulum adijcere intelligant. Sed quæ hic tangit Marcus, eadem habet Matthæus capi. 26. numeris. 241. 242. Deinde adijcit Marcus de Iuda indignãte, maxime ob unguenti effusionem: & subinde forsan ob Mariæ sororis Marthæ excusationem: & quia prædictum fuit à domino memoriam illius non esse intermorituram: id enim illius indignationem augere potuit: quandoquidem malis iustorũ gloria & dei accepta
„ tio erunt in tormentũ. De Iuda igit sic subdit Marcus, dicens. ✓ Et Iudas Ischario 80
„ tes unus de duodecim, abijt ad summos sacerdotes, ut prderet eũ illis. Qui audien-
„ tes, gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniã se daturos. Et quærebat quomodo illũ
„ opportune traderet. ✓ Summi sacerdotes audientes Iudam uolentẽ prodere re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gem gloriæ, gauisi sunt. Et quid hoc, nisi dæmoniorũ principes, de indignatiõe, ira
inuidia, ĩsaturabili cupiditate, furia dãnatorũ gaudere: etsi ipsi simili miseria tenean
tur, id est indignatione ꝓpetua, implacabili iracũdia, inuidia insanabili, & cæteris id
genus, quibus nunquã emori uolentes perpetuo` moriũtur pestibus. Sed de hoc Iu
dæ (qui uidetur quarta feria, id est die Mercurij fuisse) ad summos põtifices accessu,
principẽ potestatis tenebrarũ repræsentãtes, cuius & ipsi uices gerebãt, Matthæus
cap. uigesimo sexto, numero. 243. expressit abũde. Nũc de symbolico pascha domi-
81 „ ni, prosequitur Marcus, dicẽs. ¶ Et primo die azymorum, quando pascha immola-
„ bant, dicũt ei discipuli: Quo uis eamus & paremus tibi, ut manduces pascha? Et mit
„ tit duos ex discipulis, & dicit eis: Ite ĩ ciuitatẽ, & occurret uobis homo lagenã aquæ
„ baiulans: sequimini eum, & quocunq; introierit, dicite domino domus, quia magi-
„ ster dicit: Vbi est refectio mea, ubi pascha cum discipulis meis manducẽ? Et ipse uo
„ bis demõstrabit cœnaculũ grande, stratũ: & illic parate nobis. Et abierunt discipuli
„ eius, & uenerũt ĩ ciuitatẽ, & iuenerũt sicut dixerat illis, & parauerũt pascha. ¶ Quæ
dicitur hic prima dies azymorũ? Certe` dies qua panes azymi ĩ ea qua incipiebat ue
spera, comedebantur, & agnus paschalis immolabatur, mactabatur, parabatur que
ut comederet nocte illa. Et hæc dies erat feria sexta, quæ & dicit dies Veneris, qua
incœpta, pascha & azyma nocte comedebantur, sicut scriptum est Exodi cap. duo-
decimo: Septẽ diebus azyma comedetis. Et subditur: Dies prima erit sancta ac so-
lennis: quod & insinuat euangelista cum ait: Primo die azymorũ, quãdo pascha im
molabãt. At dices, die Iouis interrogatus dominus à discipulis, ubi pararẽt pascha,
misit eos in Hierusalem, quare dies azymorum etiam dies Iouis dicebatur. Vtrũq;
imus inficias. Nam cœpta parasceue interrogatus est dominus, & misit discipulos,
forte solicitos ne ipse cœpta die azymorum minime recordaretur, aut certe` tardius
æquo, pascha necessario immolandum: ostendens illis prouidentiã nihil fugere pos
se: quod melius eis insinuauit cœpta iã uespera se solicite adeũtibus, quàm si citius:
ipse em̃ erat ipsa prouidẽtia. Sed adijcies: si feria sexta fuit dies ĩmolationis & come
stionis paschæ: ergo debuit esse sancta & solennis. Fuit profecto & supra oẽs, quæ
unquã fuere: etsi Iudæi tantã celebritatẽ non agnouerũt. Nã sexta illa feria, & sym-
bolicum, & uerũ pascha celebratũ est, & quod erat omniũ ueritas, & ideo maxime
sancta & solennis fuit, in cuius cœlitus inducta nocte dñs trãsijt ad inferos, & per-
cussit primogenita malignarum potestatum: & in cũctis dijs Aegypti fecit iudiciũ,
Exodi. 12. ut in Exodo scriptum est. At dices, quomodo ergo Iudæi feria illa sexta pascha suũ
nõ celebrarunt, sed id in sabbatũ reiecerunt? Sunt qui ita opinẽtur; at nos longe ali-
ter sentimus, ut in Ioanne cap. decimooctauo, annuẽte ac aspirante deo plenius di-
cturi sumus. Nõnihil tamẽ de hac celebratiõe, & mystici & ueri paschæ, iam anno-
tauimus Matthæi capite uigesimo sexto, numero. 245. Et quãdo, quo`ue tempore
uenerit dominus mãducare pascha in Hierusalẽ (nõ enim alibi licebat) ait Marcus,
82 „ dicens. ¶ Vespere autem facto, uenit cum duodecim. Et discumbentibus eis & mã
„ ducantibus, ait IESVS: Amẽ dico uobis, qa unus ex uobis tradet me, qui manducat
„ mecum. At illi cœperũt contristari, & dicere ei singulatim: Nunquid ego? Qui ait il
„ lis: Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. Et filius quidẽ homi-
„ nis uadit sicut scriptum est de eo: uæ autem homini illi per quẽ filius hominis trade
„ tur: bonum erat ei, si nõ esset natus homo ille. ¶ Vespere autem facto, id est cœpta
sexta feria, quæ Hebræorũ more à uespera incipit, & finit in altera uespera: exclusa
Gen. 1. tamen altera uespera, sicut scriptum est. Et factũ est uespere & mane dies unus. Et
eadem quæ hic dicuntur, prosecutus est Matthæus capite uigesimo sexto, numero
246. Mox subdit Marcus, quomodo instituit dominus sacrificiũ nouæ legis, dicẽs.
83 „ ¶ Et mãducantibus illis: accepit IESVS pãnem, & benedicẽs fregit, & dedit eis, &
ait illis:

„ ait illis: Sumite: Hoc est corpus meũ. Et accepto calice, gratias agens dedit eis. Et
„ biberunt ex illo oẽs. Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis
„ effundetur. Amẽ dico uobis, quia iam nõ bibã de genimine uitis, usq; in diẽ illum,
„ cum illud bibam nouum in regno dei. Et hymno dicto, exierũt in montem oliuarũ.
„ Et ait eis IESVS: Omnes scandalizabimini in me in nocte ista, qa scriptũ est: Per-
„ cutiam pastorem, & dispergẽtur oues. Sed postquàm resurrexero, præcedam uos
„ in Galilæam. ¶ Hoc sacrificium, noua cœna domini est. Et est monimentum peren
ne transitus domini. Quotiescunq; enim (inquit apostolus) manducaueritis panẽ 1. Corin. 11.
hunc, & calicem bibetis, mortẽ domini annunciabitis donec ueniat. Et hoc sacrifi-
cium, uerum pascha nostrum est (iterum dicente Paulo: Etenim pascha nostrũ im- 1. Corin. 5.
molatus est CHRISTVS) aut ueri paschæ nostri usque ad aduentum domini, mun
dicq; consummationem rememoratiuũ: per quod omnes fideles ab opacitate tene-
brarum, & potestate tyranni, qui regnat super omnes filios superbiæ, liberati sunt.
Et ex Ioanne intelligitur dominus ante lauisse pedes discipulorũ, quàm eos omniũ Ioan. 13.
sacratissimi, augustissimi & summe` uenerãdi mysterij fecerit participes: per quod
insinuauit, nos mũdos esse oportere, tã interius quàm exterius, si digne ad hoc my
sterium accessuri sumus. Ad quod oẽs apostoli digne accessere, excepto Iuda, qui
intrinsecus scelerata conscientia, dei etiam testimonio, immũdus erat. Et nihilomi-
nus ausus est sanctũ panem manducare, & sanctum, quem traditurus erat, sangui-
nem bibere. Et biberũt (inquit) ex eo omnes. Et hoc insuper indiciũ est, dominum
omnes uoluisse lauare intus foris que, id est in anima & in corpore, tã à mortiferis
quàm à leuibus noxis, & pro omnibus tam mundis quàm immũdis, tam pijs quàm
impijs, tam sanctis quàm sceleratis suũ corpus & suum sanguinẽ tradidisse: ut qui
omnes, quatenus ad se suamq; summam benignitatẽ pertineret, uellet fieri æternæ
salutis participes, & in seipso uitæ nunquã desituræ omnimodũ inuenire subsidiũ.
Et quæ hic tractãtur, similia sunt his, quæ Matthæus habet cap. uigesimo sexto, nu-
mero. 247., & duobus sequẽtibus. Mox subiũgit Marcus de cõtradictiõe Petri uer
„ bis domini, dicens. ¶ Petrus autem ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint, sed non 84
„ ego. Et ait illi IESVS: Amẽ dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquã gallus uo
„ cem bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur: Et si oportuerit
„ me simul cõmori tibi, nõ te negabo. Similiter autẽ & omnes dicebant: Et ueniũt in
„ prædium, cui nomen Gethsemani, & ait discipulis suis: Sedete hic donec orẽ. Et as-
„ sumit Petrũ & Iacobũ & Ioannem secũ, & cœpit pauere & tædere. Et ait illis: Tri-
„ stis est anima mea usque ad mortẽ. Sustinete hic & uigilate. Et cũ processisset pau-
„ lulũ, procidit super terrã, & orabat ut si fieri posset, trãsiret ab eo hora, & dixit: Ab-
„ ba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicẽ hũc à me: sed nõ quod ego uolo,
„ sed quod tu. Et uenit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: Simõ dormis? Nõ po
„ tuisti una hora uigilare? Vigilate & orate, ut nõ intretis in tentationẽ. Spiritus qui-
„ dem promptus est, caro uero infirma. Et iterum abiens orauit eundem sermonẽ, di
„ cens: Et reuersus, denuo` inuenit eos dormietes (erant enim oculi eorũ grauati) &
„ ignorabant quid respõderent ei. Et uenit tertio, & ait illis: Dormite iã, & requiesci
„ te. Sufficit. Venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite,
„ eamus. Ecce qui me tradet, prope` est. Et adhuc eo loquẽte, uenit Iudas Iscariotes
„ unus e` duodecim, & cũ eo turba multa cũ gladijs & lignis, missi à summis sacerdo-
„ tibus & scribis & senioribus. Dederat autem traditor eis signũ, dicens: Quencun-
„ que osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite caute. Et cũ uenisset, statim ac-
„ cedens ad eum, ait: Aue rabbi, & osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in IE-
„ SVM, & tenuerunt eum. ¶ Quod hic dominus dixisse narratur: Priusquam gal-
lus uocem bis dederit, ter me negaturus es: nihil aduersatur ei quod ait Matthæus:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucæ.22. Antecq̃ gallus cantet, ter me negabis: necq̃ item Lucæ & Ioannis sententiæ, ut iam
Ioan.18. quoq̃ in Matthæo capite.26, numero.251. uisum est, ubi diximus istud non de in-
ceptione gallicinij, sed de finitione intelligendum esse. Et Marcus qui fuit discipu-
lus Petri, & eius iugis (ut aiunt) comes & assecla, potuit facile (quod peruerisimile
est) ex Petro didicisse dominũ ipsi dixisse hæc uerba, aut quæ æque polleant & idẽ
significent: Priusquàm gallus bis uocem dederit (id est cantauerit) ter me negabis
quod perinde est ac, Non absoluetur hac nocte gallicinium, siue non desinet gal-
lus canere, priusquàm ter me negaueris. Quod & uerissimum, omnium euangeli-
starum testimonio fuit. Addit aũt ad Matthæum, Iudam ubi dixisset turbæ: Quem
cunq̃ osculatus fuero, ipse est, tenete eũ, adiecisse: Et ducite caute. Quod perfidus
Iudas ideo dicebat, quod dominũ alias è manibus ipsum perdere uolentium (quis
Ioannis.10. eũ dubitet?) elabi uiderat, ut cum uoluerunt eum lapidare, & cum uoluerunt eum
Lucæ.4. de supercilio montis præcipitem dare. Forte enim uerebat, ne si nõ perduceretur
ad principes sacerdotum, quibus se traditurum illum pactus fuerat, iacturã faceret
triginta nummorũ argenteorũ, aut certe id aliquatenus sibi incõmodaret. O mise-
ra & summe damnabilis auaritia, quæ perditissimũ Iudam obsequentem diabolo,
eiusq̃ ministris eò perpulit, ut studeret illis tam fidelis esse, ut dei quoq̃ filiũ trade-
ret, & timeret ne uirtus diuina impediret, ne fidẽ datã integre seruaret: cũ nis persi-
dissimam, & quæ omnẽ etiam quæ unq̃ fuit, quæ ue futura sit, uincebat infidelita-
tem. Cætera ut in Matthæo cap.26, numero.256, intelligenda sunt. Deinde sub-
dit Marcus de uno apostolorũ, qui educto gladio amputauit auriculã cuidã seruo
85 „ summi pontificis, dicens. ¶ Vnus aũt quidam de circumstantibus, educens gladiũ
„ percussit seruũ summi sacerdotis, & amputauit illi auriculã. Et respondẽs IESVS,
„ ait illis: Tanq̃ ad latronem existis cum gladijs & lignis, cõprehendere me? Quoti
„ die erã apud uos in templo, docens, & nõ me tenuistis. Sed ut impleant scripturæ
„ Tunc discipuli eius relinquentes eum, oẽs fugerunt. Adolescens aũt quidã seque
„ batur eum amictus sindone super nudo, & tenuerũt eũ. At ille reiecta sindone, nu
„ dus profugit ab eis. ¶ Is qui eduxit gladium, & percussit seruum summi pontificis,
Ioann.18. ex Ioanne fuit Petrus. Sed inquies: cũ Marcus fuerit cõtubernalis Petro, cur non
aperte scripsit, Petrũ eũ fuisse, qui gladiũ eduxit, cũ & alioqui id ex Petro nosse ma
nifeste potuerit? Certũ est ita uisum fuisse spũi sancto, & uerisimile Petrũ nõ dixis-
se Marco se eduxisse gladium, sed quendã ex circũstantibus: ne se animosiorẽ cæ-
teris apostolis prædicando, uideret sibi arrogare gloriam: & eam quidẽ inanem &
uanam. Necq̃ decebat Petrũ id de se narrare, sed potius q̃ dominũ ter negasset an
te finitum gallicinũ. Et id quidẽ ad suam confusionẽ, ac uerius humiliationis con-
fessionem ante deũ, & ad dicti ueridici domini sui approbationẽ. Porro hæc parti-
cula, sed ut impleant scripturæ, concisa est: quasi diceret dominus, cuius uerba sunt
hæc: Sed ita factũ est, fieri ue oportuit, ut impleant scripturæ: ut & hæc particula
cap. sequenti, nũero.90, posita. Et cũ ascendisset turba, cœpit rogare sicut semper
faciebat illis: quæ sic intelligenda est. Turba cœpit rogare, ut Pilatus faceret sicut
semper faciebat, sicut facere cõsueuerat illis. Et hic modus loquendi apud Hebræ
os haud infrequens est. Cæterũ de scripturis, quæ tũc erant implendæ, hæc esse ui-
Exodi.12. detur, sed in figura. Et edent carnes nocte illa. Et subdit: Sic aũt comedetis illũ. Re
nes uestros accingetis, & calceamẽta habebitis in pedibus, tenẽtes baculũ in mani
bus, & comedetis festinãter. Non tenuerũt aũt eũ in templo, quia nõ erat locus pro
ditionis & dispergendarũ ouiũ: at utrũq̃ fieri oportebat, sicut scriptũ est: Qui ede
Psalm.40. bat panes meos, magnificauit sup me supplantationẽ, &: Percutiã pastorẽ, & disp-
Zacha.13. gent oues: quorũ hoc de undecim apostolis, illud uero de Iuda, pditore intelligit: nã
Iudas cũ traderet eũ, ait: Aue rabbi, & osculatus est eũ, & paulo post cæteri discipuli
eius relin-

eius, relinquentes eum, omnes fugerunt: sicut & de illis, ut iam uisum est, scriptum
erat. Sed adijcit Marcus, quod non habet Matthæus, de adolescentulo, qui inuolu
tus linteo, cũ alioqui toto corpore esset nudus, sequebatur eum: quem ministri Sa-
tanæ, aut certe qui è cœtu iuniores erant, putantes eũ aliquẽ è necessarijs illius es-
se, tenuerũt. At ille reiecto linteo, è manibus eorũ elabẽs, nudus aufugit ab eis: in
pernicitate pedũ salutis suæ præsidiũ collocans. Hunc aũt quidam, sed nulla (ut au
tumo) ratione fuisse Ioannẽ Euangelistã putauere: quod & minus uerisimile esse
in libello de Anna aliquando disseruimus. Tũ quod Ioannes non esset adolescens
sed paulo inferior ætate CHRISTO: tũ quod fugerat cũ cæteris: quod etiã hic ait
Marcus; Relinquentes, inquit, eũ, omnes fugerunt. Præterea ut erat in mensa, cũ
Petro & Iacobo accitus à dño, astitit ei in horto. At quis putet eũ amictũ linteo, &
alioqui toto corpore nudũ, cœne domini interfuisse? Et q̃ ridiculi sunt, qui aiũt tũc
eum sic, id est reiecta sindone, nudũ ad uirginẽ profugisse? Quẽ ergo putabimus
hunc fuisse adolescentem? Cur non, & multo quidem rationabilius, quẽdam è pa-
go Gethsemani, aut è uicina domo, in cuius spacioso horto erat dominus cum disci
pulis suis: quos aliquãdiu, dum oraret, ad iactũ lapidis reliquerat? qui cũ in strato ia
ceret, tumultu facto excitus, è strato prosilierat accepto linteo, & sequebatur cupi
ens rescire quid hoc rei esset: qui ubi manũ satellitis aut aliorũ adolescentum sensis
set, relicto linteo, nudus ad stratũ suũ cum magno metu recurrit: & quod reliquum
fuit noctis, forte sine linteo (reiecta eã sindone, nudus aufugit ab eis) sed non sine
tremore peregit. Hoc eã non uero absimile uidetur. Satis quoq̃ erat, si nõ etiã su-
pra q̃ satis, Ioannem semel cum cæteris apostolis dominũ suũ reliquisse. Ad hæc,
ubi tam promptum recepisset indumentũ, ut statim integre uestitus dominũ in do
mũ Annæ assequi ualuisset? Cætera ijs quæ Matthæus tãgit cap.26, numero 257,
cõmunia sunt. Deinde subdit Marcus, ad quos in Hierusalẽ ministri satanæ addu
„ xerunt dominum, dicens. ¶ Et adduxerunt IESVM ad summũ sacerdotem, & cõ 86
„ uenerunt omnes sacerdotes & scribæ & seniores. Petrus autem à longe secutus ẽ
„ eum usque intro in atrium summi sacerdotis, & sedebat cum ministris ad ignem,
„ & calefaciebat se. Summi uero sacerdotes, & omne concilium quærebant aduer-
„ sus IESVM testimonium, ut eum morti traderent: nec inueniebant. Multi autem
„ testimonium falsum dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erãt.
„ Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum dicentes: quoni
„ am nos audiuimus eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manufactum, &
„ post triduum aliud non manufactum ædificabo. Et non erat conueniens testimo-
„ nium illorum. Exurgens autem summus sacerdos in medium, interrogauit IE-
„ SVM, dicens: Nõ respondes quicquàm ad ea quæ tibi objiciuntur ab his? Ille autẽ
„ tacebat, & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei
„ Tu es CHRISTVS filius dei benedicti? IESVS autẽ dixit illi: Ego sum: Et uide-
„ bitis filium hominis sedentẽ à dextris uirtutis dei, & uenientem cum nubibus cœli
„ Summus autem sacerdos scindens uestimẽta sua, ait: Quid adhuc desideramus te-
„ stes? Audistis blasphemiã. Quid uobis uidetur? ¶ Hic summus sacerdos ex Mat-
thæo & alijs Euangelistis, erat Caiphas. Nam quanq̃ dñs ex Ioanne prius ad An-
nam ductus est (qui quidem & si ex Ioanne esset pontifex, apud quem & dño dictũ
est: Sic respõdes pontifici? at non erat anni illius summus pontifex, sed socer sum- Ioan.18.
mi pontificis anni illius Caiphæ, qui eius filiam duxerat uxorem) Matthæus tamẽ
& Marcus adductionem illam ad Annam omiserunt. Et quæ hic dicuntur omnia si
milem cum Matthæo cap.26. numeris ducentesimo quinquagesimo octauo, & ali-
quot sequẽtibus, habent intelligentiã. Subdit Marcus quomõ audita summi sacer-
dotis malignitate, mentientis filium dei, qui gloria est patris, in deũ blasphemasse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& non amplius opus esse testibus: omnes condemnauerũt eum esse reum mortis:
87 „ & quidam uarijs eum affecerũt opprobrijs, dicens. ¶ Qui omnes condemnauerũt
» eũ esse reũ mortis. Et cœperunt quidam conspuere eũ, & uelare faciem eius, & co-
» laphis eum cædere, & dicere ei: Prophetiza. Et ministri alapis eũ cædebant. ¶ Qui
omnes, scilicet summi sacerdotes, & omne conciliũ quod congregatum fuerat. Nõ
ergo intellige hoc ad turbã, quæ dominũ adduxerat, referri. Sed quod adijcitur de
fœda sputorũ iniectione, quibus sanctam faciem cõspurcarunt, in quam desiderãt
angeli prospicere: de uelatione, de colaphis & alapis: hoc ad parasitos illorum spe
ctat, quibus ut fanaticis quibusdã satellitibus summus sacerdos, & qui cõcilio ade-
rant, erant cõstipati, ut summus tenebrarũ princeps suis furijs ac eumenidibus. Por
ro ex testimonijs nõ poterant condemnare eũ esse reũ mortis: quia nullũ ex lege
uidebantur habere sufficientẽ ad hoc faciendũ, prætextũ. At blasphemia in deũ, cõ
Leuit.24. dẽnationi dubio procul erat obnoxia, ex Leuitici, 24. ubi dicitur: Homo qui male-
dixerit deo suo, portabit peccatũ suũ. Et qui blasphemauerit nomen domini, mor-
te moriatur. Quare simul ac dominus dixit se esse CHRISTVM: & quod uisuri es-
sent filiũ hominis sedentẽ à dextris uirtutis dei, & uenientẽ cũ nubibus cœli, quod
uerissimũ erat: cõciliũ satane dixit, quod blasphemauit, & in ipsum quidem deum.
Esa.1. Verũ non ille, sed ipsi in deũ blasphemauerũt: ut de eis scribit Esaias: Væ gẽti pec-
catrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis: dereliquerũt dñm,
Esa.5. blasphemauerũt sanctũ Israël, abalienati sunt retrorsum. Et alibi: Væ q dicitis ma
lum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucẽ tenebras: ponen
tes amarum in dulce, & dulce in amarũ. Et subdit: Abiecerunt em legem domini
exercituum, & eloquium sancti Israël blasphemauerũt. Quod nimirum uel maxi-
me admiserunt, cũ dixerunt: Blasphemauit, Audistis blasphemiam? Quæ autẽ hic
tractantur, ijs quæ Matthæus habet capite uigesimosexto, numero 262. cõmunia
sunt. Deinde prædictionẽ domini ueram ostendens Marcus, aperit quo pacto Pe
88 „ trus anteq̃ gallus bis cãtasset, ter dñm negauerit, dicens. ¶ Et cũ esset Petrus in a-
» trio deorsum, uenit una ex ancillis summi sacerdotis. Et cũ uidisset Petrũ calefaciẽ
» tem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum IESV Nazareno eras. At ille negauit, dicens
» Neque scio, neq̃ noui quid dicas. Et exijt foras ante atriũ, & gallus cãtauit. Rursus
» autem cum uidisset illũ ancilla, cœpit dicere circũstantibus: quia hic ex illis est. At
» ille iterum negauit. Et post pusillum, rursus qui astabant, dicebant Petro: Vere ex
» illis es: nam & Galilæus es. Ille autem cœpit anathematizare & iurare, quia nescio
» hominẽ istũ quem dicitis. Et statim Gallus iterũ cantauit. Et recordatus est Petrus
» uerbi quod dixerat ei IESVS: Priusq̃ Gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit
» flere. ¶ De trina negatione Petri haud aliter loquitur atq̃ Matthæus ca. 26. numero 263. nisi quod addit post primam negationem, Petro ianuam atrij egresso, gal-
lum semel cantasse: deinde, ubi Petrus secundo & tertio negauit, statim iterum gal
lum cantasse. Et audito secundo gallicinio, Petrum recordatum fuisse ueridici uer
bi IESV, quod dixerat: Priusq̃ gallus cantet bis, ter me negabis: & tum quoq̃ eun
dem cœpisse flere, & etiam amare ex Matthæo. Imitantes ergo Petrũ, quoties in-
finitam dei bonitatem offendisse recordamur, prorũpamus in fletũ, & si possumus,
etiam amarum: non tam miseriam nostram, quàm dei offensam deplorantes: exci-
tet dei intuitus lachrymas, nõ nostri: & per totã uitam nostram quotiescũq̃ memi-
nimus, pœnitudine ducamur. Et cum Petro assequemur ueniam ab eo qui Petrum
respexit, qui ueram dat pœnitentiam, qui solus peccata remittit: sic em paratis, dis-
positisq̃ remissionem immittit, suamq̃ indies infundit adaugeq̃ gratiam. Per quẽ
& cum quo summo patri æterno in spiritu sancto honor, gloria, & potestas in om-
nia seculorum secula, Amen.

CAPVT

CAPVT QVINTVMDECIMVM.

ET confestim mane consiliũ facientes summi sacerdotes cũ 89
senioribus & scribis & uniuerso cõcilio, uincientes IESVM
duxerunt & tradiderũt Pilato. Et interrogauit eũ Pilatus:
Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis
5 Et accusabant eũ summi sacerdotes in multis. Pilatus aũt
rursum interrogauit eũ, dicens: Non respondes quicquã? Vide, in quan
tis te accusant? IESVS aũt amplius nihil respõdit, ita ut miraretur Pilatus
¶ Per diem aũt festum solebat dimittere illis unum ex uinctis quencunq̃ 90
petissent. Erat aũt qui dicebatur Barrabas, qui cum seditiosis erat uinctus
10 qui in seditione fecerat homicidiũ: Et cũ ascendisset turba, cœpit rogare,
sicut semper faciebat illis. Pilatus aũt respondit eis, & dixit: uultis dimittã
uobis regem Iudæorũ? Sciebat em quod per inuidiam tradidissent eum
summi sacerdotes. Pontifices aũt concitauerunt turbam, ut magis Barra-
bam dimitteret eis. Pilatus aũt iterum respondens ait illis: Quid ergo uul
15 tis faciam regi Iudæorũ? At illi iterum clamauerunt: Crucifige eũ. Pilatus
uero dicebat illis: Quid em mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige
eum. Pilatus autem uolẽs populo satisfacere, dimisit illis Barrabam, et tra
didit IESVM flagellis cæsum, ut crucifigeretur. ¶ Milites autem duxerunt 91
eum in atriũ prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum pur
20 pura, & imponunt ei plectentes spineam coronam. Et cœperũt salutare eũ
Aue rex Iudæorũ. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eũ
Et ponentes genua, adorabant eum. Et postq̃ illuserunt ei, exuerunt illũ
purpura, & induerunt eũ uestimentis suis, & educunt illum ut crucifigerẽt
eũ. ¶ Et angariauerunt prætereuntẽ quempiã, Simonem Cyrenæum ueni 92
25 entem de uilla, patrem Alexãdri & Rufi, ut tolleret crucem eius. Et perdu
cunt illum in Golgatha locũ, quod est interpretatũ caluariæ locus. Et da-
bant ei bibere myrrhatũ uinũ: & non accepit. ¶ Et crucifigentes eum, diui 93
serunt uestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat
aũt hora tertia, & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus:
30 Rex Iudæorũ: Et cum eo crucifigũt duos latrones: unum a dextris, & aliũ
a sinistris eius. Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis reputa-
tus est. ¶ Et prætereũtes blasphemabant eũ, mouentes capita sua, & dicen- 94
tes: Vah qui destruis templum dei, & in tribus diebus reædificas: saluum
fac temetipsum descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudẽ
35 tes ad alterutrũ cum scribis dicebant: Alios saluos fecit, seipsum nõ potest
saluum facere. CRISTVS rex Israël descendat nunc de cruce, ut uideamus &
credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuiciabantur ei. Et facta hora
sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram usq̃ in horam nonam. Et hora
nona exclamauit IESVS uoce magna, dicens: Heloi, Heloi, lãmazabtani?
40 quod est interpretatum: Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me?

Et qui-

Et quidam de circũstantibus audientes, dicebant: Ecce Heliam uocat. Cur
rens autem unus, & implens spongiã aceto, circumponensq; calamo, po=
tum dabat ei, dicens: Sinite, uideamus si ueniat Helias ad deponendũ eũ.
95 ✓ IESVS aũt emissa uoce magna, expirauit. ✓ Et uelum templi scissum est
96 in duo, a summo usq; deorsum. Videns autẽ Cẽturio, qui ex aduerso sta= 45
97 bat, quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo filius dei erat. ✓ Erant
autem & mulieres delõge aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene,
& Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome: & cum esset in Gali=
læa sequebantur eũ, & ministrabant ei: & aliæ multæ quæ simul cũ eo ascẽ
98 derant Hierosolymã. ✓ Et cum iam sero esset factum, quia erat parasceue. 50
quod est ante sabbatum, uenit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui
& ipse erat expectans regnũ dei. Et audacter introiuit ad Pilatũ, & petijt
corpus IESV. Pilatus autẽ mirabatur si iam obijsset. Et accersito Centurio
ne, interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset a Cẽturiõe
99 donauit corpus Ioseph. ✓ Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens 55
eũ, inuoluit sindone, & posuit eũ in monumento quod erat excisum de pe
tra, & aduoluit lapidem ad ostiũ monumenti. Maria Magdalene, & Ma
ria Ioseph, aspiciebant ubi poneretur.

ANNOTAT. BREVES XXXVIII. CIRCA LITERAM CAP XV.

3	duxerunt		μᾶλλον		φέρουσιν
	ἀπήνεγκαν		potius		ducunt
	abduxerunt	15	regi Iudæorũ?	28	diuiserunt
6	in quantis te accusant?		ὃν λέγετε βασιλέα τῶν		διαμερίζοντα
	πόσα σου καταμαρτυροῦσιν		Ἰουδαίων		præsens.
			quem dicitis regem	28	super eis
	quãta aduersum te te=		Iudæorum		ἐπ' αὐτά
8	ex uinctis (stantur	16	magis		super illa
	δεδεμένων		περισσοτέρως	29	titulus
	uinctum		abundantius		ἡ ἐπιγραφὴ
9	Barrabas:	17	populo		inscriptio
	Βαραββᾶς		τῷ ὄχλῳ	31	alium
	& infra.		turbæ		alterum
10	qui fecerat	18	duxerunt	33	Vah
	οἵτινες πεποιήκεισαν		ἀπήγαγον		οὐά
	pluralia.		abduxerunt	33	templum - dei:
10	cum ascendisset	19	prætorij,	33	reædificas.
	ἀναβοήσας		ὅ ἐστι πραιτώριον		οἰκοδομῶν
	cum acclamasset		quod est prætorium		ædificas
10	rogare	20	imponunt	35	ad alterutrum
	ἀτειθά		περιτιθέασιν		πρὸς ἀλλήλους
	petere. s. ut faceret		circumponunt		inter sese
12	per inuidiam	23	suis:	38	per totam
	διὰ φθόνον		τὰ ἴδια		ἐφ' ὅλην
	propter inuidiam		proprijs		super totam
13	magis	25	perducunt	40	ut quid

	εἰς τί		illius		cum iam serũ instaret
	ad quid	46	sic clamans	51	Arimathia
41	circumstantibus		οὕτως κράξας		Ἀριμαθαίας
	τῶν παρεστηκότων		cum sic clamasset	51	nobilis decurio
	astantibus	48	minoris & Ioseph		εὐσχήμων βουλευτὴς
45	centurio		τοῦ μικροῦ καὶ Ἰωσῆ		honestus consul
	ὁ κεντυρίων & infra		parui & Iose	53	iam
45	qui ex aduerso stabat,	48	Salome. * ἡ καὶ		πάλαι
	ὁ παρεστηκὼς ἐξ ἐναντίας	50	cũ iã sero esset factũ:		dudum
	ἀντῆ		ἤδη ὀψίας γενομένης	57	Ioseph
	q̃ astabat ex aduerso		cum iam serũ fieret,		Ἰωσῆ

COMMENTARIVS IN CAPVT QVINTVMDECIMVM.

» Vbinde prosequitur Marcus, quomodo dominus ductus est ad Pilatũ,
» dicens. ✓ Et confestim mane conciliũ facientes summi sacerdotes cũ 89
» senioribus & scribis & uniuerso concilio, uinciẽtes IESVM, duxerũt
» & tradiderũt Pilato. Et interrogauit eũ Pilatus: Tu es rex Iudæorũ?
» At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Et accusabant eũ summi sacerdo=
» tes in multis. Pilatus aũt rursum interrogauit eum, dicens: Non respondes quicq̃?
» Vide, in quantis te accusant? IESVS aũt amplius nihil respondit, ita ut miraretur Pi=
» latus. ✓ De hoc concilio, interrogatione Pilati, & silentio domini consimiliter, sed
copiosius dixit Matthæus capite. 27. numeris. 264. & 266. Idcirco hic de illis rur=
» sum sermonem faciendum non esse duximus. Continuo subiungit Marcus, qua ra
» tione & ingenio Pilatus dominum liberare conatus sit, dicens. ✓ Per diem autem 90
» festum solebat dimittere illis unum ex uinctis, quemcunq; petijssent. Erat autem
» qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat uinctus, qui in seditione fecerat ho
» micidium. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pila=
» tus autem respondit eis, & dixit. Vultis dimittam uobis regem Iudæorum? Scie=
» bat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices au=
» tem concitauerunt turbam ut magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem ite=
» rum respondens, ait illis: Quid ergo uultis faciam regi Iudæorum? At illi iterũ cla=
» mauerunt: Crucifige eum. Pilatus uero dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi ma
» gis clamabant: Crucifige eum. Pilatus autem uolens populo satisfacere, dimisit
» illis Barabbam, & tradidit IESVM flagellis cæsum, ut crucifigereturẽ. ✓ Eadem quæ
hic habentur, scribit Matthæus capite. 27. numeris. 267. & sequentibus: specialius
tamen hic Marcus declarat qualis fuerit Barabbas, id est seditiosus cum seditiosis,
& homicida cum homicidis. Verũ cum CHRISTVS esset hostia pro peccato: sic
mysterium ex Leuitici. 16. erat implendum, & CHRISTVS immolandus: Barab=
bas autem dimittendus: quod in Leuitico figuratur per duos hircos, quorum unus Leuiti. 16.
immolabatur, & alter emittebatur. Ait enim: Suscipietq; ab uniuersa multitudine fi=
liorum Israël duos hircos pro peccato, & unũ arietem in holocaustum. Cumq; ob=
tulerit uitulũ, & orauerit pro se & domo sua: duos hircos stare faciet coram domi=
no in ostio tabernaculi testimonij: mittensq; super utrunq; sortem, unam domi=
no, & alteram capro emissario: cuius exierit sors domino, offeret illũ pro peccato:
cuius autem in caprum emissarium, statuet eum uiuum coram domino. Et rursus:
Postquàm emundauerit sanctuarium, & tabernaculum, & altare: tunc offerat hir=
cum uiuentem, & posita utraq; manu super caput eius, confiteatur omnes iniquita
tes filiorũ Israël, & uniuersa delicta atq; peccata eorum, quæ imprecans capiti eius
emittet

Universidad de Deusto
Biblioteca

emittet illum per hominem paratum in desertũ. Et adijcitur: Ille uero qui dimiserit caprum emissariũ, lauabit uestimeta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra uitulum autem & hircum qui pro peccato fuerant immolati, & quorũ sanguis illatus est in sanctuarium, ut expiatio conpleretur, asportabunt foras castra, & comburent igni, tam pelles q̃ carnes eorũ ac fimum: & quicunq; combusserit ea, lauabit uestimenta sua & carnem aqua, & sic ingredietur castra, Hæc mysterij immolationis CHRISTI, tota parabola erat, CHRISTVS dominus, agnus & aries est ratione innocẽtiæ. Vitulus est, quia hostia sanctorũ ab Abel iusto usq; ad seipsum. Hircus, quia hostia oĩm peccatorũ, et pro peccato. Posuit, inquit Esaias, dominus in eo iniquitatẽ omniũ nostrũ, Et rursus: Et ipse peccata multorũ tulit. Aaron cui hirci præsentabantur, sacerdotiũ figurabat Iudæorũ, Vnus hircus, CHRISTVM; alter Barabbam. Hos sacerdotes à tota multitudine filiorum Israël susceperunt: unũ ad immolandũ & crucifigendũ, alterum ad soluendum & emittendum in desertum. Hostiũ tabernaculi, mũdus iste: Tabernaculum, cœlũ: Sors electionem iustorũ, & reprobationem malorum monstrabat. Sanctuariũ templũ dei uiuũ. Altare, id sup quod hostia offertur, siue acceptandum, siue reijciendum. Hircus uiuens, hominẽ carnalem, hominem uiuentem mundo, & reiectũ à sorte diuina ac diuino sacrificio Extensio utriusq; manus sacerdotis super caput hirci uiuentis, diuinam cõminationẽ. Confessio omniũ iniquitatũ, delictorũ & peccatorũ accusationem, Imprecatio maledictionem. Desertũ, infernum, horroris & tenebrarum locum. Emissio, in desertũ, condemnationem in tenebras exteriores. Homo ducens hircum & omnem peccatorũ sarcinam in desertũ, partim angelũ ultorem, partim hominem oneratũ peccatis ad inferna properantẽ. Illum dimisso hirco regredi est, ubi mancipauerit eum pœnis, ad alios redire, ut circũeat quærens quem deuoret: istum autem dimittere peccata, & ad deum redire. Vitulum & hircũ hostias asportari extra castra, dominum passurum extra portam. Comburere reliquias uituli & hirci extra castra: sequi dominũ extra castra, & post passionem eius, passionum ipsius per amorem fieri participes. Quod autem tam ille qui dimiserat caprum emissarium, quàm isti q reliquias diuini sacrificij combusserant, lauandi erant, priusq; intrarent castra: innuebat tam iustos q̃ redeuntes peccatores per regenerationis lauacrũ, ipso summo uero q̃ sacrificio oblato, ad tabernacula sanctorũ, ipsamq; ecclesiã regredi debere. Et hanc totam figurã, in CHRISTO tunc uides impletam. Agnus erat & aries q offerebatur. Et uitulus & hircus, sed diuina sorte electus. Barabbas, hircus: sed à sacrificio repulsus, in quẽ oẽs iniquitates, delicta, & peccata coniecta erant: latro erat, seditiosus & homicida: & insignis quidẽ, quasi dicas scelus ipsum: quẽ quis abigat emissum in desertum, tenebrasq; exteriores? Sed & Barabbas in hoc mysterio mõstrabat oẽs filios patris mendacij, filios iræ & peccati, carnales & primæ generationis: quod & suũ nomen indicat, quod idẽ sonat ac filius patris. Sed cuius patris, nisi primi patris, carnalisq; patris, Adã: siue patris mendacij, qui est Satanas & diabolus? Scribitur enim ubiq; apud oẽs Euangelistas hoc nomen Βαραββᾶς Barabbas, simplo r, & duplo b: non ut scribi solet in codicibus latinis, duplo r & simplo b. Monstrabat inquam omnes eiusmodi filios, ut CHRISTVS, omnes filios gratiæ spirituales & secundæ generationis, ut qui est omnium horum ueritas. Hi per gratiam, filij dei dicuntur: illi per peccatũ, filij diaboli. Et tam hi quàm illi, per naturam filij hominũ. Ac oẽs ad CHRISTVM uenientes, filij dei possunt fieri, si loti interius exteriusq; aqua regenerationis uiua & mũda fuerint, & militare deo in castris Israël. Sed quæres, in illo uero sacrificio & oĩm consummatiuo, quis fuit summus sacerdos? Quod sacrificiũ? Quod sanctuarium siue templum? Quod tabernaculũ? Quod altare? Sũmus sacerdos qui sacrificium illud omni ex parte saluificũ, & oĩm consum-

Esa. 53.

cõsummatiuũ obtulit: fuit ille, de quo diuino iure iureiurãdo dictũ est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Sacrificium, sacrosanctũ corpus eius & sanguis. Sanctuariũ: ex uirgine assumpta humanitas, ĩ qua inhabitabat diuinitas, deiq; uerbum, de qua dicitur: Et uerbum caro factum est, quæ & sanctum sanctorum, ac sanctuariũ, & dei templum est. Tabernaculũ, cœlum: nam sub dio suam immolauit hostiã, idem immolans & immolatus. Altare, crux: nũ, in cruce immolatus est, suum preciosissimũ sanguinẽ per gyrum fundẽs super cornua altaris, id est brachia crucis: & digito, id est spũ sancto, septies, septiformiq; gratia aspergẽs. Sed de his hactenus. Porro Marcus subiũgit, ut & Matthæus, quod flagellis cæsus, traditus est militibus ad crucifigendum: qui antequã id facerent, illuserunt ei plurimis

Psal. 109.

Ioan. 1.

» modis, & complures & indignas quidem molestias intulerũt ei, dicẽs. ¶ Milites au 91
» tem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocãt totam cohortẽ, & induunt eum
» purpura, & imponunt ei plectẽtes spineam coronam. Et cœperũt salutare eũ: Aue
» rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum. Et po-
» nentes genua, adorabant eum. Et postquàm illuserunt ei, exuerunt illũ purpura, &
» induerunt eum uestimentis suis. Et educunt illum, ut crucifigerent eum. ¶ Non ne
pecus, quæ cũ immolaretur, excoriari solebat in summo sacrificio, quod per CHRISTVM consummatum est: illam uestiũ innocẽtis agni depositionem, imo & propriæ cutis per flagella detractionẽ significabat? Qua neq; impij illi milites contenti fuere: sed eũ adiectis insup omnigenis irrisionibus et opprobrijs saturauere: quæ ut hic Marcus, sic Matthæus capite uigesimoseptimo, numero. 270. tangit abũde.
Deinde subdit Marcus, quomodo molesti fuerũt Simoni Cyrenæo, compellentes
» eum, ut portaret crucẽ IESV, dicẽs. ¶ Et angariauerũt prætereuntem quempiam 92
» Simonem Cyrenæum uenientem de uilla, patrem Alexãdri & Rufi, ut tolleret cru-
» cem eius. Et perducũt illum in Golgoltha locum, quod est interpretatum, caluariæ
» locus. Et dabant ei bibere myrrathum uinum, & nõ accepit. ¶ Vltra Matthæũ hic
Marcus addit, Simonem illum Cyrenæum fuisse patrẽ Alexãdri & Rufi: quod est argumẽto illos fuisse fideles, & apostolis ac ipsi Euãgelistæ admodũ notos. Et qd' Matth. dicit uinũ felle mixtũ, hic Marcus uocat uinũ myrrhatũ: quod myrrha, quæ præ se fert fellis amaritudinẽ, esset infectum. Vnde Matthæus, aut certe qui eũ interpretatus est, uidetur illam myrrhæ amaritudinẽ χολὴν, id est fel nuncupasse. Cætera habet, ut Matthæus capite uigesimoseptimo, numero ducẽtesimo septuagesimo primo. Mox subdit Marcus de partitiõe uestimentorũ domini, & crucifixione
» latronũ, dicens: ¶ Et crucifigentes eum, diuiserunt uestimenta eius, mittẽtes sor- 93
» tem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerũt eũ. Et erat
» titulus causæ eius inscriptus: Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigũt duos latrones:
» unum à dextris, & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit: Et cũ ini-
» quis reputatus est. ¶ Addit ultra Matthæũ hic Marcum scripsisse ὥρα ϛ, id est hora sexta: postea aũt uitio librariorũ notã senarij ϛ in notã ternarij r, ob facilẽ transitũ, ppter figurarũ similitudinẽ, fuisse cõmutatam: & tãdem numero ipso uice symboli adiecto scriptũ esse ὥρα τρίτη, id est hora tertia: quomodo nũc & Græce & Latine legit. At illo quidẽ modo, nõ isto, legendum esse cõfirmat spiritifer Ignatius, prima epistola, quæ est ad Trallianos, dicẽs: Die ergo parasceues tertia hora, accepit sentẽtiã à Pilato, permittẽte patre: sexta uero, crucifixus est: nona autem emisit spiritũ. Quod si hora tertia accepit sententiam, quomodo eũ à data sententia milites illuserint ei, & eum multis affecerint probris, bis exuerint, bis induerint: & tãdem in caluariæ locũ perduxerint, ubi eũ crucifixerunt: quomodo inquã hora tertia crucifixerunt eum? Legendũ ergo uidetur, Erat autem hora sexta, & crucifixerũt eũ. Addit & prophe-

Ignatius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esa.53. tiam ex Esaiæ quinquagesimotertio, quam nunc sic legimus: Et cũ sceleratis reputatus est. Qua significabatur futurum, ut non crucifigeretur solus, sed cum alijs, qui ἀνομοι, id est iniqui, exleges, ac legis trãsgressores essent. Id autem haud displicuit Iudæis, ut ad ignominiam in medio illorũ collocatus, tanquam furum & sceleratorũ princeps (quibus altrinsecus hinc & hinc stipatus esset) reputaret: q nihil rapuerat,
Psal.26. sed qui quod in scriptura de se habetur, dicere poterat: Quæ non rapui, tũc exoluebam: qui nullum unquã scelus admiserat, sed omnium scelera expiabat. At locus ille nõ erat ignominiæ, sed uirtutis, quæ semper inter duo uitia relucet, qui & ei debebatur, qui est uirtus, & sapientia patris. Quare & ei nõ ad dedecus, sed ad honorem (& si Iudæi id nõ putarẽt) tributũ agnoscimus, ut qui esset summa, & omnia saluãs uirtus. Deinde subiungit Marcus de Iudæis insultantibus domino in cruce, & cõui
94 » ciantibus ei, dicens. ¶ Et prætereuntes blasphemabãt eum, mouentes capita sua, &
» dicentes: Vah qui destruis templũ dei, & in tribus diebus reædificas: saluũ fac tei-
» psum descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudẽtes ad alterutrũ cũ
» scribis dicebãt: Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluũ facere. CHRISTVS rex
» Israël descẽdat nunc de cruce, ut uideamus, & credamus. Et qui cũ eo crucifixi erãt,
» conuiciabãtur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terrã usq; in ho-
» ram nonã. Et hora nona exclamauit IESVS uoce magna, dicens: Eloi Eloi, lamma
» azabtani? quod est interpretatum: Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me?
» Et quidam de circunstantibus audientes, dicebant: Ecce Eliam uocat. Currẽs autẽ
» unus, & implens spongiam aceto, circumponensq; calamo, potũ dabat ei, dicẽs: Si-
» nite, uideamus si ueniat Elias ad deponẽdum eum. ¶ Quod hic dicitur, Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt super totam terrã usq; in horã nonam: hoc idẽ est, quod ait Matthæus: A sexta autẽ hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terrã usq; in horam nonam. Sed quæres, cũ Matthæus ait, A sexta hora, num hoc intelligatur à principio sextæ, an à fine? Nimirũ à fine: nam de his tenebris loquẽs, inqt prophe-
Amos.8. ta: Occidet sol in meridie. At meridies, nõ circa principium sextæ, sed circa finẽ est. Quare à fine, ubi cœpit meridies, id intelligẽdum est. Tribus ergo horis, aut paulo diutius, intelliguntur fuisse tenebræ. De quibus tunc impletum est hoc Esaiæ uaticinium: Et erubescet luna, & cõfundetur sol, cũ regnauerit dominus in monte Sion, & in Hierusalem, & in cõspectu senum suorum fuerit glorificatus. Erubuit enim luna, quando perdidit lumen suum: & confusus est sol, quãdo obtenebratus & obscuratus est: quod in passione domini euenit. Regnauit autem dominus in mõte Sion, & in Hierusalem, & in conspectu senum suorũ glorificatus est: quãdo paucis ante diebus in monte Sion, & in Hierusalem, ut rex exceptus fuit: nõ solum ab homini-
Zach.9. bus, sed etiam à spiritu dei per Zachariam tunc rex declaratus: quin & ab eo tẽpore quo cœpit regnũ dei annunciare, & uirtutes operari, dæmonia eijcere, & mortuos suscitare: regnum suum erat in terra, & cœpit eo regno quo de prophetia intelligit, regno scilicet dei, regno spũs manifeste regnare. Sed non ne hæc magna erat gloria? Et quis unquàm alius in Sion, & in Hierusalẽ, & omni Iudæa ita glorificatus fuit? Sed & passio, quam illi ignominiã reputabãt, magna erat gloria. Videmus (in-
Heb.2. quit Paulus ad Hebræos) IESVM propter passionẽ mortis, gloria, & honore coronatum, ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Ad hæc quam putabant deiectionem, erat uictoria: quam mortem, uita. Nec ipse quoq; dominus passionẽ suã, gloriam suam esse tacuit: cum qua nocte traditus est, posteaquã à cœna abierat Iudas, apud Ioannẽ dicebat: Nũc glorificatus est filius hominis. Qua insuper et pater clarificatus est: quod innuit, quod cõtinenter subiũgitur: Et deus clarificatus est in illo, id est glorificatus: clarificatus enim & glorificatus hic idẽ signãt. Ergo cũ maxime creditus est depressus in hoc mũdo, maxime in hoc mũdo glorificatus est apud

deum

deum, circunstãte tota ciuitate Hierusalem, in conspectu senum, pontificum, Scribarum, & Pharisæorum, & in Golgoltha caluariæ loco: qui (ut ait Hieronymus) situs est ad septentrionalem plagam mõtis Sion: qui potius uisionis terra dici meretur, ob CHRISTI ueri Isaac ibi immolati mysterium, quàm ob typicũ Isaac, quem Gene.22.
uolũt Hebræi Abraham illo duxisse immolandum, & ob id uisionis nomẽ sortitã. Et tunc erubuit luna, & confusus est sol. De quo etiã Amos prophetauerat, dicẽs: Amos.8.
Et erit in die illa, dicit dominus: occidet sol in meridie, & tenebrescere faciã terram in die luminis. Sed & an id Zachariæ eidem adaptari nõ possit? Et ueniet dominus deus meus, omnesq; sancti cũ eo: & erit, in die illa nõ erit lux, sed frigus & gelu. Et erit dies una, quæ nota est domino, nõ dies neq; nox, & in tẽpore uesperi erit lux. Et erit, in die illa exibunt aquæ uiuæ de Hierusalẽ. Medium earũ ad mare oriẽtale, & medium earum ad mare nouissimũ. In æstate & in hyeme erunt, & erit dominus rex super omnem terrã. In die illa erit dominus unus, & erit nomẽ eius, unũ. Quid enim est, ueniet dominus deus meus & oẽs sancti cũ eo, nisi ueniet Messias & angeli & prophetæ cum eo? nam apostoli atque euangelistæ, quod adimpletum est. & id: Et erit, in die illa nõ erit lux, sed frigus & gelu: qa CHRISTVS qui iustis & sanctis lux est, uenit quãdo non erat lux, id est scientia dei in Iudæa: quãdo nõ erat charitas, sed mutua ferme omniũ inter se odia, & gelata indurataq; corda. & id: Et erit dies una, quæ nota est domino, nõ dies neq; nox, & in tẽpore uesperi erit lux: quod de die passionis dñi intelligi potest, que neque fuit dies, tenebris factis in meridie ad horam usque nonam: neque nox, quia luxit à mane usq; ad meridiem: et rursum in tẽpore uesperi fuit lux, repurgatis discussisq; tenebris, ab hora nona usque ad noctis initium. & quod subditur: Et erit, in die illa exibunt aquæ uiuæ de Hierusalem. Quis enim nescit illa die exisse saluatorẽ è Hierusalẽ, & pariter cũ eo aquas uiuas
sapientiæ & spũs sancti, de quibus Esaias ait ad fideles: Hauritis aquas in gaudio Esaie.12.
de fontibus saluatoris. Medium earum ad mare oriẽtale: quia pars illarũ aquarum id est cœlestis, spiritualisq; ac euãgelicæ doctrinæ ad populos transijt oriẽtales. Et medium earum ad mare nouissimum: quia pars etiam earum transijt ad reliquos orbis terminos, & ad incolentes etiam orbem nouissimum. In æstate & in hyeme futuræ esse dicũtur: quia inter calidos & frigidos, bonos & malos, diligẽtes deum & nihilipẽdentes. Quod autem ait: Et erit dominus rex super uniuersam terram: hoc
& Psalmo quadragesimosexto à spiritu sancto prænunciatũ est, ubi dicitur: Quo- Psal.46.
niam dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Et subditur: Quoniam rex omnis terræ deus, psallite sapiẽter: regnabit deus super gentes, deus sedet super sedem sanctam suam: scilicet assumptus in cœlum, ubi nunc sedet in dextera summi patris. & subiũgitur: In die illa erit dominus unus, & erit nomen eius unum. Quod designat uniuersum idololatriæ cultum destruendum. & unum solum deum adorandum: quod factum est, fit, & fiet ubicũque lex euangelica pure annunciata habuit, habet & habebit uiuificãdorum spirituum effectum: ubi Petrus 1. Corin.4.
& Paulus, & apostoli non sunt nisi ministri & dispensatores mysteriorum dei, per Colos.2.
quos crediderunt: CHRISTVS autẽ omnia, ut in quo solo sunt omnes aquæ uiuæ, oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ abscõditi. Sed de his hactenus: nũc ad literã Marci explicãdam reuertamur. Quod hic Græce habetur ἐλωὶ ἐλωὶ, non ita à Marco, qui Hebræus erat, autumo fuisse scriptũ: sed ut in Matthæo habetur ἠλὶ, ἠλὶ. Et illud euenisse arbitror, quod quidã audierint deum Eloim dici, & proinde scribendum Eloi senserint, rati idẽ esse Eli & Eloi, aut hoc forsitan, quàm illud rectius dici: cũ planè pronũciãdum sit & scribẽdũ Eli Eli, ut Hebraice habetur Psalmo uigesimoprimo. Ex quo etiam perspicuum est, quod sequitur, λεμὰ σαβακθανί, tã in Matthæo, quàm in Marco deprauatum esse, aut certè ab Hebræo immutatũ: cũ in illo Psalmo He-

Universidad de Deusto
Biblioteca

braice legatur LAMMA AZABTANI. Posset autē hic quæri, cū dominus dixit: Eli Eli lamma azabtani, quod interpretatur, Deus meus, deus meus, ut quid dereliquisti me? an hic conqueratur se à patre derelictū. Ita passim psalmus exponi solet. Verū nō conqueri, sed quærere uidetur, quare dereliquit eum pater Iudæis capiendum, ligandum, percutiendum, illudendum, condemnandū, præterea tradendum gentibus irridendū, flagellandum, & denicq; crucifigendum. Quærit autem, non q̃ causam ignoret, sed ut eos qui hunc psalmū de passione audiunt & legunt, inuitet ad intelligendam causam omniū istorum fuisse obedientiam, quam præstitit patri,
Philip.2. factus ei obediens uscq; ad mortem, mortem autem crucis: & omnium fidelium redemptionē, uitam, salutē: & excitet ad meditanda passionis suæ mysteria, quæ hic psalmus continet, firmamq; suscitet in cordibus omniū fidem. Sicuti & deus apud
Ezech.33. Ezechielem: Et quare moriemini domus Israël? Non eī quærebat, q̃ ignoraret, sed ut ipsos excitaret ad cogitandam causam, ob quam mors illi obuenire posset, qua considerata resipiscerent, & nō perirent. Et quomodo conquereretur dominus,
Lucæ.22. qui magno desiderio ad illum diem peruenit. Desiderio, inquit, desideraui hoc pascha manducare uobiscum antequā patiar, quicq; se ultro inimicis mactandum ob-
Esaiæ.53. tulit. Oblatus est, inquit Esaias, quia ipse uoluit. Quomodo etiā causam ignoraret,
Lucæ.22. qui paulo ante eam discipulis suis prædixerat, ut cū dixit apud Lucam: Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur. Et rursum: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro uobis effundetur; ubi Matthæus & Marcus addūt, & p multis. Nequaq̃ igitur conqueritur se derelictum, nec causam ignorat, sed excitare intendit, ut dictum est, fideliū mentes, & in corda eorū firmam rerum gestarū fidem insinuare. Necq; id iuxta expositionē Hebraicā: Deus meus, deus meus, quare dereliquisti me? de derelictione simpliciter intelligendū est, sicuti pontifices, scribæ & pharisæi eū derelictū putabāt, & improperabāt, dicentes: Confugit ad dominū, saluet eum, liberet eum, quoniā uult eum. Quod id designat, quod apud Matthæū habetur: Confidit in deo, liberet nunc eum si uult. Quomodo eī hostia maxime deo placens & accepta derelinqueret ab eo: quandoquidē maxime uult eam? Et quod subditur; Longe à salute mea uerba rugitus mei: idem indicare uidetur, ac si diceret: Verba rugitus mei, scilicet quare dereliquisti me, longe sunt à salute mea, longe aliter sonant, q̃ sit mea salus: quæ adeo uicina est, ut tertia die īmortalitatis gloria sim resurrecturus: & ita mea salus, & adeo quidē propinqua excludit, reijcit & submouet illa uerba rugitus mei. Et subditur: Deus meus clamabo per diē, & nō exaudies, & nocte, nec est silentium mihi? quasi diceret, imo exaudies, quia & de hoc ipso
Psalm.90. scriptū est: Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cū ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum. Sed & se exauditū à patre, infra in hoc eodem psalmo ipse manifeste aperit, cum ait: Qui timetis dominū laudate eū, omne semen Iacob glorificate eum. Quoniā non contempsit, neq; despexit humilitatē pauperis, & nō abscondit faciem suā ab eo, & cum clamaret ad eum, exaudiuit. Quid eī est, neq; despexit humilitatem pauperis, nisi humilem deprecationē ipsius, qui est primus pauper spiritu, & omnium pauperū spiritu (quos ipso docente beatos cognoscimus) ueritas? Ergo cum profundo corde, die, nocte, & nunquā non clamaret ad deum, exaudiebatur: & quidē, ut inquit Paulus, pro sua reuerentia, ac summa in de-
Ioannis.15. um pietate: id enim εὐλάβεια designat. Et idem de patre ait: Ego autē sciebam, quia semper me audis: deinde subditur: Et tu sancte habitator, laus Israël: quod Septuaginta dicunt: Tu aūt in sancto habitas, laus Israël. Et quis est sanctus ille, nisi ipse q̃
Ioannis.2. erat templum dei tertio die excitandū? sicut apud Ioannē dixerat: Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Qui & alio loco de se dicit ad Philippū: Ne-
Ioan.14. scitis quia ego in patre, & pater in me est? Cū ergo deus ipsius, qui est pater æternus,

nus, habitaret in eo, quomodo clamātem iugiter, & summa quidē pietate, & pro salute omnium se deo offerentem sacrificium & oblationem in odorem suauitatis in mensæ charitatis non exaudisset? Nequaquā ergo ita esse poterat. Idem prætēdit, quod adiūgitur: In te confisi sunt patres nostri: confisi sunt, & saluasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te confisi sunt, & non sunt confusi. Quātomagis ergo CHRISTVS salute illa, qua patres et prophetæ saluati sunt, saluādus erat, et nō cōfundendus: sicuti neq; patres & prophetæ confusi sunt: siue uarie afflicti, siue secti, siue lapidati fuerint, aut alia quauis morte e uita mortali sublati: q̃ multo plus q̃ uniuersi patres in deo cōfisus est, & profundius ac diuinius ex corde ad deū clamauit: quam sententiā habet & Esaias, in persona eius, dicēs: Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autē nō contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percu- Esaiæ.50.
tientibus, & genas meas uellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus, et ideo nō sum cōfusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam, & scio quia non confundar. Cætera psalmi huius, humilitatem CHRISTI secundum carnis assumptæ dispensationē, eorū quæ tūc gerebātur historiam, diuinā laudem, & fructus passionis CHRISTI prædictionem cōtinent. His autem quæ de hoc psalmo dicta sunt, astipulatur psalmus undeuigesimus: Exaudiat te dominus in die tribulationis, protegat te nomē dei Iacob, quod ex Hebræo sic legi potest: Exaudiet te dominus ī die tribulatiōis, prote- Psal.19.
get te nomen dei Iacob. qui absq; cōtrouersia (etiam cōsentientibus Hebræis) de CHRISTO, propheta loquēte in spiritu, intelligitur. At quæ dies hæc tribulatiōis, nisi dies passiōis domini? de qua in Hieremia capite trigesimo dictū est: quod sic ex Hebræo legi potest: Hæc dicit dñs: Vocem terroris audiuimus, formidinis, & non pacis. Interrogate & uidete si parturit masculus? Quare ergo uidi oīs uiri manus Hiere.30.
super lumbos suos tanquā parturientis, & conuersæ sunt uniuersæ facies in auriginem? Vbi interpretātur omnem uirum, qui habet omnem uirtutem ac potestatem: et uniuersas facies, supnas familias, angelos ministerij, cœlestes q̃ uirtutes. Atqui solus deus omnem uirtutem habet & potestatem: & ideo hoc oraculo deū tribulationem & dolorē instar parturientis perpessurū designari par est. Quod uerissime impletum est in passione dñi: quod indicat id, Quare ergo uidi omnis uiri manus super lumbos suos tanquàm parturiētis? Quod autem deus dicit, Vocem terroris audiuimus, formidinis, & non pacis: uocem & tumultum summorū pōtificum, seniorum, scribarum & pharisæorum: tota nocte, & tota die in horā usque nonam: nocte inquam captionis ante Annam & ante Caipham, die ante Pilatum & Herodem, & rursum apud Pilatum, & demum ipso qui erat omnis uir, & qui omnis uiri habebat potestatē cruci appenso: cui ex parte ipsorū nulla quies, nulla pax, nulla commiseratio dabatur. Quod subiungitur, Et cōuersæ sunt uniuersæ facies in auriginem: designat omnem superiorem uirtutem, cū deus pateretur, quodammodo inhorruisse: adeo ut etiā sol & luna palluerint, & facies eorum luridæ factæ sint: quasi morienti homini deo compatientes & commorientes. Et quis dubitat angelos illi cōpassos, ut & angelus ille, qui ex Luca accessit confortans eū? Sequitur: Væ quia magna dies illa, ut magnitudo doloris exprimat. &: Nec est similis eius: nec certe fuit, neq; Luc.21.
unquā futura ē ulla: qa CHRISTVS semel mortuus est, neq; amplius moritur. Mors illi ultra nō dominabitur. Quod enim mortuus ē peccato, mortuus est semel: quod Roma.6.
autem uiuit, uiuit deo. Et secundum hāc intelligētiam de passione domini & fructu eius, prosequendū est caput illud Hieremiæ. Sed & psalmus, Exaudiat te dominus in die tribulationis: de hac tribulatiōe passiōis intelligitur, & exauditiōe patris, qui eum perpetua exauditiōe exaudiuit pro omnibus: omnibus dico, qui ad ipsum plena fide, ac charitate confugerēt; de quibus dicitur: Edent pauperes, & saturabūtur: Psal.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& laudabũt dominum qui requirunt eum, uiuent corda eorum in ſeculum ſeculi. & reliqua quæ ſubduntur. Et omne ſacrificium & holocauſtũ pingue, fructuoſa paſſio CHRISTI dicitur: quæ erat omne ſacrificiũ, & omnium quantumcunque multiplicium ſacrificiorum una ſimplex ueritas, omnia complectens, omnia perficiẽs, omniaq; cõſummans: ut ipſe erat omnis uir, omnium uirorum una ſimplex ueritas, omnes cõplectens, omnes perficiens, & omnes deniq; conſummans. Cætera quæ hic habet Marcus, ijs quæ tetigit Matthæus capite uigeſimoſeptimo, numero ducenteſimo ſeptuageſimoquinto, ſimilia ſunt. Deinde dicit dominũ emiſſa uoce ma
95 » gna, emiſiſſe ſpiritũ, dicens. ¶ IESVS autem emiſſa uoce magna, expirauit. ¶ Comeſtio agni ad finem uſque feſtinanter uorati: paſſionem domini quãdiu fuit in cruce uſque ad uitæ cõſummationem figurabat. Ideo celeriter ac cito ſiuxta figurã mo
Exodi. 12. ri debuit. Comedetis (inquit) feſtinanter: eſt enim phaſe, id eſt tranſitus dñi. Nihil mirum igitur, ſi hora ſexta poſitus in cruce, hora nona expirauit. Et hoc quidẽ, ut uoluit, id eſt, hoc nõ faciente natura, ſed ſua uolũtate, ut neque faciente natura, caro fa-
Pſal. 38. ctus eſt, ſed quãdo uoluit: ſicut ſcriptum eſt: Sacrificiũ & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. Holocauſtũ & pro peccato nõ poſtulaſti: tũc dixi, ecce ueniõ. Vt ergo aduẽtus eius in carnem fuit ſupra naturã: ſic & egreſſus e carne ſupra
Luc. 23. naturã. Cuius ſignũ fuit uox illa magna, quæ eſt in Luca: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum, cum qua ſimul ſpiritũ, ut dixit ac uoluit, emiſit. Sed quæres, cum tranſitus iſte ſit domini, qua tranſijt? Per omnes domos filiorũ Iſraël, id eſt ani
Exodi. 12. mas, quas iam ſanguine ſuo ſignatas angelus percutiens, tãgere nõ potuit. Videbo
Eccle. 24. (inquit) ſanguinem, & tranſibo uos: nec erit in uobis plaga diſperdens. Necnõ per terram tenebroſam & opertam mortis caligine. Penetrabo (inquit) oẽs inferiores partes terræ, & aſpiciam omnes dormientes. Sed adijcies: cum his uerbis deſignentur inferi, & loca tenebrarũ: nunquid dominus per illa tranſiens, eſt aliquid paſſus?
Exodi. 12. Miníme: quod uel ex figura cognoſcitur, dicẽte Moſe de trãſitu domini: Et trãſibo per terrã Aegypti nocte illa, percutiamq; omne primogenitũ in terra Aegypti ab homine uſq; ad pecus, & in cunctis dijs Aegypti faciam iudicia, ego dominus. Quid enim terra Aegypti figurabat, niſi inferos? Quid percuſſa primogenita, niſi capita poteſtatum tenebrarum à ſummis uſq; ad ima? Quid dij illi, niſi malignæ illæ poteſtates, quæ ut dijs contra diuinum honorem ſibi cultum in mundo exhiberi uoluerant,
Oſee. 5. quas deuicit, fregit, ſpoliauit? ut in Oſee ſcriptũ eſt: Ego capiam, & uadam: tollam, & non eſt qui eruat: uadens reuertar ad locũ meum. Ergo ut angelus cum tranſiuit nocte phaſe per terrã Aegypti primogenita interficiens, idola ſubruẽs, ac filios Iſraël educẽs, nihil paſſus eſt: ſic nec dominus cum trãſijt per inferos, uires malarum poteſtatum perfringens, infernũ ſpolians, & ſuos educẽs, quicquam paſſus eſt: ſed inuictus, mortis uictor, ac magnificus triũphator redijt ad ſuperos, & ad locum ſuum, id eſt corpus ſuum: quod impaſſibile reſumpſit ac glorioſum. Et quod hic tractat Marcus, commune eſt illi, quod Matthæus habet capite. 27. numero ducenteſimo ſeptuageſimoſeptimo. Deinde ſubiũgit ſigna, quæ in morte domini facta ſunt,
96 » dicens. ¶ Et uelum templi ſciſſum eſt in duo, à ſummo uſque deorſum. Videſ autẽ
» cẽturio, qui ex aduerſo ſtabat, qa ſic clamãs expiraſſet, ait: Vere hic homo filius dei
» erat. ¶ Eadẽ ponit Matthæus capite uigeſimoſeptio, numero ducẽteſimo ſeptuageſimooctauo. Sed addit Marcus, quod centurio (qui proculdubio erat hecatontarcha) qui e regiõe moriẽtis aſtabat, uidẽs quod cũ ſic & adeo ualide clamaſſet, expiraſſet, dixit: Vere hic homo filius dei erat: hoc ipſo percipiens, mortẽ illam ſupra naturam fuiſſe: quod & uerum erat. Sed ad huius confeſſionis perſeuerantiam, ſigna quæ ſubſecuta ſunt, illum multomagis adduxere. Quod & in prætacto numero diffuſius aperit Matthæus. Cõtinuo ſubiungit de mulieribus, quæ multa cõpaſſione,

quaſi

» quaſi cõmorientes, domino morienti aſtiterunt, dicens. ¶ Erãt autem & mulieres 97
» delonge aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris,
» & Ioſeph mater, & Salome: & cum eſſet in Galilæa, ſequebantur eũ, & miniſtra-
» bant ei: & aliæ multæ quæ ſimul cũ eo aſcenderant Hieroſolymã. ¶ Hæ mulieres
» Maria, ſcilicet Magdalene, à qua dominus ſeptem eiecerat dæmonia, Maria Iaco-
bi minoris: & Ioſe mater, quæ eſt Maria Cleophe: & Salome, quæ eſt mater Iaco-
bi & Ioannis, & pleræq; aliæ: ut non deſeruerunt eum in uita, quocunq; iret ipſum
ſequentes, ac ei miniſtrantes: ſic nec in morte, ſed cõfectæ mœrore & dolore ei cõ
fixæ, aſſiſtebant à longe: quia ſcriptũ erat: Elongaſti à me amicũ & proximũ, & no Pſal. 87.
tos meos à miſeria: & non quia minor eſſet amoris affectus. Et de eiſdem meminit
Matthæus cap. 27. numero 280. Deinde ſubnectit Marcus de Ioſeph, qui petijt à
» Pilato corpus IESV, dicens ¶ Et cũ iam ſero eſſet factũ, quia erat paraſceue, quod 98
» eſt ante ſabbatum, uenit Ioſeph ab Arimathia, nobilis decurio, qui & ipſe erat ex-
» pectans regnum dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus IESV. Pila-
» tus autem admirabatur, ſi iam obijſſet. Et accerſito centurione, interrogauit eum,
» ſi iam mortuus eſſet. Et cũ cognouiſſet à centurione, donauit corpus Ioſeph. ¶ Et
cum iam ſero factum eſſet, id uerti potuit, ut iam quoq; in Matthæo capite uigeſi-
moſeptimo, numero ducenteſimo octogeſimoprimo dictum eſt, cum iam ueſpera
fieret, ſole ſcilicet deuergente ad occaſum: nam à ueſpera illa incipiebat ſabbatum
Et dominus ante noctem depoſitus eſt de cruce, & ſepultus, dicente Ignatio: An- Ignatius.
te uero ſolis occaſum de cruce depoſitus eſt, & ſepultus in monumẽto nouo. Et eo
dem quoq; tacente, & quouis alio, ita fieri cogebat, magni ſabbati celebritas. Et ita
etiam uerti debuiſſe indicat ipſe Marcus, cum ſubiũgit: quia erat paraſceue, quod
eſt ante ſabbatum. Atqui ſi ueſpera facta fuiſſet, nõ amplius paraſceue fuiſſet, quæ
eſt ante ſabbatum. Porro cum ſubdit, uenit Ioſeph ἀπὸ ἀριμαθαίας, ab Arimathæa: in
ſignem locũ exprimit, unde ille erat. De quo ſic ſcribit Hieronymus: Armatha So
phim, ciuitas Elcanæ, & Samuelis: & ſubdit: unde fuit Ioſeph, qui in Euãgelijs ab
Arimathia eſſe ſcribitur. Cæterum in principio primi Regũ, hæc ciuitas, Ramatha
im Sophim dicitur: quæ & uſq; in hunc diem, haud procul à uia ſuper æditum mon
tem, qui olim dicebatur mons Ephraim, peregrinis oſtenditur, qui e portu Iopes
Hieruſalem adeunt. Quanq; ipſius terreſtris Hieruſalem, quæ olim ciuitas ſancta
appellabatur, nũc relictum eſt nihil, iuxta domini oraculũ, dicentis: Circundabunt Luc. 19.
te inimici tui uallo, & circundabunt te, & anguſtabũt te undiq;: & ad terrã proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem, ſed quæ illic uiſuntur, homonyma ſunt, ut ad ſolam ueram & ſanctã, cœleſtem aſpiremus Hieruſalem. Quod autem adiungitur, nobilis decurio: ſic Marcus habet εὐσχήμων βουλευτὴς, id eſt honeſtus conſul: quorum primum, elegantiã morum, & uitæ honeſtatem deſignabat: ſecundum, prudentiam animi, qua præditum eſſe oportebat eum, qui magno illo & inſigni magiſtratu fungeretur. Talem autem oportuit illum eſſe. Decebat enim non decurionem, non centurionem, nõ chiliarcham: ſed nobiliſſimum uirtute ac prudentia uirum, & pietate inſignem, ut & ipſe erat (Et ipſe, inquit, erit expectans regnum dei) petere corpus IESV, & regem regum omnium, qui unquam fuerunt ac eſſe potuerunt, nobiliſſimum ungere. Magnitudinis autem ac ingenuitatis illius ſignũ fuit, quod non cunctando, non per interceſſores: ſed audacter & intrepide introiuit ad Pilatum, & petijt corpus IESV. Et addit Marcus ultra Matthæum, Pilatum miratum, ſi iam obijſſet. Nec mirum, ſi mirabantur omnes, quos de agno paſchali, quod feſtinanter tranſire deberet, latebat myſterium. Addit etiam, quod accerſito centurione, Pilatus didicit dominum eſſe mortuum. Quod factum eſt, ne quis negare poſſet dominũ noſtrum uere in cruce

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro redimendo genere humano fuisse mortuum. Cætera Matthæo sunt cõmunia
Adijcit præterea Marcus, ipsum Ioseph acceptũ corpus, sindone, id est, linteo in=
99 „ uoluisse, & posuisse in sepulchro, dicens. ℣ Ioseph aũt mercatus sindonem, & de=
„ ponens eũ, inuoluit sindone, & posuit eũ in monumento, quod erat excisum de pe=
„ tra: & aduoluit lapidẽ ad ostiũ monumẽti. Maria aũt Magdalene, & Maria Ioseph
„ aspiciebant ubi poneretur. ℣ Ioseph mercatus est lintheũ, sed ex Matthæo cap. 27.
numero 281. linteum mundum: & inuoluit corpus IESV, & posuit illud in monu=
mento: & in nono quidem monumento ex eodem Matthæo. Et aduoluit lapidem
id est saxum ingens, ad ostium monumenti. Maria autem Magdalene, de qua pau
loante dictum est, & Maria Ioseph, id est Maria Chleophæ, aspiciebant ubi pone=
retur corpus IESV. Itaq; si petere uelimus ab eo, cui facta est potestas dãdi nobis
corpus domini: nõ iam quidem mortale, sed immortale: non infirmũ, sed per se po
tens: non contumelijs affectum, sed gloriosum: exprimamus in nobis quendã spi=
ritualem Ioseph, id est, simus gratijs & scientia dei pleni, & pietate insignes, expe=
ctantes regnum cœlorũ. Quod si fuerimus tales, petamus cum fiducia, quia talibus
uult se committi, imo committere dominus. Mercemur sanctis operibus ex gratia
rum illius dono sindonem mundam, id est, conscientiam puram ac sanctã: qua fili=
us dei inuolutus, requiescat in animabus nostris, sanctis purificationibus initiatis,
fide petra solidioribus, spe ad superna erectis, & charitate flammantibus: ad quarũ
ostia sensuũ, firmissima admoueatur custodia, ne pignus uitæ illinc elabatur. Et iu=
giter aduigilent, tam actio quàm sanctũ ociũ, ut quæ nuncq; nesciant illic esse uitæ
principem, redemptorẽ mũdi, deiq; filiũ. Cui cum patre & spiritu sancto cõmunis
honor, gloria, & potestas in omnia seculorum secula. Amen

CAPVT SEXTVMDECIMVM.

100 T cum transisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria
Iacobi, & Salome emerũt aromata, ut uenientes ungerent
IESVM. Et ualde mane una sabbatorũ, ueniunt ad monu=
mentũ, orto iam sole. Et dicebant ad inuicem: Quis reuol
uet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respiciẽtes, ui 5
derunt reuolutũ lapidẽ. Erat quippe magnus ualde. Et introeuntes in mo
numentũ, uiderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertũ stola candida
& obstupuerunt. Qui dicit illis: Nolite expauescere. IESVM quæritis Na
zarenum crucifixum: surrexit, nõ est hic: ecce locus ubi posuerunt eũ. Sed
ite, dicite discipulis eius & Petro, quia præcedet uos in Galilæã: ibi eũ ui 10
debitis, sicut dixit uobis. At illæ exeũtes, fugerunt de monumento, inua
serat enim eas tremor & pauor, & nemini quicq; dixerũt: timebant enim.
101 ℣ Surgens aũt IESVS mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Mag=
dalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia. Illa uadens, nũciauit his qui cũ
eo fuerant, lugẽtibus & flentibus. Et illi audientes quia uiueret, et uisus es= 15
102 set ab ea, nõ crediderunt. ℣ Post hæc aũt duobus ex his ambulãtibus ostẽ
sus est in alia effigie, eũtibus in uillã: & illi euntes, nunciauerunt cæteris,
103 nec illis crediderunt. ℣ Nouissime aũt recũbentibus illis undecim appa=
ruit, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his q
uiderant

20 uiderant eum resurrexisse, nõ crediderunt. ℣ Et dixit eis: Euntes in mun= 104
dũ uniuersum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ: Qui crediderit, & ba
ptizatus fuerit, saluus erit: qui uero nõ crediderit condemnabitur. Signa
aũt eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient
Linguis loquentur nouis: Serpentes tollẽt: Et si mortiferũ quid biberint,
25 nõ eis nocebit: Super ægros manus imponent, & bene habebunt. ℣ Et do= 105
minus quidem IESVS, postq; loc:tus est eis, assumptus est in cœlum, & se
det a dextris dei. Illi aũt profecti, prædicauerunt ubiq;, domino cooperã
te, & sermonem confirmante sequentibus signis.

ANNOTAT. BREVES XII. CIRCA LITERAM CAP XVI.

6	uiderunt		præsens	18	Nouissime – aũt
	θεωροῦσιν	11	At – illæ		ὕστερον
	præsens.		ἐκ Et		Postea
>	iuuenem	11	inuaserat eũ	26	quidem – IESVS
	νεανίσκον		εἶχε δὲ	27	sedet
	adolescentulum		habebat aũt		ἐκάθισεν
>	coopertum	12	pauor:		præteritum.
	περιβεβλημένον		ἔκστασις	28	sequentibus signis
	amictum,		stupor		διὰ τῶν ἐπακολουθούντων
	indutum	15	effigie,		σημείων. * ἀμήν.
10	præcedet		μορφῇ		per subsequentia
	προάγει		forma		signa. Amen

COMMENTARIVS IN CAPVT SEXTVMDECIMVM.

Ox subiungit de pio officioso q; affectu mulierũ erga dominũ, quem
„ adhuc se reperturas in sepulchro conditum putabant, dicens. ℣ Et cũ 100
„ transisset sabbatũ, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, e=
„ merũt aromata, ut uenientes ungerent IESVM. Et ualde mane una
„ sabbatorũ ueniunt ad monumentũ, orto iam sole. Et dicebant ad inui
„ cem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, uiderunt
„ lapidẽ reuolutũ, erat q;ppe magnus ualde: Et introẽuntes in monumentũ, uiderũt
„ iuuenẽ sedentem in dextris, coopertũ stola candida, & obstupuerũt. Qui dicit illis
„ Nolite expauescere, IESVM quæritis Nazarenũ crucifixũ: Surrexit, Nõ est hic:
„ Ecce locus ubi posuerũt eũ. Sed ite, dicite discipulis eius et Petro, q; præcedet uos
„ in Galilæam: Ibi eũ uidebitis, sicut dixit uobis. At illæ exeuntes, fugerunt de monu
„ mento. In uaserat eũ eas tremor & pauor, & nemini quicq; dixerunt: timebãt eũ
℣ Hæc est semper eadẽ Maria Magdalene, quæ sequebat dñm à Galilæa, & à qua
dñs septẽ eiecerat dæmonia. Et Maria Iacobi, est Maria Cleophæ, Iacobi minoris
& Iose mater. Et Salome, est uxor Zebedæi, Iacobi Ioãnisq; mater. Quæ exacto
sabbato, cõparauerunt sibi aromata: nam die parasceues circa finẽ diei sepulto do=
mino regressis in urbem, incipiẽte sabbato, nõ licuit emere aromata. Et aduerten=
dũ hic est, Marcũ explicare, quod ait Lucas: Et dies erat parasceues, & sabbatũ illu Luc. 23.
cescebat. Subsecutæ aũt mulieres, quæ cũ eo uenerant de Galilæa, uiderunt monu
mentum, & quemadmodum positum erat corpus eius: & reuertentes, parauerunt
aromata & unguenta. Non enim tũc parauerunt aromata, sed, ut Marcus ait, cum
transisset sabbatum: nam in ipsa incipiente aurora, finit nox primæ sabbatorũ: &
à mane

Universidad de Deusto

à mane incipit prima dies ſabbatorum. Finitum autem ſabbatũm confeſtim indica
bant, qui ad hoc ipſum deputati erant, clangore tubarum, ut cuicq; liceret opus face
re, quod nõ licebat in magno ſabbato. Emerunt ergo aromata, & uenerunt ad mo
numentum, ſed iam ſuſcitato domino ex Luca, ut qui ipſo primo diluculo, & cum
Pſalm.56. ipſa (ut ſic dicam) aurora ſurrexerat, ſicut ſcriptũ erat: Exurgam diluculo. Sed hæc
Maria Magdalene, erat'ne Maria ſoror Marthæ? Mihi non uidetur, cum ob multa
alia, tum ob id q̃ nõ ſequebatur dominum à Galilæa, ſed Iudaica erat ac indigena.
Adhæc cum potens & diues eſſet, parũ indiguiſſe uideẽ pharmacopolis, à quibus
emiſſet unguenta, ſed domi in promptu habuiſſe, q̃ illis crebro uterenẽ Iudæi. Sed
& iam domini teſtimonio functa munere ſuo, unxerat ipſum ad ſepulturã. At Gali
læis & quæ Hieroſolymis peregrinæ erant, opus erat ut precio ſibi cõpararent un
guenta: nõ em̃ p̃ tam longa terrarũ ſpacia ſecũ tuliſſent. Porro q̃ Marcus ait: Val
de mane una ſabbatorũ, ueniunt ad monumentũ: hoc de prima, pfectione mulierũ
ad monumentũ intelligit. Et id una ſabbatorũ, pinde eſt ac, prima die poſt magnũ
ſabbatũ. Qd' aũt ſubiungit, orto iam ſole: hoc ſecundã profectionẽ mulierũ ad mo
numentũ reſpicit: nam bis, ſi non etiam pluries, quod nouit deus, profectæ ſunt ad
monumentũ. Primo, ualde mane & tenebris adhuc exiſtẽtibus, ſed dieſcente & au
rora iam cœpta; quia iam dominus ſurrexerat. Secundo, orto iam ſole, cum eis à ſe
pulchro redeũtibus occurrit dominus in uia. Et dicebãt ad inuicẽ: Quando? in pri
ma, pfectione. Et quid? Quis reuoluet nobis lapidẽ ab oſtio monumenti? Hoc em̃
non erat opus trium mulierum, ſed multorum & fortium quidem uirorum: nam la
pis ille (euangeliſtarũ Matthæi & Marci teſtimonio) erat magnus, & etiam ualde.
Et reſpicientes, uiderũt reuolutũ lapidem. Quod erat eis indicium, ſi quid mentis
habuiſſent, dominũ ſurrexiſſe, quaſi domino id ipſum reuoluto lapide, loquẽte. Et
hoc ad primam earum ad monumentũ profectionem pertinet. Quod uero ſubnec
tit, ad ſecundam, qua uiſitauerunt monumentũ nõ ualde mane, ſed orto iam ſole.
Et de eodem angelo mulieres allocuto, de quo hic Marcus, loquit Matthæus cap.
28. nũero. 283. & ad ſecundã identidem pertinet profectionẽ. Verum adijcit Mar
cus qua qualitate, ſitu, & habitu eis apparuit, nempe iuuenis, ſedens in dextris ſe
pulchri, ſtola, id eſt ueſte talari candida amictus. Et quæ locutus eſt mulieribus, pla
na ſunt ut in Matth. Sed addit peculiarẽ de Petro ab angelo factã mentionẽ: ut uel
ex hoc Petrus, q̃ plurimũ imbiberat mœroris, nõ ſolũ ex paſſione dñi, ſed & ex ne
gationis reatu, ſpecialẽ recipet conſolationẽ: & intelligeret dominũ nequaq̃ ſibi
obiratũ, ſed propiciũ, ſed clementẽ & miſericordẽ, qualẽ & ipſe illũ intelligere de
bebat, & oẽs alij ex hac cõſolationis p̃uentione negatori ſuo facta, debent. Et qd'
ſubdit: Fugerũt de monumẽto, inuaſerat em̃ eas tremor & pauor: idipſum eſt qd'
ait Matthæus. Exierũt cito de monumento cum timore: ſed adijcit, & gaudio ma
gno. Quare nõ ſolũ timor & pauor ĩuaſerat eas, ex inſolito ſcilicet aſpectu angeli,
q̃uis admirabili & deifico: ſed & ex uerbis eis gaudiũ magnũ conceperãt: qd' erat
argumentũ tunc acceptæ fidei & credulitatis: quam nequaq̃ in prima & matutina
uiſitatione acceperant, ut à nobis aliquando dictũ eſt in ſecunda diſceptatione de
Maria Magdalena: qui libellus ad ultimorũ capitum Matthæi, Marci, & Lucæ, &
penultimi Ioannis ſymphoniam pernoſcendã nonnihil conducere uideẽ. Et quod
hic dicitur: Et nemini quicquã dixerunt: intelligitur ad monumentũ, quia nihil re
ſponderũt angelo: timor em̃ impediebat, & pauor eas etiã inter ſeſe elingues red
debat. Poſtea tamen omnia patefecerunt, quæ non ſolũ angelo nunciante, ſed etia
m domino ſibi in uia occurrente, & ut ea nunciarent præcipiente didicerãt: quam
uis hanc nunciationem euangeliſtæ non expreſſerint. Deinde cui mulierũ primo
101 „ apparuerit à reſurrectione dominus, ſubdit Marcus, dicens. ◤ Surgens autẽ IE-
SVS mane

„ SVS mane prima ſabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſe-
„ ptem dæmonia. Illa uadens, nunciauit his qui cũ eo fuerant, lugentibus & flẽtibus
„ & illi audientes quia uiueret, & uiſus eſſet ab ea, non crediderunt. ◤ De reſurrecti
one dñi, oraculum habetur Pſalm. 3. Ego dormiui, & ſoporatus ſum, & reſurrexi: Pſalm.3.
quia dominus ſuſcepit me. Et Pſalm. 67. Cantate deo, pſalmum dicite nomini ei- Pſal.67.
us, iter facite ei q̃ aſcendit ſuper occaſum, dominus nomen illi. Sed & dominum in
aurora ſurrecturum, oracula retexerũt prophetarum: ut id Pſalmi quinquageſimi
ſexti: Exurge gloria mea, exurge pſalterium et cithara, exurgam diluculo. Et id O- Pſal.56.
ſee: Quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius. Surrexit ergo dominus mane Oſee.6.
prima ſabbati. Neq̃ eſt opus ſubdiſtinctione poſt IESVS, ut id, mane prima ſab-
bati, referatur ad apparuit: quia nõ apparuit mane Mariæ Magdalenæ, cum primo
profecta eſt ad ſepulchrum: ſed in ſecunda profectione, cum illic remanſit ſola, abe
untibus Petro & Ioanne, quando & ſol exortus, & dies alta eſſe potuit. Quod er-
go ſubiungit hic de Maria Magdalena, quæ ſemper eadem eſt in omnibus Euan-
gelijs, ſcilicet illa à Galilæa: ad ſecundam eius profectionem ad monumentum at-
tinet: quæ quamuis nunciaſſet apoſtolis, quod uidiſſet dominũ, & diximſſet quæ Ioã
nes aperit iniuncta ei fuiſſe dicẽda: nõ tamen ei crediderũt. Et hoc & reliqua quæ
ſequuntur, non tangit Matthæus, aut certe admodũ pauca. Deinde ſubdit Marcus
„ de duobus peregrinis, quibus in uia & diuerſorio apparuit dñs, dicens. ◤ Poſt hæc 102
„ autem duobus ex his ambulantibus, oſtenſus eſt in alia effigie, euntibus in uillam
„ & illi euntes, nũciauerunt cæteris, nec illis crediderũt. ◤ Hi duo ſunt peregrini, qui
bus ex Luca, dum mœſti & triſtes ob ea quæ contigerant, proficiſcerentur Emaũ
quæ & dicta eſt Nicopolis, dominus apparuit in uia in alia forma, quàm prius Ma
riæ Magdalenæ. Nã ex Ioanne, apparuit Mariæ Magdalenæ in forma hortulani:
peregrinis aũt in ſimilitudine peregrini, qui ſanctis ſuis allocutionibus, eorum tri
ſticiam leuabat, & ad fidem myſteriorũ mirifice illuminabat: qui & ex Luca, dũ frã Luc.24.
geret illis panem, aperuit eis oculos, ut ipſum agnoſcerent, reuelata & aperta ipſi-
us effigie. Et cõtinuo eo diſparẽte, reuerſi ſunt Hieroſolymam, nõ ſine ingẽti gau
dio, nũciantes diſcipulis quæ uiderant: at iſti ſic timebant, ne nõ uerum eſſet quod
maxime cupiebant, ut illis etiam plane fidẽ nõ præſtiterint. Deinde ſubdit de ap-
„ paritiõe q̃ facta eſt undecim ſimul dicens. ◤ Nouiſſime aũt recumbentibus illis un 103
„ decim, apparuit, & exprobrauit incredulitatẽ eorũ, & duritiam cordis: quia his qui
„ uiderant eum reſurrexiſſe, non crediderũt. ◤ Hæc apparitio facta uidetur, cum ma
nus & latus exhiberet Thomæ palpanda: cuius incredulitatẽ, quod decem apoſto
lis & alijs plurimis, qui eũ rediuiuũ ex mortuis uidiſſent, nõ credidiſſet, reprehen-
dit. Sed dices: Hic ex Marco nouiſſime apparuit: at cũ apoſtolis apparuit præſen-
te Thoma, nõ nouiſſime eis apparuit, cũ ex Ioanne capite uigeſimoprimo: poſtea
apparuerit eis ad mare Tyberiadis. Id noſſe oportet uocabulũ, ὕστερον, ſuperlatiuũ
nõ eſſe, & nihil aliud ſignificare, q̃ poſt, poſtea, aut poſterius; & ideo per aliquod
iſtorum, nõ per ſuperlatiuum, nouiſſime, fuiſſe hic exponẽdum, ne nulla apparitio
domini poſt hanc facta eſſe uideretur. Quod ſi uideretur, nõ id Euangeliſta, ſed in
„ terpres faceret uideri. Et ſubdit, quod mandatũ dederit apoſtolis, dicẽs. ◤ Et dixit 104
„ eis: Euntes in mundũ uniuerſum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ: Qui credi-
„ derit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui uero non crediderit, cõdemnabitur. Si-
„ gna aũt eos qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia eijcient: lin-
„ guis loquentur nouis: ſerpentes tollent: Et ſi mortiferũ quid biberint, nõ eis noce-
„ bit: Super ægros manus imponẽt, & bñ habebunt. ◤ Quid eſt, prædicate Euangeliũ
oĩ creaturæ, niſi omni nationi gentiũ, quæ ſub cœlo eſt, quæ ad hoc à deo creata eſt
ut in fide & regeneratione filij dei regnũ capiat hæreditatis æternæ: ſine qua illud
aſſeq

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan.3. assequi non potest, ut alio in loco dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, nõ potest introire in regnum dei. Præcedit ergo prædicatio, & prædicationẽ sequitur fides, fidem regeneratio, quæ est quædam dei (ut sic dicam) filiatio: quã q̃ custodit (custodit autem, qui credit: credit uero, qui dei fidem uita moribusq̃ comprobat) proculdubio saluabitur. At qui non crediderit, cõdemnabitur. Salus, filiorũ dei gaudiũ designat æternũ. Condẽnatio, infideliũ perenne suppliciũ. Et hoc q̃que mandatũ tangit Matthæus circa sui Euangelij calcem. Verũ Marcus adijcit signa credentium, quæ maxime in primitiua ecclesia, patuerunt ad literam: tũc enim erant necessaria, quæ & diuersa spiritus sancti dona secundum fidei, quam infundit analogiam, exprimũt. Non quod omnes fideles omnia habeant aut habuerint, sed secundũ distributa dona: ut qui secundũ fidẽ donũ habent eijciendi dæmonia, hi eijciunt dæmonia: qui donũ habent linguarũ, hi linguis loquuntur nouis: qui potestatem habent super serpentes, his nihil serpentes nocent: ut Paulus, qui quãuis à uipera esset morsus, nihil tamen detrimenti passus, mortiferam echidnam excussit in ignem. Multi quoq̃ sancti dono suæ fidei operante, multas insulas (ut creditur) à serpentibus purgauerunt. Sed & Ioannem Euãgelistam mortiferũ poculum nihil lædere potuit. Et quot martyres tentauerũt tyranni enecare uenenis, quæ uim suã hoc dono fidei perdiderunt? Et qui secundũ fidem donũ habent sanitatũ, hi impositis manibus sancta fidei imprecatione languores expellũt. Et hæc dona fidei superuenire hinc notũ est, quod ipsi apostoli prius fidem habebant: sed horũ nihil operati sunt, anteq̃ hanc illis dñs dedisset potestatẽ. Cõuocatis, inquit Matthæus, duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituũ immũdorũ, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. Et similem sententiam habẽt Marcus atq̃ Lucas; Et insuper apud Lucam cap. 10. dominus dicit: Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super oẽm uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Præterea sacer Paulus hæc habet: Habentes donationes secundũ gratiam, quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam secundũ rationem fidei, siue ministeriũ in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando: qui tribuit in simplicitate: qui præest in solicitudine: qui miseretur in hilaritate. Et id: Dico em̃ per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter uos, nõ plus sapere, q̃ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem, & unicuiq̃ sicut deus diuisit mensuram fidei. Ergo eiusmodi dona nõ distribuũtur, nisi habita fide, & secundũ mensuram fidei: tametsi ea habita nõ protinus fiat, ut habeantur huiusmodi dona: nã spũs unicuiq̃ distribuit quemadmodũ uult. Et quanq̃ illa signa in nomine IESV, dæmonia eijcere, linguis loqui nouis, serpentes tollere, mortifero poculo nõ lædi, manuũ impositione sanitates inducere, signa sint fidei; quando quidem non dant (ut dictũ est) nisi fidem habentibus: sunt tamen donorũ, nõ fidei effectus. Et quia dantur secundũ rationẽ, mensuramq̃ fidei: ideo dñs dicebat apostolis, quibus dona dederat: Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis, dicetis mõti huic transi hinc, & transibit. Sed & ubi signa nõ sunt, nihil prohibet fidẽ esse: neq̃ enim minus fidem in Antonio fuisse puto, q̃ in Paulo simplice, qui fertur dæmonium eiecisse, quod non ualuit Antonius eijcere: sed ille ad hoc ipsum superius donum habuit, quàm iste. Sed habent'ne aliqui temporibus nostris hæc fidei signa? Nihil, profecto prohibet quosdam habere, ut qui habent dona. Quemadmodum & de quodã narrari audiui, cui ratione doni fidei, epotum uenenum nihil nocuit. Idq̃ factũ fuisse diebus nostris coram magno quodam, & potenti alienæ fidei tyrãno. Coram q̃ qui fidei CHRISTI partes tutabatur, nihil ueritus ẽ præsentaneũ uenenum in nomine IESV, & in fidei ipsius approbationẽ haurire. Mox uero cum nihil mali sentiret, mirante tyanno, & omnibus qui aderant stupentibus, rogauit idẽ qui hauserat illud,

Actio.28.

Matth. 10.
Mar. 6.
Luc. 9.
Luc. 10.
Rhom. 12.
Rhom. 12.
Matth. 17.

illud, ut is qui secũ de fide certabat, & uenenũ temperarat (erat enim arte medicus) in approbationẽ oppositæ fidei, quod proba ueraq̃ esset, & in nomine sui prophetæ, uel lympidæ tantũ aquæ (est enim gẽtis illius familiaris & cõsuetus potus) quantum sibi porrectũ fuerat ueneni, sumeret. Quod cũ placuisset tyranno, & ijs qui aderãt, quia rẽ facilẽ, & quæ nihil periculi habere uideretur, postulasset: medicus aquã e' fonte recẽter acceptã afferri iussit: qua epota, haud secus quàm si maxime præsentaneum uenenũ hausisset, inter crura tyranni repẽte collapsus, expirauit. Vnde & tyranno, & genti eius fides CHRISTI admodum probata est: & si superstitionem suã non deserant. Sed & de nõnullis audiui, qui dæmonia, facto in noie IESV præcepto citra exorcismũ appellant, & eodem modo sanitates inducant. Dona enim illa (si ita res habet, ut fuit narrata) ipsis credita sunt: q̃bus si bene utãtur, cedet eis in gratiã: sin male, in suppliciũ. Ne quis protinus sanctum, & propemodum cultu diuino uenerabundũ existimet, qui hæc signa fidei habeat. Nã & Iudas signa fidei habebat, dæmonia eijciebat, manuumq̃ impositione & unctiõe infirmitates sanabat, ut & cæteri. Et cõuocatis (inq̃t Matthæus) duodecim discipulis, dedit eis potestatẽ spirituum immundorum, ut eijcerẽt eos, & curarent omnem languorem. Et nomina eorum ponit Petrum & Andream, Philippum & Bartholomæum, Iacobum Zebedæi & Ioannẽ, Thomam & Matthæum, Iacobum Alphæi & Thaddæũ, Simonem Cananæum & Iudã Iscariotem. Et subdit: Hos duodecim misit IESVS, præcipiens eis, & dicens. Quidnã? Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mũdate, dæmones eijcite. Ex quo intelligimus & Iudã accepta diuia potestate, uirtutes operatum: non enim dñs dona, uirtutes, & gratias frustra dabat, & quæ futuræ essent ociosæ: nequaquam tamen ob id ille cẽsendus erat sanctus, sed deus qui dona largitur, & in donis operatur. Deus ergo est suspiciẽdus, uenerãdus, colẽdus, & ipsius, ubicunque sint, dona ueneranda: imo' potius ipse solus omnino uenerandus in donis suis: qui aũt habet illa, aut eis utitur, sæpenumero perparũ. Quid igit' faciendũ, cum talia uidemus? Certe' id secure facere possumus, quod turbæ sequẽtes dominũ fecere: de quibus dicitur quod glorificabant deũ, qui potestatem talem dedit hominibus. Et proinde ille solus est inuocãdus, colẽdus, & adorandus, & illius dona magis quàm qui ea habẽt, attendenda: sed ipse præcipue in eis. Ne quis populari erore seductus dicat, fecit miracula, ergo sanctus, ergo publico suffragio colẽdus, quasi cõmunem cum deo conditionem sortitus. Quanquã nemo sua uirtute miracula facit, sed deus, sed diuinũ donũ, diuinaq̃ uirtus. Neq̃ Moses ex se fecit miracula in Aegypto, aut ĩ mari rubro: sed is q̃ facit mirabilia magna solus. Itaq̃ unus est uerè sanctus, unus est qui mira & stupenda facit, quorũ nõ est numerus: à quo solo uniuersorum prouidentia pendet. Quod si à quouis alio uel unicum granum tritici expectes, nouam Cererem facis: si unum acinum, nouum Bacchũ: si salutem pecorũ, nouum Pana: si denicq̃ tranquillitatem maris, nouum Neptunum. In omnibus ergo non tã instrumenta dei, siue quæ sunt, siue quæ fuerũt, uenerare, quàm deum instrumenta mouentem, imo' in totũ ipsum instrumenta mouentẽ. Sit ipse principiũ & finis, & illa quædam media: ne cũ uelis esse nimiũ pius, sis in CHRISTVM & in sanctos superstitiose impius: nam & sancti & angeli clamãt: Deũ adora. Deinde subdit Marcus de assumptione domini in cœlum, dicens. ◤Et dominus quidẽ IESVS postquã locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris dei. Illi autẽ profecti, prædicauerunt ubiq̃, domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. ◥Postquam locutus est eis dominus nõ solum quæ supra narrata sunt uerba, sed & quæcunque sibi placuit, assumptus est in cœlũ. Nam & Lucas alia adijcit in fine euangelij sui, quæ locutus est priusquã eleuatis manibus benedicẽs apostolis, & ijs quos uoluit suæ gloriosissimæ assumptiõis esse cõscios, propria uirtute

105

Universidad de Deusto
Biblioteca

ferretur in cœlum: turba comitatus, non solum sanctorum patrum, quos è carcere
mortis eduxerat: sed &(quis eũ de hoc dubitare possit?) sanctorũ angelorũ, uirtu
tum & potestatũ, cum ferret, inquã, in cœlum super omnẽ uirtutem & potestatem
Psalm.8. sicut sæpe per spiritum sanctum in psalmis contestatũ est, ut psalmo octauo: Quo
18. niã eleuata est magnificentia tua super cœlos. Et duo de uigesimo: A summo cœlo
46. egressio eius; Et occursus eius usq; ad summũ eius. Et quadragesimo sexto: Ascen
67. dit deus in iubilo, & dominus in uoce tubæ. Et rursus: Psallite deo, qui ascendit su-
per cœlũ cœli ad orientẽ. Sed & de sessione domini ad dexterã patris, dicitur psal.
109. 109: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tu
os scabellum pedum tuorum. Quod autem ubiq;, per Asiam, Affricam, & Euro-
pam dispersi apostoli, annunciauerint CHRISTVM & euangelium eius: quod q;
in uirtutibus & signis hoc fecerint, in robur & confirmationẽ fidei, quam annuncia
bant domino ipsis cooperante; imo omnia operante ipsis cooperãtibus, & confir
mante signis & prodigijs; ueteres historiæ plenissimã fidem faciunt, & prophetarũ
Psalm.67. oracula testantur, dicente propheta: Dominus dabit uerbũ euangelizãtibus uirtu
te multa. Ergo ei qui facit mirabilia magna solus, qui à sumo cœlo egressus, ex utero uirginis orbi natus apparuit, qui in occasum mortis descẽdit, & ex
mortis occasu ad nos iterum in immortalitate ascendit, & de
mum super omnes cœlos nunc sedet in dex-
tera patris, donec ueniat fa-
cturus de omni-
bus
iudicium: sub cuius pedibus omnes inimicos ipsius, omnes
ipsi & sancto euangelio incredulos, positurus
est pater cœlestis, una cum ipso
æterno patre, &
spi-
ritu sancto, uni immortali, inuisibili, & soli sa
pienti deo honor, gloria, & gra-
tiarum actio, in o-
mnia
seculorum
secula
Amen.

COMMENTARII IN MARCVM FINIS.

SANCTVM

SANCTVM EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

PRAEFATIO.

5 Voniã quidẽ multi conati sunt ordinare narrationẽ, quæ in nobis completæ sunt, rerũ: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi uiderũt, & ministri fuerũt sermonis: uisum est & mihi assequuto oĩa a principio diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorum uerborum, de quibus eruditus es, ueritatem.

ANNOTATIONES BREVES IX. CIRCA LITER. PRAEFATIONIS.

1	quoniamquidem ἐπειδήπερ	4	assecuto παρηκολουθηκότι	5	optime κράτιστε
	quandoquidem		assectato		præstantissime
1	conati sunt ἐπεχείρησαν	4	à principio ἄνωθεν	6	eruditus es κατηχήθης
	aggressi sunt		à summo		institutus es
2	completæ sunt, πεπληροφορημένων	4	diligenter ἀκριβῶς	6	ueritatem τὴν ἀσφάλειαν
	plenissime scitæ sunt		exacte		certitudinem

COMMENTARIVS IN PRAEFATIONEM.

EVangelium Lucæ præfationẽ habet, cætera non habent. Præfatur autem Lucas, sic. ¶ Quoniãquidẽ multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis cõpletæ sunt, rerum: sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi uiderũt, & ministri fuerunt sermonis: uisum est & mihi assequuto oĩa à principio diligẽter ex ordine tibi scribere optime Theophile, ut cognoscas eorum uerborũ, de quibus eruditus es, ueritatẽ. ¶ Fuerũt multi, quorũ alij sub noĩe Bartholomæi, alij Andreæ, Matthiæ, Nazaræorũ, & nonnullorũ aliorũ texere uoluerũt euangelicã narrationem, ut maiores nostri prodidere: adeo ut etiam nonnihil sub nomine Nicodemi, maxime quo ad eam partẽ, quæ domini passionem concernit, inuulgatum sit. Verũ ex sacra Ezechielis uisiõe, quatuor duntaxat erant ordinaturi: non humana quidem, sed diuina sorte & electiõe. Quorum Matthæus fuit primus: qui & primus scripsisse fertur euãgeliũ in Iudæa, & sermone quidem Hebræo. Secundus, Marcus: qui & secũdus fertur scripsisse euangeliũ suum: siue in Italia, siue alibi id factũ sit. Tertius, Lucas: qui tertio loco scripsisse fertur euangelium suum in Achaia. Quartus, Ioannes: qui & ultimus euangeliũ suum scripsisse creditur in Asia. Et eo ordine ĩ spiritu mõstrati sunt Ezechieli. Similitudo autẽ (inquit) uultus eorum, facies hoĩs: Ecce Matthæus. Et facies leonis: Ecce Marcus. A dextris eorum quatuor: Ecce quomodo hi priores scribẽdi partes obtinent: quæ more Hebræorum à dextris sinistrorsum procedũt. Facies autem bouis: Ecce Lucas. A sinistris ipsorũ quatuor: Ecce quomodo obtinet posteriores scribẽdi partes, atq; locum ordine tertium. Et facies aquilæ desuper ipsorũ quatuor: Ecce Ioannes, sed ex nominatione quartum locũ cognoscitur obtinere. Quod uero desuper emineat, hoc est, q̃ cæteris sublimius ei datũ sit ipsam reserare diuinitatẽ. Nõ ergo

Ezech.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lucas temere, & humana fiducia est aggressus: ut nonnulli aliorum, qui idcirco recepti non sunt, hanc sacram scribere historiã, sed sorte diuina: historiam dico earũ rerum, quæ certa & indubitata fide ipsi erãt exploratæ: tum spiritu sancto suggerẽte, qui eũ ad hoc opus elegerat: tum quod similiter audierat ab ijs, qui ab initio, domino uitæ & salutis authori astiterãt, & cuncta oculis suis uiderant, quique alijs ex præcepto domini uerbum euangelij subministrauerant. & hi erant apostoli, quorum & ipse comes in nonnullis esse potuit. Ergo haud ab re factum est, ut spiritu sancto impellente, rem omnem ab initio ad calcẽ usque accurate sectatus, deinceps euãgelicæ narrationis historiam perscribere sit aggressus. Ad quorũ utilitatẽ: Certe omnium fidelium qui sunt, qui fuerũt, & qui crediturí sunt: idque occasiõe Theophili præstantissimi cuiusdam uiri, qui adhuc catechuminus erat, & solo uerbo instructus, nõ etiã euangelico scripto: ad cuius pleniorem instructionem, Lucas se euangeliũ suũ scribere testat. Hæc est præfatiõis, qua solus Lucas usus est, intelligẽtia. Sed age, quãuis Lucas, spiritu sancto impellẽte, scribat, ut & cæteri Euãgelistæ (sicut scriptũ est:
Ezech. 1. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebãtur) nõ ne etiã aliqua uidit, quæ & scribit? Arbitror equidem eũ uidisse: nam Syrus erat & Antiochenus: & ea pars terræ, Iudæa & Galilæa paulo oriẽtalior: haud ita multũ distabat à Sidone & Tyro, ad quas terræ plagas cognoscitur dominus profectus, et inibi miseratiõis suæ diuinas uirtutes operatus. Quibus auditis, uero absimile nõ est, & Syros, & Phœnices, & è Sidonijs & Tyrijs plerosque sequutos fuisse dominum. Quod si qui illum sequuti fuerint, quis dubitare debeat Lucam unum ex illis fuisse, quem futurum sibi euangelistam diuina delegerat præscientia? Verum à principio se nõ affuisse testatur. Nam soli affuerũt apostoli. Nullus tamen euangelistarum ordinem diuinæ historiæ tam diligẽter sequi uidetur, atque ipse, ut qui omnia à principio ad finem usque suo ordine texit. Quod uel ex sequentibus (deo legentium reuelante oculos) ad gloriam eius fiet permanifestum.

CAPVT PRIMVM

1 EVit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias de uice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabet. Erant autem iusti ambo ante deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. 5 Et non erat illis filius, eo quod esset Elizabet sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis suæ ante deum. Secundum consuetudinem sacerdotij sorte 10 exijt, ut incensum poneret, ingressus in templum domini. Et omnis mul
2 titudo populi erat orans foris hora incensi. ¶ Apparuit autem illi angelus domini, stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, uidens, & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua Elizabet pariet tibi 15 filium

filium, & uocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebũt. Erit enim magnus coram domino, & uinum & siceram nõ bibet. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ: & multos filiorum Israẽl conuertet ad dominum deum ipsorum.
20 Et ipse præcedet ante illũ in spiritu & uirtute Heliæ, ut conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare domino plebem perfectam. ¶ Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? Ego 3
enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. ¶ Et respõdens ange 4
lus, dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante deũ, & missus sum loqui ad te,
25 & hæc tibi euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem, quo hæc fiãt: pro eo quod nõ credidisti uerbis meis, quæ implebũtur in tempore suo. ¶ Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur 5
quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos: & cognouerũt quod uisionem uidisset in templo. Et ipse erat innuẽs illis,
30 & permãsit mutus. ¶ Et factum est, ut impleti sunt dies officij eius, abijt in 6
domum suam. Post hos autem dies concepit Elizabet uxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: quia sic fecit mihi dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobriũ meũ inter homines. ¶ In mense autem 7
sexto missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomen Na
35 zareth, ad uirginem despõsatam uiro, cui nomẽ erat Ioseph de domo Dauid, & nomẽ uirginis MARIA. Et ingressus angelus, ad eam dixit: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. ¶ Quæ cum audis- 8
set, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. ¶ Et 9
ait angelus ei: Ne timeas MARIA, inuenisti enim gratiam apud deum. Ec-
40 ce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius IESVM. Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dominus deus sedẽ Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius non 10
erit finis. ¶ Dixit autẽ MARIA ad angelũ: Quomodo fiet istud, quoniam 11
uirũ non cognosco? ¶ Et respondens angelus, dixit ei: Spiritus sanctus su-
45 perueniet in te, & uirtus altissimi obũbrabit tibi. Ideoque & qd' nascetur ex te, sanctum, uocabitur filius dei. Et ecce Elizabet cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, quæ uocatur steri
lis: quia nõ erit impossibile apud deum omne uerbum. ¶ Dixit autem MA 12
RIA: Ecce ancilla domini, fiat mihi secũdum uerbum tuum. Et discessit ab
50 illa angelus. ¶ Exurgens autem MARIA, in diebus illis abijt in montana, 13
cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & sa
lutauit Elizabet. ¶ Et factum est, ut audiuit salutationem MARIAE Eli- 14
zabet, exultauit infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto Elizabet, & exclamauit uoce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedi
55 ctus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit
in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidisti: quoniã perficien=
15 tur ea quæ dicta sunt tibi a domino. ¶ Et ait MARIA: Magnificat anima
mea dominũ. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respe=
xit humilitatem ancillæ suæ: ecce em̃ ex hoc beatam me dicent omnes ge= 60
nerationẽs. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctũ nomen eius. Et
misericordia eius a progenie in progenies, timẽtibus eum. Fecit potentiã
in brachio suo, dispersit superbos mẽte cordis sui. Deposuit potẽtes de se
de, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit ina=
nes. Suscepit Israël puerũ suum recordatus misericordiæ suæ. Sicut locu= 65
16 tus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula. ¶ Mansit autẽ
MARIA cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in domum suam.
17 ¶ Elizabet autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et au=
dierũt uicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiã suã
18 cum illa, & congratulabantur ei. ¶ Et factũ est, in die octauo uenerunt cir 70
cuncidere puerum, & uocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et re=
spondens mater eius, dixit: Nequaq̃, sed uocabitur Ioannes. Et dixerunt
ad illam, quia nemo est in cognatione tua, qui uocetur hoc nomine. Innue
bant aũt patri eius, quem uellet uocari eum. Et postulans pugillarem, scri=
19 psit, dicẽs: Ioãnes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. ¶ Apertũ est au= 75
tem illico os eius & lingua eius, & loquebatur benedicens deum. Et factus
est timor super omnes uicinos eorũ, & super oãia montana Iudææ diuul=
gabantur omnia uerba hæc, & posuerũt omnes qui audierãt in corde suo,
20 dicentes. Quisputas puer iste erit? Etem̃ manus domini erat cum illo. ¶ Et
Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, & ꝓphetauit, dicẽs. Bene= 80
dictus dominus deus Israël: quia uisitauit & fecit redemptionẽ plebis suæ
Et erexit cornu salutis nobis, ĩ domo Dauid pueri sui: Sicut locutus est p
os sanctorum, qui a seculo sunt prophetarũ eius. Salutem ex inimicis no=
stris, & de manu omnium qui oderũt nos. Ad faciendam misericordiam
cum patribus nostris, & memorari testamẽti sui sancti. Iusiurandũ quod 85
iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturũ se nobis. Vt sine timore de
manu inimicorũ nostrorum liberati seruiamus illi: In sanctitate & iusticia
corã ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer prophetà altissimi uocabe=
ris: præibis em̃ ante faciem domini parare uias eius. Ad dandam scientiã
salutis plebi eius in remissionem peccatorũ eorum. Per uiscera misericor= 90
diæ dei nostri, in quibus uisitauit nos oriẽs ex alto. Illuminare his qui in
tenebris & in umbra mortis sedẽt, ad dirigendos pedes nostros in uiã pa=
21 cis. ¶ Puer autẽ crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis usq̃
in diem ostensionis suæ ad Israël.

ANNOTAT. BREVES LIII. CIRCA LITERAM. CAP I.

6 sine que

6	sine querela.	43	fiet	65	memorari
	ἄμεμπτοι		ἔσται		μνησθῆναι
	irreprehensibiles		erit		ut recordaretur
7	filius;	45	Ideo – q̃	65	misericordiæ – suæ,
	τέκνον	45	quod nasceẽ – ex te,	66	in secula.
	proles	50	in montana		εἰς τὸν αἰῶνα
11	sorte exijt		εἰς τὴν ὀρεινὴν		singulare,
	ἔλαχε		in mõtanã: s. regionẽ	67	quasi
	sortitus est		singulare.		ὡσεὶ
12	Apparuit	52	MARIAE		fere,
	ὤφθη		τῆς μαρίας		circiter
	Visus est	53	exultauit	70	congratulabantur
21	parare		ἐσκίρτησε		συνέχαιρον
	ut paret		subsilijt,		congaudebant
22	perfectam.		subsultauit	70	circuncidere
	κατεσκευασμένον		& infra,		ut circunciderent
	apparatam,	57	in gaudio	74	quem uellet
	dispositam		ἐν ἀγαλλιάσει		τὸ τί ἂν θέλοι
22	Vnde hoc sciam?		in exultatione		quid uellet
	κατὰ τί γνώσομαι	57	quæ credidisti	77	super oĩa montana
	In quo cognoscam?		ἡ πιστεύσασα		ἐν τῇ ὅλῃ ὀρεινῇ
26	pro eo quod		quæ credidit		in tota montana. s. re=
	eo quod	58	tibi	79	Et – em̃ (gione
30	officij		αὐτῇ	81	plebis
	τῆς λειτουργίας		ei		τῷ λαῷ
	ministerij	60	humilitatem		datiuus,
33	auferre		τὴν ταπείνωσιν	83	sunt prophetarũ eius
	ut auferret	60	ex hoc *νῦν nunc		fuerũt, ꝓphetarũ suo=
25	nomen – erat	61	magna	85	memorari (rũ
36	MARIA		μεγαλεῖα		μνησθῆναι
	μαριάμ		magnalia		ad recordandum
	& infra.	62	à ꝓgenie in ꝓgenies	86	daturum – se
36	gratia plena,		εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν		τοῦ δοῦναι
	κεχαριτωμένη		in generationẽ & ge=		ut daret
	gratia repleta		nerationem	88	nostris
	participium.	63	mente		τῆς ζωῆς ἡμῶν
37	in mulieribus.		διανοίᾳ		uitæ nostræ.
	ἐν γυναιξίν		cogitatione	88	puer
	inter mulieres	63	Deposuit potentes		τὸ παιδίον
37	cum audisset,		de sede:		diminutiuum,
	ἰδοῦσα		καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ		infra,
	cum uidisset		θρόνων	89	scientiam
42	in domo		Detraxit potentes de		γνῶσιν
	ἐπὶ τὸν οἶκον		thronis,		cognitionem
	super domum,		Detraxit primores	90	peccatorũ – eorũ.
42	in æternum,		de sedibus	91	oriens
	εἰς τοὺς αἰῶνας	64	dimisit		ἀνατολὴ
	in secula		ἐξαπέστειλε		sustantiuum.
	plurale.		emisit	91	Illuminare

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἐπιφάνειν ut illuminaret, 93 ut illucesceret, confortabatur ἐκραταιοῦτο potens fiebat

COMMENTARIVS IN CAPVT PRIMVM.

ORdit Lucas euangeliũ suũ à sacerdotio, dicens. ¶ Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam noĩe Zacharias de uice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabet. Erant aũt iusti ambo ante deũ, incedentes in oĩbus mandatis & iustificationibus dñi sine quærela. Et nõ erat illis filius, eo ꝙ esset Elizabet sterilis: & ambo pcessissent in diebus suis. Factũ est aũt cum sacerdotio fungereẽ Zacharias in ordine uicis suæ ante deũ. Secundũ consuetudinẽ sacerdotij, sorte exijt, ut incẽsum poneret, ingressus in templũ dñi. Et omnis multitudo populi erat orans foris, hora incensi. ¶ Iste Herodes est, de quo meminit Matthæus cap. 2. numero. 8. sub quo CHRISTVS natus est. Et quod hic Græce dicitur ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά, perinde est ac de familia, siue de uice Abia. Nam sacerdotes per familias & uices suas, sicut sors illis obtingebat, ministrabãt tẽplo. Erat aũt Zacharias sacerdos, & uir sanctus, sed senex, & sine prole ex Elizabet. Et uxor eius Elizabet identidem mulier sancta, sed sterilis & infœcunda. Et uterq; e tribu Leui, cũ & ipsa ex filiabus Aaron esset. Sed quomõ, inquies, ex filiabus Aaron, cũ esset cognata uirginis deiparæ? Et ecce, inqt angelus, Elizabet cognata tua) uirgo aũt & ex patre & ex matre de tribu Iuda esse dicat? Hoc nihil, phibet. Nã mr Elizabet de tribu Iuda erat, & soror Annæ matris uirginis deiparæ: sed natu minor, quæ uirũ habuit Aaronitem, ex quo nata est Elizabet cognata uirginis ex parte matris, quæ ex Iuda erat, & ut uirgo ex stirpe Dauidica: de q̃ latius super epistolã Pauli ad Heb. ubi de genealogia CHRISTI agitur, aliquando (prout indulsit dominus) disseruimus. Cum autẽ sors Zachariæ obuenisset, ut Hierosolymis adoleret incensum coram dño, summi sacerdotis fungens officio, ingressus est sanctuariũ, ut offerret incensum, & populus stabat foris
Leuiti. 16. orans. Ipse uero solus ingressus est, ut præcipitur Leuitici. 16. Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex sanctuarium ingreditur, ut roget pro se & pro domo sua, & pro uniuerso cœtu Israël, donec egrediatur tabernaculum. Verum non solus fuit in sanctuario: nã angelus domini illic ei apparuit, ut aperit Lucas, dicens.

2 ¶ Apparuit autem illi angelus domini, stans à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est uidens, & timor irruit super eum. Ait aũt ad illum angelus: Ne time as Zacharia, quoniã exaudita est deprecatio tua. Et uxor tua Elizabet pariet tibi filium, & uocabis nomen eius Ioannẽ. Et erit gaudiũ tibi & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit em̃ magnus coram domino, & uinum & siceram non bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ, & multos filiorũ Israël conuertet ad dominũ deum ipsorum. Et ipse præcedet ante eum in spiritu & uirtute Eliæ, ut conuertat corda patrũ in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum parare domino plebẽ perfectã. ¶ Quia Zacharias prouectæ erat ætatis, & Elizabet uxor eius identidẽ, ita ut iam annos excessisset pariendi, nõ amplius eos tũ concredi solitos: sed cœlibem uitam agere uerisimile est, quandoquidẽ ambo erant iusti ante deũ, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela, id est, sine reprehensiõe ulla. Atqui illud potius intẽperantiæ adscribi debere uideretur, cũ iustificationi implendæ, quæ est ad suscitandã prolem. Et ideo ad gignendã prolem, quæ illis miraculo & supra naturã diuino indultu debebatur, mittendus fuit angelus, ut ipsi thoro subinde intenderẽt: quos nulla cõcupiscentia, sed dei oraculũ iungeret ad prolem gignendã. Cuius gratia ipsum Zachariã frequenter orasse, ut ex angelo intelligit, certũ est; sed eo tempore exauditũ, quo nulla illi

prolis

prolis ultra habendæ ex Elizabet spes relicta erat: ut ne angelo quidem nunciante id esse possibile crediderit: cũ tamen ille talẽ ac tantũ ipsi ex illa filiũ nunciaret nasciturũ, ut qui nomen Ioannes à dei gratia habiturus erat, sola dei gratia natus, gratia dei plenus uel ab utero: quiq; gaudio in natiuitate sua futurus erat, nõ uicinis solum, & ijs qui Zachariam & Elizabet ob uitæ sanctimoniam diligebant, sed oĩbus quoq; sanctis, filij dei aduentũ desiderantibus; quia scriptũ erat: Sacerdotes eius induam salutari, & sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu Dauid, parauí lucernam CHRISTO meo: & insuper: Ecce mittam angelũ meũ, & p̃parabit uiam ante faciẽ meam. Vtpote qui futurus erat magnus corã domino, & tãtus, ut inter natos mulierum ueteris legis, nullus esset maior Ioãne Baptista. In noua aũt lege, quæ est regnũ cœlorũ, maior erat eo. Qui uinũ & siceram nunq̃ bibiturus erat, id est neq; uerum neq; fictitiũ uinũ, aut quicq̃ quod inebriare posset. Qui spiritu sancto cũ adhuc in utero matris suæ esset, replendus erat: quod in salutatione superbeatæ uirginis matris dei adimpletum fuisse, nemo debet ambigere. Qui multos filiorũ Israël conuersurus erat ad dominum deũ ipsorũ. Quid em̃ aliud fecit, quàm præparare ad CHRISTVM? Qui præcursurus erat ante illum, scilicet deum ipsorum. Sed ante quẽ præcurrit? Ante dñm nostrũ IESVM CHRISTVM. Ergo hoc sermone angelus CHRISTVM fore deũ manifeste prænunciat. In spũ & uirtute Eliæ. In spiritu quidem, quia Ioannes secundũ intelligentiã spiritus erat Elias, De quo Malachiæ ultimo scriptũ est: Ecce ego mittam uobis Eliã pphetã, Malach. 4.
anteq̃ ueniat dies dñi magnus & horribilis. In uirtute aũt: siue ut Græce habetur ἐν δυνάμει, id est in fortitudine: quia in robore austerioris uitæ, & abstinentiæ, quæ pœnitentia esse solet, & quã nonnulli pœnitentiam putant: nam & cultor eremi, ut ille fuit: sed eminentior atq; rigidior: Nã de Elia scribitur. 3. Reg. cap. 17. Corui quoq; 3. Reg. 17.
deferebant ei panem & carnes mane: similiter panem & carnes uesperi, & bibebat de torrente. De Ioãne aũt apud Matthæũ: Venit em̃ Ioannes neq; manducans, ne Matth. 11.
que bibens. Ex quo intelligitur, in deserto, neq; pane neque carne usus. Quod ex Luc. 7.
Luca etiam cognoscitur, dicẽte dño: Venit aũt Ioannes Baptista, neq; manducãs panẽ, neq; bibens uinũ. Venit aũt in ea forma pœnitentiæ, ut conuerteret corda patrũ, id est eos q erãt ueteris legis: ad filios, i. eos qui erãt nouæ legis. Illi enim dicti sunt patres, ob uetustatis nomen: hi filij, ob nomenclaturam nouitatis. Venit inquã ut incredulos, qui nequaq̃ legi, literæ, & Moysi credebant, conuerteret ad prudentiam iustorum, quæ est fides CHRISTI, spiritus, & lex noua: quam qui habent, iusti sunt fide & gratia, suam iustiçiam non operibus attribuentes, sed gratiæ & misericordiæ: & si habeant opera fidei & sancta & bona, ac etiam multo meliora, q̃ quæ sunt legis, de quibus ait Paulus: Iustificati gratis per gratiam ipsius. Et quia Ioan- Rhom. 3.
nes ut & lex uetus, non adducebat ad perfectũ, sed præparabat, ut ueniẽte noua lege, perfectionem consummationemq̃ reciperẽt, addit angelus ἡτοιμασμένον, id est ut paret domino plebem perfectã, uel ut habetur Græce, κατεσκευασμένον, id est apparatam tanq̃ nondum perfectam, sed concinnatam, ut ad perfectionem adducatur. Et talẽ profecto & tantum decuit filium dei habere præcursorem. Sed tantæ magnitudini
rei Zacharias fidem non præstitit, subdente Luca. ¶ Et dixit Zacharias ad angelũ 3
Vnde hoc sciam? Ego em̃ sum senex, et uxor mea processit in diebus suis. ¶ Qd' signũ petit, unde hoc, inquit, sciam: incredulitatis est argumentũ, & insuper quod rationem in oppositum subiungit, dicens & suam & suæ uxoris ætatem suscipiendæ proli accomodam esse exactam. Subinde responsum angeli subdit Lucas, dicens:
¶ Et respõdes angelus, dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante deũ, & missus sum 4
loqui ad te, & hæc tibi Euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui usq̃

in diẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

» in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti uerbis meis, quæ implebũtur in
» tempore suo. ¶ Angeli ante deum astant, & testimonio Euangelico semper uidẽt
Matth. 18. faciẽ patris, qui in cœlis est: sed alij uicinius astant, ut qui sunt supremæ hierarchiæ:
alij semotius, ut qui sunt inferiorũ hierarchiarum. Inferiores qui à superioribus mit
tuntur, in persona mittentiũ loquuntur, ut angelus qui missus fuit Moysi, in perso-
Exod. 3. na dei, id est, mittentis loquebatur: Ego dñs deus tuus. Et maiores in maioribus
mittũtur mysterijs, & minores in minoribus. Hinc fit, ut uideri possit angelus in p-
sona mittentis locutus: Ego sum Gabriel, qui asto ante deum. Gabrielẽ em̃ prima
tem, qui est unus e` septem angelis uicinius astantibus ante deũ, hoc nosse myste-
riũ certũ est, ut cui incarnationis filij dei nunciandæ arcanũ demandatũ sit. Et proin
de qui uenit ad nunciandũ præconẽ, nomine eius missum uenisse, par esse uidetur:
sed talem ad seruũ nũciandum, qualem decuit: & talem ad dominũ omniũ regẽ nũ
ciandum, qualem decuit. Qui autem ad nunciandũ seruũ missus fuerat: ut quæ nu-
mero secundo prædicta sunt, Zachariæ annunciaret, quibus non credidit & signũ
petijt: dedit ei angelus signũ taciturnitatis, impotentiæq; concutiendi aẽris ad ædi-
tionem uocis, donec ex natiuitate infantis agnosceret oraculum, quod rei probauit
euentus. Et cum Zacharias plus solito in sanctuario moraretur, ad altare odorifero
suffitu, quomodo fieri solebat, implendum: populus qui foris præstolabatur ei-
5 » us egressum, morã illam uehementer mirabatur. Quod subdit Lucas, dicens. ¶ Et
» erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur quod tardaret ipse in templo. E-
» gressus autem non poterat loqui ad illos. Et cognouerunt, quod uisionem uidisset
» in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. ¶ Non poterat loqui ad il
los: quia usus uocis emittendæ, ad tempus illi ablatus fuerat: quod spiritus facile fa
cere potest, cum ea sit dei uoluntas: cum & quædam res naturales illam (ut de hiæ
nis & lupis dicitur) impedire soleant, licet modo penitus illi dissimili. Et ex signo
ablatæ locutiõis, coniectauit populus, quod uisionem uidisset. Et ipse illis signo in-
nuit ita esse, & permansit mutus Hierosolymis, donec tempus officij sui expletum
fuit, oĩa subiens munia, una loquendi facultate excepta, uice cuius omnia aut signo
aut scripto indicabat. Quo expleto uenit domũ suam, quæ in montana regione Iu
6 » dææ citra Bethleem fertur fuisse sita. De quo subdit Lucas. ¶ Et factum est, ut im-
» pleti sunt dies officij eius, abijt in domũ suam. Post hos autem dies, concepit Eliza-
» beth uxor eius, & occultabat se mẽsibus quinq;, dicens: quia sic fecit mihi dñs in di-
» ebus, quibus respexit aufferre opprobriũ meũ inter homines. ¶ Siue angelus, siue
maritus indicauit scripto uxori suæ Elizabeth diuinam uolũtatem, ad gignendam
prolẽ sanctam, casto thoro iuncti sunt & cõcepit Elizabeth: & à tẽpore illo occul-
tabat se, non prodiens in publicũ: sed in secreto gratias deo agens, eo tempore quo
dignatus est sic illã respicere, ut ipsam ab opprobrio infœcũditatis uindicaret: oc-
cultabat, inquã, se, donec partu edito ab oĩbus cognosceretur dei beneficio uisitata
Et iam quinq; mensibus se occultauerat, & sextũ intrarat, cũ annunciatus est filius
7 » dei ex uirgine incarnandus, dicẽte Luca. ¶ In mense aũt sexto, missus est angelus
» Gabriel à deo in ciuitatẽ Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginẽ desponsatã ui-
» ro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen uirginis MARIA. Et ingre
» sus angelus, ad eam dixit: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulie
» ribus. ¶ De Gabriele angelo illo primate id intelligendũ, & angeli nomen ad illas
etiam summe beatas substantias, quæ deo proxime hærent extendendũ: quæ à so-
lo deo suscipiunt imperiũ. Missus, inquit, est à deo. Quo? in ciuitatem Nazareth, q̃
Esa. 9. sita est in Galilæa in sorte Zabulon uicina tribui Nephthalim, de quibus Esaiæ p̃-
cesserat oraculũ. Primo tẽpore alleuiata est terra Zabulõ, & terra Nephthalim et
nouissimo aggrauata ẽ uia maris trãs Iordanẽ Galilææ gentiũ. Populus q̃ ambula
bat in

bat in tenebris, uidit lucem magnam: habitãtibus in regione umbræ mortis, lux ortа est eis. Ad hæc Nazareth, quæ à germine nominatur, conueniens annunciatio-
nis locus erat: quia scriptum est in Esaia iuxta Hebraicam expressionem: Egredie Esa. 11.
tur uirga de radice Iessæ, & germẽ de radice eius ascendet. Hoc aũt germen CHRI
STVS dñs, qui in ciuitate diuini germinis & annunciatus & conceptus est. Et ad
quã missus est? Ad uirginem desponsatam uiro: sed intactam, & à uiro nunq̃ tan-
gendam. Cur ergo desponsatam? ut impleretur oraculũ Esaiæ: Ecce uirgo concipi Esa. 7.
et, & pariet filiũ, & uocabitur nomẽ eius Emmanuel. Vbi ALMA, id est uirgo, nõ
solũ dicit uirginẽ, sed uirginẽ absconditam. Vt ergo concipiens pariens q̃ dei filiũ
esset uirgo abscondita, decebat eam esse desponsatam. Quẽ em̃ nõ lateret, quæ cõ
cipit & parit & uirũ habet, esse uirginẽ? cũ & hoc dũ illa concepit, propriũ uirũ latu
isset (sic uirgo erat abscondita) nisi id ille ab angelo didicisset. Vir eius, Ioseph ap-
pellabatur, eratq; de stirpe & familia Dauid. Et uirginis tam unice à deo honora-
tæ, nomen erat MARIA, quæ etiam de stirpe & familia Dauid erat. Et ingressus
angelus supernæ legationis princeps, cõpluribus alijs angelis (ut uerisimile est, qd̃
etiam nonnullis legitur diuinitus reuelatũ) decenter comitatus, uti par erat ad tan
tum arcanũ (quo nunq̃ maius nunciatũ est in terris, neq; futurum est, ut nuncietur
aliquando) nunciandum: ingressus, inquam domũ, dixit ad illam: Aue gratia plena
dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. χαῖρε, apud Græcos gaudiũ designat.
SALOM apud Hebræos pacem. Aue apud nos, quod ab auendo dicitur, ex re ni
mirũ cupita, desiderataq; gaudium. Hoc ergo uerbo, gaudiũ uniuerso mũdo & pax
annunciata est: non enim priuatũ erat quod gerebatur mysterium, sed publicum.
κεχαριτωμένη, apud Græcos participiũ est, gratia repletam significans: sed non exte-
riore & humana, quanq; & ea non deesset, sed interiore & diuina. Et certe eo ma-
gis, quàm cæteræ illa repleta fuit, quo cæteris erit capacior: ut quæ facta erat ut de-
um cœli terræq; dominum, in suo uirgineo utero conciperet. Sed an id, gratia ple-
na, gratiam solum nominet præsentem? Minime: nam κεχαριτωμένη præteritum est
quod perinde sonat ac si dicatur, gratia referta: quæ & sic referta, sic repleta fuit, ut
nunquàm caruerit gratia: quid enim deum impedire potest? Sed nec tunc carebat
nec unquàm postea erat caritura. Ideo subiungit angelus: Dominus tecum: ut qui
semper cum ea & erat, & futurus erat, tanquã cũ ea quæ semper fuit gratia repleta
semperq; futura erat. Quod cũ ita esset, non ab re subintulit: Benedicta tu in mulie
ribus. Mulier quæ peccatũ intulit mundo, quid aliud audiuit, q̃ maledictionis uer-
bum: Multiplicabo erumnas tuas? Quid ergo, quæ paritura erat mũdo gratiã, gau Gen. 3.
diũ, salutem, audire debuit, nisi benedictionis uerbũ: Benedicta tu inter mulieres?
Porro` ut illa fuit uniuersalis mali initiũ ex seipsa, facta se inferior, & afflatu malig-
ni, in hoc maledicta plus q̃ cæteræ mulieres: sic ista fuit nõ ex se, sed supra se & dei
dono inter mulieres totius boni, totius q̃ gratiæ initiũ, in hoc benedicta plus q̃ cæ-
teræ mulieres. CHRISTVS aũt absolute & simpliciter totius boni initiũ, ut & A-
dam potius nobis initiũ mali, q̃ Eua fuisse creditur. Et sic sane` intelligendũ est id,
Benedicta tu in mulieribus, benedicta tu inter mulieres, & plus q̃ cæteræ mulieres
Et quæ aliarũ mulierũ semper fuit repleta gratia, adeo ut semper dominũ secũ ha-
buerit, ut & ipsa singularis uirgo, quæ cũ ab angelo salutabatur, oĩm mulierũ q̃ sunt
quæ fuerunt, quæq; futuræ sunt præuentiõe benedictionis & gratiæ erat sanctissi-
ma? Quid nũc, cũ deũ cœli mũdo peperit? Quæ cũ uerba angeli uerissima essent,
» aliquantulũ, auditis illis suis præconijs, turbata est, ut ait Lucas, dicens. ¶ Quæ cũ 8
» audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. ¶ Quæ
nam uidens angelũ, & eũ quidẽ insolita luce, ut credunt & scribunt nonnulli, coru
scũ (nã si lux circũfulsit pastores, salutatam matrem filij dei, & regis angelorũ atq;
hoĩ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

hominũ circunfulsisse peruerisimile uidetur) & audiens tam immodicam sui com-
mendationem, non turbaretur? Merito ergo uirgo omniũ, quæ unquàm fuerunt,
humillima, modestissima, castissima turbata est; & cogitabat quidnã ptenderet hæc
tam rara, tam sublimis, tam insolita salutatio. Sed angelus continuo mentẽ eius se-
9 „ dauit, aperiens ei, q̃lis & gratia cuius esset ista salutatio: ut aperit Lucas, dicẽs ¶ Et
„ ait angelus ei. Ne timeas MARIA, inuenisti em̃ gratiã apud deum. Ecce concipi-
„ es in utero, & paries filiũ, & uocabis nomẽ eius IESVM. Hic erit magnus, & filius
„ altissimi uocabit. Et dabit illi dominus deus sedẽ Dauid patris eius. Et regnabit in
„ domo Iacob in æternũ, & regni eius non erit finis. ¶ Ne timeas, inquit, MARIA,
quasi diceret, ne turberis. Qd te dixi gratia repletã, & dominũ esse tecũ, tecq; in mu
lieribus benedictã, non te, sed deum respexi, à quo hæc munera in te uenerũt: quia
præ cæteris inuenisti gratiã apud deum. Sed cur te solam hac gratia dignatus est?
Quia ecce in utero concipies, & paries filiũ, & uocabis nomen eius IESVM, id est
salutẽ, salutare, saluatorẽ. Et ut sciret quantus esset, qui ex ipsa nasciturus erat, ad-
iungit angelus: Hic erit magnus, & filius altissimi uocabit. Et dabit illi dominus de
us sedem Dauid patris eius. Et regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ
erit finis. Cũ dicebat angelus, & uocabis nomen eius IESVM: insinuabat ipsum fo
re Mesiã, qui saluaturus erat mundũ. Et cum id, Hic erit magnus: fore absolute ma
gnum, alioqui quomodo filius altissimi? Et cum id, & filius altissimi uocabit: simul
nomen eius fore filiũ dei: simul ipsum, patrem secundũ carnem non esse habiturũ.
Et cum id, Et dabit illi dominus deus sedẽ Dauid patris eius: uirginẽ de domo Da
uid esse: & qui ex ea nasciturus erat, regem totius Israël fore: & hoc à deo, nõ homi
num dono. Dabit, inquit, illi dominus deus sedem Dauid patris eius. Sed q̃ regnũ
hoc nõ foret humanum, temporale, & in fastu hominum collocatum, sed diuinum,
æternũ, & uere gloriosum; hoc ostendebat, Et regnabit in domo Iacob in æternũ,
& regni eius non erit finis. Domus Iacob, domus fideliũ est, & omniũ qui in spiri-
tu renouati, carnẽ, carnisq; opera, pariter & concupiscentias eius supplantauerũt.
Daniel.7. Et hoc est regnũ de quo in Daniele dicitur: Potestas eius potestas æterna, quæ nõ
auferetur, & regnum eius quod nõ corrumpetur. Quæ cum audisset uirgo, ulteri-
10 „ us interrogauit angelum, ut subiungit Lucas, dicens. ¶ Dixit aũt MARIA ad an-
„ gelum. Quomodo fiet istud, quoniam uirum nõ cognosco? ¶ Quod uirgo, diuina
præuenta gratia, inquit: Quomodo fiet istud: hoc nõ est dubitantis (angelo em̃ cre
diderat) sed modum arcani mysterij inquirentis. Quod autem subdit, quoniam ui-
rum non cognosco: more Hebræorum dictum est, pro nõ cognoscam, qui eadem
uoce præsens futurumq; designant. Et præsentis forma, certitudinẽ: futuri uero in
telligentia propositi decretum monstrat. Nec mirum uideri debet, uirginem He-
bræam, Hebræorum more, tum ad certitudinem, tum ad perpetuæ uirginitatis in-
sinuandum propositum, fuisse locutam. Ex hac ergo uirginis ad angelum allocuti
one intelligi debet perpetua eius uirginitas. Et quia de modo interrogauit, ideo
11 „ modũ angelus eam docet: ut subdit Lucas, dicens. ¶ Et respondens angelus, dixit
„ ei: Spiritussanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; &
„ quod nascetur ex te, sanctum, uocabitur filius dei. Et ecce Elizabet cognata tua, &
„ ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis sextus est illi, quæ uocatur steri
„ lis: quia non erit impossibile apud deum omne uerbũ. ¶ Spiritussanctus, inquit, su
peruenìet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: quasi dicat, hoc fiet spiritussan-
cti, & filij, & patris æterni intima operatione. Quid em̃ est, Spiritussanctus super-
ueniet in te, nisi spiritussanctus desuper ad intimam huius mysterij operationẽ in
te descendet? ubi aperte & sine inuolucro est spiritussanctus, & cum subiungitur,
uirtus, hic est filius: cũ uero, altissimi, hic est pater. Quid ergo est, Et uirtus altissimi
obumbrabit

obũbrabit tibi: nisi filius patris æterni carne uestiet, abscõdeturq; in te, sicut scripsit
Esaias: Tantum in te est deus, & non est deus absq; te: uere tu es deus abscõditus. Esa.45.
Et subiungit: Ideoq; quod ex te nascetur, carne scilicet uelatum & occultatum, so-
lum deum habẽs patrem, & te uirginem matrem. Sanctum, imo sanctum sancto-
rũ, de quo prænunciatũ est à Daniele, Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt. Daniel.9.
Et subditur: Vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatũ, & deleatur
iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur uisio & prophetia, & unga
tur sanctus sanctorũ. Vocabitur filius dei: quia reuera filius dei, & filius dei nomen
eius, sicut scriptum est: Ante solẽ INNON nomẽ eius. Sed age cũ adijcitur: Ideoq; Psal.71.
& quod nascetur ex te sanctũ uocabitur filius dei: num id sanctũ ad uocabitur iũgi
potest, ut sit sensus, sanctũ uocabitur, scilicet filius dei? Ex Luca nõ uidet: nã sic ha-
bet, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον· ubi γεννώμενον adiectiuum est, ἅγιον autem substantiuum,
inter quæ hoc modo distinctionẽ sermonis aptitudo nõ recipit: neq; etiã Græci &
Latini aliter distinguere soliti sunt, quàm distinctiõis nota ab illis post ἅγιον, ab istis
post sanctum posita. Subinde uero angelus uirgini annunciat conceptionem præ-
cursoris. Et ad hoc ipsum præcipue annũciat, ut modi cõceptionis filij dei supra na
turam possibilitatem insinuet, adijciẽdo communem fidei regulam, cum ait: Quia
non erit impossibile apud deum omne uerbum, id est factum quodcunq; uoluerit,
quantumq; etiam supra naturã fuerit: cui regulæ uirgo firmissima fide inhærebat.
Neque hoc quod dictum est, Quia nõ erit impossibile apud deum omne uerbum:
ideo dixit angelus: qd ex cõceptu partuq; sterilis, fidẽ astruere uellet cõceptus par
tus ue uirginis. Nã multæ iam steriles uisæ fuerãt concipere & parere, ut Sarra, Re-
beca, & Rachel: at nulli unquam uirginum id contigisse uisum fuerat. Et quod ma-
gis uidetur, non approbat id quod minus: sed contra. Ad hæc uirgo iã credebat, &
etiam (si eam oraculũ Esaiæ non fugiebat) uirginem pariturum. Sed ut iã dictũ est,
angelus expressit cõmunẽ fidei regulã, cui & uirgo firmissime inhærebat, & se cõ-
cepturam & pariturã etiam intacta uirginitate, posteaquã ita deo placitũ erat, nihil
„ prorsus diffidebat. Et ideo responsum fide plenũ dedit angelo, dicẽs. ¶ Dixit autẽ 12
„ MARIA: Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundum uerbũ tuũ. Et discessit ab illa ange-
„ lus. ¶ Hoc responsum non fide modo, sed & sanctissima humilitate plenissimũ est.
Audierat enim ab angelo se futuram matrẽ salutaris, id est Mesiæ, matrem filij altis-
simi, matrẽ regis, qui regnaturus esset in domo Iacob in æternũ: & cuius regni non
esset futurus finis. Sed non respõdit: Ecce futura mater Mesiæ, mater filij altissimi,
mater regis æterni: sed, Ecce ancilla, ecce serua dñi: id enim δοῦλα significat: nihil
prorsus sibi tribuẽs, sed se & sua omnia dei esse protestans, ac se suaq; oĩa deo subij-
ciens. Et id: Fiat mihi secundum uerbũ tuũ, secundum nuncium tuum, secundũ ora-
culum tuũ: assentiẽtis est, & toto animo sanctoq; uoto domino suo gratulãtis. Quo
dicto, secreta operatione spiritus sancti, imo superdiuinæ trinæ beatitudinis, uirtus
altissimi obũbrauit ei, carneo contecta uelamento. Et tũc ab ea repente discessit an
gelus, ut suo iã perfunctus officio, missus e lõginquo discedere solet, & suo iã præ-
sente rege, nũcius. Sed quid faceret deo plena, nisi id ad quod diuinus ipellebat spi
ritus e supernis ipsi illapsus: impellebat aũt, ut cognatã quæ iã ante menses quinq;
concepisse, diuino nũcio referente didicerat, uisitaret. Quod & eam fecisse, hic ex-
„ primit Lucas, dicens. ¶ Exurgens autem MARIA in diebus illis, abijt in montana 13
„ cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Eli
„ zabet. ¶ Quid est, Exurgẽs autẽ MARIA: nisi itineri se accingẽs, abijt in mõtana
cũ festinatione? Neq; de societate est ambigendũ: abijt enim comitata quibus opor
tuit, cuius etiã semp̃ custodes erãt angeli, quibus cognata est uirginitas, & qui nun-
quã sibi similiorẽ habuerant, quàm eã quã iã habebant dominã, & se gratia superio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rẽ. Societatẽ ergo (etsi nõ scripsit Lucas) intelligendã tamẽ reliquit ex profectiõe, per lõga etiã terræ, pmissiõis spacia, ad mõtana scilicet Iudææ, quo' abiuit paululũ deflectendo ad meridiem, ut in domũ ueniret Zachariæ, quam paulo citra Bethleẽ sitam fuisse memorãt. Quã ubi intrauit uirgo deo fœta, salutauit Elizabet cognatã suã. Et q̃ fuerit felix hæc salutatio, & benedictiõe dei plena, indicat Lucas, subdẽs.

14 „ ¶ Et factum est, ut audiuit salutationẽ MARIAE Elizabet, exultauit infans in ute
„ ro eius. Et repleta est spũ sancto Elizabet, & exclamauit uoce magna, & dixit: Be-
„ nedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Et unde hoc mihi, ut ue
„ niat mater domini mei ad me? Ecce enim, ut facta est uox salutatiõis tuæ in auribus
„ meis, exultauit in gaudio infans in utero meo. Et beata quæ credidisti, quoniã per-
„ ficiẽtur ea, quæ dicta sunt tibi à domino. ¶ Exultauit infans, ἐσκίρτησε subsilijt, sub-
sultauit infans in utero meo: qui à conceptu penè sextimestris erat. Et impletũ est, quod ab angelo Zachariæ dictũ fuerat: & spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Ad hoc ergo ipsum à spiritu impulsa fuerat uirgo, ut iret ĩ domũ Zachariæ: ut præcursor domini spiritu sancto repleretur ex utero matris: & nõ solũ præcursor, sed & Elizabet mater illius, quæ & spũ filij sui simul repleta fuit. Quo spiritu plena, in hanc uocẽ prorupit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui. Quod hic dicitur, Benedicta tu inter mulieres: eadẽ uerba cõtinet qbus eam dixit angelus benedictã, imo' eadẽ est benedictio: ut hic confirmationem dicti angelici, à spiritu sancto, p quẽ Elizabet loquebatur, intelligamus esse factã. Qui te ergo nõ dicit benedictã inter & supra mulieres o uirgo, ppter diuinæ electiõis sortem, diuinumq̃ placitũ beatissima, & sublimis uirtutis, angelũ & spiritũ sanctũ facit mẽdacem. Et adijcitur, Et benedictus fructus uẽtris tui: ut absolute bñdictus, & super omne benedictũ benedictus ĩtelligatur. Sed & ex his uerbis Elizabet, imo' spiritus sancti ĩ ea loquẽtis, ĩtelligitur beatissima uirgo, nõ more aliarũ filiũ dei habuisse in utero: nã in cæteris, fœtus etiã masculus, citra quadragesimũ diẽ animatus non creditur. atqui illa primo mẽse, qui erat sextus Ioãnis, audijt id, Benedictus fructus uẽtris tui. Tũc ergo erat perfectus: neq̃ enim spiritus sanctus, qui fuerat artifex, ulla ad hoc diuinũ opus peragẽdum mora egebat. Quinetiã Ioannes adhucin utero clausus, dominum suũ agnouit, etiã uirgineis latebris occultatũ. Sed & adiecit Elizabet eodẽ acta spiritu, q & spiritus est prophetarũ: Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? ubi confitebatur eam matrẽ Messiæ, matrẽ dei & regis sui, & se omnino ex se fuisse indignã, ut à tãta uisitaretur sublimitate. At deus q ad infirma descenderat, ut seruum redimeret: uoluit in sui aduentus primordijs, suũ uisitare seruum, & eũ de claustris maternis intra claustra materna sanctificare. Et fatetur Elizabet quod euangelista prædixerat in salutatione uirginis infantẽ subsultasse, & præ gaudio gestijsse in utero suo. Ac fidem uirginis cõmendat, ut quæ uerbis angelicis minime fuerit incredula, & in hoc beata. Et quæ à spiritu sancto per angelũ fuerant promissa, cõfirmat: dicens quod perficerentur ea quæ erãt illi à domino per angelũ nũciata, scilicet quod esset conceptura & paritura filiũ, quem uocaret IESVM. Qui magnus futurus esset, & filius altissimi uocandus. Cui daturus esset deus regnũ Dauid patris ipsius, & regnaturus esset super domũ Iacob in æternũ, & regni eius non esset futurus finis. Quorũ iã aliqua facta erant. Nam iam uirgo ex spiritu sancto & obũbratione uirtutis altissimi cõceperat. Ideo dicit, & perficientur: quandoquidẽ iã aliqua facta erant. Quod si Elizabet spiritu infantis sui repleta erat, tãto magis MARIA mater dei spiritu ĩfantis sui repleta fuit, quãto CHRISTVS capacior Ioãne, et filius dei & uirgis filio uiri et mulieris. Quo spiritu plenissima hæc prorupit in hymnum qui sequitur, diuinæ laudis, & spiritualis iubilationis refertissimum, dicẽte Lu-

15 „ ca, ¶ Et ait MARIA: Magnificat aniã mea dominũ. Et exultauit spũs meus in deo

salutari

„ salutari meo. Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ: ecce enim ex hoc, beatã me di-
„ cent omnes generatiões. Quia fecit mihi magna qui potẽs est, & sanctum nomen
„ eius: Et misericordia eius à progenie in progenies, timẽtibus eũ. Fecit potentiã in
„ brachio suo, dispersit supbos mẽte cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exalta
„ uit humiles. Esuriẽtes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israël pue
„ rum suũ, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus ẽ ad patres nostros, Abrahã et
„ semini eius ĩ secula. ¶ Quæ magnũ spiritũ capit, magnificare potest deũ: at uirgine MARIA, quãnam fecit deus spiritus sui capaciorẽ, qui fecit illam filij sui capacem? Potuit igitur eius anima præ alijs magnificare deũ, magnitudinẽq̃ eius, in cuius respectu, & quem solum æstimabat magnum, ut reuera erat, nihil magnũ est æstimandum. Quæ cũ plena esset spiritu dei, cui proprius agglutinatus erat spiritus, in quo exultare potuit, nisi in deo: quem cum omnibus, sed supra omnes suũ habebat salutare, unde omne bonum suũ pẽdere agnoscebat? Ac totus iste hymnus in magnanimitate spiritus, quæ est profundissima sui humilitas, oĩa deo tribuẽs & sibi nihil, conditus est. Hinc agnoscit uirgo humillima, non esse suũ, quod omnes generationes dicturæ sunt ipsam beatã: sed illius qui respexit humilitatẽ, exiguitatẽ, & (ut sic dicam) nihilitatẽ ancillæ suæ, seruæ suæ: quæ enim esset uoluntas seruæ, nisi domini sui? Quod agnoscere, ad uere' humilem spiritu spectat. Non suũ (inquam) esse, sed illius qui fecit ipsi magna. Se paruam, imo' nihil ex se æstimabat: sed dei dona in se magna, imo' deum ipsum magnum agnoscebat, fatebaturq̃ propter respectũ dei, & magna dona eius, quæ ipsi fecerat: postea oẽs generationes ipsam dicturas beatam, & se nõ aliter alio ue respectu, quàm dei & propter deum, qui ipsi tãta fecerat, dici debere beatam. Videamus ergo ne nos excludamus à generatiõibus, & generationibus quidem dei, quæ solæ uere' sunt, dicẽdo eã in aliquo fuisse maledictam: quin potius solum beatitudinem eius cogitemus, quam deus sic impleuit gratia, sic supra mulieres benedictã reddidit, sic respexit, ut, ppterea uoluerit ab omnibus dici beatam: quod si ab omnibus, ergo à nullis maledictam. Quæ, quod sibi tãta facta sunt, quanta nulli unquam mulieri fecit deus, neq̃ facturus est, nihil potẽtiæ suæ tribuit, sed eius qui potẽs est, & sanctũ nomẽ eius. Neq̃ præcedentibus operibus suis adscribit quicquã, sed gratiæ & misericordiæ dei omnia, à qua nullis tẽporibus, nullisq̃ generationũ successionibus, ij excluduntur qui diuino amore ac reuerẽtia agũtur. Et proinde ipsa ab illa non est exclusa, utpote' quam semper ingẽs erga deũ tenuerit amor, ingensq̃ reuerentia. Porro' cũ dicit: Fecit potentiã in brachio suo: hoc intelligit ĩ filio suo, quẽ ipsa ĩ suo sacrosancto gestabat utero. De quo Esaias: Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Sed quam potentiam fecit? Dispersit superbos mẽte cordis sui: disiecit superbos cogitatione cordis ipsorum, per quos non solum homines, sed & dæmones, superbi gentium dij, intelliguntur. Nam hi cogitabãt uniuersum genus hominũ perdere, seq̃ deo præualere posse: isti se aliquid esse credunt, & se respicientes grandia uoluunt animo: sed hac ipsa cogitatione dispergit eos deus, & in nihilum redigit. Et hi contrarij sunt humilibus, qui sese nihil esse sciunt, sed omnia dei esse: qui se non respiciunt, sed deum, quem solum magnificant. Qua cogitatione humiles ad deum colliguntur atque eleuantur, ut superbi sua cogitatione dissipantur atque deprimuntur. Humiles itaque angelis lucis similes sunt: superbi, angelis tenebrarum. & bonorum angelorum est humilitas, amor, reuerentia: malorum, superbia, odium, irreuerentia. Deposuit potẽtes de sede, & exaltauit humiles. De thronis & sedibus cœlestis gloriæ primo detraxit, propria potentia fretos spiritus: deinde eisdem sedibus priuauit potentes seculi, ad quas eleuauit humiles. Potentes seculi ij sunt, qui se proprijs uiribus, aut operibus posse aliquid credunt, ignorãtes potentiam, quæ sola saluat omnia, &

Esa. 53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea in æternæ quietis sedibus collocat. Ideo illi merito excludent, qui suæ potentiæ innixi, id sibi suisq; uiribus asscribunt. Humiles aũt sunt, qui uere agnoscunt omnium largitricem potentiam: qui cum ex se nihil possint, & id absq; ulla dubitatione probe intelligant, ea potentia quã agnoscunt, maxime possunt. Ergo nihil in cœlo neq; angeli neq; homines, nisi dei potentia possunt: & id probe intelligunt, & insuper se ex se nihil aliud posse, q̃q; nihil posse: & ideo semper celebrant unam potentiam, quæ est omnis potentia. Non q̃ cuiusq; non sit proprius, communicatusq; potentiæ uigor, quo quisq; peculiariter potest. At hoc interest, q̃ tunc humiles non suũ, sed dei: & multo magis cum non propria agunt, sed diuina agunt potentia: superbi autem suum nõ dei agnoscunt, quomodocunq; id eueniat. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Esuriẽtes sunt, qui se nihil ex se diuinæ cognitionis & sapientiæ, nihil iusticiæ habere intelligunt, sed se esse uacuos & famelicos, et hũc pastũ à solo deo esse, q̃s ideo pascit & satiat deus. Cõtra diuites qui gloriant se & sapiẽtia esse plenos, unde dæmon nomẽ sibi arrogauit, & iusticia abũdare: q̃les sunt & hoies, qui se σοφοὺς & iustos esse putant. Qui, quia nõ intelligunt quis sit, qui reuelat spirituales oculos, & qui iustificat impios, uacui relinquunt & inanes, neq; sapientiã, neq; iusticiã spiritus habentes, nisi forte humanã, animalẽ, & diabolicam. Suscepit Israël puerũ suũ. Per Israël quẽ suscepit deus, prio hic intelligi potest brachiũ eius, in quo fecit potentiã etiã oia superantẽ, qui filius dei erat in uirgine incarnatus. De q̃ Baruch ca. 3. Hic adinuenit omnẽ uiã disciplinæ, & tradidit illã Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cũ hoibus cõuersatus est. Secundo, fidelis Israël, populus ipsius. De quo Esaiæ. 41. Et tu Israël serue meus, Iacob quem elegi, semen Abrahæ amici mei: & subditur. Confortaui te, & auxiliatus sum tibi, suscepit te dextera iusti mei. Et ad quid suscepit deus Israël puerũ suum? Vt recordaretur misericordiæ suæ. Cui? Abrahæ patri fidei, & semini eius, qui sunt fideles & filij fidei, & hoc inæternum. Sicut locutus fuerat ad patres nostros. In Esaia dicit: Beati omnes qui expectant eum: populus eẽ Sion habitabit in Hierusalem: plorans nequaq̃ plorabis, miserans miserebitur tui: & rursus. Dominabitur tui qui fecit te, dominus exercituum nomen eius: & redemptor sanctus Israël, deus omnis terræ uocabit: & in Hiere. In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans. Rursumq; ædificabo te, & ædificaberis uirgo Israël, & rursum: Cõturbata sunt uiscera mea super eũ, miserans miserabor eius, dicit dñs: & Dauid Confitemini domino quoniã bonus, quoniã in seculũ misericordia eius. Quinimo uniuersæ scripturæ patrũ, ad quos locutus est dominus, plenæ sunt miserationibus eius. Deinde Lucas ponit tempus, quo uirgo beatissima mansit apud cognatã suã,

Baruch. 3.
Esaiæ. 41.
Esaiæ. 30. 54.
Hiere. 31.
Psalm. 117. 135.

16 „ dicens. ¶ Mansit aũt MARIA cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in do
„ mum suam. ¶ Sex uero mensium à conceptu erat infans, quando beatissima uirgo
„ salutauit Elizabet, quæ & puero in uẽtre ipsius sanctificato, repleta est spiritu san
„ cto. Et tres ferme menses mansit apud eã. At fere sex & fere tres, nouẽ nõ excedũt
„ tempus aũt naturalis partus ad initiũ usq; decimi peruenit. Vnde fit ut uideat Lu
„ cas insinuasse uirginẽ discessisse citra tẽpus pariendi Elizabet: sed tñ instante par
„ tu eius. Et merito quidẽ, quia hæc officia nõ sunt cõmittenda uirginibus, neq; puer
„ perio adesse permitti debent. Tanto minus id decuisset uirginẽ illã eminentissimã,
„ quæ omnes alias tam præsentes, q̃q; futuras longe præcellebat: neq; etiam obstetri
„ candi, sed sanctificãdi fœtus causa, eã ut illo iret spiritus impulerat. Vt aũt iuerat, id
„ est, comitata ut par erat, & angelis, & societate sancta, imo & mea qdẽ sentẽtia, Io
„ seph custode uirginitatis suæ, & cœlestis arcani futuro cõscio, in domũ est reuersa.
„ Quis eẽ nõ facile credat, ubi ex ea audiuit (qd uerisimile est) Ioseph, affinẽ suã Eli
„ zabet, quæ sterilitate tempus pariendi excesserat, à deo uisitatã esse, & iã à multis

mensibus

mensibus uterũ gestare, miraculo permotum pariter & gaudio, uoluisse cũ ea proficisci ac illã uisitare: cum nequaquam dedeceret casto iũctos animo, & cœlibe uita, perpetuæq; uirginitatis proposito, in peregrinatione quoque iunctos esse, ut semp
„ alias fuisse legimus, ut cum peregrinati sunt in Aegyptum, in Hierusalem, & in Ga
„ lilæam. Et paulo post aduenit tempus, ut pareret Elizabet, dicẽte Luca. ¶ Elizabet 17
„ autem impletum est tempus pariendi, & peperit filiũ. Et audierunt uicini & cogna
„ ti eius, quia magnificauit dominus misericordiã suã cum illa: & cõgratulabantur ei.
¶ Peperit Elizabet filiũ, quo (dei matre excepta) nullus ab Adã ad ipsum sanctior natus fuerat. A tempore conceptionis latuerat Elizabet, neq; gratiam diuulgari uolebat, donec de partu sibi promisso impletũ esset oraculum. Quo impleto, inuulgata est. Et quo inopinatior & admirabilior, eo celerius & latius fama ipsius pnagata est. Congratulabantur uicini et affines, & omnes boni ad quos fama perlata fuerat: & eo quidẽ magis, quo Zacharias & Elizabet ambo iusti essent ante deũ, incedentes in omnibus mãdatis & iustificationibus domini irreprehensibiliter. Atq; tũc impletum est, quod ab angelo Zachariæ dictũ fuerat: Et multi i natiuitate eius gaudebunt. Nato sancto puero, aduenit octauus dies, quo iuxta legis ritũ circuncidendus
„ erat, ut aperit Lucas, dicens. ¶ Et factũ est in die octauo, uenerunt circuncidere pue 18
„ rum. Et uocabant eũ nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius, di
„ xit: Nequaquã, sed uocabitur Ioãnes. Et dixerũt ad illã: quia nemo est in cognatio
„ ne tua, qui uocetur hoc nomine. Innuebãt autem patri eius, quem uellet uocari eũ.
„ Et postulãs pugillarẽ, scripsit, dicẽs: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi. ¶ Qui uenerunt? Vicini & amici, & consanguinei Elizabet & Zachariæ. Quo? Domum Zachariæ. Etiam enim domi octauo die circũcidebant pueros, nominaq; eis indebant: ad quod officium uenerãt, & circuncisionẽ incipientes uocabant puerum, Zachariam: ut paterni quoq; nominis hæres fieret. Quibus aduersata mater, dixit: Non id erit nomen eius, sed Ioannes. Cui minime assentiẽtes, cũ nullus in tota cognatiõe illa, hac nomẽclatura nosceretur appellatus: signis à patre nomẽ pueri exposcebãt. Qui signo postulata tabella, in qua scriberet (id enim significat πινακίδιον, nostri pugillares dicũt, quod pugno teneãtur, aut à pungẽdo) scripsit: Ioãnes est nomẽ eius. Et mirati sunt cũcti qui aderãt: tum quod non esset nomẽ cognationis, tum quod id scisset Elizabet, quã uir alloqui non poterat. Sed nesciebãt eã à spiritu sancto, quo plena fuerat, aut ab angelo, aut à uiro, eo modo quo ipsi scripto sciebant, scire potuisse. Vbi autẽ recte nomine suo uocatus est Ioãnes, illico apertũ est os Zachariæ, & reddita ei quæ ablata fuerat, loquendi facultas: tũc enim impletum est tẽpus oraculi, quod dixerat angelus: Et ecce eris tacẽs, & nõ poteris loqui usq; in diem quo hæc fiant. Atqui inter cætera dixerat: Et uocabis nomen eius Ioannẽ: quod & factũ est antequam sermo sit ei restitutus. Sed non solũ sermo ei restitutus est, sed insuper collatũ insignis prophetiæ, tũ de puero, tũ de CHRISTO munus,
„ quod aperit Lucas, dicens. ¶ Apertũ est autẽ illico os eius, & lingua eius, & loque 19
„ batur benedicens deũ. Et factus est timor super omnes uicinos eorũ, & sup omnia
„ montana Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc, & posuerũt omnes qui audierãt,
„ in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cũ illo.
¶ Quod loquebatur Zacharias benedicens deũ: laus ea erat, quæ postea ponetur: Benedictus dominus deus Israël, quia uisitauit & fecit redemptionẽ plebis suæ. Et factus est timor, & timor quidẽ domini super omnes uicinos eorũ, qui hæc & audiebant, & audiebãt. Et late hæc fama per omnia mõtana Iudææ dispergebatur. Et uolutantes animo quis tãtorum prodigiorum exitus esse posset, admirabũdi dicebãt: Quisnam puer iste erit? Nec ab re: nã manus dñi, id est spiritus sanctus, erat cũ illo, quo adhuc ex utero matris, iuxta angeli oraculum, repletus erat. At nũc laudẽ, quã

Universidad de Deusto
Biblioteca

restituto sermone loquebat Zacharias, quæ laus est & prophetia, subiũgit Lucas,
20 „ dicens. ¶ Et Zacharias pater eius, repletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicẽs:
„ Benedictus dominus deus Israël: quia uisitauit, & fecit redemptionẽ plebis suæ. Et
„ erexit cornu salutis nobis ĩ domo Dauid pueri sui: Sicut locutus est p os sanctorũ,
„ qui à seculo sunt prophetarũ eius. Salutẽ ex inimicis nostris, & de manu omniũ qui
„ oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cũ patribus nostris, & memorari testa-
„ menti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrẽ nostrũ, daturũ se no-
„ bis: Vt sine timore, de manu inimicorũ nostrorũ liberati, seruiamus illi, In sanctita-
„ te & iustitia corã ipso oĩbus diebus nostris. Et tu puer, ppheta altissimi uocaberis:
„ præibis enim ante faciẽ domini parare uias eius: Ad dãdã scientiã salutis plebi eius,
„ in remissionem peccatorũ eorũ. Per uiscera misericordiæ dei nostri, in quibus uisita-
„ uit nos oriẽs ex alto. Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis sedẽt, ad diri-
„ gendos pedes nostros in uiam pacis. ¶ Nimirũ inter natos mulierum ueteris legis,
nõ surrexit maior Ioanne Baptista: quãdoquidem nõ solũ ipse, sed & causa ipsius,
& pater & mater eius repleti fuerunt spiritu sancto: hoc autem totũ & ipsius & pa-
Ioan.1. tris & matris eius, gratia CHRISTI fuit. Et de plenitudine, inquit, eius nos oẽs ac-
cepimus, gratiã pro gratia, nouã, p uetere. Hæc autẽ sola dei in CHRISTO bene-
dictio, quã testificatus est spiritus cũ per Zachariam ĩ hæc uerba prorupit: Benedi-
ctus dominus deus Israël. Cũ in laude & prophetia dicit, qa uisitauit & fecit: hæc
præterea certitudinẽ indicant, perinde ac si iam uisitatio & redemptio facta fuisset,
quæ haud multo post p CHRISTVM implẽda erat. Et cornu salutis: potentiã, for-
titudinẽ, protectionẽ Mesiæ, qui futurus erat e` domo & familia Dauid, & omnium
facturus salutẽ: Sicut locutus fuerat per os suorum sanctorũ prophetarum, qui fue-
Psal.131. rũt à seculo. De hoc enim habetur Psalmo cẽtesimo trigesimoprimo: Quoniã ele-
git dominus Sion, elegit eã in habitationem sibi. Et subditur: Illuc producã cornu
Dauid, parauí lucernã CHRISTO meo, ubi cornu, dictũ est de CHRISTO: lucer-
Hiere.23. na de Ioanne Baptista. Et Hieremiæ uigesimotertio: Ecce dies ueniunt, dicit dñs,
& suscitabo Dauid germẽ iustũ, & regnabit rex & sapiẽs erit, & faciet iudiciũ & iu-
stitiam ĩ terra. & subditur: In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit cõsiden-
Hiere.30. ter. Et hoc est nomen, quod uocabunt eum, dominus iustus noster. & rursus: Tu er-
go ne timeas serue meus Iacob, ait dominus, & ne paueas Israël: qa ecce ego salua-
bo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum. Et Psalmo se-
Psal.73. ptuagesimotertio: Deus autẽ rex noster ante secula, operatus est salutem ĩ medio
terræ. Et ad quid erexit cornu salutis ĩ domo Dauid pueri sui? Vt afferret nobis salu-
tem, & saluaret nos. A quibus? Certe` ab inimicis nostris, & de manu omniũ q oderunt
nos. Inimici autẽ nostri, & qui nos maxime oderunt, ut qui nobis uitã inuidẽt,
& nos in perpetuũ perdere festinãt: sunt spiritus tenebrarum, cõtra quos à deo per
CHRISTVM suũ nobis certissima salus obuenit. Ad quid insuper erexit cornu sa-
lutis in domo Dauid pueri sui? Vt faceret misericordiã cũ patribus nostris, & me-
mor esset testamẽti sui sancti. Et exhiberet iusiurandũ, quod iurauit ad Abrahã pa-
Gene.17. trem nostrũ. De pacto domini ad Abraham legitur Genesis decimoseptimo: Ego
sum, & ponam pactũ meum tecum, eriscẽ pater multarũ gentium. Sed quod est pa-
ctum & testamentum sanctũ? Testamentũ non primũ illud & uetus literæ, sed se-
cundum & nouum spiritus, ad quod præcipue dandum, cornu salutis in domo Da-
Hiere.31. uid, erectũ est. De quo Hieremiæ.31. Ecce dies ueniẽt, dicit dominus, & feriam do-
mui Israël, & domui Iuda fœdus nouum, nõ secundum pactum, quod pepigi cũ pa-
tribus uestris. & subditur: Dabo legẽ meã in uisceribus eorũ, & in corde eorũ scri-
bam eam. Hæc autem lex, hoc testamentũ cuius ut memor esset, uenit filius dei: tan-
to sanctius priore est, quanto spiritus litera sanctior est: adeo` ut per eminentiã san-
ctum dicatur.

ctũ dicatur. De iuramento autem ad eundẽ Abraham, legitur etiã Genesis cap.22.
Per memetipsum iurauí dicit dominus: quia fecisti hanc rem, & nõ pepercisti filio Gen.22.
tuo unigenito propter me: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuũ sicut stellas
cœli, & ueluti arenam, quæ est in litore maris: possidebit semen tuũ portas inimico-
rum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: quia obedisti uo-
ci meæ. Hoc est iusiurandũ quod iurauit deus ut daret filijs Abrahæ, qui sunt filij
fidei, ut de manu, de potestate inimicorũ nostrorũ, tam spiritualiũ, quæ sunt spiritua-
les nequitiæ, & carnaliũ, quæ sunt noxiæ cõcupiscentiæ, sua gratia & misericordia
liberati, spiritualesq; effecti, intrepide seruiremus ei in omni sanctimonia spiritua-
lis uitæ, iusticiaq; spiritus, coram ipso omnibus diebus nostræ, & præsentis & futu-
ræ uitæ. Quod subiungitur: Et tu puer, propheta altissimi uocaberis: prophetia est
de Ioanne, qui propheta fuit CHRISTI, cum dicebat: Post me ueniet, qui ante me
factus est: cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamẽti. Et nõ solũ ppheta
sed & pluscẽ propheta: quia illũ mõstrauit, illũ baptizauit: Et cum dicitur, altissimi
spiritus Zachariæ testatur CHRISTVM altissimũ deũ esse. Quod similiter indi-
cat: Præibis eẽ ante faciem dñi, parare uias eius. Nam is ante cuius faciẽ præibat,
erat CHRISTVS dñs, id est deus. Præibat aũt ut pararet uias eius? Quomõ? Con-
fessione peccatorũ, baptismo aquæ, & pœnitentia, id est resipiscentia prioris uitæ,
ut parati aptiq; essent ad scientiam nouæ legis. Vt & hic gratia cuius hæc præpara-
tio fieret, subditur: Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem pecca-
torum eorũ. Vt ipse dominus daret scientiã, cognitionem, institutionemq; salutarẽ
sic paratæ plebi suæ, in remissionem peccatorũ eorũ, non eẽ in doctrina Ioannis,
peccatorũ remissio, sed præparatio: sed in doctrina CHRISTI. Ideo hæc particu-
la, parare uias eius, bono iure ad Ioannẽ pertinet. Et hæc, τοῦ δοῦναι γνῶσιν, ut det sci-
entiã, siue potius cognitionem, respicere potest id qd refert eius, & CHRISTVM
Et tunc sensus est, Vt ipse dñs det scientiam salutis plebi suæ, in remissionẽ pec-
catorũ eorũ: quod nimirũ pertinet ad CHRISTVM, quia remittere peccata non ẽ
præparantis, sed præparata consummantis. At uero si contendas id, Ad dandã scie-
tiam, pertinere ad Ioannẽ, haud multũ refragabor, ut sit sensus: Præibis ante faciẽ
dñi, ut pares uiam eius, ut des γνῶσιν, id est cognitionem salutis plebi eius in remissi-
onem peccatorũ: quia in eandem intelligentiam recidit: nam quid est, ut des cogni-
tionem salutis, nisi cognitionem Mesiæ, quem angelus ideo prænunciauit Ioseph
IESVM nominandũ, quã ipse saluaturus esset populũ suum à peccatis eorum. Et Esa.46.
de quo Esaias 46. Prope feci iusticiam meam, nõ elongabitur, & salus mea nõ mo-
rabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israël gloriam meam. Sensus ergo est: Præi-
bis ante faciem domini, ut des cognitionẽ salutis, id est Mesiæ, plebi eius in remissi-
onem peccatorũ eorum: siquidem ex cognitione & fide eius, remissio peccatorum
Nõ igitur ex operibus & iustificationibus legis hæc remissio peccatorũ facienda e-
rat, sed per id quod dictũ est, & quod subdit, cũ ait: Per uiscera misericordiæ dei no-
stri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Hæc, noua iustificatio. Paratis & CHRI-
STVM cognoscentibus, peccata remittuntur, nõ ex iustificationibus legis, nõ ex
operibus, sed p profundissimã illam misericordiã dei nostri, patris æterni, qua nos
ἀνατολὴ, id est oriens, sol iusticiæ, dei filius uisitauit nos ex alto, e` sinu patris, e` sum- Zach.3.
mo throno gloriæ ad nos descendens. De quo dicitur Zachariæ.3. Ecce eẽ ego Malach.4.
adducã seruũ meũ, orientẽ: Et Malach.4. Et orieẽ uobis timentibus nomẽ meũ, sol
iusticiæ. Sed ad quid insup uisitauit nos sol ille exoriens, sol iusticiæ, ex alto? Sane`
ut illuceret nobis, in tenebris, & in umbra mortis sedẽtibus: q (luce uisa æni solis)
dirigere possemus pedes nostros, affectus, actusq; nostros ĩ uiã æternæ pacis. Qui
sedebant in tenebris, maxĩe erãt gẽtes, q in umbra mortis, Iudæi: nã ĩ umbra legis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſedebant,quæ eos cum nullus faceret legem,perducebat ad mortẽ:à quibus tene-
bris,& à qua umbra,illuſtratio aduẽtus CHRISTI liberat, per gratiam ad pacem
& uitã adducẽdo. Hæc eſt laus ſimul & magnifica,pphetia ſpũ ſancto afflati Za-
21 „ chariæ. Qua poſita,de puero nato adijcit Lucas,dicens. ¶ Puer aũt creſcebat & cõ
„ fortabatur ſpũ:& erat in deſertis uſq; in diem oſtenſionis ſuæ ad Iſraël. ¶ Adoleſ-
cebat puer,& ſpiritus domini indies apparebat in eo potentior. Et cũ primũ per æ-
tatem licuit,ad deſerta ſeſe contulit,ibi duriorem q̃; apud parentes uitam acturus:
quandoquidem & ætas firmior ſpiritũ fortiorem ſequi potuit:quanq̃; & apud parẽ
tes delicatam uitam nõ egiſſe,ſatis intelligitur,cui nunq̃; ex mãdato angeli datum
fuit uinũ,nunq̃; ſicera,aut quod inebriare poteſt. Quod ſi in potu à puero fugerat
delicias,in cibo quoq; fugiſſe illas,qui ab utero ſanctus erat,& ſpũ ſancto plenus,
nulli dubiũ eſſe poteſt:cũ ueriſimile ſit,ut qui cæteros ad CHRISTVM erat præ-
paraturus,ipſe maxime oĩm eſſet præparatus:nõ eĩm qui ſunt eiuſmodi,ſpiritu ſuo
ſed ſpũ dei reguntur. Et ab ineunte ætate in deſertis manſit,uitam uiuens ἐρημιτικὴν
ac ſolitariam,ſed oĩm qui præceſſerant maxime auſteram:idq̃; nõ ſuis uiribus,ſed
ſpũs ſancti dono. Hoc autẽ fecit uſq; ad tempus manifeſtationis ſuæ:quæ fuit,cum
uerbũ dñi factũ eſt ſuper eũ in deſerto,ſub monarchiæ moderatore Tyberio,& p̃ſi
de Iudææ Pontio Pilato:quando deſerta egreſſus,uenit in omnem regionẽ circa
Iordanẽ,baptiſmũ pœnitentiæ prædicans,ut ex hoc Euangelio, cap.3. cognoſcit.
Et hæc fuit uita Ioannis Baptiſtæ,& prima oſtenſio eius ad Iſraël: qui ut pauloante
CHRISTVM natus fuerat, ita etiam pauloante ipſum manifeſtatus eſt, tanq̃;
quidam lucifer,qui orientẽ ſolem e` uicino præueniens,illũ annũciat:qui eſt CHRI
STVS IESVS ſuper oĩa benedictus: Cui cũ patre æterno,& ſpiritu ſancto, ſit ho-
nor,gloria & poteſtas in omnia ſeculorũ ſecula. Amen.

CAPVT SECVNDVM.

22 Actum eſt autem in diebus illis, exijt ædictum a Cæſare
Auguſto,ut deſcriberetur uniuerſus orbis. Hæc deſcrip-
tio prima,facta eſt a præſide Syriæ Cyrino. Et ibant oẽs
ut profiterentur,ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autẽ
& Ioſeph a Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam,ciui 5
tatem Dauid,quæ uocatur Bethleẽ:eo quod eſſet de domo & familia Da-
33 uid,ut profiteretur cum MARIA deſponſata ſibi uxore pregnãte. ¶ Factũ
eſt aũt cũ eſſent ibi,impleti ſunt dies ut pareret. Et peperit filiũ ſuũ primo
genitum,& pannis eum inuoluit,& reclinauit eum in præſepio: quia non
24 erat ei locus in diuerſorio. ¶ Et paſtores erant in regione eadem uigilan- 10
tes,& cuſtodientes uigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce angelus do
mini ſtetit iuxta illos,& claritas dei circumfuſit illos,& timuerunt timore
magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere. Ecce enim Euangelizo uobis
gaudiũ magnũ,quod erit omni populo: quia natus eſt uobis hodie ſalua
tor,qui eſt CHRISTVS dominus,in ciuitate Dauid. Et hoc uobis ſignum: 15
Inuenietis infantem pannis inuolutum,& poſitum in præſepio. Et ſubito
facta eſt cum angelo multitudo militiæ cœleſtis,laudantiũ deũ,& dicen-
tium: Gloria in altiſſimis deo,& in terra pax hominibus bonæ uolũtatis.
25 ¶ Et factũ eſt,ut diſceſſerunt ab eis angeli in cœlum:paſtores loquebãtur
adinuicẽ

20 adinuicem: Tranſeamus uſque Bethleem,& uideamus hoc uerbum,quod
factũ eſt,quod fecit dominus,& oſtendit nobis. Et uenerunt feſtinantes,
& inuenerunt MARIAM & Ioſeph,& infantem poſitũ in præſepio. Viden
tes autem cognouerunt de uerbo,quod dictum erat illis de puero hoc. Et
omnes qui audierant,mirati ſunt:& de his quæ dicta erãt a paſtoribus ad
25 ipſos. MARIA autem conſeruabat omnia uerba hæc,cõferens in corde ſuo
¶ Et reuerſi ſunt paſtores,glorificantes & laudantes deũ in omnibus,quæ 26
audierant & uiderant,ſicut dictum eſt ad illos. ¶ Et poſtq̃; conſummati 27
ſunt dies octo, ut circuncideretur puer, uocatum eſt nomen eius IESVS,
quod uocatũ eſt ab angelo priuſq̃; in utero cõciperetur. ¶ Et poſtquã im- 28
30 pleti ſunt dies purgationis eius,ſecundum legem Moyſi, tulerũt illum in
Hieruſalẽ,ut ſiſterent eum domino,ſicut ſcriptũ eſt in lege domini: Quia
omne maſculinũ adaperiens uuluam, ſanctũ domino uocabitur: & ut da-
rent hoſtiã ſecundũ quod dictum eſt in lege domini par turturũ aut duos
pullos columbarũ. ¶ Et ecce homo erat in Hieruſalem,cui nomen Simeõ. 29
35 Et homo iſte iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſraël, & ſpũs
ſanctus erat in eo. Et reſpõſum acceperat a ſpiritu ſancto,nõ uiſurũ ſe mor
tem,niſi prius uideret CHRISTVM domini. Et uenit in ſpiritu in templum
Et cum inducerent puerum IESVM parentes eius,ut facerent ſecundũ con
ſuetudinem legis pro eo:& ipſe accepit eum in ulnas ſuas,& benedixit de-
40 um,& dixit. ¶ Nunc dimittis ſeruũ tuũ domine,ſecundũ uerbũ tuũ in pa 30
ce. Quia uiderũt oculi mei ſalutare tuũ. Quod paraſti ante faciem omniũ
populorũ: Lumẽ ad reuelationem gentiũ,& gloriã plebis tuæ Iſraël. ¶ Et 31
erat pater eius & mater eius,mirantes ſuper his,quæ dicebantur de illo. Et
benedixit illis Simeõ,& dixit ad MARIAM matrẽ eius: Ecce poſitus eſt hic
45 in ruinam,& in reſurrectionẽ multorum in Iſraël,& in ſignum cui cõtradi
cetur. Et tuã ipſius animã pertranſibit gladius,ut reuelentur ex multis cor
dibus cogitationes. ¶ Et erat Anna prophetiſſa,filia Phanuel de tribu A- 32
ſer: hæc ,pceſſerat in diebus multis,& uixerat cũ uiro ſuo annis ſeptẽ a uir
ginitate ſua. Et hæc uidua uſq; ad annos octogĩtaquatuor, quæ non diſce
50 debat de templo,ieiunij & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die. Et hæc
ipſa hora ſuperueniens,confitebatur dño,& loquebatur de illo omnibus
qui expectabant redemptionem Iſraël. ¶ Et ut perfecerunt omnia ſecun- 33
dum legem domini,reuerſi ſunt in Galilæã,in ciuitatem ſuam Nazareth.
Puer autem creſcebat,& confortabatur,plenus ſapientia,gratia dei erat in
55 illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Hieruſalem in die ſolen-
ni paſchæ. ¶ Et cũ factus eſſet annorum duodecim,aſcẽdentibus illis Hie 34
roſolymam,ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſq̃; diebus
cum redirent,remanſit puer IESVS in Hieruſalem,& non cognouerũt pa-
rentes eius. Exiſtimantes autem illũ eſſe in comitatu:uenerũt iter diei,&
60 requirebant eũ inter cognatos & notos. Et nõ inuenientes,regreſſi ſunt in
Hieruſa

Universidad de Deusto Biblioteca

Hierusalem, requirentes eum. Et factũ est post triduum, inuenerũt illum in templo, sedentẽ in medio doctorum, audientem illos, & interrogantẽ eos. Stupebant aũt omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et uidentes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid
35 fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolẽtes quærebamus te. ¶ Et ait ad 65
illos. Quid est, quod me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi nõ intellexerunt uerbũ, quod locutus est
36 ad eos. ¶ Et descendit cum eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia uerba hæc in corde suo. Et IESVS proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud deum & homines. 70

ANNOTAT. BREVES XLIX CIRCA LITERAM CAP. II.

1 edictum
λόγμα
decretum
2 describeretur
ἀπογράφεσθαι
3 facta est – à
3 Cyrino.
κυρηνίου
4 profiterentur
ἀπογράφεσθαι
& infra.
*ἐις in
6 Iudæam.
7 prægnante.
ἔνοσα ἐγκύω
quæ erat prægnans
10 ei
αὐτοῖς
plurale.
10 uigilantes
ἀγραυλοῦντες
in agro pernoctantes
11 uigilias
φυλακὰς
custodias
12 claritas
δόξα
gloria
16 pannis inuolutũ – &
18 pax, *ἐν in
18 bonæ uoluntatis
εὐδοκία
bona uoluntas.
beneplacitum
rectus.
19 in cœlum
*καὶ δι ἄνθρωποι
& homines
19 loquebantur
εἶπον
dicebant
21 quod – fecit
21 dominus – &
21 ostendit
ἐγνώρισεν
notum fecit
23 Videntes autem
ἰδόντες δὲ
Cum autẽ uidissent
23 cognouerant
διεγνώρισαν
diuulgauerunt,
notum fecerunt
24 mirati sunt, – &
26 in omnibus
ἐπὶ πᾶσιν
super omnibus
24 puer *καὶ &
30 eius
αὐτῶν
plurale, ut referat MARIAM & puerum
35 timoratus,
εὐλαβὴς
pius,
religiosus
36 in eo
ἐπ' αὐτόν
super eum.
38 parentes – eius
43 pater eius
ἰωσὴφ
Ioseph
45 cui contradicetur
ἀντιλεγόμενον
præsens.
46 ipsius
αὐτῆς
fœmininum.
48 uiro – suo
50 obsecrationibus
δεήσεσι
deprecationibus
50 seruiens
λατρεύουσα
51 superueniens
ἐπιστάσα
assistens
51 confitebatur
ἀνθωμολογεῖτο
uicissim confitebatur
52 redemptionem *ἐν in
52 Israël.
ἐν Ιερουσαλὴμ
In Hierusalem.
53 secundum legem
τὰ κατὰ νόμον
quæ secundum legem
54 confortabatur
ἐκραταιοῦτο
corroborabatur
*πνεύματι
spiritu,
55 in illo
ἐπ' αὐτό

super

super illum
55 per omnes annos
κατ' ἔτος
annue,
quotannis
59 parentes
ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ
Ioseph & mater
60 non inuenientes
*αὐτὸν eum,
62 doctorum.*καὶ &
63 prudentia
τῇ συνέσει
intelligentia
64 Et uidentes
*αὐτὸν eum
64 admirati sunt.
ἐξεπλάγησαν
attoniti facti sunt
68 uenit *εἰς in

COMMENTARIVS IN CAPVT SECVNDVM.

POst sex ferme mẽses à natiuitate Ioannis, exijt decretũ à Cæsare Augusto, ut censeretur uniuersus orbis. Quod subdit Lucas, dicẽs. ¶ Fa 22
ctũ est aũt in diebus illis, exijt edictũ à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes, ut pfiterentur, singuli in suã ciuitatẽ. Ascendit aũt & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazaret in Iudæam, ciuitatẽ Dauid, quæ uocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid, ut profiteretur cũ Maria desponsata sibi uxore, prægnante. ¶ Quod Augustus Cæsar emisit hoc de censendo uniuerso orbe decretũ 42 (ut uolunt) regni sui anno, hoc signũ fuit uniuersæ pacis: quæ nõ propter ipsum, sed propter aduentũ filij dei in mũdũ, data ẽ. Sicut de eo scriptũ fuerat: Orietur in diebus eius iusticia & abundantia pacis. Quanquã & Psal. 71.
hoc de iusticia & abundantia pacis secundũ spũm intelligitur, quæ in eo duratura ẽ uscq; ad mutabilitatis et corruptibilitatis oĩs ablationem. Quod aũt hic dicitur: Hæc descriptio prima facta est præside Syriæ Cyrino, innuit quod aliæ quoq; descriptiones postea factæ sunt in Iudæa: ut ea de qua loquitur Iosephus in fine 17. antiquitatum, etiam facta sub Cyrino (quẽ Latini, ut reor, Quirinũ appellant) dicens: Archelai uero regio tributaria facta, Syriæ dispensationi coniungitur. Interea Cyrinus uir consularis à Cæsare destinatur, censum in Syria dispositurus, illa de qua loquit Lucas, uiuente Herode facta est: de qua aũt Iosephus, eodẽ mortuo, & Archelao filio eius iam regnandi authoritate priuato. Alia ergo fuit, ac multo posterior. Ac primã quidẽ Lucas exprimit in tribu & familia Dauid factam: nec ab re quidem, ut quæ oĩm longe præclarissima, & maxime insignis erat: sic etiã spũ dei disponente, ut mysteriũ incarnati filij dei agnosceretur, quemadmodũ scriptũ erat Psalmo octogesimosexto, iuxta interpretationem Hebraicam: Dominus narrabit scribens Psalm. 86.
populos, iste natus est ibi. Et cãtores quasi in choris, omnes fontes mei in te. Quid est, Dñs narrabit scribens populos, nisi cũ describerẽtur populi? quod impletũ est, cũ exijt edictũ à Cæsare Augusto, ut describeretur uniuersus orbis. Quid cantores quasi in choris, nisi angeli, qui cecinerũt, Gloria in altissimis deo? Quid oẽs fontes mei, nisi apostoli & discipuli doctrinã CHRISTI recipientes, & illã ad alios transfundentes? Et profitebantur singuli in eis ciuitatibus, quæ suæ erant familiæ. Vbi statuti erant cõmentariensis, qui accedentiũ nomina exciperent iuxta decreti ordinationẽ. Itaq; cũ Ioseph esset de domo & familia Dauid, ascendit à Nazaret ciuitate Galilææ in Bethleẽ ciuitatẽ Dauid, ut profiteretur: nõ ipse quidẽ solus, sed cum Maria desponsata sibi uxore, quæ erat prægnans: imo iam partui uicina. Profitet Ioseph, quia de familia Dauid, & cũ MARIA desponsata sibi uxore: & sic despõsata, quod semp spõsa, & ipse semper spõsus solũ, quia & ipsa erat de familia Dauid alioqui alibi fuisset, pfestura, & illuc nõ uenisset tam uicina partui. Sed ad hoc uenit ut profiteretur, tũ ut indubitato cognosceretur esse de domo & familia Dauid: tũ ut CHRISTVS, q dicit filius Dauid, in Bethleẽ nasceretur. Hæc eĩ omnia, diuina gerebanẽ, puidentia, & inscrutabili dei sapiẽtia. Qd apit Lucas dicẽs. ¶ Factũ ẽ 23
aũt cũ essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filiũ suũ primogenitũ, et pãnis eũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis eum inuoluit, & reclinauit eũ in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio. ¶ Tempus quod naturæ præfixerat, conditor naturæ obseruare uoluit, supra natu ram nasciturus: nã ex uirgine, & nullo dolore. Peperit ergo uirgo filiũ suum primo genitũ, & unigenitũ in tempore, q̃ primogenitus & unigenitus erat in æternitate: qui em̃ in æternitate unigenitus erat, non poterat in tempore nisi unigenitus esse. Et pãnis, id est fascijs eũ inuoluit: id em̃ ἐσπαργάνωσεν designat. Vnde intelligitur uir go beatissima uenisse non imperata, ut filio regis æterni, quem posset, ut mater ex hiberet honorẽ. Et quid nõ fecisset, quæ spiritu dei agebat omnia? Et reclinauit eũ in præsepio. Per hoc autem quod inuoluit dominũ fascijs, & tam diligenter reclina uit eum in præsepio: manifestatur illæsa uirginitate peperisse, & sine dolore, id est aliter q̃ cæteræ mulieres, quæ maledictioni primæ parentis Euæ sunt obnoxiæ. In uoluit ergo eum pannis: sed quis dubitat ipsum ab ea prius adoratũ, q̃ inuolutum? Cur em̃ non adorasset, quem ex angelo & spiritu sancto, qui intra ipsum habitabat didicerat esse filium altissimi? Et reclinauit eum in præsepio. Sed cur in præsepio? Quia non erat ei locus in diuersorio: Tanta em̃ multitudo describendorũ præoccu pauerat locũ, ut iam diuersoria hospitibus plena essent. Et hoc quoq̃ diuino consi lio factũ est, ut sola esset cũ pareret: tũ ut esset semper uirgo absc̃dita, solo suo spõ so uirginitatis custode conscio: tũ ut à posteris intelligeretur uirgo peperisse, cum nullo indiguerit obstetricũ adminiculo, neq̃ ullius ad infantis apparatũ, & ad eum huc & illuc transferendũ auxilio: sed ipsamet non in lecto super illũ excubias fece rit, sed stans, agilis & alacris cũ angelis dei ad sanctũ præsepe uigilauerit, unà cum Ioseph, qui diuinum adorabat mysteriũ. In quo em̃ loco potuit decentius parere, ut uideretur, neq̃ obstetricante, neq̃ cõfortante, neq̃ lecto aut culcitris eguisse? Quã uani ergo & ridiculi sunt, qui sinunt uirginem puerperam lecto decumbentẽ aut sculpi, aut depingi: quasi fomentis & subsidijs plurimis more ægrotantiũ puerpera rum egentẽ, perinde ac si cũ dolore peperisset? Et q̃ stulti, qui à natiuitate ad puri ficationẽ usq̃, sabbatis carniũ usum ob uirginis puerperiũ, quasi tũc uirgo ipsa mol lioribus cibis ob partũ indiguerit, permittunt? Insana profecto est hæc repræsenta tio, qua neq̃ magis probanda est gulosa illa, non pietas, sed indulgentia. Quæ quis à spũ dei esse putet? Sunt etiam qui putent super hoc mysterio id oraculi uice habẽ
Esa.1. dũ esse: Cognouit bos possessorem suũ, & asinus præsepe dñi sui, quod quidem a pertius fuisset, si Euangelista de boue & asino mẽtionẽ fecisset. Quanq̃ & in eo ca
Rhom.9. pite Esaiã de CHRISTO loqui, testis est Paulus ad Rhomanos. CHRISTVM eti am in præsepio reclinari decuit, ut pastores indiciũ agnoscerent Mesiæ nati nũciã
24 „ te angelo: quod subdit Lucas, dicens. ¶ Et pastores erant in regione eadem, uigilã
„ tes & custodientes uigilias noctis sup gregẽ suũ. Et ecce angelus dñi stetit iuxta il
„ los, & claritas dei circũfulsit illos, & timuerũt timore magno. Et dixit illis angelus:
„ Nolite timere. Ecce em̃ Euangelizo uobis gaudiũ magnũ, qd̃ erit oĩ populo: quia
„ natus est uobis hodie saluator, qui est CHRISTVS dñs, in ciuitate Dauid. Et hoc
„ uobis signũ. Inuenietis infantẽ pannis inuolutũ, & positũ in præsepio. Et subito fa
„ cta est cũ angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantiũ deũ, & dicentiũ: Gloria in al
„ tissimis deo, et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. ¶ Per pastores istos, nõne intelligendi sunt pastores nouæ legis, qui uigilare debent uigilias noctis sup popu lũ, ne in nocte peccati, fures & lupi spirituales deprædenẽ, aut iugulent gregẽ dñi cum? Sic aũt uigilantes angelicã circũstare turbam, cuius officiũ est perenniter lau dare deũ: hic indicatur, sed & ad ipsos præcipue cognitionem dei pertinere, & pri mariam eiusce rei alijs manifestandæ facultatem. Ergo pastores Bethleemiticæ re gionis uigilabant uigilias noctis super gregẽ, ne nocturni fures, lupi, leones, & cæ tera id genus noxia illius regionis animalia gregẽ diriperent: & angelus dñi stetit

iuxta

iuxta illos, & claritas dei circũfulsit illos: quos præ insolito iubare stupẽtes, iussit bo no esse animo: quia non timorem, sed securitatem: non tristitiam, sed gaudium ma gnum, quod futurum erat omni populo, nõ solum Iudaicæ nationis, sed & uniuer sarum totius terræ, nunciaret. Et quodnam esset illud, indicauit, subdens: Quia na tus est uobis hodie saluator, qui est CHRISTVS dñs, in ciuitate Dauid. Natus est, inquit, nobis (scilicet hominibus) hodie saluator: nam natus est hominibus sal uator, nõ angelis, etsi natus est angelis glorificator: non enim uenit ad saluãdos an gelos, sed homines, & subiunxit: Qui est CHRISTVS dominus, ubi & deum fate tur qui natus est, & dominum angelorum. Sed & locum signauit, ciuitatem scilicet Dauid, quæ est Bethleem. Qui etiam locus natiuitati eius debebatur, tũ ex oracu lo Micheæ (Et tu Bethleem, Ephrata: paruulus ut sit ĩ milibus Iuda, ex te mihi egre Micheæ.5.
dietur, ut sit dominator ĩ Israël) tũ quod domus panis dicitur: CHRISTVS autẽ do minus, panis angelorũ, panis qui de cœlo descẽdit, panis qui uitã præstat æternam: quare & in domo panis cõsentanee nasci uoluit. Postremo dedit pastoribus signũ, quo ab alijs infantibus Mesiam discernant. Inuenietis (inquit) infantẽ fascijs inuolu tum: nõ purpura, nõ auro, gemmisq̃ ornatũ: nõ in molli lecto iacentẽ, sed in præse pio reclinatũ: qui uenit ut principem superbiæ calcaret, qui est princeps huius mun di. In tali humilitate ostendere uoluit sui aduentus exordiũ, & hoc suis pastoribus. Quo signo pastoribus dato, facta est cũ angelo qui locutus est, multitudo angelo rum deũ laudantiũ, & tria imprecantiũ: deo, gloriã in altissimis: terræ, pacẽ: & homi nibus, bonam uoluntatem. Sic enim Græce habetur: δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· Gloria in altissimis deo, & in terra pax, in hominibus bona uolun tas. εὐδοκία enim & rectus est, & bonã uoluntatẽ ac beneplacitũ significat, ut sit sen sus: Gloria in altissimis deo, & in terra pax, in hoĩbus beneplacitũ. Vbi ista tria etiã intelligi possunt ab angelis assertorie dicta. Primũ, quod gloria eẽt deo ĩ altissimis. Secundũ, quod pax dei reddita esset terris, cuius etiã pax uniuersalis terrena signũ erat. Tertiũ, qd̃ beneplacitũ esset deo in hominibus: nimirũ in uno hoie deo ex uir gine nato. Ecce (dixerat angelus) euãgelizo uobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo: quia natus est uobis hodie saluator, qui est CHRISTVS dñs. De quo pa ter dixit: Hic ẽ filius meus dilectus ĩ quo mihi εὐδόκησα, id est beneplacui. Cæterũ ex Matth.3.
positores Latini tertiã illã particulã aliẽ & legũt, & exponũt, nimirũ ĩ obliquo: & ut sensus sit, qd̃ pax terræ sit hoĩbus bonæ uoluntatis. Sed an recte ipsi uiderint. Nos certè illã modo, quo supra diximus, & legẽdam & capiẽdã ex Græco reddidimus. Hæc igiẽ fuit plus q̃ felix & beata (deo homine nato) multitudinis angelorũ euan gelizatio: tunc enim impletũ erat quod dictũ fuerat per Esaiam: Paruulus enim na Esa.9.
tus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus sup humerũ eius: & uocabitur nomẽ eius, admirabilis, cõsiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, prĩceps pacis. Qd̃ si tãta multitudo ãgelorũ affuit pastoribus ad annũciãdũ CHRISTVM natũ, quantã affuisse eius annũciationi, simul & incarnationi, & demũ ipsi ex uirgi

Universidad de Deusto
Biblioteca

rassent,nimirũ quem ab angelis & Mesiam & deũ esse intellexerant: non solũ cognouerunt uerborũ angeli ueritatem, sed & Bethleemiticis rem omnem inuulgauerunt: & qui audierũt,mirati sunt omnes, & ꝙ angelos uidissent & audissent,& quod insuper narrarent se uidisse Mesiã natũ,& in præsepio,iuxta angeli dictũ,reclinatum:præterea matrem iuxta eum stantẽ,nullo dolore affectã,imo ne minimũ quidem τῶν ὀδύνων,id est dolorum partus indicium habentem, quæ sine miraculo audiri non poterant:si enim lectus ei affuisset,& infantẽ secum in lecto,non in præsepio reclinasset, horũ fuisset aliquod indiciũ: sed sic erat ad præsepe, ut ancilla(etsi mater)quæ uigilãtissima cũ Ioseph iusto excubaret, & contemplaretur regẽ gloriæ. Et quis ambigat nũciantibus pastoribus,multos ad spectaculũ illud diuinitatis accessisse? sicuti & multi hortatu spiritualiũ pastorũ deũ agnoscentes,ad ipsum accedunt,& inueniunt panem uitæ,quem in cibotio positũ adorant: ut & mater adorat ecclesia,& uniuersus fidelis populus.Ergo tũc pastores designabãt sequẽtis temporis sacerdotes.Infans,panẽ uitæ,sanctũ sanctorũ.Fasciæ candidæ quibus uelabatur sanctum sanctorũ,candorem signorum.Præsepe ipsum in quo reclinabatur κιβώτιον,id est cibotiũ,arculam,repositoriumq; illud,in quo panis uitæ corpusq; domini reconditur. MARIA,matrem ecclesiã,quæ illum adorat.Ioseph,uniuersum fidelem populum. Hi quibus nunciant pastores,eos qui uocant ad CHRISTVM agnoscendũ. Sed & MARIA contemplantiũ statum & perfectorũ in ecclesia magis monstrat:Ioseph autem actiuorum,& secundũ locum tenentium. Quod indicat id quod subditur: MARIA aũt conseruabat omnia uerba hæc,id est,quæ audierant,& quæ fecerant pastores,& qui ex ipsorum narratu ad miraculũ infantis ueniebant:Conferens in corde suo,quod est cõtemplantis,& admirantis diuinam & inscrutabilẽ in factis ipsius dei sapientiam.Quæ & pleraq; alia mysteria,quæ fideliter in corde sancto cõseruabat,consentaneũ est ipsam euangelistæ suo Lucæ,qui ipsi familiaris fuisse denarrat,uinæ uocis oraculo retexisse. Porro ipsi pastores,ut
26 ,, Bethleemitis miraculũ indicarunt,redierũt ad greges suos,dicente Luca. ¶ Et re
" uersi sunt pastores,glorificantes & laudantes deũ in omnibus quæ audierant & ui
" derant,sicut dictũ est ad illos. ¶ Cum pastores Mesiã inuenerunt,minime credendum est eos quicquã leue,ludicrũ,ridiculũue egisse: quandoquidẽ cũ digressi sunt à gloria & laude diuina nõ cessarunt,narrando non solum quod audierant, sed etiã uel maxime quod uiderãt.Vnde intelligendi sunt, ex uisu & præsentia CHRISTI spiritu sancto impleti,sed suo modo,ut Elizabet,ut Symeon,quo in magnificã dei laudem & gloriã prorũperent.Et ideo uideant qui in natalibus domini pastorũ historiã repræsentant,ne quid ridiculũ,& huic mysterio indecens,ac deo indignũ admittant;nam hæc magis seria sunt,q̃ ut ludicra stultaq; admittant.Porro à die partus uirginei, usq; ad circũcisionis diem,septẽ fluxerunt dies,nõ ꝙ illis diebus credenda sit uirgo hospitio caruisse: nam signũ ut cognosceret erat expletum, & iam Bethleemitæ audierant infantẽ illum esse CHRISTVM. Et beatus ille(si in diuersorio illo nõ mansit)ad quem uoluit uirgo cum plus q̃ sancto puero & Ioseph declinare.Vt aũt circuncisionis tempus aduenit,circuncidẽrũt puerum,quemadmo
27 ,, dum subdit Lucas,dicens. ¶ Et postq̃ consummati sunt dies octo,ut circuncidere
" tur puer,uocatũ est nomen eius IESVS,quod uocatũ est ab angelo, prius q̃ in ute
" ro conciperet. ¶ Postq̃ cõsummati sunt dies octo:siue ut Lucas habet, ἐν τῷ συμπλη-
σθῆναι τὰς ἡμέρας ὀκτὼ, id est,& dum implerentur dies octo,hoc est,quando implebant dies octo,& aduenit dies à natiuitate infantis octauus,circũcisus est puer:nã si adimpleti cõsummatiq; fuissent dies octo cum circũcisus est,nõ octauo, sed nono die cir
Leuiti.12. cuncisus esset,quod cõtra legis præceptũ est,quo dicitur Leuit.12.de masculo quẽ mulier pepererit;Die octauo circũcidet̃q; infantulus.Circũcisus est igit̃ die octauo,

non consum

nõ cõsummatis,& iã elapsis octo diebus.Et uocatũ est nomẽ eius IESVS,qd̃ uocatum est ab angelo priusq; in utero cõciperet.Quãdo uocatũ est ab angelo priusq; in utero cõciperet? Sane quãdo missus ad uirginẽ,dixit ei: Ecce cõcipies ĩ utero & paries filiũ,& uocabis nomẽ eius IESVM.ut cap.prio huius,numero 9. uisum est: nondum enim in utero cõceptus erat.Sed uocatũ etiam est ab angelo,postquàm in utero cõceptus est,quãdo scilicet locutus est angelus Ioseph,dicẽs: Ioseph fili Da- Matth.1.
uid,noli timere accipere MARIAM coniugem tuam: quod enim in ea natũ est,de spiritu sancto est:pariet autẽ filiũ,& uocabis nomen eius IESVM.ut Matthæi cap. primo,numero 7.uisum est.Vocatum est ergo nomen eius, IESVS. A quibus? nimirũ à MARIA & Ioseph,qui hoc à deo per angelũ acceperãt mãdatũ. Et post circuncisionẽ,elapsi sunt adhuc dies duo ac triginta,qui sunt purificatiõis à partu mulieris, quæ peperit masculũ. Quibus elapsis, MARIA & Ioseph tulerũt filiũ dei in
" Hierusalem:quod prosequitur Lucas,dicẽs. ¶ Et postquã impleti sunt dies purga- 28
" tionis eius secundũ legẽ Moysi,tulerunt illũ in Hierusalem,ut sisterent eum domi-
" no,sicut scriptum est in lege domini:Quia omne masculinum adaperiẽs uuluã,san
" ctum domino uocabitur: & ut darẽt hostiam,secũdum quod est in lege domini, par
" turturum, aut duos pullos columbarum. ¶ Neq; lex de purificatione, pro uirgine puerpera,neq; lex de primogenitorũ sanctificatione,pro Mesia posita est. De purificatione Leuitici 12.sic habetur.Mulier si suscepto semine pepererit masculũ,im
munda erit septem diebus.& subditur:Et die octauo circuncidetur infantulus: ipsa Leuit.12.
uero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Huic legi non erat obnoxia uirgo,quæ nullo suscepto semine,de spiritu sancto concepit. & pepe
rit.De sanctificatione uero Exodi tertiodecimo scribitur hoc pacto:Sanctifica mi- Exodi.13.
hi omne primogenitum,quod aperit uuluam in filijs Israël,tã de hominibus,quàm de iumentis.Hac lege Mesias,qui sanctificat omnia,non includebatur: nam utero uirginis clauso,tanquam spõsus de thalamo suo,tanquam radius de lucida solis camera ad nos est egressus.Vterũ uirginis figurabat porta Ezechielis,de qua ipse sic
loquitur:Et duxit me ad portam,quæ respiciebat ad uiam orientalem. Et ecce glo- Ezech.43.
ria dei Israël ingrediebatur per uiam oriẽtalem.& subdit: Et conuertit me ad uiam Ezech.44
portæ sanctuarij exterioris,quæ respiciebat ad oriẽtem, & erat clausa. Et dixit dominus ad me:Porta hæc clausa erit,& nõ aperietur,& uir nõ transiet per eam: quia dominus deus Israël ingressus est per eam. Per portam quæ clausa est,& nõ aperietur:q̃ est sacer uterus uirginis,& integra,inuiolataq; uirginitas eius: ĩgressus est ad nos dei filius.His igitur legibus,neq; hic,neq; illa astrĩgebatur. Quare ergo quasi purificanda uirgo uenit in templũ,& quare tanq̃ sanctificãdus, CHRISTVS domino fuit oblatus? Mater Mesiæ,sic uirgo esse debuit,quod uirgo abscondita:uenit ergo quasi purificanda.Sed & ipsa quæ purificatione non eguit,cũ tota sancta in templum uenit,omnium mulierũ purificationem suppleuit;sicut & CHRISTVS oblatus,qui sanctificatione non egebat,cum totus sanctus,per se sanctus, & plusq̃ sanctus esset,omnes & qui erant, & qui fuerant, & qui futuri erãt sancti, sanctificauit. Illæ,in uirginis puritate,ut ĩ suo sexu,quodãmodo purificatæ;isti,in Mesiæ sanctitate,sancti.Sed illæ & isti,in hoc uno sancti & sanctificati omnes.Nunquã tẽplo dei talis præsentatio facta est,ut filium dei deo patri suo sisterent. Nunquã talis gloria,
nunquam talis magnificẽtia:ut iam impleri cœperit uaticinium Aggæi,quod locu- Agg.2.
tus erat illi deus,dicens: Hæc dicit dominus exercituum,Adhuc unum modicũ est, & ego cõmouebo cœlum & terrã,& mare & aridam,& mouebo omnes gentes,& ueniet desideratus cunctis gentibus,& implebo domum istam gloria, dicit dominus exercituum.& subdit:Magna erit gloria domus istius nouissimæ plusquã primæ,dicit dominus exercituũ.Et dederũt hostiam,secundum quod dictũ est in lege

Universidad de Deusto
Biblioteca

domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Hæc lex, Leuitici duodecimo
Leuit. 12. scripta est, ubi dicitur: Cũq; expleti fuerint dies purificatiõis suæ pro filio, siue filia, deferet agnum anniculum in holocaustũ, & pullum columbæ, siue turturẽ pro peccato, & subditur: Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, uel duos pullos columbarũ: unũ in holocaustũ, & alterum pro peccato: orabitq; pro ea sacerdos, & sic mũdabitur. Virgini quæ cũ Ioseph iã sesqui mestri spacio, uel amplius in Iudæa peregrina erat, procul existẽs à domo sua, quæ erat in Galilæa, in tanta profitentium turba, quæ augebat rerũ precia, forte facultas non affuit, ut agnũ anniculũ offerret. Sed an etiam offerre non debuit, quod CHRISTVS dominus quem sistit domino, agnus ipse esset, non tunc, sed suo tẽpore pro totius mũdi uita immolãdus? Obtulit ergo non solum agnum, sed omne sacrificiũ, & omnium agnorum, ac sacrificiorum omnium ueritatem: sed & insuper par turturum, aut duos pullos columbarũ. Vtrũ autem illorũ, nõ definiuit euangelista: quia uerba legis posuit, quæ indifferẽter iam relinquit. At uerisimilius est eã obtulisse par turturũ: tum quod turtures uirginis matris, & præsentati filij uirginis, mores magis exprimerẽt: tũ quod dominus in solstitio brumæ natus est, aut certe circa illud, post quod primũ columbæ nouorum fœtuum studia resumere solent. Quare tẽpore purificationis, uix erat pulli columbarũ: aut si erant, cũ essent primi fœtus, minus erãt salubres, & offerendo sacrificio minus apti. Turtures autem, per totum annũ ad sacrificiũ apti seruabantur. Hinc uerisimile ac credibile est, duos turtures uirginẽ obtulisse: unum in holocaustum, quod ardẽs cordis eius ad deum uerum, & uehementer urgens incendium non male exprimebat: alterũ pro peccato, nõ certe suo, quæ nullum habebat peccatũ: sed Euæ & filiorum Euæ, qui illa hostia purificabantur. O abscõdita uirginitas, O sancta humilitas, & humilis sanctitas, quæ sicut illæ, quæ in dolore pariũt, quæq; post partum immundæ sunt, & iustificatione egẽt, obtulit munus, quasi pro peccato suo? Sed qui aderant, si illis mẽs ulla fuisset, eam nequaquam ex sancto illo partu suo fuisse immũdam, aut peccato ullo astrictã intelligere potue
29 »runt, uel ex ipso sancto sene Simeone, dicẽte Luca. ¶ Et ecce homo erat in Hieru
»salem, cui nomẽ Simeon. Et homo iste iustus & timoratus, expectãs consolationẽ
»Israël, & spiritus sanctus erat ĩ eo. Et respõsum acceperat à spiritu sancto, nõ uisurũ
»se mortẽ, nisi prius uideret CHRISTVM dñi. Et uenit in spiritu in templũ. Et cũ in-
»ducerent puerum IESVM parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem le-
»gis pro eo: & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit deum. ¶ Simeon erat iustus, quia diuinæ legis obseruator; & timoratus, quia timens & cauens ab omnibus, quibus dei offensam incurrere posset: & expectans cõsolationem Israël: quæ erat aduentus Mesiæ, desiderium prophetarum & sanctorum. unus enim dicit:
Esa. 45. Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra & germinet saluato-
Esa. 63. rem, & iustitia oriatur simul, & alibi: Attende de cœlo, & uide de habitaculo sancto tuo, & gloriæ tuæ. Vbi est zelus tuus & fortitudo tua: multitudo uiscerum tuo-
Esa. 64. rum & miserationum tuarum? Et subdit: Tu domine pater noster, redemptor no-
Esa. 49. ster à seculo nomen tuum. & rursus: Vtinam dirumperes cœlos & descenderes. & alio loco: Miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. & subdit: Laudate cœli, & exulta terra. Iubilate montes laudem: quia consolatus est dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. Et Israël non solum dicuntur ij, qui secundum carnem descenderunt de Israël: sed & sancti fidelesq; oẽs, qui CHRISTVM salutare dei recepturi erãt. Et spiritus sanctus erat in Simeone, à quo ipse de aduentu Mesiæ oraculum acceperat, se non moriturũ, priusquã uideret CHRISTVM domini. Qui cum inferẽdus esset à parẽtibus in templũ, & domino sistẽdus: ille à spiritu sancto admonitus, uenit in templũ: ut aduenientẽ et uideret, et

cũ gaudio

cum gaudio in ulnas suas exciperet: quod & fecit, & benedixit deũ, in hunc hymnũ
»per spiritum sanctum prorumpens, quem subdit Lucas, dicens. ¶ Et dixit: Nũc di- 30
»mittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace: Quia uiderunt ocu
»li mei salutare tuũ, Quod parasti ante faciem omnium populorum, Lumen ad reue
»lationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël. ¶ Hæc est laus, hæc gratiarũ actio, hæc benedictio, quam Simeon habuit ad deum. Nũc dimittis (inquit) seruũ tuum domine, secũdum uerbum tuũ in pace, quasi diceret: Hactenus dilatus est dies dormitionis serui tui: at à modo domine finis me seruum tuũ, impleto oraculo tuo, abire in pace, in locum pacis, non tormentorum: in sinum Abrahæ, in stationem quietam animarum. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Oraculum enim quod acceperat, id fuerat, se nõ uisurum mortem, nisi prius uideret CHRISTVM domini, quem & uiderat, & sanctis in gaudio complexatus ulnis fuerat, quẽ & salutare dei appellat. Sed & ideo in locum pacis se abire dicit, quia uidit salutare: pax enim eius CHRISTVS, salus eius CHRISTVS: salutare inquam, quod parauit deus ante faciem omnium populorum, quod parauit inquam per sanctum euãgelium omni nationi gentium reuelandum, quemadmodum & fuerat præuaticinatum. Videbunt Esaiæ. 52.
omnes fines terræ salutare dei nostri, & rursus: Notũ fecit dominus salutare suum, Psal. 97.
in conspectu gẽtium reuelauit iustitiam suã. Ante faciem omnium populorũ: quia omnes gẽtes quæcunq; sunt saluãdæ, in eo sunt salutem cõsecuturæ. Lumen ad reuelationem gentiũ, & gloriã plebis tuæ Israël. Gentes erãt in tenebris, ad nullũ ueritatis lumẽ aspirãtes. Quod autẽ in tenebris est, manet occultum: & ne se quidem ipsum cognoscit: cũ uero adest lumen, reuelatur manifestaturq;, & se & alia uidere potest. At hoc lumine sic reuelatæ sunt, ut e tenebris egressæ, & deũ & se agnoscere possent. At qui sunt Israël, in tenebris nõ sunt, sed in luce: ut sancti et pphetæ, & his CHRISTVS ad gloriam uenit. Hunc hymnum, & quod factum est, ut audierũt & uiderũt MARIA uirgo mater, & spõsus eius, uirginitatis custos, Ioseph, admira
»bantur, ut subdit Lucas, dicẽs. ¶ Et erat pater eius, & mater eius mirãtes super his, 31
»quæ dicebãtur de illo. Et benedixit illis Simeõ, & dixit ad MARIAM matrẽ eius:
»Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ multorũ in Israël, & in signũ cui
»cõtradicetur. Et tuã ipsius animã ptrãsibit gladius, ut reuelẽtur ex multis cordibus
»cogitatiões. ¶ Et erat (inquit) pater eius Ioseph, lege scilicet, nõ natura: reputatiõe nõ opere: & mater eius tũ lege tum natura, imo supra naturã: mirãtes nõ tã de puero, q̃; de Simeone: quia & his quæ dicta fuerãt à Simeone admirabiliora sciebant, scilicet quod natus esset ex uirgĩe, quod cõceptus e spiritu sancto, & quod filius altissimi, qui saluum facturus esset populum suum à peccatis eorum, & quẽ iam uenerant angelico admonitu adorare pastores. Sed & hoc illis, & maxĩe Ioseph, admirationi esse potuit, quod Simeon dixit eũ esse salutare ante faciẽ oĩm populorũ, & lumen ad reuelationẽ gentiũ, Et patri putatiuo, & ueræ matri benedixit Simeon: nõ quod esset sanctior, sed quomodo minores maioribus suis benedicũt: & quomodo Elizabet matri dei benedixit, dicẽdo: Benedicta tu ĩter mulieres, & benedictus fructus uẽtris tui. Et beata quæ credidisti, quoniã pficiẽtur ea, quæ dicta sunt tibi à domino. Talis quædã putanda est Simeonis ad ipsos bñdictio. Nisi etiã ĩtelligamus & Elizabet & Simeonẽ per spiritũ benedixisse, & tunc spiritũ dei p ipsos fuisse benedicentẽ. Sed insuper adiecit ad MARIAM, prophetiã de ijs quæ uẽtura erãt, cũ ait illi: Ecce positus est hic in ruinã, & in resurrectionem multorũ in Israël, & in signum cui cõtradicetur. In ruinam, quæ est descẽsus in perditionem, incredulorum. Et in resurrectionem, quæ est ascensus in uitam, credulorũ. Quod & prædictũ etiam inuenitur in Esaia, ubi dicitur: Dominum exercituũ, ipsum sanctificate. Ipse pa- Esaiæ. 8.
uor uester, et ipse terror uester, & erit uobis ĩ sanctificationẽ, In lapidẽ aũt offensio

 nis &

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis & petram ſcandali duabus domibus Iſraël, & in laqueum & in ruinam habitantibus Hieruſalem, & offendent ex eis plurimi, & cadent & conterenť, & irretienť & capientur; & in ſignum cui contradiceť. Nam quantacunq; dominus ſigna faceret & ꝓdigia, ſemp ei contradixerũt ſcribæ & phariſæi, qui & ſibi Herodianos, id
Eſaiæ.8. eſt Sadducæos adiunxere. De q̃ Eſaias: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus in ſignum & portentũ Iſraël. Et noluit ſpiritus Simeonis aperte uirgini dicere q̃ ab eis ignominioſa morte afficeretur, ſed id: Et tuam ipſius (id eſt propriã) animã pertranſibit gladius (quod de gladio compaſſionis in morte illius intelligũt multi) ut reuelenť ex multis cordibus cogitationes. Quaſi diceret: O uirgo, hic filius tuus erit in ruinam multorum, & in reſurrectionem multorum, & in portentum in mirabilibus operum uirtutibus: cui contradiceť, & morte afficietur, & tuam ipſius animam mortis eius pertranſibit gladius, ut intelligas reuelatos etiam antequã ſint multorum hominũ cogitatus: ſiquidẽ alij erunt cogitatus ijs quibus erit in ruinam, alij ijs quibus in reſurrectionẽ: alij ſignis eius contradicentibus, alij aſſentientibus. Sed quid ſi dictũ illud Simeonis: Et tuam ipſius animã pertranſibit gladius
Epheſi.6. de gladio ſpiritus intelligatur? De quo Paulus ad Epheſios. Aſſumite gladiũ ſpiritus quod eſt uerbũ dei: & dominus in Matthæo. Non ueni pacẽ mittere in terram, ſed gladium. Hic autem gladius eſt arcanorũ & ſecretorum dei apertio, & dei ſer-
Hebræ.4. mo docens & illuſtrans, penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens uſq; ad diuiſionẽ animæ ac ſpiritus, compagum quoq; ac medullarũ, & diſcretor cogitationum & intentionũ cordis. Et haud ſcio cuius animã magis pertranſijt hic gladius, q̃ uirginis ſacratiſſimæ, ut iure potuerit illi dicere ſanctus Simeon: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & reſurrectionem multorũ in Iſraël: & in ſignũ cui contradiceť: & non eſt neceſſariũ, ut hæc tibi ulterius aperiam: quia tuam ipſius animã pertranſibit gladius, ſecretum ſcilicet reuelationũ uerbum: ut cognoſcere poſſis per ſpiritum ſanctũ ex multis cordibus cogitationes, ut reuelenť tibi ij quibus erit in ruinã, & ij quibus in reſurrectionẽ in Iſraël, & ij qui in ſignis & uirtutibus eius ſunt contradicturi. Et iam etiã pertranſierat, cum dixerat: Ecce ancilla domini, & cũ in ſpiritu ſancto prophetauit, & cecinit hymnũ magnificẽtiæ dei, & benedictiõis ac gloriæ ſuæ: adeo ut neminem putem per ſpiritũ CHRISTI fuiſſe myſteriorum uitæ ſcientiorem. Porro non ſolũ Simeon in præſentatione infantis in templo, ſpiritus ſancti afflatu uaticinatus eſt: ſed & Anna prophetiſſa, ſancta in diuturna uiduitate anus, quæ ſanctũ Meſiæ cũ deſiderio præſtolabať aduentũ: ſimiliter de puero, qui
32 ,, deus & dei filius erat, multa ſpiritu prophetico loquuta eſt, dicente Luca. ¶ Et erat
» Anna ꝓphetiſſa filia Phanuël de tribu Aſer. Hæc ꝓceſſerat in diebus multis, & ui-
» xerat cum uiro ſuo annis ſeptẽ à uirginitate ſua. Et hæc uidua uſq; ad annos octo-
» ginta quatuor, quæ nõ diſcedebat de tẽplo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens no-
» cte ac die. Et hæc ipſa hora ſuperueniens confitebať domino, & loquebatur de illo
» omnibus qui expectabant redemptionẽ Iſraël. ¶ Si Annã ꝓphetiſſam ponamus
15 quindecim fuiſſe annorũ quando nupſit, quibus addamus ſeptem à uirginitate in
7 connubio uiri, & octogintaquatuor quos in uiduitate exegit, proceſſerat tũ ad an-
84 num ſextum ſupra centeſimũ: ad hoc etiam ſeruata, ut ſancta ſanctum dei uideret,
106 hæc em̃ eadem hora ſuperueniens, laudabat deum, & ſpiritu prophetico, id eſt ſpiritu ſancto, de puero loquebãtur omnibus, qui in Hieruſalem redemptionem, quæ per Meſiã facienda erat, expectabant: qui cum ſancta illa muliere habebãt conſuetudinem. Quid ni? Boni bonis congrediunť, & uiciſſim ſpiritualem conſolationẽ recipiũt. Sic uiri, ſic mulieres, ſic iuuenes, ſic ſenes in aduentu CHRISTI, ꝓphetabant, & diuino ſpiritu etiã in matris utero complebanť infantes. His peractis, cum ſupcœleſti & pluſq̃ ſancto dei pignore, MARIA & Ioſeph e Hieroſolymis Galilæam

» lilæam repetiere, ut prodit Lucas, dicens. ¶ Et ut perfecerũt omnia ſecundũ legẽ 33
» domini, reuerſi ſunt in Galilæam, in ciuitatem ſuam Nazareth. Puer aũt creſcebat
» & confortabatur, plenus ſapientia, & gratia dei erat in illo. Et ibant parentes eius
» p omnes annos in Hieruſalem, in die ſolenni paſchæ. ¶ Puero nato & octauo die
circũciſo in Bethleem, & quadrageſimo aut certe poſt quadrageſimũ (quia à Bethleem in Hieruſalẽ delato) præſentato Hieroſolymis, etſi quarto nonas Februarias, quadrageſimo à natiuitate die, eccleſia hoc myſteriũ celebrat: reuerſi ſunt MARIA & Ioſep in Galilæam, in ciuitatem ſuam Nazareth. Vnde cognoſcũtur Magi, ut adorarent puerũ IESVM, tũc nõ ueniſſe cũ in eo loco eſſet uirgo, ubi eũ ſed nullo dolore peperit, in loco animaliũ extra diuerſoriũ: ſed anno uno reuoluto, & amplius: adeo quod iam dñs ſecundũ ingreſſus erat annũ, cũ id myſteriũ Magorũ de quo Matthæus meminit, factũ eſt. Hinc etiã à bimatu & infra occidi pueros iuſ- Matth.2.
ſit crudeliſſimus Herodes. Sed inquies, poſt purificationis oblationem & præſentationem domini in templo ex Luca, profecti ſunt in Nazareth, nõ in Bethleẽ. At Magi uenerati ſunt eum in Bethleem: magnũ aũt interuallũ eſt inter Nazareth ſitam in Galilæa, & ad orientem reſpectu ad Hieroſolymam habito, & Bethleẽ ſitã in Iudæa, & ad occidẽtalem plagam. Verũ id eſt, Magos dominũ reperiſſe in Bethleem, ubi domũ intrantes adorauerũt eũ. Sed idem ſpũs, qui deduxit illos in Hieruſalem, ut ab Hieroſolymitanis locũ ubi CHRISTVS natus eſſet, exquirerent, uirginẽ in Bethleem deduxit, ut Magi in hoc loco per prophetiã aſſignato illũ inuentũ adorarent. Impleta autẽ prophetia, monitu angelico, ut ex Matthæo cognoſcitur, MARIA & Ioſeph cũ infante profecti ſunt in Aegyptũ. Sed hoc totum tempus ſilet Lucas, uſq; ad reditũ eius ex Aegypto. Quo tempore, ſi continuo mortuo Herode nepiophono, id eſt, infanticida, admonitus Ioſeph ab angelo reduxit dominũ, & deiparam ac uirginem matrẽ MARIAM: poterat tũc dominus eſſe octo annorũ aut circiter, & ita ſecundũ infirmitatis noſtræ aſſumptam naturã adoleſcebat, & corroborabatur ſpũ: nõ more prophetarũ aduentitio, ſed proprio: non per illapſum, ſed per immanentiam: non per donũ ipſum, ſed per eſſentiã. Et gratia dei erat in illo, non eo quidẽ mõ, quo in Moyſe ex qua ſeptuaginta ſenes acceperunt ſed ita ut ex cuius plenitudine accipiũt oẽs, & qui ſunt, & qui fuerunt, & qui futuri ſunt. Et ibant parentes eius quotannis in Hieruſalẽ, in die ſolenni paſchæ: quod intelligendũ eſt ab octauo anno, aut certe ab eo q̃ redierũt ex Aegypto redierũt in quã monitu angeli ex Matthæo in ciuitatẽ Nazareth. Certũ aũt eſt quod nõ ibant illuc, niſi ſecũ ducto pluſq̃ ſemper ſancto puero. Sed quod ſemel accidit eis, ſecũdũ conſuetudinem Hieroſolymã ad ſolennia paſchæ profectis, ſubdit Lucas dicẽs
» ¶ Et cũ factus eſſet annorum duodecim, aſcendentibus illis Hieroſolymam, ſecũ- 34
» dum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſq̃ diebus, cum redirent, remanſit puer
» IESVS in Hieruſalem: & non cognouerũt parentes eius. Exiſtimantes autem il-
» lum eſſe in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & no-
» tos. Et non inuenientes, regreſſi ſunt in Hieruſalem, requirentes eum. Et factũ eſt
» poſt triduũ, inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorũ, audientẽ il-
» los, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, ſuper pru-
» dentia & reſponſis eius. Et uidentes, admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illum: Fi-
» li, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego, dolẽtes q̃rebamus te. ¶ Venerunt
Hieroſolymam, ſed ſecundũ conſuetudinem diei feſti: nam ſi peregrinabanť, hoc non erat uoluptatis, non curioſitatis, ſed cultus, reuerẽtiæ, honorificentiæq̃ dei gratia. Conſummatiſq̃ diebus, ſcilicet die paſchæ, et ſex alijs ſequentibus q̃ & ſuo modo celebres erant, redierunt MARIA & Ioſeph in turba Galilæorũ & Nazarenorũ, ut ſe Nazareth reciperẽt. Verũ eis abeuntibus, remanſit dominus in Hieruſalẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec ipsi cognouerũt: nam id eos latere uoluit, ut nos instrueret cum bonũ aliquod aggredimur, aut maxime quod diuinum, ne parentibus quidem notificandũ esse. Vespere aũt facto, spiritu CHRISTI id eam latere uolente, & ipsam ad tẽpus deserente, solicita ex se & anxia mater filiũ expectabat, quẽ putabat in turba esse: nõ uenientem aũt ipsa & Ioseph dolentes ubiq; perquirebant, quem ἐν τῇ συνοδίᾳ, id est inter comites itineris esse putabant, inter affines, notos & uicinos. Quo nõ inuento reuersi sunt Hierosolymam: triduo desideratũ cunctis gentibus perquirentes. Et quem cibũ, quem somnũ, quam quietẽ putas hisce tribus diebus fuisse uirgini & Ioseph? Non q̃ timerẽt aliquid sinistri potuisse ei accidere, quem sciebant filiũ dei altissimi, & maxime uirgo: sed ne negligentia ipsorũ offensus, suam eis diuinitatẽ subtraxisset. Quo tẽpore uirgo mater super omnes matres saucia, dicere poterat:
Cantico. 5. Adiuro uos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectũ meum, ut nũcietis ei, quia amore langueo. At post triduũ, ipsis satis afflictis, reperiri uoluit: sed in tẽplo, in medio doctorũ, audiẽs illos & interrogãs eos, & oẽs doctores sapientia & responsis suis in stuporẽ conuertens. Quẽ ut mater & Ioseph uiderunt, cũ gaudio admirati sunt Et quanq̃ ipsa tantã molestiã pertulisset, nihil tamen nisi modo amore languentis blandum & amatoriũ illi locuta est. Quomodo ẽm potuisset uirgineũ illud, humillimum, & mitissimũ cor quicq̃ durum cogitare? Dixit ergo: Fili quid fecisti nobis sic? Dulciori ẽm uocabulo, mitiori & amiciori alloqui non poterat, q̃ dicendo, fili. Et locuta est, non Ioseph. Neq; ẽm ad ipsum spectabat dicere: Fili, quid fecisti nobis sic? sed ad eam quæ magis anxia fuerat, quæ & orationẽ ad regem gloriæ absoluit, dicens: Ecce pater tuus & ego dolẽtes quærebamus te. Vterq; dolens erat, sed ipsa magis: ipse pater putatiuus, quem uirgo honoris, quia uir, & humilitatis gratia noãndo ptulit: illa reuera mater, tota mater, & uerissima mater; sed ut esset uirgo abscondita, dixit, pater tuus. Et quomodo ea nõ fuisset super omnes matres uerissima mater, à qua sola totam nostræ naturæ substantiã filius dei accepit, quam nulla alia mater unq̃ filio suo præstare potuit? Et proinde hæc tota mater, & sola uerissima mater. Sed quid illi ac Ioseph, qui quoad potuerãt in eo pquirendo pietatis offi
35 „ cium impleuerãt, dominus respondit, subdit Lucas, dicens. ¶ Et ait ad illos: Quid
„ est q̃ me quærebatis? Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse?
„ Et ipsi non intellexerunt uerbũ quod locutus est ad eos. ¶ Respondens dominus, qui solicitudinẽ eorum quam pertulerant, & quam ab eius sibi exhiberi uoluit, nouerat, nõ arguit eos, sed instruit, & diuina modestia docet ubi erat inueniẽdus, perinde ac si diceret: Quid est q̃ me quærebatis inter cognatos & notos per peregrinationis loca, per compita, per diuersoria? Nosse poteratis cum uobiscũ nõ essem, me in domo patris mei esse, ut illa facerem opera quæ patris mei sunt. Domus aũt
Ioannis. 2. patris, templum dei est, ut ipse apud Ioannem dicit: Nolite facere domũ patris mei domum negociationis. Ergo in templo requirendus eram, pauciore quidẽ solicitudine, & minore tristicia & anxietate. Qua responsiõe nõ paruifecit matrẽ, sed sublimiter honorauit: nõ depressit, sed exaltauit: cum eam tacite innuerit esse uirginẽ, quam habuit, nõ cum homine, sed singularẽ cum deo patre matrẽ. Quod & potuissent doctores, nisi mente cæci fuissent, intelligere: nam cũ dicebat: In his quæ patris mei sunt: nõ de Ioseph aut quoq̃ homine, sed de deo faciebat sermonẽ. At doctores & qui in templo erant, nõ intellexerũt responsum, qd' locutus est ad eos, ad Ioseph, inquã, & MARIAM, qui responsum eius probe intelligere poterãt: nã id ab angelo & spiritu sancto dudũ erant edocti. Id ergo: Et ipsi nõ intellexerũt uerbum, nõ ad Ioseph & MARIAM, sed ad doctores & eos qui erant in templo referendum est: quod uero sequit: Quod locutus est ad eos, ad Ioseph & MARIAM. Verum & in his intelligi potest mysteriũ, MARIA contemplantiũ uitam figurat

Ioseph

Ioseph agentiũ, qui cõtemplatiuis cooperantur, assistunt, & quoad possunt eos ad iuuant: à qbus si deus se subtrahat, die noctuq; cessare nõ debent, anxij dolentesq; donec eũ reperiant: sic ẽm uult quandoq; quæri, & maius, sui subtracta præsentia, suscitare desideriũ: at nõ inuenitur, nisi in ijs quæ dei sunt, & in locis sanctis, & sanctarũ rerũ meditationibus, quæ sunt sacrarũ literarũ studia, & in euoluẽdis sanctorũ, pphetarũ, apostolorũ & Euangelistarũ libris: in quorũ medio, salus nostra & omniũ inuenitur IESVS. Inuentus aũt nõ deserit reperientes, tam cõtemplantes, q̃ agẽtes, donec puenerint in paradisum: quemadmodũ nõ deseruit dñs MARIAM & Ioseph, donec peruenerunt in ciuitatem Nazareth. Quod adijcit Lucas, dicens
„ ¶ Et descendit cũ eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conser 36
„ uabat omnia uerba hæc in corde suo. Et IESVS proficiebat sapientia & ætate, &
„ gratia apud deũ & homines. ¶ Quid est, Et erat subditus illis: nisi qd' omnia quæ si lij debent parentibus, impendebat eis obsequia? Nimirũ ut ex seipso cæteris filijs, quantũcunq; magni sint, exemplũ præberet suis obsequendi parentibus. Nã cũ filius dei esset, se ut præstaret humilitatis formam, & implendæ legis diuinæ speculũ, subdebat hominibus. Nec aliter patrem nutritiũ uenerabatur, q̃ si ipsum secundũ carnem genuisset. Matrem aũt uirginem sic uenerratus est, ut eam fecerit super omnes beatam; quæ oia, quæ ipse dicebat & faciebat, in corde suo conseruabat. A qua sic ordinante spũ sancto, oppido q̃ credibile est, ut iam quoq; dictũ est, in multis Lucã fuisse illuminatũ, qui & illi perfamiliaris fuisse prædicatur. Sed & hic aduertendũ, dñm pauloante dixisse: Nesciebatis quia in ijs, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Quid ergo est, Mater conseruabat oia uerba hæc: nisi qd' uerba CHRISTI adhuc pueruli, profundissime cor uirginis penetrabant: ut iam impleri oraculũ Simeonis percipereẽ: Et tuam ipsius animã pertrãsibit gladius. Cuius ẽm unq̃ altius, q̃ uirginis cor pertrãsijt uerbũ CHRISTI? De quo dicitur: Diffusa est gra Psalm. 44.
tia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in æternũ. Accingere gladio tuo sup femur tuũ potentissime. Porro cũ subdit: Et IESVS proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud deũ & homines: illud sic intellige IESVS pgressum faciebat, & promouebatur ætate, & sapientia, & gratia apud deum & homines. Apud deũ qui dẽ, quia secundũ infirmitatis nostræ assumptã naturam, ut corpore pficiebat ætate adolescendo, incrementumq; suscipiendo: ita aia pficiebat sapientia, & gratia quã abunde susceperat, etiã ab ineunte ætate nõ sinendo foris ociosam: quod et ex numero 34. huius satis patet, cũ duodecim annorũ in tẽplo, in medio doctorũ sedens inuẽtus ẽ, audiẽs illos & interrogans eos, stupẽntibus cũctis q̃ eũ audiebant super prudẽtia & respõsis ei 9. De q̃ & Esaias: Ecce seruus meus, suscipiã eũ, electus me Esa. 42.
us cõplacuit sibi in illo aia mea. Dedi spũm meũ sup eum, iudiciũ gentibus pferet. Nõ quod more sanctorũ hoim indies auctiorẽ sapientiã & gratiã suscipet: qui secũdũ hypostasin erat æterna dei sapientia, & gratiæ plenitudo etiã à uirgineo matris utero: cui ab illo tẽpore, neq; accrementũ, neq; decremẽtũ aut sapiẽtiæ, aut gratiæ aduenire potuit. Apd' hoies uero, quia indies hoibus utrũq; notius fiebat atq; patẽtius. Cæterũ cũ natus eẽt in tẽpore, ætas & statura i tẽpore suscipiebant incrementũ: hæc siquidẽ tẽporalia. At sapiẽtia & grã, haudquaq; tẽporalia: & si externa manifestatio homibus tẽporalibus, fuerit tẽporalis: ut interna, cũ nunq; ociosa esse potuerit, intẽporalis deo cognita erat. Sic & q̃ sapientiæ & gratiæ donũ percipiũt: & si nõ sint per se sapientes, ut ipse: neq; p substantiã habeant grãm, ut ipse: indies tñ magis ac magis in ea pficiũt, etsi forte ea nõ reddat auctior. Vt ẽm gemmæ aut ferri nitor, qui in ipsis præerat, politura reddit eminentior: sic & infusa sapiẽtia & gratia, ipso exercitio, indies quasi aucta apparet notior atq; manifestior. Non quod etiam augeri nõ possit, perinde atq; lumen adiectione luminis; sicut apostoli ad dñm

dicebãt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicebant: Adauge nobis fidem, & hoc in ijs qui per donũ percipiunt gratiam: non autem in CHRISTO, qui non per donum, sed per essentiam illam habebat. Sic ergo dñs noster, qui seipso sapiens est, & seipso infusor gratiæ, det nobis imitatione sui ita cum ætate, sapientia, & gratia sua proficere, ut æternum patrem p ipsum, & cum ipso in spũ sancto laudare, magnificare, & glorificare possimus in perenni æternitate: quia ipsi sunt unus uerus & solus deus, quem decet honor et gloria, & potestas in omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT TERTIVM.

37 ANno autem quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæã: tetrarcha autẽ Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regiõis & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotũ Anna & Caipha factũ est uerbũ domi- 5
ni super Ioannem Zachariæ filiũ in deserto. Et uenit in omnẽ regionẽ Iordanis prædicans baptismũ pœnitentiæ in remissionẽ peccatorũ, sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto, parate uiã domini, rectas facite semitas eius. Oĩs uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & aspera in uias 10
38 planas. Et uidebit omnis caro salutare dei. ¶ Dicebat ergo ad turbas quæ exibant ut baptizarentur ab ipso: Genimina uiperarũ, quis ostẽdit uobis fugere a uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere, patrem habemus Abraham. Dico enim uobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam em̃ securis ad radicem 15
arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructũ bonũ, excidetur,
39 & in ignem mittetur. ¶ Et interogabant eũ turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem, dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det nõ
40 habenti: & qui habet escas, similiter faciat. ¶ Venerunt aũt & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille di- 20
41 xit ad eos: Nihil amplius quam quod constitutum est uobis, faciatis. ¶ Interrogabãt aũt eũ & milites dicẽtes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminẽ cõcutiatis, neq; calũniã faciatis, & contenti estote stipendijs uestris.
42 ¶ Existimante autẽ populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset CHRISTVS, respondit Ioannes dicens omnibus: 25
Ego quidem aqua baptizo uos: ueniet autem fortior me post me, cuius nõ sum dignus soluere corrigiã calceamentorum eius: ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius uentilabrum in manu eius, et purgabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Multà quidem & alia exhortans, Euãgelizabat popu 30
43 lo. ¶ Herodes autẽ Tetrarcha, cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de oĩbus malis quæ fecit Herodes: adiecit & hoc supo-
44 mnia, & inclusit Ioannem in carcerem. ¶ Factum est autem cum baptizaretur oĩs populus, & IESV baptizato, & orante apertũ est cœlum, & descen-

dit spũs

35 dit spiritus sanctus corporali specie, sicut colũba in ipsum: & uox de cœlo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Et ipse IESVS erat incipiens quasi annorũ triginta. ¶ Vt putabatur filius Ioseph, qui fuit 45
Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Iannæ, qui fuit Ioseph, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fu-
40 it Hesli, qui fuit Naggæ, qui fuit Maath, qui fuit Matthathiæ, q fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Helmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Heliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Simeon,
45 qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim, q fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obeth, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naason, qui fuit Aminadab, qui fuit Aran, qui fuit Esron, qui fuit Phares qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahã, qui fuit Tha-
50 re, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalech, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Chainan, qui fuit Arphaxat, q fuit Sem, qui fuit Noẽ, qui fuit Lamech, qui fuit Matusalæ, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malaleel, qui fuit Chainã, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit dei.

ANNOTAT. BREVES XXXIIII. CIRCA LITE. CAP III.

1	imperij		oblíqua		ἐκκόπτεται		
	τῆς ἡγεμονίας	10	in directa		βάλλεται		
1	procurante		εἰς εὐθείαν		præsentia.		
	ἡγεμονεύοντος		in directam. s. uiam	18	dicebat		
2	tetrarcha	12	quæ exibant		λέγει		
	τετραρχοῦντος & infra.		τοῖς ἐκπορευομένοις		præsens.		
4	Abilínæ	12	ostendit	18	det		
	τῆς ἀβιλανῆς		ὑπέδειξεν		μεταδότω		
4	sub príncipíb9 sacerdotũ		præteritum.		impertiatur		
	ἐπὶ ἀρχιερέως	14	dicere,		communicet		
	singulare.		*ἐν ἑαυτοῖς	21	faciatis.		
5	Caipha:		ín uobílípsís		πράσσετε		
	Καϊάφα	15	Iam enim		exigatis		
	Caiapha		ἤδη δὲ καὶ	24	Exístímante		
	quadrisyllabum.		Iam uero &		προσδοκῶντος		
6	regionem Iordanis,	15	Abrahæ.		Expectante		
	τὴν περίχωρον		τῷ ἀβραάμ		Sperante		
	τοῦ Ἰορδάνου		datiuus.	29	uenies		
	regionẽ circa Iordanẽ.	16	arboris		ἔρχεται		
7	prophetæ		τῶν δένδρων		præsens.		
	*λέγοντος dicentis.		plurale.	26	me – post me,		
10	praua	16	excidetur.	29	paleas		
	τὰ σκολιὰ	17	mittetur.		τὸ ἄχυρον		

singulare

Universidad de Deusto
Biblioteca

singulare
31 tetrarcha
ὁ τετράρχης
33 in carcerem
ἐν τῇ φυλακῇ
in custodia
36 facta est,
*λέγουσαν
dicens,
43 Iesu
Ιωσὴ
Iose
45 Iona,
τοῦ Ιωνὰν
Ionan
46 Melcha,
τοῦ Μελκὰ
Melea
46 Menna,
τοῦ Μαϊνὰν
Mainan
51 Phalech
τοῦ Φαλὲκ
Phaleg

COMMENTARIVS IN CAPVT TERTIVM.

DE adolescentia saluatoris nostri hactenus locutus est Lucas, & oĩa fere quæ his duobus superioribus capi. tractauit, ipsi peculiaria sunt, ut qui solus ea tetigit: Nunc uero ad ætatẽ domini ferme tricenariã transit, circa qd' tempus se manifestauit Ioannes Baptista, qui solitarius in desertis Iudææ uixerat. De q̃ subdit Lucas, dicens. ¶ Anno aũt quin
37 „ todecimo imperij Tiberij Cæsaris, ꝓcurante Pontio Pilato Iudæã, tetrarcha autẽ
„ Galilææ Herode, Philippo aũt fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachontidis regio
„ nis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotũ Anna & Caipha, fa
„ ctũ est uerbũ dñi super Ioannẽ Zachariæ filiũ in deserto. Et uenit in omnẽ regio
„ nem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorũ, sicut
„ scriptũ est in libro sermonũ Esaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto, parate uiã
„ domini, rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebit, & omnis mons & collis
„ humiliabitur. Et erũt praua in directa, & aspera in uias planas: & uidebit omnis ca
„ ro salutare dei. ¶ Manifestauit se Ioannes ad populũ, non à se quidem & suo spiri
tu motus, sed diuino missus oraculo; Iudæã procurãte Pontio Pilato, misso à Tibe
rio, per id temporis monarchiã Rhomanorum moderante. Prius em̃ male admini
strata Iudæa per Archelaũ fratrem Herodis & Philippi, indignatus Augustus, Ar
chelaum regno priuauit, & præcepit in exilium trudi apud Viennam ciuitatẽ Gal
liæ. Ex quo tẽpore Iudæa Archelai regio, tributaria facta, dispensationi Syriæ con
Iosephus lib. 17. iungitur. Et habuit ab Augusto quidẽ Cæsare procuratores, Cyrinum, Copinium
18. Marcum & Rufum: initio aũt regni Tiberij Valerium, cui statim successit in admi
nistratione Pontius Pilatus. Cæterũ Herodes & Philippus & Lysanias fratres Ar
chelai, suas Tetrarchias retinuere: ille Galilææ, iste Iturææ & Trachõitidis regiõis
quæ à Libano & montibus Idumææ uersus plagã occiduã ad Cedar uscꝫ tendunt:
hic Abilenes, in qua ciuitas Abila, q̃ à Lysania cognoĩata est Lysanion, & hæc ad
Cœlẽ Syriã spectat. Et hi tres, ut dictũ est, erãt tetrarchæ: Pilatus aũt nõ tetrarcha,
sed ἡγεμὼν, quẽ interdũ præsidẽ, interdũ ꝓcuratorẽ dicunt. De tetrarchijs loquit Pli
nius lib. 5. cap. 18. & 23. quas dicit singulas esse regnorũ instar, & in regna describi
Acto. 26. Porro tetrarchã regẽ dici, manifeste ostendit Paulus in Actis apostolicis, sic Hero
dem Agrippam alloquens. De oĩbus quibus accusor à Iudæis rex Agrippa existi
mo me beatũ, apud te cum sim defensurus me hodie: ubi ille frequẽter rex dicitur.
Necꝫ dicebant̃ terrarchæ, quia tota illa regio esset in q̃tuor partes distributa, quarũ
cuiuscꝫ prĩc. ꝓtus diceret̃ tetrarchia, & qui ꝑesset tetrarcha: sed tetrarchia dicebat̃,
q̃ esset τετράεων λόχων, id est quatuor agminũ: & qui quatuor præerat agminibus, hic
τετράρχης, id est tetrarcha dicebat̃. Tunc autem Annas & Caiphas, qui & Græce di
citur Caiaphas, summũ Hierosolymis sacerdotiũ tenebant: cum scilicet uerbũ do
mini factũ est in deserto super Ioannẽ Baptistã. Et quod uerbũ domini? Vt egres
sus desertũ circa finitima Iordani loca baptismũ pœnitentiæ, & reliqua q̃ fideliter
executus, est prædicaret; ut licet hic ex ipsa euangelistæ litera intueri, & ex Mat
thæi cap.

thæi cap. tertio, numero 13. & Marci cap. primo, numero 13. & sequentibus. Et com
pletius ponit̃ hic oraculũ Esaiæ, quàm illic: quod sic cap. quadragesimo habemus:
Vox clamantis in deserto: Parate uiã domini, rectas facite in solitudine semitas dei Esa. 40.
nostri. Omnis uallis exaltabitur, & omnis mõs & collis humiliabitur: & erũt praua
in directa, & aspera in uias planas. Et reuelabit̃ gloria domini, & uidebit omnis ca
ro pariter, quod os domini locutum est. Vox clamãtis in deserto, Ioannes baptista.
Dominus, & deus noster, CHRISTVS. Gloria dñi: ipse dominus, qui ĩ carne reue
latus est. Quod os domini locutũ est: uerbum patris æternum, quod & hic euange
lista salutare dei interpretatur. Misit enim dominus uerbũ suũ, ut uniuersum sana
ret mundum, ut psalmo centesimosexto scriptum est: Misit uerbũ suum, & sanauit Psal. 106.
eos, & eripuit eos de interitionibus eorũ. Aduerte tamẽ quod hic dicitur, Sub prin
cipibus sacerdotũ Anna & Caipha: in exemplaribus Græcis manu scriptis, ac uetu
stis sic haberi, ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα, id est sub principe sacerdotũ Anna & Caia
pha, ubi per id quod singulariter dicitur, sub principe: designari haud abre uidetur,
summum sacerdotium, unius fuisse principatum; et proinde Annã & Caipham qui
per uices, alternisꝫ annis summum gerebant sacerdotium, perinde reputatos atqꝫ
unum, & hinc quoqꝫ à Luca dictum, Sub principe sacerdotũ Anna & Caiapha. Et
adijcit Lucas, quomodo Ioannes increpabat eos qui ueniebant ad baptismũ suum,
„ dicens. ¶ Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant ut baptizarentur ab ipso: Genimina 38
„ uiperarum, quis ostẽdit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœ
„ nitẽtiæ, & ne cœperitis dicere, patrẽ habemus Abraham. Dico enim uobis, quia po
„ tens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iã enim securis ad radicẽ ar
„ boris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructũ bonũ, excidetur, & in ignem
„ mittetur. ¶ Hi ad quos hæc duræ increpationis, & comminationis uerba dirigeban
tur, maxime erãt pharisæi & Sadducæi; quod ex Matthæi capite tertio, numero 20. Matth. 3.
cognoscere promptum, est, ubi ait: Vides autem multos pharisæorũ, & Sadducæo
rum uenientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies uiperarũ, quis demonstra
uit uobis fugere à uẽtura ira? Simplex autẽ populus, q̃ in lege Moseos nullius erat
sectæ, facile doctrinam meliorẽ capescebat, & ad eã melius afficiebatur, quàm qui
alicuius erant sectæ. Verendum est ne idẽ nostris quoqꝫ tẽporibus accidat. CHRI
STVS dominus omnes, tã qui suæ solũ fidei sunt, nulli sectæ addicti, quàm qui se
ctas habent, saluet: & oẽs doctrina spiritus potet, & multiformis gratiæ spiritus san
cti fluminibus baptizet. Nam ut necꝫ doctrina sectæ Sadducæorũ deducebat ad sa
lutem, necꝫ pharisæorũ; sed solius, in figura, Moysi, quæ erat dei: sic nũc sola CHRI
STI, & nullius sectæ ut sectæ, doctrina saluare põt. Cætera ex concordia Matthæi
cap. tertio, numero. 20. & 21. sunt perspicua. Deinde subdit Lucas, quid Ioãnes tur
„ bis quærentibus ab ipso consilium, respõderit, dicens. ¶ Et interrogabant eum tur 39
„ bæ, dicẽtes: Quid ergo faciemus? Respõdens autẽ, dicebat illis: Qui habet duas tu
„ nicas, det nõ habenti: & qui habet escas, similiter faciat. ¶ Cum ait: Qui habet duas
tunicas, det nõ habẽti: & qui habet escas, similiter faciat: opera misericordiæ imple
ri iubet, non tàm opus quàm affectum commendans, etsi utrunqꝫ. quod μεταδότω, id
est impartiat̃, distribuat, cõmunicet, designat. Quæ simplici populo, et simplicẽ fidẽ
habẽti obseruare satis est, ad salutis præparationem. Nam deus est qui sua gratia, &
superexcellẽti bonitate saluat. Necꝫ gratia salutis, operibus debet̃, sed solius dei bo
nitati. De operibus misericordiæ, cẽꝫ accepta sint patri misericordiarũ deo, ait Esai- Esa. 58.
as: Frãge esurienti panem tuum, & egenos uagoscꝫ induc in domum tuam. Cũ ui
deris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tũc erumpet quasi mane
lumẽ tuũ, & sanitas tua citius orietur. Sanitas hæc salus est, quæ à solo deo, solaque
eius largifluæ bonitatis gratia tribuit̃. Et nõ solũ turbæ, & pharisæorũ, ac Sadducæ
orum ali-

Universidad de Deusto
Biblioteca

orum aliqui, sed & publicani ad baptismũ, & cõsilia Ioannis uenerũt, dicẽte Luca,
40 „ ¶ Venerunt aũt & publicani, ut baptizarentur, & dixerũt ad illũ: Magister, quid fa
„ ciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quàm quod cõstitutũ est uobis, faciatis.
¶ Publicani qui & Telonæ, sunt publicorũ uectigaliũ redẽptores, qui rebus terre-
nis admodũ sunt inuoluti. Quibus hoc dat consilium, ut nihilo plus exigãt, q̃ quod
eis est cõstitutum. A quibus? A regibus & principibus qui populo præsunt. An ue-
ctigalia iuste` sint imposita nec ne, nõ est exactorũ nosse, ut potestatis superioris est il
la ponere: & proinde illi, latã legẽ transgredi non debent, etsi humanã. Quæ si ini-
Psal. 74. qua sit, & illã & qui eã tulit, iudicabit ille qui ait: Ego iustitias iudicabo. Exactores
autem si nihil fecerint præter latã legẽ, manebunt insontes. Id tamẽ genus hominũ
apud Pharisæos ueluti publicis peccatoribus adnumerãdũ uilescebat: ex quibus ni
hilo secius uocauit dominus Matthæũ ad apostolatũ, & Zachæum habuit assecta-
torem, atq̃ discipulum. Nec solum Telonæ, sed & milites, qui sub alio merebãt, Io-
41 „ annem suæ salutis gratia consulebant. Quod subdit Lucas, dicẽs. ¶ Interrogabant
„ autem eum & milites, dicẽtes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concu-
„ tiatis, neq̃ calumniã faciatis; & cõtenti estote stipendijs uestris. ¶ Hoc cõsulit mili-
tibus, ut neminem concutiant, citra scilicet officiũ suũ, ut à sycophãtijs & calumnijs
prorsus abstineãt, & uiuãt suis cõtenti stipendijs: hoc est, ut quisq̃ iuxta officiũ suũ
uiuat, & nihil præter illud faciat, quancunq̃ sortitus fuerit uitæ conditionẽ. Et pro-
inde diligẽter quisq̃ cõsideret, pro uitæ suæ statu qd ad se spectet, & qd nõ. nã hoc
facere, cõsiliũ præcursoris dñi uetat: illud nõ uetat. Sũt & alia quædã officia omni-
bus cõmunia: ut opera fidei, dilectionis dei ac proximi, cultus diuini, deinde opera
subuẽtionis, quæ & officia charitatis, ac misericordiæ dicũtur, & similia quæ facien
da sunt, quantum suggerit deus & facultas suppetit. nam quanto magis ea fiũt, tan-
to melius, atq̃ commendabilius. Et hæc cõsilia Ioannis solus Lucas ponit, nõ autẽ
euangelistarũ alius. Porro` Ioannes tantã sanctimoniã, & sapientiã præ se ferebat,
ut CHRISTVS à nõnullis existimaretur. Quã opinionẽ, ut uir uere` sanctus & ue-
rax fouere noluit, sed cõtinuo` reiecit: neq̃ enim uanæ gloriæ cupidus esse poterat,
42 „ qui sanctus erat ab utero. Quod cõsequenter detegit Lucas, dicẽs. ¶ Existimante
„ autẽ populo, & cogitãtibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset
„ CHRISTVS: respõdit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidẽ aqua baptizo uos, ue
„ niet autẽ fortior me post me, cuius nõ sum dignus soluere corrigiã calceamentorũ
„ eius. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius uentilabrũ in manu eius, &
„ purgabit aream suã, & congregabit triticũ in horreũ suum, paleas autem comburet
„ igni inextinguibili. Multa quidẽ & alia exhortãs euãgelizabat populo. ¶ Sanctus
erat Ioannes, tã interna sanctitate, ut cuius esset inhabitator spiritus sanctus, quàm
externa (quã ferme` solã agnoscit populus) quæ in uerbis & doctrina, in asperitate
uictus & amictus consistit: quam uitæ rigiditatẽ Ioannes nõ suijpsius gratia, sed ad
populi uitam præparandam, & ad pœnitentiam formandam susceperat. nã internæ
sanctitudini qd externa adijcere poterat? Externa, pfecto sine interna nihil est, nisi
forte` mera hypocrisis: at interna, etsi exterior absit, aliqd est: & multo forte` maior,
quàm ubi hæc & illa adsunt, ut in CHRISTO & apostolis, qui rigorẽ illum asperita
temq̃ uitæ nõ expresserunt. Et ideo stulti, qui ab externis iudicabãt, fallebantur, ar
bitrantes ob externã illam uiuẽdi cõsuetudinem, Ioannẽ, CHRISTVM esse, & eo
qui CHRISTVS reuera erat, sanctiorẽ, ac discipulos Ioãnis, discipulis CHRISTI.
Sed Ioannes qui tanta sanctitate fuit, ut qui id cogitarent solũ, & nondũ uerbo ex-
pressissent, per spiritum sanctũ cognouerit, quantũ illi stultis cogitationibus in cor-
dibus suis ipsum extollebant, tantũ se humiliabat, & erga uerum CHRISTVM se-
ipsum deprimebat; protestãs tantum abesse, ut ipse CHRISTVS esset, ut etiã non
esset

esset dignus corrigiam calceamentorũ eius soluere, id est ad uestigia pedũ eius, ut
ei obsequiũ præstaret, procũbere. quinetiam CHRISTVM esse fortẽ, se infirmũ.
CHRISTVM in spũ sancto, & purificationis igne peccata cõsumẽte baptizare: se
in aqua, quæ peccatũ non ualet exurere, delere, consumere. CHRISTI esse, uẽtila
bro suo, doctrina sua, areã suam purgare, bonos à malis secernere, & pctã excutere:
nõ suũ. CHRISTI esse ĩ horreũ suũ, in cœleste regnũ bonos cõgregare, malos aũt
igni inextinguibili, supplicijs gehẽnæ in æternũ punire, non suũ. In quo declarabat
CHRISTVM deũ esse, cuius esset area, id est oẽs aiæ purgandæ, cuius horreũ cœle
ste q̃ regnũ: cuius eẽt bonos subuehere ĩ regnũ cœleste, et malos ad supplicia detur
bare: se autẽ solũ hominẽ esse, cuius nulla esset huiusmodi dignitas, ac potestas. Ve
rum, CHRISTVM tã dignũ, tam fortẽ, tam potentem ad saluandum, nondum ue-
nisse, sed uenturũ esse, id est se nondũ manifestasse, sed breui manifestarũ ire. Quæ
etiam tangit Matthæus cap. tertio, numero 22. Et multa alia, & ea quidẽ bona, cuiq̃
ad se uenienti exhortãdo annunciabat. Deinceps subdit Lucas, qua de causa Hero
„ des tetrarcha Galilææ apprehẽderit Ioannem, & coniecerit in uincula, dicẽs. ¶ He- 43
„ rodes autem tetrarcha, cũ corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de
„ omnibus malis, quæ fecit Herodes, adiecit, & hoc super omnia, & inclusit Ioãnem
„ in carcerem. ¶ De isto Herode, & Herodiade, quam tulit Philippo fratri coniugẽ,
scripsit Iosephus Antiquitatum libro duodeuigesimo, cap. 13. 14. 16. quod Herodes
eũ Rhomã proficisceretur, hospitio fratris susceptus est: ubi Herodiadis uxoris fra
tris sui amore captus, ausus est cũ ea de nuptijs miscere sermonem. quæ firmatis pa
ctis, postquam Rhoma reuersus esset, suscepit cõnubij iura. Pacta autem erãt, ut fi-
liam Arethæ regis, quã sibi cõiugio sociauerat Herodes, excluderet à thoro. Et sic
insuper de Herodiade habet. Herodias legẽ paternam transgrediens, Herodi con
iungitur fratri uiri sui, uiuum deserens uirum. Sed & filia regis Arethæ hæc præsen
tiens, confugit ad patrem. Vnde inter Aretham regem, & Herodem tetrarchã, ma
gnum subortum est dissidium. exercitu Herodis misere afflicto. Hanc autẽ exerci-
tus cladem, in ultionẽ mortis Ioannis iuste` Herodẽ suscepisse existimabãt, qui cer
te` multo maiorẽ meritus erat. De qua re hic ipsa historiographi uerba adscribenda
censuimus. scribit enim sic: Quibusdam autẽ Iudæorũ uidebatur ideo perijsse He- Iosephus
rodis exercitum, quod in eum satis iuste` indignatio diuina cõmota sit, pro uindicta
Ioannis, qui uocabatur Baptista. Hũc enim Herodes occidit, uirũ ualde bonũ: qui
præcipiebat Iudæis uirtuti operam dare, iustitiam colere, in deũ seruare pietatẽ, &
per baptismum in unum coire: tum demũ enim baptismũ acceptabilem fore, si non
solum ad abluẽda peccata sumatur, uerum etiam ad castimoniam corporis, atq̃ ad
animæ iustitiam purificationemq̃ seruetur. omniumq̃ pariter uirtutũ uelut signa-
culum, & custodia quædã fidelis habeatur. Quæ cũ ab eo præcepta huiusmodi do-
cerentur, atq̃ ad audiendum eum quamplurima multitudo cõcurreret: ueritus He-
rodes ne forte doctrinæ eius psuasiõe, populi à suo regno discederẽt (uidebat enim
quod præceptis eius, ac monitis parata eẽt plebs in omnibus obedire) melius credi-
dit, priusquã noui aliquid fieret, præuenire hominem nece, quàm postmodum tur-
batis rebus serã pœnitudinẽ gerere. Ex sola hac suspitione Herodis, uinctus in ca-
stellum Macherunta abducitur Ioannes, ibiq̃ obtrũcatur. Iudæis autem (sicut iã di-
ximus) uidebatur pro eius ultione, interitũ illius exercitui deũ importasse, quo He
rodes sũpsisset digna supplicia. Hactenus Iosephus. Quæ cõfirmat Egesippus de Egesippus
bello Iudaico libro secũdo, sic inquiẽs: Quæ causa autem mortis fuerit Ioannis, bre
uiter expediam. Philippũ & Herodem, qui prius Antipas dictus est, germanos su-
pra ostendimus. Vxorẽ Philippi Herodiadẽ, Herodes illicito, ac nefando sibi iure
matrimonij sociauit. Non tulit hoc Ioannes, & ait illi: Nõ licet tibi habere uxorẽ fra

 tris tui,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tris tui. Tunc ille cõmotus, in carcerẽ detrusit Ioannem: nec multo post necauit uirum iustum, & constantem diuinæ legis executorem. Non solum enim quasi prædicator euangelij, fraterni cubilis incestum reprehenderat, uerumetiã quasi legis executor, præuaricatorẽ legis condemnauit, qui fratris uiuentis uxorẽ eripuerat, præsertim habentẽ semẽ de germano ipsius. Hactenus Egesippus. Ioannes ergo Herodem de multis flagitijs, quæ perpetrauerat contra legẽ, arguebat ut resipisceret, & à deo cõsequeretur ueniam: inter quæ & de Herodiade, quam uiolato (ut dictũ est) fratris sui Philippi thoro, tulerat sibi contra legẽ uxorẽ, Ioannes Herodi bonũ, æternamq; salutem optabat. Herodes contrà, Ioanni malũ atq; perditionẽ. Ioannes eum solui uolebat à uinculis peccati & diaboli, ipse uero Ioannẽ in uincula coniecit. Quod si quis sacrilegia primi Herodis, & facta eius nefanda cognoscere uelit, legat Iosephi & Egesippi historias: illius libros, 16. & 17. huius primum: unde partim qualis hic Herodes tetrarcha filius eius esse debuerit, facile conijcietur: partim ex uerbis CHRISTI de ipso dicentis: Dicite uulpi illi. Quæ quanq; præstaret nescire q̃ scire: id tamen nosse haud inconuenit, hunc scilicet quod Ioannem morte affecerit, & dominũ in passione irriserit: ne in hoc quidem mundo, eisdem historiographis testibus, remansisse inultum, ut qui sublata tetrarchia, & regno Agrippæ adiuncta, cũ uniuersa ipsius substantia à Caio Cæsare æterno damnatus est exilio una cum Herodiade: quibus pro loco exilij ciuitas Lugdunensis deputata fuit: ubi luctu acerbo, summaq; miseria miseras efflarunt animas. Adeo infelix fuit Herodis & Herodiadis huius mundi egressus, quo multo etiam infelicior creditur alterius ingressus. Porro fusius de Ioanne, quo pacto Herodes eum apprehenderit & morte affecerit, tractant Matthæus cap. 14. numero. 142. & Marcus capite sexto, numero. 31. Et quod dixit hic Lucas de Ioanne, per anticipationem dictum est: nam subdit de baptismo populi & CHRISTI, qui præcessit Ioannis ab Herode

Luce. 13.

44 » comprehensionem, dicens. ¶ Factum est autem cum baptizaretur omnis popu-
» lus, & IESV baptizato, & orante, apertum est cœlum, & descendit spiritussanctus
» corporali specie, sicut columba in ipsum: & uox de cœlo facta est: Tu es filius me-
» us dilectus, in te complacui mihi: & ipse IESVS erat incipiens quasi annorum tri-
» ginta. ¶ De baptismo domini à Ioanne scripsit Matthæus capite tertio, nũero. 23. & Marcus capite primo, numero quarto. Sed addit Lucas, q̃ orante IESV, id est, preces ad deum fundente, descendit spiritussanctus corporali specie quasi columba super ipsum. Cæteri cum baptizabant, peccata sua confitebant ex Matthæo, & Marco: uerũ CHRISTVS peccata nõ habuit quæ confiteret, ut qui peccatũ non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius; aut pro quibus oraret. Qd' si confessionẽ fecit, nobis fecit: ut quod orauit, nobis orauit. Et illa cõfessione ipsius & oratione, in nostro baptismate sanctificamur, aperiturq; nobis cœlũ, & infunditur nobis desuper spiritus eius, spiritus colũbinus, spiritus simplex, mitis, mansuetus: & requiescit super nos, nisi furor carnalis uitæ eũ depellat. Baptismus enim CHRISTI nostri fuit ueritas, sanctificatio, cõsummatio. Adijcit præterea Lucas, qua ætate dñs esset cũ baptizatus est, qd' alij tacent, q̃ scilicet fere tricesimũ ageret annũ, quodq; (ut continuo subiũxit) putaretur filius Ioseph, idq; secundũ carnẽ. At nõ erat filius Ioseph secundũ carnẽ ac naturã, sed filius dei & uirginis, & eiusmodi quidẽ uirginis, q̃ uelamento sponsi uirginitatis eius testis, cõscij, ac custodis, nõ mariti, debuit esse abscondita. Putabat' ergo, sed falsò, qd' nõ erat. Cætera ijs quæ in Matthæo, & Marco numeris prætactis habent', sunt cõformia. At meminit hic Lucas Ioseph, cuius dominus ab ijs, quos secretũ incarnationis latebat mysterium, filius putabatur, ut alio ordine, quàm Matthæus genealogiam domini texeret: incipiendo à Ioseph putatiuo CHRISTI patre, & finiendo in deum, illius uerum ac naturalem patrem, nequaq; prætermissa

prætermissa naturali quoq; uirginis linea: quæ ratione patris de Dauid descenderat per Nathan filiũ Dauid: ratione uero matris, de Dauid per Salomonem, ut aliquando in commentarijs epistolæ Pauli ad Hebræos capite septimo (ut deus in-
» dulsit) disseruimus. Hanc ergo genealogiæ seriẽ sic texit Lucas, dicens. ¶ Vt pu- 45
» tabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi,
» qui fuit Iannæ, qui fuit Ioseph, qui fuit Mattathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum,
» qui fuit Esli, qui fuit Naggæ, qui fuit Maath, qui fuit Mattathiæ, qui fuit Semei, qui
» fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Rhasa, qui fuit Zorobabel, qui fuit
» Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elma-
» dam, qui fuit Er, qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui
» fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Elia-
» cim, qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Mattathia, qui fuit Nathan, qui fuit
» Dauid, qui fuit Iessæ, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naas-
» son, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ
» qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraam, qui fuit Tharæ, qui fuit Nachor, qui fu
» it Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalech, qui fuit Eber, qui fuit Sale, qui fuit Chai-
» nan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Ma-
» thusalæ, qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleël, qui fuit Chainan, qui fuit
» Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit dei. ¶ Hæc genealogia per pentadecadas sic digeri potest.

		I	E	S	V	S.
1	Ioseph	Ioseph	Matthat	Salmon	Eber
2	Heli	Iuda	Leui	Naasson	Sala
3	Matthat	Ioanna	Simeon	Aminadab	Cainan
4	Leui	Rhesa	Iuda	Aram	Arphaxad
5	Melchi	Zorobabel	Ioseph	Esrom	Sem
6	Ianna	Salathiel	Ionan	Phares	Noë
7	Ioseph	Neri	Eliacim	Iuda	Lamech
8	Mattathias	Melchi	Melea	Iacob	Mathusala
9	Amos	Addi	Mainan	Isaac	Enoch
10	Naum	Cosam	Mattatha	Abraam	Iared
11	Esli	Elmodam	Nathan	Thara	Malaleel
12	Naggæ	Er	Dauid	Nachor	Cainan
13	Maath	Iose	Iessæ	Saruch	Enos
14	Mattathias	Eliezer	Obed	Ragau	Seth
15	Semei	Iorim	Booz	Phaleg	Adam.
		D	E	V	S.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IESVS DEVS

1	Ioseph			Adam	15
2	Heli			Seth	14
3	Matthat			Enos	13
4	Leui			Cainan	12
5	Melchi			Malaleel	11
6	Ianna			Iared	10
7	Ioseph			Enoch	9
8	Mattathias			Mathusala	8
9	Amos			Lamech	7
10	Naum	In uoce patris declaratur, qd' i ipsa CHRISTI dilectiõe & auditione, id est fide eius, omnia saluẽtur: & hoc in trinæ beatitudinis, patris, filij et spiritus scti cõfessiõe: quæ uox ī nube, columba, & humanitas CHRISTI figurant.	SYMBOLA Vox nubis Columba Humanitas Pater Spiritusſ. Filius. In nube, fœcunditas: In columba benignitas: In filio, humanitas: In flumine à CHRISTO sanctificato, peccatorum remissio designatur,	Noẽ	6
11	Esli			Sem	5
12	Naggæ			Arphaxad	4
13	Maath			Cainan	3
14	Mattathias			Sala	2
15	Semei			Eber	1
1	Ioseph			Phaleg	15
2	Iuda			Ragau	14
3	Ioanna			Seruch	13
4	Rhesa			Nachor	12
5	Zorobabel			Thara	11
6	Salathiel			Abraam	10
7	Neri			Isaac	9
8	Melchi			Iacob	8
9	Addi			Iuda	7
10	Cosam			Phares	6
11	Elmodam			Esrom	5
12	Er			Aram	4
13	Iose			Aminadab	3
14	Eliezer			Naasson	2
15	Iorim			Salmon	1
1	Matthat			Booz	15
2	Leui			Obed	14
3	Simeon			Iessæ	13
4	Iuda			Dauid	12
5	Ioseph			Nathan	11
6	Ionan			Mattatha	10
7	Eliacim			Mainan	9

M e l e a

Hæc descriptio facta à Luca, per quinq; pentadecades, pcedit: in pentadecade aũt septenariũ octonarius cõtinet, illíq; supereminet, ut ueteri legi noua: nã si septenario octonarium adieceris, pentadecas exurget. Hoc interest, q̃ primum in ordine & ultimum numeris non continentur, sed omnem præcedunt numerũ & sequuntur, omniumq; principiũ sunt & finis, ut in prima patet descriptione. Et cum in quadrangulo hæc genealogia describitur, uides quomodo principiũ iungitur suo fini: & quo pacto IESVS & Adam deo sunt ortu, pximi. IESVS natura, Adam creatione: utercq; à deo, pxime, sed IESVS maxime: ille oblique, hic recte: ille tẽporaliter, hic æternaliter: ille e' nulla substãtia, hic e' dei substãtia. Vtercq; dei, sed IESVS q̃ & CHRISTVS, sic dei, q̃ etiã deus: Adam sic dei, q̃ ex se nihil: & quicquid est, nõ sui sed dei est: si qd aũt sui ẽ & nõ dei, peccatũ est & nihil. CHRISTVS oĩa ẽ in uerita te, Adã omnia in similitudine. CHRISTVS oĩa creat, omnia potest, & nihil nõ potest: Adã nihil creat, & peccare potest: sed id posse nõ est posse, sed à potentia desicere & nihil posse. Et ita ex opposito respondẽt, CHRISTVS q̃ est secundus Adã & Adam qui est primus Adam: sicut ueritas & uestigiũ, artifex & opificiũ, lux & umbra; omnis em̃ homo umbra: solus CHRISTVS lux, qui ima summis uninit, & in quo uno omnis exaltata est creatura, generationũ seriem, quæ à deo patre sine initio sumit initium, in deum patrem reducens. Cui per ipsum in spiritu sancto sit honor, decus, & imperium, in omnia secula seculorum. Amen.

CAPVT QVARTVM.

IESVS autem plenus spiritu sancto, egressus est a Iordane, 46
& agebat̃ in spiritu in deserto diebus quadraginta, & tentabatur a diabolo, Et nihil manducauit in diebus illis, &
consummatis illis, esurijt. Dixit autem illi diabolus: Si
5 filius dei es, dic lapidi huic, ut panis fiat. Et respondit ad
illum IESVS: Scriptum est, quia non in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Et duxit illum diabolus, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatẽ hanc uniuersam, & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cui uolo do illa: tu ergo
10 procidens si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Et respondens IESVS dixit illi: Scriptum est: Dominũ deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eum super pinnã templi, & dixit illi: Si filius dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptum est em̃, quod angelis suis mandauit de te, ut conseruẽt te: & quia in manibus tollent te, ne forte
15 offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Et respondens IESVS, ait illi: Dictũ est: Non tentabis dominũ deũ tuũ. Et cõsummata omni tentatiõe, diabolus recessit ab illo usq; ad tempus. ¶ Et regressus est IESVS in uirtute spũs in Gali- 47
læã, & fama exijt per uniuersam regionẽ de illo. Et ipse docebat in synagogis eorũ, & magnificabatur ab oĩbus. Et uenit Nazareth ubi erat nutritus
20 & intrauit secundũ consuetudinẽ suam die sabbati in synagogã, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaiæ pphetæ. Et ut reuoluit librũ, inuenit locum ubi scriptũ erat: Spiritus domini super me, propter quod unxit

Universidad de Deusto
Biblioteca

me, Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare
captiuis remissionem, & cæcis uisum: dimittere confractos in remissionē
prædicare annū domini acceptū, & diē retributionis. Et cū plicuisset librū 25
reddidit ministro & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intenden-
tes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est hæc scri-
ptura in auribus uestris. Et omnes testimoniū illi dabant, & mirabantur
in uerbis gratiæ, quæ procedebāt de ore ipsius, & dicebant: Nōne hic est
48 filius Ioseph? ¶ Et ait illis: Vticq dicetis mihi hanc similitudinē: Medice, 30
cura teipsum. Quanta audiuimus facta in Capharnaū, fac & hic in patria
tua. Ait aūt: Amē dico uobis, quia nemo propheta acceptus est ī patria sua
In ueritate dico uobis, multæ uiduæ erant in diebus Heliæ in Israël, quan
do clausum est cœlū annis tribus & mēsibus sex, cum facta esset fames ma-
gna in omni terra, & ad nullam illarū missus est Helias, nisi in Sarepta Si- 35
doniæ, ad mulierem uiduam. Et multi leprosi erant in Israël sub Helisæo
propheta, & nemo eorū mūdatus est, nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt
omnes in synagoga ira, hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt illū ex
tra ciuitatem, & duxerunt illum uscq ad superciliū montis, super quē ciui-
tas illorū ædificata est, ut præcipitarent eū. Ipse autem transiens per medi 40
49 um illorū ibat. ¶ Et descendit in Capharnaū ciuitatem Galilææ, ibicq do
cebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat
sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habens dæmoniū immundum, et
exclamauit uoce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi IESV Nazarene?
Venisti perdere nos? Scio te quia sis sanctus dei. Et increpauit illū IESVS, 45
dicens: Obmutesce, & exi ab eo, Et cum proiecisset illum dæmoniū in me-
dium, exijt ab illo, nihilcq illum nocuit. Et factus est pauor in omnibus, &
colloquebantur ad inuicem dicentes: Quod est hoc uerbum, quia in pote
state & uirtute imperat immūdis spiritibus, & exeūt? Et diuulgabatur fa-
50 ma de illo in omnē locū regionis. ¶ Surgens autē IESVS de synagoga, in- 50
troiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis fe-
bribus, & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri, &
dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cū autem sol occidis-
set, oēs qui habebant infirmos uarijs languoribus, ducebant illos ad eum
At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dæmonia a
multis clamantia & dicentia, quia tu es filius dei. Et increpans, non sinebat 55
51 ea loqui: quia sciebant ipsum esse CHRISTVM. ¶ Facta autem die egressus
ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & uenerunt uscq ad ip
sum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs
ciuitatibus oportet me euāgelizare regnum dei, quia ideo missus sum. Et 60
erat prædicans in synagogis Galilææ.

ANNOTA.

ANNOTAT. BREVES XLI. CIRCA LITERAM. CAP. IIII.

1 egressus est 13
ὑπέτρεψεν
regressus est
2 in deserto 14
εἰς τὴν ἔρημον 18
in desertum
4 illis *ὕστερον postea
6 IESVS: *λέγων dicens,
6 uiuit 19
ζήσεται
futurum.
7 duxit
ἀναγαγὼν
subduxit
7 diabolus 21
* εἰς ὄρος ὑψηλὸν
in montem excelsum,
8 in momento 21
ἐν στιγμῇ
in puncto
8 ait illi 24
*ὁ διάβολος
diabolus, 24
calumniator,
9 illa.
αὐτήν 25
illam
10 erunt tua omnia 29
ἔσται σου πᾶσα
erit tua omnis 30
10 dixit illi.
*ὕπαγε ὀπίσω μου σατανὰ
Abi post me satana, 33
11 seruies 36
λατρεύσεις
te
13 σεαυτὸν 43
teipsum

mandauit
ἐντελεῖται
futurum. 44
& – quia
regionem
τῆς περιχώρου
finitimam regionem 45
& infra.
magnificabatur
δοξαζόμενος 46
glorificabatur
sabbati 47
τῶν σαββάτων
plurale,
legere. 48
ut legeret.
& ita de infinitiuis se- 51
ut reuoluit (quētib9 51
ἀνεκτύξας
ut explicuit
uisum: 52
ἀνάβλεψιν
in remissionem,
ἐν ἀφέσει 52
in remissione
acceptum,
– & diē retributiōis. 53
quæ procedebant
τοῖς ἐκπορευομένοις
Vticq 54
πάντως
Omnino
in ueritate * dicit aūt 56
Sidoniæ,
τῆς σιδῶνος
Sidonis 60
dæmoniū immundū:
πνεῦμα δαιμονίου ἄκα

ἐάρτου
spūm dæmonij immū
Sine. (di
ἔα
Eia,
Age
quia sis
τίς εἶ
quis es
illum
illi
in omnibus:
ἐπὶ πάντας
super omnes
Quod est hoc uerbū:
τίς ὁ λόγος οὗτος
Quis sermo hic
magnis febribus:
πυρετῷ μεγάλῳ
singularia.
super
ἐπάνω
supra
imperauit
ἐπετίμησε
increpauit
cum occidisset,
δύνοντος
cum occideret
qui
ὅσοι
quoquot
tu es
*ὁ χριστὸς
CHRISTVS
Ideo
ἕνεκα τοῦτο
ad hoc

COMMENTARIVS IN CAPVT QVARTVM.

POsita genealogia saluatoris: prosequitur Lucas quadragenariū dñi
» in deserto ieiuniū, ac tentationem eius, dicēs. ¶ IESVS autē plenus 46
» spū sancto egressus est à Iordane, & agebatur in spū i deserto, diebus
» quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus il
» lis. Et consummatis illis, esurijt. Dixit autem illi diabolus: Si filius dei
» es, dic lapidi huic, ut panis fiat. Et respōdit ad illum IESVS: Scriptū est, quia nō in
» pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Et duxit illum diabolus, & ostendit
» ei omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait illi: Tibi dabo potestatem

hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

» hanc uniuersam, & gloriam illorũ: quia mihi tradita sunt, & cui uolo do illa. Tu ergo procidens si adoraueris corã me, erunt tua omnia. Et respondens IESVS, dixit illi: Scriptũ est: Dominũ deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Et duxit illũ in Hierusalẽ, & statuit eũ super pinnã templi, & dixit illi: Si filius dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptũ est enim, quod angelis suis mandauit de te, ut conseruent te, & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Et respondens IESVS ait illi. Dictũ est: Non tentabis dominũ deũ tuũ. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usq; ad tẽpus. ¶ Quid est: Agebat in spiritu in deserto diebus quadraginta, nisi ductus à spiritu in desertũ, conuersabat ibi quadraginta diebus? Et à quo spiritu? Ab eo profecto quo plenus erat cũ recessit à Iordane, susceptо in Iordane baptismo, non Ioannis in aqua solũ, sed etiã suo in spiritu sancto. Et tentabatur à diabolo, nõ quadraginta illis diebus, sed posteaq; illis exactis esurijt. Et ille ter tentauit dominũ, & toties uictus est, deinde recessit ab eo. Et has tentationes & victorias domini ponit Matthæus cap. 4. nũero. 25. & duobus sequẽtibus Hoc tamen interest, quod in recentioribus codicibus Latinis & Græcis, secundæ & tertiæ tentationis immutat ordo: & quod ex Matthæo, recessit malignus nõ ferens domni increpationẽ: Vade post me satana. At hic animaduertendũ est, in uetustis codicibus Latinis: eundem tentationũ ordinem in Luca & in Matthæo seruari. Qd uidere licet in uetusto quodã codice, cœnobij diui Germani Pratensis ad muros Parisienses siti, & plerisq; alijs eorum locorũ, in quibus cariosa & uetustate penè consumpta adseruant uolumina. Sed & sic esse, & ita Lucam scripsisse, peruerisimile est: nam cũ diabolus recessit à CHRISTO, nõ dimisit eũ Hierosolymis super pinnam templi. Quid enim opus fuisset uirtute spiritus, ut inde rediret in Galilæam? Adde quod Marcus dicit, tentatiõe facta, & effugato diabolo, dominũ relictũ fuisse cũ bestijs terræ, & angelos ei ministrasse. Nõ ergo recessit diabolus, eo Hierosolymis relicto. Cæterũ post secundam tentationẽ apud Græcos, qua procidente domino diabolus adorari uoluit, ponitur hæc increpatio, ὕπαγε ὀπίσω μου σατανὰ, id est. Abi post me satana: quod perinde est ac, Abscede, noli ultra coram me stare satana. Quibus uerbis factum est diabolo imperiũ abeundi, & proditus est quisnam esset, nimirum diabolus & satanas, qui uolebat deus uideri, & adorari etiã à deo. Ergo proditus, nõ ulterius tentauit, neq; imperium abeundi differre potuit. Abijt igitur tunc, & reliquit dominũ in monte illo excelso. Est ergo mutatus ordo, ubi post abitionis iussionem inducitur rursus tentans, qui & restituendus est ad uerũ ordinem, ordini Matthæi cõspirantem, quem arbitror antiqua & uera exemplaria, tum Græca tum Latina habuisse. Cætera in utroq; euangelista consimilem sortiuntur intelligentiam. Et quid est quod ait Lucas: Et cõsummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usq; ad tempus? Vocabulum καιρὸς, quo hic utitur, tempus & opportunitatẽ designat. Perinde igitur est, ac si dixisset: Recessit ab illo usq; ad tempus opportunum, usq; ad opportunitatem. Recessit igitur, nunq; ad tentandum rediturus, si ipsi à deo nulla postea data sit opportunitas aut occasio. Mox subdit Lu
47 » cas regressũ domini uirtute spiritus in Galilæã, dicens. ¶ Et regressus est IESVS
» in uirtute spiritus in Galilæam, & fama exijt per uniuersam regionẽ de illo. Et ipse
» docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus. Et uenit Nazareth,
» ubi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synago
» gam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaiæ pphetæ. Et ut reuoluit librũ,
» inuenit locum ubi scriptũ erat: Spiritus domini super me, propter quod unxit me,
» euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis re-
» missionẽ, & cæcis uisum, dimittere confractos in remissionẽ, prædicare annũ domi
» ni acceptũ, & diem retributionis. Et cum plicuisset librũ, reddidit ministro, & sedit.

Et omnium

» Et omniũ in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autẽ dicere ad illos:
» quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus uestris. Et omnes testimonium illi
» dabant, & mirabantur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant
» Nõne hic est filius Ioseph? ¶ Regressus est ex monte illo, ubi cũ feris relictus fuerat dñs, dei filius, uirginis filius, & rex & dñs oim, profligato diabolo, in uirtute sui spũs, cuius & uirtute fuerat in desertũ abductus. Et post resurrectionem eius Phi- Acto. 8.
lippus sic uirtute spiritus eunucho Candacis reginæ baptizato, sublatus & depositus in Azotũ legitur. Et in Galilæam reuersus, docebat in synagogis Galilæorum. & magnificabatur, magnipendebatur, & plurimi fiebat doctrina eius ab oibus, in ijs scilicet locis in quibus neq; ipse notus fuerat, neq; parẽtes eius. Ast ubi uenit in ciuitatem Nazareth, secus euenit, ubi ipse & parẽtes eius noti putabãtur, ubi lacte uirgineo post præsentationem suam in templo, fuerat aliquanto tẽpore adlactatus & à regressu eius ex Aegypto usq; ad annũ ferme tricesimũ educatus. Igitur intrauit secundũ consuetudinem suam die sabbati Nazarenorũ synagogã, secundũ consuetudinem suam inquã, & ut mos illi erat: quia licet supra legem esset, legis tamẽ obseruator erat: sed ad spũm, nõ ad pharisæacæ cæcitatis supstitionẽ. In synagoga aũt ad diei significationẽ, surgere solebat aliquis: et accepto libro, qui pro tẽpore oferebatur à ministro synagogæ ad id officij deputato, sacram aliq; lectionem populo auditioni attento, explicabat. Tunc è medio surrexit dominus, ut ipse id faceret Cui à ministro oblatũ est uolumẽ Esaiæ prophetæ: & aperto libro, nõ fortuito, sed ultro, ut ipse uoluit apud quem nihil est fortuitũ, occurrit locus iste capitis sexagesimi primi, ubi sic nunc legimus: Spũs domini super me, eo quod unxerit me: ad an Esa. 61.
nunciandũ mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem: ut prædicarem annũ placabilẽ dño, & diẽ ultionis deo nostro: ut consolarer omnes lugentes, ut ponerem fortitudinem lugentibus Sion: & darem eis coronam, p cinere, oleũ gaudij pro luctu, palliũ laudis pro spũ mœroris. Hæc prophetia, quæ primũ domino occurrerat legenda, de ipso erat Quod & ipse cũ in synagoga omniũ oculi in ipsum intenti essent, aperuit: ut illi suum agnoscerent saluatorem. Nam ex hoc quod dixit: Spũs domini super me, propter quod unxit me: intelligere debebant eũ esse Mesiam, spiritu sancto, nõ terreno oleo unctũ. Ex hoc, Euangelizare pauperibus, id est mansuetis & humilibus corde misit me, doctrinã eius nõ esse humanã, sed diuinã. Ex hoc, sanare contritos corde, & reliquis particulis eũ esse qui iustificat, qui peccata remittit, q ignorantia obcæcatos illuminat ad fidẽ, qui à maligno captiuis præstat solutionem, qui prædicat tẽpus gratiæ deo acceptũ, & tẽpus ultionis ijs qui hanc salutẽ neglexerint superuẽturũ. Sed miseri, qui cũ omnes testimoniũ illi darẽt, id est doctrinæ eius mirabili: & mirarentur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore eius; scandalizabant in hoc, quod putabant se eũ, & parentes eius nosse, & dicebãt: Nõne hic est filius Ioseph? At non erat, ut putabant: sed erat natura filius dei, quod nesciebant. Putabant filiũ MARIAE, & erat: sed nõ erat, ut putabant: nam intacta erat & uirgo, quod nesciebãt. Quare neq; patrem, neq; matrẽ, neq; fratres, neq; sorores eius cognoscebãt, ut putabant: sed temeritas sui iudicij exclusit eos à Mesiæ cognitione, & à cognitione filij dei. Quo docemur, in ijs præcipue quæ dei sunt, secundũ carnẽ iudicandum nõ esse. Et quædam eorũ, quæ hic posita sunt, tangere uid tur Matthæus ca. 13. numero 140. & Marcus cap. 6. numero 28. Quid autem illis ob temerarium carnis iudicium scandalizatis, non bene sentientibus de doctrina cœlesti, neq; eam, quã par
» erat, fidẽ habentibus, responderit dominus, subdit Lucas, dicens. ¶ Et ait illis: Vti 48
» q; dicetis mihi hãc similitudinem: Medice cura teipsum. Quãta audiuimus facta in

Caphar

Universidad de Deusto
Biblio

» Capharnaũ,fac & hic in patria tua.Ait autem:Amẽ dico uobis,quia nemo ,ppheta
» acceptus est in patria sua.In ueritate dico uobis,multæ uiduæ erant in diebus Eliæ
» in Israël,quando clausum est cœlũ annis tribus,& mensibus sex,cum facta esset fa
» mes magna in omni terra:& ad nullã illarũ missus est Elias , nisi in Sarepta Sido=
» niæ ad mulierẽ uiduam.Et multi leprosi erant in Israël sub Elisæo propheta:& ne
» mo eorũ mundatus est,nisi Naaman Syrus.Et repleti sunt omnes in synagoga ira
» hæc audientes.Et surrexerũt,& eiecerunt illũ extra ciuitatem, & duxerũt illũ usq;
» ad superciliũ montis,super quem ciuitas illorũ erat ædificata,ut præcipitarẽt eum.
» Ipse aũt trãsiens per mediũ illorũ,ibat. ¶ Nõ approbat præcedentia Nazarenorũ uerba,sed potius reprobat,cũ adijcit quæ ultra possent dicere.Posteris,inquit,omnino mihi dicere:Medice cura teipsum.Fac & hic signa in patria tua,q̃ te audiuimus fecisse Capharnaum.Quibus uerbis innuit eos,quod signa & uirtutes stupẽdas non faceret ibi,quales audierant ipsum multas fecisse Capharnaũ,infirmitati ipsius adscribere,& nõ suæ incredulitati,propter quã talia ibi signa nõ faciebat.Ideo ipsos cõmuni adagio,nimirũ quod nemo est propheta in patria sua,obnoxios esse dicit.Et quare propheta,quãuis reuera propheta sit,non reputatur propheta in patria sua? Profecto ob temerariũ ac carnale iudiciũ.Nam quia parentes norũt educationẽ,quibus studijs innutritus sit,& inter quos uersatus:ideo stolidi , sic de illo ut de se & cæteris iudicant,quasi non sit dei,quẽ uoluerit sapientia donare, aut ,pphetia,uel alijs gratijs illustrare.Et hæc est una & uera causa,cur qui gratias dei habent,nõ pro sua,sed sola,dei uoluntate,minus possint inter notos q̃ ignotos :quia noti adeo stolidi & temerarij iudicij esse solent,nisi non carne,sed spũ ambulent:ut nõ iudicent alia aut esse,aut esse posse q̃ quæ uiderint,aut agnouerint:deus aũt inuisibiliter & repẽte suas gratias in cæteris operatur,q̃ super omnes in CHRISTO nõ per donũ aduentitiũ,sed per essentiã operatus est.Et hac de causa spũs dei , qui suas gratias nõ uult esse irritas,potius ad exteros & ignotos huiusmodi cœlestia dona possidẽtes mittit,q̃ ad internos & notos.Quod exẽplo Eliæ habitatoris Carmeli,& Naaman Syri,ostendit dñs.Quorũ hic ignotus,uenit ad Elisæũ ignotũ fide ductus,ut à lepra curaretur,ad quem nullus leprosus in Iudæa,aut Galilæa ibat ut à lepra curaretur:quia ea fide(quã alienigena habebat)destitutus. Ille uero missus est tẽpore famis ad mulierem Sareptanam,quæ in Sarepta ciuitate Sidonis,,pcul habitabat ab omni cognatione Eliæ:hæc aũt uerbis illius credula fuit,& fecit q̃cunq; sibi Elias facienda imperauit:cui inter notos nõ fuisset similis. Harum historiarum altera quæ est Eliæ,nota ex tertij Regũ cap.17,altera quæ est Naaman Syri,ex quarti Regum capite quinto.Sed cum dominus,illorum incredulitatem,& aliorum erga notos,per quos nihilominus diuinum operaretur munus,taxaret : ipsi reprehensionem indigne ferentes,& ita perciti,neq; dei,neq; sabbati ratione ulla habita,deduxerunt eum extra synagogam,ut e` superciliõ mõtis super quem urbs Nazaret fundata erat,præcipitẽ dederent:sed ipsis(quanq; implendi male concepti uoti desiderio flagrarent)tanq; statuis sine sensu ac motũ utrinq; manentibus, ut uoluit dñs,per mediũ illorũ transijt,& profectus est libere quocunq; uoluit.Et hoc fecit illis signũ,quod maxime decebat incredulos,qui stupidi,& omni potentia priuati,uisuri sunt felices ad beata regna migrare:se autem ipsos ad tormẽta deseri.Illos ergo deseruit dominus tanq; indignos,& profectus est Capharnaũ,dicẽte Lu
49 „ca. ¶ Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ,ibiq; docebat illos sabbatis.
» Et stupebant in doctrina eius:quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga
» erat hõ habens dæmoniũ immundũ,& exclamauit uoce magna,dicẽs:Sine, Quid
» nobis & tibi IESV Nazarenæ? Venisti perdere nos? Scio te qui sis sanctus dei.Et
» increpauit illud IESVS,dicens:Obmutesce,& exi ab eo.Et cũ proiecisset illũ dæ
monium

» monium in mediũ,exijt ab illo,nihilq; illum nocuit:& factus est pauor in omnibus,
» & colloquebantur adinuicẽ,dicentes: Quid est hoc uerbũ? quia in potestate & uir=
» tute imperat immũdis spiritibus,& exeũt. Et diuulgabatur fama de illo in omnem
» locũ regionis. ¶ Capharnaum,urbs est maritima ad latus orientale maris Tyberiadis,in loco humili & depresso sita. Nazareth autẽ in mõtibus,& ad septentrionem paulo orientalior.Et ideo ex eo loco abeũtibus ad mare,descendendũ est.Illic docebat dominus sabbatis in synagogis,& stupebãt in doctrina eius: qa in potestate erat sermo ipsius.Sed cur in potestate erat sermo ipsius? Quia sic potens erat sermo ipsius,ut ipse solo uerbo morbos curaret,& dæmonia eijceret: imo` quicquid iuberet & imperaret,fieret . Et in tali potestate erat doctrina eius, qualem nunquam in alio quopiã docẽte agnouerant.Quam etiã dominus manifestauit,eiecto spiritu immundo,supplice & diuinitatẽ ipsius attestante.Similia ijs quæ hic tractat Lucas, habet Marcus cap.primo, numero 8. Hoc tñ interesse uideri possit,quod Marcus ponit dæmoniũ discerpsisse hominem,Lucas eum in mediũ proiecisse. At idẽ est: nam dæmonia,quos obsident,in terram prosternunt,& uehementer illidunt discerpuntq;,quod & fecit hic dæmon:illũ tamen nihil lædere potuit,neq; læsionis uestigium ullũ in eo relinquere,sic domini operãte uirtute. Deinde ponit Lucas signũ,
» quod fecit dominus in socru Petri, dicẽs. ¶ Surgens autẽ IESVS de synagoga,in= 50
» troiuit in domũ Simonis.Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus,& ro
» gauerunt illum pro ea.Et stãs super illam,imperauit febri,& dimisit illam; & conti
» nuo` surgẽs ministrabat illis.Cũ autem sol occidisset,omnes qui habebãt infirmos
» uarijs languoribus,ducebant illos ad eũ. At ille singulis manus imponens, curabat
» eos.Exibant autẽ dæmonia à multis,clamãtia & dicẽtia:quia tu es filius dei.Et in=
» crepans,nõ sinebat ea loqui:quia sciebãt ipsum esse CHRISTVM. ¶ Quid est,Et stãs super illã imperauit febri, & dimisit illã:nisi quod dominus erectus supra eam, quæ lecto ualetudinaria decumbebat,præcepit febri,& cõtinuo` febris reliquit illã? Sed & manu eã tetigit ex Matthæi cap.octauo,numero 14.Et quis dubitat,increpatione imperiosa febrẽ abijsse,& domini attactũ repẽte omnes corporis uires instaurasse,non medicorũ more,aut naturæ,quæ sensim uires reparat? Sed & de ualetudinarijs,quos impositione manuũ dominus sanabat;& de dæmonibus, quos uerbo eijciebat,meminit Matthæus ĩ prædicti cap.numero 18.Addit aũt Lucas,quod dæmonia clamabant dominum esse filium dei.At quia nõ erat illorũ id enunciare : increpata tacebãt,& abire cogebãtur.Consimilẽ sententiã habet Marc.cap.tertio. numero 16.At erumpẽte die,profectus est dominus in desertũ locum,ut subdit Lu
» cas,dicens. ¶ Facta autem die,egressus ibat in desertũ locum,& turbæ requirebant 51
» eum:& uenerunt usq; ad ipsum,& detinebant illũ ne discederet ab eis. Quibus ille
» ait:Quia & alijs ciuitatibus oportet me euãgelizare regnũ dei,qa ideo missus sum.
» Et erat prædicans in synagogis Galilææ. ¶ Id γενομένης δὲ ἡμέρας,hunc sensum prætendit,Cum autem fieret dies:aut hũc,Facta autẽ die.Verum ille huic loco accommodatior uidetur.Nam ut diffugeret turbarũ tumultum, ibat in desertum locum, qd' multitudinẽ latere uolebat:at si facto die egressus fuisset,minime latuisset. Primo ergo diluculo,& quamprimũ erumpere cœpit dies,profectus uidetur in desertũ locũ,& sic diffugisse turbarũ tumultũ:quod etiã apertius Marcus cap.primo,numero 9,indicat,ubi ait:Et diluculo ualde surgẽs,egressus abijt in desertũ locũ,ibiq; orabat.Et prosecutus est eũ Simon,& qui cum illo erant.Diffugit,ut dictũ est,turbarũ impetũ,uerũ nequaquã omniũ:nam quæ ualidiores erant,& uerbi audiẽdi desiderio ardebãt,ipsum secutæ sunt.Quibus uerbũ dei adeo` dulce & humanũ erat, ut à deserto discedere nollent,sed omni conamine secũ detinere dominũ studerẽt. Verum eũ implere oportebat officiũ ad quod missus erat.Missus aũt erat,quod su=

Universidad de Deusto
Biblioteca

pra uisum est, ut pauperibus euãgelizaret, ut sanaret cõtritos corde, ut prædicaret captiuis remissionẽ, & cæcis uisum, ut emitteret confractos in remissione, ut prædicaret annum domini acceptũ & diem retributionis. & hac ratione dimissis in sua loca turbis, profectus est ad alias ciuitates Galilææ, quas nõ uisitauerat: & earũ synagogas ingressus, euangelizabat regnum dei. Vnde satis cõstat, dominũ, ut nimias populorum turbas declinat, & in deserto à ualidis, & feruentibus requiri uult, quos contemplationis dulcedine pascat: ita & congregationes ad dei cultũ in urbibus & pagis congregatas, quas olim synagogas uocabant, nunc ecclesias, etiã uisitare. Si ergo eũ inuenire uolumus, maxime in spiritus ocio: diffugiamus confusionem multitudinum propter ipsum solum, & eum si ualidi sumus, si feruẽtes, & charitate consummati, in solitudinibus requiramus. Quod si nos detineãt urbes, congregatiões sanctorũ ne deseramus: ut ipse aut hic, aut illic nos pascere dignetur doctrina uitæ æternæ, quod est euangelium regni dei: ad quod docẽdum homines in salutẽ perpetuam, de cœlo descẽdit ipse, qui est æterni patris filius, illuminator, redemptorq; mundi. Per quem misericordiarum pater, qui tot seculis mãserat ignotus, cognitus est, ut laudetur ab omni generatione, & præterita, & futura. Illi ergo & honor, & gloria, & gratiarum actio per dominum nostrum, in spiritu sancto, in omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT QVINTVM.

52
Actum est autem cũ turbæ irruerent in eũ, ut audirẽt uerbum dei, & ipse stabat secus stagnũ Genezareth. Et uidit duas naues stantes secus stagnũ: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in unã nauim, quæ erat Simonis, rogauit eũ a terra reducere pusillũ. Et 5 sedẽs docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autẽ loqui, dixit ad Simonẽ: Duc in altũ, & laxate retia uestra ĩ capturã. Et respõdens Simon, dixit illi: Præceptor, per totã noctẽ laborantes nihil cœpimus, in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cũ hoc fecissent, cõcluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerũt socijs, 10 qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuuarent eos. Et uenerũt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut pene mergerẽtur. Quod cum uideret Simon Petrus, procidit ad genua IESV, dicens: Exi a me domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circundederat eum, & omnes qui cum illo erãt, in captura piscium, quam cœperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem fi 15 lios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem IESVS: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiẽs. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum. ℣ Et factum est cum esset in una ciuitatum, 53 & ecce uir plenus lepra, & uidens IESVM, & procidens in faciem suam, rogauit eum, dicens: Domine si uis, potes me mundare. Et extendens manũ, 20 tetigit eum, dicẽs: Volo, Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. Et ipse præcepit illi, ut nemini diceret: sed uade ostende te sacerdoti, & offer pro emũdatiõe tua, sicut præcepit Moyses in testimoniũ illis. Perambulabat autem magis sermo de illo, & cõueniebant turbæ multæ, ut audirẽt, &

curarentur

25 curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertũ, & orabat. ℣ Et factum est in una dierum, & ipse sedebat docens. Et erant phari- 54
sæi sedentes, & legis doctores qui uenerãt ex omni castello Galilææ & Iudææ & Hierusalem, & uirtus domini erat ad sanandũ eos. Et ecce uiri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebãt eum inferre, &
30 ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas submiserunt eum cũ lecto in medium ante IESVM. Quorum fidem ut uidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperũt cogitare scribæ & pharisæi, dicẽtes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus deus?
35 Vt cognouit autem IESVS cogitationes eorum, respõdens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus uestris? Quid est facilius dicere, dimittũtur tibi peccata: an dicere, surge & ambula? Vt autẽ sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & uade in domum tuam. Et confestim cõsurgens co
40 ram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abijt in domum suam, magnificãs deum. Et stupor apprehẽdit omnes, & magnificabant deũ. Et repleti sunt timore, dicẽtes, quia uidimus mirabilia hodie. ℣ Et post hæc exijt, & uidit 55
publicanum nomine Leui, sedẽtem ad teloneum, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum
45 Leui in domo sua, & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cũ illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisæi & scribæ eorũ, dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis & peccatoribus mãducatis & bibitis? Et respondens IESVS, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt, medico, sed qui male habẽt. Nõ ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœniten
50 tiam. ℣ At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequen 56
ter, & obsecrationes faciũt, similiter & pharisæorum: tui autem, edunt & bibunt? Quibus ipse ait: Nunquid potestis filios spõsi, dum cũ illis est sponsus, facere ieiunare? Venient autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabũt in illis diebus. Dicebat autem & similitudinẽ ad illos:
55 Quia nemo commissuram a uestimento nouo immittit in uestimentũ uetus: alioquin & nouum rumpit, & ueteri non conuenit commissura a nouo. Et nemo mittit uinũ nouum in utres ueteres: alioquin rumpit uinum nouum utres, & uinum effundetur, & utres peribunt. Sed uinum nouũ in utres nouos mittendum est, & utraq; conseruãtur. Et nemo bibens uetus,
60 statim uult nouum: dicit enim, uetus melius est.

ANNOTATIONES BREVES XXXI. CIRCA LITERAM. CAP. V.

1 in eum
αὐτῷ
ei
3 descenderant
* ἀπ' αὐτῶν
ex illis
6 nauicula
τὸ πλοῖον
naui
& infra.
8 Præceptor,
ἐπιστάτα

	Præfecte
11	in alia
	in altera
11	eos
	se
12	ut – penè
13	homo
	ἀνὴρ
	uir
17	ex hoc iam
	ἀπὸ τοῦ νῦν
	ex hoc nunc
	posthac
17	capiens
	ζωγρῶν
	uiuos capiens
19	in faciem – suam
22	uade,
	ἀπελθὼν
	abiens
25	curarentur
	* ὑπ' αὐτοῦ
	ab eo
25	desertum
	τοῖς ἐρήμοις
	plurale
26	sedebat
	ἦν
	erat
31	submiserunt
	κατῆκαν
	demiserunt
31	lecto
	τῷ κλινιδίῳ
	diminutiuum
	& infra
32	dixit * αὐτῷ
33	peccata * σου tua:
38	surge * καὶ &
40	tulit – lectum
40	magnificans
	δοξάζων
	glorificans
	& infra
42	mirabilia
	παράδοξα
	inopinabilia
	incredibilia
43	Leui
	Λευὶν
45	Leui
	Λευὶς
52	sponsi
	τοῦ νυμφῶνος
	thalami nuptialis
55	sponsus
	νυμφίος
	& infra
55	à uestimento nouo
	ἱματίου καινοῦ
	uestimenti noui
57	rumpit
	ῥήξει
	futurum.
57	& uinum
	καὶ αὐτὸς
	& ipsum
60	melius
	χρηστότερος
	suauius

COMMENTARIVS IN CAPVT QVINTVM.

CVm multæ turbæ incumberent domino, ut audirent uerbũ dei: & dominus staret iuxta lacũ Genesaret, quod est mare Tyberiadis, ut commodius & minori impedimento impertiret illis uerbũ dei: conscendit
52 „ nauim quæ erat Petri, ut subdit Lucas, dicens. ¶ Factũ est autem cum
„ turbæ irruerent in eum, ut audirent uerbũ dei, & ipse stabat secus stagnum Genesaret. Et uidit duas naues stantes secus stagnũ: piscatores aũt descenderant & lauabant retia. Ascendens autẽ in unam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillũ. Et sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturã. Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor per totã noctẽ laborantes, nihil cœpimus in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscũ multitudinem copiosam. Rumpebatur aũt rete eorum. Et annuerũt socijs qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuuarent eos. Et uenerũt, & impleuerũt ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur. Quod cũ uideret Simon Petrus, procidit ad genua IESV, dicens: Exi à me domine, quia homo peccator sum. Stupor eĩ circũdederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium, quam cœperant. Similiter autẽ Iacobum & Ioannẽ filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonẽ IESVS: Noli timere, quia ex hoc iam homines eris capiens. Et subductis ad terrã nauibus, relictis omnibus secuti sunt eũ. ¶ Descenderãt piscatores & lauabãt retia sua. Dominus nauim ascendit, & nauim quidẽ Petri. Petit eam pusillum abduci à terra. Sedens docet ex illa turbas: Vbi loqui cessauit, ascendit in altũ mare. Petrus, Iacobus & Ioannes ad uerbũ domini laxant retia. Et qui tota nocte laborãtes, nihil prendiderant, maximã copiam piscium, ita ut rete disrumperet, concludunt. Petunt auxilium

xilium à socijs alterius nauis. Implẽtur ambæ naues illæ. Miraculo stupefactus Petrus procũbit ad genua CHRISTI: peccatorẽ se agnoscit & indignũ, in cuius naui tãti numinis adesset præsentia. Huic dominus fiduciam ingerit, & timorẽ discutit. Deniq; subductis nauibus in terram, id est in portũ, omnibus relictis, Petrus, Iacobus, & Ioannes sequuntur filium dei. Priores piscatores ueteris legis, & ueterũ errorum magistri. Naues priores, plebes Hebræorũ & gentiliũ: Retia, uetus lex, aut gentilium dogmata. Locus terræ, terrenos indicat. Stagnũ, siue mare, mundũ. Nauis Petri, ecclesiam. Altera, synagogã, Rete Petri, doctrina CHRISTI. Nox, uetustatis rẽpus. Ergo quod piscatores descenderant e` nauibus, designat magistros uetustatis institutionem populorũ reliquisse. Quod lauant retia: illos dogmata sua, & doctrinam suam repurgare, & tunc dominum ascendere communem, & Iudæis & gẽtibus nauim, quæ una est catholica ecclesia. Quod petit à Petro nauim pusillum abduci à terra: ecclesiã à terrenis auocari oportere, sed sic tamẽ auocari, ut qui terreni sunt, plene` audire possint uocẽ CHRISTI, in naui à terrenis affectibus separata sedẽtis. Sessio, stabilitatem & immobilitatẽ eius ab huiusmodi ecclesia. Cessauit autem loqui, cũ nos sua morte redemit, & suam mortalem peregrinationẽ finiuit. Iubet ecclesiam nõ terrenam, sed spiritualem in altum duci: quia per eam uult uniuersum mundum ad fidem comprehendi. Piscatores tota nocte laborãtes, nihil prendiderant: quia tempore uetustatis, neq; gentes, neq; Hebræi ad uitã capi ualebãt æternam. In uerbo domini Petrus, Iacobus, & Ioannes laxauerunt rete in capturã: quia iussu domini, apostoli per uniuersum mundum expanderũt rete euangelicũ. Grandis copia piscium capitur: quia incredibilis gentium multitudo prædicatione eorũ, ad ueritatis fidem colligitur. Rumpitur rete, quia nõ sufficit uerbum eorum ad tantam multitudinem gentiũ ecclesiæ inducendam. Socios ex altera aduocant qui adiuuent: quia apostoli ex gentibus, & Iudæis asciuerunt, qui doctrinæ euãgelicæ cũ ipsis, omnibus nationibus prædicandæ auxilio forẽt. Duæ naues implentur, quia ecclesia ex gẽtibus, & ecclesia ex Iudæis. Quod Petrus procũbit ad genua IESV, miraculo stupefactus, & se agnoscit peccatorẽ præsentia tãtæ bonitatis, & maiestatis indignum: ea est cõfessio & humilitas, quã retinere debet ecclesia, nihil sibi tribuendo, nisi peccatum & indignitatem: sed omnia CHRISTO, à quo omne bonũ percipit, nõ suo ullo merito, sed sola illius gratia et bonitate. Quod Petrus & alij relictis omnibus secuti sunt dominũ: exẽplũ est, omnibus terrenis relictis, CHRISTVM esse sequendum. Reduxerunt Petrus, Iacobus, & Ioannes naues ad portũ: quia tã gentes, quàm Hebræos ad salutem perduxerunt. Cæterum cum dominus dixit Petro: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens: & uiuos quidẽ capiens (id enim designat ζωγρῶν) aperuit facti huius mysteriũ. Mox subdit Lucas curam leprosi, plena fide potentiam CHRISTI confitentis, dicens. ¶ Et factũ est cũ esset in una ciui- 53
„ tatum, & ecce uir plenus lepra, uidens IESVM, & procidens in faciem suã, rogauit
„ eum, dicẽs: Domine, si uis potes me mundare. Et extendens manum, tetigit eũ, di-
„ cens: Volo, Mũdare. Et cõfestim lepra discessit ab illo: & ipse præcepit illi, ut nemi
„ ni diceret: sed uade, ostẽde te sacerdoti: & offer pro emũdatione tua, sicut præcepit
„ Moyses in testimonium illis. Perambulabat autẽ magis sermo de illo: & conuenie
„ bant turbæ multæ, ut audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem sece-
„ debat in desertum, & orabat. ¶ Hic quæri potest, quomodo hic dicatur de leproso, Cum esset in una ciuitatum: cum leprosis, ciuitatibus esset interdictũ? Verum id est quo ad habitationem, nõ quo ad trãsitum, aut ad breue tempus ingressum ad necessaria comparãda: quomodo & hic tunc ingressus intelligitur: & id quidem ex Marco cap. primo, dicẽte: Et egressus, cœpit prædicare & diffamare, id est diuulgare sermonẽ: non enim nisi de ingresso diceret, Et egressus. Et hæc sanati leprosi historia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

apud Matthæũ cap.octauo,numero 72.posita est,& apud Marcum cap.primo,numero 10.Quare non est hic diutius immorandũ: quandoquidem ea illis in locis declarata est sufficienter.Neq; ad ea,quæ à Matthæo & Marco dicta sunt,adijcit Lucas.Qui & in ijs quoq; quæ sequũtur,multa cũ illis habet cõmunia,ut id quod subiungit de paralytico per tectum domus ante dominum demisso,dicens. ¶ Et factũ
54 » est in una dierum,& ipse sedebat,docens.Et erãt pharisæi sedentes, & legis docto
» res,qui uenerant ex omni castello Galilææ,& Iudææ,& Hierusalẽ.Et uirtus domi
» ni erat ad sanandũ eos.Et ecce uiri portantes in lecto hominẽ qui erat paralyticus,
» & quærebant eum inferre,& ponere ante eũ.Et non inuenientes,qua parte illũ in
» ferrent præ turba,ascenderunt supra tectum,& per tegulas submiserunt eũ cum le
» cto in medium ante IESVM.Quorum fidem ut uidit,dixit: Homo,remittũtur tibi
» peccata tua.Et cœperũt cogitare scribæ & pharisæi,dicẽtes: Quis est hic,qui loqui
» tur blasphemias? Quis potest dimittere peccata,nisi solus deus? Vt cognouit autẽ
» IESVS cogitationes eorũ,respõdens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus ue
» stris? Quid ẽ facilius,dicere dimittũtur tibi peccata,an dicere, surge & ambula? Vt
» autem sciatis,quia filius hominis habet potestatẽ in terra dimittendi peccata(ait pa
» ralytico)tibi dico,surge,tolle lectum tuum,& uade in domũ tuam. Et cõfestim con
» surgens coram illis,tulit lectum in quo iacebat,& abijt in domũ suam, magnificans
» deum.Et stupor apprehendit omnes,& magnificabant deũ.Et repleti sunt timore,
» dicentes,quia uidimus mirabilia hodie. ¶ Hãc materiam tractat Matthæus cap.no
no,numero 79.& Marcus cap.secundo,numero 11.Adijcit tamen hic Lucas,pharisæos & legis doctores,q huic spectaculo aderãt,uenisse ex omni castello Galilææ, & Iudææ,& Hierusalem:mirificumq; illud diuinæ potentiæ signum,factum fuisse ut sanarentur,& CHRISTVM deũ,deiq; filium agnoscerẽt. nã CHRISTVS nõ tã ex re facta,q; ex modo faciendi,cognosci poterat deus. quod enim uolebat, fiebat, ut paulo ante de leproso dicẽte ei: Domine,si uis,potes me mundare,uisum est.ubi enim dixit: Volo,Mundare.continuo mũdatus est: & quod dicebat,fiebat,ut patet hic de paralytico.Sed & scrutabatur renes & corda:quod indicabat eis cũ dicebat;
Psal.134 Quid cogitatis in cordibus uestris? Et hic faciendi modus,solius dei agnoscitur:qui
148. quæcũq; uoluit fecit in cœlo & in terra,in mari & in omnibus abyssis. & de quo rur
53 sum: Ipse dixit & facta sunt. & insuper: Dominus scit cogitationes hominũ. Item,
7 Scrutans corda & renes deus.Verum quod erat eis ad salutẽ,maleuolẽtia,præsumptione,& temerario iudicio factum est illis in cõdemnationem: quia æternæ dei sapientiæ uerbũ iudicauerũt blasphemiã: & ipsam quæ fallere non potest, ueritatem mendaciũ: & eum qui operatur supra omnem creaturã,omnisq; creaturæ opus, hominem solum: qui ipsi blasphemi,mendaces,& homines impurissimi erãt. Cætera cõsimilia sunt ijs,quæ Matthæus et Marcus tractãt locis supra tactis.Huic curatio
55 » ni paralytici,subnectit Lucas uocationem Matthæi,dicẽs. ¶ Et post hæc exijt,& ui
» dit publicanũ nomine Leui,sedentem ad teloneum. Et ait illi: Sequere me.Et reli
» ctis omnibus,surgens secutus est eũ.Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo
» sua,& erat turba multa publicanorũ & aliorum,qui cum illis erãt discumbentes. Et
» murmurabant pharisæi & scribæ eorum,dicentes ad discipulos eius: Quare cũ pu
» blicanis,& peccatoribus manducatis & bibitis? Et respõdens IESVS,dixit ad illos:
» Nõ egent qui sani sunt,medico:sed qui male habẽt.Nõ ueni uocare iustos, sed pec
» catores ad pœnitentiam. ¶ Hãc uocationem Matthæi, post paralytici curationẽ,& simili modo habẽt Matthæus cap.nono,numero 80.& Marcus cap.secũdo,numero 12.Hoc excepto,quod ubi hic habet Lucas, nomine Leui, cui & conspirat Marcus,Matthæus habet,Matthæũ nomine.Vnde fit,ut binominem eũ fuisse intelligamus,nec mirũ: multi enim illis diebus,non solũ binomines, sed etiã multinomines

erant

erant.In cæteris aũt,consimilem habent intelligentiam. Adijcit Lucas sugillatio
» nẽ discipulorum Ioannis & pharisæorũ,dicens. ¶ At illi dixerunt ad eũ: Quare dis 65
» cipuli Ioannis ieiunant frequenter,& obsecrationes faciunt,similiter & pharisæo
» rũ:tui aũt edunt & bibunt? Quibus ipse ait: Nũquid potestis filios sponsi,dum cum
» illis est sponsus,facere ieiunare? Venient aũt dies,& cũ ablatus fuerit ab illis spon
» sus,tũc ieiunabunt in illis diebus.Dicebat aũt & similitudinẽ ad illos: Quia nemo
» cõmissuram à uestimento nouo immittit in uestimentũ uetus: alioquin & nouum
» rũpit,& ueteri nõ conuenit cõmissura à nouo. Et nemo mittit uinũ nouũ in utres
» ueteres,alioquin rũpit uinũ nouũ utres,& uinũ effundetur,& utres peribunt. Sed
» uinũ nouũ in utres nouos mittendũ est,& utraq; cõseruant.Et nemo bibens uetus
» statũ uult nouũ: dicit enim,uetus melius est. ¶ Discipulos Ioannis id interrogasse,cõstat ex Matthæo: & unà cũ illis pharisæos,ex Marco.Sed addit hic Lucas,q; illi crebro nõ ieiunabant,sed & obsecrationes faciebant:quæ discipuli dñi non obseruabant.At ea oia erant humanæ iuxta sectas suas institutionis,nõ diuinæ ordinatiõis & ueteris fermẽti,nõ nouæ doctrinæ,quæ syncera est & doctrina spũs.Et satisfacit illis dñs hic,ut Matthæi cap.9,numero 81.& Marci cap.2.numero 13.dictũ est. Et ex hoc q; hic ait Lucas dominũ dixisse: Nemo cõmissuram à uestimento nouo immittit in uestimentũ uetus:id est nemo frustũ noui uestimenti uestimento uetere assuit,intelligimus καινὸν,quo hic utitur Lucas,& ἄκναφον,siue ἄγναφον(utroq; enim modo scribi solet)quo illic utuntur Matthæus & Marcus,eodem recidere id quod iam diximus apud Matthæũ cap.præfato. Addit præterea hic Lucas ex uerbis domini,uinũ nouũ in utres nouos mittendũ esse: & q; nemo bibẽs uetus, statim uult nouũ: dicit enim,uetus melius est. Quo indicat doctrinam nouã, doctrinam gratiæ, doctrinam spiritus,nouis uasis,id est mentibus,non ueteri doctrina(hanc autẽ uoco,quæ ex humano sensu est)imbutis esse cõmittendam: & tunc utraq;,& doctrinam nouam,& mentes ipsas optime conseruari. Quod si cuipiam ueteri disciplina imbuto cõmittatur noua,illum non protinus eam admittere,sed dicere ueterem q̃ est humani sensus,meliorem esse,humanũ iudicando diuinũ,imo diuino melius adeo stulta sunt hominũ iudicia,ut humana diuinis longe præferant. Et haud scio, an tẽpora nostra hac labe careant. Faciat IESV benignitas,ut cito purgẽtur, & omnes cœlestem ambrosiam,uinũ semper nouũ,uinũ Euangelicũ bibant. Reliqua oia,Matthæo & Marco locis supradictis sunt communia. Deus igitur uelit,ut nos oẽs noua uasa simus,nouam admittentes doctrinam,omni uetere quæ humana est eiecta: spũs enim CHRISTI semper nouus est(ut Adam semper uetus, semper tendens ad interitũ) & ideo æternus,à summo patre per filiũ nobis cõmunicatus. Cui deo nostro uni trino,patri,filio,& spiritui sancto gloria,& honor,et indeficiens gratiarum actio,in omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT SEXTVM.

IActum est autem in sabbato secundoprimo, cũ transiret 57
per sata,uellebant discipuli eius spicas,& mãducabant cõ
fricantes manibus. Quidam autẽ pharisæorum dicebant
illis: Quid facitis quod non licet in sabbatis? Et respon
5 dens IESVS,ad eos dixit: Nec hoc legistis,quod fecit Da
uid,cũ esurisset ipse & qui cũ illo erant,quomõ intrauit in domum dei,& panes propositionis sumpsit & manducauit,& dedit his qui cũ ipso erant quos non licet manducare,nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

58 dominus est filius hominis, etiam sabbati. ¶ Factũ est autem & in alio sab
bato, ut intraret in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius 10
dextera erat arida. Obseruabant autem scribæ & pharisæi, si in sabbato cu
raret, ut inuenirent unde accusarent eum. Ipse uero sciebat cogitationes eo
rũ, & ait homini qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium. Et
surgens, stetit. Ait autẽ ad illos IESVS: Interrogo uos, si licet sabbatis bene
facere, an male: animam saluam facere, an perdere? Et circumspectis omni 15
bus, dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est ma-
nus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur adinuicem
59 quidnam facerent de IESV. ¶ Factum est autem in illis diebus exijt in
montem orare, & erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies factus esset
uocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos no- 20
minauit, Simonem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem ei
us, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomeum, Matthæũ & Tho
mam, Iacobum Alphæi & Simonem, qui uocatur Zelotes, & Iudam Iaco
60 bi, & Iudam Scarioth, qui fuit proditor. ¶ Et descendens cum illis, stetit in
loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis 25
ab omni Iudæa & Hierusalem, & maritima & Tyri & Sidonis, qui uene-
rant ut audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui uexabantur
a spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quærebat eum tange-
61 re: quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. ¶ Et ipse eleuatis oculis in
discipulos suos, dicebat: Beati pauperes, qa uestrum est regnum dei. Bea 30
ti qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebi-
tis. Beati eritis cũ uos oderint homines, & cũ separauerint uos, & expro-
brauerint, & eiecerint nomen uestrũ tanquam malum, propter filium ho
minis. Gaudete in illa die & exultate: ecce em̃ merces uestra multa est ĩ cœ
lo: secundũ hæc enim faciebant prophetis patres eorum. Verũtamen uæ 35
uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram. Væ uobis qui satu-
rati estis, quia esurietis. Væ uobis, qui ridetis nũc, quia lugebitis & flebi-
tis. Væ cũ benedixerint uobis omnes homines: secundũ hæc em̃ faciebãt
62 pseudoprophetis patres eorũ. ¶ Sed uobis dico qui auditis: Diligite ini-
micos uestros: benefacite his qui uos oderunt. Benedicite maledicẽtibus 40
uobis, & orate pro calũniantibus uos. Et qui te percutit in maxillam unã,
præbe illi & alteram. Et ab eo qui aufert tibi uestimentũ, etiam tunicã no-
li prohibere. Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne
repetas. Et prout uultis ut faciant uobis hoĩes, & uos facite illis similiter.
63 ¶ Et si diligitis eos qui uos diligunt, quæ uobis est gratia? Nam & pecca- 45
tores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his, qui uobis benefaciunt:
quæ uobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum de
deritis his a quibus speratis recipere: quæ gratia est uobis? nam & pecca-
tores peccatoribus fœnerãtur, ut recipiant æqualia. Verũtamen diligite
inimicos

50 inimicos uestros: benefacite & mutuũ date, nihil inde sperãtes: & erit mer-
ces uestra multa, & eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingra-
tos & malos. ¶ Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors ẽ 64
Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condẽ-
nabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur uobis. Mensuram
55 bonam & cõsertam, & coagitatam, & superefluentẽ dabunt in sinũ uestrũ
Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis. ¶ Dicebat 65
autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcũ ducere? Nonne
ambo in foueam cadunt? Nõ est discipulus super magistrũ: perfectus au-
tem omnis erit, si sit sicut magister eius. Quid aũt uides festucam in oculo
60 fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quo-
modo potes dicere fratri tuo: frater sine eijciam festucam de oculo tuo: ip
se in oculo tuo trabem non uides? Hypocrita, eijce primũ trabem de ocu-
lo tuo, & tunc perspicies, ut educas festucam de oculo fratris tui. ¶ Nõ est 66
em̃ arbor bona, quæ facit fructus malos: neq; arbor mala, faciẽs fructum
65 bonũ. Vnaquæq; em̃ arbor, de fructu suo cognoscitur. Neq; em̃ de spi-
nis colligunt ficus, neq; de rubo uindemiant uuã. Bonus hõ de bono the-
sauro cordis sui profert bonũ: & malus homo, de malo thesauro, pfert ma
lum. Ex abundantia em̃ cordis os loquitur: ¶ Quid autem uocatis me do 67
mine domine, & non facitis quæ dico? Oĩs qui uenit ad me, & audit ser-
70 mones meos, & facit eos, ostendam uobis cui similis sit. Similis est homi-
ni ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentũ supra pe-
tram: Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non po-
tuit eam mouere: fundata enim erat supra petram. Qui autem audit, & nõ
facit, similis est homini ædificanti domum suam supra terram sine funda-
75 mẽto, in quã illisus est fluuius, & cõtinuo cecidit, & facta est ruina domus
illius magna.

ANNOTAT. BREVES LVII. CIRCA LITERAM. CAP. VI.

1 secundoprimo
δευτεροπρώτῳ
dictio composita
2 sata * ⊂ & &
4 licet * ποιεῖν facere
8 dedit * ϰ etiam
12 unde accusarent eum
κατηγορίαν αὐτοῦ
accusationem eius
14 autem
οὖν
ergo
14 Interrogo
ἐπερωτήσω
futurum
14 si licet
τί ἔξεστι
quid liceat
utrum liceat
male:
κακοποιῆσαι
malefacere
15 perdere?
ἀποκτεῖναι
occidere
16 omnibus
* ἀυτοῦς
illis,
16 Et extendit:
ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτως
Ille aũt fecit sic
17 manus eius
* ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη
sana ut altera.
17 insipientia:
ἀνοίας
amentia
18 facerent – de
19 orare:
ut oraret
21 quem cognominauit
ὃν ⊂ ὠνόμασε
quem

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem nominauit
24 Scarioth
Ισκαριώτην
24 cum illis
– de monte,
26 maritima – &
28 immundis,* καὶ etiam
32 exprobrauerint
ὀνειδίσωσι
probris affecerint
36 qui habetis
ὅτι ἀπέχετε
quia recipitis
40 uobis: – &
41 maxillam – unam
42 tibi uestimentum
σὸν τὸ ἱμάτιον
tuum pallium
49 fœnerantur
δανείζουσιν
mutuum dant
50 uestros
* καὶ &
55 bonam – &
57 uero
δὲ
enim
57 illis – &
58 cadunt:
πεσοῦνται
futurum.
58 magistrum * αὐτοῦ suũ:
59 erit, – si sit
59 festucam * τὸ quæ
60 tuo
τῷ ἰδίῳ
proprio
61 de oculo
τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ
quæ in oculo
& infra.
61 ipse * τὴν quæ
62 ut educas
ἐκβαλεῖν
ut eijcias
64 fructus malos:
καρπὸν σαπρὸν
fructum marcidum
67 thesauro
* τῆς καρδίας αὐτοῦ
cordis sui
68 os * αὐτοῦ eius
71 in altum:
καὶ βάθυνον
& profunda fecit
71 supra
ἐπὶ
super
& infra.
74 domum – suam
74 ædificanti
οἰκοδομήσαντι
qui ædificauit
75 ruina
τὸ ῥῆγμα
fractura

COMMENTARIVS IN CAPVT SEXTVM.

57 Is quæ dicta sunt adijcit Lucas de uellicatiõe spicarũ, & reprehensi-
„ one discipulorũ à pharisæis, dicens. ¶ Factum est aũt in sabbato se-
„ cundo primo, cũ transiret per sata, uellebant discipuli eius spicas, &
„ manducabant confricantes manibus. Quidam aũt pharisæorũ dice-
„ bant illis: Quid facitis qd' nõ licet in sabbatis? Et respõdens IESVS
„ ad eos dixit: Nec hoc legistis quod fecit Dauid cũ esurisset ipse, & qui cũ illo erant
„ quomodo intrauit in domũ dei, & panes propositionis sumpsit & manducauit, &
„ dedit his qui cũ ipso erant, quos nõ licebat manducare, nisi tantũ sacerdotibus? Et
„ dicebat illis, quia dominus est filius hominis, etiã sabbati. ¶ Hoc factũ narrat Mat-
thæus cap. 12. numero. 113. & Marcus cap. 2. numero. 14. Et eadem est hic & illic in
telligentia. Sed scisciitabere cum Lucas ait. Factum est autem in sabbato secundo
primo, quid sit sabbatũ δευτεροπρῶτον, id est secundoprimũ? Id nosse oportet, quod
in magnis celebritatibus, q̃lia sunt pascha, scenopegia, & encænia; prima dies erat
sanctissima atq; celeberrima: sequentes autem usq; ad ultimam nõ adeo celebres.
Omnes tamen sabbata dicebantur, quanquã licebat in eis ex lege, quæ ad uescen-
dum pertinerent, apparare: unde satis constat malignitas pharisæorũ, arrepta qua-
libet uel leuissima occasione, discipulos reprehendere, & dominum sugillare uo-
lentium. Prima autem illarum dierum nõ usq; quaq; solennium, sabbatum secundo
primum dicebatur, quod esset secundum à celeberrimo illo & maximo sabbato, &
primum magnum illud sabbatum sequentium: quod & uocabuli Græci compositio
insinuare uidetur. Et ita qui secunda die à festo ambulat, iuxta Matthæum &
Marcum sabbatis ambulat, & iuxta Lucam hic sabbato secundo primo, qui & se-
quente numero dicit, ἐγένετο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ σαββάτῳ, id est: Factum est autẽ & in altero
sabbato: ubi de sabbato proxime sequente, sabbatum secundo primum loqui uide
tur; aut certe de quodam ex alijs non proxime sequentibus illud, cum paulo post
dicat

dicat: Interrogo uos si licet sabbatis benefacere. Cætera ut in Matthæo & Marco
dilucidam habẽt intelligentiam. Mox subdit Lucas de homine, cui manus arida in
„ pristinũ uigorem restituta est, dicens. ¶ Factũ est aũt & in alio sabbato, ut intraret 58
„ in synagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Ob-
„ seruabant aũt scribæ & pharisæi, si in sabbato curaret, ut inuenirent unde accusarẽt
„ eũ. Ipse uero sciebat cogitationes eorũ. Et ait homini qui habebat manũ aridã: Sur
„ ge & sta in mediũ. Et surgens, stetit. Ait aũt ad illos IESVS: Interrogo uos si licet
„ sabbatis benefacere, an male; animam saluã facere, an perdere? Et circũspectis oĩ-
„ bus, dixit homini: Extende manũ tuam. Et extendit, & restituta est manus eius. Ip
„ si autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem, quidnam facerẽt de
„ IESV. ¶ Hoc, in altero sabbato factum est. Et utra manus pristinæ incolumitati re
stituta sit, indicat Lucas, cũ inquit: Et manus eius dextera. Qd' Matthæus & Mar-
cus nõ expresserant. Cætera similia sunt, & eodem ordine posita ijs quæ Matthæ
us habet cap. 12. numero 114. & Marcus cap. 3. numero 15. Subdit Lucas electionẽ
„ duodecim ĩ apostolos, dicens. ¶ Factum est autem illis diebus, exijt in montem o- 59
„ rare, & erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies factus esset, uocauit discipulos
„ suos; & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit: Simonẽ quem co-
„ gnominauit Petrum & Andream fratrem eius, Iacobũ & Ioannem, Philippum &
„ Bartholomeum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi & Simonem qui uo-
„ catur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem qui fuit proditor. ¶ Mons, e-
leuationem mentis in deum monstrat. Nox, præsentis uitæ tempus, quo toto atten
ti & uigiles pernoctantesq; in oratione dei esse debemus, donec dies nobis oriat
qui nulla nocte clauditur. Hæc electio apostolorũ, & eorũ nomina ponũtur à Mat
thæo cap. 10. numeris 87. & 88. & à Marco cap. 3. numero 17. Et hic omnia ut in il-
lis sunt plana. Cæterum quem prius Lucas Leuin nominauerat, hic nominat Mat
thæũ. Mox uero aperit quid dominus fecerit, ubi ipse e' mõte in plana descendit, di
„ cens. ¶ Et descendens cũ illis de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulo 60
„ rum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalem, & maritima
„ & Tyri & Sidonis, qui uenerant ut audirent eũ, & sanarentur à languoribus suis.
„ Et qui uexabantur à spiritibus immũdis, curabantur. Et omnis turba quærebat eũ
„ tangere: quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. ¶ Quod descendit in planiti
em, mõstrauit cœlestem illam, & superbonam benignitatem ad ima descendere, ut
nostras curet infirmitates, quoties ipsam totis uotis requirimus, quacunq; ex par-
te mundi id fiat: quod ostendunt requirentes dominũ ex omni Iudæa & Hierusalẽ
& maritima plaga, quæ septentrionis occupat sitũ: & habet Gazam, Ascalonem,
Azotũ ex parte occidua, ratione ad Hierosolimam habita: ex parte aũt orientis Io
pen Cæsareã Palestinæ citra Carmelũ, & inter Libanum montẽ & Antilibanum
Tyrũ, & Sidonem. Ex quibus locis, qui ad dominũ uenerant, ipse eos in humili &
plano loco, corpore sanauit, & mente illuminauit, & à malignis potestatibus libera
uit. Et omnium studium erat, ipsum deuote tangere: quia uirtus diuina de illo exi
bat, quæ & nunc quoque exit: & ut tunc, ita & nunc: quotquot ipsum pio affectu tã
gunt, sanat omnes. Sed & ipsos sancta pascebat alimonia, cæcitatem mentis, cog-
nitionisq; inopiam expellendo. Ac primo quidẽ suum ad discipulos dirigebat ser-
„ monẽ, ut subdit Lucas, dicens. ¶ Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: 61
„ Beati pauperes, quia uestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuritis, quia satura-
„ bimini. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Beati eritis, cum uos oderint homines,
„ & cum separauerint uos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen uestrum tanquàm
„ malum, propter filium hominis: Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces
„ uestra multa est in cœlo. Secundũ hoc eĩ faciebãt prophetis patres eorũ. Verũta-
men,

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ mē uæ uobis diuitibus, qui habetis consolationem uestram. Væ uobis qui saturati
„ estis, quia esurietis. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cū be-
„ nedixerint uobis omnes homines. Secundū hæc eā faciebant pseudoprophetis
„ patres eorū. ¶ Hoc de beatitudinibus, est pars sermonis dñi in mōte habiti. Vnde
intelligitur dominus, ut euitaret populi se tangere uolentis compressionē, ascen-
disse in montem suis ad se accersitis discipulis: populum autem ad radicem mon-
tis remansisse, sed sic tamen, ut uocem domini diuina ad ipsos loquentis audire pos
set. Et quatuor beatitudines ex illis octo, quas cap. 5. numero 34. ponit Matthæus
hic Lucas tangit: quibus etiam quatuor oppositas miserias opponit, quas non ex-
primit Matthæus. Vnde & apud Matthæū, octo ex opposito sumi possunt. Et qs
addubitet, si paupertas spūs reddit hominem deo acceptū, hoc est beatum, consola
tionē in terrenis diuitijs efficere deo odibilem, & minime acceptū, hoc est miserū?
Si esuries, & præsertim iusticiæ, deo placet ad æternorum bonorū saturitatē: quid
ni saturitas intemperantiæ deo displicerat, deputanda tandem ad æternam bonorū
esuriem? Si cōtemplatione miseriarū, & præcipue dei, & quatenus dei offensarum
luctus deo acceptatur ad æternū gaudiū: quid risus inter tot dei offensas in mundo
parit, nisi alterius seculi, qui nunq̄ finietur, luctum atq; fletū? Si odia hominū, sepa
rationes, probra, eiectiones propter CHRISTVM, qui iusticia, ueritas, & sapien-
tia dei est, computantur ad diuinū amorem, unionem, laudem, & in regnū cœleste
admissionem: quid mundanæ hominū amicitiæ, lenocinia, adulatoriæ benedictio-
nes, & receptiones, nisi illorū opposita facient odium dei, separationē à deo, incre-
pationem, & perpetuam à regno cœlesti exclusionem? Vere ergo miseri sunt illi,
supra quos uæ, ululatus, & dolorosa desuper aduenit increpatio. His subdit domi-
nus, quæ tum aderant, audientibus turbis, aliquot sancta & uiuifica præcepta (testā
62 „ te Luca) dicens. ¶ Sed uobis dico, qui auditis: Diligite inimicos uestros, benefaci-
„ te his qui uos oderunt. Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniantī
„ bus uos. Et qui te percutit in maxillam unam, præbe illi & alteram. Et ab eo qui au
„ fert tibi uestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petēti te, tribue
„ & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Et prout uultis ut faciant uobis homines, &
„ uos facite illis similiter. ¶ Primū, Diligite inimicos uestros, benefacite ijs qui ode-
runt uos. Secundū, Benedicite maledicentibus uobis, & orate pro calumniantibus
uos, id est pro ijs qui molestia nocumento ue aliquo uos afficiūt. Tertiū. Si quis te
percusserit in maxillam unam, præbe ei & alteram. Quartū, Ei qui aufert tibi palli
um, noli etiam prohibere & tunicam: id est, si quis auferat externa, noli etiam mole
ste ferre, si auferat & interna. Quintū. Omni petenti te, tribue: id est omni petenti
à te mutuo, da illi. Et hæc ponit Matthæus ca. 5, numeris 45. & 46. Sextū, Si quis
tua auferat, ne repetas. Et his præceptis, nos nullo mō hærere terrenis & transito-
rijs bonis uult dñs: & siue adsint, siue nō adsint, susq̄ deq̄ ferre. Qd' si adsint, usum
nulli negari: & usum, nō illa diligi, sed sic diligi, ut si adesse nō possit (nobis scilicet
illis fugacibus fortunis utcūq̄, nō nostro uicio, priuatis) nihil torq̄amur. Septimū,
quod cōmune est: Quemadmodū uultis ut faciant uobis homines, hunc in modū
& uos illis facite. Hæc est lex naturæ, quæ uniuscuiusq̄ menti sane', & non corrup
tæ, ab ipso optimo conditore naturæ inscripta est: quam obseruare debemus, non
tam quia naturæ est, q̄ quia dei & à filio dei nobis reserata atq̄ præcepta. Et hanc
ponit Matthæus cap. 7. numero 64. Porro aliquorū ex præcedentibus præceptis
63 „ rationem subdit dominus, referante Luca, dicens. ¶ Si diligitis eos qui uos diligūt
„ quæ uobis est gratia? Nam & peccatores, diligentes se diligunt. Et si beneficeritis
„ his qui uobis benefaciunt, quæ uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faci-
„ unt. Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere, quæ gratia est uobis?

Nam

„ Nam & peccatores, peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia. Verūtamen di
„ ligite inimicos uestros, benefacite & mutuum date, nihil inde sperantes, & erit mer
„ ces uestra multa: & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & ma-
los. ¶ Si diligitis (inquit) eos qui uos diligunt, quæ uobis est gratia, id est quæ uo-
bis est gratia apud deum? Nulla sane' debetur, etiā si ulla deberi potest gratia: nam
diligentes se diligere, est naturæ debitum. Quod si dicas, illis apud deum gratiam
esse, ergo & peccatoribus apud deum gratia est: nam & peccatores, diligētes se di-
ligunt. Verum si diligimus inimicos, non est naturæ debitū: cum id supra naturam
sit, & dei quædam imitatio, & eius qui cum mali essemus & inimici, dilexit nos, &
misit unigenitum suum, & pro nobis omnibus tradidit illum. Et ideo gratia reposi
ta est nobis apud deum: qua, etsi nobis non debita (gratia enim deberi non potest)
suo tamen tempore (quod quidem certo certius est) ex illa dei superexuberante bo
nitate, nequaquam frustrabimur. Et hæc est primæ particulæ primi præcepti, ratio.
Secundi autem ratio, consimilis est. Nam si bona facimus ijs, qui nobis bona faci-
unt, id naturæ debitum est: & ex hoc non est gratiæ locus apud deum: quandoqui-
dē & peccatores id faciunt. Sed age, qui diligūt diligentes se, & benefaciunt ijs, qui
sibi bona faciunt, siue boni sint, siue peccatores: bene' ne an male faciūt? Nihil pro-
hibet quin bene faciant: nam quod facere debent, faciunt: & debitum pendunt. sed
hæc, quatenus huiusmodi, nihil ad gratiam, neq; illi præmium inde accipient, neque
isti dabūt pœnas. Videbitur ergo forsitan tibi, qui præceptū dilectiōis erga amicos
obseruat, hoc nihil illi esse ad gratiam: sed solū ei, qui erga inimicos. Non ita est: sed
erga amicos & erga inimicos obseruatio, potest esse ad gratiam: nam cū obseruas
erga amicos, nō solum quia id naturæ debitum est, sed quia dominus præcepit, qui
diligit diligentes se: & magis & delectabilius, quia dominus præcepit, quàm qa na
turæ debetur: huic obseruationi tuæ erit gratia apud deum, cui in diligendis amicis
das primum & potissimum locum. Sed obseruatio dilectionis erga inimicos, ma-
gis est ad gratiam: nam dilectio illa nequaquā naturæ debita est: & ideo est ad gra-
tiam. & quod hoc præcipue obseruamus, qa deus præcepit, cui primas & summas
huius dilectiōis tribuimus partes, id insuper ad gratiā. Quanquā hæc dilectio nun-
quam inuenitur, nisi illa inueniatur: nam qui fieri potest, ut quis diligat inimicum,
qui non diligit amicū? Quod si etiam in terris amicus deesset, in cœlis nō deest, plu
rima scilicet turba angelorum & sanctorum, qui semper deum laudant, eius' que
uoluntatem semper faciūt: & maxime omnium dominus noster: qui secundū eam
naturā nostræ consortem, quam cœlo intulit, in summo creaturarum diligēdus est,
secundum uero eam, quam ad nos attulit, super omnia, omnemq̄ creaturā. Ratio-
nes secūdi, tertij, & quarti, sunt CHRISTI imitatio: qui (ut ait Petrus) cum maledi- 1. Petri. 2.
ceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem indi-
canti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Cuius
uestimenta partiti sunt sibi milites, & in uestem eius miserūt sortē. De quinto, sub- Ioan. 19.
dit dominus rationem: nam si das mutuo illis, à quibus æquale te percepturum non
diffidis, id est naturæ debitum, ut illi facias, quod tibi ab eo fieri uis. Et quæ est inde
apud deum gratia? At si mutuum das pauperi, à quo etiam æquale te percepturum
non speras, neque uis, neque curas, supra naturæ debitum facis: & tibi apud deum
gratia est: & maxime, quando non tantum humanitati tribuis, quantum diuinæ uo-
luntatis obsequio nobis id ad imitationem sui præcipientis. Deus est principiū, qui
in omnibus oia præcipue operatur bona: qui solus instrumentū esse nō potest: cæ-
tera autē omnia sunt instrumenta. sit ergo in omnibus actionibus prima, summaq̄
causa: cætera, ut aduentitia. Et quod hic dicitur, peccatores peccatoribus fœne-
rantur; intelligitur mutuum dant, hoc enim hic δανείζουσιν significat. Nam qui mu-

O tuum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuum dant, recipiunt æquale, & ita sibi satisfactum ducunt. At qui fœnerantur, etsi recipiant æquale: contenti tamen non sunt, sed insuper fœnus usuramq; exigunt. Abusus est ergo interpres hoc uocabulo, fœnerantur, loco huius, mutuāt, aut dant mutuum: nam idem est uocabulum δανείζω, quod paulo post uertit, mutuum dare. Quod uero dominus resumit: Veruntamē diligite inimicos uestros, benefacite & mutuū date, nihil inde sperantes, & erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos: hoc facit ad præceptorū commendationem, & quā deo placeant insinuationem, diuinæq; imitationis reserationem. Vbi cū dicit, nihil inde sperantes: intellige in hoc mundo ab ijs, in quos talia imitationis diuinæ bonitatis contulerimus officia, spem nostrā uniuersam diuinæ bonitati committentes. Et quanquā ex uerbis domini cognoscimus, sic nobis facientibus mercedem magnam, sed gratuitam esse repositam: non tamen propter mercedem illam faciamus, sed propter illum qui mandat, cuius imitatio bona est, & illi beneplacens & accepta: nihil etiā quoad possumus de mercede cogitantes, quæ certe quanta qualisue sit, in mentes hominum, quamdiu mortales sumus, cadere non potest. Dei bonitas sit nostrū obiectum, merces non, ne nosipsos respiciamus. Deinde alia referante Luca subdit dominus præcepta, dicens. ¶ Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est. Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & nō condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabit uobis. Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabūt in sinum uestrū. Eadē quippe mensura, qua mensi fueritis, remetiet uobis. ¶ Quæ hic subiuncta sunt, præcedentium numero aggregabimus. Esto igitur hoc, octauum: Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est. De patre cœlesti hoc dicit, qui deus est, cuius miserationes super omnia opera eius. Et beatos misericordes pronunciauit dominus ex Matthæo, cap. 5. numero. 34. Nonum: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Decimum: Nolite condemnare, & non condemnabimini. Illo, priuata & secundum carnem iudicia prohibentur, quibus qui iudicant, à deo iudicabuntur. Isto, priuatæ & secundū sensum carnis aliorum condemnationes, quibus qui alios condemnant, a deo condemnabuntur. Et hæc in Matthæo, capite. 7. numero. 61. habentur. Vndecimum: Dimittite, & dimittemini, hoc est: Absoluite, & absoluemini. Si quis erga te debito aut obligatione ligatus est, absolue eum: & maxime, quia dominus iubet: & ea erit tibi apud deū gratia, quod te à debito & obligatione erga se absoluet: quamuis tantum homo homini debere & obligari non possit, quantum homo deo debet obligaturq;. Duodecimum: Date, & dabitur uobis. Benefici simus in omnes quoad possimus, erogemus de facultatibus nostris indigentibus, propter illum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & nobis pro terrenis beneficijs (tanta est eius gratia) æterna dabuntur. Et ne ducamus eos impotentes, in quos beneficia qualiacunq;, siue spiritualia, siue terrena collocamus, dicit ipsos nobis uices reddituros secundum mensuram bonam, compressam, concussam, & supereffluentem: etsi ipse sit qui omnia illorum uice tribuit. Quanquàm & qui hinc pauperes ad felicia regna commigrant: illic diuites facti, suffragijs & interpellationibus apud deum, abunde beneficia terrena in se collocata compensant, & insuper deus & pro his & pro alijs suam adijcit gratiam. Regula enim est: Qua mensura mensi fuerimus, siue in bono, siue in malo, eadem iustitia nobis remetietur diuina. Quod & in Matthæo capite. 7. numero sexagesimo primo etiam attestatur dominus: & subiungit Lucas parabolam de ijs, qui se præstant alijs duces, cum ipsi sint cæci, dicens. ¶ Dicebat autem illis & similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foueam cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus aūt omnis erit, si sit sicut magister eius.

64 Psalm. 144. Iacobi. 1. 65

eius. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater, sine eijciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non uides? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo: & tunc perspicies, ut educas festucam de oculo fratris tui. ¶ Omnis homo cæcus est, qui uias dei ignorat & iustificationes eius, & qui secundum sensum carnis, non secundum intelligentiam spiritus incedit, & se ingerit ut præstet alteri ducatum, ac se alterius facit magistrum. Et hanc similitudinē habet Matthæus capite quintodecimo, numero 150. Quod autem subiungitur de discipulo, habet idem Matthæus capite decimo, numero nonagesimoseptimo. Et cum hic dicitur, Perfectus autē omnis erit: id perfectus erit, dicit Matthæus, sufficit discipulo. Vnde si cæcus sit magister, cæcus erit discipulus, si sit ut magister eius: & hoc illi sufficit. At hoc non est esse perfectum. Certè Græce hic dicitur κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, quod sic etiam uerti potest, Cōcinnatus autem omnis erit ut magister eius: ut intelligamus si bonus probè, sin malus praue, καταρτίζομαι enim non modo perficior, sed & concinnor & præparor significat. Et hūc huius loci arbitror esse sensum. Quod adiungitur de festuca conspicua in oculo fratris, id habet Matthæus capite septimo, numero sexagesimoprimo. Et eadem hic & illic est intelligentia. Porro hæc de cæco & festuca, præceptum nonum & decimum respiciūt. Deinde subiungit Lucas uerba domini de arbore bona & mala, dicētis. ¶ Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos: neq; arbor mala, faciens fructum bonū. Vnaquæque enim arbor, de fructu suo cognoscitur. Neq; enim de spinis colligunt ficus, neq; de rubo uindemiant uuā. Bonus homo, de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo, de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. ¶ Bona arbor, homo bonus & iustus: Mala arbor, homo malus ac iniustus. Boni fructus, opera fidei, opera bona. Mali, mala. Et bona arbor & fructus eius, charismata & præcepta dei respiciunt, & opera eorum. Mala arbor & fructus mali, dissipationes, transgressiones, & mala opera. Et cōsimilia ijs, quæ hic ponuntur, tractat Matthæus partim capite septimo, numero sexagesimosexto: partim capite duodecimo, numero centesimo uigesimo. Neque horum difficilis est intelligentia. Porro subdit dominus de ijs, qui audiunt doctrinam suam, & non faciunt: & de ijs etiam qui auditam faciunt, sic aperiente Luca. ¶ Quid autem uocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Omnis qui uenit ad me, & audit sermones meos & facit eos, ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere: fundata enim erat supra firmam petram. Qui autem audit & non facit, similis est homini ædificanti domū suam supra terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius, et continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna. ¶ Vt frustra quis in re temporali quempiam uocat dominum suum, cuius nullum implet præceptum: sic frustra, quo ad spiritum, deum uocant dominum, qui non implent quod est ab eo mandatum: imo eos qui doctrinam dei audiunt, & non faciunt, durior manet exitus, quandoquidem seruus qui cognouit uolūtatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum uolūtatem eius, uapulabit multis. Porro audientes doctrinā dei, similes sunt agro seminato optimo semine: ad quem, nisi pullulet, omnia genera auium ad diripiendum illud, cōuolant: sic & audiētes, omnia genera tentationum inuadunt, & doctrinam dei auferunt, nisi procedant ad opus. Et ut ager seminatus, ex bono semine bonas producit herbas, at si bonum semen diripiatur, ex se profert noxias & inutiles: sic & terra nostra, cum ociosa esse non possit, aut ex bona doctrina, bona profert opera; aut illa neglecta, aut astu maligni sublata, ex se noxia profert, & inutilia.

66 67 Luc. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutilia. Cæterũ qui doctrinam CHRISTI audit, & eam facit, id est secundũ eam uiuit, non solum similis est terræ proferenti bonum fructum, sed & ædificanti ædificium supra solidissimum fundamentum. Quid enim CHRISTO solidius, supra quem sancta fides, sancta eius doctrina, & opera illius fundata sunt? Et quod pulchrius ædificium templo dei, quod inde consurgit? Et hanc quoque similitudinẽ audientium sermones CHRISTI, & facientiũ; item audientium & non facientiũ, ponit Matthæus capite septimo, numeris sexagesimonono & septuagesimo, quæ & illic latius explicata est. Det ergo nobis dominus IESVS, ut uere possimus eũ uocare dominum, & ex suis sermonibus ipsi ædificare templum, in quo pater & ipse & spiritus sanctus inambulent; nullis unquam illecebris, nullisque mundi aut diaboli tentationum inundationibus quatiendum, sed in quo perenniter laus dei resultet. Quia est qui solus trinus & unus est benedictus, & superbenedictus, & quẽ decet laus omnis, adoratio, & gloria in omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT SEPTIMVM.

68

VM autẽ implesset oĩa uerba sua in aures plebis, intrauit Capharnaũ. Cẽturionis autẽ cuiusdã seruus male habẽs, erat moriturus: qui illi erat preciosus. Et cum audisset de IESV, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum ut ueniret, & saluaret seruum eius. At illi cum uenissent ad IESVM, rogabãt eũ solicite, dicẽtes ei, quia dignus est ut hoc 5
illi præstes: diligit enim gentem nostram, & synagogã ipse ædificauit nobis. IESVS autem ibat cum illis. Et cũ iam non longe esset a domo, misit ad eũ centurio amicos, dicẽs: Domine, noli uexari. Non enim sum dignus ut sub tectum meum intres: propter quod & meipsum nõ sum dignum arbi- 10
tratus, ut uenirem ad te: sed dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate cõstitutus, habẽs sub me milites, & dico huic, uade, & uadit: & alio, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Quo audito IESVS miratus est, & conuersus, sequentibus se turbis dixit: Amen dico uobis, nec in Israël tantã fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerãt domũ, inue- 15
69 nerunt seruum qui languerat, sanum. ¶ Et factum est deinceps ibat IESVS in ciuitatem, quæ uocatur Naim, & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. Cũ aũt appropinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris suæ. Et hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cũ illa. Quam cũ uidisset dominus, misericordia motus super eã, dixit illi: Noli 20
flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabãt, steterũt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illũ matri suæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabãt deũ, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: et quia deus uisitauit ple
70 bem suam. ¶ Et exijt hic sermo in uniuersam Iudæam de eo, & omnem cir- 25
ca regionem. Et nunciauerũt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad IESVM, dicens: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus? Cum autem uenissent ad eum uiri, dixerũt:

ri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es qui uenturus
30 es, an alium expectamus? In ipsa autem hora multos curauit a lãguoribus suis & plagis, & spiritibus malis: & cæcis multis donauit uisum. Et respondens, dixit illis: Eũtes renũciate Ioãni quæ audistis, & uidistis. Quia cæci uidẽt, claudi ambulãt, leprosi mũdantur, surdi audiũt, mortui resurgunt, pauperes euãgelizãtur: & beatus est quicũq; nõ fuerit scãdalizatus in me.
35 ¶ Et cũ discessissent nũcij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid 71
existis in desertum uidere? Arundinem uento agitatã? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestimẽtis indutum? Ecce qui in ueste preciosa sunt & delicijs, in domibus regũ sunt. Sed quid existis uidere? Prophetã? Vtiq; dico uobis, & plus quam prophetã. Hic est de quo scriptũ est: Ecce
40 mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Dico enim uobis, maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est. Qui autem minor est in regno dei, maior est illo. ¶ Et omnis 72
populus audiens, & publicani iustificauerunt deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & legis periti, consilium dei spreuerunt in semet-
45 ipsos, nõ baptizati ab eo. Ait autem dominus: Cui ergo similes dicam homines generatiõis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedẽtibus in foro, & loquẽtibus adinuicem, & dicentibus: Cantauimus uobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Venit autem Ioannes Baptista necq; manducans panem, necq; bibẽs uinum, & dicitis: Dæmonium
50 habet. Venit filius hominis mãducãs & bibẽs, & dicitis: Ecce homo deuorator, & bibens uinũ, amicus publicanorũ & peccatorũ. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. ¶ Rogabat autẽ illũ quidã de pharisæis, ut 73
mãducaret cũ illo. Et ingressus domũ pharisæi, discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit qd IESVS accubuit ĩ domo pha
55 risæi, attulit alabastrũ unguẽti, et stãs retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguẽto ungebat. Vidẽs aũt pharisæus, qui uocauerat eũ, ait intra se, dicẽs: Hic si esset ppheta, sciret utiq; quæ & qualis est mulier, quæ tãgit eũ: quia peccatrix est. Et respõdens IESVS, dixit ad illum: Simon, habeo ti
60 bi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erãt cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utriscq;. Quis ergo eum plus diligit? Et respondens Simon, dixit: Aestimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides
65 hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi nõ dedisti: hæc autẽ ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autẽ unguẽto unxit pedes me-

Universidad de Deusto
Biblioteca

os. Propter quod dico tibi, Remittũtur ei peccata multa: quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit aũt ad illam: 70 Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit, uade in pace.

ANNOTAT. BREVES XLVII. CIRCA LITERAM CAP. VII.

6 solicite, σπουδάως
studiose, sedulo
6 dicentes – ei
8 esset ἀπέχοντος
abesset
9 dicens * αὐτῷ ei.
9 dignus ἱκανὸς
idoneus sufficiens
13 alio alij
13 Quo audito ἀκέσας δὲ ταῦτα
Quibus auditis
14 miratus est * αὐτόν eum:
14 sequẽtibus se turbis τῷ ἀκολουθοῦντι αὐτῷ ὄχλῳ
sequenti se turbæ
14 dixit – Amen
17 Naim, Naiμ
17 discipuli eius * ἱκανοὶ
multi
18 ciuitati, * καὶ &
19 unicus μονογενὴς
unigenitus
19 matris τῇ μητρὶ
datiuus
22 adolescens νεανίσκα
diminutiuum
& infra.
22 qui erat mortuus. qui fuerat mortuus
25 circa regionem, τῇ περιχώρῳ
circũiacentẽ regionẽ
28 qui uenturus es, ὁ ἐρχόμενος
qui uenturus erat
& infra.
30 languoribus – suis
31 plagis μαστιγῶν
flagellis
31 respondens * ὁ Ιησοῦς
IESVS
32 uident, ἀναβλέπουσι
32 preciosa ἐνδόξῳ
gloriosa
38 domibus regum τοῖς βασιλείοις
regijs
39 plusquã prophetam, περισσότερον προφήτου
excellentiorẽ ꝓpheta
39 Ecce * ἰδοὺ ego
45 ab eo – Ait autẽ dñs.
45 similes dicam ὁμοιώσω
assimilabo
47 loquentibus προσφωνοῦσιν
acclamantibus
48 lamentauimus * ὑμῖν uobis,
48 Venit autem ἐλήλυθεν γὰρ
Venit enim
50 deuorator φάγος
edax,
manduco
51 bibens uinum, οἰνοπότης
uinipotor
55 pedes eius * κλαίουσα flens,
60 fœneratori, δανειστῇ
creditori
61 alius
alter
62 Quis
Vter
62 ergo * αὐτῶν εἶπε
ipsorum dic
62 diligit? ἀγαπήσει
futurum.
63 Aestimo, ὑπολαμβάνω
Existimo
65 pedibus meis * ἐπὶ τοὺς πόδας μου
in pedes meos
66 capillis – suis * τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ
capitis sui
69 ei αὐτοῦ
genitiuus
70 minus ὀλίγον
parum
& infra.
71 tibi σοὶ tua

COMMENTA-

COMMENTARIVS IN CAPVT SEPTIMVM.

QVæ superius dicta sunt, sermones sunt dñi ad turbas e' monte: q̃ autẽ subinde narrat Lucas, posteaq̃ descendit facta sunt, uirtutibus & signis ipsius doctrinam approbantia. Subdit aũt primo de seruo Centurionis, quẽ dñs, ut hecatontarchi fidẽ audiuit, sanauit, dicens. ¶ Cũ 68 aũt implesset omnia uerba sua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, erat moriturus, qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de IESV, misit ad eum seniores Iudæorũ, rogans eũ ut ueniret, & saluaret seruũ eius. At illi cum uenissent ad IESVM, rogabant eum solicite, dicentes ei, quia dignus est, ut hoc illi præstes: diligit enĩ gentem nostrã, & synagogam ipse ædificauit nobis. IESVS autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens: Domine noli uexari. Nõ enĩ sum dignus, ut sub tectum meum intres: propter quod & meipsum nõ sum dignũ arbitratus, ut uenirem ad te: sed dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic uade, & uadit: & alij, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Quo audito IESVS, miratus est, & conuersus, sequentibus se turbis, dixit: Amen dico uobis, nec in Israël tantã fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant, domũ: inuenerunt seruũ, qui languerat, sanum. ¶ Ex Matthæo seruus hecatontarchi, id est Centurionis, qui scilicet centũ militibus præerat (singuli enĩ centuriæ centũ militibus cõstabant) quẽ & nunc primipilũ uocant, paralysi laborabat: & hic seruus erat illi charus, & in magno precio habitus. Et proinde Cẽturio ipse, ubi fama percrebruit dominũ aduentare Capharnaũ, p̃misit ad dominũ honorificos uiros, quosdã scilicet e' presbyteris, id est seniorib̃us Iudæorũ: qui studiose ac sedulo, nomine Centurionis rogabant eũ, ut ueniret in domũ illius, & sanaret seruũ eius, dicentes: Dignus est ut hoc illi præstes: diligit enĩ gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis: Hæc autem cõmendatio mundana est, & hominũ seipsos respicientium. Diligit, inquiũt, gentem nostrã, & synagogam ipse ædificauit nobis: Vbi cũ dicunt (diligit enim gentem nostram) insinuant Centurionẽ fuisse alienigenam, & nequaq̃ de gente Iudaica. Et quãuis tam carnaliter, mundane, ac misere orarent: dñs tamen cũ eis ibat: nõ ipsorum quidem fide motus, quæ modica, aut certe nulla erat: nõ cõmendatione, q̃ prorsus erat mũdana: sed potius sua bonitate & fide Centurionis, qui subinde per amicos suos mandauit illi ne descenderet in domũ suam: quod ἱκανὸς, id est idoneus & sufficiens non esset, & ob id cõspectui eius nõ appareret: sed cõueniret eũ per internuncios, sed placeret ei dicere uerbo, & sanaretur illico seruus eius. Hæ erant illius preces, hæc humilitas, hæc fides. Quo audito dñs, q̃ nihil nesciebat, neq̃ nescire potest: miratus aut mirãti similis, dixit sequẽti se turbæ: Amẽ dico uobis, ne in Israël quidẽ tã tã fidẽ inueni. Vñ iterũ nobis innotescere potest, Centurionẽ alienigenã fuisse. Et cũ ait, in Israël: seniores illos taxat, qui missi fuerant, q̃ cũ essent de populo dei, & Israëlitæ, maior eis fides inesse debuisset, q̃ alienigenæ: at multo secius euenerat, qd̃ erat mirandũ, quod & admiratio dñi insinuabat: nõ enĩ tã de fide Centurionis, quã inspiratam admiserat, admirandũ erat, q̃ de infidelitate Iudæorũ, qui cũ tot habuissent auxilia, ꝓphetarũ, iustorũ, sanctorũ, & denicq̃ præsentiæ, & admirabiliũ CHRISTI operũ: nequaq̃ tã tantam fidẽ habebant, quantã Centurio, qui uir gentilis erat ac alienigena. Et adeo admiratione digna erat infidelitas eorũ, ut ipsi qui erant filij regni, ob illã suã incredulitatẽ eijciendi essent foras: gentes aũt per fidẽ, quibus nulla antea accesserat gratia, adsciscẽdæ essent ab oriente & occidente in regnũ: & cœleste quidem regnum ac æternum, quod latius capite octauo Matthæus exprimit, qui & dñm dixisse uerbũ reserat, ut scilicet fieret Centurioni sicut credidisset:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& seruũ eius sanatũ fuisse ex illa hora. Hanc historiã ponit Matth. (ut dictum est) cap.8.nũero.73.sed eam Lucas hic latius enarrat. Et responsa, quæ dominus dedit missis à Centurione, ille ponit facta Centurioni: q̃ ea quæ per alios alicui fiũt, eidẽ quoq̃ facta dici soleãt. Huic facto subiũgit Lucas suscitationem filij uiduæ, dicens.

69 ¶ Et factũ est deinceps, ibat IESVS in ciuitatẽ quæ uocat̃ Naim, & ibant cũ eo discipuli eius, & turba copiosa, Cum aũt appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebat̃, filius unicus matris suæ. Et hæc uidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. Quã cũ uidisset dominus, misericordia motus sup eã, dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculũ. Hi aũt qui portabãt steterunt, & ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit q̃ erat mortuus, & cœpit loqui: & dedit illũ matri suæ. Accepit aũt oẽs timor, & magnificabãt deũ, dicẽtes: Quia ,ppheta magnus surrexit in nobis, & quia deus uisitauit plebẽ suã. ¶ Naim in Galilæa, in terra Zabulon sub mõte Thabor sita fertur: extra cuius portã efferẽt̃ mortuus. Et hic matri suæ erat unigenitus. Sequit̃ uidua mater plorans, & multa ciuitatis turba cũ illa. Dominus appropinq̃t Misericordia mouetur. Iubet uiduam unico orbatã filio sistere fletũ. Tangit loculum. Præcipit dominus ut resurgat: & qui mortuus fuerat continuo surgit. Loquit̃. Redditur matri. Reuerentur omnes deũ, & magnificant ipsum. Confitent̃, dicentes: Propheta magnus surrexit in nobis: & deus uisitauit populũ suũ. Per Naim (si præter rem gestã etiam mysteriũ cogitemus) terra promissionis designari potest. Filius mortuus, est populus Iudaicus: & ideo mortuus, quia infidelitatis errore inuolutus. Mater uidua, ecclesia Iudæorũ: quæ ,ppterea uidua, quia perdidit deũ. Extra portã efferẽt̃, qui populus ille e terra promissionis eiectus. Et hic matri suæ unicus: quia natio una, & gens una, & ab uno patre Iacob. Et illum sequitur mater, & omnis Iudæorũ posteritas. Flet misera mater, cuius aliquando cũ dominus appropinquabit, sedabit fletum. Tanget fide cor, loculũ animæ huius mortui. Stabũt uespillones, qui eum deferunt in infernum, qui sunt dæmones, & doctrinæ Talmudicæ. Et iubebit dominus, ut respiret ad uitã. Residebit uiuus qui mortuus fuerat. Restituet̃ matri, quæ nec amplius orba erit, nec uidua. At quando hæc erunt? Quando timebunt, id est debito cultu reuerebunt̃, & magnificabunt deũ, & confitebunt̃, dicentes: CHRISTVS dñs, Mesias noster surrexit in nobis, per quẽ deus in misericordia sua uisitauit populũ suũ. Res illa gesta, figura fuit præsentis mortis Iudæorũ & futuræ resurrectionis eorũ. Hæc mirabilia nunciata sunt Ioanni, quod subdit Lu

70 cas, dicens. ¶ Et exijt hic sermo in uniuersam Iudæam de eo, & omnẽ circa regionem. Et nunciauerũt Ioanni discipuli eius de oĩbus his. Et conuocauit duos ex discipulis suis Ioannes, & misit ad IESVM, dicens: Tu es qui uenturus es, an aliũ expectamus? Cum autẽ uenissent ad eum uiri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te dicens: Tu es qui uenturus es, an aliũ expectamus? In ipsa autẽ hora multos curauit à languoribus suis & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit uisum. Et respondens, dixit illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis: quia cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizant̃. Et beatus est quicunq̃ non fuerit scandalizatus in me. ¶ Sic exijt sermo mirabiliũ domini in uniuersam Iudæã, ut ab illo tẽpore nulli Iudæorum nõ audierint. Nam & Ioannes illa audiuit, qui tunc ex Matthæo erat in uinculis. Sed nõne uincula Ioannis, præsentia uincula legis Hebræorũ audiẽtis nihilominus hæc de CHRISTO, designabãt? Quæ ad ueritatẽ cognoscendã, mittere potest duos e discipulis suis, Moisen & prophetas, p q̃s intelligere potest ueritatẽ, q̃ nullũ aliũ expectare debeat, & q̃ beati qui in eo nõ fuerint scãdalizati. Moses

Deute.18. eũ dicit: Prophetã de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dñs deus tuus, ipsum audies. Et hoc de ,ppheta ait, de quo dixerat dñs: Prophetã suscita-

bo eis

bo eis de medio fratrum suorũ similem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loque turq̃ ad eos quæcunq̃ præcepero illi. Qui aũt uerba eius, quæ loquetur in nomine meo audire noluerit, ego ultor existam. Et Esaias: Deus ipse ueniet, & saluabit e- Esa.35
eos. Tunc aperientur oculi cæcorũ, & aures surdorũ patebunt: tunc saliet sicut cer uus, claudus: & aperta erit lingua mutorum. Et omnes alij prophetæ, testimoniũ illi perhibent. Et quæ hic ponit Lucas de discipulis Ioannis, præmisit Matthæus ca. 11. numero 106. Subnectit autem Lucas præconium domini de Ioanne dicens.

71 ¶ Et cum discessissent nuncij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertũ uidere? Arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestimentis indutũ? Ecce qui in ueste preciosa sunt & delicijs, in domibus regũ sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? Vtiq̃ dico uobis, & plusq̃ prophetam. Hic est de quo scriptũ est: Ecce mitto angelũ meũ ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Dico eũ uobis, maior inter natos mulierũ propheta Ioanne Baptista nemo est. Qui autem minor est in regno dei, maior est in illo. ¶ An laus Ioannis non pertinet ad ueterem legem, posteaq̃ nuncij eius, id est, affectus erga Mosen & ueteres prophetas abierunt, de aduentu Mesiæ, signis & uirtutibus certiores facti? Quæ sic præcucurrit nouam, ut Ioannes CHRISTVM: quæq̃ inconcussa, grauis, tẽperata, nõ solũ prophetia fuit, sed plusq̃ prophetia: & qua inter leges ortas, nulla maior orta est, præter eam quæ est regni cœlorum. Et de Ioanne consimile habet præconiũ Matthæus cap.11.numero 107. Quidam autẽ hanc Ioannis laudem & baptismũ, ad gloriam dei retulerunt: quidã uero spreuerũt

72 Quod subdit Lucas, dicens. ¶ Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt deum, baptizati baptismo Ioãnis. Pharisæi autem & legisperiti, consilium dei spreuerunt in semetipsos, nõ baptizati ab eo. Ait aũt dñs: Cui ergo similes dicã homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquẽtibus ad inuicẽ, & dicentibus: Cantauimus uobis tibijs, & nõ saltastis: lamentauimus, & nõ plorastis. Venit aũt Ioannes Baptista, neq̃ manducans panem neq̃ bibẽs uinũ, & dicitis: Dæmoniũ habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo deuorator, & bibens uinũ, amicus publicanorũ & peccatorũ. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. ¶ Quid est, iustificauerunt deum, nisi iustũ reputauerunt, dixerunt, crediderunt? Et hi erant à Ioãne baptizati. Sic & in fine dierũ erit ex ijs, qui adhuc ueterem sectabũtur legem. Nam qui in ea ex ipsius & prophetarum doctrina fuerint præparati, & (ut sic dicam) quodam mõ purificati, cũ ad lucẽ nouæ uenient, iustificabũt deũ. At qui ὡς ἑαυτοὺς, id est in semetipsos, in suum malũ, aut si mauis in semetipsis, intra semetipsos consiliũ dei spreuerint, non præparati, iusticias dei nequaq̃ intelligent: ut neq̃ tunc intellexerũt scribæ & pharisæi, ad quos dominus direxit parabolam. Qui neq̃ pœnitentiam suscperant cum Ioanne, neq̃ lætitiam in annunciatiõe legis gratiæ. Dominus canticũ nouũ lætitiæ illis cecinit, & nõ exultauerunt: Ioannes threnũ tristiciæ, & non pœnituit eos. Nam Ioannes tanto rigore uixit, ut non solũ à uino, & quocunq̃ quod inebriare potest, sed à pane quoq̃ abstinuerit, locustis & agresti melle parcissime pro uitæ necessitate usus. Dñs autem ab illis non abstinuit: cõmunem, sed castam moderatamq̃ hominum uitam secutus. Porro hæc parabola qua hic utitur dñs in Luca, posita est & declarata apud Matthæũ cap.11.numero 109. quanq̃ & dominus illam per se explicare dignatus est, de se & Ioanne. Cæterum hæc particula, Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis: quæ in Matthæi cap.11. de sapientia carnali & humana, quæ reuera non est sapientia, sed stultitia apud deum, explicat?, est exponi etiam & iustius quidem de uera sapientia potest, ut sit hic sensus: Ipsa sapiẽtia (& si uos scribæ & pharisæi cõtemnitis eam) iustificata est ab omnibus filijs suis

Hi aũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hi autem sunt, siue in cœlo siue in terra, qui auscultant ei atq; obediũt. Vos autem consilium dei spreuistis. Quo circa non estis sapiẽtiæ filij, & proinde remanetis insipidi atq; stulti. Et subdit Lucas conuiuiũ domini apud Simonem pharisæũ, dicẽs.

23 „ ¶ Rogabat autem illum quidam de pharisæis, ut mãducaret cum illo. Et ingressus
„ domum pharisæi, discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cogno
„ uit quod IESVS accubuit in domo pharisæi, attulit alabastrũ unguẽti, & stans re-
„ tro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui terge
„ bat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Vidẽs aũt pharisæus, qui uo-
„ cauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret utiq; quæ & qualis est
„ mulier, quæ tangit eũ, quia peccatrix est. Et respondens IESVS, dixit ad illũ: Simõ
„ habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister dic. Duo debitores erant cuidam fœ
„ neratori, unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habenti
„ bus illis unde redderent, donauit utrisq;. Quis ergo eũ plus diligit? Respondẽs Si
„ mon, dixit: Existimo qa is cui plus donauit. At ille dixit eis: Recte iudicasti. Et cõ
„ uersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierẽ? Intraui in domũ tuã, aquã
„ pedibus meis nõ dedisti: hæc autẽ lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis ter
„ sit. Osculum mihi non dedisti: hæc aũt ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes
„ meos. Oleo caput meũ non unxisti: hæc aũt unguento unxit pedes meos. Propter
„ quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multũ. Cui autem mi
„ nus dimittitur, minus diligit. Dixit aũt ad illam: Remittũtur tibi peccata. Et cœpe-
„ rũt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?
„ Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: Vade in pace. ¶ Tanta est dei
bonitas, ut inuitata, declinet etiam ad eos, qui sectas habent, uel sibi displicẽtes cõ trarias q̃: & hoc, ut eos sanet, & reddat incolumes. Quod hic insinuat, cũ inuitatus, non dedignatur descendere ad pharisæũ. Vbi se eum esse declarat, qui sanare uult, misereri & parcere, cũ illo præsente, mulieri peccatrici peccata remittit. Sed qd illi mulieri accidit, & quid facit? Cognouit quod IESVS accubuit in domo pharisæi. Affert alabastrũ unguenti, intrat ad IESVM: stat retro secus pedes eius, lachrymis suis rigat pedes eius: Et capillis suis tergit, tersos osculatur, & unguento ungit. Factum abominatur pharisæus, indignum ducens, quod sic se dominus permittat tangi, & insuper iudicans dominum non nosse quæ ipsum tangat, nimirũ nota peccatrix. Dñs ex re Simoni proponit parabolam. E duobus debitoribus: unus Simon, alter peccatrix. Danista, id est creditor, qui mutuũ dedit CHRISTVS. Denarij: debita, dona dei mala dispensata per peccata. Donat, qui remittit. Rigat, id est lauat pedes, qui terrenos abstergit affectus. Vngit pedes, qui in uita actiua deũ operibus pietatis honorat. Osculatur, qui se deo unit. Ciuitas ea in qua pharisæus & peccatrix erant, mundus intelligi potest. Domus pharisæi, Iudæa. Pharisæus, populus q̃ iusticiã metit operibus, & postponit pœnitentiã; & hic populus maxime est Iudaicus, aut eius æmulus. Peccatrix, typus populi fidelis, q̃ maxima ex parte est e gentibus, typus pœnitentiũ, typus iustificationem ex gratia, nõ ex operibus expectantiũ: est em populus uere pœnitens, qui ad bona opera fidei resipiscens, iustificationẽ nõ ex operibus illis, etsi diuinæ legis sunt, expectat (sunt em debita) sed ex grã. Cognoscit quod IESVS accubuit in domo pharisæi, qui firmiter credit quod dñs natus, diuersatus, & p̃ peccatis tollẽdis mortuus est in Iudæa. Affert alabastrũ unguẽti, qui in corde habet propositum bonorũ operũ. Stat retro secus pedes domini, q̃ in humilitate accedens, dñm ferendo crucem sequit, stans & curuari ad terrena nesciens. Lachrymis incipit rigare pedes eius, qui p̃ pœnitẽtiã fide CHRISTI infusa, incipit terrenas abstergere labes, & carnales amputare affectus. Capillis suis tergit, qui externas suas fortunas, & quæ superfluæ sunt secundũ se ad salutem,

post

post pœnitentiam, & affectuum mortificationem, nihilipendit, aut potius pedibus CHRISTI abstergendis applicat, qui sunt pauperes eius in hoc mundo pressi ac calcati. Osculat pedes eius, & unguento ungit: qui cũ operibus iusticiæ fidei, & misericordiæ, exercitijs contemplatiuæ uitæ se deo unit. Quod pharisæus dicebat intra se: Si hic esset propheta, sciret utiq; quæ & qualis est mulier, quæ tãgit eũ: quia peccatrix est, id designat quod sic alios iudicant, qui confidunt in operibus iusticiæ suæ: quod & adhuc hodie faciunt Iudæi, qui CHRISTVM nolunt confiteri suum ꝓphetam, quia gẽtiles ad ipsum uenerint, quos peccatores indignos aliquo diuinitatis attactu iudicabant. Quod dñs respondit ad cogitatũ Simonis: se deũ manifestauit, quem nihil latere poterat. Cũ ait: Duo debitores erant: Simonem (ut dictũ est) tangit, & peccatricem. Cũ subdit. Cuidam fœneratori, id est creditori: seipsum intelligit. Porro cũ dicit, Vnus debebat denarios quingentos; peccatricem tãgit, cui decies plura imputantur dissipata dona per peccata. Cum uero, Alter quinquaginta: pharisæũ. Cũ ait, Nõ habentibus unde redderent: innuit, neq; nos ex nobis, neq; Iudæos ex se habere unde possint pro debitis suis satisfacrere: nã nõ nostra potestate: non nostris operibus, etsi illa uult cõcurrere deus, sed solo dei dono remittũtur peccata, dissipatis donis dei, male contracta: & hinc nostra iustificatio pendet, quæ est & gratiæ eius infusio, & dissipatarũ gratiarũ instauratio. Quod innuit dominus, cũ ait: Donauit utrisq;. Donũ ergo & gratia est, remissio peccatorũ & instauratio deperditorum, aut etiam excellentiorũ donorũ. Sed & hic intelligun tur, nõ solũ peccatrici, sed etiã Simoni peccata remissa, ut non frustra in domo sua eum receperit pharisæus. Donauit, inquit, utrisq;. O magna dei benignitas, q̃ etiã eos qui pharisæace uiuũt, saluat? Nullũ ergo iudicemus, sed sequamur secundũ lumen dei & gratiam, id qd melius est. Quod dñs interrogat: Vter ergo eũ plus diligit: & quod Simon respõdit: Existimo cui plus donauit, quodq; respõsum dñs approbauit dicẽs: Recte iudicasti: hæc subindicant, eos plus diligere deũ, qui se ex se nõ agnoscunt nisi peccatores, & totã iusticiam suam deo tribuunt, & gratiæ & misericordiæ eius, q̃ eos qui operibus suis confidunt. Et merito quidem. Nam illi, in solo deo uident, quod amare debeant: isti seipsos & suas iusticias amant. Illi, se esse pauperes, & deũ solũ esse suas diuitias agnoscũt: isti, se diuites putant. Illi, se nudos aspiciunt, & si deus ipsos uestiat & ornet, nõ illa sua ducunt, sed dei, neq; inde gloriantur, sed deũ cuius sunt magnificant, & tanto magis humiles sunt: isti, se respiciũt uestitos, & in uestimentis si q̃ habeant, quasi sua sint gloriant & superbiũt. Cũ dñs adijcit Simoni: Vides hanc mulierem: incipit aperire parabolam suam, q̃ ex præcedentibus nota esse potest. Et reuera Iudæi, & si qui uitæ eorũ essent æmuli ueros Christianos attẽdere deberent: & inuenirent eos plura deo accepta referre q̃ ipsi, & magis accedere ad eũ per uiã amoris & gratiæ, q̃ ipsi. Sed adhuc in suo errore p̃ seuerantes, in cordibus suis dicunt: Quis est hic, qui etiam peccata remittit? Quasi uero sine operibus legis peccata nõ remittantur. Et proinde intelligant ex domino fidem nostram, plenamq; in deo fiduciam, & saluos facere, & per eam dñm nos dimittere in pace: se aũt infidelitate perdi, & in ꝓpetua manere ꝑturbatione. Et adueꝛte qd cũ Lucas ait, ἡ κάσα παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀπίσω, id est, Et stans iuxta pedes eius retro: innuere uidet mulierẽ illã erectã stetisse ad pedes dñi, nõ aũt ꝓfusam humi iacuisse, ut pingi solet. Vñ etiam intelligere prõptum est, lectos illos in quibus edebãt, eleuatos à terra fuisse. Porro hanc mulierẽ, cui dñs in aliqua ciuitatũ Galilææ, aut Naim, aut alia quauis peccata remisit: alij Mariã Magdalenã, quæ dño ministrabat à Galilæa, esse dicunt: alij Mariam sororẽ Marthæ. Nos uero cũ antiquis ex Euangelista putamus innominatã, & etiã aliã fuisse. Supꝑ qua re, in secũda discepꝑatiõe de Magdalena nõnihil inuestigãdæ ueritatis grã, diximus. Vtcũq; sit, ipsa

dilexit

Universidad de Deusto
Biblioteca

dilexit, CHRISTI testimonio, multum. Et nos ergo illius exemplo eum, quem dilexit, multũ diligamus, & nos mutuo propter ipsum: ac miseratiõe CHRISTI, ut & ipsa prætacti & allecti, & dominum fide cognoscentes, domum in qua ipse nũc recũbit adeamus, quæ est sancta catholica ecclesia. Stemus retro secus pedes eius, lachrymis eos rigemus, osculemur & ungamus; & si possimus ad altiorem uitam surgere, non solum aquam pedibus, sed & oleum capiti, & osculum sanctum sancto ori eius demus, eiq; toto spiritu uniamur. Patrem misericordiarum per ipsum, & cum ipso in spiritu suo laudantes & honorificãtes, & glorificantes: quem unum solum & uerum deum discretione inconfusum, & substantia indiuisum, decet omnis laus & honor & gloria in omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT OCTAVVM.

24 ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædicans & euangelizans regnum dei, & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ a spiritibus malignis & infirmitatibus: Maria quæ uocabatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna 5
uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cum aũt turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eũ, dixit per similitudinẽ: Exijt qui seminat, seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus uiam, & conculcatum est, & uolucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, 10
& natum aruit, quia non habebat humorẽ. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerũt illud. Et aliud cecidit in terrã bonam, & ortum fecit fructum centuplũ. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autẽ eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola, quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysteriũ regni dei: cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Est aũt hæc parabola: Semen est uerbum dei. Qui autem secus uiam hi sunt qui audiunt, deinde uenit diabolus & tollit uerbũ de corde eorũ, ne credẽtes salui fiant. Nam qui supra petrã, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt uerbũ: & hi radices nõ habent, quia ad tempus credunt, & 20
in tempore tentationis recedũt. Quod aũt inter spinas cecidit: hi sunt qui audierũt, & a solicitudinibus & diuitijs & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur, & nõ referunt fructum. Quod aũt in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes, uerbũ retinent, & fructũ afferunt in patientia. Nemo autẽ lucernam accendens, operit eam uase, aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrũ ponit, ut intrantes uideant lumen. Non 25
est em̃ occultum, quod non manifestetur: nec absconditũ, quod nõ cognoscatur, & in palã ueniat. Videte ergo quid audiatis. Qui em̃ habet, dabit̃ 26 illi: & quicunq; nõ habet, etiã quod putat se habere, auferet̃ ab illo. Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & nõ poterant adire eum præ turba. Et nunciatum est illi: Mater tua & fratres tui stant foris, uolentes 30
te uidere

te uidere. Qui respondens dixit ad eos: Mater mea & fratres mei, hi sunt, qui uerbum dei audiunt & faciunt. Factum est autem in una dierum, & 22
ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus
35 trans stagnũ. Et ascenderunt. Et nauigantibus illis, obdormiuit: & descendit procella uenti in stagnũ, & compellabantur & periclitabãtur. Accedentes aũt suscitauerunt eũ, dicentes: Præceptor, perimus. At ille surgẽs, increpauit uentum & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est trãquillitas. Dixit autem illis: Vbi est fides uestra? Qui timentes mirati sunt, adinuicem
40 dicentes: Quis putas hic est? quia & uentis & mari imperat, & obediunt ei. Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est cõtra Galilæam. 23
Et cum de naui egressus esset ad terram, occurrit illi uir quidam, qui habebat dæmonium iam tẽporibus multis, et uestimẽto non induebatur, neq; in domo manebat, sed in monumentis. Is ut uidit IESVM, procidit ante il-
45 lũ, & exclamãs uoce magna, dixit: Quid mihi & tibi est IESV fili dei altissimi? Obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat em̃ spũi immũdo, ut exiret ab homine. Multis enim tẽporibus arripiebat illũ: & uinciebatur catenis, & cõpedibus custoditus, & ruptis uinculis agebatur a dæmonio in deserto. Interrogauit autem illum IESVS, dicens: Quod tibi nomen est? At ille
50 dixit: Legio, quia intrauerãt dæmonia multa in eum. Et rogauerũt illum, ne imperaret illis ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentiũ in monte, & rogabant eũ, ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.
55 Quod ut uiderunt factum qui pascebãt, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in uillas. Exierũt autem uidere quod factum est, & uenerũt ad IESVM: & inuenerunt hominem sedentẽ a quo dæmonia exierant, uestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nunciauerũt autẽ illis, & qui uiderãt, quomodo sanus factus fuisset a legiõe. Et rogauerũt illũ omnis mul
60 titudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse aũt ascẽdens nauim, reuersus est. Et rogauit illũ uir a quo dæmonia exierant, ut cũ eo esset. Dimisit autem eum IESVS, dicens: Redi in domũ tuam, & narra quãta tibi fecit deus. Et abijt per uniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset IESVS. Factum est autem cũ redijsset 39
65 IESVS, excepit illum turba. Erant autem omnes expectantes eum. Et ecce uenit uir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes IESV, rogans eum, ut intraret in domũ eius: quia unica filia erat ei fere annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et cõtigit dum iret, a turbis comprimebatur. Et mulier quædã erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim,
70 quæ in medicos erogauerat omnem substãtiam suã, nec ab ullo potuit curari: accessit retro & tetigit fimbriã uestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait IESVS: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus, dixit Petrus, & qui cũ illo erãt: Præceptor, turbæ te comprimũt
& affligunt, & dicis, quis me tetigit? Et dixit IESVS: Tetigit me aliquis,
nam & ego noui uirtutem de me exijsse. Vides aũt mulier, quia nõ latuit, 75
tremens uenit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eũ,
indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit. At
ipse dixit ei: Filia, fides tua saluã te fecit: Vade in pace. Adhuc illo loquen=
te, uenit quidã ad principẽ synagogæ, dicens ei, quia mortua est filia tua,
noli uexare illum. IESVS autem audito hoc uerbo, respondit patri puel= 80
læ: Noli timere, Crede tantum, & salua erit. Et cũ uenisset domũ, non per=
misit intrare secũ quenquã, nisi Petrum & Iacobum & Ioannẽ, & patrem &
matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit:
Nolite flere: Non est mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum, scien
tes quia mortua esset. Ipse autẽ tenens manum eius clamauit, dicens: Puel= 85
la, surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Et iussit illi da=
re manducare. Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dice
rent quod factum erat.

ANNOTATIONES BREVES LI. CIRCA LITERAM. CAP. VIII.

1 per ciuitates & castella
κατὰ πόλιν & κώμην 24
per singulas ciuitates
& castella
7 & de ciuitatibus 25
ἐν τῶν κατὰ πόλιν
& è singulis ciuitatibus 28
8 q seminat, seminare
ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι
seminãs, ut seminaret
9 dum seminat, 28
ἐν τῷ σπείρειν
dum seminabat
10 supra
ἐπὶ
super 31
14 discipuli eius,
* λέγοντες dicentes. 34
15 mysterium
τὰ μυστήρια plurale.
19 Nam qui supra
οἱ δὲ ἐπὶ
Qui autem super
20 radices 36
ῥίζαν
singulare.
20 quia ad 37
διὰ πρὸς
qui ad
optimo
ἀγαθῇ
positiuum. 40
subtus
subter
in palam
εἰς φανερόν
in propatulum,
in apertum 42
quid
πῶς
quomodo
Qui enim 43
ὃς γὰρ ἂν
illi * λεγόντων dicẽtibus,
Quicunque enim
in nauiculam,
εἰς πλοῖον
in nauim 48
ascenderunt.
ἀνήχθησαν
recesserunt
compellebantur
συνεπληροῦντο
complebantur
Præceptor, 37
ἐπιστάτα ἐπιστάτα
surgens,
ἐγερθεὶς
experrectus
mari
τῷ ὕδατι
aquæ
Gerasenorum, 41
τῶν γαδαρηνῶν
Gadarenorũ, et infra.
quidam 42
* ἐκ τῆς πόλεως è ciuitate
dæmonium 43
δαιμόνια plurale.
iam 43
ἐκ
à
arripiebat 47
συνεχόμενοι
corripuerat
deserto 48
τὰς ἐρήμους plurale.
ergo 53
δὲ
autem
uidere 56
ut uiderent
à legione. 59
ὁ δαιμονισθεὶς

à dæmonijs

à dæmonijs agitatus
60 regionis 74
τῆς περιχώρου
circumiacẽtis regiõis
67 unica 75
μονογενὴς 76
68 moriebat. – Et cõtigit
68 à turbis cõprimebatur
οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτὸν 78
turbæ suffocabãt eũ 78
69 quædam erat 79
οὖσα
quæ erat
70 erogauerat 80
προσαναλώσασα
insumpserat
affligunt 80
ἀποθλίβουσι 80
afflictant
nam – &
ante pedes eius 82
αὐτῷ 84
ei 85
indicauit * αὐτῷ ei
dixit ei. * θαρσεῖ Cõfide
ad principẽ synagogæ 86
παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου
à principe synagogæ
illum. 87
τὸν διδάσκαλον
magistrum
audito – hoc uerbo
patri puellæ
αὐτῷ λέγων
illi dicens.
intrare – secum
mortua – puella
Ipse autem
* ἐκβαλὼν ἔξω πάντας
eiectis foras omnibus
reuersus est
ἐπέστρεψε
conuersus est
manducare
ad manducandum

COMMENTARIVS IN CAPVT OCTAVVM.

„ VBi peractum est hoc de peccatrice & pharisæo mysteriũ, quod solus
„ narrat Lucas, idem subdit, quid subinde dominus fecerit, dicẽs. ¶ Et 74
„ factũ est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella, prædi=
„ cans & euangelizans regnum dei, & duodecim cum illo, & mulieres
„ aliquæ, quæ erãt curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria
„ quæ uocaẽ Magdalene, de qua septẽ dæmonia exierãt, & Ioãna uxor Chusæ pro=
„ curatoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabãt ei de facultatibus su=
„ is. Cum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, di=
„ xit per similitudinem. Exijt qui seminat, seminare semẽ suũ. Et dum seminat, aliud
„ cecidit secus uiam, & conculcatũ est, & uolucres cœli comederunt illud. Et aliud ce
„ cidit supra petram, & natũ aruit: quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter
„ spinas, & simul exortæ spinæ, suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terrã bonam,
„ & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audien
„ di, audiat. Interrogabant autem eũ discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus
„ ipse dixit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei: cæteris autẽ in parabolis, ut
„ uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola. Semẽ
„ est uerbum dei. Qui autem secus uiam: hi sunt qui audiũt, deinde uenit diabolus, &
„ tollit uerbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram, qui
„ cum audierint, cum gaudio suscipiunt uerbum: & hi, radices nõ habent, quia ad tem
„ pus credunt, & in tẽpore tentationis recedũt. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt
„ qui audierunt, & à solicitudinibus, & diuitijs, & uoluptatibus uitæ euntes suffocan=
„ tur, & non referũt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bo=
no & optimo audientes uerbum retinẽt, & fructum afferunt in patientia. ¶ Mulie=
res quæ à Galilæa sequebãtur dominum, à spiritibus immundis liberatæ, & poten=
tes matronæ, hæ erant Maria Magdalena, à qua dominus septẽ eiecerat dæmonia,
Ioanna uxor Chuzæ, ꝓcuratoris & cõmissarij Herodis, & Susanna, & multæ aliæ:
inter quas erãt matres apostolorum, Maria uxor Cleophæ, & Salome uxor Zebe=
dæi: illa mater Iacobi Simonis & Indæ: ista Iacobi & Ioãnis. Tales erãt, & quæ con
cionibus eius aderãt, & quæ toto mentis affectu ei ministrabant. Et cõgregatis ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

omni ciuitate ad se populis, dominus locutus est eis, & hoc ī Galilæa: quia ex Matthæo, populus stabat in littore secus mare, & dominus conscensa naui, hāc & alias multas loquutus est eis parabolas. At necq; in Samaria, necq; ī Iudæa est mare. Qui exijt ut seminaret semen suū: ipse erat qui e sinu patris, qui in cœlis est, in terrā ueniens exierat ad seminandū uitæ æternæ uerbum, quod est sanctū, & quod solum saluat animas euangelium. Et hæc parabola à Matthæo posita est cap. 13. numero 127. Et explicatio domini interrogantibus discipulis illic adhibita, numero. 130. & à Marco capite. 4. numeris uigesimo & uigesimo primo. Etcum dicitur: Qui autem secus uiam, subaudiendum est, seminati sunt, siue semen receperūt: seminatur enim & uerbum quod recipitur, & id quod recipit illud: ut & triticum quod suscipitur, & terra cui illud mandatur, seminari dicuntur. Porro ubi habetur: Quod autem in spinas, id est inter spinas cecidit, hi sunt qui audierunt: quod apte apud nos referri uidetur ad semen, etsi Græce nihil habeat in ipsa litera ad quod referatur, cū σπόρος καὶ λόγος, id est semen & uerbum, masculina, τὸ neutrum: quare perinde fuerit ac si dicamus, id autem quod inter spinas cecidit, subaudiendū quoq; est, qui receperunt, ut sic intelligamus: Qui autem id quod in spinas cecidit receperunt, hi sunt qui audierunt, sed à solicitudinibus, & diuitijs, & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur. Similiter & de eo, Quod autem in bonam terram, dicendū est. Cætera hic intelligenda sunt, ut & in Matthæo, capite & numero prætactis. Huic parabolæ & eius explicationi subdit Lucas aliā de lucerna accensa, quæ nō debet contegi uase,
75 „ id est poni sub modio, dicens. ◤ Nemo aūt lucernam accendens operit eam uase,
„ aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen
„ Non est enī occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod nō cogno-
„ scatur & in palā ueniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: &
„ quicunq; non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. ◥ Lucerna anima fidelis est. Lumen eius, doctrina uitæ, uerbū dei, lex gratiæ. Qui accendit, domi
Ioannis. 1. nus noster IESVS CHRISTVS, qui est lux uera, quæ illuminat omnē hominē uenientem in hunc mundum. Abscondit eam, qui sine usu retinet ociosam, aut incuria tanq; & dei & uerbi eius oblitus, elabi ac euanescere sinit. Operit eā uase, quando caro opprimit spiritū. Ponit subter lectū, quando uoluptates & carnis illecebræ & animam perdunt, & lumen dei extinguunt. Candelabrū, sancta congregatio, super quam diuinum lumen ponitur. Domus, ecclesia uniuersalis. Intrātes, ad fidem uenientes, aut qui tum primum fide illuminantur. Et hanc parabolam habet Matthæus cap. quinto, numero trigesimo quinto, & Marcus cap. quarto, numero uigesimo secundo. Sed præponit Matthæus parabolam de ciuitate, quæ abscondi non potest, supra montem posita: & merito quidem abscondi non potest. Nam si ciuitas hæc ecclesia CHRISTI est, mons autē supra quem posita est CHRISTVS dominus, ut illic dictum est (alioqui enim ecclesia non est, nisi supra ipsum posita sit) quomodo abscondi posset, quin ecclesia CHRISTI esse cognosceretur? Nam si sit supra CHRISTVM posita, in ea lucent fides, tota in CHRISTO fiducia, & charitas. In ea sunt pauperes spiritu, mites, lugentes dei ignorantiam, id est, eos qui deum CHRISTVMq; ignorant, sitientes iusticiam eius, misericordes, mundi corde, pacifici, in persecutionibus patientes, diuino lumini, id est euangelico, alienum lumen non admiscentes; & pro igne altaris, qui est charitas CHRISTI
Leuiti. 10. dei, alienum ignem ceu Nadab & Abiu in acerram cordis non imponentes. In ea, spiritu dei aguntur. In ea, qui uiuunt, spiritu CHRISTI, non suo uiuunt. In ea, qui uiuunt, deo, non sibi, nec mundo uiuunt. In ea denique non caro, sed spiritus uiuit: caro autem mortua est. Qui ergo fieret, ut in tanta imitationis CHRISTI luce,

in tanta

in tanta, ut sic dicā, christiformitate, abscondi posset ciuitas? Quod si qui forte se dicerent ecclesiam, & non essent supra montem CHRISTVM, sed potius in quodā immani præcipitio positi: abscondi identidem non possent, quandoquidē essent illi omnino oppositi, dicēte ad Timotheum apostolo: Similiter & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt. Vt ergo abscondi nō potest ciuitas supra mōtem posita, necq; etiā lucerna supra cādelabrum posita. Sed hoc de candelabro, peculiare: illud de ciuitate supra montem, uniuersale. Hoc de mēbris, illud de fundamēto atque capite, & insuper uniuerso corpore. Quod autem subditur: Non est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur & in palā ueniat. hoc ait dominus de parabolis, quæ tūc occultæ erant & absconditæ, quarum mysteria reuelatas q; intelligentias tandem in apertū uenire uolebat. Et id habet Matthæus cap 10. numero nonagesimoseptimo, & Marcus capite quarto, numero 22. Cæterum huic particulæ, Qui enim habet, dabitur illi: & quicunq; non habet, etiā quod putat se habere, auferetur ab illo: respondentē ponit Matthæus capite tertiodecimo, numero 28. & Marcus capite 4. numero uigesimo secundo. Deinde subiungit Lucas de matre domini, & ijs qui fratres eius nuncupa
„ bātur: cum tales secundum carnem non essent, dicens. ◤ Venerunt autem ad illum 76
„ mater & fratres eius, & non poterāt adire eum præ turba. Et nunciatum est illi, Ma
„ ter tua & fratres tui stant foris, uolentes te uidere. Qui respōdens, dixit ad eos: Ma
„ ter mea & fratres mei, hi sunt qui uerbum dei audiunt, & faciunt. ◥ Venerunt ad illum & mater & necessarij eius, quādo nunciatum fuit eis ipsum esse extra se: siue ut uisum est interpreti Marci, quod in furorem uersus esset: quanquam mater nihil tale euenisse illi uerebatur, ut quæ diuinitatis eius erat conscia, tametsi fratres, id est propinqui eius, sed magis ut putabāt, quàm reuera erāt: qa adhuc carnales erant, & eos diuinū latebat mysteriū, ne ita esset timere potuerūt. Erat autē tūc in aliqua domo cum discipulis: sed sic irruente ac comprimente turba, ut ne panem quidem, ex Marco, manducare possent: sed melius cibo spiritus illic pascebātur, quàm quocunque pane corporali: unde illis præsente domino, qui dat escam omni carni: non erat Psal. 135
timendum: quo neq; mater, neq; necessarij eius subintrare potuere. Quod in Marco capite tertio, numero 19, uisum est. Sed & officiosam matrem, & qui uocabantur fratres (qui pia secundum sensum carnis suæ solicitudine ad eum uenerant: nō tam causa loquēdi, quàm inde illum extrahēdi, quod ex Marco apertius dignoscitur) uenisse ponit etiā Matthæus capite duodecimo, numero 125. In quibus locis dictum est dominum sua responsione nō paruifecisse matrem, sed maxime omnium extulisse, & matrē approbasse: etsi paruifacere potuit officium, quod illi sui ex ignorātia præstare uolebant, quo & ipsa sapientissima mater sciebat eū non egere. Approbauit itaque matrem, quod & hic quoq; facit: cum maxime omniū ipsa & uerbum dei audierit & fecerit: quæ insup & ipsum, qui est secundū essentiā dei uerbū, in suo uirgineo utero portauerit, & suis uirgineis uberibus aluerit: qui & adhuc erat sua tota cura, sua que tota, sed in spiritu, sciētia, & ueritate solicitudo. Sed fuit ne id in Nazareth? Non uidetur. Quandoquidem etiam ex Marco, non procul erat à mari. Nazareth autē haud parum distat ab illo. Sed quid? Mater talem filiū nō sequeretur, cū & Maria Magdalena, & Ioanna, & Susanna, & matres apostolorū eum sequerentur? & magis omnibus illis in spiritu, ut diuine magis amans, quàm humane? nam ubi diuinus amor adest, si lege naturæ adest humanus, humanū diuinus offundit, & absorbet, ut lux solis in meridie lucē stellarū. Sic de uirgine deo plena nobis cogitādum. Sed & uicinum mare fuisse, satis indicat Lucas, cum protinus subdit, eo dormiente in naui, tam ualidam factam procellam, ut maximo periclitationis metu, nautæ &

Universidad de Deusto
Biblioteca

>> „ discipuli quaterentur, dicens. ◤ Factum est autem in una dierum, & ipse ascen-
„ dit in nauiculã & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trãs stagnũ. Et ascen-
„ derunt. Et nauigantibus illis, obdormiuit: & descendit procella uenti in stagnũ, &
„ complebantur, & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes:
„ Præceptor, perimus. At ille surgens, increpauit uentum & tempestatem aquæ: &
„ cessauit, & facta est tranquillitas. Dicit autem illis: Vbi est fides uestra? Qui timen
„ tes, mirati sunt adinuicem, dicentes: Quisputas hic est, quia & uentis & mari impe-
„ rat, & obediũt ei? ◤ Stagnum hoc, est quod mare Tyberiadis dicitur, quod & Mat-
thæus & Marcus mare appellant. Et quod nostri codices habent, & cõpellebãtur,
uitium scriptorum est, dicendum'que complebantur: quod ex Græco cognoscitur,
habente συνεπληροῦντο, id est complebãtur, scilicet aqua. Porro' quod geminatur præ-
ceptor præceptor, ἐπιστάτα ἐπιστάτα, quasi dicas præfecte præfecte: designatur &
profundus, opinione ipsorum, domini somnus, & urgens auxilij necessitas. Et hoc
quoque factum signum, positum est à Matthæo capite octauo, numero septuagesi
moseptimo, & à Marco capite quarto, numero uigesimoquinto. Cæterum cum ad-
ijcit hic: Vbi est fides uestra? quam particulã habet & Marcus, illos pusillæ fidei ar-
guit, qui timebant ne perirent ipso præsente: quod minime timere debebant: cum
credere deberent, & deum & dei filium esse, qui posset & uellet eos saluare. Dein-
de subdit Lucas de dæmoniaco in terra Gerasenorum, à multitudine dæmoniorũ li
>8 „ berato, dicens. ◤ Et nauigauerũt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Gali-
„ læam. Et cũ de naui egressus esset ad terram, occurrit illi uir quidã qui habebat dæ-
„ monium iam temporibus multis, & uestimento nõ induebatur, neque in domo ma
„ nebat, sed in monumentis. Is ut uidit IESVM, procidit ante illum, & exclamãs uo-
„ ce magna, dixit: Quid mihi & tibi est IESV fili dei altissimi? Obsecro te, ne me tor-
„ queas. Præcipiebat enim spiritui immũdo, ut exiret ab homine. Multis enim tẽpo-
„ ribus arripiebat illũ, & uinciebatur catenis, & compedibus custoditus, & ruptis uin
„ culis agebatur à dæmonio in deserta. Interrogauit autẽ illũ IESVS, dicens: Quod
„ tibi nomen est? At ille dixit: Legio. Quia intrauerũt dæmonia multa in eum. Et ro-
„ gauerunt illum, ne imperaret illis, ut in abyssum irẽt. Erat autem ibi grex porcorũ
„ multorum pascentium in monte, & rogabant eum, ut permitteret eis in illos ingre
„ di. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos.
„ Et impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. Quod ut uiderunt
„ factum qui pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in uillas. Exierunt
„ autem uidere quod factum est, & uenerũt ad IESVM, & inuenerunt hominem se-
„ dentem, à quo dæmonia exierãt, uestitum ac sana mẽte, ad pedes eius: & timuerũt.
„ Nunciauerunt autem illis et qui uiderãt, quomodo sanus factus esset à legione. Et
„ rogauerũt illũ omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab ipsis, quia
„ magno timore tenebantur. Ipse autẽ ascendens nauim, reuersus est. Et rogauit illũ
» uir, à quo dæmonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit autem eũ IESVS, dicens: Re
» di in domum tuam, et narra quanta tibi fecit deus. Et abijt per uniuersam ciuitatem
» prædicans, quãta illi fecisset IESVS. ◤ Ex uerbis Lucæ id satis nobis innuitur, qua
ex parte sint Geraseni: nam e' regione Galilææ, et ex parte orientis: cum ex Mar
co liberatus à dæmonijs, prædicauerit gratiam sibi factã in Decapoli. Ciuitas ergo
Gerasenorum nõ procul distabat à stagno, id est mari Tiberiadis, et ex parte orien
tis sita erat inter Tiberiadẽ et Decapolitanos. De Decapoli Hieronymus ubi agit
de locis Hebraicis, dicit regionem esse decem urbium trans Iordanem, circa Hip
pum et Pellen et Gadaram. De Gadara autem, urbem esse trans Iordanem con-
tra Scythopolin et Tiberiadem ad orientalem plagam, sitam in mõte, ad cuius ra-
dices

dices aquæ calidæ erumpunt balneis desuper ædificatis. Quod autem ea ciuitas
non procul distaret à mari, indicium est præcipitatio illa repentina ingentis porco
rum multitudinis in mare, quam & subulci uiderunt, & repente ciuibus nunciaue-
runt. Qui confestim egredientes, præ timore miraculi, rogauerũt dominum, ut e-
grederetur à finibus ipsorum. Cæterum quod dicitur, Dimisit autem eum IESVS
quod Græce dicitur, ἀπέλυσε δὲ αὐτὸν ὁ ἰησοῦς, perinde est ac ablegauit eum à se IE-
SVS, non permisit secum abire. Porro' hoc factum habet Matthæus capite octa-
uo, numero septuagesimooctauo, & Marcus capite quinto, numero uigesimose-
xto. Mox subdit Lucas dominum fines eorum reliquisse, & in oppositam oram na
» uigasse, dicens. ◤ Factum est autem cum redisset IESVS, excepit illum turba. >9
» Erant autem omnes expectantes eum. Et ecce uenit uir cui nomen Iairus: & ipse
» princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes IESV, rogans eum, ut intraret in do-
» mum eius: quia unica filia erat ei, fere' annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et
» contigit dum iret, à turbis comprimebatur. Et mulier quædam erat in fluxu sangui
» nis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnẽ substantiã suam, nec ab
» ullo potuit curari. Accessit retro, & tetigit fimbriam uestimenti eius: & confestim
» stetit fluxus sanguinis eius. Et ait IESVS: Quis est qui me tetigit? Negãtibus au-
» tem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt
» & affligunt, & dicis, quis me tetigit? Et dixit IESVS: Tetigit me aliquis. Nam &
» ego noui uirtutem de me exijsse. Videns autem mulier, quia non latuit, tremens
» uenit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit co-
» ram omni populo, & quemadmodũ confestim sanata sit. At ipse dixit ei: Filia, fides
» tua te saluam fecit, Vade in pace. Adhuc illo loquente, uenit quidam ad princi-
» pem synagogæ, dicens ei, quia mortua est filia tua, noli uexare illum. IESVS au-
» tem audito hoc uerbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, & salua
» erit. Et cum uenisset domum, non permisit secum intrare quenquam, nisi Petrum,
» & Iacobum, & Ioannem, & patrem & matrem puellæ. Flebant autem omnes, &
» plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, Non est mortua puella, sed dormit. Et
» deridebant eum, scientes quia mortua esset. Ipse autem tenens manum eius, clama
» uit dicens: Puella surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Et iussit
» illi dare manducare. Et stupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dice-
» rent quod factum erat. ◤ Cum redijsset inquit: sed quonam? In Galilæam, quæ
e' regione Gerasenorum est sita: & maxime Capharnaum & Bethsaida, quæ ex-
tremum occupant orientis ad lacum. Quod autem subditur de suscitatione puellæ
duodecennis, filiæ Iairi principis synagogæ: id habet Matthæus capite nono, nu-
mero octuagesimosecundo, & Marcus capite quinto, numero uigesimoseptimo.
Sed & historiam de muliere, quæ à fluxu sanguinis (quam plagam & flagellum su
stinuerat duodecim annis) sanata est: eisdem locis ac numeris tangunt Matthæus
atque Marcus. Neque ad ipsos hic adijcit Lucas. Et ita quæ morbo incurabili huma
na ope laborabat (nam plagas, id est flagella humanæ non curant medicinæ) sana-
ta est, & mortua puella suscitata, id faciente domino: cuius uirtus omnem sanat lan
guorem, & qui solo uerbo instaurat uniuersa, & hoc bona uoluntate patris æterni:
cui per ipsum in spiritu sancto sit honor, & gloria & potestas, in omnia seculorum
secula, Amen.

Universidad de Deusto
Biblio

80 Onuocatis autem IESVS duodecim apostolis, dedit illis
uirtutem & potestatem super omnia dæmonia, & ut lan-
guores curarent. Et misit illos prædicare regnum dei, &
sanare infirmos. Et ait ad illos: Nihil tuleritis in uia, neq;
uirgam, neque peram, neq; panem, neque pecuniam, ne- 5
que duas tunicas habeatis: Et in quancunque domum intraueritis, ibi ma
nete, & inde ne exeatis. Et quicunque non receperint uos: exeuntes de ci-
uitate illa, etiam puluerem pedum uestrorum excutite in testimonium su
pra illos. Egressi autem circuibant per castella Euangelizantes & curantes
81 ubiq;. ¶ Audiuit autē Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæ- 10
sitabat, eo quod diceretur a quibusdam, quia Ioannes surrexit a mortuis:
a quibusdā uero, quia Helias apparuit: ab alijs aūt, quia ,ppheta unus de
antiquis surrexit. Et ait Herodes: Ioānem ego decollaui. Quis est aūt iste
de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eū. Et reuersi apostoli, narra-
uerunt illi quæcunq; fecerunt: & assumptis illis secessit seorsum in locū de 15
sertū, qui est Bethsaidæ. Quod cū cognouissent turbæ, secuti sunt illū, &
excepit eos, & loquebatur illis de regno dei, & eos qui cura indigebant, sa
82 nabat. ¶ Dies aūt cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt il
li: Dimitte turbas, ut euntes in castella, uillasq; quæ circa sunt, diuertant,
& inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. Ait aūt ad illos: Vos da 20
te illis manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plusquā quinque pa-
nes, & duo pisces: nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbā
escas. Erant autem fere uiri quinq; milia. Ait autem ad discipulos suos: Fa
cite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et discu
buerūt omnes. Acceptis autem quinq; panibus, & duobus piscibus, respe 25
xit in cœlū, & benedixit illis, & fregit, & distribuit discipulis suis, ut pone
rent ante turbas. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatū est
83 quod superfuit illis, fragmentorū cophini duodecim. ¶ Et factū est cū so-
lus esset orans, erant cū illo & discipuli, & interrogauit illos, dicens: Quē
me dicūt esse turbæ? At illi responderunt & dixerunt: Ioannem Baptistā, 30
alij autē Heliam: alij uero, quia unus propheta de prioribus surrexit. Di-
xit aūt illis: Vos aūt quem me esse dicitis? Respondēs Simon Petrus, di-
xit: CHRISTVM dei. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc:
dicens, quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari a senioribus
& principibus sacerdotū, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Dice- 35
bat aūt ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tol
lat crucē suam quotidie, & sequatur me. Qui em uoluerit animam suam
saluā facere, perdet illam: nam qui perdiderit animā suam propter me, sal
uam faciet illā: quid enim proficit homo, si lucretur uniuersum mundū, se
ipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit, & 40
meos

meos sermones: hunc filius hominis erubescet, cū uenerit in maiestate sua
& patris, & sanctorum angelorum. Dico autem uobis uere, sunt aliqui hic
stantes, qui nō gustabunt mortem, donec uideant regnum dei. ¶ Factum 84
est autem post hæc uerba fere dies octo, & assumpsit Petrum & Iacobū, &
45 Ioannē, & ascendit in montem ut oraret. Et facta est dū oraret species uul-
tus eius, altera: & uestitus eius albus & refulgens. Et ecce duo uiri loquebā
tur cum illo: erant autem Moyses & Helias, uisi in maiestate: & dicebant
excessum eius, quem cōpleturus erat in Hierusalem. Petrus uero & qui cū
illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes, uiderunt maiestatem eius,
50 & duos uiros qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent ab illo,
ait Petrus ad IESVM: Præceptor, bonū est nos hic esse, & faciamus tria ta-
bernacula: unum tibi, & unum Moysi, & unum Heliæ: nesciens quid dice
ret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos, & timue
runt intrantibus illis in nubem. Et uox facta est de nube, dicens: Hic est fi
55 lius meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret uox, inuentus est IESVS so
lus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicq; ex his quæ
uiderant. ¶ Factum est aūt in sequenti die, descendentibus illis de monte, 85
occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit, dicens: Magister
obsecro te, respice in filium meum, quia unicus est mihi: & ecce spiritus ap
60 prehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eū cum spuma, & uix
discedit dilanians eum: & rogaui discipulos tuos, ut eijcerent illum, & nō
potuerunt. Respondens autem IESVS, dixit: O generatio infidelis, & per
uersa, usquequo ero apud uos, & patiar uos? Adduc huc filium tuū. Et cū
accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit, Et increpauit IESVS spiri-
65 tum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illū patri eius. Stupebāt
autē omnes in magnitudine dei, omnibusq; mirātibus in omnibus quæ
faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in cordibus uestris sermōes
istos. Filius enim hominis futurum est, ut tradatur in manus hominū. At
illi ignorabant uerbū istud, & erat uelatū ante eos, ut non sentirent illud,
70 & timebant eum interrogare de hoc uerbo. ¶ Intrauit autem cogitatio in 86
eos, quis eorū maior esset. At IESVS uidens cogitationes cordis illorū, ap
prehendit puerū, & statuit illum secus se, & ait illis: Quicūq; susceperit pu
erū istum in nomine meo, me recipit. Et quicunq; me receperit, recipit eū
qui me misit. Nam qui minor est inter uos omnes, hic maior est. Respon
75 dens aūt Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quendam in nomine tuo eij-
cientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et
ait ad illos IESVS: Nolite prohibere. Qui em nō est aduersum uos, pro uo
bis est. ¶ Factū est aūt dū cōplerentur dies assumptionis eius, & ipse faciē 87
suam firmauit, ut iret in Hierusalem. Et misit nuncios ante conspectū suū:
80 & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorū, ut pararent illi. Et non
receperūt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cū uidissent au
tem

tem discipuli eius, Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, uis dicimus, ut
ignis descendat de cœlo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos,
dicens: Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non uenit animas per-
88 dere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. ¶ Factum est autē ambu- 85
lantibus illis in uia, dixit quidam ad illū. Sequar te quocunq; ieris. Dicit
illi IESVS: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: filius aūt homi-
nis nō habet, ubi caput suū reclinet. Ait aūt ad alterū: Sequere me. Ille au-
tem dixit: Domine permitte mihi primū ire, & sepelire patrem meū. Di-
xitq; ei IESVS. Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autē uade, & an- 90
nuncia regnū dei. Et ait alter: Sequar te domine, sed permitte mihi primū
renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum IESVS. Nemo mittēs manum
suam ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno dei.

ANNOTAT. BREVES LXXII. CIRCA LITERAM CAP. IX

1 autem – IESVS
2 uirtutē & potestatē
δύναμιν καὶ ἐξουσίαν
potestatē & authori-
4 in uia (tatem
εἰς τὴν ὁδὸν actūs
5 uirgam
ῥάβδους plurale
6 duas
binas
8 pedum uestrorum
ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν
e pedibus uestris
9 supra illos
ἐπ' αὐτοὺς
aduersus illos
16 qui est Bethsaidæ
πόλεως καλουμένης
Βηθσαϊδά
ciuitatis quæ uocat
Bethsaida
16 secuti
secutæ
17 cura
θεραπείας
curatione
18 declinare – Et
19 turbas,
τὸν ὄχλον
singulare
20 escas:
ἐπισιτισμὸν
commeatum
22 nisi – forte
22 hanc turbam
τὸν λαὸν τοῦτον
populum hunc
23 quinq; milia
πεντακισχίλιοι
quinquies mille
24 conuiuia
κλισίας
diſcubitus
24 diſcubuerunt
ἀνέκλιναν
& fecerunt diſcũbere
25 omnes
ἅπαντας
accusatiuus
25 respexit
ἀναβλέψας
suspexit
26 ut ponerent añ turbas
παραθεῖναι τῷ ὄχλῳ
ut apponerent turbæ
28 solus
κατὰμόνας
solitarie
29 cum illo – &
31 prioribus
τῶν ἀρχαίων
antiquis
32 Respondens * ἀποκ aūt
– Simon
33 increpans
ἐπιτιμήσας
interminatus
37 suam – quotidie
37 Qui enim
ὃς γὰρ ἂν
Quicunq; enim
38 nam qui
ὃς δ' ἂν
quicunq; autem
38 propter me * ἕνεκεν hic
40 & detrimentum sui fa
ἢ ζημιωθεὶς (ciat?
aut iacturam suijpsius
faciat
40 Nam qui
ὃς γὰρ ἂν
Quicunq; enim
41 maiestate
τῇ δόξῃ
gloria
& infra.
46 albus – &
46 refulgens.
ἐξαστράπτων
effulgurans
47 erant autem
οἵτινες ἦσαν
qui erant
47 uisi
εἰ μὴ ἐφθέγγετο
qui uisi
47 in maiestate: – &
48 excessum
τὴν ἔξοδον
exitum
51 Præceptor
ἐπιστάτα

& infra.

& infra.
55 dum fieret
ἐν τῷ γενέσθαι
dum facta esset
56 dixerunt
ἀπήγγειλαν
renunciauerunt
60 clamat, – & elidit
60 discedit * ἀπ' αὐτοῦ
61 dilanians (ab eo
σύντριβον
conterens
61 illum,
αὐτὸ
neutrum.
62 peruersa,
διεστραμμένη
distorta
63 Et cum accederet,
ἔτι δὲ προσερχομένου
Cũ aūt adhuc accederet
66 in magnitudine
καὶ τῇ μεγαλειότητι
in magnificentia,
in maiestate
66 in omnibus
ἐπὶ πᾶσιν
super omnibus
66 faciebat
* ὁ Ἰησοῦς
IESVS,
67 in cordibus uestris
εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν
in aures uestras
69 ante eos,
ἀπ' αὐτῶν
ab eis
70 in eos,
ἐν αὐτοῖς
71 cogitationes
τὸν διαλογισμὸν
singulare.
72 puerum,
παιδίον
diminutiuum.
& infra.
72 secus se,
παρ' ἑαυτῷ
iuxta sese
74 maior
μείζας
positiuum
76 ad illos
πρὸς αὐτὸν
singulare.
77 uos,
77 uobis
ὑμῶν
ὑμῶν
primæ personæ.
78 assumptionis
τῆς ἀναλήψεως
80 ciuitatem
κώμην
castellum
81 euntis
πορευόμενον
rectus.
82 dicimus,
εἴπωμεν
dicamus
83 illos
* ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε
sicut & Elias fecit?
86 ieris
* κύριε.
domine. Et
88 caput – suum
89 ire
ἀπελθόντι
abire
91 Et ait
εἶπε δὲ καὶ
Ait autem &
92 renunciare
ἀποτάξασθαι
ut ualedicam
93 regno
εἰς τὴν βασιλείαν

COMMENTARIVS IN CAPVT NONVM.

CApite sexto huius, numero 59, posita est electio duodecim in apo-
stolos: hic aūt ponit Lucas quo pacto sit illis data potestas à domino
aduersus omnia dæmonia, & gratia omnium curandarum infirmita-
» tum, dicens. ¶ Conuocatis autem IESVS duodecim apostolis, de- 80
» dit illis uirtutem & potestatem super omnia dæmonia, & ut languo-
» res curarent. Et misit illos prædicare regnū dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos:
» Nihil tuleritis in uia, neq; uirgam, neq; peram, neq; panem, neq; pecuniam, neque
» duas tunicas habeatis. Et in quancunq; domum intraueritis, ibi manete, & inde ne
» exeatis. Et quicunq; non receperint uos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem
» pedum uestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circumibant
» per castella, Euangelizantes & curantes ubiq;. ¶ Hanc potestatem datam aposto
lis, & hæc præcepta eisdem ad Euangelicæ prædicationis annunciationem abeūti
bus data, posuit Matthæus cap. decimo, numero octuagesimonono, & Marcus ca.
sexto, numero uigesimonono. Cum dominus ait: Nihil tuleritis in uia, insinuat ni-
hil esse nostrū in hoc mundo existimandum, sed omnia dei, diuinæq; prouidentiæ.
Quod prohibet ferre uirgā: nō nostræ defensioni, sed solius dei esse fidendū. Qd'
peram: nihil in hoc mundo recondendum, sed thesaurum in cœlo reconditum
expectan

Universidad de Deusto
Biblioteca

expectandũ. Quod panem: nõ de cibo corporali, sed de uerbo dei, quo interior uiuit homo, nobis esse curandũ. Quod pecuniam: auaritiam fugiendam esse, & spũs paupertatem amplectendã. Quod deniq; duas tunicas habere uetat: dupliciũ protectorũ confidentiam habendam nõ esse, sed in uno solo spem suæ protectionis esse ponendam. Vnicũ ergo sit nobis indumentũ, de quo Paulus: Induimini dominũ
Rhom. 13. Galat. 3. IESVM CHRISTVM, Et rursus: Quicunq; enim in CHRISTO baptizati estis CHRISTVM induistis: Nullum igitur præter ipsum sit nobis indumentum: in eo em̃ solo indumento fidendũ est, ut quod uere ab omni & exteriore & interiore seculi malignarumq; potestatum iniuria protegere potest. Quo etiam docemur, cũ
Ephe. 4. nouo homine, ueterem hominẽ non esse reseruandũ, dicente eodem apostolo: Deponite uos secundũ pristinam conuersationẽ, ueterem hominem, qui corrumpitur secundũ desideria erroris: & subdẽte: Et induite nouum hominem, qui secundũ deum creatus est in iusticia & sanctitate ueritatis. Cætera hic, ut & illic declarata sunt intelligantur. Deinde opiniones quæ habebantur de domino, in locis ad quæ profecti erant apostoli domini, & non dominus, saltem corporali præsentia, qui nusq;
81 deerat potentia, subdit Lucas, dicens. ¶ Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia
» quæ fiebant ab eo, & hæsitabat eo quod diceretur à quibusdam, quia Ioannes surre
» xit à mortuis: à quibusdã uero, quia Elias apparuit: ab alijs autẽ, quia propheta u
» nus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui: quis est autẽ iste
» de quo ego talia audio? Et quærebat uidere eum. Et reuersi apostoli, narrauerunt
» illi quæcunq; fecerunt. Et assumptis illis, secessit seorsum in locum desertũ, qui est
» Bethsaidæ. Quod cũ cognouissent turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loq;
» batur illis de regno dei, & eos qui cura indigebant, sanabat. ¶ De his hominum opiniõibus quisnam ipse esset, dominus apostolos redeuntes interrogauit, dicens Quem me dicunt homines esse filium hominis? Et quamuis Herodes diceret: Ioãnem ego decollaui: quis est aũt iste, de quo ego talia audio? hæsitabat tamen & fluctuabat animo, eo quod quidam dicerent Ioannem surrexisse: & si secta esset sadducæus, ob quod licentius flagitia perpetrabat, & minore cõscientia scelerũ, & metu futurarum pœnarũ torquebatur. Et hæc tangit Matthæus cap. 14. numero 141. Et Marcus cap. 6. numero 30. Deinde signũ diuinæ potestatis & prouidẽtiæ, quæ quinq; milia hominum, quinq; panibus & duobus piscibus saturauit, subdit Lucas
82 dicens. ¶ Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerũt illi: Di
» mitte turbas ut euntes in castella uillasq; quæ circa sunt, diuertant, & inueniant es
» cas: quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Vos date illis mãducare. At
» illi dixerunt: Nõ sunt nobis plusq; quinq; panes, & duo pisces, nisi forte nos eamus
» & emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem fere uiri quinq; milia. Ait
» aũt ad discipulos suos: Facite illos discũbere per conuiuia quinquagenos. Et ita
» fecerunt. Et discubuerunt omnes. Acceptis autem quinq; panibus & duobus pisci
» bus, respexit in cœlum, & benedixit illis, & fregit, & distribuit discipulis suis, ut po
» nerent ante turbas. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est qd
» superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim. ¶ Et hoc quoque habet Matthæus capite decimoquarto, numero 145. & Marcus capite sexto, numero 32. Neq; hic adijcitur quicquàm ad illos. Quare non est hic diutius immorandum: Sequitur interrogatio domini facta discipulis, quem ipsum esse opinarentur turbæ, quam sic
83 subdit Lucas, dicens. ¶ Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo & disci
» puli, & interrogauit illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? At illi responderũt
» & dixerunt: Ioannem Baptistam, alij autem Eliam: alij uero, quia unus propheta
» de prioribus surrexit. Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondẽs Simon Petrus, dixit: CHRISTVM dei. At ille increpans illos, p̃cepit ne cui dicerent

» cerent hoc, dicẽs: quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus
» & principibus sacerdotum & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. Dicebat autẽ
» ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam
» quotidie, & sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet il
» lam. Nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam. Quid enim
» proficit homo, si lucretur uniuersum mundum: seipsum autem perdat, & detrimen
» tum sui faciat? Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis eru
» bescet, cum uenerit in maiestate sua, & patris & sanctorum angelorum. Dico au
» tem uobis uere, sunt aliqui hic stantes, qui non gustabũt mortem donec uideant re
» gnum dei. ¶ Cum esset solus orans (quod perinde est atque, Cum esset solitarie orans, semotis scilicet turbis, sed non discipulis) interrogauit discipulos: non tum quidem cum oraret, sed eo tempore, quo manserat ad solitarie orandum: interrogauit (inquam) discipulos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ? Non quod nesciret, quem se esse dicebant: sed ut confessione eorũ, falsas excluderet opiniones: & ueritatem, quæ sola ad fidẽ pertinet, approbaret. Et hæc interrogatio domini, & respõsionis Petri, qui uice omniũ respondit, approbatio, ponitur etiam Matthæi capite sextodecimo, numero centesimo quinquagesimo septimo, & sequentibus: & Marci capite octauo, numero quadragesimo secundo. Cæterum cum hic dicitur, At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerẽt hoc, id increpans illos, quod Græce dicitur ἐπιτιμήσας αὐτοῖς, designat dominum uehementer, & adhibitis minis prohibuisse eis ne cui hoc proderent. Et cur tanta uehemẽtia prohibuerit, ne id inuulgarent, quod ipse esset CHRISTVS filius dei: continuo subdit, dicẽs, quia oportet filiũ hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotũ. Nam si uulgus id sibi omnino persuasum habuisset, nunquam permisisset malitiam seniorum & principum sacerdotum tantũ grassari, ut Mesiam, & eum quidẽ filium dei interfecissent. Sed & de hoc, & de cruce iugiter tollẽda, ipsoq; sequendo, imitando q; ac nõnullis alijs, eiusdẽ ĩ locis & numeris apud Matthæũ, Marcũq; facta est mẽtio. Et subdit Lucas de assumptione Petri & Iacobi & Ioannis ad transfigurationem, & specimẽ ac
» prælibamentum quoddam regni dei, quod futurum est, dicens. ¶ Factũ est autem 84
» post hæc uerba fere dies octo, & assumpsit Petrũ, & Iacobũ, & Ioannem: & ascen
» dit in mõtem, ut oraret. Et facta est dũ oraret, species uultus eius, altera: & uestitus
» eius, albus & refulgẽs. Et ecce duo uiri loquebãtur cum illo: erãt autem Moyses &
» Elias, uisi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem cõpleturus erat in Hieru
» salem. Petrus uero & qui cũ illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes uiderũt
» maiestatem eius, & duos uiros, qui stabant cum illo. Et factum est cum discederent
» ab illo, ait Petrus ad IESVM: Præceptor, bonũ ẽ nos hic esse, & faciamus tria taber
» nacula: unũ tibi, & unum Moysi, & unum Eliæ: nesciens quid diceret. Hæc autem il
» lo loquẽte, facta est nubes & obũbrauit eos, & timuerũt intrantibus illis in nubem.
» Et uox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et dũ fie
» ret uox, inuẽtus est IESVS solus. Et ipsi tacuerũt, & nemini dixerunt in illis diebus
» quicquã ex his, quæ uiderãt. ¶ Et uestitus eius (inqt) albus & refulgẽs: siue ut Græce habetur, ἐξαστράπτων, id est effulgurãs, ac nimia claritate oculos instar fulguris perstringens, & paulopost: Et dicebãt excessum eius, quem cõpleturus erat in Hierusalem, ubi per excessum, id est ἔξοδον, exitum & transitum significat, hoc est mortem, quam passurus erat in Hierusalẽ. Hic addit Lucas quod Moses & Elias loquerent de transitu domini, qui fuit uerum pascha omnium filiorũ redemptionis, & exodus nostra à potestate principis mundi huius, & trãsitus CHRISTI per oẽs domos, id est animas omnium omnibus tẽporibus saluandorum: omnes enim hoc loti sunt, et rubricati sanguine agni. Præterea quod non solum nubes obumbrauit eos, sed et

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod intra se eos comprehendit. Denicq; quod ubi audita est uox: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite: totum illud insigne & admirandum, ac planè diuinũ spectaculum disparuit, IESV solito more comperto. Addit, inquam, ultra Matthæum & Marcum, qui hanc gloriosam transformationem domini describunt: ille cap. 17. numero. 165. iste uero cap. 9. numero. 44. Huic mysterio transformationis CHRISTI, subiungit Lucas curationem pueri lunatici, qui spiritu corripiebatur muto &
85 „ surdo, dicens. ◤ Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte,
» occurrit illi turba multa. Et ecce uir de turba exclamauit, dicẽs; Magister, obsecro
» te respice in filium meũ, quia unicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit eum, &
» subito clamat, & elidit, & dissipat eum cũ spuma, & uix discedit dilanians eũ. Et ro-
» gaui discipulos tuos ut eijcerent illum, & non potuerunt. Respondens aũt IESVS
» dixit. O generatio infidelis & peruersa, usquequo ero apud uos, & patiar uos? Ad
» duc huc filium tuum. Et cum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et in-
» crepauit IESVS spiritum immundũ, & sanauit puerum, & reddidit illũ patri eius.
» Stupebant aũt omnes in magnitudine dei, omnibusq; mirantibus in omnibus quæ
» faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos in cordibus uestris sermões istos. Fi-
» lius eñ hominis futurum est, ut tradatur in manus hominũ. At illi ignorabant uer-
» bum istud, & erat uelatum ante eos, ut nõ sentirent illud: & timebant eum interro-
» gare de hoc uerbo. ◤ Hanc pueri arrepritij, ex Marco, surdi & muti liberationẽ à dæmonio diuina uirtute factam, habet Matthæus capite. 17. numero. 168. & Marcus cap. 9. numero. 47. Necnon quod dominus præmonuit discipulos suos de contumeliosa morte, quam passurus erat. Id quod neq; intelligebant, neq; sibi suadebant uisis admirabilibus signis, ipse quæ faciebat. Et quis etiam illum ad has ignominias, quæ non ei, sed iniquitatibus nostris expiandis debebantur, adducere potuisset, nisi ipse uoluisset? At ipsi non intelligebant sic eum pati uelle, & hoc esse diuinæ iusticiæ pro saluandis hominibus consilium, quod eisdem etiam capitibus habetur apud Matthæum, numero. 166. & apud Marcum, numero. 49. Subiungit Lucas de cogitatione discipulorũ, quis inter ipsos maior esset: aut quis forte, si ita ferret euentus ut dominus morte auferretur ab eis, inter ipsos primus maximusq; esset
86 „ habendus, dicens. ◤ Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At
» IESVS uidens cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum
» secus se, & ait illis: Quicunq; susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit.
» Et quicunq; me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter uos
» omnes, hic maior est. Respondens autẽ Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quen-
» dam in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur
» nobiscum. Et ait ad illos IESVS: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum
» uos, pro uobis est. ◤ Dominum uidisse cogitationes cordis eorum, & nunc omnium uidere etiam antequàm sint, nemini dubiũ debet esse. Sed an hoc ipse nõ sciuit nisi ex cogitationibus eorũ, cum Matthæus dicat: In illa hora accesserunt discipuli ad IESVM, dicentes: Quis putas maior est in regno cœlorum? Generalẽ hic faciebant sermonem, quo non planè intelligere dabant se id uelle, quis inter se esset maior, sed id ex cogitatione eorũ dominus intelligebat. Verũ & aliunde sciebat: nã ex Marco non solum id cogitauerant, sed in uia inter sese disputauerant, quis eorũ maior esset: quod & dominus non minus q̃ eorum cogitationes sciebat: nam interrogauit eos: Quid tractabatis in uia? At illi tacebant. Nolebant ergo dominũ id specialiter scire, quid tractassent in uia, & quid cogitarent cũ proponebant ei: Quis putas maior est in regno cœlorũ? In q̃ se esse infirmæ fidei ostendebãt, si etiã hæc infirmitas nõ erat infidelitas. Quis enim putat quicq̃ latere posse deum, nisi infidelis? At dñs utrunq; se nosse ostendit, quando apprehendit & statuit in medio puerum.

Cuius

Cuius exemplo edocuit eos, quod neque se præsente adhuc passibili, neq; se præsente impassibili, quod paulopost erat futurũ, hanc habere deberent cogitationem, ut quisquam eorũ uellet esse inter alios maior: quod hæc ambitio faceret eum, qui talis esse uellet, minimum in regno cœlorũ: cum qui inter ipsos omnes esset minor, id est humilior, instar pueruli in medio statuti, is in regno cœlorũ, & inter eos esset maior: non humana quidem, sed diuina æstimatione. Et quid mirũ? Nam is CHRISTO similior, qui semper est maximus; quẽ si quis reciperet in nomine eius, ipsum reciperet. At non ne CHRISTO adhuc mortali præsente, ambitiosæ supbiæ adscriberetur, si quis apostolorũ se primum omnium dici uoluisset? Quanto magis præsente immortali, quomodo nunc & semper præsens est ecclesiæ suæ? cuius nũc melius, gloriosius, & perfectius caput est, quàm erat apostolorum; quia tũc in humilitate, nũc in maiestate. Ergo qui maiestatis domino se maxime humiliat: ille sit inter cæteros maior, & hoc quo ad spiritũ: nã aliter esse posset, quo ad mũdum, si ille qui hoc munere honoraretur, corde animoq; ac spiritu sub CHRISTO non esset humillimus; aut ei qui talis esset, et scientia dei præditus, in mundo talis honor propter CHRISTVM nõ impẽderetur. CHRISTVS ergo in ecclesia semper est, fuit, et erit simpliciter maximus, maximus põtifex, maximus mediator, maximus interpellator, et etiam maximo maior: nam maximum numẽ, maximus iudex, maximus exauditor. hæc siquidem diuinitatem eius, ista humanitatem concernunt. Sed & de his Matthæi capite duodeuigesimo, numero cẽtesimo septuagesimosecũdo, & capite uigesimo, numero cẽtesimo nonagesimoquinto, & Marci capite nono, numero quadragesimonono, & cap. decimo, numero sexagesimoprimo. Adducit Lucas interim dum complebantur dies assumptionis domini, profectionẽ eius per Samariam in Hierusalem, dicẽs. ◤ Factum est autem, dum cõplerentur dies assumptio- 87
» nis eius, & ipse faciem suã firmauit, ut iret in Hierusalem. Et misit nuncios ante con
» spectum suum. Et euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, ut pararent il-
» li. Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cũ uidissent
» autem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerũt: Domine, uis dicimus ut ignis de-
» scendat de cœlo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicẽs. Nescitis cu-
» ius spiritus estis. Filius hominis nõ uenit animas perdere, sed saluare. Et abierũt in
» aliud castellũ. ◤ Quid est, Dum cõplerentur dies assumptionis eius: nisi dum instarent dies assumptionis eius à mundo? Et quid, Firmauit faciem suã, ut iret in Hierusalem: nisi firmo proposito fixit faciem suã, ut iret uersus Hierusalẽ? Et ad quid præmisit nuncios, niti ut Samaritanis, q̃ particulares & diuisi erãt (erat enim schisma inter Samaritanos & Hierosolymitanos: adeò ut Samaritani nõ couterẽtur Iudæis) nunciarent ipsum ire in Hierusalem, ut ipsius exemplo unirẽtur, & uniuersales fierẽt? Quod si uoluissent, & ipse cũ illis paratus erat manere. In quo ostendit se ab ijs qui se separant (si redire uelint) separari nolle: sed ipsis parem cũ cæteris gratiã impertiri uelle. Sed & id insup designat, ad schismaticos, diuisosq; ab unitate uniuersalis fidei, superclementem bonitatem mittere angelos, et quærere in eis habitationis locum, reuocando eos ad apostolicã & uniuersalem, cœlestemq; Hierusalẽ. At illi non receperunt eum. Quam ob rem? Quia uidebant ipsum eundi in Hierusalem fixum habere propositum, pluris diuisionẽ facientes, quàm unionẽ: & plus (ut sic dicam) particularem amãtes, quàm uniuersalem uersandi in lege traditionem, quæ à Mose & prophetis tradita erat. Quapropter dñs alio' flexit iter, causam perditionis ostendens; non dei quidẽ uoluntatem, sed eorum qui suo proposito id quod dei est, & communis omnium salus, sequi nolũt, quos neque aliorum exempla, neque uerba, imo' neque ipsius dei fauor, & superbenigna suo gregi illos uniendi, suisq; membris inserendi uoluntas, mouet ad salutem. Sed dicẽs, non erant uicini tũc dies

Universidad de Deusto
Biblioteca

assumptionis eius è mũdo: nã tũc in Hierusalẽ hospitio Marthæ susceptus fuit. Maria (neglecta rei familiaris cura) solicite audiẽte uerbũ eius ad pedes eius, ex sequẽti capite huius, quo tẽpore certũ ẽ ipsum nõ fuisse è rebus humanis sublatũ, & ad gloriam suam assumptum, cum postea Lazarũ suscitauerit. Non ierim inficias, ipsum in ea festiuitate, qua tunc Hierosolymam profectus est, non fuisse assumptum: sed tunc eam festiuitatẽ fuisse crediderim, de qua Ioannes capite decimo loquitur, quæ est celebritas encæniorum, & in hyeme fit: & proinde non multũ distabat à celebritate paschæ, in qua passus est dominus, et paulopost assumptus. Sed et passionẽ suam haud multo post futurã, indicabãt uerba, quæ penultimo numero, scilicet octogesimoquinto adiecit, cum dixit: Ponite uos in cordibus uestris sermones istos. Filius enim hominis futurũ est, ut tradatur in manus hominum. Et apertius paulo superiore. 83. scilicet, quare dies assumptionis eius, uicini erant & indies complebantur. At ubi discipuli qui sequebantur eum, Ioannes & Iacobus, intellexerunt quod Samaritæ noluerunt eum hospitalitatis iure suscipere, uoluerunt, si permisisset, imprecari descensum ignis è cœlo, ut ea ciuitas penitus conflagraret, deperiret'que. Quos uehemẽter corripuit dominus, quod ignorarẽt cuius spiritus essent. Qui spiritus huius mundi sunt, id uelle poterant: non autẽ qui sunt spiritus CHRISTI, qui
Esa. 11. est spiritus sanctus, spiritus mansuetudinis, & (ut inquit Esaias) spiritus sapiẽtiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus ti-
Sap. 7. moris domini. De quo etiã spiritu dicit: Spiritus intelligẽtiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amãs bonũ, acutus: qui nihil uetat benefacere, benignus, stabilis, certus, securus, omnẽ habens uirtutẽ, omnia prospiciẽs. Cuius proprietas est saluare uelle, nõ perdere. Filius (inquit) hominis, nõ uenit animas perdere, sed saluare. Quod ergo prohibuit malorum imprecationem: signum est longanimitatis, & expectationis diuinæ, etiã bonis potestatibus ad ulciscendum se promptas exhibentibus. Et abierunt in aliud castellũ, quod diuinitas in nullis habitet, nisi uolentibus. Id tamen aduertendum hic est, hoc totũ, dicens: Nescitis cuius spiritus estis, Filius hominis nõ uenit animas perdere, sed saluare: neque in uetustis codicibus Latinis haberi, neque in Græcis manuscriptis. At obelisco, in breuibus notis prænotatũ non est: tum quia codices Græci typis excusi idipsum habeant: tũ quia dignam, piam, ac præclaram habeat intelligentiam. Præterea quæ putatur illa ciuitas Samaritanorũ, in quo eum recipere noluerũt. Ea forsan nõ ab re putanda est Sebaste, quæ statim obuia est intrãtibus Samariam ex Galilæa: quanquam hic ciuitas non nominatur, sed κώμη, quod & uicum & pagum designare solet, & quod paulopost interpres uertit castellum, ubi dicitur: Et abierunt in aliud castellum. Deinde subiungit Lucas de quibusdam uarie affectis ad sequen
88 „ dum dominum, dicens. ¶ Factum est autem ambulantibus illis in uia, dixit quidam ad illũ: Sequar te quocũq; ieris. Dixit illi IESVS: Vulpes foueas habẽt, et uo„ lucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ait au„ tem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi primum ire, „ & sepelire patrem meum. Dixit'que ei IESVS: Sine ut mortui sepeliant mortuos „ suos: tu autem uade et annuncia regnũ dei. Et ait alter: Sequar te domine, sed per„ mitte mihi primum renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum IESVS: Nemo mit„ tens manũ suam ad aratrum, & aspiciẽs retro, aptus est regno dei. ¶ Tres uarie affectos ad sequendum IESVM ponit Lucas. Primus dicit domino: Sequar te quocunque ieris. Secundo dicit dominus: Sequere me. Tertius secutus fuerat: sed redire uoluit, ut domesticis ualefaceret, & sic illis dimissis sequeretur dominũ. Primus, repudiatus est: quod indicat, neminem propria uoluntate præsumentem sequi posse dominum: quod enim illum sequimur, non est nostra uoluntas, licet nostra uolũtas

contraria

contraria non sit, sed dei uoluntas, eius'que uocatio. Quod secundo dicit: Sequere me, & secutus est, neque redijt ad terrenum patrem, etsi id uellet: hoc indicat quod uocatio dei causa est, quod sequmur ipsum, quod'q; ad terrena relaberemur, nisi ipse nostrã contineret uoluntatẽ. Et de his duobus modis uolentiũ sequi dominũ, habet Matthæus capite octauo, numero septuagesimosexto. Tertius, designat eos, q cũ aliquandiu uixerint secundum spiritum, redeunt ad mundum: sperantes ubi uixerint certo tempore secundum mundi desiderium, se abrenunciaturos, uale'q; facturos mundo, & redituros ad uiuendum secundum deum. Quos dominus pronunciat ineptos regno dei, Nam quod apposuerant manum aratro, id est dederãt operam uitæ spirituali: id non fuerat suæ uoluntatis, etsi deo id uolenti concors eorum esset uoluntas. Stultum igitur est derelicta illa uita, alteram sectatos, suæ uoluntati tribuere, ut postea dominum sequi possint cum uoluerint. Honoremus itaque diuinam uoluntatem, magnificemus diuinam uocationem, glorificemus diuinam bonitatem, per quam solam sequi possumus ipsum, & stare ne relabamur, & id uelle, ut eum sequamur. Quod si id nostræ tribuimus uoluntati, cũ nunquam secundum dei uoluntatem uixerimus, sumus similes primo, dicentes: Sequar te quocunq; ieris: et audimus ex hoc loco id, Filius hominis non habet ubi caput suũ reclinet: nam in nobis non inhabitat ipsius diuinitas: siquidẽ caput CHRISTI, deus est. Si autẽ 1. Corin. 11.
operati sumus aliquid secundũ uolũtatem dei, deinde ad terrena relabimur, nostræ uoluntati fidentes, sumus similes tertio, & audimus id: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Si uero operamur secundum dei uoluntatem, & id diuinæ uoluntati, non nostræ tribuimus, neque sequimur unquam uoluntatem nostram, nos etiam alio' trahentem: sed iugiter dei uoluntatẽ, & eam quidem solam: sumus similes secundo, & audimus diuinã hanc uocem: Tu aũt uade & annuncia regnũ dei. Annũciare autẽ regnũ dei, est nihil sibi, sed omnia deo tribuere: sic nos instruente æterno patre per filium, qui cum filio, & spiritu sancto unus & solus deus est. Cui omnis honor, gloria, & gratiarumactio, in omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT DECIMVM.

POst hæc autẽ designauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locũ quo erat ipse uenturus. Et dicebat illis: Messis quidẽ multa, operarij autẽ pauci. Rogate ergo dominũ 89
5 messis, ut mittat operarios in messem suam. Ite, ecce ego mitto uos sicus agnos iter lupos. Nolite portare sacculũ, neq; perã, neq; calciamẽta: & neminem per uiã salutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illũ pax uestra: sin autem, ad uos reuertetur. In
10 eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite trãsire de domo in domum. Et in quamcunq; ciuitatẽ intraueritis, & susceperint uos, mãducate quæ apponũtur uobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquabit in uos regnum dei. In quamcunq; autem ciuitatem intraueritis, &
15 non susceperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate uestra, extergimus in uos. Tamẽ hoc scitote, qa

Universidad de Deusto Biblioteca

appropinquabit regnũ dei. Dico uobis, quia Sodomis in die illà remissi
90 us erit, q̃ illi ciuitati. ¶ Væ tibi Corozaim, uæ tibi Bethsaida: quia si in
Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in ci
licio & cinere sedentes pœniterẽt. Veruntamẽ Tyro & Sidoni remissius 20
erit in iudicio, q̃ uobis. Et tu Capharnaum usq; ad cœlũ exaltata, usq; ad
91 infernũ demergeris. ¶ Qui uos audit, me audit: & q uos spernit, me sper-
92 nit. Qui autẽ me spernit, spernit eum qui misit me. ¶ Reuersi sunt autem
septuaginta duo cum gaudio, dicentes. Domine, etiã dæmonia subijciun
tur nobis in nomine tuo. Et ait illis. Videbam satanã sicut fulgur de cœlo 25
cadentem. Ecce dedi uobis potestatẽ calcandi super serpentes & scorpio-
nes, & super omnem uirtutẽ inimici, & nihil uobis nocebit. Veruntamen
in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subijciuntur: gaudete autem, q;
nomia uestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto,
& dixit. Confitebor tibi domine pater cœli & terræ, q; abscondisti hæc a 30
sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quoniã
sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit quis
sit filius, nisi pater: & quis sit pater nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.
93 ¶ Et conuersus ad discipulos suos, dixit. Beati oculi qui uidẽt quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quod multi prophetæ & reges uoluerunt uidere 35
quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierũt.
94 ¶ Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens: Magister,
Quid faciendo uitam æternã possidebo? At ille dixit ad eũ: In lege quid
scriptũ est? Quomodo legis? Ille respondens, dixit: Diliges dominũ de-
um tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis 40
& ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum: Dixitq; illi. Re-
cte respondisti: Hoc fac, & uiues. Ille autẽ uolens iustificare seipsum, dixit
95 ad IESVM. Et quis est meus proximus? ¶ Suspiciens autem IESVS, dixit.
Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in la-
trones, qui etiam despoliauerũt eum, & plagis impositis abierunt, semiui- 45
uo relicto. Accidit autẽ ut sacerdos quidam descenderat eadem uia, & ui-
so illo præteriuit. Similiter & Leuita, cum esset secus locũ, & uideret eum,
pertransijt. Samaritanus autem quidam iter faciens, uenit secus eum, & ui
dens eũ, misericordia motus est. Et appropians, alligauit uulnera eius, in-
fundens oleum & uinum, & imponens illum in iumentum suum, duxit in 50
stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit
stabulario, & ait. Curam illius habe, & quodcũq; supererogaueris, ego cũ
re diero reddam tibi. Quis horum trium uidetur tibi proximus fuisse illi
qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et
96 ait illi IESVS. Vade, & tu fac similiter. ¶ Factum est autem dum irent, & 55
ipse intrauit in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine
excepit

excepit illum in domum suam: & huic erat soror nomine Maria. Quæ eti
am sedens secus pedes domini, audiebat uerbum illius: Martha autẽ sata-
gebat circa frequens ministeriũ. Quæ stetit & ait: Domine non est tibi cu
60 ræ, quod soror mea reliquit me solam ministare? Dic ergo illi, ut me adiu
uet. Et respondens, dixit illi dominus: Martha Martha, solicita es, & tur-
baris ergo plurima. Porro, unum est necessarium. Maria optimam partẽ
elegit, quæ non auferetur ab ea.

ANNOTAT. BREVES XLII. CIRCA LITERAM. CAP. X.

1 septuaginta – duos, & infra.
3 Et dicebat
ἔλεγεν οὖν
dicebat ergo
5 mittat
ἐκβάλῃ
emittat, extrudat
7 In quãcunq;
*εἰς ἣν autem
9 sin autem
εἰ δὲ μήγε
sin minus, alioqui
10 quæ apud illos sunt
τὰ παρ' αὐτῶν
quæ ab illis sunt
13 appropinquabit
ἤγγικεν
præteritum & infra.
16 Tamen
πλὴν
Veruntamen
17 remissius
ἀνεκτότερον
tolerabilius & infra.
19 cilicio
σάκκῳ
20 pœniterent.
μετενόησαν
pœnituissent
25 nobis * ει &
26 dedi
δίδωμι
præsens.
26 supra
ἐπάνω
29 spiritu – sancto.
* ὁ ἰησοῦς
IESVS,
30 Confitebor
ἐξομολογοῦμαι
præsens.
30 domine, pater
πάτερ, κύριε
pater, domine
31 prudentibus,
συνετῶν
intellígentibus
31 paruulis.
νηπίοις
infantibus,
insipientibus
32 placuit
ἐγένετο εὐδοκία
fuit bona uoluntas, fuit beneplacitũ
32 ante te * ει στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε
& conuersus ad discipulos, dixit.
34 discipulos – suos.
* κατ' ἰδίαν seorsim
38 Ille * δὲ autem
40 omnibus
ὅλοις
totis & infra.
43 Suspiciens
ὑπολαβὼν
Suscipiens
45 semiuiuo
ἡμιθανῆ
semimortuo
49 appropians,
προσελθὼν
50 accedens
in stabulum
εἰς πανδοχεῖον
in hospicium
51 die * ἐξελθὼν egrediens
52 stabulario,
τῷ πανδοχεῖ
hospiti
52 ait * αὐτῷ illi.
53 Quis * οὖν igitur
53 fuisse
γεγονέναι
54 in illum.
μετ' αὐτοῦ
cum illo
56 nomine
καλουμένη
uocata
51 domini
τοῦ ἰησοῦ
IESV
58 satagebat
περιεσπᾶτο
distrahebatur
59 frequens ministeriũ
πολλὴν διακονίαν
multã ministrationẽ
61 dominus
ὁ ἰησοῦς
IESVS.
62 erga plurima.
περὶ πολλά
circa multa
62 Porro unũ ẽ necessa-
ἑνὸς δέ ἐστι χρεία (rium
Vno aũt est opus,
Vnius aũt est necessi
62 optimam (tas
τὴν ἀγαθὴν
positiuum

Universidad de Deusto
Biblioteca

COMMENTARIVS IN CAPVT DECIMVM:

HIc subdit Lucas missionẽ septuaginta duorum discipulorum, qui se-
89 cundo loco sunt apostoli, & post illos primos.12.apostolos, dicens.
Post hæc autẽ designauit dominus & alios septuaginta duos, &
misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatẽ & locum, quo
erat ipse uenturus. Et dicebat illis. Messis quidẽ multa, operarij aũt
pauci; Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suã. Ite, ecce
ego mitto uos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculũ, neq; perã, neq; cal-
ceamenta: & neminẽ per uiam salutaueritis. In quamcunq; domũ intraueritis, pri-
mum dicite; Pax huic domui, & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illũ pax ue-
stra: sin aũt, ad uos reuertet. In eadem aũt domo manete, edentes & bibentes, quæ
apud illos sunt; dignus est em̃ operarius mercede sua. Nolite transire de domo in
domũ. Et in quamcũq; ciuitatẽ intraueritis, & susceperint uos, manducate q̃ appo-
nunt uobis, & curate infirmos qui in illa sunt; & dicite illis, appropinquauit in uos
regnum dei. In quamcunq; autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint uos,
exeuntes in plateas eius, dicite; Etiam puluerẽ, qui adhæsit nobis de ciuitate uestra
extergimus in uos; tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnum dei. Dico uo-
bis: quia Sodomis in die illa remissius erit, q̃ illi ciuitati. Duodecim apostoli in-
star duodecim tribuum erant, quibus superadiecit dominus septuaginta, instar se-
ptuaginta quos Moses habuit cooperatores in moderatione filiorum Israël. De
Nume.11. quibus Numerorum undecimo. Congrega mihi septuaginta uiros de senioribus
Israël, quos tu nosti, quod senes populi sint ac magistri. Et subditur. Auferam de
spiritu tuo, tradamq; eis, ut sustentent tecum onus populi. Et licet codices Græci
solum habeant septuaginta, ἑβδομήκοντα; Latini tamen etiam antiquissimi habent se-
ptuaginta duos, quod mysterium continere uidetur: quod ubi septuaginta illi spiri-
tu impleti sunt, Heldad & Medad, qui descripti fuerant, sed non ascenderant, spi-
ritu dei repleti fuerunt in castris, & prophetauerunt cum septuaginta. Et quid, si hi
Paulum & Barnabam figurabant? Et misit illos binos ante faciem suã in omnem
ciuitatem & locum, quo erat ipse uenturus, ut sanarent languores, & infirmitates
curarent: ut cum uenisset, non occuparetur in sanitatibus corporum instaurandis,
sed in uerbo uitæ tradendo ad salutem animarum, & ut præparati per discipulos, &
beneficijs allecti, promptius doctrinam magistri in suam salutem reciperent. Et
quod hic dominus dicebat discipulis; Messis quidem multa, operarij autem pauci:
Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem suam: simile dixerat
antequàm misisset duodecim apostolos primos, ut habet Matthæus capite nono,
numero octuagesimo sexto. Et talia his dat præcepta, qualia dedit duodecim: quæ
ponit Mattthæus capite decimo, numero.90. Subiungit & Lucas deplorationem
& cum dolore comminationem trium ciuitatũ Galilææ, in quibus dominus pluri
90 mas operatus fuerat uirtutes, dicẽs. Væ tibi Chorozaim, uæ tibi Bethsaida, quia
si in Tyro & Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio
& cinere sedentes pœniterent. Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudi-
cio, q̃ uobis. Et tu Capharnaum usq; ad cœlũ exaltata, usq; ad infernũ demergeris.
Et hanc dolentis animi exclamationem, hanc ad pœnitentiam summa benigni-
tate uocantis comminationẽ, hanc saluandi causa increpationem, posuit Matthæ-
us cap.11.nũero.110. Neq; hic adijcit Lucas. Vnde fit, ut ad sequentia properandum
sit. Subiungit ergo Lucas, q̃ acceptum sit deo recipere à se missos, q̃q; formidan-
91 dũ illos aspernari, dicens. Qui uos audit, me audit; & qui uos spernit, me spernit:
qui autem

qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Ii audiunt, qui credunt: Credunt,
qui obediunt, auditq; opere complent. At ij non audiunt, qui opposita faciũt. Ideo
& sermonem, & eos qui ad se sermonem habent, spernunt. Verũ dum id faciunt
non solum eos qui loquuntur spernunt, sed & dominum, qui misit eos, & patrem
æternum, qui misit ad nos quidem saluandos proprium filium. Nam si qui legatos
filij cuiusdam potentis regis contemnerent; hi non solum legatos ipsos contemne
rent, sed & filiũ regis, & regem ipsum: cuius rei & ultores essent: nimirũ quia con-
tempti essent in suis legatis, & magis q̃ ipsi: quia legati non suo sed illorum nomi-
ne uenissent. Nonnihil simile habet Matthæus capite decimo, numero 104. Mox
subiungit regressum septuaginta discipulorũ ex locis, ad quæ miserat eos dñs bi-
nos, antequàm ad illa proficisceretur, dicens. Reuersi sunt autẽ septuaginta duo 92
cum gaudio, dicentes; Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.
Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi uobis po-
testatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutẽ inimici,
& nihil uobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus uobis subij
ciuntur; Gaudete autem, quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora ex-
ultauit in spiritu sancto, & dixit: Confitebor tibi domine pater cœli & terræ, quod
abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater
qm̃ sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo, Et nemo scit quis sit fi
lius, nisi pater; & quis pater, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Reuersi sunt
ex locis, scilicet ad quæ missi fuerant, factis sanitatibus. Et maxìe in hoc gaudebãt,
quod dæmonia eijciebant in nomine eius: nõ em̃ illa ualebant uirtutem tanti nomi
nis perferre. Quibus ait, non solũ dæmonia ipsis subiecta fuisse: sed etiam uirtute il
la, & in nomine illo satanam repente de cœlo, id est hoc aëre caliginoso, ruisse. Vi-
debam, inquit, satanam sicut fulgur de cœlo cadentẽ, in nomine meo scilicet. In q̃
fractam & illisam maligni potestatẽ in hoc nomine demonstrat, in quo & dedit eis
potestatem subijciendi sibi oia dæmonia: quæ per serpentes & scorpiones intelli-
gunt: & non solũ suijciendi, sed & omnem uirtutem, uim, conatumq; ad nocendũ
inimicæ potestatis infringendi. Veruntamen huiusce rei contemplatione, gaudio
affici nõ debebant, sed diuinæ bonitatis consideratione, quæ dignata erat illos deli
gere, & numero sanctorũ in libro uitæ æternæ adscribere. Et hoc ipso nos docuit
dominus, cum gaudemus, non nos ipsos aut nobis inferiora attendere debere, sed
in deo solo totum nostrũ gaudiũ esse: qui uere est id quod sunt oia, omnis bonitas,
omnis uirtus, omnis potestas omniũ, qui solus saluat, solus scribit ad uitam, cuius
uoluntas & electio, ratio est, & potissima quidem ratio totius numeri saluãdorum.
Qui ergo cupit desiderabile lumen, oculum sursum erigat; & qui uerum gaudium
mentem conuertat ad deum, & infusa contemplationis luce superbenignæ, & su-
perbonæ totius diuinitatis clementiæ spirituale gaudium hauriat. Et cũ IESV om
niũ gratiarũ largitore exultet in spiritu sancto, gratias agens per ipsum patri æter-
no, & confitens & agnoscens quod hæc intelligere, & uere gaudere cõcesserit par
uulis, se ex sese insipientes, imprudentesq;, & nihil esse cognoscentibus, quæ sapi
entibus & prudentibus huius seculi, qui se sapientes, qui prudentes, qui aliquid se
esse reputant, denegauit. Et quæ est horũ causa? Dei utiq; uoluntas, ac beneplacitũ
Etiam, inquit pater, quoniam sic placuit ante te. Et hoc interest inter mũdane, & di
uine sapientes ac prudentes, quod hi se insipientes & imprudẽtes agnoscunt & re-
putant nihil esse: illi autem & sapientes & prudentes haberi uolunt: Existimantq;
se aliquid esse, cũ nihil sint, neq; ipsi, neq; sapientia & prudentia eorũ. Exultet præ
terea in spũ sancto, in hoc quod omnia tradita sunt à patre, IESV spei nostræ. Qui
ut hõ magis de illa ipsius plusq; admirabili benignitate confidat; uoluit ut deus dei
filius

Universidad de Deusto
Biblioteca

filius fieret homo, cui data sunt omnia pro omnibus etiam infinitorum mundorũ, si essent, aut futuri essent, hominibus. Et in hoc sit gaudium ipsius, imo nostrum omnium, quod homo in se habet omnia à deo, ut homini in homine: sed in homine deo sit spes omnis, omne bonum, & omne gaudium, qui à soso deo, ut est, cognoscitur, & qui solus hominum, deum cognoscit, & ij quibus uoluerit diuinitatem, & fontanam patris, & suam & spiritus reuelare, id est manifestare. Cæterum quis est qui non desideraret uidere eum? cuius uisio & auditio est beatitudo, est felicitas, &
93 „ cõplementum omniũ gaudiorũ, quod innuit Lucas, cum subdit. ¶ Et cõuersus ad
„ discipulos suos, dixit: Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Dico enĩ uobis, quod
„ multi prophetæ & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & au
„ dire quæ auditis, & non audierunt. ¶ Discipuli dominũ uidebant, & audiebant sen sibiliter: & hoc solũ nequaq̃ erat uidere & audire, neq̃ adhuc beatificabat: alioqui scribæ & pharisæi aduersarij CHRISTI, beati. Verum discipuli non modo sensu, sed etiã fide uidebant, & audiebant dominũ: & hoc erat uidere & audire, sed adhuc in ænigmate: & isto quoq̃ mõ beatificabat, sed adhuc in spe, quo tũ mõ multi ꝓphetæ & reges cupierũt eũ uidere & audire. Quod si ænigma beatificabat, & ꝓphetis & regibus imprimebat sui desideriũ, q̃ optabile nũc est uidere, & audire ipsum dnm in ipsa & gloriæ & maiestatis suæ ueritate? Quã beati qui uidebũt & audiẽt, nõ amplius in spe, sed in uera iã specie, & secura totius boni fruitione? Et similẽ Lucæ hoc loco sermonem habet Matthæus capite undecimo, numero III. Dein-
94 „ de subdit Lucas de legisperito, qui interrogauit dominũ dicens: ¶ Et ecce quidam
„ legisperitus surrexit, tentans illũ, & dicẽs: Magister, quid faciendo uitam æternam
„ possidebo? At ille dixit ad eũ: In lege quid scriptũ est? quomodo legis? Ille autẽ di
„ xit: Diliges dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus
„ uiribus tuis, & ex omni mẽte tua: & proximũ tuũ sicut teipsum. Dixitq̃ illi: Recte
„ respondisti. Hoc fac & uiues. Ille aũt uolens iustificare seipsum, dixit ad IESVM:
„ Et quis est meus proximus? ¶ Hic legisperitus tentabat, quia sciebat quid esset faciendum. Et ideo ex eius respõsione, ostendit ei dominus ipsum fuisse tentatorem, ut qui interrogaret, quod ex scripturis probe sciebat, quod dominus ostendit, cum ait illi: Recte respondisti. Hoc fac & uiues. At ille responsum CHRISTI, quod erat detectio captiosæ interrogationis suæ, in suam laudem & gloriam conuertens quod docte respondisset: & uolens amplius iustificare seipsum, id est, uolens iustior & doctior uideri, interrogat dominũ, quisnam suus esset proximus. Cui nihilominus benignissime respõdit dominus, sed in parabola, quam subdit Lucas dicẽs.
95 „ ¶ Suspiciens autẽ IESVS, dixit: Homo quidã descendebat ab Hierusalẽ in Hieri
„ cho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eũ, & plagis impositis abierunt
„ semiuiuo relicto. Accidit aũt ut sacerdos quidã, descẽderet eadem uia, & uiso illo, p̃
„ teriuit. Similiter & leuita cũ esset secus locũ, & uideret eũ, pertransijt. Samaritanus
„ autem quidam iter faciens, uenit secus eum, & uidens eum, misericordia motus est
„ Et appropians, alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum, & imponens il
„ lum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protu
„ lit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcunque su
„ pererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium uidetur tibi pro
„ximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in il
„ lum. Et ait illi IESVS: Vade, & tu fac similiter. ¶ Locus ille in quo descendentes
„ ab Hierusalem in Hiericho incidebant in latrones, ab Hieronymo in libello de locis Hebraicis, uocatur MAALEH ADOMIM, quẽ Græce ait dici ἀνάβασιν πυρρῶν id est ascensum ruforum uel rubentium, propter sanguinem, qui illic crebro à latronibus funditur. Et est, inquit, confinium tribus Iudæ, & Beniamin descendẽtibus Hierichũ

Hierichum, ubi et castellum militum situm est ob auxilia uiatorum. Huius sanguinarij & cruenti loci dominus quoq̃ in parabola descendentis Hierichum de Hierosolyma, recordatur. Hæc ille. Porro quid est, Suscipiens autem IESVS; nisi excipiens sermonem, & in uicem respõdendi succedens? Et quid respondit? Parabolam hominis qui incidit in latrones, qui fuit primus parens noster, & deinceps genus humanum. Descendit ab Hierusalem in Hiericho: quia à paradiso terrestri deiectus in exiliũ, in locũ omnis mutabilitatis. Incidit in latrones, quia in dæmonia, dæmonumq̃ suggestiones. Spoliauerũt eũ, quia omnibus eũ gratijs priuauerunt. Plagæ impositæ, sunt peccatorũ uulnera. Relinquitur semiuiuus: quia uitam cœlestem perdidit, & miseram traxit atq̃ terrenam. Transit illa uia sacerdos & leuita: quia omnis ordo & maiorum & minorum sanctorum, qui dominum præcesserant. Et uiso eo pertransijt: quia nullus eorum sic saucium sanauit, sanare ue potuit. Samaritanus quẽ custodem interpretantur, qui iter faciens, uenit secus eũ: dominus noster est, uerus generis nostri & solus custos, qui de cœlis descendẽs, peregrinus inter nos factus est. Qui misericordia motus, uulnera nostra doctrina uiuæ fidei alligauit, spe & gratia unxit, & charitate imbuit. Imposuit nos in iumentũ suum: quãdo nos in humanitate sua, quam pro nobis sumpsit, curandos suscepit. Duxit nos in stabulum, εἰς πανδοχεῖον, id est quorumuis susceptaculum: quando nos ad ecclesiã suam omnium susceptricem matrem uocauit, quæ claudit gregem domini, & ducit ad pascua spiritus, & fluenta uitæ æternæ. Curam nostri egit, quando nos fidem suam, fideq̃ sancta dogmata edocuit. Et non satis est, quod per se curam nostri egerit: sed stabulario, & τῷ πανδοχεῖ, id est quorũuis susceptori, qui est custos ouilis sui, nos cõmittit. Et altera die, quæ est dies noua ueteri diei succedens, profert uicario suo duos denarios: quæ sunt duo testamenta, ut nos illa curet doctrina. Et plenam illi pollicetur retributionem, quando uenerit, in secũdo scilicet suo aduentu, si quid ut recte ualeamus, superadiecerit: quæ est merces, uita, & gloria æterna. Et interrogatus legisperitus, quis horum trium Samaritanus ne, an leuita, an sacerdos uidere tur illi, qui inciderat in latrones, fuisse proximus. Respõdit, & recte quidem, quod is qui fecerat in illum misericordiam. Ergo CHRISTVS, qui omnibus fecit misericordiam, etiam secundum humanitatem, omnibus uere proximus est, & ab omnibus diligendus: non solum quantum quisque se diligit, sed ab unoquoq̃ supra seipsum, quanto ipse unus cunctis hominibus, & non modo hominibus, sed etiam angelis omnibus præstantior, atque melior est. Secundum uero diuinitatem, supra omnia diligendus, colendus, adorandus. Quod si legisperitus intellexit, qui accesserat tentator: uerissime instructus & illuminatus quid faciendo uitam æternam possideret, discessit. Verum & hic insuper edocemur, quod eos qui nobiscum misericordiam faciunt, & corporalem & spiritualem, secundum nos diligere debeamus & illos ducere nobis proximos: & qui magis, magis: & qui maxime, maxime. Nũc subdit Lucas, quo pacto dominus in domo Mariæ & Marthæ sibi hospicium dele-
„ gerit, dicens. ¶ Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castel- 96
„ lum. Et mulier quædam Martha nomine excepit illum in domũ suam. Et huic erat
„ soror, nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes domini, audiebat uerbum illi-
„ us. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quæ stetit & ait: Do-
„ mine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi
„ ut me adiuuet. Et respondens, dixit illi dominus: Martha, Martha, solicita es, & tur-
„ baris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit,
„ quæ non auferetur ab ea. ¶ Castellũ, mundum designat. Domus Marthæ, ecclesiã CHRISTVS, diuinitatem. Maria, uitam exercentes contemplatiuam: Martha, uitam trãsigentes actiuam. Qui in ocio contemplationis uiuunt, à solo deo pendere debent

Universidad de Deusto
Biblioteca

debent, sedentes secus pedes eius: quod stabilitatem & profundam humilitatē designat: & uiuere ex omni uerbo, quod procedit de ore dei. Qui in negotio actiōis, multum rebus terrenis occupati, impliciti, & distracti uiuunt: pijs tamen, ut sunt opera misericordiæ, iusticiæ, rei familiaris, honestæ occupationis, & similia. Et istorum & illorum uita bona est; sed illorum q̄ istorum melior. Ac dominus in utrorūque hospitio diuersatur. Illi uni quod uere est, & quod aliter esse nō potest, iugiter hærent & uniunt̄, & audiunt in parabola sui: Vnum est necessarium, uno est opus, unius est necessitas. Maria optimā partem elegit, quæ non auferetur ab ea: ubi per τὴν ἀγαθὴν μερίδα, id est seipsam bonam partem, partem meliorē intelligimus, aut certe ὁλοκαυτὴν, id est seipsa & absolute bonam: quæ plus q̄ bona, imo plus q̄ optima est. Et quare non auferetur? Quia contemplatio in altera uita non finitur: est enim hæc beatorum uita, quæ nobis in hac uita incipit, & incrementum sumendo profiscit, at nunquā in hac uita est perfecta, sed in altera consummatur. Actio uero in hac uita incœpta progreditur, ac etiam terminatur. Qui autem in actione uiuunt, hi uarijs curis & solicitudinibus distrahuntur: & audiunt in figura sui id: Martha, Martha solicita es, & turbaris erga plurima, hoc est, tumultuaris circa multa. Qd' Martha de Maria conquerit: hoc indicat actiuos conqueri solitos de contemplatiuis, & illis propemodū indignari, quod in agendis sese non exerceant. Deus aūt utranq̄ uitam nouit, & probat meliorem. Porro hic quæri solet, an Maria soror Marthæ fuerit publica illa peccatrix. Ex euangelio non est facile intelligere illam fuisse peccatricem, sed puritatis & uitæ angelicæ affectatricem, contemplationis speculū, & uitæ cum deo unitiuæ, quæ perfectissima est, specimen quoddā. Sentiat tamen quisq̄ ut uelit: quod nobis uisum est diximus, candido lectori suum relinquentes iudiciū. Annuat igitur nobis CHRISTVS IESVS utriusq̄ uitæ hospes optimus, ut assistamus ei cum Maria, firma stabilitate cordis, & humilitate adhærentes illi, & laudem & gloriam dantes. Quod si non possumus ad tam sublimia conscendere, saltem cū Martha in obsequijs piorum operum illi placeamus: nam est per quem patrem omnium, patrem cœlestem & deum consolationum cognoscimus, quem per ipsum & cum ipso in spiritu sancto decet in omni uita laus omnis, & honor, & gloria in perennia, & plus quàm perennia seculorum secula. Amen.

CAPVT VNDECIMVM.

97 ET factū est cū esset in quodā loco orans, ut cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad eū: Domine, doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis: Cū oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnū tuum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et 5
dimitte nobis peccata nostra: siquidem & nos dimittimus omni debenti
98 nobis. Et ne nos inducas in tentationē. ¶ Et ait ad illos: Quis uestrū habebit amicū, & ibit ad illū media nocte, & dicet illi: Amice cōmoda mihi tres panes, quoniā amicus meus uenit de uia ad me, & nō habeo quod ponam ante illū, & ille deinde respondēs, dicat: Noli mihi molestus esse: iā ostiū 10
clausum est, & pueri mei mecū sunt in cubili, nō possum surgere & dare tibi. Et si ille pseuerauerit pulsans: dico uobis, etsi nō dabit illi surgēs, eo q̄ amicus eius sit: propter improbitatē tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico uobis: Petite, & dabitur uobis: quæri
te, &

15 te, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. ¶ Quis autē ex uobis patrē pe 99
tet panē, nunquid lapidē dabit illi? Aut piscē, nūquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouū, nunquid porriget illi scorpionē? Si ergo uos cū sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester
20 cœlestis de cœlo dabit spiritū bonum petētibus se? ¶ Et erat eijciēs dæmo 100
nium, & illud erat mutū. Et cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorū, dixit eis: Omne regnum
25 in se diuisum, desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem & Satanas ī seipsum diuisus est, quomodo stabit regnū eius: qa dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia? Si aūt ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciūt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porro si ī digito dei eijcio dæmonia, profecto puenit in uos regnū dei. ¶ Cū fortis armatus custodit 101
30 atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si aūt fortior illo superueniens uicerit eū, uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecū, dispergit. Cū immūdus spiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquosa, quærens requiē. Et non inueniēs, dicit: Reuertar in domū meā un-
35 de exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mūdatam. Tunc uadit, & assumit septē alios spiritus secū nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiūt nouissima hominis illius, peiora prioribus. Factum est autem cum hæc diceret, extollens uocē quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus uēter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmo, beati q audiunt
40 uerbū dei, & custodiūt illud. ¶ Turbis autē concurrentibus, cœpit dicere: 102
Generatio hæc, generatio nequam est. Signū quærit, & signū nō dabitur ei, nisi signum Ionæ. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti. Regina austri surget in iudicio cū uiris generationis huius, & cōdēnabit illos: quia uenit a finibus terræ audire sapien-
45 tiam Salomonis: & ecce plusquā Salomō hic. Viri Niniuitæ surgēt ī iudicio cū generatione hac, & condemnabūt illam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatiōe Ionæ, & ecce plusquā Iona hic. ¶ Nemo lucernam accēdit, 103
& in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum: ut qui ingrediuntur, lumen uideāt. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si ocu-
50 lus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumē quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarū, erit lucidum totū, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. ¶ Et cum loqueretur, rogauit illum quidā Pharisæus ut prāde 104
55 ret apud se. IESVS autē ingressus, recubuit. Pharisæus autē cœpit intra se

Universidad de Deusto
Biblioteca

reputãs dicere, quare nõ baptizatus esset ante prandiũ. Et ait dominus ad illum: Nunc uos pharisæi, quod deforis est calicis & catini mũdatis: quod autem intus est uestrũ, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nõne qui fecit quod deforis est, etiã id quod deintus est, fecit? Veruntamen quod superest, date eleëmosynam, & ecce oĩa mũda sunt uobis. Sed uæ uobis pharisæis, qui decimatis mentam & rutã & omne olus, & præteritis iudiciũ, & charitatem dei. Hæc autem oportuit facere, & illa nõ omittere. Væ uobis pharisæis, qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutatiões in foro. Væ uobis, quia estis ut monumẽta, quæ non parẽt, & homines ambulantes supra, nesciũt. Respondens autẽ quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. At ille ait: Et uobis legisperitis uæ: quia oneratis hoĩes oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi uno digito uestro nõ tãgitis sarcinas. Væ uobis qui ædificatis monumẽta prophetarũ, patres aũt uestri occiderũt illos. Profecto testificamini, quod cõsentitis opibus patrũ uestrorũ, quoniã quidẽ ipsi eos occiderunt: uos autem ædificatis eorũ sepulchra. Propterea & sapiẽtia dei dixit: Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident, & persequẽtur: ut inquiratur sanguis omniũ prophetarũ, qui effusus est a constitutione mũdi a generatiõe ista, a sanguine Abel usq; ad sanguinẽ Zachariæ, q perijt inter altare & ædem. Ita dico uobis, requiretur ab hac generatiõe. Væ uobis legisperitis, qui tulistis clauẽ scientiæ: ipsi nõ introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. Cum autẽ hæc ad illos diceret, cœperunt pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, ut accusarent eum.

ANNOTATIONES BREVES XLVI, CIRCA LITERAM. CAP. XI.

2 sicut * ⊂ & 4 regnum tuum, 9 * γενηθήτω τὸ θέλημά 11 σου ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς 13 fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra, 5 quotidianum τὸν ἐπιούσιον 13 5 hodie, τὸ καθ' ἡμέραν quotidie 16 6 siquidem & nos ⊂ γὰρ αὐτοὶ quia & ipsi 7 tentationem, 16 * ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς 17 ἀπὸ τοῦ πονηροῦ sed libera nos à malo, amicus – meus 19 dare tibi? – Et ille si pseuerauerit pulsans, improbitatem 19 τὴν ἀναίδειαν impudentiam, inuerecundiam 19 habet necessarios. 20 χρήζει indiget 20 Quis τίνα Quem 21 accusatiuus. petet * ὁ υἱὸς filius 24 dabit ἐπιδώσει porriget & infra. data δόματα dona filijs τοῖς τέκνοις liberis pater – uester 20 cœlestis, – de cœlo bonum ἄμον sanctum cum eiecisset ἐξελθόντος cum exijsset ut uidit ἰδὼν ut sciuit

25 desolabitur,

25 desolabitur, ἐρημοῦται 49 præsens. 49 25 supra ἐπὶ super 50 & infra. 50 25 cadet, πίπτει præsens. 53 29 peruenit in uos ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς præuenit ad uos 53 31 auferet αἴρει præsens. 32 distribuet. διαλίδωσιν præsens. 35 inuenit – eam 55 35 mundatam * ⊂ κεκοσμημένον 55 & ornatam. 36 spiritus – secum 36 nequiores πονηρότερα maligniores 57 & infra. 37 prioribus. 58 τῶν πρώτων primis 58 38 dixit – illi. 40 concurrentibus ἐπαθροιζομένων 58 conglobatis 41 hæc – generatio 44 audire 59 ut audiret 45 hic, ὧδε 61 aduerbium & infra. 47 plusquam Iona plusquam Ionas 62 est oculus – tuus. 63 Si oculus ὅταν οὖν ὁ ὀφθαλμός Quãdo igitur oculus 63 simplex, * ⊂ & si autem ἔπαν δὲ 64 postquã autem tenebrarum σκοτεινὸν tenebrosam & sicut lucerna 64 fulgoris illuminabit te, ὡς ὅταν ὁ λύχνος 67 τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃσε ut quum lucerna fulgore illuminat te 68 apud se – IESVS 55 autem ingressus, ingressus autem 70 cœpit intra se reputãs dicere quare nõ baptizatus eẽt. 70 ἰδὼν ἐθαύμασεν ὅτι οὐ πρῶτον ἐβαπτίσθη cũ uidisset admiratus est qd' nõ prius lotus eẽt 73 catini τοῦ πίνακος uestrum, uestri iniquitate πονηρίας 58 Stulti, ἄφρονες imprudentes quod superest, τὰ ἐνόντα quæ adsunt 61 quí decimatis ὅτι ἀποδεκατοῦτε quia decimatis & infra uenari

Hæc – autem primas cathedras τὴν πρωτοκαθεδρίαν præsidentiam foro. ταῖς ἀγοραῖς plurale. Væ uobis * γραμματεῖς ⊂ φαρισαῖοι ὑποκριταὶ scribæ & pharisæi hypocritæ, parent, apparent quæ portare nõ possunt δυσβάστακτα difficilia portatu tangitis προσψαύετε attingitis qui consentitis ⊂ συνευδοκεῖτε & comprobatis quidem ipsi αὐτοὶ μὲν ipsi quidem inquiratur ἐκζητηθῇ requiratur effusus est τὸ ἐκχυννόμενον præsens. 75 Ita ναί 77 legisperiti οἱ γραμματεῖς 78 os eius opprimere ἀποστοματίζειν αὐτὸν os eius tentare, percontari eum 79 capere ἐνεῦσαι uenari

COMMENTARIVS IN CAPVT VNDECIMVM.

Post horum duorum uiuendi modorum figuras, subdit Lucas quo pacto dominus suos orare docuit, dicens. Et factum est, cum esset in 97 quodam loco orans, ut cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit Ioãnes discipulos suos. Et ait illis: Cum

Universidad de Deusto Biblioteca

» lis: Cum oratis, dicite. Pater, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnũ tuum. Pa
» nem nostrum quotidianũ da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra: siquidẽ
» & nos dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos ĩducas in tentationẽ. ¶ Quãuis
orare sit utriq; uitæ commune, magis tamen contemplatrici hæret. Et ita dominus
ad eam uitam, quã probauit in Maria, hic orans instituebat discipulos, & se formã
ac ideam illius uitæ faciebat. Ioannes docebat suos discipulos orare, sed ut seruos,
non ut filios. Dominus autem suos non ut seruos, sed ut liberos: qua libertate nos
liberauit in adoptionem filiorum dei, ut audeamus in ipso, & per ipsum statim in
principio orationis nostræ deum appellare patrem nostrum, ut maxime sit futuræ
exauditionis (si recte ac decenter oremus) fiducia. Et hæc orandi forma in paucis
differt ab ea quæ est Matthæi cap. 6. numero. 51. & deinceps. Et subdit Lucas simi
litudinem, qua dominus & perseuerantiam orationis suadet, & exauditionis fidu-
98 „ ciam ingerit, dicens. ¶ Et ait ad illos. Quis uestrũ habebit amicum, & ibit ad illum
» media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus me-
» us uenit de uia ad me, & non habeo quod ponam ante illum: & ille deintus respon-
» dens dicat. Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum
» sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans, dico
» uobis, etsi nõ dabit illi surgens, eo q̃ amicus eius sit: propter improbitatem tamen
» eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico uobis: Petite, &
» dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui
» petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. ¶ De amico secundum
carnem proponitur hæc parabola. Ad quem amicus uenit media nocte, id est hora
intempestiua, requirens accõmodato tres materiales panes, quibus alitur corpus,
ut apponat alteri amico, qui illa hora superuenit. Qui negat id posse, quia sit in cu-
bili & pueruli ipsius cum eo. At si ille perseuerauerit pulsans: tandem ipse impor-
tunitate illius uictus surget, & dabit illi panes quotquot habuerit opus. Qd si non
ob amicitiam, ad uitandũ tamen fastidiũ id faciet. De amico igitur tẽporali, ad eum
qui amat oĩa, & nihil odit eorũ quæ fecit, conuertamus parabolã. Si quis ad ipsum
Sapien. 11. uadat petens tres, non materiales, sed spũales panes, quibus anima uiuit (fide siqui
dem uiuit, spe, id est, plena in deo fiducia, & charitate) nunquid is dicet, noli mihi
Matth. 7. molestus esse, qui dicit: Petite, & dabitur uobis? Nunquid dicet: Iam ostiũ clausum
Psalm. 120. est, & pueruli mei mecum sunt in cubili, non possum surgere: qui non dormit, neq;
dormitat, & qui dicit: Quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis? Nequa-
quã sane, sed dabit: quia ille est qui solus maxime potest, & maxime amat animas,
& cui nullæ preces possunt esse importunæ, neque quisquàm molestus precando:
est enim quem solum omnis oratio & adoratio decet, imo quem nunquàm satis
aut oramus, aut adoramus: & ideo amat orationis perseuerantiam, nec fastidit eam
Psalm. 118. sed maxime quam ipse docuit, ut scriptum est: Eructabunt labia mea hymnũ, cum
docueris me iustificationes tuas. Ergo oremus, & cum fiducia, & persistamus in
oratione: id quod ad omnem uitam, sed maxime ad eam, quæ in sancto uersatur o-
cio, pertinet. Aliam hic similitudinem (aperiente Luca) proponit dominus, dicens
99 „ ¶ Quis autem ex uobis patrem petit panẽ, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscẽ,
» nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum, nunquid porriget illi
» scorpionem? Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto
» magis pater uester cœlestis de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se? ¶ Pa-
nis uires solidat: piscis carnes nutrit, & ouum sanguinem augmentat. Vires & ro-
bur in ossibus: Sensus in carnibus: Vita in sanguine. Petenti ergo à carnali patre
panem, nunquàm illi porrigit lapidem, qui ne quicquàm corrosus, uires nunquàm
instaurare potest. Petenti piscem, nunquàm porrigit serpentem, id est colubrũ, qui
etiam eius

etiam eius, carnes sanas nõ nutrit, sed tabefacit. Petenti insuper ouum, nepam non
porrigit, id est scorpionem, qui totum sanguinem repente uenenat ac inficit. Con-
uertamus ergo parabolam ad patrem spirituũ, à quo si petamus spiritualẽ panem,
quo omnes animæ corroborantur uires: nunquid dabit indurationẽ, & cor lapide-
um? Si petamus piscẽ spiritualem, gratiam spirituali pani superuenientẽ, aut ipsum
comitantem: nunquid dabit nobis furorem, & animi perturbationem? Si petamus
spirituale ouum uiuificationi proximũ, perfectam scilicet charitatem, in qua proxi-
me uita consistit: nunquid dabit nobis mortale odium? Nequaquam, cum non so-
lum sit pater, sed & omnium summe bonus, & super omne bonum, & ineffabiliter
bonus pater. Si ergo patres qui mali sunt, nunquam illa facerent filijs suis secundũ
carnem: quanto minus ille qui supra modum, & plusquã summe bonus est filijs su-
is secundũ spiritũ, qui idẽ est pater & cõditor carnis & spiritus? Ergo omni fiducia
petamus à patre cœlesti, omne quod spiritum solidat, quod solidato superueniens
ipsum comit & ornat, quod denique ipsum uiuificat: quia hæc oratio deo grata est,
qui magis uult sine ulla proportione spiritum bonum petentibus à se fidelibus su-
is dare, quàm terrenus pater bonum corporis alimentum petentibus à se filijs suis.
Mox subdit Lucas eiectionẽ dæmonij muti: quod typus eorũ est, qui deũ neq; ora-
» re, neq; laudare norunt, dicens. ¶ Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum. 100
» Et cum eiecisset dæmoniũ, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam au-
» tem ex eis dixerũt: In Beelzebub principe dæmoniorũ, eijcit dæmonia. Et alij ten-
» tantes, signum de cœlo quærebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogitationes eorũ, di-
» xit eis: Omne regnum in se diuisum, desolabitur: & domus supra domum cadet. Si
» autem et satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius, quia dicitis in
» Beelzebub me eijcere dæmonia? Si autẽ ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij ue-
» stri in quo eijciũt? Ideo ipsi iudices uestri erũt. Porro si ĩ digito dei eijcio dæmonia,
» profecto peruenit in uos regnum dei. ¶ Simile signum ponit Matthæus capite no-
no, numero octogesimoquarto. Sed & quod magis ad hoc pertinere uidetur, capi-
te duodecimo, numero centesimo decimooctauo, ubi & ille subdit responsionẽ do
mini ad blasphemas cogitatiões eorũ, quæ & hic ponitur. Et subdit hic Lucas do-
», minum dixisse. ¶ Cum fortis armatus custodit atriũ suum, in pace sunt ea quæ pos- 101
» sidet. Si autem fortior eo superueniens uicerit eum, uniuersa arma eius auferet, in
» quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui nõ est mecum, cõtra me est: & qui
», non colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit de homine, ambu-
» lat per loca inaquosa, quærẽs requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum
», meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc uadit, & as-
», sumit septem alios spiritus secum nequiores se: & ingressi habitant ibi, & fiunt no-
», uissima hominis illius, peiora prioribus. ¶ Fortis armatus, diabolus. Atrium eius,
anima possessa. Pax est diabolo, cum ei nõ infertur bellum: sed non est pax animæ,
cui iuge infertur flagellũ. Fortior supueniens, CHRISTVS dominus. Vincit fortẽ
armatum, cum ab homine ui eijcit, extrudit, expellit diabolum. Vniuersa arma eius
aufert, cũ omnes nocẽdi uires eius elidit, potestatẽ tentandi, suggerẽdi mala, & ad
ea incitãdi: hæc enim sunt arma eius. Spolia eius distribuit: cũ aĩas à faucibus cruen-
tissimi prædonis ereptas, deo restituit. CHRISTVS colligit: quia oĩa ad unũ, quod
solum est necessarium, qui ipse deus est, unit: & nullus est cum eo, qui hoc non faci-
at: sed est aduersarius eius, qui à deo separat, & ad multitudinem dispergit atq; dif-
fundit. Immundus spiritus, idem qui & fortis armatus. Exit ab homine: cũ aut desi-
stit à tentatone, aut eiectus desinit occupare. Ambulat per loca inaquosa, cũ offen-
dit fortes animas & minime molles, sed suis tentationum conatibus, suggestionũq;

Universidad de Deusto Biblioteca

machinis, & inflammatis concupiscentijs uiriliter resistentes. Non inuenit requiē: quia quies & pax eius (quæ non est pax, sed quid bello funestius) est cū uicit, & atrium suum nullo sibi reluctante possidet. Vult redire in domū unde exijt, qui animā in qua prius uicta, mansionē habuerat, repetit. Quam inuenit scopis mundatā, cum legis purificationibus expiata fuerit, gratia CHRISTI adiuta, nouisq; charismatibus adornata: quam diffidit tūc malignus per se posse prioribus tentationibus illaqueare. Ideo confugit ad alios spiritus nequiores se, & assumptis septem spiritibus qui septiformis spiritus præsidia expugnent, aggredit eam. Quæ si uicta fuerit, habitabit ibi, aut per peccati possessionem, aut per occupationm terrificamq; uexationem. Estq; nouissimus status hominis illius deterior, difficiliusq; reducibilis ad salutem priore. Et hæc quoq; tractauit Matthæus capite duodecimo, numero centesimo uigesimo quarto. Vbi uero dominus hæc locutus est contra blasphemias illorum, qui sanctum dei blasphemauerant, prorupit quædā mulier in eius benedictio
102 „ nem, ut subdit Lucas, dicens. ¶ Factum est aūt cum hæc diceret, extollens uocem
„ quædā mulier de turba, dixit illi. Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxi-
„ sti. At ille dixit, Quinimo, beati qui audiunt uerbum dei & custodiūt illud. ¶ Beatus, inquit, uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti. Cum sic mater beatificatur, propter illū quem portauit & quem lactauit beatificatur: quare magis ille, & merito quidem, q̄ ipsa beatificatur: uterq; tamen beatificatur. Voluitq; hic dominus matrem suam publica uoce beatificari, & id responsione sua confirmare: cum ea prima sit, & maxime omnium uerbum dei audientium, & custodientium illud, & ideo audientium & custodientium beatissima: sed & insuper quia dei uerbum, deo consubstantiale, & coæternum genitori genitum in suo uirgineo utero portauit, & uirgineis uberibus lactauit, omnes alias matres beatitudine antecedit. Respondit aūt dominus: Quinimo, siue μενοῦνγε, τουτέστι μᾶλλον μὲν οὖν, id est, potius igitur, quo uerbo beatitudinem illius testatur. Nam hoc totum perinde est ac si dixisset: Beatus quidem uenter ille, & beata uiscera, sed potius beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. A qua etiam beatitudine nō excludit, sed maxime & insignissime comprehenditur. Nam etsi beata φ CHRISTVM in suo uirgineo utero gestauerit, & sacro lacte pauerit: beatior tamen in hoc, φ audiuit uerbū dei, & custodiuit illud: imo φ semper audit & custodit: nā in utero portare & uberibus lactare carnale est audire autē uerbum dei & custodire, spirituale: beatius autem φ spiritum respicit, q̄ φ carnem: nam carni nulla beatitudo aduenire potest ut caro est, nisi ratione spiritus. Vnde cognoscimus, & plus spiritui q̄ carni tribuendum esse, & eminentiam excellentiamq; audiendi uerbi dei, & illius custodiendi magnam esse, ut animentur omnes ad attentam auditionem eius, & firmam custodiam. Deinde subdit Lucas, quod scribis & pharisæis signum se pollicetur daturum dominus, dicens.
103 „ ¶ Turbis autem concurrentibus, cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam
„ est. Signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Nam si
„ cut fuit Ionas signū Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti. Regina Au
„ stri surget in iudicio cū uiris generationis huius, & condemnabit illos: quia uenit à
„ finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plus q̄ Salomon hic. Viri Ni
„ niuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabūt illam, quia pœni
„ tentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quàm Ionas hic. ¶ Generatio quam dominus nequam appellat, & quæ signum quærebat, scribarum erat & pharisæorum. Quod ex Matthæo cap. duodecimo, numero centesimo uigesimo secundo, ubi consimilia ijs quæ hic à Luca tractantur, cognoscitur. Ionas fuit signum Niniuitis: quod nisi crederent, acquiescerentq; prædicationi ipsius, & à præterita conuersatione

uersatiōe resipiscerēt, post quadraginta dies essent subuertēdi: sic & CHRISTVS incredulis Iudæis signū fuit. Nam quia non resipuerunt, pœnitentiam'ue egerunt ut Niniuitæ post quadragita dies annorū, diuina ultione à Rhomanis subuersi sunt Sed & signum Ionæ in cetū ingredientis, & tertia die egredientis, uerissimū illis in CHRISTI dormitione, & descensu ad inferos, & tertia die resurrectione fuit signum. Et hoc signū præcessit ipsorum subuersionem: sicut eiectio Ionæ e' uentre ceti, subuersionis post quadraginta dies, comminationem. Et omnia, ut in Matthæo capite & numero prætactis ac sequenti, sunt intelligenda. Deinde subdit Lu
„ cas parabolam de lucerna, quam sic elocutus est dominus. ¶ Nemo lucernam ac- 104
„ cendit & in abscondito ponit, neq; sub modio, sed supra candelabrum, ut qui ingre-
„ diuntur, lumen uideant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fue-
„ rit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus
„ tuū tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo cor
„ pus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lu-
„ cidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. ¶ Qui accendit lucernam ipse dominus est. Mens, lucerna. Lumen cœlestis doctrina. Quæ ponitur super candelabrum, quando prodit in apertum ad illuminationem aliorum. Sub modio uero poneretur, si sine usu contineretur. Oculus simplex, mens simplex, columbina, & mali nescia. Oculus nequam, mens uersipellis, uulpina, lupina, & omnis mali dolique conscia. Lumen, oculi nequam, prudentia mundi, doctrina hominum. Et hæ sunt tenebræ, quæ animam & corpus totum reddunt tenebrosum. Et his similia ponit Matthæus capite sexto, numero quinquagesimoseptimo. Subiungit Lucas de
„ pharisæo qui inuitauit dominum ad conuiuium dicens. ¶ Et cum loqueretur roga- 105
„ uit illum quidam pharisæus, ut pranderet apud se. IESVS autem ingressus, recu-
„ buit. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare nō baptizatus esset an
„ te prandium. Et ait dominus ad illum: Nunc uos pharisæi quod deforis est calicis,
„ & catini mundatis, quod autem intus est uestrum, plenum est rapina & iniquitate.
„ Stulte, nōne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus est fecit? Veruntamē
„ quod superest date eleēmosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Sed uæ uobis
„ pharisæis, qui decimatis mentam & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium, &
„ charitatem dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Væ uobis phari-
„ sæis, qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ uobis
„ quia estis ut monumenta quæ non parent, & homines ambulantes supra, nesciunt
„ Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam con
„ tumeliam nobis facis. At ille ait: Et uobis legisperitis uæ, quia oneratis homines o-
„ neribus, quæ portari nō possunt, & ipsi uno digito uestro nō tangitis sarcinas. Væ
„ uobis qui ædificatis monumenta prophetarum: patres autem uestri occiderunt il-
„ los. Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum uestrorum, quoniā
„ quidem ipsi eos occiderunt; uos autem ædificatis eorū sepulchra. Propterea & sa-
„ pientia dei dixit: Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident & per
„ sequentur, ut inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est à constitu-
„ tione mundi, à generatione ista, à sanguine Abel usq; ad sanguinem Zachariæ, q
„ perijt inter altare & ædē. Ita dico uobis, requiretur ab hac generatione. Væ uobis
„ legisperitis qui tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis: & eos qui introibant,
„ prohibuistis. Cū autem hæc ad illos diceret, cœperūt pharisæi & legisperiti grauiter
„ insistere, & os eius opprimere de multis, insidiātes ei: & q̄rentes aliquid capere de
„ ore eius, ut accusarent eum. ¶ Cū loqueretur, ἐν δὲ τῷ λαλῆσαι, id est cū autē locutus esset; nō enim interrupit sermonē domini pharisæus. Qui postea miratus est intra

Universidad de Deusto
Biblioteca

se, quare dominus nõ lauisset more pharisæorum antequàm prandendi gratia accubuisset. Hoc autem fecit dominus, ut stulticiam ipsorum argueret, & pharisæaca reprehenderet dogmata; qui peccatum ducebant, si quis accumberet illotus, si quis cibum ex uase non prius loto sumeret, aut potum ex illoto calice. Hæc pharisæaca doctrina, hæ constitutiones hominum, quæ deo non placent. Hæc terrena sapientia quæ à filijs suis iustificatur, & à deo reprobatur. At hæc unica est sapientia uera, ea facere quæ deus mandat, & humana diuinis non addere: quæ addita, nihil perfectionis addunt, sed potius, ut aqua uino meracissimo adiecta, imperficiunt. Et ideo consulto non lauit prius dominus, ut ostenderet in lege dei institutiones humanas esse nihilipendendas, etsi specimen honestatis præ se ferant: quare etiam & quæ specimem pietatis, deuotionis, ac religionis alterius, cũ quæ per uerbum dei posita sit. Et ait ad illum dominus: Nunc uos pharisæi quod deforis est calicis & catini mundatis: quod autem intus est uestrum, plenum est rapina & iniquitate, id est malignitate: quia rapina & uersutia penuaria sua augebant, unde calices & catinos ad bibendum & edendum complerent. Idem habet Matthæus capite uigesimotertio, numero ducẽtesimodecimonono. Adijcit dominus: Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, etiã id quod deintus est fecit? id est, qui fecit corpus, fecit id quod in corpore est, hoc est animam? Quasi dicat, nõ est habenda ratio corporis solum, sed & animæ. At animam immundam faciunt rapina & malitia, quibus facultates malæ partæ sunt. Stultũ est igitur lauare corpus, & habere quod externum est mundum: animam autem & quod internum est, & maxime preciosum, habere immundum. Cui morbo mederi uolens dominus, subiunxit: Veruntamen quod superest date eleëmosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην. Veruntamen quæ adsunt, ex ijs quæ adsunt, ex facultatibus uestris, non alienis, date eleëmosynam (quod maxime opponitur ei, quod est rapina & iniquitate alios suis frustrare bonis) & omnia exteriora tam lota quàm illota, sunt uobis munda: nam si anima munda fuerit, & cætera munda sunt: quandoquidem ex-
Marci. 7. teriora, reddere nequeunt interiora immunda, dicente domino: Nihil est extra ho-
Matth. 15. minem introiens in eum, quod possit eum coinquinare, sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem: Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem. Quod si id intelligatur sic: Ex ijs quæ adsunt quomodocunque partis, siue iure, siue iniuria, rapina, & iniquitate, date eleëmosynam, & omnia munda sunt, delicta remissa sunt uobis: certe non ad præceptum, sed ad doctrinam pertinet pharisæacam, ac si diceretur: Veruntamen quod superest ex ijs quæ adsunt, & forte calicum & catinorum uestrorum reliquias, date eleëmosynam, & opinione uestra omnia munda sunt uobis: quod certe uerum non est. Quod subiungitur de decimatione rerum minutularũ, id habet Matthæus capite etiam uigesimotertio, numero ducentesimo decimo octauo. Et in eos dicitur, qui in paruis conscientiam habent, in magnis autem non habent: excolantes quidem (iuxta uetus adagium) culicem, camelum autem glutientes. De ambitione autem pharisæorum circa præsidentias & salutationes, loquitur Matthæus capite uigesimotertio, numero 213. Et additur: Væ uobis qui estis ut monumenta, quæ non apparent, & homines ambulantes supra nesciunt. Vt monumenta sunt ad aliquã admonitionem posteritati: sic etiam pharisæi positi erant, ut uita, exemplo, & doctrina alios admonerent, è quibus erant scribæ & legisperiti: sed neq; præsentibus, neq; posteris id exhibebant. Et proinde erant ut monumẽta quæ nõ apparent, id est potius pedibus hominum

hominum calcandi, quàm aliqua cognitione, reputatione q; digni. De increpatiõe ratione impositionis onerum populo, tractat Matthæus cap. 23. numero 212. De ædificatione sepulchrorum prophetarum, tractat etiam Matthæus eodem capite numero ducentesimo uigesimoprimo. Quod adijcitur, Propterea & sapientia dei dixit, id de ipso dño intelligitur, qui est sapientia dei quæ illa dixit: Quod & Matthæus aperte explicat capite uigesimo tertio, numero ducentesimo uigesimosecũdo inducens dominum dicentem: Ideo dico uobis: Ecce mitto ad uos prophetas, & sapientes, & scribas: et reliqua quæ hic Lucas prosequitur. Additur: Væ uobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. Clauis scientiæ, est intelligentia legis: quam ipsi tulerunt, aliam adijcientes: ac etiam prohibuerunt si qui uolebant ueram sequi legis intelligentiam, suorũ placitorum, decretorum, & sanctionũ instituta sequi cogentes: Quanq; & CHRISTVS erat clauis scientiæ legis & prophetarum, quem negabant: & ideo tollebãt neq; ipsi ad eum uenerant, sed & uolentes ad ipsum intrare prohibebant. Et forte harum maledictionum procella, multos multis temporibus ad nostra usq; inuoluit. Porro quid est, Cum hæc autem ad illos diceret, cœperunt pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere? Nunquid occludere & obturare potuerũt os eius? Minime, & si id, p uiribus tentauerint de multis insidiantes ei. Quid est ergo illud ἀποστοματίζειν, quod interpres uertit, os opprimere? Hoc certo loco nihil aliud esse uidetur, quàm percontari, & captiose interrogare: ut sic intelligamus: cœperunt grauiter urgere & percontari eum de multis, quo possent coarguere eum aliquid aut contra deũ, aut contra legem, aut etiam ueritatẽ dixisse. Et hoc indicat id quod sequitur, insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, ut accusarẽt eum. Si em occlusissent ei os, nequaq; ulterius quæsiuissent aliquid capere ex ore eius, unde potuissent eum accusare: quod nequaq; potuere. Et quomodo ipsi sapiẽtiæ quæ loquebatur: potuissent resistere: cum ne discipulis quidem potuerint? Dabo, inquit, uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij uestri. Ergo soli sapienti deo, immortali & inuisibili patri & filio & spiritui sancto, uni potestati, uni diuinitati, sed trinæ beatitudini, honor, potestas, & gloria in seculorum secula, Amen. Luc. 21.

CAPVT DVODECIMVM.

MVltis autem turbis concurrentibus, ita ut seinuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: Attendite a fermento pharisæorũ, quod est hypocrisis. 106 Nihil em oper tũ est, quod nõ reueletur: neq; absconditũ, quod nõ sciatur. 107 Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicent & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. 108 Dico autem uobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc nõ habẽt amplius quid faciant. Ostendam aũt uobis quem timeatis. Timete eum qui postq; occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico uobis, hunc timete. Nõne quinq; passeres uæneunt dipondio, & unus ex illis nõ est in obliuione corã deo? Sed & capilli capitis uestri oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus pluris estis uos. Dico aũt uobis: oĩs quicunq; confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis cõfitebitur illum coram angelis dei. Qui autem negauerit me coram ho-

Universidad de Deusto Biblioteca

ram hominibus, negabitur corã angelis dei. Et omnis qui dicit uerbũ in 15
filium hominis, remittetur illi: ei aũt qui in ſpiritum ſanctum blaſphema
109 uerit, non remittetur. ¶ Cum autem inducent uos in ſynagogas, & ad ma-
giſtratus, & poteſtates, nolite ſoliciti eſſe, qualiter aut qd reſpõdeatis, aut
quid dicatis. Spiritus em̃ ſanctus docebit uos in ipſa hora, quid oporteat
110 uos dicere. ¶ Ait aũt ei quidam de turba: Magiſter dic fratri meo, ut diui- 20
dat mecum hæreditatem. At ille dixit ei: Homo quis me conſtituit iudi-
cem aut diuiſorem ſupra uos? Dixitq; ad illos: Videte & cauete ab omni
auaritia: quia nõ in abundantia cuiuſq; uita eius eſt ex his quæ poſſidet.
111 ¶ Dixit autem ſimilitudinem ad illos, dicens. Hominis cuiuſdam diuitis
uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra ſe dicẽs. Quid faciam, quod 25
non habeo quo cõgregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam. Deſtruam
horrea mea, & maiora faciam, & illuc cõgregabo oĩa quæ nata ſunt mihi,
& bona mea, & dicam animæ meæ: Anima habes multa bona poſita in an
nos plurimos, requieſce, comede, bibe, epulare. Dixit au: ẽ illi deus: Stul-
te, hac nocte animam tuam repetunt a te, quæ autem paraſti, cuius erunt? 30
112 Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & nõ eſt in deũ diues. ¶ Dixitq; ad diſcipulos
ſuos. Ideo dico uobis: Nolite ſoliciti eſſe animæ ueſtræ quid manducetis
neq; corpori quid induamini. Anima plus eſt q̃ eſca, & corpus plus q̃ ue
ſtimentum. Conſiderate coruos, quia non ſeminant neq; metunt, quibus
non eſt cellarium, neq; horreũ, & deus paſcit illos. Quanto magis uos plu 35
ris eſtis illis? Quis aũt ueſtrũ cogitando poteſt adijcere ad ſtaturã ſuam
cubitum unum? Si ergo neq; quod minimũ eſt poteſtis, quid de cæteris
ſoliciti eſtis? Conſiderate lilia quomodo creſcũt, non laborant neq; nent.
Dico aũt uobis, neq; Salomon in omni gloria ſua ueſtiebatur ſicut unum
ex iſtis. Si autem fœnum, quod hodie eſt in agro, & cras in clibanũ mitti- 40
tur, deus ſic ueſtit: quanto magis uos puſillæ fidei? Et uos nolite quærere
quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in ſublime tolli. Hæc aũt oĩa
gentes mundi quærũt. Pater aũt ueſter ſcit, quoniã his indigetis. Verun-
tamen quærite primũ regnum dei & iuſticiã eius, & hæc omnia adijcient
113 uobis. ¶ Nolite timere puſillus grex, quia cõplacuit patri ueſtro dare uo- 45
bis regnũ. Vendite quæ poſſidetis, & date eleẽmoſynã. Facite uobis ſaccu
los qui nõ ueteraſcunt, theſaurũ non deficientẽ in cœlis, quo fur non ap-
propiat, neq; tinea corrũpit. Vbi em̃ theſaurus ueſter eſt, ibi & cor ueſtrũ
114 erit. ¶ Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus ueſtris,
& uos ſimiles hominibus expectantibus dominũ ſuũ, quando reuertatur 50
a nuptijs, ut cum uenerit & pulſauerit, confeſtim aperiãt ei. Beati ſerui illi,
quos cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes. Amen dico uobis quod
præcinget ſe, & faciet illos diſcũbere, & tranſiens miniſtrabit illis. Et ſi ue-
nerit in ſecunda uigilia, & ſi in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit, beati
ſunt ſerui

55 ſunt ſerui illi. Hoc aũt ſcitote, quoniã ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur
ueniret, uigilaret utiq;, & non ſineret perfodi domum ſuam. Et uos eſtote
parati: quia qua hora non putatis filius hominis ueniet. ¶ Ait autem ei Pe 115
trus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes? Dixit autem
dominus. Quiſputas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit
60 dominus ſupra familiam ſuam, ut det illis in tempore tritici menſurã. Bea
tus ille ſeruus, quem cum uenerit dominus, inuenerit ita facientem. Vere
dico uobis, quoniam ſupra omnia quæ poſſidet, conſtituet illum. Quod
ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, moram facit dominus meus uenire, & cœ
perit percutere ſeruos & ancillas, & edere & bibere, & inebriari: ueniet dñs
65 ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eum, partẽ-
q; eius cum infidelibus ponet. ¶ Ille autem ſeruus, qui cognouit uolunta- 116
tem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundum uoluntatem
eius, uapulabit multis: qui autem nõ cognouit, & fecit digna plagis uapu-
labit paucis. Omni autem cui multum datum eſt, multũ quæretur ab eo:
70 & cui cõmendauerunt multũ, plus petent ab eo. ¶ Ignẽ ueni mittere in ter- 117
ram, & quid uolo niſi ut accendatur? Baptiſma autem habeo baptizari, &
quomõ coartor uſq; dum perficiatur? ¶ Putatis quia pacem ueni mittere 118
in terram? Non, dico uobis, ſed ſeparationem. Erunt em̃ ex hoc quinq; in
domo una diuiſi, tres in duos, & duo in tres: diuidentur pater in filium, &
75 filius in patrem ſuum: mater in filiam, & filia in matrem: ſocrus in nurum
ſuam, & nurus in ſocrum ſuam. ¶ Dicebat autem ad turbas: Cũ uideritis 119
nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis, nimbus uenit, & ita fit: & cum
auſtrum flantem, dicitis, quia æſtus erit, & fit. Hypocritæ, faciẽ cœli & ter
ræ noſtis probare, hoc autẽ tempus quomodo nõ probatis? Quid autem
80 & a uobiſipſis non iudicatis quod iuſtũ eſt? ¶ Cũ autem uadis cũ aduerſa 120
rio tuo ad principẽ, in uia da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad
iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerẽ. Dico ti
bi, non exies inde, donec etiam nouiſſimum minutum reddas.

ANNOTAT. BREVES LIII. CIRCA LITERAM. CAP. XII.

1 Multis aũt turbis cõ currentibus
ἐν οἷς ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου
In quibus coagregatis myriadibus turbæ 6
inter, q̃ coadunata innumera multitudine tur.
2 ſuos * πρῶτον Primũ 6
2 Attendite
* ἑαυτοῖς uobiſipſis
3 Nihil em̃ 10
οὐδὲν δὲ
Nihil autem
dicentur,
ἀκουσθήσεται
audientur
in aure
πρὸς τὸ οὖς
in aurem
in cubiculis,
ἐν τοῖς ταμίοις
in penetralibus
Paſſeres
ϛρουθία
diminutiuum.
& infra.
10 dipondio
ἀσσαρίων δύο
aſſiculis duobus
12 pluris eſtis — uos
διαφέρετε
præſtatis
& infra.
15 dicit
ἐρεῖ futurum.

17 induc

Universidad de Deusto
Biblioteca

17 inducent
προσφέρωσιν
adducunt 39
18 respondeatis,
ἀπολογήσησθε
respõsuri sitis, ſ. accu- 40
19 quid (ſanti
à
quæ 41
19 oporteat – uos
22 ſupra uos?
ἐφ' ὑμᾶς 42
ſuper uos
22 ab – omni
23 auaritia 44
τῆς πλεονεξίας 44
maiora faciam, 45
μείζονας οἰκοδομήσω
maiora ædificabo
29 plurimos, 49
πολλὰ 53
multos
29 epulare
εὐφραίνου 55
lætare 56
29 Stulte, 56
ἄφρον
Imprudens
30 cuius erunt?
τίνι ἔσται
cui erunt
35 cellarium
ταμεῖον
penu
36 illis?

τῶν πετεινῶν
uolucribus 60
cogitando
μεριμνῶν
ſolicitudine 60
fœnum 60
τὸν χόρτον
herbam
nolite in ſublime tolli. 61
μὴ μετεωρίζεσθε 65
ne ſublimia curetis
Hæc autem
ταῦτα γὰρ 68
Hæc enim 71
quærite – primum
dei – & iuſticiã eius,
puſillus grex, 72
τὸ μικρὸν ποίμνιον
parue gregule
ardẽtes – in manibus 73
uigilia (ueſtris, 74
φυλακῇ
cuſtodia
ſciret 75
uigilaret 77
ſineret
εἴα
ἀνορύσσειν &c.
&c. ἄφικε
ſciuiſſet
uigilaſſet
ſiuiſſet
56 uos * οὖν igitur
59 conſtituit
κατέστησε

futurum.
ſupra familia
ἐπὶ τῆς θεραπείας
ſuper famulitium
det – illis
tritici menſuram?
τὸ σιτομέτριον
demenſum
dñs * αὐτοῦ eius
diuidet
διχοτομήσει
diſſecabit
multis, ſcilicet plagis
niſi ut accendatur?
εἰ ἤδη ἀνήφθη
ſi iam accenſus eſt
mittere
δοῦναι
dare
ex hoc * νῦν nunc
diuidentur,
διαμερισθήσεται
ſingulare.
patrem – ſuum,
nimbus
ὄμβρος
hymber (ipſis
79 Quid aũt & à uobiſ-
τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν
Cur aũt ex uobiſipſis
80 Cum autem
ὅς γὰρ
Cum enim
81 liberari
ut libereris

COMMENTARIVS IN CAPVT DVODECIMVM.

106 „ DEinde addit Lucas dominũ diſcipulos ſuos adhortatũ fuiſſe, ut ab hy-
„ pociſi, quæ eſt ſectæ & doctrinæ phariſæorum ſimulata ſanctitas, ca-
„ uerent, dicens. ¶ Multis aũt turbis concurrentibus, ita ut ſeinuicẽ cõ-
culcarent, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos: Attendite à fermẽto pha-
riſæorum, quod eſt hypocriſis. ¶ Dominus, huius rei, cauendum eſſe
ſcilicet à doctrina phariſæorũ uidetur ſæpius admonuiſſe diſcipulos, ut apud Mat-
thæũ, cum turba non adeſſet cap. 16. numero 156. & apud Marcum capite octauo,
numero 41. traiecto mari. Necnon à fermento Herodis, id eſt Herodianorũ & ſad
ducæorum, qui alterius factionis ac ſectæ erant. Sic in nulla lege uidentur conſpi-
rationes, ſocietates, ſodalitates q̃ probandæ, quatenus ad ſectam ueniunt, & iam
ſectam faciunt, adeo ut Paulus ſub nomine ſuo, & ſub nomine Petri ſectas horrue
rit. Sint ergo gradus quidam, ſint abſtractiones ad melius, perfectiusq̃ diuinum
cultum

cultũ implendũ: modo eo` nõ deueniant, ut ſectæ ſint & ſchiſmata. Et certe` Petrus
in Clemente dicit inſtitutionẽ malam, quæ quid aliud eſt quàm humana dogmata:
ſodalitates, quæ quid etiam aliud ſunt, q̃ ſocietates ad ſectas: ut phariſæorũ & ſad-
ducæorum, conſuetudinem prauam, colloquia non bona, & humanas præſumptio-
nes, cauſas eſſe ut uoluntas, & diuinum conſiliũ nos lateat, ſic primo libro inquiẽs:
Voluntas & conſilium dei latuit hoĩes, multis ex cauſis. Primo quidem pro inſtitu- Petrus in
tione mala, pro ſodalitatibus peſſimis, pro cõſuetudine nequam, pro colloquijs nõ Clemen.
bonis, pro præſumptiõibus minus rectis. Hæc ille. Et quia illa uerba de fugiẽda do
ctrina phariſæaca, quæ hypocriſin generat, imo` quæ tota eſt hypocriſis, ſimulata q̃
ſanctitas, nõ ad turbas, ſed ad diſcipulos ſuos dirigebat: ſubſequenter aperit eis, ſe
non idcirco in uelamine dicere, quia ſemper uelit eſſe opertũ, imo` aptis tẽporibus,
& his etiam noſtris, quicquid ipſis uelatius, aut ſecretius dicebat eſſe reuelandũ, ma
„ niſeſtante Luca, dicens. ¶ Nihil enim opertum eſt, quod nõ reueletur: neq̃ abſcon 107
„ ditum, quod nõ ſciatur. Quoniã quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicẽtur: & quod
„ in aure locuti eſtis in cubiculis, prædicabit in tectis. ¶ Spiritus dei non hoc, aut illo
tẽpore, ſed uniuerſim & ſemp: nõ hic, aut illic, ſed ubiq̃ uidet. Et idcirco hoc quo-
que tempore, & paſſim in omnibus ferme locis, à fermento multorũ attendendũm
eſt. Et quod tũc in occulto dominus loquebatur diſcipulis ſuis, & diſcipuli iter ſe in
penetralibus, uerba domini ruminãtes: nũc nobis teſtatũ eſſe uoluit in aperto. Do-
ctrina phariſæorũ plena erat hypocriſi, & ſimulata ſanctitate, & ſadducæorũ ĩpieta
te. Impietas apertũ uenenũ: hypocriſis, occultum: & utrunq̃ diabolicũ fermentum.
Sed pura CHRISTI doctrina, contra oĩa inimici aduerſantis uenena, ſiue aperta,
ſiue occulta, uerũ medicamẽtũ. Et Matthæus partim ca. ſextodecimo, numero 156.
partim cap. decimo, numero 98. hoc tetigit. Subiũgit Lucas quẽ timere debeamus,
„ dicente domino. ¶ Dico autem uobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidũt 108
„ corpus, & poſthæc non habent amplius quid faciant. Oſtendã autẽ uobis quem ti-
„ meatis. Timete eũ qui poſtquã occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennã. Ita
„ dico uobis: hũc timete. Non ne quinq̃ paſſeres uæneũt dipõdio, & unus ex illis nõ
„ eſt in obliuione corã deo? Sed & capilli capitis ueſtri omnes numerati ſunt. Nolite
„ ergo timere, multis paſſeribus pluris eſtis uos. Dico aũt uobis, omnis quicũq̃ con-
„ feſſus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illũ coram angelis
„ dei. Qui aũt negauerit me coram hominibus, negabitur corã angelis dei. Et omnis
„ qui dicit uerbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in ſpiritũ ſanctũ bla-
„ ſphemauerit, nõ remittetur. ¶ Timere debemus deũ timore offendendi eũ, quam-
diu ſumus uiatores, tamdiu enim cadere poſſumus: imo` ſemper caderemus, niſi de-
xtera eius fulciret nos, & nos ſanctum eius protegeret auxiliũ, iuxta uerbũ prophe
tæ: Impulſus, euerſus ſum ut caderem, & dñs ſuſcepit me. Et proinde gratia eius Pſal. 117
eſt ſi non peccamus: non noſtrum opus, non noſtrum meritũ. Timere inquam de-
bemus deum timore offendendi eum: quia ipſe eſt ſummum bonum, & maxime of
fenſu indignũ. Timere debemus timore auguſtæ erga eũ reuerentiæ, quia eſt ſum-
ma & incõprehenſibilis maieſtas. Timere debemus ut dominũ, ſed clementiſſimũ,
ſed benigniſſimum, ſed pientiſſimũ, ſentiendo ſemper de ipſo in omni bonitate &
ſuauitate. Timere debemus ut patrẽ: ſed qui continet omnem ut ametur, paternam
rationem, ſubſtantiæ largitionẽ, beneficentiã, prouidentiã, & inſupereminentiã bo
nitatem. Ergo omnis timor ſeruilis nobis eſt prohibitus. Si tyrãnus eſſet timẽdus,
ſi author mortis diabolus: quonã timore, niſi ſeruili timeretur? Sed nolite (inquit) ti
mere eos. Vbi eſt ergo timor dei, & uerus quidẽ timor, qui ſic adiunctus eſt amori,
ut odor bono fructui, nõ eſt tyrannorũ timor, aut timor diaboli. Et quid timere de-
bemus, ſi uerus timor dei nobis adſit? num forte ne reminiſcatur noſtri, cũ apud eũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne passerculi quidem in obliuionē ueniant, qui tam exigua res sunt, ut quinq; duo-
bus tantum æstimētur assiculis? Sane tanto minus deus hominis se timentis obliui
scetur, quanto infinitis passeribus præstantior est homo. Qui uere timet deū, nullus
tyrannorum timor, nulla diaboli flagella arcebunt eum à cōfessione eius. Cuius rei
exēplo sancti martyres CHRISTI fuere, quos & agnoscit CHRISTVS & cōfite
tur coram angelis dei. Qui autem timore tyrannorum negant illum, aut metu infer
nalium pœnarū, quod faciunt impij, sibi fingentes nullas fore, ut impunitatem scele
rum astruant, simiæ diaboli uera dei fulmina ridentes, serui sunt; seruus autē nō ma
net in domo in æternū: & hos quoq; CHRISTVS negabit corā angelis dei. Et hāc
ueri timoris materiā, tractat Matthæus capite decimo, numero nonagesimonono.
Quod autem subdit de blasphemia in filiū hominis, & ea quæ est in spiritū sanctū,
habet Matthæus capite duodecimo, numero cētesimo decimonono. Quod autem
homo se aliud reputare non debeat, in ijs quæ dei sunt, & quæ ad uitā aliquod habēt
109 „ momentū, quàm dei instrumentum, attestante Luca, aperit dominus, dicēs. ¶ Cum
„ autē inducēt uos in synagogas, & ad magistratus & potestates: nolite soliciti esse,
„ qualiter aut quid respōdeatis, aut quid dicatis: spiritus enim sanctus docebit uos in
„ ipsa hora quid oporteat uos dicere. ¶ Et hoc quoque habet Matthæus capite deci-
mo, numero nonagesimoquinto. Potens fuit Petrus aduersus synagogā, & Simo-
nem Magū, potēs Paulus, potentes oēs apostoli, & martyres: sed nō erāt illi qui po
terant, uerum spiritus dei qui erat in eis. Quid ergo erāt? Solum spiritus dei uasa, so
lum potentis uirtutis dei organa, ut in omnibus deus glorificetur. Subiungit Lucas
110 „ de eo, qui interpellauit dominum pro terreno iudicio, dicens. ¶ Ait autem ei quidā
„ de turba: Magister dic fratri meo, ut diuidat mecū hæreditatem. At ille dixit ei: Ho-
„ mo, quis me cōstituit iudicē, aut diuisorem supra uos? Dixit que ad illos: Videte &
„ cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam uita eius est ex his quæ
„ possidet. ¶ Pulchra scilicet & bella sunt hæc iudicia, quæ auaritiam & ambitiōes ad
æqualitatē redigūt, & uoluptates dispertiuntur: qualia fere sunt iudicia seculi, quæ
ob pecuniam, dominia aut uoluptates, plurima contingunt: quæ neq; dei est facere,
neq; sanctorum uirorū. Attamen stupidus ille uolebat, ut dominus quasi iudex aua
ritiæ utriusq; ipsius scilicet & fratris eius iuberet satisfieri auaritiæ suæ. Idcirco de-
terret dominus ab omni auaritia, quæ nō solū in amore pecuniæ cōsistit, quæ phi-
largyria dicitur, sed & in cupiditate plusquam par est usurpādi, siue honorum, siue
uoluptatum, siue quarumcunq; aliarum rerum terrenarum, quæ hic appellatur πλεο
νεξία, id est pluris habendi cupiditas: quia in illis pluribus, quàm par est, etiā habitis,
non consistit uita, sed potius mors ac interitus. Super qua re subiungit dominus pa
111 „ rabolam, ut subdit Lucas, dicens. ¶ Dixit autem similitudinē ad illos, dicēs: Homi
„ nis cuiusdā diuitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens: Quid fa-
„ ciam, quod non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciā: Destruā
„ horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bo
„ na mea, & dicā animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos, re
„ quiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi deus: Stulte, hac nocte animā tuam
„ repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erūt? Sic est qui sibi thesaurizat, & nō est in
„ deum diues. ¶ Hic figuratur diues seculi, qui sufficientiam suā (si ad momentū suffi
cientia esse potest) & felicitatem in externis bonis collocat: & proinde toto tempo
re uitæ suæ cōgregat externa bona, ut tandē in quiete edere possit, bibere, & læta-
ri. Et repente mittit deus nuncios suos, dum ipse bonis frui deliberat, quibus nō est
fruendum: qui occupantibus morbis miseram animam illius ad supplicium & mor-
tem secundam trahūt. nā in bonis illis non consistebat uita ipsius, sed mors potius
ac interitus, & dei tantam stulticiam nō ferētis uicina ultio. Sic ille repente ad mor-
tem

tem adductus, ut à carnificibus saginatus taurus, bona quæ tāto labore, tanta curā,
tāta denicq; anxietate sibi cōgregauerat, deserit, & nescit cui illa deserit. Hic ē finis
eius qui mundo diues est, & pauper deo. Contra qui in deū diues est: quiescit, & di
uino uescitur pabulo, parū aut nihil curādo quod corporale est, nisi quatenus neces-
sitas cogit, & spiritu lætatur: & si qua re fruitur etiā in hoc mundo, deo fruitur. Cum
autem tēpus mortalis functionis impleuit, mittit deus angelos, & occupāte naturæ
necessitate repetunt animā illius, & ad regnū uitæ deducunt, tanquā spōsam, aut po
tius uniuersalis spōsæ comitē ornatā monilibus, quæ à paranymphis e thalamo edu
citur ad uniuersalem spōsam. Hic est finis eius, qui in deū diues est, nā in eo solo &
in diuitijs eius, uita cōsistit. Ideo subdit Lucas adhortationem domini de amouēda
„ animi super rebus seculi solicitudine, dicēs. ¶ Dixitq; ad discipulos suos: Ideo dico 112
„ uobis: Nolite soliciti esse animæ uestræ quid manducetis: neque corpori, quid indu
„ amini. Anima plus est q̄ esca, & corpus plus q̄ uestimentum. Considerate coruos,
„ quia non seminant neq; metunt, quibus nō est cellarium neq; horreum, & deus pa-
„ scit illos. Quantomagis uos pluris estis illis? Quis autem uestrum cogitādo potest
„ adijcere ad staturam suam cubitum unum? Si ergo neque quod minimum est pote-
„ stis, quid de cæteris soliciti estis? Cōsiderate lilia quomodo crescūt. Non laborant,
„ neque nēt. Dico autem uobis, neque Salomon in omni gloria sua uestiebatur sicut
„ unum ex istis. Si autem fœnū quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur,
„ deus sic uestit: quantomagis uos pusillæ fidei? Et uos nolite quærere quid māduce-
„ tis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli. Hæc autem omnia gentes mūdi quæ-
„ runt. Pater autem uester scit, quoniam his indigetis. Verumtamē quærite primum
„ regnum dei & iusticiā eius, & hæc omnia adijcientur uobis. ¶ Diuites huius secu-
li, ambitiosi, uoluptarij, soliciti sunt & anxij, non solum de necessarijs, sed & uel ma-
xime de superfluis. Et maxime omnium ita uiuunt, ac si nulla esset diuina prouiden-
tia. Verum qui boni sunt, ne de necessarijs quidem anxij esse debēt: cum uideant di
uinam prouidentiam adeo bonam esse, adeo affluentem, adeo abundantē, ut malis
quoque non solum necessaria, sed etiā superflua tribuat: etsi superflua non essent, si
illis uti ad dei uoluntatem, sciētiam que scirēt. Quomodo ergo bonis minime ocio
sis, sed suæ cooperātibus prouidētiæ, necessaria denegaret? Proinde cogita, nō tuæ,
sed dei prouidentiæ esse, quod habes necessaria. Quod si etiā supra necessaria habe
as, id dei prouidentiæ tribuere debes: ut inde boni œconomi officiū peragēdo, do-
mini tui maiorem cōsequaris gratiā. Et cur de prouidētia dei esses solicitus? Quid
tua anxietas faciat, ut sol mane oriat, & uesperi occūbat, segetes crescāt, uites gem
ment, imbres e cœlo erūpant, descendant que? Sane quicunque angitur, cæcus est
ac stultus, ut qui sibi tribuat quod dei est: nō enim sua, sed dei prouidētia uiuit: & ta
men in se fidit, cum in solo deo fidere debeat. Cura ergo terrenorum, solicitudo, &
anxietas mala est, & nō à spiritu dei, sed e carne, carnis que cōcupiscentia nascitur,
aut à maligno spiritu ingeritur, adeo ut nemo q̄ spiritu CHRISTI uiuat, illarū re-
rum solicitudine torqueatur. Et hāc quoque domini de solicitudine tollenda exhor
tationem, habet Matthæus capite sexto, numero quinquagesimonono. Cæterū cū
hic dicitur, Nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: solicitudo quærēdi il
la uetatur. Quod uero subditur, Et nolite in sublime tolli: obscuriorē habet intelli-
gentiam. Videtur tamē, cum inquit μὴ μετεωρίζεσθε, uetare ne soliciti simus de ijs quæ
in sublimi fiūt: ut de uentis, pluuijs, niuibus, & similibus, quæ ad prouidentiam spe-
ctant uniuersalem. Nō quod ea quæ in sublimi fiunt, nihil ad nos pertineant (æque
enim ad nos pertinēt, ac cibus & potus: & scit pater cœlestis quoniā his indigemus,
& ob id prohibet nobis harum rerum solicitudinem) sed ne gentibus, quæ munda-
ne uiuunt, similes simus, quæ non sine cura & solicitudine quærūt quæ manducent

 & bibant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& bibant, & animo anxiæ ſunt quod aut pluat, aut ningat, aut ſpirent uēti, aut cœlū
ſereneſcat, aut algeat, aut caleſcat: ad quæ ſolicitudo noſtra nihil poteſt, neq; facit
quicquā: quādoquidem illa, ſola dei prouidētia nobis tribui poſſunt, nō noſtra qui-
dem ſolicitudine, ſed ſua uolūtate atq; bonitate. Ex illo ergo, tum in ijs quæ in imo,
tum in ijs quæ in ſublimi fiūt, pēdere debemus. Non quod nolit clementiſſima illa,
& omni prouida bonitas nos ea ſcire. Vult enim nos ea ſcire, ut iugiter laudemus
prouidentiam dei ac bonitatem: perinde ut artes cibi coquendi, & lanæ texendæ ad
naturæ neceſſitatem, non ad uanitatem. Quæ artes uniuerſali ſubſeruiūt prouiden-
tiæ, à qua ſua habent principia nobis inſita: ut ea quæ in ſublimi, & in imo fiūt, ſua in
natura principia. At ſciētiæ & artes quatenus nō adminiculantur prouidentiæ, aut
ad actiuæ uitæ neceſſitatem, aut ad contemplatiuæ felicitatē, id eſt cognitionē, glo
riſicationem, & laudem dei, nō ſolum inutiles ſunt, ſed etiam noxiæ, ut quæ ſeruiāt
carni & mundo, nō ſpiritui & deo. Ex his intelligi poſſe puto, quæ ſit ea quæ hic ue-
tatur ſolicitudo, cū dicitur: Ne (ut ſic dicam) meteorizetis, aut in ſublimium deſide-
ria animi anxietate feramini. Cætera ut ī Matthæo cap. ſexto, ſunt itelligēda. Mox
ſubdit Lucas, quo pacto nō ſolum omnium rerum terrenarum ſolicitudo excutien-
da eſt, ſed & timor quo quis timeat ne ſaluetur, & ad regnū perueniat ſempiternū,
113 „ dicente domino. ¶ Nolite timere puſillus grex, quia cōplacuit patri ueſtro dare uo
„ bis regnum. Vēdite quæ poſſidetis, & date eleēmoſynā. Facite uobis ſacculos qui
„ non ueteraſcunt, theſaurum nō deficientem in cœlis: quo' fur nō appropiat, neque
„ tinea corrumpit. Vbi enim theſaurus ueſter, ibi & cor ueſtrum erit. ¶ Placitum dei
eſt, o' dei genitura homo, ut det tibi regnum ſuū. Quid ergo times? Non' ne faciet
quod tibi placet? Sane' nō, p tuo placito ſaluaberis, ſed, p dei placito, quod eſt opti-
mum, & quod omne placi tū ſuperat. Quid ergo times? Timor hic, non' ne diffiden
tia quædā eſt? Diffidētia hæc à malo eſt: qua diffidis de eo bono, quod omni ſuper-
eminet bono. Excute ergo hanc ſolicitudinem: excute hunc ſtultū timorē: Iacta ſu
Pſal. 54. per dominum curam tuā, & ipſe te enutriet, & mēte & corpore, & ſpiritu & carne,
ſed in puritate & ſanctitate, & in hoc, & in altero ſeculo. Vende quæ poſſides. Da
eleēmoſynā: ut nō ex bonis tuis, ſed ex deo pēdeas: ut nō ex tua prouidētia & ſolici
tudine, ſed ex dei prouidētia & ſolicitudine: ut habeas ſemper oculum tuū fixum in
eū unde pendes, non in hæc caduca, unde pendere nō potes. Quomodo enim cum
ſis ad uitā perpetuā creatus, & ſortem æquam angelicæ durationi nactus, ex re mo-
mentanea pēdeas? Quid tibi cū oculis coriaceis, cū arculis & ciſtis ligneis, in qui-
bus corruptibiles theſauros recondas? Sequere dei uoluntatē. Pia opera fac ex his
quæ habes; & ipſi qbus feceris illa, in qbus theſauros corruptibiles pie operādo re-
cōdideris, erūt tibi ī cœlis ſacculi q nō ueteraſcūt. Sunt enim ad uitā æternā nati, &
in eis theſauros in cœlis habebis nunq; perituros: & id cū omnimoda certitudine, ſe
curitateq;. Huic loco pene' ſimilē ſentētiā habet Matthæus cap. ſexto, numero 56.
Deinde inducit Lucas dominū, nos ſic ad cōtinue uigilādū, ne in aduētu eius, id eſt
114 „ iū noſtro ex hoc mūdo egreſſu, inueniamur imparati, adhortantē. ¶ Sint lumbi ue-
„ ſtri præcincti, & lucernæ ardētes ī manibus ueſtris; & uos ſimiles hominibus expe
„ ctantibus dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs: ut cū uenerit & pulſauerit,
„ confeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi, quos cū uenerit dominus, inuenerit uigilātes.
„ Amen dico uobis, quod præcinget ſe & faciet illos diſcūbere, & tranſiens miniſtra
„ bit illis. Et ſi uenerit ī ſecūda uigilia, & ſi in tertia uigilia uenerit, et ita inuenerit: bea
„ ti ſunt ſerui illi. Hoc autē ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias, qua hora fur ueni-
„ ret, uigilaret utique, & non ſineret perfodi domū ſuam. Et uos eſtote parati: qa qua
„ hora non putatis, filius hominis ueniet. ¶ Viatores lumbos præcingūt, quo' ſint ad
uiam expeditiores. Ergo id nobis indicat, amouēdum eſſe omne impedimentū, &
uoluptatum

uoluptatum, & diuitiarū, & honorū, ut expediti curramus ad huius uitæ egreſſum.
Lucernas ardentes in manibus noſtris habemus: cū opera fidei, & patientiæ, & cha
ritatis nobis in hac uita dei dono cōparauimus. Dominus noſter, eſt ſpōſus. Et pro-
fectus eſt ad nuptias: quando eccleſiam ſanguine ſuo lotam & redemptam ſibi de-
ſponſatur, abijt in cœlum. Venit & pulſat: cum in hoc mundo per gratiam nos uiſi-
tat. Cōfeſtim aperimus, cum parati gratiam eius repēte admittimus. Nam bonitas
cœleſtis ſpōſi tāta eſt, ut nos in hac uita frequēter uiſitet. Hæc tota uita noſtra, nox
eſt. Ideo nobis lucernis ardētibus in manibus noſtris opus eſt: alioqui in perpetuis
ſumus tenebris. Opus eſt uigilia, quæ ē ſomni mortis & peccati expulſio, & gratiæ
dei ad gloriā eius excitatio. Et tota hæc præſens nox uitæ noſtræ, quatuor uigilijs
diſpeſcitur. Prima eſt, adoleſcētiæ: ſecunda, iuuentæ: tertia, ſenij: quarta, poſtremæ
partis uitæ. Dominus uenit in prima uigilia, quando uiſitat in adoleſcētia. Venit in
ſecunda, quādo in iuuēta. Venit in tertia, quando in ſenio. Venit in quarta, quando
in poſtremo uiuēdi interuallo. Quādoque in pluribus. Quadoque in omnibus. Et
quādo inuenit ſemper ſeruos ſuos accinctos, uigiles, & paratos: beati ſunt ſerui illi.
Diſcūbūt, qa ſpirituali paſtu reficiūtur, & noua donātur aut auctiore gratia. Domi-
nus trāſiens miniſtrat eis: qa nō eſt eis ſemper ſic præſens, ſed ſe repēte à uiſitatiōe
occultat, tanquā in cœlū ſeſe recipiēs: qui cœlū nūquā deſerit, ſed ſemp ibi eſt præ-
ſens, & manifeſte præſens, neque ſeruos unquā deſerit, ſed cū pulſat & uiſitat, tūc
ſentitur manifeſte præſens: cū aūt pulſare & uiſitare ceſſat, eſt occulte' præſens, &
tunc dicit tranſiſſe. Quod adijcitur de patrefamilias, ſimile habet Matthæus capite
uigeſimoquarto, numero ducenteſimo trigeſimoquarto. Verū ſuper prædicta para
„ bola interrogauit Petrus dnm, ut hic aperit Lucas, dicēs. ¶ Ait autē ei Petrus: Do- 115
„ mine, ad nos dicis hāc parabolā, an & ad oēs? Dixit autē dominus: Quiſ puras eſt fi-
„ delis diſpēſator & prudens, quem cōſtituit dominus ſuper familiam ſuam, ut det il-
„ lis in tempore, tritici menſuram? Beatus ille ſeruus, quem cū uenerit dominus, inue
„ nerit ita facientem. Vere' dico uobis, quoniam ſuper omnia quæ poſſidet, cōſtituet
„ illū. Quod ſi dixerit ſeruus ille ī corde ſuo, morā facit dominus meus uenire: & cœ
„ perit pcutere ſeruos, & ancillas, & edere & bibere & inebriari, ueniet dominus ſer
„ ui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eū, partem' que eius cum
„ infidelibus ponet. ¶ Petrus intelligere debuit, uigilare & bonorum operum lucer-
nas habere, ſiue charitate flammantes, ſiue aliarum uirtutum, ſanctarumq; gratiarū
operibus lucētes, ad omnes pertinere: præſertim cum dominus ex Marco aliquan- Mar. 13.
do eis dixiſſet, hoc ad omnes pertinere, inquiens: quod autē uobis dico, omnibus di
co, uigilate. Hoc ergo prætermiſſo quod ſcire debebat, propoſuit dominus parabo
lam, quæ nō ad omnes pertinet, ſed ad apoſtolos ſolum, & eos quibus publicæ fun-
ctiones ī regno CHRISTI cōmittūtur, q & œconomi magni patrisfamilias ſunt,
nō ipſimet patresfamilias. Verū & hæc parabola ponitur à Matthæo capite uigeſi-
moquarto, numero ducenteſimo trigeſimoquinto. Et de ſeruis negligentibus, tam
„ ſcientibus, quàm ignorantibus ſubijcit Lucas ſic dixiſſe dominū. ¶ Ille autē ſeruus 116
„ qui cognouit uoluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundū uo
„ luntatem eius, uapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, ua
„ pulabit paucis. Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo; & cui
„ commendauerūt multum, plus petent ab eo. ¶ Omnes fideles, ſerui ſunt domino,
ab inſimo uſque ad ſummum: inter quos ſunt nōnulli diuina luce illuminati, qui co-
gnoſcunt uoluntatē domini ſui, ut qui ſanctas intelligūt ſcripturas: & hos ſi inuenti
fuerint, aut negligentes, aut imparati ad uoluntatē dei ſui faciēdam, quam diuina
illuminatione, aut intelligentia ſcripturarum cognoſcūt, multa manent tormenta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non enim peccant ignorātia, sed plane mala uoluntate. Sunt & alij simplices, qui diuina illa luce carent, & ad susceptionem munerū & scripturarū intelligentiam inepti sunt; qui etiam si peccauerint & digna tormentis fecerint, pauciora tamen hos quā illos manent tormenta: siue illa sint expiatoria, siue æterni delicti ultricia: quia per ignorantiā peccauerūt: & quamuis non fecerint uoluntatem domini sui, illam tamen nō nouerant, neq; quod fecerunt, id contra uoluntatem domini sui esse cognouerunt. Et quomodo cognouissent, cum illis ut cognoscerent datū non esset? Proinde subdit dominus, ne quis gratijs aburat, aut eas sine usu possidendo, aut eis in deterius utendo; quod cuicunq; multum datum est, multum ab eo exigetur; & apud quem deus & dispensatores munerum eius, siue angeli, siue homines, multū deposuerunt, plus petent ab eo. Si institor apud seruum suū ad fœnus temporale, plurimum numerum denariorū deposuit, cum ab eo repetit, plurimum petit; nam & integram datorum numorum summam, & insuper usuram. Sic & cum deponuntur apud nos multa spiritualia dona, multa petentur. Quare studere debemus, ut cū illa in fine à nobis repetentur, integra dona ipsa restituere possimus & spiritualē insuper usurā. Temporalis usura mala est, & nō seruo, sed domino suo prodest: at spiritualis & bona est, & tam deposita, q̄ ipsæ usuræ, id est, ex usu illorum superlucrata, & superadiecta bona, ipsi seruo uel soli maxime prosunt: quibus insuper dominus suam, quæ omnia illa in immensum excedit gratiam, adijcit: adeo uario, ac diuerso responsu temporalia & spiritualia incedunt. Mox subdit Lucas dominū dixisse. ¶ Ignem ueni mittere in terrā, & quid uolo nisi ut accendatur? Baptisma aūt habeo baptizari, & quomodo coartor usq; dum perficiatur? ¶ Quid est; Ignem ueni mittere in terram, nisi feruorem diuinæ uoluntatis implendæ, nisi spiritū dei qui aduersatur spiritui mundi, nisi charitatē ueram mittere in homines? Quid est ardere, nisi ad effectū perduci, & in actum exire, & minime languentē & ociosum detineri? Cæterum iste ignis maxime omniū decoquebat sanctum domini, secundū dispensationē infirmitatis nostræ assumptæ pectus: quo per charitatē, qua mortalium nulla potuit esse maior, se pro omnibus uictimā deo obtulit, & omni uiuificā in morte oblationem. Hoc est baptisma quo habebat baptizari in sanguine suo, in quo nos omnes baptizati & loti sumus. Et quomodo, inquit, coartor, cōprimor, coangustor donec perficiat? Hæc aūt impatiētis amoris sunt uerba. Sic amor ipsum stringebat, sic paternæ uoluntatis ab se implendæ desiderīū urgebat, ut omnis mora ipsi longa uideretur, donec illi immolaret, & testaretur suum erga patrem amorem, omnibus illis pœnis & morte ipsa omniū dolorosissima, omnibus hominibus & angelis patentē, & etiā omnibus qui participes fieri uellent, hominibus ad salutem. Ergo imitatores eius simus. Ardeat ignis charitatis in nobis. Coartemur & coangustemur desiderio in nobis, donec omnem dei impleamus uoluntatē, ipsum solum authorē uitæ, sanctumq; eius beneplacitum attendētes. Tunc affluet, & mirabitur, & dilatabitur cor nostrum; & spiritus dei, nostri inhabitator, nos deo gratū acceptabileq; sacrificium efficiet. De pace autem terrena, quod eam dominus non uenerit mittere in terrā, subdit Lucas, sic dicente domino. ¶ Putatis quia pacem ueni mittere in terram? Non, dico uobis, sed separationem. Erunt enim ex hoc quinq; in domo una diuisi, tres in duo, & duo in tres: diuidetur pater in filiū, & filius in patrem suum: mater in filiam, & filia in matrem; socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam. ¶ Pax huius mundi, & pax CHRISTI contraria sunt. Tam ergo pugnat, ut pacem suam CHRISTVS uenerit ponere in mundum, & pacem mundi, quàm ut sol calefaciens mundū ipsum frigefaciat. Pax mundi frigidissima est, nihil sentiens caloris superni. CHRISTVS aūt ignem uenit ut mitteret in terrā: ignem inquam

Esaiæ. 60.

inquam cœlestem, ignem sancte & caste adurentem corda: & ideo bellum aduersus eos qui pacem habent in mundo, qui etiam bellabunt aduersus eos qui diuino igne incaluerint. Ignis diuinus, cum fidelitate est: Frigus mundanum, cum infidelitate. Ignis charitas. Gladius, uerbum dei. Bellum quod deus mittit, percussio uerbi separans sanctum à prophano. Bellum mundi, resistentia uerbo dei, & inde nascens persecutio. Et hoc non mittit deus, sed mundus mundiq; corruptio, & spiritus malus, qui est in eo. Similem sententiam habet Matthæus capite decimo, numero centesimoprimo. Deinde subdit Lucas increpationem scribarum & pharisæorum à domino factam, dicens. ¶ Dicebat autem & ad turbas: Cum uideritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, nimbus uenit, & ita fit; & cum austrum flantem, dicitis quia æstus erit, & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à uobismetipsis non iudicatis quod iustum est? ¶ Dicebat hæc dominus audientibus turbis. Verum uerba hæc potius ad damnandam cæcitatem scribarum & pharisæorum dicebantur, quā ratione turbarum. Quod cognoscitur tum ex Matthæo capite sextodecimo, numero centesimo quinquagesimoquinto: tum ex eo quod subiungitur, Hypocritæ faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo nō probatis? qd ad scribas & pharisæos magis pertinere uidetur quàm ad turbas. Porro quid est, Cum uideritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis nimbus uenit: nisi, Cum uidetis nubem surgentem à parte occidua, illico dicitis, quod pluuia statim eruptura est, & sic euenit? Et cum uidetis Noton flantem, dicitis æstum futurum, & ita fit? Quæ ratione physiologica probe nosse poterant: cui tamen minus intenti esse debebant, quàm sacræ diuinorum librorum intelligentiæ. Quomodo ergo signa aduentus Mesiæ cognoscere non poterant? Sane hypocrisis & uersutia obcæcauerat eos, quo minus in rebus diuinis probare possent quod uerum erat. Neque ex se ipsis iudicabāt quod iustum erat. Quod alioqui iudicassent, nisi hypocrisis, inuidia, & maleuolentia illis impedimento fuissent. Quod ergo dicitur, Quid à uobisipsis non iudicatis quod iustum est? perinde est ac, Cur amotis odio, inuidia, & malignitate non iudicatis, ex uobisipsis quod iustum est, & tempus esse Mesiæ, & iustum dei aduenisse, qui operatur salutem in medio terræ uestræ? Sed & signa illa, diuinius quippiam fortasse spiritualibus indicant. Nam quid nubes oriēs ab occasu designat, nisi ab impijs & carnalibus, iustorum & spiritualium persecutionem? Quid quod statim pluuiam erupturam monstrat: nisi gratiam dei illico mundo affuturā? Quid flatus ab austro: nisi cœlestem fauorem & spiraculi diuini quandam uisitationem, sicut scribit Abacuc. Deus ab austro ueniet. Quam æstus proxime comitatur, quæ est charitas feliciter animas adurens, & omnes bonorum operum fructus uitaliter concoquens. Deinde subdit dñs de aduersario in uia, dicens. ¶ Cum autem uadis cum aduersario tuo ad principem, in uia da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, nō exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas. ¶ Apud Matthæū dominus capite quinto, numero 41, loqui uidetur de aduersario in uia cui assentiendū est: hic autem de eo cui nequaq; assentiendum est, sed à quo discedere & abesse oportet: Quādiu ergo sumus in hac uita, sumus in uia. Princeps, deus est. Imus ad principem cum aduersario: quando ambulamus in fide, sed adhuc cum carne quæ est aduersarius noster, & concupiscentijs carnis superstitibus. Damus operam ab illo liberari & abesse: quando concupiscentias ipsas, fomitemq; ipsum diuino freti auxilio, mortificamus. Iudex CHRISTVS. Exactor, angelus ultor q pœnas secm̄ iudicis definitionē exigit. Carcer, infernus. Qui, si diuinæ iustitiæ aliq̄t

119

Abac. 3.

120

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſumptis ſupplicijs ſatisfieri poteſt, locus eſt expiationũ: quibus ſumptis, perſolutũ eſt nouiſſimum minutum, & à carcerali pœna eximitur anima: ſi em̃ nouiſſimum minutum à nemine unq̃ reddi poſſet, nõ diceret dominus, donec etiam nouiſſimũ minutũ reddas: ſin minus, infernus inexpiabilium, & perpetuus carcer. A quo nos liberet, & primũ ab aduerſario noſtro in uia CHRISTVS dominus uitæ largitor, inferniq̃ deſtructor, qui omnia poteſt, & qui eſt ſuper omnes iudex conſtitutus ab ipſo æterno patre fontana diuinitate. Cui per ipſum, & cum ipſo in ſpirituſanctí unitate, honor, poteſtas, & imperium, in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

CAPVT TERTIVMDECIMVM.

121 ADerant aũt quidã ipſo in tempore, nunciãtes illi de Galilæis, quorũ ſanguinẽ Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorũ. Et reſpondẽs dixit illis: Putatis q̃ hi Galilæi p̃ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi ſunt? Nõ, dico uobis: ſed niſi pœnitentiã habueritis, oẽs ſimiliter pe- 5
ribitis. Sicut illi decẽ & octo ſupra quos cecidit turris in Syloẽ, & occidit eos, putatis quia & ipſi debitores fuerint præter omnes hoĩes habitãtes in Hieruſalẽ? Non, dico uobis: ſed ſi nõ pœnitentiã habueritis, omnes ſimi-
122 liter peribitis. ¶ Dicebat autẽ & hanc ſimilitudinẽ: Arborem fici habebat quidam plantatã in uinea ſua: & uenit quærens fructũ in illa, & non inue- 10
nit. Dixit aũt ad cultorẽ uineæ: Ecce anni tres ſunt, ex quo uenio quærens fructum in ficulnea hac, & nõ inuenio. Succide ergo illã. Vt quid etiã terram occupat? At ille reſpondens, dixit illi: Domine, dimitte illã & hoc anno uſq̃ dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora. Et ſi quidẽ fecerit fru-
123 ctum: ſin autẽ, in futurum ſuccides eam. ¶ Erat autem docens in ſynagoga 15
eorum ſabbatis. Et ecce mulier quæ habebat ſpiritũ infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata. nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quam cũ uideret IESVS, uocauit eam ad ſe, & ait illi: Mulier dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, & cõfeſtim erecta eſt, & glorificabat deũ. Reſpondẽs aũt archiſynagogus, indignans quia ſabbato curaſſet IESVS, 20
dicebat turbæ. Sex dies ſunt in quibus oportet operari. In his ergo uenite & curamini, & non in die ſabbati. Reſpondens aũt ad illũ dominus, dixit: Hypocritæ, unuſquiſq̃ ueſtrũ ſabbato nõ ſoluit bouem ſuũ aut aſinũ a præſepio, & ducit adaquare? Hanc aũt filiã Abrahæ, quã alligauit ſatanas ecce decẽ & octo annis, nõ oportuit ſolui a uinculo iſto die ſabbati. Et 25
cũ hæc diceret, erubeſcebant oẽs aduerſarij eius: & omnis populus gaude-
124 bat ĩ uniuerſis quæ glorioſe fiebãt ab eo. ¶ Dicebat ergo: Cui ſimile eſt regnũ dei, & cui ſimile æſtimabo illud? Simile eſt grano ſinapis, qd̃ acceptũ homo miſit in hortũ ſuũ, & creuit, & factũ eſt in arborẽ magnã, & uolucres cœli requieuerũt in ramis eius. Et iterũ dixit: Cui ſimile æſtimabo regnũ 30
dei

dei? Simile eſt fermẽto, quod acceptũ mulier abſcondit in farinæ ſata tria donec fermentaretur totum. ¶ Et ibat per ciuitates & caſtella docens, & 125
iter faciens in Hieruſalem, ait autem illi quidam: Domine, ſi pauci ſunt q̃ ſaluantur? Ipſe autem dixit ad illos: Cõtendite intrare per anguſtã portã:
35 quia multi, dico uobis, quærent intrare, & non poterũt. Cũ aũt intrauerit paterfamilias, & clauſerit oſtiũ: & incipietis foris ſtare, & pulſare oſtiũ dicentes: domine aperi nobis: & reſpondens dicet uobis, neſcio uos unde ſitis: tũc incipietis dicere: Mãducauimus corã te & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet uobis: Neſcio uos unde ſitis. Diſcedite a me oẽs o-
40 perarij iniquitatis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium, cum uideritis Abrahã & Iſaac & Iacob, & omnes pphetas ĩ regno dei, uos aũt expelli foras. Et uenient ab oriente & occcidente, & aquilone & auſtro, & accumbent in regno dei. Et ecce ſunt nouiſſimi qui erant primi: & ſunt primi qui erant nouiſſimi. ¶ In ipſa die acceſſerũt quidã phariſæorũ, dicentes illi: Exi et uade 126
45 hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite & dicite uulpi illi: Ecce eĩcio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die cõſummor Veruntã oportet me hodie & cras, & ſequẽti die ambulare: quia nõ capit pphetam perire extra Hieruſalem. ¶ Hieruſalẽ Hieruſalẽ, quæ occidis p- 127
phetas, & lapidas eos qui mittũtur ad te: quoties uolui cõgregare filios tu
50 os, quẽadmodũ auis nidũ ſuũ ſub pennis, & noluiſti? Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Dico autẽ uobis quia non uidebitis me, donec ueniat cum dicetis: Benedictus qui uenit in nomine domini.

ANNOTAT. BREVES XLV. CIRCA LITERAM. CAP. XIII.

3	Et reſpondens		παρὰ πάντας		εἰ δὲ μήγε
	* ὁ ἰησοῦς		præ omnibus		ſin minus,
	IESVS,	9	Dicebat aũt – &		alioqui
5	pœnitẽtiã habueritis,	9	ſimilitudinẽ. – Arborẽ	15	in ſynagoga
	μετανοεῖτε	9	ſici		ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν
	reſipuerítis		συκῆν		in una ſynagogarum
	& infra:		Ficum	16	mulier * ἦν erat
6	ſicut	12	ficulnea	17	inclinata,
	ἐν		τῇ συκῇ		συγκεκυφυῖα
	Aut		ficu		deflexa
6	ſupra quos	12	Succide – ergo		contracta
6	ἐφ' οὓς	13	occupat?	17	ſurſum reſpicere.
	ſuper quos		καταργεῖ		ἀνακύψαι
6	Siloë		onerat		reflecti
	τῷ σίλωαμ	13	dixit		erigere caput
7	quia – &		λέγει	22	Reſpondens aũt
7	ipſi		præſens.		ἀποκριθεὶς οὖν
	οὗτοι	14	ſtercora,		Reſpondens igitur
	hi		κόπρια	24	adaquare?
7	præter omnes	15	ſin autem		aquatum

26 popu

Universidad de Deusto
Biblioteca

26 populus
ὁ ὄχλος
turba
27 ergo.
δὲ
autem
28 simile æstimaho
ὁμοιώσω
simile faciam
& infra
30 requieuerunt
κατεσκήνωσαν
nidificauerunt.
nidulatæ sunt
30 eius. – Et
32 totum
tota. s. farina
23 si
an
34 Contendite
ἀγωνίζεσθε
Certate
35 Cum autē intrauerit
ἀφ' οὗ ἂν ἐγερθῇ
Ex q̃ utiq̃ surrexerit
37 dñe *κύριε domine
39 dicet, *λέγω Dico
43 erant
ἔσοντα
futurum.
& infra
46 consummor
τελειοῦμαι
consummo
absoluo
medium
47 non capit
οὐκ ἐνδέχεται
non contingit.
fieri non potest
48 quæ occidis
49 lapidas
quæ occidit
lapidat
49 mittuntur
τοὺς ἀπεσταλμένους
præteritum
49 ad te
πρὸς ἀυτὸν
ad se
50 auis
ὄρνις
gallina
50 noluisti
οὐκ ἠθελήσατε
plurale
50 relinquetur
ἀφίεται
præsens.
52 uenit
ὁ ἐρχόμενος
præsens

COMMENTARIVS IN CAPVT TERTIVMDECIMVM.

Vbdit Lucas de ijs qui nũciabant domino crudelitatẽ Pilati, dicens.
121 „ ◤Aderant autem quidam ipso in tẽpore, nunciantes illi de Galilæis
„ quorũ sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respon-
„ dens, dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis pecca-
„ tores fuerint, qui talia passi sunt? Non, dico uobis, sed nisi pœnitentiã
„ habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit tur
„ ris in Siloë, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes ho-
„ mines habitantes in Hierusalẽ? Non, dico uobis: sed si non pœnitentiam habueri-
„ tis, oẽs similiter peribitis. ◤Pilatus missus est à Tiberio Cæsare, ut procuraret Iu-
dæam, & aliquot Galilæos, qui sacrificandi causa Hierosolymam aduentarant, in-
terfecit: quibus tamen de causis nõ satis cõpertum est: & iussit eorum sanguinem
sanguini uictimarũ, quas immolabant, admisceri. Hoc crudele facinus nõnulli nar
rabant dño. Quibus ipse respondit: Putatis quo hi Galilæi, præ omnibus Galilæis
peccatores fuerit, q̃ passi sunt? Nequaq̃, dico uobis: sed nisi resipiscatis, omnes si
militer peribitis. Quid est similiter peribitis: nunquid sic interficiendi estis, & san-
guis uester sacrificio uestro miscendus? Minime, sed perinde ut illi male peribitis:
Psalm. 35. nam quacunq; morte peccatores moriantur, male pereunt, sicut scriptũ est: Mors
Psalm. 139. peccatorum pessima: & rursus: Virũ iniustũ mala capient in interitu. Consimiliter
& de illis decẽ & octo, sup quos turris cecidit in Siloë, & occidit eos, dixit: quod fa
ctũ etiã si nõ ex alijs, satis tñ ex Euãgelio notũ est. Et magna certe ruina opprimit
illos, qui ad inferos p̃cipitantur, & sine cõparatione maior, q̃ quæ in Siloë ubi flu-
Ioan. 9. entũ illud erat lauacrũ, scilicet ad quod ut oculos luto illitos lauaret, misit ex Ioãne
Neem. 3. dñs cæcũ à natiuitate: q̃ locus ex Neemiæ. 3. erat in Hierusalem, sic de instauratiõe
urbis

urbis Hierosolymitanæ, dicẽtis: Et portam fontis ædificauit Sellũ filius Colozai,
princeps pagi Maspha: ipse ædificauit eam & texit, & statuit ualuas eius & seras, et
uectes, & muros portæ Siloë in ortum regis. Et id etiam satis innuit dominus, cum
ait: Putatis quia & ipsi debitores fuerint, præter omnes homines habitãtes in Hie
rusalem? maior inquam, quàm quæ in Siloë ex casu turris obtriuit decẽ & octo ha-
bitatores illius loci. Sed quomodo declinare poterunt peccatores malam illam per
ditionem? Si resipiscant, & carnali mundanaq̃ uita derelicta, ad uitam spiritus tran
seant, & ut seruierunt mundo & diabolo, sic seruiant spiritui & deo: quod est pœni
tere, hoc est, μετανοεῖν, hoc est resipiscere, & post male cõmissa offensam dei agnosce
re: ne unq̃ postea admittatur. At si non resipiscant, eos diuina censura uat io delet
modo. Quod si non repente, ex dei prolongante miseratione, & miserante longa-
nimitate expectantur ad pœnitentiæ fructũ. De quo subdit dominus parabolã, di
„ cente Luca. ◤Dicebat autem & hanc similitudinem. Arborem fici habebat quidã 122
„ plantatam in uinea sua, & uenit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autẽ
„ ad cultorẽ uineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo uenio quærens fructũ in ficulne a hac
„ & non inuenio, succide ergo illam. Vt quid etiam terram occupat? At ille respon-
„ dens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc annò, usq; dũ fodiam circa illã, & mit-
„ tam stercora. Et siquidem fecerit fructũ: sin autem, in futurũ succides eam. ◤Qui
habebat ficũ, CHRISTVS, idemq̃ deus. Ficus, peccator. Vinea, plebs sancta. Cul
tor uineæ, præsides boni, siue angeli, siue homines, qui pro uiribus bonos excolũt,
& malos adiuuant. Tres anni, tres peccatorũ exactæ uitæ sine fructu ætates. Qd
petitur succidi, hoc exigit rigor iusticiæ. Annus qui expetitur, ultima pars uitæ est.
Quod cultor uineæ id petit, indicat & angelos & bonos præfectos etiã rogare pro
nobis, & diuinæ iusticiæ rigorem temperare, quæ uel suapte bonitate flecti uult ad
misericordiam, quãdiu resipiscẽtiæ peccatoris expectatio aliqua haberi potest. Fo-
dere circa ficum, est peccatorem ad profundam sui cognitionem reuocare. Mitte-
re stercora, est illi peccata eius manifestare, ut illis purgatis, & cœlesti superuenien
te hymbre, sumptis spiritualibus alimentis, possit fructum facere. Quem si facit, e-
tiam illo ultimo uitæ suæ diuina miseratione indulto anno, nõ succiditur: sed è ter-
ra miseriæ in terram uiuentium transplantatur. Si uero nullum affert fructum suc-
ciditur. Succiduntur enim mali & in ignem mittuntur, boni autem non succidun-
tur, sed transplantãtur, & semper uegetant, semper uiuunt, semperq̃ fructum affe
rũt. Hic est parabolæ de ficu, indultore deo, intellectus. Et cum dicitur: Et si quidẽ
fecerit fructum, subauditur, non succides eam: si autem non fecerit, scilicet fructum
in futurum succides eam. Subiungit Lucas de muliere, quam dominus sabbato
„ curauit, dicens. ◤Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce 123
„ mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata,
„ nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum uideret IESVS, uocauit eam
„ ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua, & imposuit illi manus, & con-
„ festim erecta est, & glorificabat deum. Respondens autem archisynagogus, indi-
„ gnans, quia sabbato curasset IESVS, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus opor
„ tet operari. In his ergo uenite & curamini, & non in die sabbati. Respondens au
„ tem ad illum dominus, dixit: Hypocritæ, unusquisque uestrum sabbato non sol-
„ uit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Ab
„ rahæ, quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à uincu
„ lo isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius, & om-
„ nis populus gaudebat in uniuersis, quæ gloriose fiebant ab eo. ◤Mulier, figurà e-
rat synagogæ quam dominus in ea prædicans sabbatis, etiam sabbatis curare uole
bat. Tenebatur spiritu infirmitatis annis decẽ & octo: quia iam uniuersa Iudæorũ
synago

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſynagoga,ſpiritu maligno à plurimis annis erat occupata. Et erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere: quia ſynagoga ad terrena incuruata erat, & adeo rebus adhæſerat terrenis, ut ne minimũ quidẽ poſſet ad diuina reſilire. Dñs mulierem uidit, accerſiuit ad ſe, impoſuit illi manus, & confeſtim ſanata eſt, & erecta glorificabat deũ. Sic dominus uidit ſynagogam, uocauit ad ſe, & dixit illi per prophetam: Loquimini ad cor Hieruſalem, & aduocate eam, qm̃ cõpleta eſt malicia eius
Eſa.40. dimiſſa eſt iniquitas illius. Sed uocata, uenire noluit, ut dominus eam impoſita manu, quæ eſt ſpũs ſancti gratia, à maligno ſpiritu, quo incuruata iacebat, ſanaret & erigeret ad ſuperna, & ipſa glorificaret deũ. Quinimo uocãti, & ipſam curare in ſabbato uolenti, impropería irrogauit, quod figurat archiſynagogus, & indignatio eius, & uerba quæ ſubiecit ad turbas: Sex dies, inquit, ſunt in quibus oportet operari in his ergo uenite & curamini, & non in die ſabbati. Quæ uerba mõſtrant ſynagogam obſeruare ſcripturam ad literam, non ad ſpũm: & hinc quoq; eos adiecta inuidia & hypocriſi deceptos fuiſſe: quã quidem carnalem intelligentiam, ut non uerã ſed ab eis fictam, dominus confutauit. Nam bouem & aſinũ à præſepio ſabbato ſoluebant, & deducebant aquatũ: nec tamen ita ſolui ſabbatũ reputabant. Quantominus igitur, qui mulierẽ alligatam, non uno die, ſed tanto tẽpore, decẽ uidelicet & octo annis, ſoluit à uinculo ſatanæ, ſabbatum non ſoluit? Cui cum reſpondere non poſſent, arguente ipſos ex re indies facta, conſcientia, erubeſcebant & confundebantur. Sic neq; nũc ſynagoga literam occidentem ſequens reſpõdere poteſt: ſed
Hiere.3. erubeſcit ubiq; & confunditur: mens tñ obdurata permanet. Frons mulieris meretricis facta eſt illi, occaluit plaga eius. At contra angeli & ſancti omnes gaudẽt ſuper uniuerſis, quæ glorioſe à dño & facta ſunt, & indies fiunt, fientq; uſq; ad conſummationẽ ſeculi. Huic facto Lucas aliquot parabolas dñi ſuccincte adnectit, di-
124 „ cens. ¶ Dicebat ergo: Cui ſimile eſt regnũ dei, & cui ſimile æſtimabo illud? Simile
„ eſt grano ſinapis, quod acceptũ homo miſit in hortũ ſuũ, & creuit, & factũ eſt in ar-
„ borẽ magnam, & uolucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterũ dixit: Cui ſimi
„ le æſtimabo regnũ dei? Simile eſt fermento, quod acceptũ mulier abſcondit in fari
„ næ ſata tria, donec fermẽtaretur totũ. ¶ Parabola de grano ſinapis poſita eſt apud Matthæum cap.13. numero 132, necnõ parabola de fermento apud eundem, capite eodem, numero 133. Deinde ſubdit Lucas, de eo, qui de ſaluandorũ numero interro-
125 „ gauit dominum dicens. ¶ Et ibat per ciuitates & caſtella docens, & iter faciens in
„ Hieruſalem. Ait autem illi quidam: Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autẽ
„ dixit ad illos: Contendite intrare p̃ anguſtam portam, quia multi, dico uobis, quæ-
„ rent intrare, & nõ poterũt. Cũ aũt intrauerit paterfamilias, & clauſerit oſtiũ, & inci-
„ pietis foris ſtare, & pulſare ad oſtiũ dicentes: dñe, aperi nobis: & reſpõdens dicet
„ uobis, neſcio uos unde ſitis: tũc incipietis dicere: Mãducauimus corã te & bibimꝰ
„ & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet uobis: Neſcio uos unde ſitis. Diſcedite à me
„ oẽs operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & ſtridor dentiũ, cũ uideritis Abrahã & Iſaac
„ & Iacob, & oẽs p̃phetas in regno dei, uos aũt expelli foras. Et ueniẽt ab oriẽte &
„ occidẽte, & aquilone & auſtro, & accũbent in regno dei. Et ecce ſunt nouiſſimi, q̃
„ erant primi: & ſunt primi, q̃ erant nouiſſimi. ¶ Ibat p̃ ciuitates & caſtella docẽs, & iter faciens in Hieruſalẽ: hoc exemplo nos docens, quod ſic facendo ad cœleſtem tendimus Hieruſalem. Et cuidam interroganti, an pauci ſaluabuntur, reſpondit, contendendum eſſe intrare per anguſtam portã, quæ eſt uia ſpũs, uia CHRISTI: per quã niſi quis ingrediatur, à numero ſaluãdorũ excludetur. Hæc porta apta eſt uſq; ad diem iudicij. Paterfamilias, CHRISTVS: Intrabit & claudet oſtiũ, poſt iudiciũ. Qui quærẽt intrare poſt CHRISTVM, & nõ poterũt: reprobi oẽs, & hi multi. Quod hi foris ſtantes, & excluſi dicent: Dñe aperi nobis: id deſideriũ uitæ beatorum

torum deſignat. At hæc uox, Neſcio uos unde ſitis: perpetuam priuationem eius monſtrat. Per eos qui dicturi ſunt, Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti: deſignantur Iudæi à numero beatorum excluſi. & id, Neſcio uos unde ſitis: indicat quod in libro uitæ ſcripti non ſunt, ſed ab eo perpetuo deleti. & id, Diſcedite à me: condemnationem, & hoc in locum pœnarum æternarum, ubi illi torquebuntur non ſolum ſupplicijs illis, ſed & ſenſu priuatiõis ſui finis. At qui ſicut adeptio finis eſt perpetua quies, & ſumma quæ eſſe poſſit: ita ſenſus priuationis, & perpetuæ quidẽ priuationis illius, eſt ſumma quæ eſſe poſſit inquietudo, & intimum ſemper eos torquens ſupplicium. Huc etiam accedit, quod beatorum felicitas eos torquet, ut Iudæos felicitas Abrahæ, Iſaac & Iacob, & prophetarum, ex quibus ipſi ſecundum carnem deſcenderunt, à qua felicitate ſe uident perpetuo excluſos: cum tamen illius gloriæ potuerint eſſe conſortes, & multo quidem facilius, quàm innumeræ gentes (quæ ab oriente, occidente, ſeptentrione & auſtro uenientes, cum ipſis ſunt in regno uitæ) niſi inſania uitæ à uijs illorum eos detorſiſſet. Et hic luctus, hæc deſperatio, hic ſtridor dentium, quem ſuſtinebunt, finem non habet. Porro cum dominus dixit, Diſcedite à me omnes operarij iniquitatis: cauſam aperuit perditionis eorum. Omnis enim infidelis, operarius eſt iniquitatis. Et cum poſtremo adiecit, Ecce ſunt nouiſſimi qui erãt primi, & quæ ſequũtur: indicauit qd̃ gentes, quæ tũc erãt excluſæ à regno dei, & ideo nouiſſimi, futuræ eſſent de regno dei Iudæis excluſis, & ideo primi: qd̃q; Iudæi qui tunc erãt primi, quia populus dei, excludendi erant à regno dei gentibus admiſſis, & ideo nouiſſimi. Quod & nunc eſt, & ita erit in diem uſque iudicij: niſi ſi qui regem ſuum agnoſcentes, ad regnum CHRISTI conuolent, & ſuſcipiãtur ad gloriam dei: quod ipſe qui ſolus omnia poteſt, & uelit, & faciat de omnibus in toto orbe terrarum ubiuis gentium degentibus. Hoc ergo, Sunt nouiſſimi qui erũt primi: de gentibus dictũ eſt, & hoc, Et ſunt primi qui erũt nouiſſimi, de Iudæis. Subiũgit Lucas de phariſæis, qui acceſſerũt ad
„ dominũ, & dixerunt ei ut deſereret Galilæam, dicens. ¶ In ipſa die acceſſerunt qui- 126
„ dam phariſæorum, dicẽtes illi: Exi & uade hinc, quia Herodes uult te occidere. Et
„ ait illis: Ite, & dicite uulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & ſanitates p̃ficio hodie & cras,
„ & tertia die conſummor. Veruntamen oportet me hodie, & cras & ſequẽti die ambulare: quia non capit prophetam perire extra Hieruſalem. ¶ Phariſæi qui acceſſerunt ad dominum, nequaquam amore acceſſerunt: ſed eo quod grauis illis eſſet, utpote qui eos aperte argueret, deuinceret, cõfutaret. Volebant que illi timorem prætextu Herodis incutere, qui eo in tempore erat in Galilæa: uerum oſtendit ſe nihil Herodem formidare, cum dixit illis: Ite, & dicite uulpi iſti. Vbi, ut apertius declararet ſe metum, quẽ illi ex Herode incutere uolebant, nihilipendere. Herodem uulpem appellat: mores & aſtutiam eius notans. Sed & ſuam potentiam ſupra Herodis potentiã eſſe, ut reuera erat, inſinuauit, cũ ait: Ecce eijcio dæmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſummo, ſiue τελειοῦμαι, id eſt perficio, abſoluo: hic enim τελειοῦμαι, licet uoce paſſiuum ſit, actiue tamen ſumendum uidetur: quo modo certe ſumi poteſt cũ ſit medium. Nam CHRISTVS potẽtior erat dæmonibus, imo & angelis omnibus. Herodes uero nõ, ſed cõtrà. Sanitates operabatur CHRISTVS & uirtutes: Herodes uero cædes & neces. Et quos ille mutilabat, quos occidebat, dñs ſanare, & ſuſcitare pro arbitrio poterat. Nequaq; ergo ipſe Herodẽ, ſed Herodes eum timere debebat. Verũ quia trãſibat de Galilæa in Samariã, Hieroſolymam proficiſcendo, tertia die abſoluebat quæ facturus erat in Galilæa. Et hoc eſt etiam quod adiungit, Veruntamen oportet me hodie & cras, & ſequenti die, id eſt hoc triduo ambulare per Galilæam. Quod ſi uellet Herodes me occidere, id oracula non permittunt: quia non eſt poſſibile (id enim deſignat οὐκ ἐνδέχεται) prophetam

Universidad de Deusto
Biblioteca

perire extra Hierusalem: quod de seipso dicit, quia is propheta erat, de quo Moses
Deut. 18. ait: Prophetam de gẽte tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi dominus de-
us tuus. Et qui erat agnus dei, qui tollebat peccata mundi, & uerum phase: phase au-
Psal. 115 tem solũ in Hierusalem immolabatur: de quo & per spiritum sanctũ dictũ erat: Ti-
bi sacrificabo hostiam laudis, & nomen domini inuocabo. Vota mea domino red-
dam in conspectu omnis populi eius, in atrijs domus domini, in medio tui Hierusa-
127 „ lem. Continuo subdit Lucas querelam domini aduersus Hierusalẽ, dicens. ¶ Hie-
„ rusalem Hierusalẽ, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te: quo-
„ ties uolui congregare filios tuos, quemadmodũ auis nidum suum sub pennis, & no
„ luisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra, deserta. Dico autem uobis, quia nõ ui-
„ debitis me, donec ueniat cũ dicetis, Benedictus qui uenit ĩ nomine domini. ¶ Con-
similem querelam domini aduersus Hierusalem, ponit Matthæus capite uigesimo
tertio, numero ducentesimo uigesimo tertio: sed alio tempore, & alio loco factam:
nam in Hierusalem, & paulo ante passionem, cum hæc in Galilæa, & ante illum suũ
insignem ingressum in Hierusalem facta sit. Et cum dicitur, Quemadmodũ auis
nidum suum sub pennis: per nidum auis, pullos gallinæ intelligimus. & cum id, Di
co enim uobis, quod non uidebitis me donec ueniat (subaudi tempus) cum dicetis,
Benedictus qui uenit in nomine domini: hic sermo ad habitatores Hierusalẽ, non
Zach. 9. ad eos qui circa ipsum erant, dirigitur: qui impletus est, cum iuxta Zachariæ oracu-
lum, asinæ & pullo eius insidens, intrauit Hierusalem. Et nos quoque semper dica
mus in cordibus nostris, Benedictus qui uenit in nomine domini: ut aliquando re-
uelata facie uidere possimus in maiestate sua regem gloriæ, & magnificare patrem
cœlestem in spiritu sancto, & ueritate, Cui & nunc & semper sit honor & gloria, &
maiestas in omnia seculorum secula, Amen.

CAPVT QVARTVMDECIMVM.

128
T factum est cum introisset IESVS in domum cuiusdam
principis pharisæorũ sabbato mãducare panẽ, & ipsi ob-
seruabant eũ. Et ecce homo quidã hydropicus erat ante il-
lum. Et respõdens IESVS, dixit ad legisperitos & pharisæ-
os, dicẽs: Si licet sabbato curare? At illi tacuerũt. Ipse uero 5
apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad il
los dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo
129 extrahet illũ die sabbati? Et nõ poterant ad hæc respondere illi. ¶ Dicebat
autem & ad inuitatos parabolã, intẽdens quomodo primos accubitus eli-
gerent, dicẽs ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, nõ discũbas in pri 10
mo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniens is qui te & il
lum uocauit, dicat tibi, da huic locũ: & tũc incipias cum rubore nouissimũ
locum tenere. Sed cũ uocatus fueris, uade, recumbe in nouissimo loco: ut
cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, ascende superius. Tunc erit
tibi gloria corã simul discũbentibus: quia omnis qui se exaltat, humiliabi 15
130 tur: & qui se humiliat, exaltabitur. ¶ Dicebat autẽ & ei qui se inuitauerat:
Cum facis prandium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tu-
os, neq; cognatos, neque uicinos, neq; diuites, ne forte te & ipsi reinuitẽt,
& fiat

& fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuiũ, uoca pauperes, debiles, clau
20 dos & cæcos: & beatus eris, quia non habet retribuere tibi. Retribuetur
enim tibi in resurrectiõe iustorum. ¶ Hæc cum audisset quidam de simul 131
discumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducat panem in regno dei. At
ipse dixit ei: Homo quidã fecit cœnam magnam, & uocauit multos. Et mi
sit seruum suũ hora cœnæ dicere inuitatis ut uenirẽt: quia iam parata sunt
25 omnia. Et cœperũt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, &
necesse habeo exire & uidere illã: rogo te, habe me excusatũ. Et alter dixit:
Iuga boum emi quinq;, exeo probare illa: rogo te, habe me excusatũ. Et ali
us dixit: Vxorẽ duxi, & ideo nõ possum uenire. Et reuersus seruus, nũcia-
uit hæc dño suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in pla
30 teas, & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos & claudos intro-
duc huc. Et ait seruus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc lo-
cus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut
impleatur domus mea. Dico autem uobis, quia nemo uirorum illorum
qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. ¶ Ibant autem turbæ multæ cum 132
35 eo, & conuersus dixit ad illos: Si quis uenit ad me, & non odit patrem su-
um & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & ani
mam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem su-
am, & uenit post me: non potest meus esse discipulus. ¶ Quis enim ex uo- 133
bis uolens turrim ædificare, non prius sedẽs computat sumptus qui necess-
40 sarij sunt, si habeat ad perficiẽdum: ne posteaquam posuerit fundamentũ,
& non potuerit perficere, omnes qui uident, incipiant illudere ei dicentes:
quia hic homo cœpit ædificare, & nõ potuit cõsummare? Aut quis rex itu
rus cõmittere bellum aduersus aliũ regem, nõ sedens prius cogitat si pos-
sit cũ decẽ milibus occurrere ei, qui cum uiginti milibus uenit ad se? Alio-
45 quin adhuc illo longe agente, legationem mittẽs, rogat ea quæ pacis sunt.
Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciat omnibus quæ possidet, nõ po
test meus esse discipulus. Bonũ est sal. Si autem sal euanuerit, in quo con-
dietur? Neque in terram, neque in sterquilinium utile est, sed foras mitte-
tur. Qui habet aures audiendi, audiat.

ANNOTATIONES BREVES XXVIII. CIRCA LITE. CAP. XIIII.

8 respondere
ἀντοκριθῆναι
contra respondere
10 inuitatus fueris
* ὑποτινος ab aliquo
10 in primo loco,
ἐις τὴν πρωτοκλισίαν
in primo accubitu
12 cum rubore
μετ' αἰσχύνης
15 cum pudore,
simul discũbentibus,
τῶν συνανακειμένων σοι
accũbentibus tecũ
18 uicinos — neque
18 ne forte
μήποτε
nequando,
ne
19 debiles,
ἀναπήρους
mutilos
& infra.
20 habent retribuere
ἔχουσιν ἀντακολουθῆσαι
possunt retribuere
22 qui manducabit panem
ὃς φάγεται ἄριστον
qui edit prandium
24 dicere

Universidad de Deusto Biblioteca

ut dicerent,
24 ut uenirent
ἔρχεσθαι
Venite
25 simul
ἀπὸ μιᾶς
similiter
28 seruus * ἐκεῖνος ille,
34 cœnam meam
* πολλοὶ γὰρ εἰσι κλητοὶ,
ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί
Multi em̃ sunt uocati,
pauci uero electi.
34 autem
γὰρ
enim
36 filios
τὰ τέκνα
liberos
37 Et qui
καὶ ὅστις
Et quisquis
39 sumptus
– qui necessarij,
43 committere bellum
συμβαλεῖν εἰς πόλεμον
ut congrediat in bello
43 cogitat
βουλεύεται
consultat
44 ad se?
ἐπ' αὐτόν
contra se
45 agente,
ὄντος
existente
45 quæ pacis sunt
τὰ πρὸς εἰρήνην
quæ ad pacem
46 renunciat
ἀποτάσσεται
ualefacit
47 euanuerit
μωρανθῇ
infatuatum fuerit
insulsum fuerit
48 utile est, – sed
ἄθετόν ἐστιν
aptum est
accommodum
48 mittetur * αὐτὸ illud
βάλλουσιν
mittunt
præsens plurale acti.

COMMENTARIVS IN CAPVT QVARTVMDECIMVM.

128 „ Vbijcit hic Lucas signũ de hydropico, quem dominus sanauit in sab-
„ bato, & de confutatione pharisæorum, dicens. ¶ Et factum est cum
„ introisset IESVS in domum cuiusdam principis pharisæorũ sabbato
„ manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidã hy-
„ dropicus erat ante illũ. Et respondens IESVS, dixit ad legisperitos
„ & pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerũt. Ipse uero apprehensũ
„ sanauit eũ, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: Cuius uestrũ asinus aut bos in
„ puteũ cadet, & nõ continuo extrahet illũ die sabbati? Et nõ poterãt ad hæc respon
„ dere illi. ¶ Obseruabãt eũ pharisæi, sed illud obseruare, erat insidiari si quid diceret
aut faceret, quod reprehendere uel apparenter possent: uere em̃ non poterant. Et
ecce homo quidã hydropicus erat ante dominũ. Et interrogauit dñs legisperitos
& pharisæos, an liceret eiusmodi sabbato curare. At illi interrogati, tacuerunt: uo-
lentes factũ (si forte faceret) reprehendere. Verũ ex re gesta uera ratione sumpta,
confutauit qd̃ uolebant obijcere. Sanauit itaq; uidentibus ipsis illũ hydropicũ, so-
lius plus q̃; benedictæ manus attactu. Et quid est hydropicus, nisi qui profundissi-
mæ aquæ immersus est? Et quid est ipsum sanare, nisi illũ ex aquis illis ipsum suffo
cantibus & enecantibus extrahere? Ex re ergo proponit eis rationẽ, dicens. Quis
uestrũ est, cuius asinus aut bos in puteũ ceciderit, & non continuo extrahet illum,
etiã die sabbati? Quod inficiari non poterant: faciebant em̃ sine conscientia ulla sol
uendi sabbati. Quomodo ergo soluebat sabbatum, qui sabbato extrahebat homi-
nem ab aquis enecantibus & suffocãtibus ipsum, id est, sanabat hydropicũ: cũ mul
to melius sit saluare hominem, q̃; pecus aliquod aut iumentũ? Huic rationi respon
Psalm.20. dere non potuerunt, sed tacuerunt confusi, quia ut scriptum est: Cogitauerant con
silia quæ non potuerunt stabilire. Porro multos, princeps ille pharisæorum una
cum domino ad conuiuiũ illud inuitauerat, quos ad humilitatem suo sermone do-
129 „ minus instruxit, sic nobis aperiente Luca. ¶ Dicebat autem ad inuitatos parabolã,
„ intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum inuitatus
„ fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit in-
„ uitatus ab illo; & ueniens is qui te & illum uocauit, dicat tibi: Da huic locum, &
tunc inci-

„ tũc incipias cũ rubore nouissimũ locũ tenere. Sed cum uocatus fueris, uade, recũbe
„ nouissimo loco: ut cũ uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascẽde superius. Tũc
„ erit tibi gloria corã simul discumbẽtibus: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, &
„ qui se humiliat, exaltabitur. ¶ Intendebat & animaduertebat dominus quomodo
primos accubitus eligerẽt, & proposuit eis hãc ex re subiecta parabolã: quæ quãuis
ex re præsente sumpta sit, aliqd tamẽ altius indicat. Qui inuitat ad nuptias, filius dei.
Inuitati qui ueniunt, fideles omnes. Nuptiæ, nuptiæ eius qui spõsus est & ecclesiæ,
quæ est sponsa semper uirgo, quæ unitur sponso suo diuinis unitionibus, quibus pu
ritas & sanctitas semper illi accrescit ac multiplicatur: unitur enim spiritu. Mẽsa, al-
tare domini. Cibus, agnus pro omnibus immolatus. Potus, sanguis eius preciosissi
mus. In primo loco recumbere uult, qui se existimat dignissimũ: quod prohibet do-
minus, quia id magnæ superbiæ est. Et is iusto dei iudicio (prælatis melioribus) ulti
mum locum in conuiuio dei tenere incipiet, & id cum rubore, cum culpam suam cœ
perit agnoscere. Proinde quantuncunq; beneficijs aut naturæ, aut fortunæ dona-
tus sit, ut diuitijs, honoribus, uiribus, elegãtia formæ, præclaro genere, scientijs, aut
diuinis, quæ his omnibus maiora sunt, illustrationibus & gratijs: qui ad nuptias has
uocatus est, existimet se profunda humilitate indignissimũ, attenta inuitantis maie-
state, cõuiuij sanctitate & apparatu, qui omnia creata & cœlestia & terrestria supe-
rat preciositate. Qui se ut se respicit, & hæc quidẽ est ueritas, hic in ultimo loco ac-
cumbit: alioqui non est similis corde, & similis, quo ad formam infirmitatis nostræ
assumptam, se inuitãti. Ideo non sua existimatione, sed inuitantis definitione datur
illi, si quis datur in sacro cõuiuio locus honoris & gloriæ: & est illi gloria coram an-
gelis & sanctis dei. Quod adijcitur, Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui
se humiliat, exaltabitur: parabolæ declaratio est, & uniuersale ad uitam nostram do-
cumentum. Nostri enim, quantum ex nobis est, non est nisi humiliari: dei autem so
lius est exaltare. Idcirco qui se exaltat, humiliabitur: & à deo quidem, cuius est exal
tare. Et qui se humiliat, quia id facit quod facere debet, etiam si minus, quàm face-
re debeat: quia nunquam satis se deo ullus hominum humiliare potest, uno CHRI-
STO excepto: idcirco à deo cuius solius est exaltare, gratia magis q̃; merito ex-
altatur: imò si quis merito, solus CHRISTVS uidetur exaltatus, qui solus nihil de-
buit, sed quæ non debuit, exoluit (quemadmodum scriptum est: Quæ nõ rapui, tũc Psal. 68.
exoluebã) ut cæteros exaltaret gratia. O humilitas, cognitionis nostræ oculus: sed
in diuina luce acceptatio dei, & capacitas gratiæ, quàm es hominibus necessaria?
Nullus sine te, & se & deum cognoscit. Nullus sine te, perfectè amat. Nullus sine
te, ad summam (quæ summa est beatorum felicitas) cum deo unionem eleuatur.
Vt autem dominus hanc ad conuiuas parabolam habuit, ad eum qui & ipsi cum cæ
teris parauerat corporale conuiuium, sermonem conuertit, ut ait Lucas, dicens.
„ ¶ Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Cum facis prandium aut cœnam, noli uo- 130
„ care amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque uicinos, neque diui-
„ tes: ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis conuiuium,
„ uoca pauperes, debiles, claudos & cæcos: & beatus eris: quia non habent retribue-
„ re tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. ¶ De conuiuio & cœna
corporali hæc dicuntur, & ijs quidem quæ in opus charitatis fiunt, quæ & propter
deum solum fieri debent. Et sic certè cũ facultates adsunt, conuiuia nostra fieri de-
berent potius quàm modo solito, ubi neque amicos, neque fratres, neque cogna-
tos, neque uicinos diuites uocaremus. Nam si uocemus amicos, affectus esse po-
test consuetudinis: si fratres & cognatos, sanguinis: si uicinos diuites, mutuæ uicis-
situdinis. Sed nõ sic, si uocemus pauperes, mutilos, claudos & cæcos: nam hos uo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cando, nullus nisi dei respectus haberi uidetur, cũ nõ habeant quo gratiã sibi factã referant: deus tamen, gratia cuius pure id opus faciendũ est, erit in immensum magis q̃ intelligi possit, retributor. Est enim pater pauperum, & æternorum bonorũ largitor, quæ est hæreditas illorum si sint pauperes spiritu, & tribulationes mundi patienter sustineant: & ita retribuet abundanter in resurrectione iustorum, id est, cum regnum dei erit impletum, & factum uniuersum de bonis ac malis iudicium. Quod audiens quidã ex discumbentibus, spiritu CHRISTI & uerbis eius tactus,
131 „ dixit quod subdit Lucas, cui & subiungit responsum domini, dicens. ☞ Hæc cum
„ audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem
„ in regno dei. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & uocauit mul
„ tos. Et misit seruum suum hora cœnæ, dicere inuitatis ut uenirent: quia iam para
„ ta sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, &
„ necesse habeo exire, & uidere illam: rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit:
„ Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum. Et alius
„ dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum uenire. Et reuersus seruus, nunciauit hæc
„ domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & uicos
„ ciuitatis, & pauperes, & debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus:
„ Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in
„ uias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem uobis,
„ quia nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. ☞ Cum dice
bat conuiua: Beatus qui manducabit panem in regno dei: intelligebat uitã beato
rum, quæ est satietas omnium bonorum: sed non omnes manducaturos, sua para
bola dominus ostendit. Qui facit cœnam magnã, dominus est, & ipse idem pater
familias. Ideo autem cœna dicitur, quia erit in fine, in nouissima resurrectione. In
uitauit prius ad cœnam suam, per prophetas, per semetipsum, per apostolos & as
sectatores eorum, & adhuc inuitat usque ad finem mundi. Primi inuitati, qui recu
sant uenire, quia emerunt uillam: sunt honorum huius uitæ ambitiosi. Qui se excu
sant, quia quinque iuga boum emerunt: sunt qui cumulandis huius mundi opibus
inhiant. Iuga quinque dicuntur, quia omnes sensus in illis habendis occupantur:
quod si deus sextũ dedisset, sextus quoq; esset occupatissimus. Qui uero se excusa
tos haberi uolunt, quia uxorẽ duxerunt: sunt quos detinent mundi huius uoluptates, intemperantiæ, & luxuriæ. Quod mittit seruum hora cœnæ: designat id fore in ultimo tempore, circa mundi huius exitum. Vbi & ex Iudæis colligentur, qui neq; diuites, neque potentes, neque in oculis suis sapientes, neque putantes ueteris legis obseruatione posse saluari, sed gratia Mesiæ & ueniendo ad cœnam filij dei, ad quam per seruum eius, siue is futurus sit angelus intus illuminans, siue spirituales homines foris ueritatem inspirante deo administrantes, uocati fuerint. Et non solum ex Iudæis colligentur, sed ex uijs & sepibus gentiũ, ut nationes etiam ad longa usq; tempora incognitæ: quæ & quodam modo compellentur intrare, ut impleatur numerus electorum. Et quod hic dicitur: Dico autem uobis, quia nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabunt cœnam meam: de ijs intelligitur qui primũ uocati se excusauerunt. Cæterũ quid est: Non gustabunt cœnam meã? Non manducabunt panem in regno dei: ut intelligatur illi respondere, quod bono desiderio percitus, dixerat ei conuiua. Nihil ergo honores, diuitiæ ac possessiones, & fluxæ mũdi uoluptates nos detinere debẽt, quo minus inuitati (illis reiectis) ad conuiuiũ cœleste, ad uitam beatorum, ad supremũ gaudium cõmigremus. Simílem parabolam habet Matthæus cap. uigesimo secundo, nũero ducentissimo sexto: sed illa est de prandio & conuiuio in hoc mundo: non autẽ de nouissima in regno cœlesti cœna. Itaq;

na. Itaq; CHRISTVS in hoc mundo habet prandium: sed cœna eius in cœlo perficitur. Prandium protenditur à tempore passionis suæ usque ad mundi huius consummationem: cœna autem eius continuabitur per totam æternitatis immensitatem. Mox subdit Lucas, quæ dominus turbis se sequẽtibus dixerit, dicens. ☞ Ibãt 132
„ autem turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos: Si quis uenit ad me, & nõ
„ odit patrem suum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc au
„ tem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem
„ suam, & uenit post me, non potest meus esse discipulus. ☞ Cum hic dicitur: Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus: Illud odire non opponitur ipsi amare: sed ex Matthæo capite decimo, numero centesimo secundo, perinde est ac si dicamus: Qui non minus amat patrem suum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam: non est me dignus, non potest meus esse discipulus. In quo dominus se deum manifestat, qui supra omnem diligendum est diligendus. Licet ergo & pater & mater, & uxor & filij, & fratres & sorores, & omnis proximus, ex dei præcepto sit diligendus: non tamen plus, neque æqualiter domino est diligendus: quia hunc aut illos deo præferremus aut æquaremus. Minus ergo quisq; eorum est diligendus: nimirum iuxta suam quisque conditionem, ceu pater ut pater, & ut conditoris simulacrum, uxor ut uxor, & ut unitæ deo nostræ naturæ uestigiũ: & ita de reliquis. Deus autem plus omnibus diligendus est. Et illa minus & plus, quodammodo opposita sunt. Et quia illud plus, quo deus amatur, simpliciter amor est: amor ille tantus est, & tantus esse debet, ut cæteri amores non uideantur amores: ideo illud minus quo alia amamus, illius pluris comparatione uideri debet non esse amor: ut lux syderum in die uidetur non esse lux, sed æque in die disparet atque tenebræ. Quare illud minus, respectu illius pluris est ut odium: etsi simpliciter non sit odium, perinde ut præsente solis iubare, lux syderum est, ut non lux & tenebræ, etsi non sit non lux aut tenebræ. Cum dicitur, Adhuc autem & animam suam: per animam, hæc uita intelligitur. Et quod plus amauerint CHRISTVM, quàm propriam uitam, gloriosi martyres ostenderunt: imo hanc uitam desiderio CHRISTI, odio habuisse uisi sunt. De cruce baiulanda, & illic apud Matthæum numero centesimo tertio habetur, & apud Marcum capite octauo, numero quadragesimotertio. Et subdit Lu
„ cas parabolam, quam superiori sermoni subiunxit dominus, dicens. ☞ Quis e- 133
„ nim ex uobis uolens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui ne
„ cessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postea quàm posuerit fundamentum, &
„ non potuerit perficere, omnes qui uident, incipiant illudere ei, dicẽtes: quia hic ho
„ mo cœpit ædificare, & nõ potuit consummare? Aut quis rex iturus cõmittere bel
„ lum aduersus aliũ regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus oc
„ currere ei, qui cum uiginti milibus uenit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente,
„ legationẽ mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis, qui nõ renun
„ ciat omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Bonũ est sal: si autẽ sal
„ euanuerit, in quo cõdietur? Neque in terram, neq; in sterquilinium utile est, sed fo
„ ras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. ☞ Turris, est altus ille amor, quo CHRISTVS est diligendus. Fundamentũ, est ob illũ amorem abdicatio uoluntatis ab omni alia re, ita ut oĩs res alia nihil sit, & omnis alterius rei amor cõtemplatione illius nõ si amor. Sũptus qui sunt faciẽdi ad huius alti ædificij cõsummationẽ, est abiectio omnium affectuum & concupiscentiarum: adeo ut ad nullam aliam rem afficiamur nisi ad idipsum solũ. Quod si ad aliqd aliud habeamus, uel quantulũcunq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

affectum, etiam quasi non affectũ, id adhuc nõ sit propter illud aliud, sed propter idipsum. Qui cœpit aliquos affectus abijcere, ut esset deo dignus, deumq; posset amare, sed adhuc alios quosdam ad res aliquas sibi retinet: hic cœpit ædificare, sed non potuit consummare, & male supputauit sumptus: non em̃ tantillis expensis amor dei perficitur, sed expositis oĩbus quæ habemus. Duo reges sunt, unus amor dei, alter mundi, suiq; ipsius amor: quid enim non regit amor? Huius regnum, homo: illius, deus. Homo ergo qui amorem dei habere uult (non enim potest utrunque simul habere: quandoquidẽ contrarij sunt, & iuge inter se bellum cõmittunt) emittere debet amorem mundi, id est sui cum concupiscentijs & desiderijs (sunt autem decem milia desideriorum mundi, ac distractionum, quibus mens humana indies misere diuellitur) & reputare apud se: num illis emissis possit diuinum amorẽ capere. Quod si uideat alias adhuc sibi superesse, quas non emiserit, non potest illum capere: nam multo potentior est. Quid igitur facit homo ille? Cum adhuc amor dei longe abest à se, mittit legationem, rogans ea quæ pacis sunt: quia per totam uitam in timore uiuens diuinæ iusticiæ, quæ est ultrix inimicorum sui regis, diuini scilicet amoris, implorat ea quæ sunt misericordiæ: alioqui continuo periret, si esset placitum potentioris regis. Si uero amorem mundi penitus emiserit, & omnes omnium affectuum copias, nullamq; sibi retinuerit, suscipiet in se regem illũ, qui suscipi & solus in precio haberi uult: & tunc in securitate uiuet per uitã, iusticiam dei non magis reformidans, quàm eius misericordiam, utraq; in ipso in pace & in æquali amore regnante. Imo hæc tria, diuinus amor, iusticia, & misericordia in proprio regno idem rex sunt, trina redimitus corona. Quod dominus subiungit: Si ergo omnis ex uobis, qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus: hoc parabolam aperit. Sed age, cum ait dominus: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, iubet ne deserere omnia quæ habet reipsa? Non tam reipsa uidetur, quàm ipsos deserere affectus, & illa (si etiam adsint) nihilipendere bonorum spiritualium contemplatione: quæ sunt, diuina iussio implenda, diuina imitatio, diuina dilectio, diuinæq; gratiæ. Qui tamen facultates habet, uideat ne possideat, id est sine usu teneat: nam usus iubetur, affectio & possessio inhibetur. Et illa esse in usu, sed bono sanctoq; usu, non prohibentur. Alioqui,
Matth. 25. quomodo diceret? Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me: Nudus, & operuistis me. Infirmus, & uisitastis me. In carcere eram, & uenistis ad me. Et hæc intelligere, & intellecta exequi, sapientia dei est. Videamus ergo ne eam sinamus insipidam. Qui enim hæc intelligit, & negligit, neque opere exequitur, infatuatur & redditur similis terreno sali: quod si infatuetur, id est reddatur insipidum, nullius ultra erit utilitatis, neque ad condiendum alia, neque ut loco habeatur terræ in qua quicquã seratur, neque ut uicem fimi obtineat, quo terra reddatur lætior, sed foras proijciendum est. Ad hunc quidem modum is, in quo hæc sapientia uanescit, neq; ad docendum alios ultra aptus ẽ, neq; ut in se ꝓcipiat semina gratiarũ, neq; ut alios præparet, & idoneos suscipiendis gratijs efficiat. Porro cum dominus adijcit: Qui habet aures audiendi, audiat: excitat mentes nostras ad perquirẽdũ suorũ dictorũ mysteriũ. Quæ misericordia eius det nobis sic perquirere, perquisita intelligere, & intellecta opere implere: ut amore eius transformati, & supra mundũ euecti, pedibus nostris terrenũ mũdi tyrannũ conculcemus amorẽ, & cũ rege nostro amorũ domino habitemus. Qui solus est rex regum & uerus amor, & solus colendus amor, solus qui omnia amore condidit pater, uerbũ, spũs sanctus, sapientia, iusticia, misericordia, unũ nomen

nomen, una diuinitas, unus deus. Cui semper sit omnis honor, & gloria & potestas in omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT QVINTVMDECIMVM.

ERant autem appropinquãtes ei publicani & peccatores, 134
ut audirent illum. Et murmurabant pharisæi & scribæ di
centes, quia hic peccatores recipit & manducat cum illis.
5 Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex uobis ho
mo, qui habet centum oues, & si perdiderit unam ex illis:
nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & ueniens domũ, cõuocat amicos & uicinos, dicens illis: Cõgratulamini mihi, quia inueni ouem meã quæ perierat. Dico uobis, quod ita
10 gaudiũ erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiã agẽte, q̃ super nona
gintanouẽ iustis, qui nõ indigent pœnitentia. ¶ Aut quæ mulier habens 135
drachmas decem, si perdiderit drachmã unam: nõne accendit lucernam & euertit domũ & quærit diligenter, donec inueniat eam? Et cum inuenerit, cõuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni dra-
15 chmam quam perdideram. Ita dico uobis, gaudiũ erit corã angelis dei su-
per uno peccatore pœnitentiam agẽte. ¶ Ait autem: Homo quidã habuit 136
duos filios, et dixit adolescẽtior ex illis, patri: Pater da mihi portionẽ sub stantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et nõ post multos dies cõgregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regi-
20 onem longinquã, & ibi dissipauit substantiam suam, uiuendo luxuriose.
Et postq̃ omnia consummasset, facta est fames ualida in regione illa, & ip se cœpit egere. Et abijt, & adhæsit uni ciuiũ regionis illius. Et misit illũ in uillã suã ut pasceret porcos. Et cupiebat implere uentrem suum de siliquis quas porci manducabãt, & nemo illi dabat. In se aũt reuersus, dixit: Quan
25 ti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego aũt hic fame pe-
reo? Surgã & ibo ad patrẽ meũ, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlũ & corã te: iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Et surgens uenit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset: uidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit su-
30 per collum eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœ
lum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus. Dixit aũt pater ad seruos suos: Cito proferte stolã primã, & induite illum, & date anulum in manũ eius, & calceamenta in pedes eius. Et adducite uitulum saginatum & occidite, & mãducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat.
35 & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari. Erat aũt filius ei-
us senior in agro. Et cũ ueniret & appropiquaret domui, audiuit sympho-
niam

Universidad de Deusto
Biblioteca

niam & chorũ, & uocauit unũ de seruis, & interrogauit quid hæc essent.
Iscꝗ dixit illi: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulũ saginatũ, quia
saluum illum recepit. Indignatus est autẽ, & nolebat introire. Pater ergo
illius egressus, cœpit rogare illum. At ille respondẽs, dixit patri suo: Ecce 40
tot annis seruio tibi, & nuncꝗ mandatum tuum præteriui, & nuncꝗ dedi-
sti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer. Sed postꝗ filius tuus hic,
qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, uenit: occidisti illi ui-
tulum saginatũ. At ipse dixit illi: Fili tu semper mecum es, & omnia mea
tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortu-
us erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

ANNOTAT. BREVES XXXI. CIRCA LITERAM CAP. XV.

1 appropinquantes ei
*προσάντες
omnes
Congratulamini
συγχάρητε
Congaudete
& infra.
12 nonne
οὐχὶ
non
13 euertit
σαρεῖ
euerrit,
uerrit
13 inueniat – eam.
15 erit
γίνεται
fit
16 habuit
εἶχε
imperfectum.
17 substantiæ
τῆς οὐσίας
18 me contingit.
μοι τὸ ἐπιβάλλον
mihi euenit,
ad meattinet
18 substantiam
τὸν βίον
18 non post
post non
20 substantiam
τὴν οὐσίαν
21 consummasset,
ἀπανήσαντος
expendisset,
consumpsisset
22 uillam
τοὺς ἀγροὺς
plurale.
24 Quanti
Quot
25 ego autem – hic
26 coram te,
*καὶ &
& infra.
27 iam
ἔτι
posthac
29 esset,
ἀπέχοντος
abesset
32 seruos suos – Cito
33 pedes – eius,
34 occidite,
θύσατε
immolate,
mactate
& infra
34 epulemur,
εὐφρανθῶμεν
lætemur
& infra.
35 reuixit,
*καὶ &
& infra.
37 chorum
χορῶν
plurale
37 de seruis.
τῶν παίδων
de pueris
39 indignatus est
ὠργίσθη
iratus est
40 cœpit rogare
παρεκάλει
rogabat,
adhortabatur
40 patri
– suo.
43 substantiam
τὸν βίον
43 suam
σου
tuam

COMMENTARIVS IN CAP. QVINTVMDECIMVM.

SVbdit Lucas parabolam centum ouium, quam proposuit domi-
nus scribis & pharisæis, super bonitate dei murmurantibus, di-
134 „ cens. ¶ Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores, ut
audirent

„ audirent illũ. Et murmurabant pharisæi & scribæ dicentes: quia hic peccatores re-
„ cipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex uobis
„ homo qui habet centum oues, & si perdiderit unam ex illis, nõne dimittit nonagin
„ tanouem in deserto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum in
„ uenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & ueniens domum, conuocat a-
„ micos & uicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouẽ meam, quæ pe
„ rierat. Dico uobis, quod ita gaudiũ erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam
„ agente, quàm super nonaginta nouẽ iustis, qui non indigent pœnitentia. ¶ Pecca
tores nihil in se cõfidentes, quia nihil habeant in quo confidant, sed in solo deo, ma
gis appropinquant deo, quàm alij qui in iusticia sua confidunt, scelerum cõscios se
minime fatẽtes. Et hi per scribas & pharisæos: illi per publicanos & peccatores il-
los, qui ad uerbũ CHRISTI accurrebant, figurantur. Tũc autem appropinquant,
cũ uerbũ dei audiunt, cũ pœnitentiam agunt, id est, resipiscunt: & indies magis at-
que magis, donec perfecte resipuerint: dummodo gratia dei iusti effecti, nõ magis
in se confidant, quàm prius cum omnino erant iniusti, sed in solo deo: nam in te tua
ꝗ iusticia gloriari & confidere, superbia est: perinde ut si in pulchra tibi donata ue-
ste gloriareris. Gloriare igitur & confide in eo, qui illa dedit & potestatem ipsi co-
operandi: nõ in teipso, ceu ridiculus pauo, qui nuncꝗ gloriatur, quin anũ deregat,
& turpia deformiaꝗ ostendat. Attende domini tui bonitatem, qui te errantem re-
quirit & tanta quidem solicitudine & amore, ut tui solius uideatur curam gerere, et
alia relinquere: quiꝗ errorem tuum suis sanctis humeris imponit, & te in domum
suam, in sanctam ecclesiam inducit, conuocatis tum angelis, tum sanctis omnibus
ad gaudiũ. Quod reduceris ab errore, nequaꝗ tuum est, sed domini benignitas, p
quisitio, inuentio. Quod resipiscis: non tuum est, sed domini tui in ecclesiam indu-
ctio, & angelorum & sanctorum ad auxilium tibi præstandum, ut uere resipiscere
possis, à superbono deo gratulatoria aduocatio. Quod si id attendat peccator, uere
resipiscens, & solius dei semper gloriã attendens, & in eo semp cõfidens, & nuncꝗ
in se, sua ue iusticia: maius gaudium est in cœlo super uno tali peccatore sic resipis-
cente, ꝗ super nonaginta nouẽ iustis, qui suæ iusticiæ fidunt, neque putant se pœ-
nitentia egere. De talibus eẽ iustis, hæc parabola, pponitur. Nõ tamen dico quin
talibus iustis deus sit futurus propitius (non est eẽ nostrum, iudicia dei facere) sed
quod super illis qui nihil in se unꝗ confidunt, quamuis etiam tum primum resipis-
cant, magis gaudent angeli, testimonio hic saluatoris, quàm super istis: uident eẽ
illos ꝗ istos futuros sibi similiores, & ad maiorem gloriam, superueniente illa dei
benignitate, euehendos. Arbitroꝗ angelos, quantumcunꝗ sint gloria & maiesta
te sublimes, nihil sibi, sed omnia deo tribuere. Nil mirum ergo si super talibus gau-
dent angeli, qui in hoc ipso sunt sibi similiores. Et hanc ferme parabolã habet Mat
thæus capite duodeuigesimo, numero centesimo septuagesimoseptimo. Et se hic
statim mysticæ intelligentiæ prodit mysteriũ. Continenter subdit dominus, reserã
te Luca, aliam parabolam de muliere, & una e decem post perditionem rursum in
„ uenta drachma, dicens. ¶ Aut quæ mulier habens drachmas decem, & si perdide- 135
„ rit drachmã unam: nõne accendit lucernam & euerrit domũ, & quærit diligenter,
„ donec inueniat eam? Et cũ inuenerit, cõuocat amicas & uicinas, dicẽs: Congratula
„ mini mihi, quia inueni drachmã quã pdiderã. Ita dico uobis, gaudiũ erit corã ange-
„ lis dei, super uno peccatore pœnitentiã agente. ¶ Hæc parabola præcedenti nõni-
hil habet affine. Mulier habens decẽ drachmas, æterna sapientia est. Drachma, q̃
est genus numi charactere principis insigniti, insinuat naturas intellectuales, diui
nã imaginẽ in se ferẽtes. Princeps, deus est. Nouẽ drachmæ nõ pditæ, quæ in super
nis habitant cœlestium locis, nouem hierarchiæ. Drachma perdita, genus humanũ
Domus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domus quæ euerritur, id est, scopis mundatur: mundus. Qui autem euerrit & pur
gat, ad reperiendam drachmã perditam: filius dei, ipsaq; æterna sapientia, quæ sua
ipsius purgandi diligentia recuperauit genus nostrũ. Amicæ & uicinæ, quæ ad cõ
mune uocantur gaudiũ: superiores substantiæ, sanctæq; intelligentiæ. Quod adij
cit dominus; Ita dico uobis, gaudiũ erit corã angelis dei super uno peccatore pœ
nitentiam agente: particulariter aperit mysteriũ; particulariter dico, quia per drach
mam illam perditam, sed rursus inuentam, significatur peccator agens pœnitentiã
ac genus humanum, quod per pœnitentiã diuina miseratione reuocatur ad cœlum
Sed non adijcitur, cũq; super nouem iustis, qui nunq; perditi fuerũt, qui per nouẽ dra
chmas nunq; perditas designarentur: quia de ijs iustis hæc parabola intelligitur, q
supereminenti dei iusticia iusti sunt, & perfecte iusti; & idipsum quod iusti sint, to
tũ deo acceptũ referunt, super quibus semper ingens est in cœlo gaudiũ. Haud ab
re igitur, quod calci superioris parabolæ adiectum est, isti adiectum nõ est. Deinde
136 aliam subiungit Lucas, quam dominus locutus est parabolam, dicẽs. ¶ Ait autem:
» Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mi
» hi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et nõ post
» multos dies congregatis oĩbus, adolescentior filius peregre profectus est in regio
» nem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam, uiuendo luxuriose. Et postq;
» oĩa cõsummasset, facta est fames ualida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et abijt
» & adhæsit uni ciuiũ regionis illius. Et misit illũ in uillam suam ut pasceret porcos.
» Et cupiebat implere uentrem suũ de siliquis, quas porci manducabant: & nemo il
» li dabat. In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abun
» dant panibus, ego aũt hic fame pereo? Surgam & ibo ad patrẽ meũ, & dicam ei: Pa
» ter, peccaui in cœlum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me si
» cut unũ de mercenarijs tuis. Et surgens uenit ad patrem suũ. Cũ autem adhuc lon
» ge esset, uidit illũ pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super
» collũ eius, & osculatus est eũ. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœlũ, & coram te:
» iam nõ sum dignus uocari filius tuus. Dixit aũt pater ad seruos suos: Cito ꝓferte
» stolam primam, & induite illũ, & date annulũ in manum eius, & calceamenta in pe
» des eius. Et adducite uitulũ saginatum, & occidite, & manducemus & epulemur.
» quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Et cœperũt e
» pulari. Erat aũt filius eius senior in agro. Et cum ueniret & appropinquaret domui
» audiuit symphoniam & chorũ. Et uocauit unũ de seruis, & interrogauit quid hæc
» essent. Isq; dixit illi: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulũ saginatũ, quia sal
» uũ illum recepit. Indignatus est autẽ, & nolebat introire. Pater illius egressus, cœ
» pit rogare illũ. At ille respõdens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi, et nunq;
» mandatũ tuum præteriui, & nunq; dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epula
» rer. Sed postquàm filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cũ meretricibus,
» uenit, occidisti illi uitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili tu semper mecum es, &
» omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat quia frater tuus hic mor
» tuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. ¶ Homo qui duos filios habuit, deũ
omnium patrem figurat. Duo filij, duos populos. Senior, populum Hebræorum:
& iunior, gentilem. Pater substantiam illis diuisit: quando partes orbis discreuit, et
bona naturæ & fortunæ, interna & externa utrisque concessit. Adolescentior pe
regre profectus est in regionem longinquam: quia in uiam peccati, quæ maxime
separat, elongatq; à deo, qui pater est cuiq; οὐσίας, id est substantiæ distributor. A
dolescentior dissipauit & ꝓdegit omnem substantiã suam: quia omnia dona dei, o
mni luxu male uiuẽdo corrupit. Fames maxima facta, inopia doctrinæ uitæ. Cũ er
go adolescentior oĩa consumpsisset, & in sentinã malorũ deuenisset; tanta facta est
inopia

nopia uitalis salutarisq; doctrinæ, ut ipse adhæserit cultui dæmoniorum, & pauerit
etiam immundum populum, & cupierit mentem satiare doctrinis immundorũ spi
rituum, quæ sunt siliquæ quas porci manducabant. Neque erat qui etiam illis eũ sa
tiaret. Reuerti ĩ se, est se cognoscere, ad deũ respicere, et resipiscere. Domus patris
est locus populi dei, olim synagoga Israël, nũc ecclesia CHRISTI. Panes, sunt bo
næ doctrinæ. Mercenarij, sunt qui sub gratia dei merent. Quod ait, dicã: Pater, pec
caui in cœlum, & coram te, iam non sum dignus uocari filius tuus: est iam resipiscen
tis confessio, confessionis ue propositũ, & cordis ante deum humiliatio. Quod adij
cit se dicturum: Fac me sicut unum ex mercenarijs tuis: est propositũ gratiæ dei pe
tendæ. Quod cũ adhuc longe esset, uidit illum pater: est deum, peccatorẽ protinus
ut cõuertitur, & emendationẽ pollicetur, respicere. Quod ruit in collum eius: præ
uenientem diuinæ miserationis inclinationẽ designat. Quod osculatur, pacis & ue
niæ largitionem. Quod post, filius propositum confessionis exequitur: signum est,
deũ illi prius remisisse ex solo proposito, sicut scriptũ est: Dixi cõfitebor aduersum Psal. 31.
me iniusticiam meã domino, & tu remisisti impietatẽ peccati mei. O semper admi
randa, semper suspiciẽda, semper laudanda, rorãtibus præ pietate oculis, ineffabilis
ad creaturas tãtæ benignitatis diuina bonitas. Serui quos uocat pater, sunt angeli.
sunt apostoli & discipuli, per quos purificauit gentes. Stola prima, est innocẽtia spi
ritualis, quæ datur ĩ baptismo, quæ est prima & præcipua, nõ stola quæ datur ex cir
cuncisione. Anulus in manu, uocatio ad honorem filiorum dei. Calceamẽta in pedi
bus, ad currendam uiam euangelicam, imitandumq; filiũ dei gratia. Vitulus sagina
tus, filius dei pro nobis immolatus. Vbi autem manducant & lætantur iunior filius
& amici, est mensa domini. Mortuus erat adolescentior, per peccatũ, per legis diui
næ ignorantiam, per gratiæ uiuificãtis carentiam. Et reuixit, per collatã in CHRI
STO deo gratiã. Perierat, deficiendo ad dæmonia. Et inuentus est, ab ineffabili dei
patris per filiũ missum clemẽtia. Filius senior erat in agro: quia nõdum in ecclesia.
Domus, catholica ecclesia est. Appropinquans domui audiuit symphoniam et cho
rum, quæ sunt laudes & exultationes in ecclesia fideliũ. Indignatus est populus Iu
daicus, quod populus gentilis uocatus sit ad ecclesiã. Et noluit introire, in principio
uocationis gentium, neq; adhuc intrat. Pater ad ipsum egreditur & rogat: quia in
dies uocat eum ad salutem, & ad communem in sacro conuiuio leticiam. Quod di
cit senior filius patri, quod nunquam præterijt præceptũ eius: gloriatio est in iusti
cijs legis, quod est Iudaicũ. Cõqueritur quod per tot annos illi seruierit in illis iusti
cijs, & nunquã dederit illi hœdum (hœdus enim insignis, idẽ est ac uitulus sagina
tus, & idem est CHRISTVS) quia nõ est datus filio seniori, ut epularetur cum ami
cis suis, qui erant ueteris legis: tum quia iusticijs hominũ non debebatur, sed dei mi
sericordia datus est: tum quia CHRISTVS nõ erat immolãdus ueteri legi, sed legi
perfectæ libertatis, quæ est lex noua & gratiæ. Improperat quod immolauerit uitu
lum saginatum, cũ adolescẽtior filius ad paternã domum redijt: sed perperam, quia
id fuit tempore nouæ uisitationis & parcẽtis gratiæ, non ueteris rigoris & seueræ
iusticiæ, in quo & CHRISTVS erat immolãdus. Filius iunior substantiã patris dis
sipauerat cum meretricibus, & hæ sunt culturæ dæmoniorum. At quod illi immola
tus est CHRISTVS, nõ est deo improperandũ, sed misericordia eius & incompre
hensibilis benignitas, superadmirãda, laudanda, glorificanda. Filius senior est sem
per cum patre: quia usq; ad aduentum domini, & uocationem filij iunioris fuit sem
per populus dei, & eius erat regnũ dei, & adhuc esset si uoluisset epulari, & gaude
re in uocatione gentium ad CHRISTVM. Cum pater dicit: Tu semper mecũ es, &
omnia mea tua sunt: hæ sunt paternæ cõsolationes, promissiones, & uocationes po
puli Hebraici ad cultum, & spirituale gaudiũ nouæ legis: tãta est dei in omnes etiã
V in sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ſibi futuros tãto tẽpore inimicos, benignitas. Quam ſic cognoſcere poſſimus, & in ea lætari & exultare, ut in ſublimi cœlorum regia, in ſymphonia angelorũ, & choro ſanctorum omnium, perenniter laudemus patrem miſerationum omnium, & filium eius redemptorem omnium ſaluandorum, & ſpiritum ſanctũ omnium largitorem chariſmatum: qui tres unum ſunt, unus deus, una maieſtas. Cui omnis honor, omnis gloria, omnis poteſtas, in omnia ſeculorum ſecula. Amen.

CAPVT SEXTVM DECIMVM.

137 Dicebat autẽ & ad diſcipulos ſuos: Homo quidã erat diues, qui habebat uillicũ, & hic diffamatus eſt apud illũ, quaſi diſſipaſſet bona illius. Et uocauit illũ, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationẽ uillicationis tuæ, iã enim non poteris uillicare. Ait aũt uillicus intra ſe: Quid faciã, quia 5 dominus meus aufert a me uillicationẽ? Fodere nõ ualeo, mendicare erubeſco. Scio quid faciã, ut cũ amotus fuero a uillicatione, recipiant me in domos ſuas. Cõuocatis itaq; ſingulis debitoribus domini ſui dicebat primo: Quantũ debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionẽ tuam, & ſede, cito ſcribe quinquaginta. 10 Deinde alio dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait: Centũ coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & ſcribe octogĩta. Et laudauit dominus uillicũ iniquitatis, quia prudẽter feciſſet: quia filij huius ſeculi prudentiores filijs lucis in generatiõe ſua ſunt. Et ego uobis dico: Facite uobis amicos de mãmona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. 15

138 ¶ Qui fidelis eſt in minimo, & in maiori fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo mammona fideles nõ fuiſtis, quod uerum eſt quis credet uobis? Et ſi in alieno fideles nõ fuiſtis,

139 quod ueſtrum eſt quis dabit uobis? ¶ Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & 20

140 alterum cõtemnet. Non poteſtis deo ſeruire & mammonæ. ¶ Audiebant autem omnia hæc phariſæi, qui erant auari, & deridebant illũ. Et ait illis: Vos eſtis qui iuſtificatis uos coram hominibus, deus autẽ nouit corda ueſtra. Quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante deum. Lex & prophetæ, uſq; ad Ioannem: ex eo regnũ dei euangelizatur, & omnis in il- 25 lud uim facit. Facilius eſt autem cœlum & terram præterire, quam de lege unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem ſuam, & alteram ducit,

141 mœchatur: & qui dimiſſam a uiro ducit, mœchatur. ¶ Homo quidã erat diues, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplẽdide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius ul- 30 ceribus plenus, cupiẽs ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant, & lingebant ulcera eius. Factum eſt autẽ, ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in ſinũ Abrahæ. Mortuus eſt autem diues, & ſepultus eſt in inferno. Eleuãs autem oculos

ſuos cum

35 ſuos cum eſſet in tormentis, uidit Abraham a lõge, & Lazarũ in ſinu eius: & ipſe clamans dixit: Pater Abrahã miſerere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti ſui in aquam, ut refrigeret linguã meam: quia crucior in hac flãma. Et dixit illi Abrahã: Fili, recordare quia recepiſti bona in uita tua, & Lazarus ſimiliter mala: nunc autem hic conſolatur, tu uero

40 cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatũ eſt, ut hi qui uolunt hinc trãſire ad uos nõ poſſint, neq; inde huc tranſmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eũ in domũ patris mei. Habeo enim quinq; fratres, ut teſtetur illis, ne & ipſi ueniãt in hũc locũ tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moyſen & prophetas, audiãt illos: At ille di-

45 xit: Nõ, pater Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moyſen & prophetas non audiunt, neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit, credent.

ANNOTATIONES BREVES XLIII. CIRCA LITE. CAP. XVI.

2 uillicum
οἰκονόμον
œconomum
diſpenſatorem
& infra.
2 diffamatus eſt
διεβλήθη
delatus eſt
3 quaſi diſſipaſſet
ὡς διασκορπίζων
ueluti diſſipans
3 bona
τὰ ὑπάρχοντα
facultates
4 uillicationis
τῆς οἰκονομίας
œconomiæ,
diſpenſationis
& infra.
4 iam enim non poteris
οὐ γὰρ δύνῃ ἔτι
nõ em̃ poteris poſthac
nõ em̃ poteris ultra
5 uillicare
οἰκονομεῖν
> Scio
ἔγνων
noui
8 Conuocatis itaq;
καὶ προσκαλεσάμενος
Et accerſitis
9 cados
βάτους
batos
10 cautionem
τὸ γράμμα
literam
10 ſede,
καθίσας
cum ſederis
11 alio
alij
11 tritici. * ⊂ Et
literas
12 literas
τὸ γράμμα
ſingulare.
15 iniquitatis:
τῆς ἀδικίας
iniuſtitiæ
& infra.
16 maiori
πολλῷ
multo
& infra.
16 modico
ἐλαχίστῳ
minimo
17 iniquus
ἄδικος
& infra:
20 adhærebit,
ἀνθέξεται
amplectetur
22 hæc * ἡ &
22 deridebant
ἐξεμυκτήριζον
ſubſannabant,
24 quod * ᾧ in
25 ex eo,
ἀπὸ τότε
ex tunc
ab eo tempore:
28 mœchaſ, & * πᾶς omnis
30 Et erat quidam
ἄνθρωπος δέ τις ἦν
Homo autẽ quidã erat
30 iacebat
ἐβέβλητο
porrectus erat
30 ianuam
τὸν πυλῶνα
ueſtibulum.
31 plenus: * καὶ &
31 diuitis,
– & nemo illi dabat.
34 ſepultus eſt. * ᾠ Et
34 Eleuans – autem
35 uidit
ὁρᾷ
præſens.
35 ſinu
τοῖς κόλποις
plurale.
36 ut
καὶ &
38 dixit – illi

Universidad de Deusto
Biblioteca

38 recepisti *σὺ tu
38 bona *σου tua
39 hic
ὧδε
aduerbium loci.

40 Et in his omnibus
καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις
Et super hæc omnia
40 chaos
χάσμα

43 hiatus
uorago
tormentorum. – Et
τῆς βασάνου
singulare.

COMMENTARIVS IN CAPVT SEXTVMDECIMVM.

137 MOx subdit Lucas parabolã œconomi, id est dispensatoris cuiusdã diuitis, dicens. ¶ Dicebat autẽ & ad discipulos suos: Homo quidã erat diues, q̃ habebat uillicũ, & hic diffamatus est apud illũ, quasi dissipasset bona illius. Et uocauit illũ, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tuæ, iã enim nõ poteris uillicare. Ait autẽ uillicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me uillicationem? Fodere non ualeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à uillicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq̃ singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantũ debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq̃ illi: Accipe cautionem tuã, & sede, citò scribe quinquaginta. Deinde alij dixit: Tu uero quantũ debes? Qui ait: Centũ coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicũ iniquitatis, quia prudenter fecisset; quia filij huius seculi prudẽtiores filijs lucis in generatiõe sua sunt. Et ego uobis dico, facite uobis amicos de mammona iniquitatis: ut cum defeceritis, recipiãt uos in æterna tabernacula. ¶ Hac nos parabola instruit dominus, ut si deus fecerit nos rerum suarũ dispensatores, datis nobis opibus & diuitijs, habeamus eã prudentiam in uita spirituali ad uitã obtinendam sempiternam, quã habent dispensatores terrenorum dominorum in uita temporali ad uitam obtinẽdam tẽporalem: quod de œconomo domini temporalis ostendit, quem dominus ipsius accusatũ, quod bona sua dissiparet accersiuit: ut significaret illi reddendam esse rationẽ dispẽsationis, procurationisq̃ ei commissæ, quodq̃ ultra non esset res suas dispensaturus. Quæ cũ ipsi uictũ sola suppeditare posset, cogitauit tũc quidnam facturus esset, ut amotus uiuere posset: nam fodere non ualebat, laboriosam'ue artẽ exercere: mẽdicare uero erubescebat. Confugit itaq̃ ad mundanã prudentiam, quæ est quomodocunq̃ uiuẽdi astus. Accersiuit enim singulos quosq̃ domini sui debitores, antequã œconomiæ suæ redderet rationem. Et eũm qui primus uenerat, interrogauit, quantũ deberet domino suo. Qui respondit: Centum batos olei, ut uerbi causa centum dolia. Cui literã suã centum batorũ obligatoriam restituit, & nouam sibi scribi iussit obligationis quinquaginta solum batorũ. Itaq̃ ut illum faceret sibi amicum, quinquaginta batos ab obligatione detraxit, quos illi dimisit. Eũ qui secundus uenerat, similiter interrogauit, quantum deberet domino suo. Qui respõdit: Centum coros tritici, ut uerbi causa centum modios tritici. Cui obligationis centum cororũ reddita litera, iussit nouã scribi, quæ solum obligationem cõtineret octoginta cororũ. Itaq̃ dimisit illi uiginti coros, ut eum sibi faceret amicũ. Et ita fecit alijs. Postea uero quàm ob œconomiæ domini sui officio amotus fuit, apud illos uiuebat, nũc ab hoc, nunc ab illo amice receptus. Quod ubi dominus eius intellexit, laudauit œconomi sui astũ, prudentiãq̃: prudentiam dico mundanã, etsi id fecerit in fraudẽ sui. Quid enim est œconomus iniquitatis, nisi œconomus iniquus? Quid ẽ, filij huius seculi prudẽtiores filijs lucis in generatiõe sua sunt; nisi astutiores sunt ut prouideãt sibi in mũdana, temporaliq̃ uita, quàm filij lucis, qui sunt filij dei, ut sibi prouideãt cœlesti, æternaq̃ uita? Ergo si adsunt nobis diuitiæ (hoc enim mãmona significat) intelligamus nos esse dispensatores & œconomos summi domini: & ea simus prudẽtia, ut ex ipsis faciamus nobis amicos

bis amicos, qui recipiãt nos, nõ in domibus suis terrenis ac temporalibus, sed in cœlestibus, æternisq̃ habitaculis, distribuẽdo scilicet pauperibus, indigentibusq̃, & illis in pia, sanctaq̃ opera utẽdo. Sed quãdo recipient nos? Cũ amouebimur ab œconomia. Quãdo id erit? In fine huius præsentis uitæ. Quod insinuat dominus cũ ait: Vt cum defeceritis, id est cum ad finem huius uitæ ueneritis, recipiãt uos in æterna tabernacula. Sed cur mammona, id est diuitiæ uocãtur iniquæ? Quia fere per ipsas & propter ipsas omnes in hoc mũdo iniusticiæ fiũt. Nõ quod de se sint iniustæ, sed quod peruersus usus earũ faciat eas dici iniustas. Ergo si illis bene utãtur filij lucis, iustæ sunt, etsi eædem aliorũ usu aut sint, aut fuerint iniustæ. Et quia sine cõparatione plures in hoc mũdo iniustæ illis (quæcunq̃ sint) utũtur, quàm iuste: ideo potius dicuntur iniustæ quàm iustæ, iniquæ q̃ æquæ. Quas hominibus dari ad probationem fidelitatis erga magnum totius uniuersi dominũ, insinuat dominus, cum subdẽte Luca, ait. ¶ Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. Et qui in modico 138
iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles nõ fuistis, quod uerum est quis credet uobis? Et si in alieno fideles nõ fuistis, quod uestrũ est quis dabit uobis? ¶ Quem putas esse regiũ quæstorem, qui prius probatus nõ fuerit in minoribus œconomijs, in quibus inuento fideli, gradatim maiores commissæ sunt, & tandẽ quæstura ipsa quæ maxima est? Quod si quis in infima œconomia repertus sit infidelis, nunquam maior illi cõmittitur, quãto minus maxima? Sic omnium rex & dominus, quibusdam diuitiarũm œconomiam cõmittit, quæ est omnium infima: in qua si quis reperiat infidelis, dignus est ut ab omnibus alijs maioribus & ueris excludatur œconomijs. Et qui probatus est ut dispensaret aliena, & nõ dispensauit, aut male dispensauit; quis eum dominum faciet ut dispẽset, aut dispẽsare possit ꝓpria? Certè quos deus reperit indignos trãsitorijs bonis, neq̃ dignos existimabit æternis. Et qui sibi fidem nõ seruat in paruis, super magna illum nõ committet: sed bonis priuabit maximis, quæ uera sunt, quæ sempiterna, quæ immensa. Studeamus ergo in hoc mũdo fidelitati, alioqui futurorũ bonorum, quæ sola uera, magna, & permanẽtia sunt, nulla portio nobis futura est. Deinde subdit Lucas parabolam
domini, quod nemo potest duobus dominis seruire, dicẽte ipsomet domino. ¶ Ne- 139
mo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim unũ odiet, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire, & mammonæ.
¶ Hanc parabolam habet Matthæus cap. 6. numero. 58. Et has parabolas proposuit dominus aduersus auaros, è quorũ numero aliqui præsentes erãt, quos curare uolebat; hæc enim est bona dei uolũtas. Sed sic insaniũt homines, ut etiam deo per se curare uolẽte, ipsi sanari nolint. Quod indicat Lucas per subsequentẽ sermonẽ,
dicens. ¶ Audiebant autem omnia hæc pharisæi qui erãt auari, & deridebãt illum. 140
Et ait illis: Vos estis qui iustificatis uos corã hominibus, deus autẽ nouit corda uestra. Quia quod hominibus altũ est, abominatio est ante deũ. Lex & ꝓphetæ, usq̃ ad Ioannem: ex eo regnũ dei euangelizatur, & omnis in illud uim facit. Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm de lege unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem suam, & alterã ducit, mœchatur: & qui dimissam à uiro, ducit, mœchatur. ¶ Malunt infelices huius seculi hoies seruire mãmonæ, id est diuitijs, quàm domino cœli & terræ: imo ipsum odio habent & cõtemnunt. Et quomodo nõ contemnerent, quãdo derident ipsum propter diuitias? Et tamẽ iusti uideri uolũt apud homines, quasi uoluntatẽ dei faciẽtes, & tales haberi. At deus corda intuetur, quibus cognoscũtur dei contemptores & irrisores: & superbia eorum abominatio est ante deũ. Quod subditur, quod lex & prophetæ usq̃ ad Ioannem, de lege ueteri & prophetis ueteris legis est dictũ. Ioannes enim ueterem legẽ, & omnes ueteris legis clausit prophetas. ἀπὸ τότε, ex tunc, ab eo tempore regnum dei euãgelizatur. Si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidē à CHRISTO incœpit gratia & ueritas, & euangelica uiuendi norma: quam tunc apprehendebāt ij, qui quodā impetu mentis rapiebantur ad CHRISTVM audiendum, quorū & spiritus CHRISTI carnē mortificabat. Sicut enim ad Ioannē uenientes, uiolentiā asperitate & abstinētia exteriore carni faciebāt: sic omnis qui uenit ad CHRISTVM, uiolentiam interiorē carni affert, id est mortificationē affectuum carnalium. Et de hoc quoq; Matthæus tractat cap. undecimo, numero. 108. Et quod adijcit: Facilius est autem cœlum & terrā præterire, quàm de lege unum apicē cadere. id Matthæus habet cap. quinto, numero. 36. Et per κεραίαν, id est apicē hic, & apud Matthæum etiam per iota, quod minimū est in elementis Hebræorū, aliquid paruum ac minutū intelligere debemus non casurum à lege, quo ad intelligentiam, quæ est spiritus, nō quo ad literam, quā in multis à tempore CHRISTI, & ante, stilus scribarū mendax uitiauit ac uitiauerat. At uerba Lucæ & Matthæi repetamus, ut huius rei dilucidior appareat intelligētia. Lucas sic habet; Facilius est autē cœlum & terrā transire, quàm de lege unum apicem cadere. & Matthæus capite quinto hoc pacto: Amen quippe dico uobis, donec transeat cœlū & terra, iota unū, aut apex unus nō præteribit à lege, donec omnia fiāt. Quæ domini uerba prætendere uidentur, quod quicquid de ipso in lege scriptū est, etiam si humile sit: quāto minus si sublime (humile autē est, quod de humanitate eius, etsi sublimius sit hominibus, scriptum est: sublime autem omnino, quod de diuinitate eius) elabi nō potest, quin ita eueniat usq; ad consummationem seculi, cum omnes iudicaturus adue
Esa. 26. niet: & id Esaiæ implebitur: Viuent mortui tui, interfecti mei resurgēt. Sed nūquid per apices, intelliguntur prosodiæ quædam Hebræorū, quas nōnulli spiritus & uocales eorum appellāt? Id sane haud crediderim: sed potius per apicem, summitatē, & fastigium literarum intellexerim. Quandoquidem Moses & prophetæ sine illis pūctis & lineolis legē tradiderūt: ut & ipsi Hebræi nūc etiā ingenue fatētur. Quare nequaquam de lege ipsa sunt, sed adiectitia quædā: ut litera ipsa ad eā, quam ipsi rabini eorum uoluerūt, coartaretur intelligentiā. Quod duo Iudæi Nephthalim & Ben asser (ut libri eorum cōtinent, nec ipsi diffitentur) facere aggressi sunt. Cæterū huiusmodi Hebræorum adiectitia, apices nō sunt, sed ut plurimum ima literarū occupant: & licet aliquod summū obtineat locum, nihil tamen ad literam, aut legē attinet. Quare si nonnulla, etiā nō pauca, in lege ueteri olim malitia corrupit Iudaica, ut manifestāt correctiones magistrorū, aut uerius corruptiones, quas appellāt TIQVIN SOPHRIM, id est aptationē scribarū, nihil cōtra domini dictum penitus facit, imo corroborat illud. Quandoquidem & ipsos scribas id aliquando facturos,
Hiere. 8. spiritus dei p Hieremiā capite octauo prædixerat, dicēs: Quomodo dicitis, sapientes sumus, & lex domini nobiscū est? Vere mendacium operatus est stilus mendax scribarū, confusi sunt sapientes, perterriti & capti sunt: uerbum enim domini proiecerunt. Verum, etiam si multa in lege eorū secūdum literam deprauata, corruptaq; sunt: nihil tamē de spiritu ac ueritate literæ usq; ad cōsummationē seculi cadet, præteribit, deficiet ue. Etsi enim litera corrūpitur, spūs tamē est incorruptibilis, & æternus: & ueritas per dominum enūciata, cœlo & terra solidior permanebit in æternū. Et quod subdit dominus de uxore non dimittēda, & de dimissa ab altero nō ducenda, similiter & de uiro: id habet Matthæus cap. undeuigesimo, nūero. 185. His itaq; positis parabolam, aut uerius rem gestā, qua & auaritia, & ambitio, & uoluptas, & (ut uno uerbo dicā) omnis mundi luxus, ipsaq; caro taxatur, pharisæis, auaris, ambitiosis, uoluptarijs, mūdanis, carnalibus, immortificatisq; proponit dominus, dicens.
141 „ ◤Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byssо, & epulabatur quoti-
„ die splendide. Et erat quidā mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius
„ ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis: & nemo
illi dabat.

„ illi dabat. Sed & canes ueniebant, & lingebant ulcera eius. Factū est autem ut mo-
„ reretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autē &
„ diues, & sepultus est. Et in inferno eleuans oculos suos, cum esset in tormentis, ui-
„ dit Abraham à lōge, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abrahā,
„ miserere mei: & mitte Lazarum ut intingat extremū digiti sui in aquam, ut refrige
„ ret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili recordā-
„ re quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic conso-
„ latur, tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnū firmatum
„ est, ut ij qui uolunt hinc transire ad uos non possint, neq; inde huc trāsmeare. Et ait:
„ Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domū patris mei: habeo enim quinq; fratres,
„ ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locū tormentorū. Et ait illi Abraham: Ha-
„ bent Moysen & pphetas, audiāt illos. At ille dixit: Nō pater Abrahā: sed si quis ex
„ mortuis ierit ad eos, pœnitentiā agent. Ait aūt illi: Si Moysen & pphetas nō audi-
„ unt, neq; si quis ex mortuis resurrexerit, credent. ◥Cum dicitur, Erat diues: nota tur auaritia: nam si adsunt diuitiæ, & cor non apponitur, nisi ad sancte utendum: is nō diues, sed aut pauper spiritu, aut liberalis, aut quod est talibus maxime propriū, misericors dicitur. Cū, Qui induebatur purpura & byssо: notatur fastus & ambitio Cū uero, Et epulabatur quotidie splendide: luxus & intemperantia. At Lazaro uita prorsus dispar ac dissimilis erat. Non diues erat, sed pauper: nam mendicus. Nō uestitus purpura & byssо: nam iacens ad ianuam diuitis, plenus ulceribus. Non in luxu & intēperantia uiuens: quia cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa eius, & nemo illi porrigebat. Et nemo, inquit, illi dabat: ubi taxatur illiberalitas, non solū diuitis, sed & eius famulitij: quorū omniū nulla fuit misericordia, aut certe minor q̄ canum: quia ueniebant canes, & lingebant ulcera eius, in quo adhuc mendici nuditas intelligitur. Et nomen pauperis (ut dictū est) Lazarus: quod sic interpretemur, adiutus à deo dicitur, ut intelligamus pauperū adiutoriū à dño esse: & si tales mundus iudicet destitutos, & sine ullo adiutorio. Et his circūstantijs sumptis de nomine pauperis, de ulceribus, de recubitu ad ianuam diuitis, de canibus lingētibus, de diuitis purpura & byssо, de splendido uictu, de morte priore pauperis, & subsequente diuitis, qui præsentes erāt, intelligere poterāt, de quibus dñs loquēs texeret historiam. Vterq; mortuus est, sed ut dispar fuit uita, ita & post obitum dispar euentus. Nam anima pauperis per angelos bonos deducta est in sinū Abrahæ Diues aūt sepultus est, & anima eius per angelos malos (qd' ex opposito intelligitur) deducta in infernū. Hic pauper, qui olim diues: illic diues Lazarus, q olim pauper. Hic, iste ægrotat, & tormētis cruciat: at illic Lazarus sospes exultat. Ille in mūdo opem petebat ab isto, & ei negata est: iste nunc petit ab illo, & ei quoq; negat. Ille cū angelis perpetuo est lætaturus: iste cū dæmonibus forte etiā perpetuo cruciandus. Ecce finis auaritiæ, fastus, & intēperantiæ huius, & paupertatis, humilitatis & patientiæ illius. Et colpū, id est sinū Abrahæ, pcul esse à uoragine inferni, ubi diues receptus est, indicat sermo Abrahæ. Inter nos, inquit, & uos chaos magnū, id ē hiatus magnus, firmatū est, hoc est collatū, ut ij qui uellent hinc transire ad uos non possint, neq; inde huc trāsmeare. Certū est enim, ex sinu Abrahæ nullū ad infernū supplicíorum locū, uelle transire: quod si uellent, etiam non possent. At in illa statione, nunc neq; Abraham, neq; Lazarum esse: sed cū CHRISTO ascendisse, & nūc cū angelis in regiōe cœli lætari, nulli dubiū esse debet. Quod adijcit de quinq; fratribus, qui adhuc erant in domo patris diuitis: indicīū etiam quoddam est, q̄ cognosci posset de quonam diuite dominus loqueretur. Et quod manibus, id est, animis defunctorū nōnihil etiā apud inferos inesse possit erga suos boni affectus, indicant hæc uerba diuitis: Ne ueniant in hunc locū cū tormētorum. Sed esto id optaret,

ne augeretur eius cruciatus, quod tamen adijcit: Agent pœnitentiam, bonũ illis erat, & solũ quidem illis bonũ. Quod si animæ miserorũ possunt alijs bonum optare quanto magis animæ beatorũ, semper bonũ & solum bonum optant? At, ut hic nõ nihil de diuite illo epulone repetamus, si omnino inficiaberis animas damnatorũ posse bonum optare alijs: id ex hoc loco concedas oportet, apud inferos expiationum esse locũ, quem nõ pauci purgatorium appellant, in quo ipse diues esset, quippe cum bonum optare uideatur. Ex eo enim populo erat, qui sacrificijs purificationibus satis faciebant peccato: siue, ut plericq; dicunt, reatui atq; culpæ, & si non pœnæ. Quod autẽ ex eo esset populo, innuit Abraham, cum ait: Fili, recordare. Ecce quomodo de filijs erat Abrahæ, & populo Hebraico, & subit: Quod recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autẽ hic consolatur, tu uero cruciaris. Ecce quomodo pœna nõ erat illi dimissa. Quod si culpæ satisfecerat, cum diues & splendidus esset, sed nõ pœnæ (sacrificia eñ pœnam nõ adimebant, sed reatum, culpam ue purgabant, & satisfaciebant peccato, apud deum autem nullum malum manet inultum) restabat profecto ei sola satisfactio pœnæ, quam in flamma exoluebat. Non quod negem quibus uult deus, simpliciter ipsum & culpam, & pœnam cõdonare, acceptatis pro satisfactione pœnæ eorũ, CHRISTI saluatoris pœnis, sicut scriptũ est: Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: sed id maxime post aduentũ eius, & perfectissimã fidẽ ac fiduciam, & flãmantẽ charitatẽ in eũ habẽtibus: nam misericordiæ dei in CHRISTO multæ sunt & incõprehensæ, sine cuius pœnis, nullus unq; suis ad æternã salutem potuisset deo satisfacere. Sed dices id: Et sepultus est in inferno, indicat perpetuo damnatum. Verum lectio Græca non sic habet: quia id, in inferno, non ad præcedens sepultus est, refertur, sed ad sequẽs, eleuãs. Quod ex coniũctione Græce adiecta inter sepultus est, & in inferno, prõptissime dinoscitur. Sic eñ legitur: Καὶ ἐτάφη. καὶ ἐν τῷ ἅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν ἀβραὰμ ἀπὸ μακρόθεν. id est, & sepultus est. Et cũ in inferno eleuasset oculos suos, & esset in tormentis, uidet Abraham à longe. Etenim cũ põpa corpus humi sepultum est (quod ex his uerbis saluatoris conijcere licet: Qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide) perinde ut cæterorũ diuitum ac splẽdidorum corpora sepeliri solent. Et quis dicat hoc esse sepeliri in inferno? Adde quod cũ Abraham respondet ei: Fili, recordare qd recepisti bona ĩ uita tua, & Lazarus similiter mala: nũc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. Dicendo, fili, uerbo consolationis eum allo quitur, reddendo insuper causam præsentis supplicij tanq; eum ad tolerantiam adhortaretur. Neque ex uerbis Abrahæ intelligi potest, nisi tu uero nũc cruciaris, ex quo nõ licet inferri ꝓpetuo. Sed & illud diuitis, Miserere mei: quod est misericordiam petentis, nõ uidetur esse perpetuo damnatorũ. Porro cũ petit quempiam mitti ad fratres ut pœnitentiã agant, ne & ipsi in illum locũ tormentorũ descendant: innuere uidetur, eos ipsi pœnæ in mundo satisfacere potuisse (pœnitentiam, inquit, agent) ne & ipsi in illo loco punirentur. Culpæ eñ, cum Iudæi essent, citra pœnitentiã satisfacere poterant: & cum diuites & potentes essent, nõ est uero absimile, ipsos sacrificia & purificationes facere solitos fuisse: nõ tamen pœnæ (cũ non pœniterent) satisfacere. Optare autẽ bonum ijs qui in mũdo sunt, ut satisfacere deo pro peccati reatu, atq; pœna, id sane nõ uidetur esse perpetuo damnatorũ. Quod si ita est, id manifeste infernum purgandorum insinuat. Quod & arbitror hic dominum hac (ita re gesta) narratiõe indicare uoluisse. At dices, perpetuo damnatorum esse locum insinuat Abraham, cũ ait: Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnũ firmatum est, ut ij qui uolunt hinc transire ad uos non possint, neq; inde huc transmeare; nam si illinc non possint in sinũ Abrahæ trãsmeare; ergo in perpetuis sunt pœnis,

PARADOXUM.

Esa. 53.

pœnis, eritq; perpetuo damnatorũ infernus. Ex uerbis Abrahæ nõ uidetur simpliciter haberi, nõ posse inde transmeare, sed non posse cũ uelint. Quid si nõ cum uelint, sed peractis pœnis transmeant? etsi nũc satisfactiõe peccati & pœnæ facta, nõ ad sinum Abrahæ, sed ad cœlũ conuolare credantur: sed hæc ut deo placitũ est & cognitum, fiunt. Verum dicere diuitem illum nõ esse perpetuo damnatũ, ad quod credendũ maxime adduxit hoc euangelij: Et sepultus est in inferno, non probe repræsentatum, paradoxũ uideatur. Ideo aut id iudicio dei occulto relinquamus, aut sentiat quisq; quod sibi uideatur. Non tanti est ille (qui quamdiu uixit, & etiã post mortẽ miser fuit) sola opinione diues, at re uera pauper, ut eius gratia controuersia suboriri debeat; sed dei potestas semper est laudanda, admirãda, suspiciẽda, siue iusticia adhuc illum puniat, siue misericordia illi parcat. Cæterũ dices, qui fit ut cui remittitur peccatũ, nõ etiam condoneur pœna? Peccatũ dimitti, & pœnã punitionem q; reseruari, argumento est Dauid, qui (dimisso peccato) pœnas facinoris admissi postea luit. Quod ex. 2. Reg. cap. 12. & quibusdã sequentibus cognoscitur, ubi post admissum peccatũ mortis Vriæ, & raptus Batsabæ, dixit illi p Nathan dñs: Ecce ego suscitabo sup te malũ de domo tua, & tollã uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cũ uxoribus tuis in oculis solis huius. Tu eñ fecisti absconditè, ego aũt faciam uerbũ istud in conspectu omnis Israël, & in cõspectu solis huius. Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui domino. Dixitq; Nathan ad Dauid: Dominus quoq; transtulit peccatũ tuum, nõ morieris. Ecce peccatum translatum: & cum dicit, non morieris, culpam dimissam. At pœnam reseruatã innuit quod sequitur: Veruntamen quia blasphemare fecisti inimicos nomen domini propter uerbũ hoc, filius qui natus est tibi, morte morietur. Et subditur: Percussitq; dominus paruulũ, quẽ peperit uxor Vriæ Dauid. Sed & ex. 15. cap. Suscitauit illi dominus malũ de domo sua. Nam uniuersus Israël sequutus est Absalon tanquàm regem, dimisso ipso Dauid rege, cum ait Dauid seruis suis qui erant in Hierusalem, cap. quintodecimo secundi Regum: Surgite, fugiamus: Neq; enim erit nobis effugium à facie Absalon & subiungitur: Egressus est ergo rex, & uniuersa domus eius pedibus suis. Sed et ingressus est Absolon ad concubinas Dauid in conspectu solis huius, ut scribitur cap. 16. iuxta consiliũ Achitophel quod illi consuluit, dicens: Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum: ut cum audierit omnis Israël quod fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum. Tetenderũt ergo Absalon tabernaculũ in solario, ingressusq; est ad concubinas patris coram uniuerso Israël. Quis ergo non uidet dimisso translato ue peccato, pœnam reseruatã postea sequutam. Ergo aliquibus dimittit deus peccatũ & pœnã: & ij ex morte transeunt ad uitam æternam. Alijs non remittit peccatũ, quare neq; pœnam: & ij transeunt de morte prima ad mortem secundã. Alijs remittit peccatum, id est culpam, reseruata pœna, quod id secundi Regũ designare uidetur, transtulit peccatũ tuũ: & ij cum moriuntur, ad expiatorias transeunt pœnas. At dominus nunq; nõ remisso peccato remittit pœnam. Si ergo concedimus interdũ remitti peccatum, & nõ pœnam, peccatũq; transferri, necessariũ est esse expiationũ locũ. Sed & pone aliquẽ facientẽ pœnitentiam, id est, satisfactionẽ pœnæ, interire satisfactione nondũ impleta: quid aliud restat, nisi eam apud inferos implendã, qui idem sint expiationum loci? Et quid hoc aliud designat: Dominus mortificat & uiuificat, deducit ad inferos & reducit? Qui inferi unde reducit dominus, nisi expiatorij loci? Sed de his satis: quandoquidẽ plura super ea re Matthæi cap. 5. numero. 39. dicta sunt. Id aũt ut eo tandẽ reuertamur unde sumus digressi, nosse par est, dominũ illa narratiõe de diuite & Lazaro, se deum esse declarasse, ut cui omnia præsentia sint q̃ apud angelos, quæ apud hoĩes, & quæ apud inferos fiant, Patri ergo gloriæ, & filio eius æternæ sapien

2. Reg. 12.

2. Reg. 15.

1. Regũ. 2.

Universidad de Deusto Biblioteca

næ ſapientiæ, & ſpiritui ſancto inſuſori gratiæ, ſoli deo omnis honor, poteſtas, & gloria per immenſa ſeculorum ſecula. Amen,

CAPVT SEPTIMVMDECIMVM.

142
T ait ad diſcipulos ſuos: Impoſſibile eſt ut nõ ueniant ſcã dala. Væ autem illi, per quem ueniunt. Vtilius eſt illi, ſi lapis molaris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare, quam ut ſcandalizet unũ de puſillis iſtis. Attendite uobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illũ: & ſi 5
pœnitentiã egerit, dimitte illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me: dimitte illi. Et dixerunt apoſtoli domino: Adauge nobis fidẽ. Dixit aũt dominus: Si habueritis fidem ſicut granũ ſynapis, dicetis huic arbori moro, eradicare, & tranſplã
143 tare in mare, & obediet uobis. ¶ Quis autem ueſtrũ habens ſeruum aran- 10
tem aut paſcentem boues, cui regreſſo de agro dicat illi: Statim tranſi & recumbe: & nõ dicit, Para quod cœnem, & præcinge te & miniſtra mihi donec manducẽ & bibã, & poſt hæc tu manducabis & bibes? Nũquid gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Nõ puto. Sic & uos cũ fece ritis oĩa quæ præcepta ſunt uobis, dicite: Serui inutiles ſumus, qd̃ debui- 15
144 mus facere, fecimus. ¶ Et factũ eſt dũ iret in Hieruſalẽ, tranſibat per medi am Samariã & Galilæã. Et cũ ingrederetur quoddã caſtellũ, occurrerunt ei decẽ uiri leproſi. Qui ſteterũt a lõge, & leuauerunt uocẽ dicentes: IESV præceptor, miſerere noſtri. Quos ut uidit, dixit: Ite, oſtẽdite uos ſacerdotibus. Et factũ eſt dum irent, mundati ſunt. Vnus aũt ex illis ut uidit quia 20
mũdatus eſt, regreſſus eſt cũ magna uoce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens: & hic erat Samaritanus. Reſpondẽs autem IESVS, dixit: Nonne decem mundati ſunt, & nouem ubi ſunt? Nõ eſt inuentus qui rediret, & daret gloriã deo, niſi hic alienigena. Et ait illi:
145 Surge, uade, qa fides tua te ſaluũ fecit. ¶ Interogatus aũt a phariſæis quan 25
do uenit regnũ dei: reſpõdens eis, dixit: Nõ ueniet regnũ dei cũ obſeruatiõe: neqꝫ dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce em̃ regnũ dei intra uos eſt. Et ait ad diſcipulos ſuos: Venient dies qñ deſideretis uidere unũ diẽ filij hominis, & nõ uidebitis. Et dicẽt uobis: Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neqꝫ ſectemini. Nã ſicut fulgur coruſcans de ſub cœlo in ea quæ ſub cœlo ſunt, 30
fulget: ita erit filius hoĩs in die ſua. Primũ aũt oportet illũ multa pati, & reꝓbari a generatione hac. Et ſicut factũ eſt in diebus Noë, ita erit & in die filij hoĩs. Edebant & bibebãt, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias uſqꝫ in diẽ qua intrauit Noë in arcã, & uenit diluuiũ, & perdidit omnes. Si- 35
militer ſicut factũ eſt in diebus Loth: Edebant & bibebant, emebant & uẽdebant, plantabant & ædificabãt: qua die aũt exijt Loth a Sodomis pluit ignẽ & ſulphur de cœlo, & oẽs pdidit. Secũdũ hæc erit qua die filius hoĩs reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & uaſa eius in domo, ne deſcen dat tol-

dat tollere illa, & q in agro, ſimiliter nõ redeat retro. Memores eſtote uxo
40 ris Loth. Quicunqꝫ quæſierit animã ſuam ſaluã facere, perdet illã. Et qui cunqꝫ perdiderit illam, uiuificabit eam. Dico uobis, in illa nocte erũt duo in lecto uno: unus aſſumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in unũ: una aſſumetur, & altera relinquetur. Duo in agro: unus aſſumetur, & alter relinquetur. Reſpõdentes dicũt illi: Vbi dñe? Qui dixit illis: Vbicũ
45 que fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

ANNOTAT. BREVES XLIII. CIRCA LITERAM. CAP. XVII.

1 ad diſcipulos – ſuos.
2 Vtilius eſt
λυσιτελεῖ 11
Expedit
2 lapis molaris
μύλος ὀνικὸς
mola aſinaria 12
5 ſi pœnitentiã egerit, 12
εἰ μετανοήσῃ
ſi reſipuerit
> cõuerſus fuerit – ad te 15
> dimitte
ἀφήσεις
dimittes futurũ. 15
8 Adauge
πρόσθες
Adijce 16
8 habueritis
ἔχετε
præſens. 20
9 dicetis huic – arbori
εἰπεῖτε τῇ
dixiſſetis 20
indefinitum
9 moro,
τῇ συκαμίνῳ 21
ſycamino,
ſycomoro
9 tranſplãtare in mare, 22
φυτεύθητι ἐν τῇ θαλάσσῃ
plantare in mari
10 obediet 22
ὑπακούσει αὐ 23
obediſſet
indefinitum.
11 paſcentẽ – boues,
ποιμαίνοντα
11 cui
ᾧ 25
qui
rectus.
dicat – illi,
ἐρεῖ
futurum.
& infra
dicit * αὐτῷ ei,
quod
τί
quid
debuimus
ὠφείλομεν
imperfectum.
facere,
ποιήσαι
indefinitum.
Hieruſalem
* καὶ αὐτὸς 33
& ipſe
dum irent
ἐν τῷ ὑπάγειν
dum abirent 35
mundatus eſt, 38
ἰάθη
ſanatus eſt
magnificans 39
δοξάζων
glorificans
ante 41
παρὰ
ſecus
gratias agẽs * αὐτῷ ei. 42
Non eſt inuentus qui
rediret & daret
οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέ- 43
φαντες δοῦναι
Nõ ſunt reperti qui re-
dierint ut darent 44
uade; – quia 45
26 uenit
ueniet
27 hic – aut
& infra.
28 diſcipulos – ſuos.
28 deſideretis
ἐπιθυμήσετε
deſiderabitis
futurum.
30 coruſcans de
* τῆς. ſ. χώρας τῆς
ea regione quæ
in ea quæ
εἰς τὴν
in eam quæ
31 ſunt
eſt
33 Edebant – &
ſic & reliqua ſine cõ-
iunctione.
& infra.
Similiter * καὶ &
reuelabitur
ἀποκαλύπτεται
præſens.
retro.
εἰς τὰ ὀπίσω
ad ea quæ retro
uiuificabit
ζωογονήσει
uiuam generabit
in unum.
εἰς τὸ αὐτὸ
ſimul
altera reliquet. – Du
o ĩ agro: unꝫ aſſumet
& alter relinquetur.
relinquetur. * καὶ Et
cõgregabunt – &

Universidad de Deusto
Biblioteca

142 Vbinde loquit dominus de ſcandalis, dicente Luca. ℣ Et ait ad diſci-
» pulos ſuos: Impoſſibile eſt ut nõ ueniant ſcandala: Væ autem illi per
» quem ueniunt. Vtilius eſt illi, ſi lapis molaris imponatur circa collum
» eius, & proijciatur in mare, quàm ut ſcãdalizet unum de puſillis iſtis.
» Attendite uobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illũ. Et ſi pœ-
» nitentiã egerit, dimitte illi. Et ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die con-
» uerſus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi. Et dixerũt apoſtoli dño: Adau-
» ge nobis fidem. Dixit aũt dominus: Si habueritis fidem ſicut granũ ſinapis, dicetis
» huic arbori moro, eradicare, & trãſplantare in mare, & obediet uobis. ℣ Hanc ma-
» teriã de ſcandalis tractat Matthæus cap. duodeuigeſimo, numero. 1>4. & aliquot
» ſequentibus: pariter & de correptione fraterna, capite eodem, numero. 1>8. Et de
» fide, cap. ſeptimodecimo, nũero. 169. Porro ex illo: Et ſi frater tuus μετανοήσῃ, id eſt,
» pœnitentiã egerit, reſipuerit, poſt admiſſum erratũ ſapuerit, dimitte illi, & ſi ſepti-
» es in die peccauerit in te, & ſepties in die cõuerſus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me,
» dimitte illi: habemus idẽ eſſe conuerti & pœnitere, & perinde eſſe, & ſepties in die
» conuerſus fuerit ad te, ac ſepties in die pœnituerit eum: neq; em̃ ſatis eſt dicere pœ
» nitet me, ſed conuerti & pœnitere oportet. Ex quo loco intelligimus, nequaq; ſe-
» mel duntaxat fieri pœnitentiam, deumq; ſemper paratũ conuerſis parcere, & miſe
» reri illorũ: etſi ſperantibus & fidentibus in ipſum nihil prohibeat deũ, tametſi pœ-
» nitentia nõ pateat, parcere & miſereri. Cuius rei latro concruciſixus domino indi-
» cio eſt: nam pœnitentiã nõ declarauit, ſed confeſſionẽ fecit, ac ſuã in ipſum fiduciã
» expreſſit, cum dixit: Digna factis recipimus, &: Domine memento mei, dũ uene-
» ris in regnum tuum: quorũ hoc ad fiduciam pertinet, illud ad confeſſionem. Sed &
» tarde admodũ pœnitere cœpiſſet, etſi propoſitũ reſipiſcentiæ adeſſe potuerit. Qd
» cum adeſt, & ſic quidem adeſt, quod id quod male perpetratũ eſt, etiam ſi morien-
» dum eſſet, nunquàm rurſum perpetraretur, ratione dei offenſi præcipue habita, tan
» tæq; læſæ maieſtatis indignitate perpenſa, hæc uera & perfecta eſt pœnitentia. Et
» hoc modo perfecte pœnitentiũ, & poſt ſemel admiſſum peccatũ, in quocũq; gene-
» re id ſit, ſic reſipiſcentiũ unica pœnitentia eſt. Et ij meliores, id eſt, minus mali ſunt
» illis, quorũ cuiuſq; peccati multiplex eſt pœnitentia. Miſericors tamẽ eſt deus, qui
» non uult mortem peccatorũ, ſed illis ſiue ſemel, ſiue frequenter pœniteant parcere
» ipſorumq; miſereri. Et cum apoſtoli petunt à domino fidẽ ſibi adijci, apponi, auge-
» ri'ue, non ſolũ de credulitate id petunt, ſed de plena in eo & in omnibus quæ dice-
» bat fiducia. Et ſicut fides excludere debet omnem dubietatẽ, ſic & omnẽ diffiden-
» tiam, adeo ut fides à fidendo dicta uideatur, quanq; & fiducia ad ſpem pertinere ui-
» detur. Atq; hæc fides, de qua dominus toties dicit: Fides tua te ſaluum, aut ſaluã fe
» cit, nõ eſt credulitas ſolũ, ſed cũ credulitate pleniſſima fiducia, ſpesq; perfecta: nam
» quid prohibet ut quis credat, & tamen diffidat? Et hæc nõ eſt fides quam apoſtoli
» petunt à domino: petunt em̃ credulitatẽ firmam cum pleniſſima omnium in eo fi-
» ducia. Et hæc eſt fides uera & uiua, & à deo petenda: quippe quæ non à nobis, ſed
» ſolũ deſuper haberi poſſit, habitaq; conſeruari atq; augeri. De hac credendi fiducia
» ait dominus apud Matthæum cap. 9. paralitico: Confide fili, remittuntur tibi pec-
Pſalm. 42. » cata tua. Et propheta pſal. 42. Deus meus in te confido, non erubeſcam. Et. 56. In
» 56 te confidit anima mea. &. 124. Qui confidunt in domino, ſicut mons Sion nõ com-
» 124 mouebit. Et ſubditur: Montes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi ſui,
» quia qui eiuſmodi ſunt, undiq; circumuallant angelica diuinaq; cuſtodia. Porro ubi
» dominus dedit præceptũ de correptione fraterna, remittendisq; offenſis, & fide cũ
» plena in

» plena in deo fiducia habenda: ſubdit ſimilitudinem q; homo, etſi fecerit quæcunq;
» præcipiuntur, nihil ſibi arrogere debet, nullumq; meritũ, ſic aperiẽte Luca, dicens.
» ℣ Quis autẽ ueſtrum habens ſeruum arantem, aut paſcentem boues, qui regreſſo 143
» de agro dicat illi: ſtatim tranſi & recumbe: & nõ dicit, para quod cœnem, & præcin
» ge te & miniſtra mihi donec manducẽ & bibam, & poſt hæc tu manducabis & bi-
» bes? Nunquid gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic
» & uos cũ feceritis oĩa quæ præcepta ſunt uobis, dicite: Serui inutiles ſumus: quod
» debuimus facere, fecimus. ℣ Nos ſiue aramus, ſiue paſcimus, id eſt, ſiue graui labo
re ſiue leui uitã ducimus, hoc eſt in omni cõditione uiuendi, ſerui ſumus. Deus om-
nium dominus. Ager, mundus iſte. Regredimur ex agro, cũ ex hac uita migramus
ad dominum. Et quanq; gratia, ſi omnia mandata eius ſeruauerimnus fecerimusq;
nõ eſt nobis defutura apud eum: nequaq; tamen eam operibus noſtris debitã eſſe
credamus, noſtrum'ue eſſe meritũ, ſed meram eius bonitatẽ, etiam ſi poſt hanc ui-
tam nobis in cœlo aliud quodcunq; committeret pro ſuo beneplacito ſeruitiũ, an-
tequã uitæ æternæ daret ſolatium: & quod dat, daretq;, mera ſua gratia eſt, mera bo
nitas, mera ſuæ dulcedinis effuſio: neq; em̃ eã debebat. Quod exemplo terreni do
mini, & ſerui haud difficile peruio manifeſtoq; deprehẽdi poteſt. Et qd dicit: Nun
quid gratiã habet ſeruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? pinde eſt ac ſi dicamus:
Nunquid gratiã debet ſeruo illi? ut audiamus, nõ debet. Quanto minus igitur exi-
ſtimare debemus deum nobis ullam debere gratiã? Etem̃ homo homini, cui natu-
ra par eſt & æqualis, debere poteſt: deus aũt nulli creaturæ quicquã debere poteſt.
Quinimo omnis creatura deo omnia debet, & gratiam etiam omnem, quam ange
li aut homines habere poſſunt, deo acceptam referre debent. Abſit ergo ut apud
deum cogitemus ullum nobis tanquàm debitum eſſe meritum, quantumcunq; pie
ſancte, religioſeq; uixerimmus. At CHRISTO qui deo natura eſt æqualis, qui ſo-
lus ſecundũ naturam noſtrã, quã aſſumpſit, peccatũ habere nõ potuit, qui nihil hac
ratione debuit, aut debere potuit, meritum eſſe potuit, & eſt: & proinde in illo ſolo
non in noſtro merito, quod nullum eſt, fidere debemus, illum ſuſpicere, illũ admira
ri, illum imitari: & merito quidem, quia nõ ſibi, ſed nobis omnia meruit. Et ſemper
de nobis etiam q; optime poſſumus bona faciẽtibus ſentire, quod ſerui inutiles ſu-
mus, & eo magis quo nullus noſtrum dicere poteſt: Quod debuimus facere, feci-
mus: ſed contrà, quod debuimus facere, non fecimus. Ergo reuera ſerui, non modo
inutiles, ſed etiam ſupra q; inutiles ſumus, ſerui quibus nihil debetur, ſerui qui ſem
per debent, & nunquã ſoluendo eſſe poſſunt. Quod ergo noſtrũ non exigitur de-
bitum, dei bonitas eſt: cuius propriũ eſt parcere & miſereri. Quod inſuper gratia
adijcitur, pluſquã admirabilis eiuſdem dei bonitas, cuius proprietas eſt ultro ſe diſ-
fundere, propagare, communicare, & ad conſortij ſui felicitatẽ, creaturã ſuam gra-
» tis adducere. Subiugit Lucas de decem leproſorum mundatione, dicens. ℣ Et fa- 144
» ctum eſt dum iret in Hieruſalem, tranſibat per mediã Samariam & Galilæã. Et cũ
» ingrederetur quoddam caſtellũ, occurrerunt ei decem uiri leproſi: Qui ſteterunt à
» longe, & leuauerũt uocem, dicẽtes: IESV præceptor, miſerere noſtri. Quos ut uidit
» dixit: Ite oſtendite uos ſacerdotibus. Et factũ eſt dũ irent, mundati ſunt. Vnus
» autem ex illis, ut uidit quia mundatus eſt, regreſſus eſt, cũ magna uoce magnificãs
» deũ. Et cecidit in faciem ad pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Re
» ſpondens aũt IESVS, dixit: Nõne decem mundati ſunt, & nouem ubi ſunt? Non
» eſt inuentus qui rediret, & daret gloriã deo, niſi hic alienigena. Et ait illi: Surge, ua
» de: quia fides tua te ſaluum fecit. ℣ Tranſibat, inquit, per mediam Samariã & Gali
læam. Tranſibat prius per mediã Galilæam, qua peragrata intrauit Samariã: nam
Samaria Iudæam & Galilæã interiacet, ut topographiæ oſtendunt. Occurrerũt ei

Universidad de Deusto
Biblioteca

decem uiri leprosi. Leprosi, sunt peccatores omnes. Decē, plenitudinē monstrant. Steterunt à longe, quia & à deo lōgè sunt peccatores. Et ut leprosi corpore urbibus excluduntur, & priuantur consortio mundorum: sic & spiritu leprosi excludun tur à cœlesti Hierusalem, cœlestibusq; habitationibus, & sanctorū contubernio pri uantur. Leuauerūt uocem, dicentes: IESV præceptor, miserere nostri: quæ uox est peccatorum ad deum, ut mūdentur, clamantium. Cum etiam dicitur: Ite, ostendite uos sacerdotibus, iustificatio secundum ritū ecclesiæ iubetur. Quod dum irēt, mundati sunt: tantam dei bonitatem ostendit, ut cū peccatores ubi misericordiam à deo poposcerunt, habent propositum satisfaciēdi deo, & eius uerbum implendi, iuxta suā in his inferioribus ordinationem, ipse præueniat, & mūdet eos, id est culpā reatumq; remittat, antequam etiam ad suos peruenīāt uicarios: uult tamē quod peruenīant, & iussa capessant iuxta suam ordinationē. Decem ergo diuino mandato obsequentes, ostenderūt se sacerdotibus: at unus, ubi id factum est & agnouit, etiā sacerdotum testimonio se esse mundatum, beneficio mundantis agnito (nā reuera sacerdotes non sunt qui mundant, sed deus: at ipsi cōtestatores & testes) redijt ad saluatorem mundi, & ad eum qui curat omnes lepras nostras, cum magna uoce, magnificans deum, neque errauit: nam ille reuera erat deus. Et quod decem erant, & unus solus reuersus est: signū est quod deus omnes peccatores, qui ad iustificationes ecclesiæ accedunt, mundat: sed pauci agnoscunt benefactorem, pauci recurrūt ad gratias agēdas, procidētes in facies suas ad pedes misericordiæ eius, & magnificantes deum. Qui redijt, alienigena erat: in quo subindicatur quod exteri gratiā dei potius agnoscerēt, illi gratias agerent, & eum magnificarent, quàm Iudæi, qui erāt interni & domestici dei. Cur hoc? Quia Iudæi, scribæ, & pharisæi operibus fidūt, & merita uolunt: exteri nequaquam, sed gratiam agnoscunt. Et cū dominus uocauit eum alienigenā: ostēdit eum alia gente esse ortum, etsi patria Samaritanus esset. Et hic (inquit) erat Samaritanus. In Samaria enim etiā Iudæi erant, ex sorte Nephthalim. Deinde subiungit Lucas, quomodo interrogauerūt pharisæi dominum de re-
145 „ gno dei, & quid eis responderit, dicens. ¶ Interrogatus autem à pharisæis quando
„ uenit regnum dei: respōdens dixit eis: Non ueniet cum obseruatione, neq; dicent,
„ ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnū dei intra uos est. Et ait ad discipulos suos:
„ Veniēt dies quando desideretis uidere unum diē filij hominis, & nō uidebitis. Et di
„ cent uobis: Ecce hic, & ecce illic: nolite ire, neq; sectemini. Nā sicut fulgur coruscās
„ sub cœlo, in ea quæ sub cœlo sunt fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primū au-
„ tem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. Et sicut factum est in
„ diebus Noē, ita erit in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, uxores ducebāt &
„ dabātur ad nuptias usque in diem qua intrauit Noē in arcam, & uenit diluuium, &
„ perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Loth: Edebant & bibebāt, eme
„ bant & uendebāt, plantabant & ædificabāt: qua die autem exijt Loth à Sodomis,
„ pluit ignem & sulphur de cœlo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit, qua die fili-
„ us hominis reuelabit. In illa hora qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descen
„ dat tollere illa: & q in agro, similiter nō redeat retro. Memores estote uxoris Loth.
„ Quicunq; quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam. Et quicūq; perdide-
„ rit illam, uiuificabit eam. Dico uobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno: unus assu
„ metur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in unum: una assumetur, & altera
„ relinquetur. Duo in agro: unus assumetur, & alter relinquetur. Respōdentes dicūt
„ illi: Vbi domine? Qui dixit illis: Vbicūq; fuerit corpus, illuc cōgregabuntur & aqui
„ læ. ¶ Regnum dei duplex est, præsens, & futurum: & idem est regnū CHRISTI.
Primum, in primo aduentu CHRISTI cœpit, & quodammodo cum obseruatione uenit: nam obseruatione capi potuit, tum ex hebdomadibus Danielis, tū ex defectu regni

ctu regni & sacerdotij Iudæorum, & eius ad aliam gentem trāslatione. Ad hæc ex signis à prophetis assignatis, & plurimis alijs. Sed secundum dei regnum, quando uenturū sit, nulla obseruatione capi, intelligiue potest. De hoc dicit dominus & ad pharisæos, & ad discipulos: Non ueniet cum obseruatione, & nō erit aut in hac, aut in illa plaga terræ: quia terrenum non erit, sed cœleste. De illo uero dicit & ad pharisæos qui credebant in ipsum (crediderūt enim nōnulli) & ad discipulos suos: Ecce enim regnū dei intra uos est. Et quid est regnū dei, nisi fides CHRISTI, doctrina spiritus, & noua in ipso creatura, & ipse (quod maximum est) qui per fidem iam in ipsis habitabat? Et quod dixit ad discipulos, dictū etiam ad posteros intelligitur. Eiusbus multi desiderauerūt & desiderant uidere unum diem Mesiæ super terram, & id non est eis datum. Multi quoque uarijs in locis, & temporibus dicturi erant, quod ipsi essent CHRISTVS: quod etiā sæpe alias, & adhuc nostra quoque tempestate apud Teutonas factum narratur de quodam proselyto, qui se Iudæis Mesiam mentiebatur: & discipulos habebat: claudos, sed fictitios erigebat, leprosos laruatitios sanabat, & mortuos se suscitasse mentiebatur; sed ueræ illorū locorū flammæ, illum falsum Mesiam fuisse probauerūt. Taceo de particularibus CHRISTIS, quos salutares putāt, quibus fidūt, ad quos quidam, ut ad CHRISTVM confugiunt, cum non sit nisi unus uniuersalis CHRISTVS, qui solus est omniū salus, qui est benedictus in secula. Nunquā ergo amplius CHRISTVS, neque hic, neq; illic super terram cum hominibus cōuersans est quærendus, nunquam conspiciendus, nisi in spiritu & mysterio: sed omnibus apparebit hominibus in suo secundo aduentu, qui repente & ex improuiso sicut fulgur aduenier mūdo. Quod & latius exequitur Matthæus cap. uigesimoquarto, numeris. 229. & 230. Sed adijcit hic similitudinem incertæ diei perditionis Sodomorū, cum Loth & filiæ eius è Sodomis egressi sunt; qui figura fuerunt saluandorū in nouissimo die. Qui uero ultricibus flammis perierunt, eorum qui æterno igne torquebuntur. Vxor Loth, quæ ab impudicorum conuersatione erepta respexit retro: documēto est, ne quis posteaquam mundana uita iam derelicta, ad eam quæ est spiritus cōscendit, ad priorem uitā reflectat habenas: sed semper ad ulteriora procedat: alioqui prioris fuga, ipsum à perditiōe nō liberabit. Et hoc quoque diuina hæc domini prætēdit sentētia: In illa hora (id est in nouissimo tēpore) qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descendat tollere illa. Tectum, altior uita, & uita spiritus. Domus, mūdus. Vasa, ea quæ mundi sunt. Similiter ager, à mundo secessus. Redit retro, qui à secessu & mundi fuga redit ad mundum. Ille quærit animā suam saluam facere, & hoc in hoc mundo: qui studet præsenti uitæ conseruandæ, sectando desideria mundi, & voluptatū illecebras, & ille perdet eam. At qui illam perdiderit, uiuificabit eā; & hæc uiuificatio est aptatio quædā, ut illi deus uitam condonet æternam. Porro de discretione assumendorum & relinquendorum, eadē habet Matthæus capite uigesimoquarto, numero. 233. Sed cum discipuli interrogarunt ubi illi assumerentur, & alij relinquerentur: respōdit dominus: Vbicunq; fuerit corpus, illic congregabūtur & aquilæ. per quod innuit, id non in uno loco particulari, sed potius in toto mundo futurum. Nam quemadmodum aquilæ ad cadauera undique aduolant: ita & animæ sanctorum omni ex parte ad filium hominis concurrēt, siue illæ nondum corpora sua exuerint, siue iā illa repente potēti uerbo dei instaurata resumpserint. Nam etiā si difflata fuerint in atomos (ut aiūt) Democriticas, aut si carnes, ossa, aut cineres eorū in animalia, aut plātas trāsierint, iustitia repēte fiet, & cuique quod suum fuerit, & quantum necessarium fuerit restituetur: sed id maxime quod quisq; in morte deseruit. Quod si cui in uita membrum aliquod fuerit direptum, & aut à bestia, aut alio euentu sublatum, illud tūc restituetur. Aderunt autē ex Matthæi cap. uigesimoquarto, & angeli dei huic mysterio: quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio: quod quamuis arduum sit, fiet tamen ut dictum est. Nam cum uerbo dei omnia facta sint ex nihilo, quid mirum si uerbo dei omnia reparabũtur corpora ex aliquo? Illi tamen assumi dicuntur, qui numero saluandorum ascribuntur: relinqui uero, qui sunt de infelici sorte reproborũ. Omnes tamẽ tribunali CHRISTI assistent: illi in dextris misericordiæ, isti in sinistris iusticiæ. Et benedicta sit, tũ dei misericordia, tũ iusticia, qui & nos sic in hoc mũdo, ut ad suum beneplacitum uiuamus dirigat, ut in illa die assumpti, & in dextra eius collocati, audire possimus hãc uocẽ super omnes desiderabilem: Venite benedicti patris mei, ut nunquam à laude eius & iubilatiõe cessemus, cum angelis, uirtutibus, & potestatibus omnibus cœlestibus, laudãtes patrem, filium, & spiritum sanctum, & glorificãtes, & magnificantes unum deum nostrum: quia solus ipse est quẽ decet omnis laus, iubilatio, & gloria, adoratio, decus, & imperium in omnia, & super omnia secula seculorum. Amen.

CAPVT OCTAVVMDECIMVM.

146 DIcebat autẽ & parabolam ad illos, quoniã oportet semper orare, & nõ deficere, dicẽs: Iudex quidã erat in quadã ciuitate, qui deũ nõ timebat, & hominem nõ reuerebatur. Vidua autẽ quædã erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tẽpus. Post hæc aũt dixit intra se: Etsi deũ nõ timeo, nec hominẽ reuereor: tamẽ quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne in nouissimo ueniẽs fugillet me. Ait aũt dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autẽ nõ faciet uindictã electorũ suorũ clamantium ad se die ac nocte, & patientiã habebit in illis? Dico uobis, quia cito faciet uindictam illorum. Veruntamen filius hominis ueniens, putas in-
147 ueniet fidem in terra? ¶ Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascendebant in templum, ut orarent: unus pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri: uelut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicẽs: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descẽdit hic iustificatus in domũ suam ab illo: quia omnis
148 qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. ¶ Afferebant autem ad illum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum uiderent discipuli, increpabant illos. IESVS autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros uenire ad me, & nolite uetare eos: talium est enim regnum dei. Amen dico uo-
149 bis, quicunq; nõ acceperit regnum dei sicut puer, nõ intrabit in illud. ¶ Et interrogauit eum quidam princeps, dicẽs: Magister bone, quid faciens uitam æternam possidebo? Dixit autẽ ei IESVS: Quid me dicis bonũ? Nemo bonus, nisi solus deus. Mandata nosti, Nõ occides, Nõ mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimoniũ dices: Honora patrem tuum;

& matrem

30 & matrem. Qui ait: Hæc omnia custodiui a iuuentute mea. Quo audito, IESVS ait ei: Adhuc unum tibi deest. Omnia quæcũq; habes uende, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlo, & ueni sequere me. His ille audi tis contristatus est: quia diues erat ualde, Videns autem IESVS illum tristem factũ, dixit: Quam difficile qui pecunias habent, in regnũ dei intra-
35 bunt? Facilius est eñ camelũ per foramen acus transire, q̃ diuitem intrare in regnũ dei. Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest saluus fieri? Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deũ. Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis Amen dico uobis, nemo est qui reliquit domũ aut parẽtes, aut fratres, aut
40 uxorẽ, aut filios propter regnũ dei, & nõ recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo futuro uitam æternã. ¶ Assumpsit aũt IESVS duodecim & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymã, & consummabunt omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur eñ gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquã flagellauerint, occident
45 eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbũ istud absconditũ ab eis, & nõ intelligebant quæ dicebant. ¶ Factũ est autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidã sedebat secus uiã, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntẽ, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod IESVS Nazarenus transiret. Et clamauit, dicens
50 IESV fili Dauid miserere mei. Et qui præibant, increpabant eũ ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei. Stans autẽ IESVS, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illũ, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uideam. Et IESVS dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim uidit, & sequeba-
55 tur illum magnificans deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem deo.

ANNOTAT. BREVES XXX. CIRCA LITERAM CAP. XVIII.

1 quoniam
πρὸς τὸ
ad hoc quod
2 orare
* αὐτοὺς ipsos
2 deficere,
ἐκκακεῖν
segnescere,
defatigari
4 Vidua aũt – quædã
6 per multum tempus
ἐπὶ χρόνον
ad tempus
8 in nouissimo
εἰς τέλος
in fine
8 tandem
ὑποπιάζῃ
uituperet
10 & patientiã habebit
καὶ μακροθυμῶν
etiam longanimis
existens
10 in illis?
ἐπ' αὐτοῖς
super illis
12 putas
ἆρα
an
12 Dixit ãutem – &
13 tanquàm
ὅτι ἐστὶ
quod essent
14 istam, – dicens
15 uelut
εἰ καὶ ὡς
uel etiam ut
20 ab illo
εἰ μὴ ἐκεῖνος
magis certe q̃ ille,
præ illo sane
23 conuocans illos
προσκαλεσάμενος αὐτὰ
aduocans illos, s. infan-
23 pueros (tes
τὰ παιδία
diminutiuum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& infra.
28 solus
εἷς
unus
28 Non occides.
Non mœchaberis:
ordo permutatus.
30 matrem
* σου tuam.
30 Quo audito
ἀκούσας δὲ ταῦτα
Quibus auditis
31 da
διάδος
distribue
40 & non
ὃς οὐμὴ
qui non
Assumpsit autem
— IESVS
44 flagellabitur,
μαστιωθήσεται
contumelijs afficietur
49 Dixerunt
ἀπήγγειλαν
Renunciauerũt
49 Nazarænus
ὁ ναζωραῖος
53 uideam.
ἀναβλέψω
respiciam.
54 Respice.
ἀνάβλεψον
55 magnificans
δοξάζων
glorificans.

COMMENTARIVS IN CAPVT OCTAVVMDECIMVM.

146 DEinde subdit Lucas parabolam de orationis perseuerantia ad deũ, & non remittẽdo relaxandoq́ animo, dicens. ¶ Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniã oportet semper orare, & non deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui deum nõ timebat, & hominem nõ reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi deum nõ timeo, nec hominẽ reuereor: tamẽ quoniam molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam, ne in nouissimo ueniẽs sugillet me. Ait autem dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem nõ faciet uindictam electorũ suorũ clamantiũ ad se die ac nocte, & patientiã habebit in illis? Dico autẽ uobis, quia cito faciet uindictam illorũ. Veruntamen filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terra? ¶ Hæc parabola ab eo quod minus uidet, ad id quod magis, procedit. Ciuitas, mũdus iste. Iudex iniquitatis, quisq́ iudex mundanus, qui quod secũdũ carnẽ ambulet, neq́ deũ reueret, neq́ hominẽ curat. Vidua, quælibet persona, quæ suo iure spoliat. Quærit defendi ab aduersario, cõfugiendo ad iudicẽ: qa iusticiã sibi fieri postulat. Quæ si apud iniquũ iudicẽ orare pseueret sibi iusticiã administrari: ille, qa sibi molesta est, & ne etiã tãdẽ sugillet ipsum, culpet, infamet: proteget eã, & liberabit ab aduersario, faciẽdo iusticiã. Quod si iniqui iudices id facere solẽt ijs qui iniuste passi, orare perseuerãt: quid summus iudex, summe bonus, & summe æquus facturus est? Sane sine cõparatiõe diligẽtius eos qui affliguntur iniuste, die noctuq́ orãtes defendi ac protegi ab ipso, id est perseuerãtes in oratione, defendet ac proteget. Bono ergo semper sint animo, & nunquã male affecto ac deiecto. Sed sunt ne nobis aduersarij, ratiõe quorũ cõtinuo nobis ad deũ orãdum sit, ut nos defendat, protegat, eruat? Quidni? Nã cõtinui aduersarij nostri sunt caro, mundus, dæmonia: qui nos iugiter impugnant, angunt, affligunt, & nobis bona spiritualia & æterna indesinẽter auferre satagũt. Ergo summũ iudicẽ qui liberare nos potest, semper oremus, & ne animũ remittamus: quod dictũ, Et nõ deficere, designat. siquidẽ idipsum est, nõ male animo affici, et nõ remittere animũ. Porro cũ uidua orabat, dicẽs: Vindica me de aduersario. nõ intelligat quod aliquã uindictã, ultionẽ, aut pœnã peteret de aduersario: sed quod defendi, ptegi, et erui ab illo, iusticia administrata, postularet. Et nos etiã cũ mundus, id est mũdani homines nos affligũt, sic orare debemus defendi, ac pregi aduersus eos: nõ uindictã aliquã, aut ultionẽ in eos petere aut optare, etsi deus cito protectionẽ ab illis facturus sit, & ĩ eos iuste animaduersurus. Et cũ dicit, Cito faciet uindictã illorũ: p uindictã, defensionẽ ac liberationẽ intelligamus. Sed pexigua est in ijs, q in mũdo premũtur, huiuscemodi in deum

in deum fiducia: proinde subdit dominus: Veruntamen filius hominis cũ uenerit, putas inueniet fidẽ in terra? Quæ est hæc fides, nisi certa credulitas, & plena quod defendemur & protegemur ab eo, fiducia? Innumeros dominus protegit, qui hãc fidem non habent. Studeamus igitur hanc fidem, & plenã aduersus omnes aduersarios in eo habere fiduciã. In hac fide dicamus: Si consistant aduersum me castra, Psalm. 26.
nõ timebit cor meũ. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo: ut & cũ dominus ueniet, inueniat in nobis fidem, & perfectam in se fiduciã. Et huic ad iugiter orandum adhortationi subdit Lucas ex domino aliam parabolã, dicens. ¶ Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tanq́ iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascendebant in templum, ut orarent: 147
unus pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stãs, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominũ, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiam hic publicanus: Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ quæ possideo. Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cœlũ leuare, sed percutiebat pectus suũ, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico uobis, descendit hic iustificatus in domũ suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. ¶ Pharisæus figurat omnes qui operibus suis confidunt, & se ex illis iustos esse, & de deo optime meritos credunt. Publicanus, omnes qui operibus suis ut suis propriæq́ iusticiæ nihil, sed omnia gratiæ & bonitati dei tribuunt. Illi meritũ ponunt: isti non. Illi deum debitorem putant, & se minime: isti contra, se debitores, & sic quidem debitores, ut nunq́ possint debitis facere satis: deum autem nõ debitorem, neq́ qui talis esse possit. Illi, gaudia æterna ut debitum expectant: isti, ut merã dei gratiam. Illi, ut digni: isti, ut indigni, qui & angelos & sanctos oẽs ex se indignos tanta gloria putant, sed in omnibus deum esse illam dignitatẽ, qua omnes (ut sic dicã) dignificat, & dignos reddit. Illi, aliquid boni sibi tribuũt: isti, nihil nisi malũ. Illi, sunt superbi: isti, humiles. Illi, in ijs quæ perfectiõis sunt, seipsos attendunt: isti, in his quæ perfectionis sunt solũ deum, sed seipsos solum in ijs quæ imperfectionis. Illi, cum sancta loca ingrediuntur ad orandũ, propius ad altaria & sanctiora quæq́ accedunt, oculis in sublime conuersis orant, & pectus nõ percutiunt: quia culpas se habere ignorant, pro quibus exigendæ sint pœnæ, & suas iusticias enarrant, & alios qui etiã præsentes sunt, intra se iudicãt ac despiciunt: Isti, longe stant, & oculis in terram defixis pectus tundunt, & de seipsis pœnam exigũt, suas culpas agnoscunt, omnesq́ alios se potius misericordia dignos ducunt, & solam dei propiciationẽ suspirant, in illa sola confidentes. Et quæ sit utrisq́ orandi forma quæ mens & cogitatio, dominus expressit. Ex quibus differentiæ quæ dictæ sunt, satis agnosci possunt: & quorũ etiam oratio apud deũ sit exaudibilior: quia publicanus descendit e templo in domũ suam iustificatus ab illo. Quid est ab illo? Præ illo, plusquã ille. Nam pharisæus descendit iusticia sua iustus: pulicanus uero iustificatione dei & gratia iustus: & ideo magis iustificatus illo, quanto iusticia dei maior est iusticia hominis. Et cur hoc? Quia iste se humiliauit, ille autem se exaltauit. Nã hoc summæ maiestatis munus est, ut exaltet humiles: & humiliet sublimes, id est, sese exaltãtes. Sed inquies: Si iste descendit iustificatus p illo, ergo uterq́ descendit iustificatus. Non eo inficias infinitam dei bonitatẽ, quæ propter semetipsam iustificat indignos, etiam iustificationẽ suam ad pharisæũ, sed minorem ad illũ, q́ ad publicanum extendisse. Nam & magis huius q́ illius orationem, orantisq́ affectũ acceptauit: alioqui pharisæus, & qui per eum representantur, saluari sua iusticia non possent, ut saluator ait: Nisi abundauerit iusticia uestra plusquã scribarum & Matth. 5.
pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Ergo opus est iustificatione gratiæ, ut iusticia operum abundet. Qui ergo saluantur, omnes per gratiam saluantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſed iſti, grati: illi, ingrati. Simus ergo quoties oramus cum publicano uere humiles & iuſtitiam qua ſaluari expectamus, nõ nobis, ſed ſoli gratiæ dei tribuamus; etiam ſi multo diligentius obſeruantiusq; q̃ phariſæus, omnia dei mandata cuſtodiamus. Et ſic gratiæ, benignitati, & ſupereminenti bonitati dei, nõ tantum ut illi erimus ingrati, Quanq; nemo unq; gratias referre poteſt, ne pro minimis quidem quæ nobis elargita eſt, ac indies elargitur beneficijs; quomodo igitur pro incomprehenſibilibus & maximis? Subiungit Lucas de pio parentum affectu afferentiũ domino
148 „ pueros ſuos, ut illis ſanctas manus imponeret, dicens. ¶ Afferebant autem ad illũ
„ & infantes, ut eos tangeret. Quod cũ uiderent diſcipuli, increpabant illos. IESVS
„ autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros uenire ad me, & nolite uetare eos: taliũ
„ eſt enim regnũ dei. Amen dico uobis, quicunq; non acceperit regnũ dei ſicut puer,
„ nõ intrabit in illud. ¶ Beati ſunt infantes illi, quorũ alios dominus ſuis ſanctis ulnis ſtrinxit, alios ſanctis manibus tetigit, alios benedixit, ſanctaq; precatione perfecit. Et hanc IESV benignitatem erga eos, qui ad ſe ut pueri ueniunt, expreſſit etiã Matthæus capite undeuigeſimo, numero 187. & Marcus cap. 10. numero 55. Subdit Lucas de eo qui interrogauit dominũ, quid ſibi faciendũ eſſet, ut uitam poſſide
149 „ ret æternã, dicens. ¶ Et interrogauit eũ quidam princeps, dicens: Magiſter bone,
„ quid faciens uitam æternam poſſidebo? Dixit autem ei IESVS: Quid me dicis bo
„ nũ? Nemo bonus, niſi ſolus deus. Mandata noſti. Non occides, Non mœchaberis,
„ Non furtũ facies, Non falſum teſtimoniũ dices: Honora patrẽ tuũ & matrẽ. Qui
„ ait: Hæc oĩa cuſtodiui à iuuentute mea. Quo audito, IESVS ait ei: Adhuc unum ti
„ bi deeſt. Omnia quæcunq; habes, uende, & da pauperibus, & habebis theſaurũ in
„ cœlo, & ueni ſequere me. His ille auditis, contriſtatus eſt: quia diues erat ualde. Vi
„ dens aũt IESVS illũ triſtem factũ, dixit: Quàm difficile qui pecunias habẽt, in reg
„ nũ dei intrabunt? Facilius eſt enim camelũ per foramen acus tranſire, quàm diuitem
„ intrare in regnum dei. Et dixerunt qui audiebant: Et quis poteſt ſaluus fieri? Ait il
„ lis: Quæ impoſſibilia ſunt apud homines, poſſibilia ſunt apud deum. Ait autẽ Pe
„ trus. Ecce nos dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te. Qui dixit eis: Amen dico uo
„ bis, nemo eſt qui reliquit domũ aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios pro
„ pter regnũ dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in ſeculo futuro uitam æternã. ¶ Princeps erat qui interrogauit dominũ, & ex Matthæo adoleſcẽs, & ex Marco humilis, ut qui in uia genuflexo ante dominum, interrogabat ipſum: & nihilominus tam forte fuit uinculum auaritiæ, in illa etiam tantilla ætate, ut abrũpi nõ potuerit: adeo ut ille ſpretis æternis bonis, terrenas ſecutus ſit diuitias. O auaritia in omni ætate fugiendũ, & ſummopere quidem fugiendũ malũ. Hanc hiſtoriã habet Matthæus capite undeuigeſimo, numero 188. & Marcus capite decimo, numero 56. De Petro quoq; qui interrogauit dominũ, quid futurũ eſſet ipſis, quod dimiſſis omnibus, ſaltem quo ad affectuum adhæſionem, ſecuti erant eum: eiſdem in locis habetur apud Matthæum & Marcum, ſed numeris 191. & 58. Deinde ſubiungit Lucas, quo pacto acceptis ſeorſum duodecim, dominus aperuit quæ ſibi ꝓ
150 „ pediem Hieroſolymis erant obuentura, dicens. ¶ Aſſumpſit autem IESVS duo
„ decim, & ait: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ
„ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur,
„ & flagellabitur, & conſpuetur: & poſtq; flagellauerint, occident eum, & die tertia
„ reſurget. Et ipſi nihil horum intellexerunt. Et erat uerbum illud abſconditum ab
„ eis, & non intelligebãt quæ dicebantur. ¶ Et hoc quoq; dominum illis duodecim manifeſtaſſe ponit Matthæus capite uigeſimo, numero 193. & Marcus capite decimo, numero quinquageſimonono. Sed adijcit hic Lucas, quod ipſi nihil horum intellexerunt. Nõ intelligebãt, quia id credere nõ poterãt, qd' qui filius dei eſſet, & cuius

euius tanta mirabilia, quæ totam naturæ potentiam excederent, uiderant, poſſet un quàm talia pati, ut qui mundo erat potentior: & proinde dicta illa eſſe parabolica
„ putabant. Subiungit Lucas illuminationem cæci ſecus uiam Hierichontinam ſe
„ dentis, quem dominus illuminauit dicens. ¶ Factum eſt autem cum appropinqua 151
„ ret Hiericho, cæcus quidam ſedebat ſecus uiam, mendicans. Et cum audiret turbã
„ prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt aũt ei, quod IESVS Naza
„ renus tranſiret. Et clamauit dicens: IESV fili Dauid, miſerere mei. Et qui præibãt
„ increpabant eũ ut taceret. Ipſe uero multo magis clamabat: Fili Dauid, miſerere
„ mei. Stans autem IESVS, iuſſit illum adduci ad ſe. Et cum appropinquaſſet, inter
„ rogauit illũ dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine ut uideã. Et IESVS
„ dixit ei: Reſpice, fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim uidit, & ſequebatur illum
„ magnificans deũ. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudẽ deo. ¶ Matthæus cap. 20. numero 196. de duobus illuminatis mentionẽ facit, & Marcus cap. 10. numero 62. & hic Lucas de uno, ſed de illo arbitror, qui inſignius uociferabatur, & tranſeuntium aures obtundebat: nam ubi ipſe à primis longo tractu tranſeuntibus interrogauit quiſnam eſſet qui trãſiret: & audiſſet IESVM eſſe: qui eleẽmoſynam ſolebat, quærere, nõ amplius eleẽmoſynam petijt, ſed altiſſima uoce clamare nõ deſtitit: IESV fili Dauid, miſerere mei. Neſciebat emẽ an IESVS ibi eſſet, necne; quanquã & ibi ſemper erat, tametſi neq; cæco, neq; alijs id ſcientibus. Et cum irrequiete uociferaretur turbis tranſeuntibus, inter quas nondum IESVS præſens corpore erat, increpabant eũ, imperantes ut taceret. At ille eo uehementius clamabat, donec tranſijt dñs. Qui iuſſit eum, & qui cũ eo aderat, adduci ad ſe. Quo audito, tanta alacritate ac læticia uenit, ut ex Marco abiecto ueſtimento exilierit. Et exauditus, recepto lumine, audiuit id: Fides tua te ſaluũ fecit. Erat emẽ ex ijs, qui fidẽ habebant cũ plena fiducia. Inſuper neq; dicitur quod redierit retro, ut ſuam reciperet chlamydem, ſed quod ſecutus ſit dominũ, magnificans deũ. Sic ergo nunq; ceſſemus clamare id, q buſcunq; impedire uolentibus, Dñe, miſerere noſtri: donec dominus (& ſi ſemper præſens) trãſeat. Et eius miſericordia illuminati, nunq; reſpiciamus retro: ſed iugiter ſequamur illũ, magnificantes & glorificantes deũ, ex hoc inferiori mundo uſq; in cœleſtem Hieruſalẽ: ubi nunc & ſemper per ipſum, & cũ ipſo æterno patre in ſpiritu ſancto eſt, fuit, & erit laus, honor, & gloria in perennia ſeculorũ ſecula, Amen.

CAPVT NONVMDECIMVM.

ET ingreſſus perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine 152
Zacchæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipſe diues. Et quærebat uidere IESVM quis eſſet, & non poterat
5 præ turba, quia ſtatura puſillus erat. Et præcurrens, aſcendit in arborẽ ſycomorũ ut uideret eum: quia inde erat trãſiturus. Et cum ueniſſet ad locum, ſuſpiciens IESVS, uidit illũ, & dixit ad eum: Zacchæe feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et feſtinans deſcendit, & excepit illum gaudens. Et cum uiderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertiſ
10 ſet. Stans aũt Zacchæus, dixit ad dominũ: Ecce dimidiũ bonorũ meorũ dñe do pauperibus: & ſi quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Ait IESVS ad eũ: Quia hodie ſalus domui huic facta eſt, eo quod & ipſe filius ſit Abra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſit Abrahæ. Venit em̃ filius hominis quærere, & ſaluum facere quod pe-
153 rierat. ¶ Hæc illis audientibus adijciẽs dixit parabolã, eo quod eſſet pro- 15
pe Hieruſalem: & quia exiſtimarent, quod cõfeſtim regnũ dei manifeſta-
retur. Dixit ergo: Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam
accipere ſibi regnũ, & reuerti. Vocatis autẽ decem ſeruis ſuis, dedit eis de
cem mnas, & ait ad illos: Negociamini dum uenio. Ciues autem eius ode-
rant eum, & miſerunt legationẽ poſt illum, dicentes: Nolumus hunc reg
nare ſuper nos. Et factũ eſt ut rediret accepto regno, & iuſſit uocari ſeruos 20
quibus dedit pecuniam, ut ſciret quantum quiſq; negociatus eſſet. Venit
autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquiſiuit. Et ait
illi: Euge bone ſerue, quia in modico fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens
ſupra decem ciuitates. Et alter uenit, dicẽs: Domine, mna tua fecit quinq;
mnas. Et huic ait: Et tu eſto ſuper quinq; ciuitates. Et alter uenit dicẽs: Do 25
mine, ecce mna tua, quã habui repoſitam in ſudario. Timui em̃ te quia ho
mo auſterus es, tollis quod non poſuiſti, & metis quod nõ ſeminaſti. Di-
cit ei: De ore tuo te iudico ſerue nequã. Sciebas quod ego homo auſterus
ſum, tollens quod non poſui, & metẽs quod nõ ſeminaui. Et quare nõ de-
diſti pecuniã meam ad mẽſam, & ego ueniens cũ uſuris utiq; exegiſſem il- 30
lud? Et aſtantibus dixit: Auferte ab illo mnã, & date illi qui decẽ mnas ha
bet. Et dixerũt ei: Dñe, habet decẽ mnas. Dico aũt uobis, quia omni habẽ
ti dabitur, & abũdabit: ab eo aũt qui nõ habet, & quod habet, auferetur ab
eo. Veruntamẽ inimicos meos illos, qui noluerũt me regnare ſuper ſe, ad
154 ducite huc, & interficite ante me. ¶ Et his dictis præcedebat aſcẽdens Hie 35
roſolymam. Et factum eſt cum appropinquaſſet ad Bethphage & Betha-
niam, ad montẽ qui uocatur Oliueti, miſit duos diſcipulos ſuos, dicens:
Ite in caſtellũ quod contra uos eſt. In quod introẽuntes, inuenietis pullũ
aſinæ alligatum, cui nemo unq; hominum ſedit. Soluite illum, & adduci-
te. Et ſi quis uos interrogauerit, quare ſoluitis, ſic dicetis ei: Quia domi- 40
nus operam eius deſiderat. Abierũt autem qui miſſi erant, & inuenerunt
ſicut dixit illis, ſtantem pullum. Soluentibus autem illis pullum dixerunt
domini eius ad illos: Quid ſoluitis pullum? At illi dixerunt: Quia domi-
nus cum neceſſarium habet. Et duxerunt illum ad IESVM. Et iactantes ue
ſtimenta ſua ſupra pullum, impoſuerunt IESVM. Eunte autem illo ſubſter 45
nebant ueſtimenta ſua in uia. Et cum appropinquaret iam ad deſcenſum
montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ deſcendentium gaudẽtes lauda-
re deũ uoce magna ſuper omnibus quas uiderant uirtutibus, dicentes: Be
nedictus q uenit rex in nomine domini, pax in cœlo, & gloria in excelſis.
Et quidam phariſæorũ de turbis dixerunt ad illum: Magiſter, increpa di 50
ſcipulos tuos. Quibus ipſe ait: Dico uobis, quia ſi hi tacuerint, lapides cla
mabũt. ¶ Et ut appropinquauit, uidẽs ciuitatẽ fleuit ſup illã dicens: Quia
155 ſi cognouiſſes & tu. Et qdem in hac die tua quæ ad pacẽ tibi, nunc autem
abſcon-

abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circundabunt te
55 inimici tui uallo: & circundabunt te, & coanguſtabunt te undiq; & ad ter
ram proſternent te, & filios tuos qui in te ſunt. Et non relinquent in te la-
pidem ſuper lapidem, eo quod non cognoueris tempus uiſitationis tuæ.
¶ Et ingreſſus in templum, cœpit eijcere uendẽtes & ementes, dicens illis 156
Scriptum eſt, quia domus mea, domus orationis eſt: uos autẽ feciſtis illã
60 ſpeluncam latronũ. ¶ Et erat docens quotidie in templo. Principes aũt ſa 157
cerdotum & ſcribæ, & principes plebis quærebant illũ perdere: & non in-
ueniebãt quid facerẽt illi. Omnis em̃ populus ſuſpenſus erat, audiẽs illũ.

ANNOTAT. BREVES XLV. CIRCA LITERAM CAP. XIX.

1 nomine
* καλέμενος
uocatus
2 Zachæus:
Ζακχαῖος
Zacchæus
2 ipſe * ἦν erat
4 præcurrens
* ἔμπροσθεν ante
4 aſcendit in – arborẽ
5 ſycomorum
συκομορέαν
ſycomoream,
ficum Aegyptiam
5 inde
ἐκείνης
illac
9 ad hominẽ peccatorẽ
παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ
apud uirũ peccatorẽ
9 diuertiſſet.
εἰσῆλθε καταλῦσαι
ingreſſus eſſet ad di-
uertendum.
12 & ipſe filius
& ipſa filia
ut ad domũ referatur.
anceps
16 accipere
ut acciperet
17 reuerti
reuerteretur
18 dum uenio.
ἕως ἔρχομαι
donec ueniam
anceps.
20 uocari * αὐτῷ ad ſe
20 ſeruos * τούτους illos
21 pecuniam,
τὸ ἀργύριον
& infra.
21 quantum quiſq;
τίς τί
quis quid
23 modico
ὀλιγίστῳ
minimo
23 eris
ἴσθι
eſto
25 alter
alius
30 uſuris
τόκῳ
ſingulare.
30 illud?
illam. ſ. pecuniam
32 dabitur – & abunda
35 interficite (bit
κατασφάξατε
iugulate
37 Oliueti:
ἐλαιῶν
Oliuarum
& infra.
38 pullum – aſinæ
39 cui
ᾧ ὄν
40 in quo
operã eius deſiderat
αὐτοῦ χρείαν ἔχει
eo opus habet
42 illis – ſtantem pullum
42 dixerunt. – Quia
44 eum neceſſariũ habet.
αὐτοῦ χρείαν ἔχει
44 iactantes
ἐπιῤῥίψαντες
cum iniecíſſent
45 ſupra
ἐπὶ
ſuper
47 oẽs turbæ deſcẽdentiũ
ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν
μαθητῶν
omnis multitudo di-
ſcipulorum
49 excelſis.
ὑψίστοις
altiſſimis
50 turbis
τοῦ ὄχλου
ſingulare
51 Quibus ipſe ait.
Ὁ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς
Et reſpendẽs dixit eis
52 ſuper illam
ἐπ' αὐτῷ
ſuper illa
53 tibi
σοι
tuam
56 proſternent
ἐδαφιοῦσι
ſolo æquabunt
58 uendentes
* ἐν αὐτῷ in ipſo

59 Scriptum

Universidad de Deusto
Biblioteca

59 Scriptum est: – quia primi, 62 suspensus erat
61 principes primates ἐξεκρέματο
οἱ πρῶτοι 62 facerent – illi pendebat

COMMENTARIVS IN CAPVT NONVMDECIMVM.

152 Vperioribus adijcit Lucas historiã de Zacchæo, qui erat Hierichontinus, dicens. ¶ Et ingressus perambulabat Hiericho. Et ecce uir nomine Zacchæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. Et quærebat uidere IESVM quis esset, & nõ poterat præ turba: quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut uideret eum: quia inde erat trãsiturus. Et cum uenisset ad locũ, suspiciens IESVS uidit illum, & dixit ad illum: Zacchæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illũ gaudens. Et cũ uideret, omnes murmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans aũt Zacchæus dixit ad IESVM: Ecce dimidium bonorum meorũ domine do pauperibus: et si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Ait IESVS ad eũ: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & saluũ facere quod perierat. ¶ Zacchæus princeps erat publicanorum, in quo designatur magnitudo peccati: perinde ac si dicas, princeps exactorũ, aut (ut cõmunis erat existimatio) publicorũ furũ. Paruus erat statura: quod paruitatem in gratia designat. Arbor fides est: quã nisi conscendisset, uidere nõ potuisset IESVM transeuntẽ. Quod IESVS, qui est summis sublimior, & infimis humilior, suspicit eum in arbore, & ex nomine uocat, hoc est repente iustificantis indiciũ. Vocat ex nomine, quia iã scriptus esset in libro uitæ. Vocat ex alta arbore, quia ex fidei altitudine. Vocat ad festinã descẽsionem, quia ad festinam suæ humilitatis imitationẽ. Manet in domo eius, quæ est per fidem repente iustificata magni peccatoris conscientia. Pax illi facta est, quia filius sit Abrahæ, id est quia filius sit fidei Et cũ dicit, huic domui: intellige non illi soli factam pacẽ, gratiam & salutẽ, sed uniuersæ eius familiæ, quæ multa erat cum princeps esset. Tanta est dei bonitas, ut ipse & tota domus eius, id est quisq; è familia ipsius, eo quod filius esset Abrahæ, id ẽ filius fidei & gratiæ, iustificatus saluatusq; fuerit. Murmurãt omnes scribæ & pharisæi, quia iustificationem ex gratia & fide ignorant, & suam statuere uolunt, quæ est ex operibus legis, iusticiam: & deũ quodammodo accusant, si peccatorem iustificet. Quod Zacchæus dimidiũ bonorum suorum dat pauperibus, & ex reliquo cũ libet quem defraudauerit pollicetur se redditurum quadruplũ: signa sunt fidei, & pro uirili iusticiam & charitatem ad proximum seruare uolentis. Nullus ergo peccator desperet, quantumcunq; magnus sit, nullus peccatorum princeps, quantumlibet exigua sit gratia, modo ad fidem, & magnam quidem fidem, ac altam desiderio uidendi IESVM ascendere possit: quia ipse protinus efficietur filius ueri Abrahæ, id est CHRISTI domini: qui est pater eminenter excelsus, pater omnis multitudinis fidei, & ex bonitate dei multi cum eo: & deus illum cum sua tota domo saluũ faciet, quia sit filius Abrahæ, cuiusmodi saluos facere uult: Meminerit tñ quod reliquũ est, in operibus pietatis & satisfactionis imitari Zacchæũ, imo è dei gratiam operantẽ in Zacchæo: alioqui non esset perfectus ueri Abrahæ filius, sed ne primi quidem Abrahæ, qui per fidẽ ex Paulo iustificatus est, & etiam ex Iacobo ex operibus. Nec mirũ, si magni peccatores per fidem saluantur: quia filius dei qui idem est & filius hominis uenit quærere, & saluum facere quod perierat. Quid enim magis perijt, quã peccator? qui quo maior fuerit peccator, eo magis perijt. Nã deo perijt.

Rhom.4.
Iacobi.2.

quamdiu

quandiu à CHRISTO inuẽtus nõ est, ac saluatus. Deinde subijcit Lucas parabolã de homine nobili proficiscente in regionẽ longinquam, & de decẽ seruis, quibus ille ad negociandũ singulis singulas reliquit mnas, donec rediret, dicẽs. ¶ Hæc illis audiẽtibus adijciens dixit parabolã, eo quod esset prope Hierusalem: & quia existimarent quod cõfestim regnum dei manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidam nobilis, abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis aurẽ decem seruis suis, dedit eis decẽ mnas, & ait ad illos: Negociamini dum uenio. Ciues autem eius oderant eũ, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est, ut rediret accepto regno, & iussit uocari seruos, quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus, dicẽs: Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi: Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habẽs supra decem ciuitates. Et alter uenit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter uenit, dicẽs: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod nõ seminasti. Dixit ei: De ore tuo te iudico serue nequã. Sciebas quia ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mẽsam: & ego ueniens cum usuris utiq; exegissem illud? Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui decẽ mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem uobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui nõ habet, & quod habet, auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerũt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. ¶ Hæc parabola de secundo aduentu, in quo plenissime regnũ dei in suo decore manifestabitur, posita est. Homo ille nobilis, CHRISTVS dominus: quis enim nobilior esse possit filio dei? Abijt in regionem lõginquam, ut acciperet sibi regnũ: quia statim post resurrectionẽ suã è terra abijt in cœlum, ut acciperet regnum æternũ, de quo Daniel capite septimo: quod quia frequenter dictũ est, hic resumendum nõ est. Reuertetur, in secundo aduentu. Decem serui, fidelium plenitudo. Decẽ mnæ, dona gratiarũ, ipsa gratiarũ plenitudo illis data ad fideliter, & secundum spiritum uiuẽdum usq; ad eius secundum aduentũ. Ciues eius, potentes & carnales huius mũdi homines. Oderant eum, quia eius mãdata capessere nolebant. Miserunt legationem post eum, dicẽtes quod nollẽt ipsum regnare sup se: quia post abitionem eius in cœlum, martyres ad ipsum iuerunt testificãtes, quod ciues illi nollent eũ super se regnare. Accepto regno redibit, in nouissimo tempore. Vocabit decẽ seruos suos, quia omnem fidelium multitudinem in iudicio. Qui bene operati fuerint ex gratijs datis, & auxerint illas, remunerabuntur, gratiamq; accipient cœlestem. Hi auctiorem, isti tenuiorẽ, secundum quod in gratia profecerint. Qui autẽ donũ gratiæ eius tenuerint ociosum: quæ nisi obstet ignauia nostra, sese è suo fonte augmentare solet, haud secus ac ignis adiecta materia: ablato dono & gloria, quã habituri erãt alijs distributa, tanquã serui inutiles in tenebras eijcientur exteriores. Quod ex Matthæo cap. uigesimoquinto, numero 237. satis intelligit: quia illic affinis, etsi nõ eadem parabola de octo talẽtis, & tribus seruis habetur, consimilisq; intelligẽtia. Et hic animaduerte, quod ex hoc ipso quod hic dicitur: Domine mna tua decem mnas acquisiuit, &: Domine, mna tua fecit quinq; mnas, intelligitur gratia operata, & lucrũ potius gratiæ, quàm seruo tribuendum, etsi ipse diligentiam suã, quod humanũ est, adiecerit, & torporẽ gratiæ inimicũ abiecerit: gratia enim in homine, ut ignis fauilla coopertus: diligentia, ut fauillæ remotio: torpor, ut eius derelictio. et id, Mna tua fecit quinq; mnas: explicat quod alius apd' Matthæũ dixerat, Ecce alia quinq; superlucratus sum: ut nõ ipse, sed gratia dei, in qua operatus sue-

153

Y tus sue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus fuerat, uel ueriùs quæ in ipso fuerat operata, lucrata intelligatur. Et nõ solũ uocabit dominus in iudicio seruos suos, in quibus gratiæ ipsius: siue operosæ, quod earum naturæ est: siue inertes, quod contra naturam ipsarum est, & suscipientium uitium, fuere: sed etiam omnes qui noluerũt ipsum regnare super se, qui iussu eius interficiẽtur ante ipsum, & id æterna morte. Hæc erit iussio eius, Ite maledicti ĩ ignẽ æternũ. Illic scribæ & pharisæi, & principes eorũ. Illic Nero, Domitianus, & Iulianus. Illic cadet, & perpetuo interficietur omnis turba infidelium. Et tũc manifestabitur regnũ dei, id est CHRISTI, omnibus inimicis ipsius positis sub pedibus eius. Hic esto parabolæ intellectus. Qua dicta, ascẽdebat in Hierusalem per uiam Bethphage & Bethaniæ, ut subdit Lucas, dicẽs. ¶ Et his dictis, præcedebat ascẽdẽs Hierosolymam. Et factũ est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniã, ad montem qui uocatur Oliueti, misit duos discipulos suos, dicens: Ite in castellũ quod contra uos est. In quod introẽuntes, inuenietis pullum asinæ alligatũ, cui nemo unquã hominũ sedit. Soluite illũ & adducite. Et si quis uos interrogauerit, quare soluitis? sic dicetis ei: Quia dominus operam eius desiderat. Abierunt autem qui missi erãt, & inuenerunt sicut dixit illis, stantem pullum. Soluentibus autem illis pullũ, dixerunt domini eius ad illos: Quid soluitis pullum? At illi dixerũt: Quia dominus eum necessariũ habet. Et duxerũt illum ad IESVM. Et iactãtes uestimẽta sua supra pullum, imposuerũt IESVM. Eunte autẽ illo substernebãt uestimẽta sua in uia. Et cũ appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cœperũt omnes turbæ descendentium gaudentes, laudare deum uoce magna super omnibus quas uiderãt uirtutibus, dicẽtes: Benedictus qui uenit rex in nomine domini, pax in cœlo, & gloria in excelsis. Et quidam pharisæorũ de turbis, dixerũt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico uobis, quia si ij tacuerint, lapides clamabũt. ¶ Et his dictis (inqt) præcedebat. Quos? Apostolos & discipulos suos: hi enim habere solebant dominum in prospectu, & omnes quicũq; sunt aut fuerunt, futuri ue sunt ueri discipuli. Mittit duos discipulos ut soluãt pullum asinæ, qui ex Matthæo etiam soluerunt asinam. Et id totũ quod hic narrat Lucas, explicatum est latius apud Matthæum cap. uigesimoprimo, numero 197. & proinde non est hic diutius immorandum. Addit Lucas in descensu montis oliuarum, unde conspicua esse poterat Hierusalem, turbas descẽdentium cœpisse gaudere, & laudare deũ uoce magna super omnibus quas uiderãt, uirtutibus, & benedicere regẽ qui ueniebat in noie domini, per quẽ pax esset in cœlo, & gloria in excelsis. Et hoc gaudiũ, hæ uoces & laudes, nequaquã ex ipsis ortæ erãt, sed eis à spiritu sancto immissæ. Quas ministri Satanæ quidã pharisæorũ, pferre nõ poterãt, sed dicebãt dño: Magister, increpa discipulos tuos; uocantes nõ illos duodecim & septuaginta alios; sed oẽs clamantiũ turbas, & quotquot in turbis clamabãt discipulos, nã turbæ erãt, quæ clamabãt ex Matthæo, quæ & qui disciplinam eius amabãt, merebãtur noie discipulorũ honorari: & quod in uituperationẽ dicebãt, id ipsis ĩ magnũ cedebat honoris præconiũ, nimirũ ut hic ex Luca nomine discipulorũ honorarẽtur. Quinimmo ut ante prædixerat, ipsi Hierosolymitæ inter illos clamabãt, & postea filij eorũ in templo. Quibus dominus respondit, quod si illi tacerẽt, lapides (qui erant ipsimet) essent clamaturi: ut intelligerent, spiritui, qui si alij tacerent, ipsos moturus esset, nihil resistere posse. Et certe cũ uoluit, mancipium Satanæ, Caiphas, uolẽs nolẽs prophetauit. Cui ut nihil prophetia profuit ad salutem, ita neq; illis clamor, si clamassent inuiti, profuisset ad eandẽ: at illis profuit, quia uolentes dispositi erãt, ut à spiritu mouerẽtur. Et propterea animaduerte, ubi nunc in codicibus nostris habemus: Cœperunt omnes turbæ descendentium, & in Græcis, ἤρξατο ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, id est, Cœpit omnis multitudo discipulorum; in uetustis codicibus legi, Cœperunt omnes turbæ discentium.

154 Luc. 13.

Vnde

Vnde fit, ut corruptũ sit discentiũ, in descendentiũ: quia paulo aũ de descẽsu montis mentio facta fuerat: siquidem discentes & discipuli ijdem sunt. Legendũ igitur est discentium, non descendentium: aut quod usitatius est, discipulorum. Mox subdit Lucas, quo pacto fleuerit dominus super cæcitatẽ ciuitatis Hierusalem, dicẽs. ¶ Et ut appropinquauit, uidens ciuitatẽ, fleuit super illã dicens: Quia si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia uenient dies in te, & circundabũt te inimici tui uallo: & circundabunt te, & coangustabũt te undiq;, & ad terrã prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. Et nõ relinquent in te lapidem super lapidem, eo q̃ non cognoueris tempus uisitationis tuæ. ¶ Appropinquauit dominus Hierosolymã affectu saluandi: at habitatores ipsos maleuolentia elongabat ab eo. Qd fleuit super ciuitatẽ ipsam, indicabat non esse suæ uoluntatis, ut cæci essent, ut perirent (Vita siquidẽ & salua- Psalm. 29.
tio in uoluntate eius: mors uero & perditio in indignatiõe, id est, contra uoluntatẽ eius) sed malitiam, odium & inuidiam obcæcasse eos: & odium quidẽ sine ulla causa, sicut scriptũ est: Oderunt me gratis. Veniebat enim ei etiam illa die ad pacem, Psalm. 34.
& pacem quidem diuinam, sicut scripserat Zacharias: Ecce rex tuus uenit tibi iustus, & saluator ipse pauper. At quia nõ intellexerunt pacem dei, prædixit eis bellum mundi quod illis erat superuenturum, & ultionem qua nunquàm pertulerunt grauiorem: ut uel sic timore pœnæ resipiscerent, qui non potuerant signis, uirtutibus, beneficijs, & tandem miserationibus eius emolliri. Sed ne terrore quidem pœnarum moti sunt, & ita suo malo, sua ipsorum uoluntate contra dei uoluntatẽ, tandem perierũt. Cuius rei frequenter illos admonuit, & deplorando exterminiũ eorum prædixit: ut & capite tertiodecimo huius, nũero centesimo uigesimoseptimo ante uisum est. Addit Lucas, quid ingressus in templũ fecerit, dicens. ¶ Et ingressus in templum, cœpit eijcere uendentes & ementes, dicens illis: Scriptũ est, quia domus mea domus orationis est. uos autem fecistis illam speluncam latronũ. ¶ Id frequenter fecisse dominus, & uarijs temporibus in sanctis legit euangelijs: ostendens in futura sua ecclesia, cuius templum figura erat, sacrorum emptionem atque uenditionem sibi summe displicituram, & id uitij interdum uerbo, interdũ ultione, interdum humano flagello ab ea se eiecturũ. Et hoc etiam euangelizauit Matthæus capite uigesimo primo, nũero centesimo nonagesimonono. Mox subdit Lucas quomodo quotidie à suo ingressu dominus docebat in templo, dicẽs. ¶ Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotũ & scribæ, & principes plebis quærebant illum perdere, & nõ inueniebant quid facerent illi: omnis em populus suspensus erat, audiẽs illũ. ¶ Dominus ab ingressu suo in Hierusalem à Zacharia Zacha. 9.
propheta prædicto usq; ad passiõis suæ tempus quotidie docebat in templo. Ac de hoc quidem dixisse uidetur apud Matthæum: Quotidie apud uos sedebam docẽs Matth. 26.
in tẽplo, & nõ me tenuistis. Quanta uero machinati sunt aduersus CHRISTVM scribæ & pharisæi: passim & euangelistæ & prophetæ omnes testes sunt locupletes. Et frequenter manus iniecissent in eum, nisi turbarũ metus corripuisset illos, utpote qui magis plebeculã formidarent, quàm deum ipsum: sed id frustra tentassent, quia nihil in eum prorsus poterant, nisi cum permisit, scriptum em erat: Oblatus est, quia ipse uoluit. Quod ergo uoluerũt, id nihil fecit, sed eius uoluntas: quem Esaiæ. 53.
admodũ si me incesseret cupido uolucris per mediũ cœlum uolantis habendæ, etiam si ad manus meas ueniret & caperem eam, nihil tamen uoluntas mea in hoc potuisse diceretur, sed uolucris ultronea suijpsius oblatio. Cæterum quid est: Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum: nisi attentus admodũ erat uerbis eius audiendis, & à sacro ore illius loquentis pendebat? Sic igit nobis nequaquã sit perfunctoria auditio uerborum eius, sed maxima mentis attentione auscultemus illa,

155 156 157

faciamus'que eius sancta iussa ac monita: ut cum filijs Hebræorum, in cœlesti Hierusalem laudare illum possimus regem & redemptorem nostrum, sedentem in dextera patris. Cui per ipsum & cum ipso, & spiritu sancto sit in supercœlesti Hierusalem omnis laus, honor, & gloria, gratiarumactio, decus, & imperiũ in omnia secula seculorum. Amen.

CAPVT VIGESIMVM.

158 T factum est in una dierum docẽte illo populũ in tẽplo, & euãgelizante, cõuenerunt principes sacerdotũ & scribæ cũ senioribus, & aiunt dicentes ad illũ: Dic nobis, in qua potestate hæc facis? aut quis est, qui dedit tibi hãc potestatem? Respondens autẽ IESVS, dixit ad illos: Interrogabo uos & 5 ego unũ uerbũ, respõdete mihi, Baptismũ Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia si dixerimus, de cœlo, dicet: Quare ergo non credidistis illi? Si autẽ dixerimus, ex hominibus: plebs uniuersa lapidabit nos: certi sunt enim, Ioannẽ ꝓphetã esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et IESVS ait illis: Neq; ego di- 10
159 co uobis in qua potestate hæc facio. ¶ Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantauit uineam, & locauit eam colonis, & ipse peregre fuit multis temporibus. Et in tempore illo misit ad cultores seruum, ut de fructu uineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quo- 15 que cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere: qui & illum uulnerantes, eiecerũt. Dixit autem dominus uineæ: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forsitan cum hũc uiderint, uerebuntur. Quem cum uidissent coloni, cogitauerunt intra se dicentes: Hic est hæres, occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas. Et eiectũ 20 illum extra uineam, occiderũt. Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit uineam alijs. Quo audito, dixerunt illi. Absit. Ille autẽ aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc quod scriptũ est: Lapidẽ quẽ reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Omnis qui ceciderit supra illum lapidem, conquassabitur: supra quem autem ceci 25 derit, cõminuet illum. Et quærebãt principes sacerdotum & scribæ mittere in illum manus illa hora, & timuerunt populũ: cognouerũt enim quod
160 ad ipsos dixerit similitudinem hanc. ¶ Et obseruantes miserunt insidiatores qui se iustos simularent, ut caperẽt eum in sermone, ut traderent illum principatui, & potestati præsidis. Et interrogauerũt eum, dicentes: Magi- 30 ster, scimus quia recte dicis & doces, & nõ accipis personam, sed uiam dei in ueritate doces: Licet nobis tributum dare Cæsari, an nõ? Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tẽtatis? Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginẽ & inscriptionem? Respõdentes dixerũt ei: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt 35

dei, deo.

dei, deo. Et non potuerunt uerbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in respõso eius, tacuerũt. Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionẽ, & interrogauerunt eum, dicẽtes: Magister, Moyses scripsit nobis, si frater alicuius mortuus fuerit habẽs uxorẽ, & hic
40 sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater eius uxorẽ, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit uxorem, & mortuus est sine filijs. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissime omnium, mortua est & mulier. In resurrectiõe er
45 go cuius eorum erit uxor? siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis IESVS: Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi uero qui digni habebuntur seculo illo, & resurectione ex mortuis, neque nubẽt, neque ducẽt uxores, neq; ultra mori poterunt. Aequales enim angelis sunt, & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. Quia uero resurgant mortui, &
50 Moyses ostendit secus rubum: sicut dicit dominũ, deum Abraham, & deũ Isaac, & deum Iacob. Deus autem, non est mortuorũ, sed uiuorum: omnes enim uiuunt ei. Respondentes autem quidam scribarum, dixerunt ei: Magister, bene dixisti. Et amplius nõ audebant eum quicquam interrogare.
¶ Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt CHRISTVM, filium esse Da- 161
55 uid: & ipse Dauid dicit in libro Psalmorum, Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Dauid ergo dominum illum uocat, & quomodo filius eius est?
¶ Audiẽte aũt omni populo, dixit discipulis suis: Attẽdite a scribis qui uo 162
60 lunt ambulare in stolis, & amãt salutatiões in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in cõuiuijs. Qui deuorant domos uiduarum, simulantes longã orationem. Hi accipient damnationem maiorem,

ANNOTATIONES BREVES XXXVII. CIRCA LITER. CAP. XX.

1 dierum
* ἐκείνῳ illorum
2 conuenerunt
ἐπέστησαν
astiterunt
3 aiunt
εἶπον
6 præteritum.
6 uerbum.
λόγον
sermonem
6 Respondete
εἴπατε
6 Dicite
6 Baptismum
Baptismus
9 Certi sunt enim,
πεπεισμένος γὰρ εἰσιν
Persuasa est enim
ut referatur ad plebẽ.
20 hæres.
* λεῦτε
Venite.
22 dixerunt – illi.
25 supra
ἐπὶ
super
25 supra quem autem
ἐφ' ὃν δ' ἂν
super quẽcunq; aũt
27 timuerunt
– populum.
29 iustos
* εἶναι esse
29 caperẽt eũ in sermone.
ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου
caperẽt eius sermonem
33 dolum
τὴν πανουργίαν
astutiam
38 qui negant esse resurrectionem.
οἱ ἀντιλέγοντες ἀνάστασιν μὴ εἶναι
qui cõtradicendo dicũt resurrectionẽ non esse
40 sine liberis
ἄτεκνος

Universidad de Deusto Biblioteca

40 fuerit,
ἀποθάνῃ
mortuus fuerit
42 ſine filijs,
ἄτεκνος
42 ſequens
ὁ δεύτερος
ſecundus
42 ſine filio.
ἄτεκνος
43 illam
* ὡσαύτως
ſimiliter
43 ſimiliter &
– omnes
43 ſemen,
τέκνα
liberos
45 uxorem. Et
* ἀποκριθεὶς
respondens
46 nubunt.
ducunt uxores
& infra.
46 tradũtur ad nuptias,
ἐκγαμίσκονται
dantur nuptum
48 ducent uxores,
ἐκγαμίζονται
48 poterunt.
δύνανται
præſens.
48 Aequales enim angelis
ἰσάγγελοι γὰρ
Pares enim angelis
49 Quia uero resurgant
ὅτι δὲ ἐγείρονται
Quod autẽ resurgũt
50 ſicut
ὡς
cum
52 dixerunt
– ei
foro,
ταῖς ἀγοραῖς
plurale.
60 uiduarum,
* ἐν &
61 ſimulantes longam orationem.
προφάσει μακρὰ προσεύχονται
prætextu prolixe orãt.
61 damnationem maiorem.
περισσότερον κρίμα
abundantius iudicium

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVM.

158 „ SVbdit Lucas de ſcribis & phariſæis iterrogãtibus dominũ, ĩ qua pote
„ ſtate authoritate ue faceret ea, quæ fecerat aut faciebat, dicẽs. ¶ Et fa
„ ctum eſt in una dierũ docẽte illo populũ in tẽplo, & euãgelizãte: con
„ uenerunt principes ſacerdotũ, & ſcribæ cũ ſenioribus, & aiũt dicẽtes
„ ad illum: Dic nobis, in qua poteſtate hæc facis? aut quis eſt, qui dedit
„ tibi hanc poteſtatem. Reſpondens autem IESVS, dixit ad illos: Interrogabo uos
„ & ego unum uerbum. Reſpõdete mihi: Baptiſmus Ioannis, de cœlo erat, an ex ho
„ minibus? At illi cogitabãt intra ſe, dicẽtes: Quia ſi dixerimus, de cœlo, dicet: Qua
„ re ergo nõ credidiſtis illi? Si autẽ dixerimus, ex hominibus: plebs uniuerſa lapida
„ bit nos: certi ſunt enim, Ioannem prophetam eſſe. Et reſpõderunt ſe neſcire unde
„ eſſet. Et IESVS ait illis: Neque ego dico uobis in qua poteſtate hæc facio. ¶ Hanc
principum, ſacerdotum, ſcribarum & ſeniorum interrogationem, & domini ex in
terrogatione de baptiſmate Ioannis unde eſſet, reſponſionẽ: habet Matthæus capi
te uigeſimoprimo, numero ducenteſimotertio, & Marcus capite undecimo, nu
mero ſexageſimonono. Nec hic adijcit Lucas. Deinde ſubdit Lucas parabolã de
159 „ plantata uinea, quæ locata fuit agricolis, dicens. ¶ Cœpit autem dicere ad plebem
„ parabolam hanc: Homo quidam plantauit uineam, & locauit eam colonis: & ipſe
„ peregre fuit multis temporibus. Et in tempore illo miſit ad cultores ſeruum, ut de
„ fructu uineæ darent illi. Qui cæſum dimiſerunt eum inanem. Et addidit alterũ ſer
„ uum mittere. Illi autem hũc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiſerũt
„ inanem. Et addidit tertium mittere. Qui & illũ uulnerantes, eiecerũt. Dixit autem
„ dominus uineæ: Quid faciam? mittã filiũ meum dilectũ: forſitan cũ hũc uiderint, ue
„ rebuntur. Quem cum uidiſſent coloni, cogitauerunt intra ſe, dicentes: Hic eſt hæ
„ res, occidamus illum, ut noſtra fiat hæreditas. Et eiectũ illum extra uineam, occide
„ runt. Quid ergo faciet illis dominus uineæ? Veniet, & perdet colonos iſtos, & da
„ bit uineam alijs. Quo audito, dixerũt illi: Abſit. Ille autem aſpiciẽs eos, ait: Quid eſt
„ ergo hoc quod ſcriptum eſt: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus
„ eſt in caput anguli? Omnis qui ceciderit ſupra illum lapidem, conquaſſabitur: ſupra
quẽ autem

„ quẽ autem ceciderit, cõminuet illũ. Et quærebant principes ſacerdotum, & ſcribæ
„ mittere in illum manus illa hora, & timuerunt populũ. Cognouerunt enĩ quod ad
„ ipſos dixerit ſimilitudinem hanc. ¶ Hanc parabolam poſuit Matthæus cap. 21. nu
mero ducenteſimoquinto. Et illic myſterium parabolæ declaratum eſt, & proinde
ex illo loco petendum. Et cum dicitur hic, Locauit eam colonis, Miſit ad cultores,
Cum uidiſſent coloni: illa, colonis, cultores, coloni, eodem uocabulo, ſed per caſus
uariato, Græce dicuntur, γεωργοὶς, γεωργοὺς, γεωργοὶ, quæ apud Matthæum uertuntur,
agricolis, agricolas, agricolæ: ne putentur diuerſi eſſe, qui hic dicuntur coloni & il
lic agricolæ; & proinde alia parabola. Idem quoq; eſt hic homo quidã, & illic pa
terfamilias, per quem ſignificatur deus. Qui & peregre fuit multis tẽporibus: quia
in terris nõ eſt uiſus ad aduentũ uſque domini, quo tempore uiſus eſt in filio: quia
qui uidet filium, uidet & patrem: quandoquidem filius in patre, & pater in filio eſt. Ioan. 14.
Porro particula, Veniet & perdet colonos (id eſt agricolas) iſtos, & dabit uineam
alijs: hic eſt ſaluatoris loquentis: at apud Matthæum ſimilis illi eſt principum ſacer
dotum, aut ſeniorum populi, interrogationi domini reſpondentiũ: unde intelligit
dominus illam ipſorum ſententiam approbaſſe ex uerbis Lucæ hoc in loco, ut qui
ſe proprio ore iudicabant, condemnabantq;. Et quale eſt, quod hic principes ſacer
dotum, ſcribæ aut ſeniores, illo audito dixerunt illi: Abſit, μὴ γένοιτο. Hoc ſane non
eſt inſiciatorium, ſed deprecatoriũ & perinde ac ſi diceretur, ne fiat, ne eueniat ut a
gricolæ filiũ domini uineæ eiectũ extra uineam occidant: & quod propterea uinea
alijs locanda ſit agricolis, primis ſcilicet male pro delicto ſuo perditis. Sed ex Pſal
mo 117. oſtendit eis dñs rem ita euenturam, cũ ait: Quid ergo eſt hoc quod ſcriptũ
eſt: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli? Vbi Pſalm. 117.
per hoc quod dicitur, ædificantes reprobaſſe lapidem illum ſumangularem, qui eſt
CHRISTVS dñs: deſignatur ipſos agricolas filiũ domini uineæ reprobaturos, eie
cturos, & occiſuros. Quod aũt ſubiungitur: Oĩs qui ceciderit ſuper illũ lapidẽ, con
quaſſabitur: ſuper quem aũt ceciderit, cõminuet illum: explicatio eſt oraculi Eſaiæ Eſa. 8.
cap. 8. dicentis: Dominum exercituum ipſum ſanctificate. Ipſe pauor ueſter, & ip
ſe terror ueſter. Et erit uobis in ſanctificationem: in lapidem autem offenſionis, &
petram ſcandali duabus domibus Iſraël, & in laqueum & in ruinam habitantibus
Hieruſalem. Et offendent ex eis plurimi, & cadẽt & conterentur, & irretientur, et
capientur. Nam illud, Omnis qui ceciderit ſuper illũ lapidem, conquaſſabitur: ex
plicat id Eſaiæ: In lapidem aũt offenſionis & petram ſcandali duabus domibus Iſ
raël. Sed quæ ſunt duæ illæ domus Iſraël? Quid ſi domus Leuitarũ, de qua fuerunt
ſacerdotes & ſcribæ, & domus Iſacar, de qua Iudas qui tradidit dominũ, qui & ob
id dictus eſt Iſcariotes? Nam hæ duæ domus arbitror, maxime offenderunt & im
pegerũt in CHRISTVM. Et ideo conquaſſatæ ſunt. Et qd' adiũgitur, Super quẽ
aũt ceciderit, cõminuet illũ: explicat id Eſaiæ. Et ĩ laqueũ & ruinã habitãtibus Hie
ruſalẽ. Tũc aũt cecidit ſuper Hieroſolymitanos, & cõminuit eos: qñ facta eſt ulto
ribus Rhomanis abominatio deſolationis, quã nõ ſolũ Daniel, ſed & dñs eis præ Daniel. 9.
dixit. Sed & id quod ſequitur, Et offendent ex eis plurimi, & cadent & cõterentur Luc. 19.
eandem habet ſententiã: nam cadere ſuper illũ lapidẽ, eſt incidere in illũ, impinge
re in illũ, obluctari & reſiſtere ei: quod fecerunt plurimi. Et cum dicitur, cadent &
conterentur; hic intelligitur caſus lapidis ſuper eos, quæ eſt etiam diuina ultio, non
ſolũ in hoc, ſed & in altero ſeculo illos conterens. Et tunc quoq; ipſi principes cũ
dominus hæc diceret, impingebant in illũ, uolentes illa hora inijcere manus in eũ.
Quod & tentaſſent, etſi fruſtra (nõ enim poterant præuertere oracula) niſi timuiſ
ſent populũ: quia cognouerũt qd' de ipſis hæc parabola diceret. Sed quid fecerint
ubi id auſi nõ ſunt, ſubdit Lucas, dicens. ¶ Et obſeruantes miſerũt inſidiatores, qui 160

Universidad de Deusto
Biblioteca

se iustos simularent, ut caperent eum in sermone, & traderẽt illum principatui, & potestati præsidis. Et interrogauerunt eum dicentes: Magister, scimus quia recte dicis & doces, & nõ accipis personam: sed uiam dei in ueritate doces. Licet nobis dare tributũ Cæsari, an non? Considerans autem dolum illorũ, dixit ad eos: Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inscriptionẽ? Respondentes, dixerunt: Cæsaris. Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari & quæ sunt dei, deo. Et non potuerũt uerbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in responso eius, tacuerunt. Accesserunt autem quidam sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis, Si frater alicuius mortuus fuerit habens uxorem, & hic sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater eius uxorem, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant. Et primus accepit uxorem, & mortuus est sine filijs. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam, similiter omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissime omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorum erit uxor? siquidem septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis IESVS: Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias illi uero qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq; nubẽt, neq; ducent uxores, neq; ultra mori poterunt. Aequales enim angelis sunt, & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. Quia uero resurgant mortui, & Moyses ostẽdit secus rubum: sicut dicit dominum, deum Abraham, & deum Isaac, & deum Iacob. Deus autem, non est mortuorum, sed uiuorum. Omnes enim uiuũt ei. Respõdentes autem quidam scribarum dixerũt ei: Magister, bene dixisti. Et amplius nõ audebant eum quicquàm interrogare. ¶ Conspirauerunt scribæ & pharisæi cum Herodianis ex Matthæo, ut possent dominum in sermone reprehẽdere, ut in hoc
Esa. 8. quoq; uerificaretur sermo Esaiæ in loco pauloante adducto: Omnia enim quæ loqtur populus iste, coniuratio est. Et hæc coniuratio ac conspiratio ad ipsum reprehẽdendum, scripta etiam est à Matthæo capite uigesimosecundo, numero 207. tã de pharisæis, quibus ostenso numismate dominus silentium imposuit, quàm de sadducæis qui negabãt resurrectionem mortuorum: supponebant enim quod in resurrectione & uiri ducerent uxores, & mulieres nuberent: ex quo, & hypothesi possibili, aduersarios, siue hoc, siue illud dicerent, id est in quancunq; partem responderẽt, ad inconsentaneũ, aut impossibile deducere solebant. Vnde colligebant resurrectionis impossibilitatem. At dominus suppositionem inficiatus est, quam stulti scribæ & pharisæi admittebant, & ideo captioni illorum facere satis nesciebant: sed in dissolutione cauilli, tanquàm culices tela araneæ impliciti, irretiti, inuoluti, frustra laborabant. Quem dñs & uere dissoluit, & præterea ueritatem eos edocuit, & hic & apud Matthæũ cap. uigesimosecundo, numero 208. Subdit insuper Lucas quomodo dominus interrogauit scribas & pharisæos de CHRISTO, quonam modo
161 „ crederent eum esse filium Dauid, dicens. ¶ Dixit autem ad illos: Quomodo dicũt „ CHRISTVM esse filium Dauid, & ipse Dauid dicit in libro psalmorũ: Dixit do„ minus domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellũ pe„ dum tuorum? Dauid ergo dominum illum uocat, & quomodo filius eius est? ¶ Et hanc quoq; confusionem scribarum & pharisæorum, nõ inuenientium quid essent dicturi, qui nihilominus uenerant, ut domino silentiũ imponerent, quid contra ipsis omni in loco cum uerecundia impositum est, habet Matthæus capite uigesimo secundo, numero 210. Et qui uenerant ut caperent, ipsi uiceuersa capti fuerũt, sicut
Psalm. 9. scriptũ est: Cõprehendantur in cõsilijs quibus cogitant. Subiungit Lucas, q̃ de scri
162 „ bis dixerit dñs discipulis suis, dicens. ¶ Audiente aũt omni populo, dixit discipu„ lis suis: Attendite à scribis qui uolũt ambulare in stolis, & amant salutationes in fo„ ro, &

„ ro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuijs. Qui deuo„ rant domos uiduarum, simulantes longam orationem, hi accipient damnationem „ maiorem. ¶ Prius dictũ est, quo pacto obseruantes miserunt qui se iustos simularent. Erant ergo hypocritæ, sed simulati ac tecti. Et proinde dominus, qui occulta cognoscit, quales essent, aperte detexit ad populũ. Sic omnia peccata, quantumcũque tecta fuerint, erunt detecta coram omnibus angelis, sanctisq; cœlorum. Et talium fugiendam esse conuersationem uitæq; imitationem, habet Matthæus capite 23. numero. 211. & Marcus capi. 12. numero. 74. Et quod dominus dicebat: id non erat ut illos infamaret, sed ut alij à tali uita cauerent. Attendite, inquit, à scribis, cauete ab illis, & maxime qui talium erant morum, quales eos describit. Non simus ergo ambitiosi, curiosi, superflui in uestibus, non appetentes auræ popularis, non ambientes inter alios primas dignitatis partes, non captantes in conuiuijs prima loca, non simulatione sanctitatis simplicium corda fallentes, & hoc quidem auaritiæ gratia: quia hos mores odit deus, & grauissimo puniet supplicio: iustus enim est. Sed in omnibus simus modesti, humiles, ueraces, benefici, liberales & misericordes: & ita dilecti à domino, æternum uitabimus supplicium, & nos uitæ beatorum aptos reddemus, imo ipse reddet: quam nobis sua quidem bonitate largiatur pater æternus per Christum saluatorem nostrum. Cui laus, decus, & imperium in omnia secula seculorum. Amen.

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

Espiciens autẽ, uidit eos qui mittebant munera sua in ga- 163
5 zophylacium diuites. Vidit aũt & quandam uiduam pauperculam, mittentem æra minuta duo. Et dixit: Vere dico uobis, quia uidua hæc pauper plus q̃ omnes misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi, miserunt in munera dei: hæc autẽ ex eo quod deest illi, omnem uictum suum quem habuit, misit. ¶ Et 164
quibusdã dicentibus de templo, q̃ bonis lapidibus & donis ornatũ esset, Dixit: Hæc quæ uidetis, ueniẽt dies in quibus nõ relinquẽt lapis super lapidem, qui nõ destruatur. Interrogauerũt aũt illum, dicentes: Præceptor,
10 quando hæc erunt, & quod signum cum fieri incipient? Qui dixit: Videte ne seducamini. Multi enim uenient in nomine meo, dicentes, quia ego sum, & tẽpus appropinquauit. Nolite ire post eos. Cũ aũt audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. Oportet primum hæc fieri, sed nondũ statim finis. Tũc dicebat illis. Surget gens contra gentem, & regnũ aduersus
15 regnũ: & terræmotus magni erũt p loca, & pestilẽtiæ, & fames, terroresq; de cœlo, & signa magna erũt. Sed ante hæc oĩa, injiciẽt uobis manus suas, & persequentẽ, tradẽtes in synagogas & custodias, trahẽtes ad reges & præsides propter nomen meũ. Continget autem uobis in testimoniũ. Ponite ergo in cordibus uestris nõ præmeditari quemadmodũ respõdeatis. Ego
20 ẽm dabo uobis os & sapientiam, cui nõ poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij uestri. Trademini aũt a parẽtibus & fratribus, & cognatis & amicis, & morte afficient ex uobis. Et eritis odio omnibus hominibus

propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter nomen meũ. Et capillus de capite uestro non peribit. In patientia
165 uestra possidebitis animas uestras. ¶ Cũ autem uideritis circundari ab ex
ercitu Hierusalem: tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tũc 25
qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & q
in regionibus, nõ intrent in eam: quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur
oĩa quæ scripta sunt. Væ aũt prægnantibus & nutriẽtibus in illis diebus.
Erit em̃ pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in ore
gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Et Hierusalem calcabitur a gẽ 30
tibus, donec impleantur tẽpora nationum: Et erunt signa in sole & luna, &
stellis, & in terris pressura gentiũ præ cõfusione sonitus maris, & fluctuũ,
arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient
uniuerso orbi. Nam uirtutes cœlorum mouebuntur. Et tũc uidebũt filiũ
hoĩs uenientẽ in nube cũ potestate magna & maiestate. His aũt fieri inci 35
pientibus, respicite & leuate capita uestra: qm̃ appropinquat redemptio
166 uestra. ¶ Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam & omnes arbores
Cum producunt iam ex se fructũ, scitis quoniã prope est æstas. Ita & uos
cum uideritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum dei. Amen di-
co uobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlũ & 40
167 terra transibunt: uerba aũt mea non transibunt. ¶ Attẽdite autẽ uobis, ne
forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ: &
superueniet in uos repentina dies illa. Tanq̃ laqueus enim superueniet in
omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaq̃ omni tẽpore
orãtes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare an 45
168 te filiũ hominis. ¶ Erat autem diebus docẽs in tẽplo: noctibus uero exiẽs
morabatur in mõte qui uocatur Oliueti. Et omnis populus manicabat ad
eum in templo, audire eum.

ANNOTAT. BREVES L. CIRCA LITERAM. CAP. XXI.

3 mittentem * ἐκεῖ ibi
6 ex eo quod deest ἐκ τοῦ ὑστερήματος ex defectu, ex penuria
6 uictum – suum βίον substantiam
6 misit, * ταῦτα λίγων ἐφώνει. ὃ ἔχων ὅτα ἀκούειν, ἀκουέτω hæc dicens clamabat, Qui habet aures ad audiendũ, audiat.
9 donis
9 destruatur καταλυθήσεται dissoluatur
10 quando * οὖν igitur
10 fieri incipient? μέλλει ταῦτα γίνεσθαι hæc futura sunt
13 nondum οὐκ non
15 terroresq̃ φόβητρά τε & terriculamenta
16 de cœlo & signa ἀναθήμασι & signa de cœlo
17 trahentes ἀγομένους cum ducemini
19 præmeditari – quemadmodum
19 respõdeatis. ἀπολογεῖσθαι defensionem (re
20 resistere & cõtradice ἀντιπεῖν οὐδὲ ἀντισῆναι cõtradicere neq̃ resistere
21 aduersarij uestri (stere οἱ ἀντικείμενοι ὑμῖν aduersantes uobis
21 Trademini

21 Trademini aũt * καὶ & ἔθνων gentium
22 odio μισούμενοι odio habiti
32 terris τῆς γῆς singulare.
22 oĩbus – hominibus * ὑπὸ ab
32 pressura συνοχὴ coartatio
23 peribit.
24 possidebitis κτήσασθε perit possidete
32 præ confusione ἐν ἀπορίᾳ in perplexitate
32 præsentia ἠχοῦσης sonitus
23 patientia τῇ ὑπομονῇ tolerantia
33 quæ superuenient τῶν ἐπερχομένων eorũ q̃ superuenient
24 exercitu στρατοπέδων plurale.
33 uniuerso orbi. τῇ οἰκουμένῃ orbi terrarum,
28 nutrientibus θηλαζούσαις lactantibus
34 terræ habitatæ mouebuntur. σαλευθήσονται agitabuntur.
29 pressura ἀνάγκη necessitas
35 quatientur
29 uis
35 potestate – magna
35 populo huic. ἐν τῷ λαῷ τούτῳ in populo hoc
35 maiestate. δόξης gloria
29 cadent – in
29 ore
36 respicite ἀνακύψατε suspicite
31 nationum.
37 Videte ἴδετε anceps ad ind. et imp.
37 ficulneam τὴν συκῆν ficum
38 ,,ducũt iã ex se fructũ προβάλωσιν ἤδη iam proruperint, iam gemmauerint
38 quoniam * ἤδη iam
42 ne forte μήποτε nequando
42 huius uitæ, βιωτικαῖς
42 superueniat ἐπίστῃ ingruat
45 digni habeamini καταξιωθῆτε digni reddamini
46 morabatur ἠυλίζετο diuersabatur
47 Oliueti. ἐλαιῶν oliuarum
47 manicabat ὄρθριος mane ibat

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

Vbdit Lucas historiã uiduæ pauperculæ, quæ etiã suprã uires libera
lis erat, dicens, ¶ Respiciens aũt, uidit eos qui mittebant munera sua 163
in gazophylatiũ diuites: uidit autem & quandam pauperculam mittẽ
tem æra minuta duo. Et dixit: Vere dico uobis, quia uidua hæc paup,
plus q̃ omnes misit. Nam omnes hi, ex abũdanti sibi miserunt in mu
nera dei: hæc autẽ ex eo quod deest illi, omnem uictum suum quem habuit, misit.
¶ Hæc de uidua, historia, iam apud Marcum cap. 12. numero. 75. est expressa. Ne
que hic quicq̃ adijcit Lucas, in quo diutius sit insistendum. Subiungit itaq̃ de ijs,
qui admirabantur structuram templi, & de interrogationibus eorum, dicens. ¶ Et 164
quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus & donis ornatum esset, di
xit: Hæc quæ uidetis, uenient dies, in quibus non relinquetur lapis supra lapidem,
qui non destruatur. Interrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor, quan
do hæc erunt, & quod signum cum fieri incipient? Qui dixit: Videte ne seduca
mini Multi enim uenient in nomine meo, dicentes: quia ego sum, & tempus ap
propin

Universidad de Deusto Biblioteca

propinquauit: Nolite ire post eos. Cũ autem audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. Oportet primum hæc fieri, sed nondũ statim finis. Tũc dicebat illis: Surget gens contra gentẽ, & regnum aduersus regnũ: & terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ & fames, terroresq; de cœlo, & signa magna erunt. Sed ante hæc oĩa iĩjciẽt uobis manus suas, & persequentẽ tradẽtes in synagogas et custodias, trahentes ad reges & præsides propter nomen meũ: continget aũt uobis in testimoniũ. Ponite ergo in cordibus uestris nõ præmeditari quemadmodũ respondeatis. Ego eẽ dabo uobis os & sapientiam, cui nõ poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij uestri. Trademini aũt à parentibus & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex uobis. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meũ. Et capillus de capite uestro non peribit. In patientia uestra possidebitis aĩas uestras. ¶ Similia ijs q̃ hic dicuntur, habet Matthæus cap. 24. numero 227. & Marcus cap. 13. numero 77. Sed isti de exteriori templi ornatu loquuntur, Lucas uero de interiori. Illud autem ædificium templi quod admirabantur, non erat id solum quod extructum fuerat sub Esdra & Zorobabele, sed & augmentum illud magnificum quod ei adiecerat Herodes temporibus Augusti Cæsaris: quod ex Iosepho capite ultimo libri quintidecimi de antiquitatibus cognoscitur. Et qui exteriorem admirabantur ornatum, id maxime admirabantur, quod adiecerat Herodes: quod ex ijs quæ capite secundo Ioannis, numero 20. per gratiã dei dicentur, manifestius apparebit. Hinc discere possumus, decere templũ dei spirituale, non solum exterius apparere ornatum, sed & interius, & longe quidem magis: quod designabat illud tam externũ, q̃ internũ templi materialis ornamentum. Et cum dicitur, Et donis ornatum: dona hic dicuntur ἀναθήματα, id est dona illa cerea, argentea, aurea, gẽmata, & quæq; preciosa, quæ templis appendebantur, uota, populi deuotionem ac pietatem testantia, quibus similia nostris quoq; teporibus multis in templis uisuntur. Sed illa istis ob id meliora, quod illa soli deo offerebantur: ista autẽ aut raro, aut nunq̃ deo offeruntur. O bone IESV, uia & ueritas, libera ignorantiam nostram à mendacio maligni, & à faucibus rugientis præparati ad escam. Da sentire te esse liberatorem omnium: quia qui id sentiunt, & ad unum se conuertunt, non tangit eos tormentum malitiæ: o pura, o sancta, o uera religio te solũ respicientium, & in patre æterno, & in te filio, & in spiritu sancto, uno solo superbenefico, mirifico, omni
Psalm. 122. potente deo oculos figentiũ (ut figuntur oculi ancillæ in manibus dominæ suæ) donec miserearis ipsorum: quia tu es uera, imo plus q̃ uera medela, & salus omnium. Illa tamen anathemata, id est donaria quæ ornabant templũ, carpenda non erant: quia, ut dictum est, soli deo erant oblata, sacrataq;. Et utinã nunc omnia corpori domini, quod est uerum dei templũ semper deo inhabitatum, & ideo unicũ sanctum sanctorum, quod sacramentaliter in templis materialibus nobis relictũ est uisendũ apponerentur. Illic eẽ deberent omnia ἀναθήματα appendi: illic soli deo uota reponi, illic fides, fiducia, charitas, deuotio, pietas, & adoratio exhiberi: quia sic errare nõ contingit. At ibi, quod sciam, nulla uisuntur. Ergo si deuotione ducaris, & uelis sacrũ donũ offerendo, benedicendæ ab omni generatione matris eius opem implorare, aut apostoli, aut martyris, aut denique sancti cuiuspiam cultoris dei, qui forte inferioris sit ordinis, pietas, & amor te ante sanctum sanctorum cum tuo anathemate perducant. Ibi adores, ibi opem implores, ibi oblatum relinquas, aut suspendas tuũ anathema, rogando regẽ gloriæ, ut dignetur illos pro te audire. Hæc est Christianorũ uia: quã qui sequũtur, spũ dei monstrante non errant. Hæc olim erant uetus arca, uetus manna, uetus altare: sed typica ac umbratilia: at nunc hæc omnia noua in una unius ueritatis luce. Hæc spũs, qui omnes uult saluos fieri, & dicere suadet, & uult cordibus hominũ esse impressa, ut oẽs suã intelligant salutem. Et proinde ne forte

ne forte aliter faciendo erretis, mementote sentẽtiæ Pauli ad Colossenses, dicẽtis Coloss. 2.
Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neq; cõtrectaueritis, quæ sunt oĩa in interitũ ipso usu, secundũ præcepta & doctrinas hominũ: quæ sunt rationẽ quidẽ habentia sapientiæ in superstitiõe & humilitate, & nõ ad parcendũ corpori, nõ in honore aliquo ad saturitatẽ carnis. Nõ ad parcendũ, inquit, corpori. Sed cui corpori? Sane corpori CHRISTI, in quo omnia membra ad unũ colligunt, & uno spiritu uiuũt, qui est spiritus CHRISTI, solq; deo unitiuus. Et quid est: Non in honore aliquo ad saturitatem carnis: nisi ad satietatẽ sensus carnalis, qui semper ad multitudinẽ prolabit quæ quo maior est, eo minus satiare potest? Vnus enim est, qui omnia implet, omnia perficit, omnia satiat. Et cũ circa calcem huius literæ adiungit: Et capillus de capite uestro nõ peribit: aduerte quod caput nostrũ, CHRISTVS dominus. Capilli, qui ipsum in hac uita quomodocunq; adornant, etsi membra corporis nõ sint præcipua: qui omnes, ut alio loco dicit, numerati sunt. Si igitur hi qui solũ capillorũ uice fungi dicuntur, nõ peribũt: quanto minus qui membra corporis necessaria sunt, fuerunt, aut erunt: quales apostoli, discipuli, & qui illis in sanctis illis officijs succedunt? Subdit Lucas signũ, quod testante domino erat euenturũ, cum esset desolanda sancta ciuitas, quæ dicebat Hierusalẽ, sed terrestris, dicẽs. ¶ Cum aũt uideritis 165
circundari ab exercitu Hierusalem, tũc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiãt ad montes: & qui in medio eius, discedãt: & qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies ultionis hi sunt, ut impleant omnia quæ scripta sunt. Væ aũt prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Erit eẽ pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui ducent in omnes gentes. Et Hierusalem calcabitur à gentibus, donec impleantur tempora nationum. Et erunt signa in sole & luna & stellis: & in terris pressura gentium, præ confusiõe sonitus maris & fluctuũ, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes cœlorum mouebuntur. Et tunc uidebunt filium hominis, uenientem in nube cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra. ¶ Hoc desolationis indiciũ tetigit Matthæus capi. 24. numero. 228. & Marcus cap. 13. numero. 77. Et uidetur hic Lucas quodammodo interpretari, id quod à Matthæo & Marco dictum est abominatio desolationis loci sancti, sanctæ ciuitatis desolationem, quæ horrenda admodũ fuit, & abominanda: tum q̃ à principe idololatriæ facta sit, qui abominatio cultoribus dei sanctis, & prophetis erat: tũ q̃ horrendũ sit audire mulieres, etiã in sancta ciuitate pueros suos infantes coxisse, coctosq; mandisse (q̃ tẽpore lamentationis Hieremiæ oraculũ Treno. 4.
impletũ est: Manus, inquit, mulierum misericordiũ coxerunt filios suos, facti sunt cibus earũ, in cõtritione filiæ populi mei) tot cædes enormes in tẽplo cõmissas esse: & illud post tot nefanda facinora, tandẽ miserabiliter cõflagrasse, nulla religiõis nulla loci sancti habita ratione. Et qd hic dicit: Erunt signa in sole & luna & stellis id expresserũt Matthæus & Marcus, dicentes q̃ sol obscurabit, & luna nõ dabit lumen suũ, & stellæ cadent de cœlo. Sed additur hic, cum hæc fient, pressurã gentiũ mirabilẽ futurã, motis etiam ac turbatis inferioribus elementis: nam quomodo motis superioribus potentijs, quales sunt uisibilis sol, luna, & stellæ, non mouerent inferiores? Quid si inuisibiles & supercœlestes? etsi id, καὶ γὰρ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, id est, Etenim potestates cœlorum concutientur, dictum de potestatibus cœlestibus uideat. Mare resonabit, quatient fluctus, arua erunt sterilia, tabescent homines præ timore & expectatione eorũ quæ superuenient: non uni quidem regioni, nõ uni plagæ terræ, sed uniuerso orbi: nam & tunc potestates cœlestes cõmouebunt: & ut inquit Petrus, cœli magno impetu trãsient; elemẽta uero calore soluen 2. Petri. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

tur, Et proinde qui illa tempestate uiuent, leuent capita sua ad implorandam misericordiam dei: quia tunc omnium resurrectio erit proxima, in qua cõplebitur perfectæ redemptionis opus, homine ad uitæ perennitatẽ translato in gloriam in corpore & anima: homine dico, qui illa futura uita inuẽtus fuerit dignus. Et subdit Lucas parabolam de ficu, & alijs arboribus, dicens. ¶ Et dixit illis similitudinem: Vi-
166 „ dete ficulneam, & omnes arbores: Cum producũt iam ex se fructũ, scitis quoniam
„ prope est estas. Ita & uos cũ uideritis hæc fieri, scitote quoniã prope est regnũ dei.
„ Amen dico uobis, quia nõ præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum &
„ terra transibũt, uerba autẽ mea non transibunt. ¶ Hanc parabolã habet Matthæus cap. uigesimoquarto, numero ducentesimo trigesimoprimo, & Marcus cap. tertiodecimo, numero septuagesimoseptimo, et quod Matthæus, Scitote qa prope est in ianuis: & Marcus, Scitote qd' in ꝓximo sit in ostijs. hoc Lucas interpretat de regno dei, quod uidelicet sit in ianuis: de regno dei inquam futuro, quod non ultra erit per mysteria, sed per archetypa ipsa: nõ ultra in uia, sed in patria: nõ ultra per spem, sed per speratorũ fruitionem. Mox subiungit Lucas adhortationem, ut sobrie & iuste,
167 „ & pie uiuamus in hoc seculo ad diẽ usq; secũdi aduentus, dicens. ¶ Attẽdite autem
„ uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula, & ebrietate, & curis huius uitæ:
„ & superueniat in uos repentina dies illa: tanquã laqueus enim supueniet in omnes,
„ qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore orantes, ut di
„ gni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filiũ hominis. ¶ Id. Ne forte grauentur corda uestra: Græce dicit, μήποτε βαρυνθῶσιν ὑμῶν αἱ καρδίαι, quod æquius uerti potuit, ne quãdo, ne unquã grauẽtur corda uestra, id est animæ uestræ. Nã si cibus & potus ad necessitatẽ sumantur, animam ac mentem non grauãt, neq; impediũt à suis officijs: quæ debẽt esse officia pietatis & spiritus, nõ ipietatis & carnis: quod si ad uoluptatem, crapulam & ebrietatem sumantur, offendunt animam, sepeliunt que ipsam in carne, tanquã iam deo mortuam. Et non modo à crapula & ebrietate nobis cauẽdum iubet illa de salute nostra perquã solicita infinitæ miserationis bonitas: sed & à curis & solicitudinibus huius uitæ, ut quid mãducemus, quid bibamus, quid induamus. Nam qui illis obruuntur curis, similes sunt ijs, qui fluctibus in medio maris inuoluuntur, qui neq; cœlum postea uisuri sunt unquam, neq; salutis portũ intraturi. Quid igitur facere debent huiusmodi, quos caro ad delicias suas inuitat, & mundus ad innumeras curas & solicitudines trahit? Nimirum time-
Sopho.1. re ne repẽtina illa dies iudicij, dies iræ, dies calamitatis omnis & miseriæ in ipsos inopinato superueniat: quæ quidem tanquã laqueus superueniet nõ modo in omnes qui sedent, sed & qui sederũt, & sedebũt super faciem uniuersæ terræ. At qui soleter uigilant, neq; carnalibus illecebris abducti, neq; solicitudinibus huius uitæ obruti, nequaquam timent diem illam: sed orãtes in desiderio dicũt, aduenìat regnum tuum, id quod tum primum illa die implendum est, nullo amplius in illo regno faciente nisi dei uoluntatem. Ergo uigilare debemus omni tempore orantes, usque ad illum diem. Et quid orantes? Quod ille summe bonus nos docuit orare, ut sanctificetur nomen eius, ut regnum eius ueniat, ut fiat uoluntas eius: & quod maxime in fine docuit orare, ut ipse qui est summus noster, & aduersarij nostri iudex, liberet nos ab aduersario nostro, carne, mũdo, diabolo. Quod si fecerimus, digni per ipsum inueniemur, ut euitemus illa omnia mala, quæ futura sunt; & ut securi stemus ante conspectum iudicis æterni. Et cum dicit, Vigilate itaque omni tẽpore orãtes, ut digni habeamini: non uult nos ob id ipsum orare, sed ad hoc ipsum. id est, non uult id finẽ esse orationis nostræ, scilicet ut digni habeamur. nam hoc, est uigilantiæ & orationis nostræ consequium, nõ finis: ipse uero, & uigilantiæ & orationis, omnis que sancti ocij, ac omnium piarũ actionũ nostrarũ est finis. Et quod liberabuntur quot-

quot, &

quot, & quicunque in illa die liberabũtur, non erit suæ ipsorum cautionis, non suæ diligentiæ ac operum: sed præcipuæ protectionis, liberationis que diuinæ: tametsi
„ cautio, uigilantia, oratio que cooperabuntur. Deinde subiungit Lucas. ¶ Erat 168
„ autem diebus docens in templo: noctibus uero exiens morabatur in monte, qui uo
„ catur Oliueti: & omnis populus mane ibat ad eum in templo audire eum. ¶ Do-
cebat in tẽplo. Hic enim erat, de quo apud Iohelem dicitur: Filiæ Sion exultate, & Iohel.2.
lætamini in domino deo uestro: quia dedit uobis doctorẽ iusticiæ, & descendere fa
ciet ad uos hymbrẽ matutinum, & serotinum, sicut in principio. Et hi dies quibus e-
rat docens in templo, erant dies ab insigni ingressu ipsius in Hierusalem, usque ad tempus cœnæ paschalis, & diẽ passionis. Et noctu, siue comederet in Bethania aut alibi, siue non, se recipiebat in montẽ, ut mane paratior esset ut descenderet in tem plum ad officium sibi à deo patre traditum peragendum. Et summo mane populus ibat in templum magno cum desiderio ut audiret eum, quod Lucas sic dicit, πᾶς ὁ λαὸς ὤρθριζε πρὸς αὐτὸν, id est, Omnis populus mane surgebat, de luce uigilabat, diluculo ibat ad ipsum. Quod & in uetustis codicibus Latinis sic habetur. Omnis po pulus mane ibat ad eũ. Vnde arbitror in nostris codicibus illas duas dictiones, mane ibat, in unam manicabat, conflatas, deprauatas que. Diuina autem prouidentia fiebat, ut populus præueniret eum in templum: ut qui insidias illi intentabãt, suo conatu frustrarentur. Surgamus igitur & nos ad eũ mane, & diluculo adeamus cor nostrum, quod est templum eius, si purum, mundum, sanctumq; est: & tunc astantes ei uidebimus, quoniam nõ uolens iniquitatem deus ipse est. Quem honorifice- Psal.5.
mus, quem glorificemus, cuius solam uoluntatem quæramus: quia ipse salus nostra, uita nostra, lux nostra per æternum patrem nobis misericorditer communicata. Cui per ipsum, & cũ ipso & spiritu sancto omnis laus, honor & gloria, in omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT VIGESIMVMSECVNDVM.

5 APpropinquabat autẽ dies festus azymorũ, qui dicitur pa 169
scha, & quærebãt principes sacerdotũ, & scribæ quomodo eũ interficerent: timebãt uero plebẽ. Intrauit autẽ Sata
nas in Iudã, qui cognominabat Scarioth, unũ de duodecim, & abijt, & locutus est cũ principibus sacerdotũ, & ma
gistratibus, quẽadmodũ illũ traderet eis. Et gauisi sunt, et pacti sunt pecuniã illi dare: & spopõdit. Et quærebat opportunitatẽ, ut tra
deret illũ sine turbis. ¶ Venit aũt dies azymorũ ĩ qua necesse erat occidi pa 170
scha. Et misit Petrũ & Ioannẽ, dicẽs: Eũtes parate nobis pascha, ut mãduce
10 mus. At illi dixerunt: Vbi uis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introẽũtibus
uobis in ciuitatem, occurret uobis homo amphoram aquæ portãs, sequimini eum in domũ, in quam intrat, & dicetis patrisfamilias domus: Dicit tibi magister, Vbi est diuersoriũ ubi pascha cũ discipulis meis manducẽ? Et ipse ostendet uobis cœnaculum magnum stratum: & ibi parate. Euntes
15 autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerũt pascha. ¶ Et cum facta esset 171
hora, discubuit, & duodecim apostoli cũ eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha mãducare uobiscũ antequã patiar. Dico enim uobis, quia ex hoc nõ mãducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto cali-

 ce gratias

ce gratias egit, & dixit: Accipite & diuidite inter uos. Dico enim uobis q̃
nõ bibam de generatione uitis, donec regnum dei ueniat. Et accepto pane 20
gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicẽs: Hoc est corpus meũ, quod pro uo-
bis datur. Hoc facite in meã cõmemorationem. Similiter & calicẽ postquã
cœnauit, dicẽs: Hic est calix nouũ testamentũ in sanguine meo, qui ꝓ uo-
172 bis fundetur. ¶ Veruntamen ecce manus tradẽtis me mecũ est in mẽsa. Et
quidẽ filius hominis, secũdũ quod definitũ est, uadit: uerũtamẽ uæ homi 25
ni illi, per quẽ tradetur. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis,
173 qui hoc facturus esset. ¶ Facta est autẽ & cõtentio inter eos, quis eorũ uide
retur esse maior. Dixit autem eis: Reges gentiũ dominãtur eorum, & qui
potestatẽ habent super eos benefici uocantur: uos autẽ nõ sic. Sed qui ma-
ior est in uobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nã 30
quis maior est, qui recũbit, an qui ministrat? Nonne qui recũbit? Ego au-
tem in medio uestrũ sum sicut qui ministrat: uos aũt estis, qui permãsistis
mecũ in tentationibus meis. Et ego dispono uobis, sicut dispositum mihi pa
ter meus, regnũ, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: &
174 sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israël. ¶ Ait autẽ do- 35
minus Simoni: Simõ, ecce Satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticũ:
ego autem rogaui pro te, ut nõ deficiat fides tua. Et tu aliquãdo cõuersus,
175 cõfirma fratres tuos. ¶ Qui dixit ei: Domine, tecũ paratus sum & in carce-
rem, & in mortẽ ire. Et ille dixit: Dico tibi Petre, nõ cãtabit hodie gallus,
176 donec ter abneges nosse me. ¶ Et dixit eis: Quãdo misi uos sine sacculo & 40
pera & calceamẽtis: nũquid aliqd defuit uobis? At illi dixerũt: Nihil. Di-
xit ergo eis: Sed nũc qui habet sacculũ, tollat, similiter & perã: & qui nõ ha
bet, uẽdat tunicã suã, & emat gladiũ. Dico enim uobis, quoniã adhuc hoc
quod scriptũ est oportet impleri in me: Et cũ iniquis deputatus est. etenim
ea quæ sunt de me, finẽ habẽt. At illi dixerũt: Domine, ecce duo gladij hic. 45
177 At ille dixit eis: Satis est. ¶ Et egressus ibat secundũ consuetudinẽ in mon
tem Oliuarum. Secuti sunt autem illum, & discipuli. Et cũ peruenisset ad
locum, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationẽ. Et ipse auulsus est ab eis,
quantũ iactus est lapidis, & positis genibus orabat, dicẽs: Pater, si uis trãs-
fer calicem istũ a me: ueruntamen nõ mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit 50
aũt illi angelus de cœlo, cõfortans eũ. Et factus in agonia, ꝓlixius orabat.
178 Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. ¶ Et
cũ surrexisset ab oratiõe, & uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormiẽ
tes præ tristitia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis ĩ tẽta
179 tionẽ. ¶ Adhuc eo loquẽte, ecce turba, & q̃ uocabatur Iudas, unus de duo- 55
decim, antecedebat eos, & appropinquauit IESV, ut oscularetur eum. IE-
SVS aũt dixit illi: Iuda, Osculo filiũ hominis tradis? Vidẽtes aũt hi, qui cir
ca ipsum erãt, qd' futurũ erat, dixerũt ei: Domine, si ꝑcutimus ĩ gladio? Et
percussit unũ ex illis seruũ principis sacerdotũ, & amputauit auriculã eius
dexteram.

60 dexteram. Respondens autem IESVS, ait: Sinite usq̃ huc. Et cũ tetigisset
auriculam eius, sanauit eum. ¶ Dixit autem IESVS ad eos qui uenerant ad 180
se, principes sacerdotũ, & magistratus tẽpli, & seniores: Quasi ad latronẽ
existis cũ gladijs & fustibus? Cũ quotidie uobiscũ fuerim in tẽplo, nõ ex-
tendistis manus in me. Sed hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum.
65 ¶ Cõprehendentes aũt eũ, duxerũt ad domũ principis sacerdotũ. Petrus 181
uero sequebat eũ a longe. Accenso aũt igne in medio atrij, & circũsedenti-
bus illis, erat Petrus in medio eorũ. Quẽ cũ uidisset ancilla quædã seden-
tem ad lumen, & eũ fuisset intuita, dixit: Et hic cũ illo erat. At ille negauit
eum, dicens: Mulier nõ noui illũ. Et post pusillũ, alius uidens eũ, dixit: Et
70 tu de illis es. Petrus uero ait: O homo non sum. Et interuallo facto quasi
horæ unius, alius quidã affirmabat, dicens: Vere & hic cũ illo erat: nam &
Galilæus est. Et ait Petrus: Homo nescio quid dicis: Et cõtinuo adhuc illo
loquẽte, cãtauit gallus. Et conuersus dñs respexit Petrũ. Et recordatus est
Petrus uerbi dñi, sicut dixerat: quia priusq̃ gallus cantet, ter me negabis.
75 Et egressus foras Petrus, fleuit amare. ¶ Et uiri q̃ tenebãt illũ, illudebãt ei 182
cædentes. Et uelauerũt eũ, & percutiebãt faciẽ eius, & interrogabant eum,
dicẽtes: Prophetiza, Quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemãtes
dicebant in eum. ¶ Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & 183
principes sacerdotum & scribæ, & duxerunt illum in conciliũ suũ, dicẽtes:
80 Si tu es CHRISTVS, dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero, nõ credetis mi-
hi: si aũt & interrogauero, nõ respondebitis mihi, neq̃ dimittetis. Ex hoc
autẽ erit filius hominis sedens a dextris uirtutis dei. Dixerũt autẽ omnes:
Tu ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt:
Quid adhuc desideramus testimoniũ? Ipsi enĩ audiuimus de ore eius.

ANNOTAT. BREVES LII. CIRCA LITERAM. CAP. XXII.

3	uero	8	occidi		τῦ γενήματος
	γὰρ		θύεσθαι		genimine,
	enim		immolari		germine
4	Scarioth	10	dixerunt * αὐτῷ ei.	24	qui fundetur,
	Ισκαριώτης	11	amphoram		τὸ ἐκχυνόμενον
4	unum de		κεράμιον		præsens,
	* τῶ ἀριθμῶ numero		uas fictile,	26	tradetur.
6	magistratibus		fideliam		παραδίδοται
	στρατηγοῖς	14	cœnaculum		præsens.
	ducibus		ἀνώγεον	26	quis
	& infra.	14	stratum, – &		τίς ἄρα
7	illum * αὐτοῖς eis,	18	ex hoc non mandu-		quisnam
8	turbis.		cabo illud	28	eorum,
	ὄχλου		οὐκέτι οὐ μὴ φάγω ἐξ		earum,
	singulare,		αὐτοῦ		eis
8	necesse erat		non ultra edã ex eo	29	eos,
	ἔδει	19	Accipite * τοῦτο hoc,		eas
	oportebat.	20	generatione	30	minor,

Universidad de Deusto Biblioteca

ὁ νεώτερος
iunior
30 præcessor 53
ἡγούμενος 55
dux 58
34 meus.
meum
anceps.
34 mensam meam 59
– in regno meo, 60
36 dñs Simoni; Simon,
ὁ κύριος, σίμων σίμων
dñs, Simon Simon,
36 expetiuit 65
ἐξητήσατο
depoposcit
39 non cantabit 66
οὐ φωνήσει
non edet uocem
44 iniquis 67
ἀνόμων
ex legibus (eius.
47 & discipuli * αὐτοῦ 68
49 quantũ iactus est lapidis,
ὡσεὶ λίθου βολήν
ferme ad iactũ lapidis 70
52 decurrentis 73
καταβαίνοντες
rectus pluralis.
ut referat ad guttas. 74
discipulos – suos.
Adhuc * δὲ autem
si percutimus 75
εἰ πατάξομεν
num percutiemus
futurum. 78
unus * τὶς quispiam
usq; huc.
ἕως τούτου 78
hucusque, 79
hactenus
duxerunt
* ⊖ ἰησῆ αγον 80
& induxerunt 81
atrij.
τῆς αὐλῆς 83
aulæ
erat
ἐκάθητο 83
sedebat
& eũ fuisset intuita, 84
⊖ ἀτενίσαρα αὐτῷ
& fixis in eum oculis
ait – O
respexit
ἐνέβλεψε
inspexit
sicut dixerat
ὡς εἶπεν
quomodo dixisset
illum (* αὐτῶ ei.
τὸν ἰησοῦν
IESVM
conuenerunt seniores
συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον
cõgregatus est senatus
plebis – &
in concilium
εἰς τὸ συνέδριον
in consessum
credetis – mihi.
Ex * τοῦ νῦν nunc
a modo
Qui ait
* πρὸς αὐτοὺς
ad ipsos.
quia
quod
adhuc desideramus testimonium?
ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτυρίας,
insuper opus habens
testimonio?

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

169 „ Prosequit Lucas traditionẽ atq; pfidiã Iudæ, dicens. ¶ Appropinquabat aũt dies festus azymorũ, q dicit pascha, Et quærebãt principes sacerdotũ et scribæ, quõ eũ interficerent; timebant uero plebẽ. Intrauit autẽ Satanas in Iudã, q cognominabat Iscariotes, unũ de duodecim; & abijt, et locutus est cũ principibus sacerdotũ, et magistratibus quẽ admodũ illũ traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniã illi dare. Et spopõdit. Et quærebat opportunitatẽ, ut traderet illũ sine turbis. ¶ Appropinquabat (inqt) dies festus azymorũ, & sic quidẽ appropinquabat, ut biduo ante diẽ passionis, & tri duo ante magnũ sabbatũ, ea uẽditio facta credat. Et hãc traditionẽ, et à maligno incitationẽ, præ indignatiõe scilicet unguẽti sup dominũ ĩ Bethania effusi, prosequitur Matthæus cap. 26. numeris 241. & 243. & Marcus similiter cap. 14. numeris 79. & 80. Neq; operæpreciũm est hic diutius immorari. Subdit Lucas de iussu apparatus nouissimæ cœnæ dominicũ discipulis suis, dicens. ¶ Venit autẽ dies azymorũ,
170 „ in qua necesse erat occidi pascha, & misit Petrũ & Ioannẽ, dicẽs; Euntes parate nobis pascha, ut mãducemus. At illi dixerunt; Vbi uis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introẽuntibus uobis in ciuitatem, occurret uobis homo quidã amphorã aquæ portans; sequimini eũ in domũ in quã intrat, & dicetis patrifamilias domus; Dicit tibi magister; Vbi est diuersoriũ ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet uobis cœnaculũ magnum, stratũ; & ibi parate. Eũtes autẽ inuenerũt sicut dixit illis; &

„ illis: & parauerunt pascha. ¶ Hæc dies de q̃ fit hic sermo, feria sexta erat, qua cœpit parasceue: in cuius nocte manducauit dñs pascha, id est agnũ paschalẽ typicũ, q in initio illius sextæ feriæ, id est, ad uesperã immolatus fuerat atq; paratus. Illa autẽ iã cœpta parasceue, q̃ fuit prima dies panũ azymorũ, id est nõ fermentatorũ, cuiusmodi comedi solebãt cũ agno paschali; misit dñs duos e discipulis suis, Petrũ & Ioannem, ut præpararẽt pascha. Petrus qui & Simon, solidã obedientiã designat; Ioannes gratiã, quibus semper præparari debemus, anteq; ad ueri agni paschalis edendi mensam accedamus. Cæteris quæ hic dicuntur, similia tractant partim Matthæus cap. 26. numero. 244. & partim Marcus cap. 14. nũero. 81. Subinde Lucas pro-
„ sequitur cœnam domini, dicens. ¶ Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim 171
„ apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscũ,
„ anteq; patiar. Dico eũ uobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur
„ in regno dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit: Accipite & diuidite inter uos.
„ Dico enim uobis, quod non bibam de generatione uitis, donec regnũ dei ueniat.
„ Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis, dicens; Hoc est corpus meũ, qd
„ pro uobis datur. Hoc facite in meam commemorationẽ. Similiter & calicẽ postq;
„ cœnauit, dicens; Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro uobis
„ fundetur. ¶ Cum facta esset, inquit, hora, id est, cum facta esset uespera, & cœpisset noctescere, quod & ex Matthæo cap. 26. numero. 245. etiam notũ est; similiter & ex Marco cap. decimoquarto, numero. 82. Sed adijcit hic Lucas dominum dixisse apostolis, se magno desiderio desiderasse hoc pascha manducare cum ipsis anteq; pateretur, & q ultra non esset manducaturus illud, donec impleretur in regno dei. Quod ergo dicit dñs: Desiderio desideraui hoc pascha mãducare uobiscũ: magnũ & ardens desideriũ paternæ uoluntatis implendæ, & nostræ salutis ac redẽptionis subinde faciendæ, monstrat. Quod aũt subdit; Dico eũ uobis, quia ex hoc nõ manducabo illud; siue ut Græce habetur, οὐκ ἔτι οὐ μὴ φάγω ἐξ αὐτοῦ, id est, post hac non edam ex eo, scilicet pascha, donec impleat in regno dei; hoc designat ipsũ non ultra manducaturum in mortali corpore pascha typicũ cum apostolis; sed uerũ, consummatũ & adimpletũ in regno dei, quod est nouũ pascha. Quod & in hoc mundo uerũ est; cum dat corpus suũ immortale & gloriosum ijs, qui sunt in regno suo, quod est regum dei, manducandũ, quod est uerum pascha nostrum; non ultra typicum, ut uetus, etsi mysticũ ut nouũ, ubi ipse est & cibus & conuiua, licet nobis occultus; haud secus tamen præsens est, atq; fuit cum apostolis, quoties ipsi hoc diuinum in terris post resurrectionem suam celebrauerũt conuiuium. Et in illo quoq; sublimi regno cœlorum uerum erit, ubi se dabit per ineffabilẽ unionem spirituũ, immortalitatis cibum & conuiuam, & quod omnes superat mundi delicias, incomprehensile gaudium. Et ei quod hic dicit de pascha uero, de uero agno, de corpore suo, simile dixit apud Matthæum de sanguine suo, cum ait: Dico autem uobis, non bibam à modo Matth. 26.
de hoc genimine uitis usq; in diem illũ, cum bibam illud uobiscũ nouũ in regno patris mei. Quod & simile est ei, quod hic de typico calice dicit: Dico eũ uobis, q nõ bibam de generatione uitis, donec regnum dei ueniat. Dico de typico calice, quia nondum dabat eis sanguinem suum, sed cœnæ paschalis potum: ut & prius nondum dederat corpus suum, sed paschalem agnum. Verũ postea corpus suum dedit sub uelamine panis, & sanguinem suum sub uelamine uini, ut dilucidũ esse potest literã intuenti. Ergo prior agni cibus, typus erat corporis postea dandi, licet adhuc mortalis; & prior potus, typus sanguinis posteaq; cœnatum est, exhibiti, sed adhuc effundendi. Et sic prius in eadem cœna terminatũ est uetus phase, & postea incœptum nouum, quod paulo post per immortalitatem erat omnino absoluendũ, perficiendum, consummandũ. Hæc autem institutio nouæ, & omniũ consummatricis

Universidad de Deusto
Biblioteca

teletæ,habetur & apud Matthæum capite uigesimosexto,numero 247.Similiter
& apud Marcum capite quartodecimo,numero 83.Subdit Lucas quo pacto dñs
proditorem suum mensæ suæ adesse indicauit dicens. ¶ Veruntamen ecce manus
172 „ tradentis me mecum est in mensa. Et quidem filius hominis,secundum quod defi-
„ nitum est,uadit;ueruntamen uæ homini illi,per quem tradetur. Et ipsi cœperunt
„ quærere inter se,qs esset ex eis,qui hoc facturus esset. ¶ Similia habet Matthæus
capite uigesimosexto,numero ducentesimo quadragesimosexto, & Marcus capi
te quartodecimo,numero octogesimosecundo:nec addit hic quicq̃ Lucas ad illos
Subiungit Lucas contentionem habitam inter apostolos,quis eorum maior esset,
dicens. ¶ Facta est autem & contentio inter eos,quis eorum uideretur esse maior
173 „ Dixit autem eis:Reges gentium dominantur eorum,& qui potestatem habent su
„ per eos,benefici uocãtur. Vos aũt non sic. Sed qui maior est in uobis,fiat sicut iuni
„ or:& qui præcessor est,sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui
„ ministrat? nõne qui recumbit? Ego aũt in medio uestrum sum,sicut qui ministrat.
„ Vos aũt estis,qui permansistis mecũ in tentationibus meis. Et ego dispono uobis
„ sicut disposuit mihi pater meus,regnũ,ut edatis & bibatis super mensam meam in
„ regno meo:& sedeatis super thronos,iudicantes duodecim tribus Israël. ¶ Hæc
contentio inter apostolos frequenter suborta est, quis scilicet eorum maior esset
Quam semper dominus repressit,ostendendo eis hanc primatus unius ambitionẽ
regum gentiũ esse,non filiorũ dei:qui quo humiliores sunt, & minus ambiunt, eo
magis filij dei sunt,& reuera maiores.Reges gentiũ ijs dominantur, quorũ reges
sunt:Post quos,qui authoritatem habent in populũ,beneficorũ(quos Hebræi uo-
cãt NEDIBIM,id est principes,quod munifici & liberales esse soleãt)nomina sor
tiuntur. At absit ut inter filios dei,qui omnes sunt fratres, unus reliquis omnibus
ambitiose dominetur,& alij sint serui:absit etiam ut inter eos sint benefici more gẽ
tium. Sed qui inter eos humilimus est,& ideo maximus, ministret alijs doctrinam
ueræ humilitatis ac spiritus,in charitate & imitatione CHRISTI,qui in medio o-
mniũ accumbebat,ut omnibus ministrare posset,quæ non solum corpori necessa-
ria erant,sed etiam uel maxime animæ,ut omnes æque prõpte uerbũ uitalis alimo-
niæ percipere possent,& hic est sub CHRISTO monarcha,& in ecclesiastica Hie
rarchia primus. Et manserunt apostoli cũ domino in tentationibus eius. Tentatio
nes aũt hic uocat dñs cõtradictiones,conspirationes,& machinationes aduersum
se sacerdotũ,scribarũ & pharisæorũ: in quibus steterant apostoli cũ ipso,neq; unq̃
dereliquerant eũ. Sed superuẽtura erat maior tentatio,& relicturi erant eũ. Et qd
dictum est,spũale regimen attendit. De tẽporali secus dicendũ est:de q̃ hic nõ est
sermo. Attñ & hoc dei imitationẽ sectari debet,cuius est prouidere,benefacere,er
rãtes dirigere,sontes punire,innoxios seruare, beneficijs ad dei timorẽ & amorem
id est ad implenda eius mandata allicere,nunq̃ à clementia & misericordia discede
re. Hoc est regnũ CHRISTI,etiã tẽporale. Et similẽ repressionem ambitiosi pri-
matus iter apostolos,i. in statu spũali ecclesiæ,sed alio loco,tẽpore,et occasiõe,po
suit Matthæus ca.10.numero 195.& Marcus ca.10.numero 61.Ideo in statu spũa-
li,qui maior est,fiat,inquit dñs,sicut ὁ νεώτερος,id est iunior,hoc est sit aõ & mẽte hu
milis,perinde atq; is,qui ætate iunior est:qui ut præsit,reijci & contẽni solet:& qui
præest,p̃cipit,ac imperat alijs,sit aõ ut is qui ministrat. CHRISTVS aũt inter eos
usq; ad finẽ mundi semper maximus:uiuit em̃,& inter nos quidem uiuit, omnes a-
ctus nostros si secundũ spiritũ sint,& uidens & dirigens. Qui & apostolicis maxi-
me uiris regnũ æternũ disponit,& mensam parat,ut in regno suo edant & bibant,
quæ est satietas æternorũ bonorũ,indeficientiũq; gaudiorũ:& ut sedeant sup thro-
nos cœlestes,& in gloria præsint,præfulgeantq;,& duodecim tribus Israël iudicẽt
ut qui

ut qui in omni humilitate in hoc mundo,uera CHRISTI imitatione alijs præfue-
rũt. Et nõ dicit hic,Et sedeatis super thronos duodecim:quia Iudas thronũ,quẽ ha
buisset si mansisset,perdiderat. Et cum prius Petro, & alijs undecim dixerat apud
Matthæum,Sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus
Israël. Iudas nondum reprobus erat,& à sede gloriæ exclusus:hic autẽ erat exclu-
sus. Et si uidebat tunc duodecim super sedes duodecim sessuros,locumq; Iudæ du-
odecimo tribuendum:de quo in Psalmis scriptũ est: Et episcopatum eius accipiat *Psalm.108.*
alter; & id,uos,ipsos qui reuera sessuri erant,monstrabat: & si tũc (ut dictum est)
Iudas non erat exclusus. Vnde fit,ut qui in hoc mundo uno tempore electus est,a-
lio tempore possit esse reprobus,& cõtra. Ideo studeat quisq; diuina sequendo cõ
silia,etiam si malus nunc sit,electus haberi:& qui electus est,uideat ne cadat. Por-
ro promissio illa,quæ apud Matthæũ conditionalis erat:de his qui steterunt relin-
quẽdo oĩa,& sequendo CHRISTVM,impleta est. Mox uero ubi discipulos ad ue
ram humilitatem formauit dominus,cõuertit sermonem ad Petrum,dicente Luca
„ ¶ Ait autem dominus Simoni:Simon,ecce satanas expetiuit uos,ut cribraret sicut 174
„ triticũ:ego autem rogaui pro te,ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuer-
„ sus,confirma fratres tuos. ¶ In tentationibus quæ hactenus præcesserant,apostoli
non reliquerant dominum,excepto traditore,qui iam uendiderat ipsum, sed breui
futurum erat,ut non permanerent cum eo,sed ipsum relinquerẽt omnes;adeo ter
ribilis futura erat tentatio. In qua & satanas opportunitatem rimaturus erat, ut cri-
braret eos,sicut cribratur triticũ,sed opposito modo:nam cum cribratur triticum,
bonũ remanet,& quod malum est,excutitur:cum autem cribrat satanas, quod bo-
num est excutitur:& quod malum est remanet;paleas em̃ amat,quæ igni combu-
rantur inextinguibili:& granũ odit,quod factum est ut uiuificetur in uitam æternã
Et quid in Petro,& alijs cribrare uolebat satanas? Fidẽ,ut deduceret eos ad incre-
dulitatem eorum quæ audierant,& propemodum ad infidelitatem. Et certe eo de
duxit Simonem Petrũ,ut quamuis eius, rei præmonitus fuisset, ac præmunitus ad
hoc ipsum ne faceret,nihilominus dominũ suũ negauerit,& ter quidem negauerit
Defecit ergo fides in Petro,etiam turpius q̃ in cæteris. Sed dominus ad patrẽ mi-
sericordiarũ pro eo,imo etiam pro cæteris apostolis:quanq̃ solũ expressit Petrũ,
quem præuidebat grauius peccaturũ,preces fudit,ut nõ deficeret fides eius, id est,
ut non remaneret in infidelitate;qui & pro reuerentia exauditus est. Proinde dixit *Heb.5.*
Petro:Et tu aliquando cõuersus. A quonam conuersus? Nimirum ab infidelitate.
Magnũ siquidẽ infidelitatis signũ fuit,deseruisse dñm suũ, fugisse,& postea ter ip-
sum negasse:Id ergo conuersus:designat illũ à fide desecisse. Et tu,inquit, aliquan
do cõuersus,cõfirma fratres tuos. Quid est cõfirma fratres tuos? Corrobora,stabi-
li,& cõuersionis tuæ exẽplo fac eos in fide fortes:quod nõ tam ipse facturus erat,
q̃ in illo qui se aptũ præstaret, CHRISTVS. Et conuersus est Petrus,non suo qui
dẽ merito,sed CHRISTI beneficio. At plorauit Petrus. Verũ est, sed respexit eũ
CHRISTVS,& egressus foras,fleuit amare. Hæ ergo lachrymæ bñficio CHRI
STI erupere. Proinde quicunq; cõuertit,det gloriã deo:quia si nõ habuerunt apo-
stoli q̃ cõuerterentur,nisi beneficiũ acceptũ à deo patre in CHRISTO;quomõ cæ
teri poterunt ullo alio merito conuerti? Ipse est in quo oĩa donantur ijs qui aliqd
accipiunt. Et qui nõ accipient in eo,nihil unq; accipient:sicuti scribæ,pharisæi,& si
„ lius perditionis,qui oẽs sunt reprobi. Subdit Lucas responsum Petri,dicẽs. ¶ Qui 175
„ dixit ei: Domine,tecũ paratus sum & in carcerem,& in mortẽ ire. Et ille dixit: Di-
„ co tibi Petre,nõ cantabit hodie gallus,donec ter abneges nosse me. ¶ Particulam
huic quodammodo respondentem,Domine tecum paratus sum & in carcerem,& 176
in mortem ire:habet Matthæus cap.26.numero 251.ubi habet, Etiã si oportuerit
me mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

me mori tecum, non te negabo: quanq̃ non sequitur ad eam, quæ posita est hic numero superiore, scilicet: Simon, ecce satanas expetiuit te: quam omnino suppressit Matthæus: sed ad consimilem huic: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me: quæ hic posita est, cui hoc in loco nulla adhibetur Petri responsio. Talis aũt tũc erat Petri uoluntas. At ex præsenti uoluntate, quod futurũ est certa quadam præsumptione asserere, satis temerariũ uidetur: nã uoluntas facile mutatur, aut propositi obliuione, aut ad oppositũ quod tunc nollet, impulsione. Quod & Petro, & cæteris apostolis euenit. Proinde dominus dixit Petro, ex præsenti sic præsumenti de futuro, quod illi erat euenturũ, scilicet quod non prius finiturus esset gallus illa nocte diei parasceues cantum suũ, q̃ ter negasset se nosse ipsum. Quod Matthæus etiam ponit cap. 26. numero 250. & Marcus cap. 14. numero 84. Quæ aũt non ad Petrũ solũ, sed & ad reliquos apostolos dixerit dñs: subiun
176 ,, git Lucas, dicens. ¶ Et dixit eis: Quando misi uos sine sacculo & pera & calceamẽ
» tis: nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc
» qui habet sacculũ, tollat, similiter & peram: & qui nõ habet, uẽdat tunicam suam, &
» emat gladiũ. Dico enim uobis, quoniam adhuc hoc quod scriptũ est, oportet impleri
» in me, Et cũ iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi
» dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est. ¶ Dominũ misisse apostolos suos ad prædicandũ regnũ dei, ad sanandos infirmos, & ad eijcienda dæmonia, habet Matthæus capite decimo, numero octogesimonono, & Marcus capite sexto, numero 29. & ipse Lucas cap. 9. numero 80. Sed quod dominus misserit illos sine sacculo, illis in locis apud Marcum & Lucam, uniuersali particula intelligitur, qua sic præcipit, Nihil tuleritis: nam si nihil ferri iubeat, ergo neque sacculũ. Quod uero sine pera, ipsi tres habent specialiter expressum. Quod aũt sine calceamentis Matthæus, Et cum dñs interrogat, Nunquid aliquid uobis defuit? Interrogat, num conquerantur in aliquo de defectu prouidẽtiæ. Cui respondent, in nulla re prouidentiam sibi defuisse. Quid enim deesset plene confidentibus in deo? Sed & nunc tolli iubet & sacculũ & peram, & uendi, si quis ea habeat: quod si non habeat, etiam propriam tunicam. Et gratia cuius? Vbi sibi cõparet gladiũ. Et hoc quoq; parabola est. Sacculus & pera, externa bona, minus necessaria. Tunica & calceamenta, externa, etiam necessaria. Gladius, uerbũ dei. Assumite, inquit Paulus, gladiũ spiritus, quod est uerbũ dei. Ergo gladius est uerbũ dei, intelligentia Euangelica, quã aliqui eorũ perfectius habebant, alij imperfectius. Pro qua sibi optime cõparanda, aut pijs officijs à deo efflagitanda, siue uelit per se, siue per eos, qui perfectissime ab ipso eam adepti sunt, cõmunicatũ ire: omnia externa tam quæ minus, quã quæ magis necessaria sunt, erogari debent. Quibus? Illis per quos ea accipitur, si ijs quæ ad uitam necessaria sunt, egeant: & iuxta doctrinam eorũ, alijs pauperibus & indigentibus fidelibus. Ipsi uero intellexisse uidẽtur de gladio materiali, & proinde dixisse: Domine, ecce duo gladij hic. Quibus dominus ad intelligentiam parabolæ respõdit, Satis est. Sufficiunt enim ad æternã salutẽ: uerbũ dei uetus, quod in lege & prophetis habetur: & uerbũ dei nouũ, quod est sanctum Euangelium. Ad quod maxime sibi comparandũ hortatus est eos dominus: nam eo gladio erant bellaturi, superaturiq; mundũ. Hæc, inquit Ioannes, uictoria quæ uincit mundũ, fides nostra. Et cur sit tam necessarius à modo hic gladius spũs, subdidit rationem dñs: quia breui cũ iniquis deputandus erat, quia nõ erat ultra sua præsentia in mũdo homines edocturus, sed paulopost inter sceleratos in cruce moriturus: sicut scripsit Esaias ca. 53. ubi sic habemus: In sciẽtia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animã suam, & cũ sceleratis reputatus est. Plu-

Ephe. 6.

1. Ioan. 3.

Esa. 53.

est. Plurimi qui diuinæ bonitatis decreto dispertiti, uenerũt in partem CHRISTI gentes, & quiq; fideles. Spolia fortiũ, qui cũ eo ab inferis sunt educti, spoliatis potestatibus tenebrarũ. Paulopost, inquã, cũ sceleratis in cruce moriturus erat: quia quæ facturus erat sua cõmuni præsentia, mox in sua passiõe finem erant habitura. Et ideo maxime omniũ necessarius illis erat spiritualis gladius, quod erat (ut dictũ est) uerbum dei per totum mundum inferendũ. Subiungit Lucas egressum domi-
» ni à cœna in montem oliuarũ, dicens. ¶ Et egressus ibat secundũ consuetudinem 177
» in montem oliuarum. Secuti sunt autẽ illum & discipuli. Et cum peruenisset ad lo-
» cum, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationẽ. Et ipse auulsus est ab eis, quantũ ia-
» ctus est lapidis, & positis genibus orabat, dicens: Pater, si uis, transfer calicẽ istũ à
» me: ueruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit aũt illi angelus de cœlo,
» confortãs eũ. Et factus in agonia, plixius orabat. Et factus est sudor eius sicut gut-
» tæ sanguinis decurrentes in terrã. ¶ Secundum Matthæum & Marcum, dominus & discipuli eius uenerũt usq; in prædium, quod dicitur Gethsemani, in locum consuetum, qui erat hortus. In quo ipse pro reparatione lapsus Adæ, primũ calcare torcular uoluit in magna ante deũ patrẽ humiliatiõe, positis in terra genibus, & orando ter eam, quam Matthæus habet cap. 26. numeris. 252. 253. 254. & Marcus cap. 14. numero. 84. & Lucas hic, orationem. At forte hic inquires, quisnam uideatur fuisse domino orandi modus, cum Matthæus dicat: Procidit in faciem suam orans, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ προσευχόμενος. & Marcus: Procidit super terrã, & orabat, ἔπεσεν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ προσηύχετο. & hic Lucas: Et positis genibus orabat, καὶ θεὶς τὰ γόνατα προσηύχετο. Certe ex his, quis fuerit habitus orantis domini, facile cõijcere licet. Nam qui ponit genua in terra ex Luca, & uultum in terram demittit, procidit in faciem suam ex Matthæo, & idem procidit super terram ex Marco, & hic orantis modum figuramq; exprimit. Et hunc orandi modum domino fuisse, existimandum est. Sed & hunc quoq; fuisse Hebræis, & eos nequaquàm se prorsus in faciem suam super terram prostrasse, innuere uidetur dominus, cum inducit pharisæũ & publicanum orantes, de publicano dicens: Nolebat nec oculos ad cœlum leuare. Nam si in faciem omnino prostratus iacuisset, non dixisset dominus: Nolebat nec oculos ad cœlum leuare: quandoquidem qui sic humi profusi sunt, ne uolentes quidem possunt oculos ad cœlum attollere. Sed esto etiam, hic sola facie in terram prona, stans orasset: orandi nihilominus modum, genuflexionem esse, indicare uidetur id Esaiæ: Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quia ego deus & non est alius. In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iusticiæ uerbum, non reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Hæc dominus per Esaiam, ubi iurare est confiteri. Et id Micheæ: Quid dignum offeram domino? Curuabo genu deo excelso. Et id tertij Regum: Et derelinquam mihi in Israël septem milia uirorum, quorũ genua non sunt incuruata ante Baal. Item id Pauli ad Ephesios: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ domini nostri IESV CHRISTI, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominat. Ergo hunc modum orandi adorandiq; deũ, dominũ reliquisse fidelibus suis, curuãdo scilicet genua super terrã & facie prona, demissaq; in profunda humilitate: & sic illũ orasse, uerisimile est. Sed addit hic Lucas orationẽ, quam dominus illi adiecit prolixiorẽ, tanta quidem uehementia factam, ut factus sit sudor eius tanq; guttæ sanguinis decurrentes in terrã. Hanc aũt prolixiorem orationem dominus non sibi, sed nobis orabat, & hunc sanguineũ sudorẽ cũ prece ualida deo patri pro nobis offerebat. Ipse, oliua fructifera: ipse, pax nostra. Et hoc fuit primũ illa nocte, ante passionẽ eius magna quidem ui pro nobis expressum misericordiæ oleũ: hæc prima, torcularis quod calcauit solus, pressura. Porro sudor ille, illa agonia, ille cõflictus spũs & carnis, uniõis & dissolutionis, uitæ

Esaiæ. 45.

Miche. 6.

3. Reg. 19.

Ephesi. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

tionis,uitæ & mortis,mortem eius nũciabat,non necessitate quidem,sed uoluntate
esse propinquam:qui propria uolũtate quando uoluit,posuit animã. Nemo,inquit
Ioan.10. tollit eam à me,sed ego pono eam à meipso. Tantus autem fuit hic conflictus,uici
næ mortis nũcius,ut qui uere ad dissolutionem usq; afficeret,ut angelus e cœlo ad
uenerit ἐνισχύων αὐτὸν,id est confortans eũ,fortificans eũ,& inualidas uires eius repa
rans,qui omnia poterat ut deus:sed tanta patiebatur ut homo,quanta nemo alius
perferre potuisset,adeo ut angelus missus fuerit e cœlo ad fortificandum ipsum,si
exhortatione,etiam certe uiriũ exhaustarũ instauratione. Vt em angelus primum
hominẽ lapsum eiecerat ex horto,ita secundum hominẽ innoxiũ cõfortauit in hor
to. Hic ergo fuit illa nocte,primũ torcular:alterũ,apud summos pontifices;tertiũ,
apud præsidem:& ultimum,in cruce. Primum illud pati uoluit,ut omnes fideles su
os in ipsorũ ultimo mortis,uitæq; conflictu,in ultimo uitæ discrimine, & ultimo su
dore,sua agonia,& suo illo sudore solaretur,& eis fiduciam præstaret uicinæ ange
licæ confortationis,omni mortis secundæ pauore sublato. Vt em non paueremus,
pauere uoluit. Vt nos non tæderet,uoluit tædere: nequaq; hoc carnis eius faciẽte
infirmitate,sed diuina uolũtate:& ut in ipso omni fiducia,etiam in illa fati nostri su
prema necessitate cõsolationem reciperemus,mœstus esse. Deinde subdit Lucas,
178 „ quo pacto,cũ ab agonia suæ orationis surrexisset,uenit ad discipulos,dicens. ¶ Et
„ cum surrexisset ab oratione,& uenisset ad discipulos suos,inuenit eos dormientes
„ præ tristitia. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in tentationem
¶ Ter dominum ad discipulos uenisse,& inuenisse eos dormientes,testantur Mat
thæus atq; Marcus. De tertio autem aduentu ad eos,uidetur hic locutus Lucas,in
quo non solũ Petrũ,Iacobũ,& Ioannem,sed & cæteros excitauit, & surgere iussit,
ac orare. Quidnam? Vt non intrarent in tentationẽ:ut nõ prorsus sineret eos deus
tentationi succumbere. Cuius etiam rei in prima uisitatione admonuerat Petrũ,Ia
cobũ,& Ioannem:nunc aũt omnes:quod à nobis ferme iugiter est orandũ:nam si
nunq; incideremus in tentationẽ,aut carnis,aut mundi,aut malignorũ spirituũ,di
uina uoluntate agnita,nunq; peccaremus. Vigilia,attentionem ad diuinam uolun
tatem implendam monstrat:Dormitio,negligentiam. Ergo excitati pergere de
bemus intrepidi cum CHRISTO,aduersus eos qui illi aduersantur, carnem mun
dum,dæmonia:& muniti fide & gladio uerbi dei,non gladio materiali,audenti &
animoso spiritu percutere illos. Cum autem dominus præmunisset apostolos præ
dictione propinqui aduentus aduersariorũ suorum in superiori exhortatione,ipso
179 „ adhuc loquente cũ eis,aduentarũt quos prædixerat,dicente Luca. ¶ Adhuc eo lo
„ quẽte,ecce turba. Et qui uocabatur Iudas, unus de duodecim antecedebat eos, &
„ appropinquauit IESV,ut oscularetur eum. IESVS autem dixit illi:Iuda,osculo fi
„ liũ hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant,quod futurum erat, di
„ xerunt ei:Domine,si percutimus in gladio? Et percussit unus ex illis seruum prin
„ cipis sacerdotũ,& amputauit auriculam eius dexteram. Respondens aũt IESVS,
„ ait:Sinite usq; huc. Et cũ tetigisset auriculam eius,sanauit eum. ¶ Aduentũ turbæ,
osculum proditoris Iudæ,percussionem serui summi sacerdotũ,amputationem au
ris eius,sed(quod Lucas addit)dexteræ, habet etiam Matthæus cap. 26. numero
256. Et cũ dominus dixit,ubi percussit unus pro omnibus:Sinite usq; huc:permis
sionem eis factam fuisse ostendit,& postea ulterius procedendi prohibitionẽ:nam
figura sufficienter impleta erat. Addit Lucas,quod dns seruũ põtificis percussum,
recepta aure & loco suo applicata,sanauit. Iusserat em prius apostolis, ut haberẽt
gladios,sed gladios spiritus:quibus etiã crediturorũ aures percuti nõ uetuit, imo
uoluit non gladijs materialibus:& infidelitatem amputari, non aurium cartilagi
nem. Qui enim materialibus percutiunt, à deo percutiuntur, odioq; habentur:
qui uero

qui uero spiritualibus,remunerãtur à deo,& diligũtur. Adeo uarij inter se sunt,gla
„ dius dei,& gladius mũdi. Et subdit Lucas,quid dominus dixerit ad turbas ad se ue
„ nientes,dicẽs. ¶ Dixit autẽ IESVS ad eos qui uenerãt ad se, principes sacerdotũ, 180
„ & magistratus tẽpli,& seniores; Quasi ad latronẽ existis cum gladijs & fustibus?
„ Cum quotidie uobiscũ fuerim in templo,nõ extendistis manus in me. Sed hæc est
„ hora uestra,& potestas tenebrarũ. ¶ An ne principes sacerdotũ,& seniores, id est
presbyteri aderant,cum Matthæus & Marcus dicant turbam quæ aderat,missam à
principibus sacerdotũ & senioribus populi? Aderant quidem tam principes quàm
seniores,sed per cõmissarios & electos,quos ad id facinoris emiserant, si nõ etiam
aliqui(tanti esse negocium uisum est)in persona fuere. Sed nõ sic de præfectis tem
plo custodiendo,quos Lucas στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ appellat:interpres autem Latinus uer
tit,magistratus templi,dicendum est. Illi autẽ erant milites,à sacerdotibus,illis tem
poribus cõducti ad templi custodiam. Quod haud obscure intelligi potest ex octa
uidecimi historiæ antiquitatum Iosephi cap. sexto,ubi habetur: Azymorũ dies age
bantur,quam festiuitatem pascha uocamus,in qua mos erat ex media nocte portas
templi à sacerdotibus aperiri. Et tũc itaq; apertis portis, uiri quidã Samaritæ occul
te Hierosolymam uenientes,per templi cunctas porticus, & per totum phanũ ossa
iaciunt mortuorum. Et ex illo cœpit in templo custodia maior à sacerdotibus exer
ceri. Hæc ille. Vnde satis liquet,prius aliquã fuisse templi custodiam,& postea ma
iorem. Atq; factũ hoc uidetur sub Herode fratre Archelai ante initia regni Tiberij,
& aduentum Pilati in Iudæam,accidisse. Ex quo intelligimus,tẽpore passionis ma
gnam admodum fuisse in templo militũ custodiam. Hos ergo strategos, & duces
militum missos à summis sacerdotibus,nõ per cõmissarios,sed per seipsos,haud ab
re putandum est præsentes fuisse. Quibus,quæ & apud Matthæũ capite uigesimo
sexto, numero 257. habentur,& apud Marcum capite quartodecimo,numero 85.
& hic quoq; locutus est dominus. Sed addit Lucas adiecisse dominum: Sed hæc est
hora uestra,& potestas tenebrarum. Nam si prius eum capere uoluissent,haudqua
quam potuissent:quia nõdum erat eis permissum;sed cũ permissum fuit illis à deo,
potuerunt,si tamẽ mala posse,& in perditionem ruere,est posse. Et superadmirabi
lis dei bonitas,uel in hoc impense attendenda est,quod cum non sit potẽtia sup ter
ram,quæ possit potẽtiæ Satanæ cõparari:nihil tamen potest, ne in minimã quidem
creaturã dei,nisi sit illi permissum:sic omnia continet, omnia protegit, omnia saluat
illa superbona uirtus. At cum permittit,quis potentiæ suæ cõfidat, cum ne apostoli
quidẽ potuerint subsistere? Cõprehensus est ergo dominus,sed solus:nam ex Mat
thæo,discipuli omnes,relicto eo fugerunt. Comprehensus est inquam,ut subdit Lu
„ cas,dicens. ¶ Comprehendentes autem eum,duxerunt ad domum principis sacer- 181
„ dotum. Petrus uero sequebatur eum à longe. Accẽso autem igne in medio atrij,&
„ circũsedentibus illis,erat Petrus in medio eorum. Quem cum uidisset ancilla quæ
„ dam sedentẽ ad lumen,& eum fuisset intuita,dixit: Et hic cum illo erat. At ille nega
„ uit eum,dicens: Mulier,non noui illum. Et post pusillum alius uidẽs eum,dixit: Et
„ tu de illis es. Petrus uero ait: O homo,nõ sum. Et iteruallo facto quasi horæ unius,
„ alius quidam affirmabat,dicens: Vere & hic cũ illo erat,nam & Galilæus est. Et ait
„ Petrus: Homo,nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquẽte,cãtauit gallus. Et
„ conuersus dominus,respexit Petrũ. Et recordatus est Petrus uerbi domini,sicut di
„ xerat:quia priusquã gallus cantet,ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit
„ amare. ¶ Captus est solus,quia solus peccatorũ nostrorũ uincula soluebat, quem
admodum de eo scriptũ erat: Spiritus oris nostri CHRISTVS dominus,captus est Thren.4.
in peccatis nostris. Et ductus ad domũ principis sacerdotũ. Hic autem ex Ioanne
Annas fuit,ad quem primũ perductus dominus,à ministro cæsus fuit alapa:ubi etiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petrus negauit eum primo, & secũdo: ut latius ex Ioanne cap. duodeuigesimo, numero 134. cognoscetur. Neq; fuit inter primam & secundam negationem Petri magnum interuallum: nam post pusillum (ut hic ait Lucas) iterum negauit dominum. Præterea dominus non multo tempore mansit apud Annam, sed paulopost ab Anna missus est ad Caiphã, ubi ex Matthæo scribæ & seniores erant congregati, non apud Annam. Nihil mirũ igitur, si inter secundam & tertiam negationẽ Petri, maiusculum intercessit spaciũ, utputa horariũ, domino interim ab Anna ad Caipham abducto: quanquam & Matthæus & Marcus horarium interuallum, pusillum uocant. Tertio igitur domino apud Caiphã à Petro negato, cantauit gallus. Et sic uerbum CHRISTI impletum est: Priusquam gallus cantet, priusquam gallus cantũ ſiniat, ter me negabis. Et cõuersus dominus, respexit Petrum. Dominus in eminentiori loco erat, ubi princeps sacerdotum, scribæ, & seniores erãt cõgregati, & auersus à Petro (si tamẽ hæc auersio non erat potius Petri quàm CHRISTI dicẽda: aut certè ideo CHRISTI, quia Petrus auersus) cũ tertio ipsum negauit: quod & eum etsi tũc auersum, minime latere potuit. Petrus autẽ in humiliori loco, ut qui ex Marco egressus aulã siue atriũ, stabat in proaulio, id est foris in uestibulo aulæ. Qui etsi oblitus uerborũ domini fuerat, nequaquam tamen dominus oblitus eius erat, oculis enim miserationis suæ respexit eũ, & illi tum uerba quæ ipsi prædicta fuerant, tũ offensam, quam admiserat, in memoriam reduxit. Percussit quoq; petrã cordis Petri, & fluxerunt aquæ: egressus enim foras Petrus, fleuit amarè. Ergo cũ peccamus deus est à nobis auersus: quod tamen peccamus, eũ minime latet. Et cum rursus uenimus in memoriam dei, cũ peccata nostra cognoscimus, nõ nostrum beneficium, non nostrum meritũ est: sed benigna dei ad nos conuersio, & miserationis eius respectus, quod in Petri & CHRISTI mysterio figuratũ est, & ob oculos nostros positum. Subiungit Lucas, quæ fuerit uirorũ apud Caipham in CHRISTVM impic-
182 „ tas, dicens. ¶ Et uiri qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes. Et uelauerũt eum,
„ & percutiebant faciem eius, & interrogauerunt eum, dicentes: Prophetiza, quis est
„ qui te percussit? Et alia multa blasphemantes, dicebant in eũ. ¶ Continuo ubi Caiphas scidit uestimenta sua, pronunciauit filiũ dei (quia se talem qualis reuera esset, non solũ interrogatus, sed & adiuratus, responderat) blasphemasse, & reũ esse mortis. Et tũc ex Matthæo cap. uigesimo sexto, numero 262. & ex Marco cap. quartodecimo, numero 87. ministri Satanæ, qui regem gloriæ tenebãt, cœperunt ei illudere, eũ cædere, & oẽs molestias, iniurias, blasphemias, quas illic Matthæus & Marcus, & hic Lucas recẽsent, & multo etiam plures, ac inhumaniores illi quidem iniustè, imò nullo modo, nobis autẽ iustè ac omni modo debitas, irrogare. Pro nobis enim omnia illa molestissima & indignissima, cum & ipse esset filius dei: nos autẽ si lij mortis, etiam omni uel minima miserationum dei indigni, pro nobis inquã impa
Esaiæ. 50. tiẽtissimis patiẽtissime portabat, sicut & de eo ante scripserat Esaias: Ego autẽ nõ contradico, retrorsum non abij: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus, faciem meam non auerti ab increpãtibus & conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Et quod noctu fecerat Caiphas, idem quoq; fecerũt seniores populi, principes sacerdotum, & scribæ in suo sy
183 „ nedrio, id est consessu siue cõsistorio, subdente Luca. ¶ Et ut factus est dies, conue
„ nerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & scribæ, & duxerunt illum in con
„ cilium suũ, dicentes: Si tu es CHRISTVS, dic nobis. Et ait illis: Si uobis dixero, nõ
„ credetis mihi: si autem & interrogauero, non respõdebitis mihi, neq; dimittetis. Ex
„ hoc autem erit filius hominis sedẽs à dextris uirtutis dei. Dixerũt autẽ omnes: Tu
„ ergo es filius dei? Qui ait: Vos dicitis, qa ego sum. At illi dixerũt: Quid adhuc de-
„ sideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eius. ¶ Non est hoc factum in domo priuata

domo priuata Caiphæ, sed in consistorio sacerdotũ & scribarum, quæ & apud Hebræos domus iudicij dicebatur, ubi fiebat iudicium animarũ, neq; à pauciorĩbus q̃ ab uno & septuaginta congregatis iudicibus: in quo loco intelligitur dominus ab uno & septuaginta inique morte condemnatus. At paulopost iusto dei iudicio sublata est iniquis iudicibus iudicandi potestas, ut & adhuc testantur Hebræorũ libri: nam Rabi, Mose, Ben, Maimon, in libro iudicum ait: IESVS Nazarenus uisus est esse Mesias, & interfectus fuit per domũ iudicij, id est in iudicio unius & septuaginta iudicũ Iudæorũ: & ipse causa fuit ut destruereẽ Israël in gladio, & dispergerenẽ reliquiæ ipsorum, atq; pessum irent. Et Rabi, Rahmon: Cum Zanhedrin unus & septuaginta migrassent de cõsistorio, & ablata fuissent ab eis iudicia animarũ, consuerunt saccum super cutem suam, & depilarunt sibi caluitia, & dixerũt: Væ nobis, quia recessit sceptrum de Iuda, & nondũ uenit filius Dauid Mesias. Hæc ipse. Per hanc synedrorum iudiciariam potestatẽ, sceptrum de Iuda intelligebant, quæ certum locum in Hierusalem requirebat, ex Deuteronomij capite. 17. ubi dicitur: Et Deute. 17.
facies quodcunq; dixerint, qui præsunt loco quem elegerit dominus. Verum ipsi innocentis ac etiam solius innocentis, iniusti homicidæ in sua graui querela mentiebantur, cum dicebant: Et nondũ uenit filius Dauid, scilicet Mesias: malentes oraculum uideri falsum, quod esse nõ poterat, q̃ confiteri Mesiam IESVM, quo nihil uerius erat. At contra, hæc nimirum uera iusta'q; fuisset querela: Væ nobis, quia nõ recepimus filium Dauid regem Mesiam, cum iam uenerit iuxta oraculũ, quod falsum esse non potest: quia iam sublatũ est sceptrum de Iuda. Sed maluerunt querelam mendacem & iniustam, & contra diuinæ ueritatis oraculũ. O insana & peruersa Iudæorũ cæcitas, & cæca insania, & insana peruersitas. Egregij illi tanto numero congregati iudices ad unius innocentis, sed dei miseratione pro omniũ redemptione acceptam condemnationem, interrogabãt eum. Quidnam? Sane quod interrogauerat Caiphas, non ut ueritatẽ cognoscerent, ut neq; Caiphas: sed ut condẽnandi ipsum occasionẽ arripere possent. Ideo quærẽtibus, si tu es CHRISTVS dic nobis: dominus mala uoluntate eorum cognita, & ad quid quærebãt, respondit eis: Si uobis dixero nõ credetis mihi. Nolebant eũ credere, etiam quem pater cœlestis manifesta uoce attestatus fuerat, quem angeli, quẽ Simeon, quem magi, quẽ Ioannes, quẽ signa, uirtutes, & ipsa denicq; dæmonia terrore potentiæ eius euicta. Et quid adhuc? Quod interrogati & uicti ratione, & sua ipsius aperta confessione, q̃ ipse erat CHRISTVS, nõ erant dimissuri ipsum. Sciebat eũ quid facturi essent: & nõ modo quid facturi, sed & quid cogitauerant, cogitabant, & cogitaturi erant. Et quod illis modo prædixerat, continuo euenit. Nam eis consimiliter, ut Caiphæ respondit, ἀπὸ τοῦ νῦν, id est ex hoc nunc, ex hoc tempore, à modo erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei. Quod prædixerat propheta. Sede à dextris meis, do- Psalm. 109.
nec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et ipsi ex uerbis eius collegerunt, & recte quidẽ, Ergo tu es filius dei. Quod ipse approbauit, dicens: Vos dicitis, quia ego sum. At illi contra ueritatem ipsa ueritate sunt usi. Quærebant eũ testimonium ad condemnandũ eum, & ueritatem, & eam quidem summã (nam summa æternaq; ueritas est, q̃ ipse sit filius dei, quodq; sedeat in dextera patris) accepẽrunt pro summa blasphemia, dicentes: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius. Et de hoc consilio, post illud Caiphæ, meminit Matthæus cap. uigesimo septimo, numero. 264. Sed responsionem domini in illo suppressit, quod fermè similem fecerat apud Caipham. Similiter & Marcus capi. 15. numero. 89. Quam ergo ipsi mala uoluntate obcæcati seniores plebis, principes sacerdotum, & scribæ, domini IESV responsionem, blasphemiam duxerunt: nos eam bona uoluntate, spiritu dei illuminati, credamus nõ solum uerã, sed etiam ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

xime ueram. Quam cõfitentes, deũ honorant, magnificant, glorificantq; maxime: qui pater æternus, q filius, qui spiritus sanctus est in ueritate unus deus. Cui honor, magnificentia, & gloria in perennia seculorum secula. Amen.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

184 ET surgens omnis multitudo eorũ, duxerũt illũ ad Pilatũ. Cœperunt autẽ illũ accusare, dicẽtes: Hũc inuenimus subuertentem gentem nostrã, & prohibentẽ tributa dare Cæsari, & dicentẽ se CHRISTVM regẽ esse. Pilatus autẽ interrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille respon- 5
dens, ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotũ, & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Commouit populum, docens per uniuersam Iudæam, incipiẽs a
185 Galilæa usq; huc. ¶ Pilatus autẽ audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et ut cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eũ 10
ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autẽ uiso IESV, gauisus est ualde. Erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum, eo quod audiret multa de eo, & sperabat signũ aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat autem eũ multis sermonibus, at ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum & scribæ, constanter accusantes 15
eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum ueste alba, & remisit ad Pilatũ. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa
186 die: nã antea inimici erant adinuicem. ¶ Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotũ, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populũ: & ecce ego corã uobis interro- 20
gans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Sed neq; Herodes. Nam remisi uos ad illum, & ecce nihil dignũ mor-
187 te actum est ei. Emendatum ergo illum, dimittam. ¶ Necesse autem habebat dimittere eis per dies festum, unum. Exclamauit autem simul uniuersa turba, dicẽs: Tolle hunc, & dimitte nobis Barraban. Qui erat propter sedi- 25
tionem quandam factam in ciuitate, & homicidium missus in carcerẽ. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, uolens dimittere IESVM. At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? Nullã causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, & dimittam. At illi instabant uocibus magnis, postulan- 30
tes ut crucifigeretur: & inualescebant uoces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorũ. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: IESVM uero tra-
188 didit uoluntati eorum. ¶ Et cum ducerent eum, apprehẽderunt Simonem quendam Cyrenensem uenientem de uilla, & imposuerũt illi crucem por- 35
tare post IESVM. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum, quæ

rum, quæ plangebant & lamẽtabantur eum. Conuersus autem ad illas IESVS, dixit: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super uosipsas flete, & super filios uestros: quoniam ecce uenient dies in quibus dicent: Beatæ
40 steriles, & uentres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tũc incipient dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Quia si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? ¶ Ducebãtur autem & alij 189
duo nequam cum eo, ut interficerentur. Et postquam uenerunt in locum, qui uocatur Caluariæ, ibi crucifixerũt eum, & latrones: unũ a dextris, & al
45 terum a sinistris. ¶ IESVS autem dicebat: Pater, dimitte illis, nõ enim sci- 190
unt quid faciunt. ¶ Diuidentes uero uestimenta eius, miserũt sortes. ¶ Et 191
stabat populus expectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: 192
Alios saluos fecit, se saluum faciet, si hic est CHRISTVS dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes:
50 Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac. Erat autem & superscriptio scripta super eũ literis Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est rex Iudæorũ. Vnus autem de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es CHRISTVS, saluum fac teipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum dicens: Neq; tu times deum, qui in eadem damnatione es?
55 Et nos quidem iuste: nam digna factis recipimus, hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad IESVM: Domine, memento mei cum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi IESVS: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. ¶ Erat autem fere hora sexta, & tenebræ factæ sunt in uniuersam terram, us- 193
que in horam nonam. Et obscuratus est sol, & uelum tẽpli scissum est me-
60 dium. Et clamans uoce magna IESVS, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicẽs, expirauit. Videns autem Cẽturio, quod factum fuerat, glorificauit deum, dicens: Vere, hic homo iustus erat. ¶ Et 194
omnis turba eorũ, qui simul aderãt ad spectaculum istud, & uidebãt quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebãtur. Stabant autem omnes noti
65 eius a longe, & mulieres quæ secutæ eum erãt a Galilæa hæc uidentes. ¶ Et 195
ecce uir nomine Ioseph, qui erat decurio, uir bonus & iustus, hic non consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum dei. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus IESV, & depositum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo
70 nondum quisquam positus fuerat. ¶ Et dies erat parasceues, & sabbatum il 196
lucescebat. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo uenerãt de Galilæa, uiderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & unguenta, & sabbato quidẽ siluerunt secundum mandatum.

ANNOTATIONES BREVES XLVII. CIRCA LITER. CAP. XXIII.

3 gentem – nostram. 4 Cæsari, – & 6 respondens *|ἀντῶ ei.

 8 Commouit

Universidad de Deusto
Biblioteca

8 Commouit
ἀνασείει
præsens,
8 incipiens
ἀρξάμενος
orsus
10 potestate
τῆς ἐξουσίας
ditione
15 constanter
εὐτόνως
intente,
acriter
16 exercitu
τοῖς στρατεύμασιν
plurale,
16 & illusit
καὶ ἐμπαίξας
& cum illusisset
17 alba, – &
λαμπρὰν
splendida
17 Herodes & Pilatus
Pilatus & Herodes
18 die * μετ' ἀλλήλων
inter sese,
21 inuenio
εὗρον
indefinitum,
& infra,
23 Emendatum
παιδεύσας
Correptum
24 per diem festum,
κατὰ ἑορτὴν
singulis festis
& infra,
24 Exclamauit aũt simul
uniuersa turba, dicens,
ἀνέκραξαν δὲ πάμπλη-
θεῖ λέγοντες
exclamauerunt autẽ
uniuersi, dicentes,
26 missus
βεβλημένῳ
coniectus

& infra.
31 uoces eorum
* καὶ τῶν ἀρχιερέων
& principũ sacerdotũ
32 fieri
ut fieret
32 Dimisit autem
– illis
35 de uilla:
ἀπ' ἀγροῦ
de agro,
e' rure
35 portare
ut portaret
36 mulierum, quæ * ἃ &
39 filios
τὰ τέκνα
liberos
42 uiridi
τῷ ὑγρῷ
humido
43 nequam
κακοῦργοι
malefici
44 latrones,
τοὺς κακούργους
maleficos
& infra.
sortes,
κλῆρον
singulare,
expectans:
θεωροῦν
spectans
& deridebant eum
ἐξεμυκτήριζον δὲ αὐ-
subsannabant autẽ &
Necq; tu times
οὐδὲ φοβῇ σὺ
Ne times quidem tu
qui
ὅτι
quod
mali
ἄτοπον
absurdi

58 in uniuersam
ἐφ' ὅλην
super uniuersam
60 commendo
παραθήσομαι
commendabo,
deponam
futurum,
61 dicens,
εἰπὼν
locutus
64 omnis turba eorum, qui
simul aderant
πάντες οἱ συμπαραγενόμενοι
ὄχλοι
omnes, quæ simul adue
nerant turbæ.
66 qui erat decurio,
βουλευτὴς ὑπάρχων
qui erat consul
67 actibus
τῇ πράξει
singulare,
67 Arimathia
ἀριμαθαίας
Arimathæa
67 Iudææ;
τῶν ἰουδαίων
Iudæorum
67 qui * ἃ etiam
69 depositum
καθελὼν
detractum
69 eum
αὐτὸ
illud
neutrum,
70 parasceues:
παρασκευὴ
rectus.
72 reuertentes
ὑποστρέψασαι
reuersæ
73 siluerunt
ἐσύχασαν
quieuerunt.

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

NVnc prosequitur Lucas, quo pacto principes sacerdotum, scribæ, & seniores populi tradiderunt dominũ Pilato præsidi, qui gentilis erat, & ab imperatore Rhomanorũ præses constitutus, dicens, ¶ Et surgens omnis multitudo eorũ, duxerunt illũ ad Pilatum. Cœperũt aũt illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem dare tributa Cæsari, & dicentem se CHRISTVM regem esse. Pilatus autem interrogauit eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotũ & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant dicentes: Cõmouit populum, docẽs per uniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa usq; huc. ¶ Oportebat impleri quod dominus discipulis suis frequenter prædixerat, ut id Matthæi uigesimo: Ecce ascẽdimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ, & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendũ, & flagellandum, & crucifigendum. Cui similem quoq; sententiam habet Marcus capite decimo. Nunc ergo peractis ijs, quæ in iudicio sacerdotũ, scribarum & seniorum perpessurus erat &, ab eisdem traditur gentibus, ut & Matthæus habet capite .27. numero ducentesimo sexagesimoquarto, & Marcus capite quintodecimo, numero octuagesimonono. Et adiungit hic Lucas, quomodo primo accusabant eũ trium. Primum erat, quod inuenerant eum subuertẽtem gentem suam: secundum, quod prohibebat dare tributa Cæsari: tertium, quod dicebat se CHRISTVM regẽ esse. Primum erat manifeste falsum: quia nõ subuertebat Iudæos, sed cõuertebat eos ad uitæ lumen æternũ, & infirmos ipsorũ sanabat, leprosos mundabat, claudos erigebat, cæcos illuminabat, mortuos suscitabat: si quos dæmonia uexabant, multa potentia liberabat: & tam doctrinæ quàm uirtutum beneficia, quæ nemo alius poterat, præstabat. Hæccine erant, subuertere gentem ipsorũ? Et illa Pilatus multis (ut peruerisimile est) mirabilia eius fideliter narrantibus, nõ nesciebat. Secundũ etiam quod & Pilatus audisse potuerat, apertum erat mendacium. Nam ex Lucæ uigesimo, Hierosolymis præsente plebe, subdole interrogatus dominus, liceret'ne tributũ dare Cæsari, an secus: ostenso sibi numismate census, & interrogatis calumniatoribus, cuius esset imago numi, & inscriptio: & respondentibus qui numisma exhibuerant, quod Cæsaris, respondit: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & q̃ sunt dei, deo. Atqui responsum hoc, nõ est prohibẽtis dare tributa Cæsari. Ad hæc exactores tributorũ testes esse poterãt eum non prohibere dare tributa Cæsari: cũ ex Matthæi septimodecimo staterem, id est tetradrachmum accepissent pro eo & Petro. Quantũ autem ad tertium, id non tam ipse dicebat q̃ opera, quàm pater ipse quàm angeli, quàm Ioannes & prophetæ omnes. Primas itaq; accusationes nihil curauit Pilatus: quia illas esse mendacia satis agnosceret. De tertia autẽ fuit curiosior. Et interrogauit, esset'ne rex ille Iudæorũ, id est rex ille insignis, de quo tot iactabantur prophetarũ oracula, q & CHRISTVS & Messias dicitur? Desiderabat autem id nosse, non quod inde malũ ei uellet: quod diligentia liberandi eũ si potuisset, ostendit. At id CHRISTI uerbo, & diuino repugnabat decreto. Cui dñs sic respondit, ut ex responso intelligere debuerit ipsum, illũ esse. Sed ex Ioanne dixit regnũ suũ non esse de hoc mundo, nõ esse e' terra, nõ esse ab hominibus; sed à deo acceptũ, & mundo, & omnibus regnis eius superius. Et ita deprehendit Pilatus oẽs sacerdotum & scribarum accusationes, inualidas esse, quibus aut condemnaret eũ, aut ipsi quicq̃ mali infligeret: id quod Iudæis plane' testatus est. At illis inualescẽtibus & dicẽtibus, quod incipiens à Galilæa seduxisset populũ: audito nomine Galilææ, se nactũ occasionẽ putauit non condemnandi innocentẽ: & dixit, id fori sui

184

Ioan. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non esse: sed cum Galilæus esset, & accusarent eum illud fecisse in Galilæa, specta
re ad Herodē, qui Galilæam administrabat. Qua propter remisit eum ad Herodē,
185 ut subdit Lucas, dicens. ¶ Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit, si homo
Galilæus esset. Et ut cognouit, quod de Herodis potestate esset, remisit eū ad He
rodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem uiso IESV, ga
uisus est ualde. Erat enim cupiens ex multo tempore uidere eū, eo quod audiret mul
ta de eo, & sperabat signum aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat autem eū mul
tis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotū
& scribæ, constanter accusantes eū. Spreuit autem illū Herodes cum exercitu suo
& illusit indutum ueste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes &
Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad inuicem. ¶ Hic Herodes erat frater
Archelai, qui & illis diebus ob insignem omnibus Iudæis celebritatem erat Hiero
solymis. Iste erat qui sustulerat Ioannem, & qui mira & stupenda de domino post
mortem Ioannis audierat: adeo ut aliquando dubitasset, an ipse esset Ioannes, qui à
mortuis rediuiuus, signa illa supra quàm admiranda operaretur. Viso ergo eo, ga
uisus est ualde, sed uano ac stulto gaudio: nam non propter ipsum, non propter su
am ipsius ad deum, & meliorem uitæ frugem, conuersionem: sed ut ipsi aliquid cu
riosi diceret, aut aliquod ipso spectante admirandū patraret. Et ad hoc ipsum eum
multis sermonibus interrogabat. At dominus, ut nos erudiret, ad curiositatem ho
minū nihil aut dicendum aut faciendum, tacebat: quinimo potius ludibria, contem
ptum, & stulticiæ notam perferenda, quàm huiusmodi uanitatibus acquiescendum
& hoc exemplo suo, qui & ab Herode & exercitibus eius contemptus ac nihilipē
sus, imo ludibrio habitus ac irrisus, & alba, siue ut Græce habetur, splendida ueste
indutus est. Per quam plurimi insignem notam stulticiæ intelligunt, sed plane fal
luntur: nam illa signum & indicium diuini splendoris, puritatis, & innocentiæ erat.
Qui ego nulli uanitati succumbunt, sed potius ludibria, contemptus, & irrisiones
omnes perferunt, illa omnia nihili facientes, modo nunquàm ne in minimo quidē
à recto discedant, sed patientissime omnia propter ipsum & eius uoluntatem tolle
rent: stulti quidē ab hominibus reputantur: sed splendente & candida CHRISTI
ueste, id est puritatis, & innocentiæ uestiūtur, in qua nimirum deo placent: quia in
hoc Christiformes euadūt. In hac eīm Herodes CHRISTVM innocētem (hoc e
tiam figurante eo, in quo reductus est habitu) remisit ad Pilatū. Et Pilatus & He
rodes ex illa die facti sunt amici, qui prius erant inimici. Multæ eīm causæ incidere
possunt, ob quas inter magnos simultates oriātur & inimicitiæ. Sed potuit ne hæc
esse causa, quod Pilatus sanguinem Galilæorū, qui erant ditionis Herodis, cū sacri
ficijs eorū miscuit, ut capite tertiodecimo huius dictū est? Quacunq; tamē ex cau
sa fuerit inimici, tūc recōciliati sunt. Quid eīm nō reconciliaret innocentia CHRI
STI? Cur ergo dubitemus, per eam nos deo esse reconciliatos, qui & nos amat &
summe bonus est: tametsi nos mali, aut simus, aut fuerimus, qui sane ex nobis ipsis
non nisi mali esse possumus? In illa, oīa tam summa q̄ ima sunt reconciliata. Hie
rusalem, summa designat: Galilæa uero, ima. Et Pilatus innocentiam domini mani
186 feste cognouit & testatus est, subdente Luca, ac dicente. ¶ Pilatus autem conuo
catis principibus sacerdotū, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: Obtulistis mi
hi hunc hominem quasi auertentem populū: & ecce ego coram uobis interrogans
nullā causam inuenio in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neq; He
rodes: nam remisi uos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emenda
tum ergo illum, dimittam. ¶ Pilatus, ingenue fatetur innocentiam domini, tū à se,
tum ab Herode intellectam. Quàm miser igitur est, qui ait: Emendatū ergo, id est
castigatū, dimittam? Si innocens est, o Pilate, cur eum castigas, cur flagellas? Qd
ius, quæ

ius, quæ lex, quod decretū præcipit flagellare innocentem? Voluisti sacerdotibus
scribis & pharisæis, ac plebi ab ipsis seductæ, placere. At scriptū est: Quoniā deus
dissipabit ossa eorum qui hominibus placent. Voluisti minus malum admittere, tu
maius posses effugere. Verum nosse debuisti iudex populorum, non esse facienda
mala, ut bona inde eueniant: & tanto quidem minus, ut uitentur maiora mala. Neq;
etiam, id faciendo, maius uitare potuisti. Quandoquidē eo nulla causa, nulla ratio-
ne, nullo iure castigato, purpura induto, & coronā spineam gestante, ex Ioanne cla
mare cœperunt: Tolle tolle, crucifige eum. Neq; castigatum dimittere potuisti, sed
qui tentasti quod non debebas, maius crimen q̄ uolebas admisisti, quicquid etiam
tentaueris. Quod subdit Lucas, dicens. ¶ Necesse autem habebat dimittere eis 187
per diem festum unum. Exclamauit autem simul uniuersa turba, dicens: Tolle hūc,
& dimitte nobis Barabbam, qui erat propter seditionē quandam factā in ciuitate,
& homicidium missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, uolēs
dimittere IESVM. At illi succlamabāt, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Ille aūt
tertio dixit ad eos: Quid enim mali fecit iste? Nullā causam mortis inuenio in eo.
Corripiam ergo illū, & dimittam. At illi instabant uocibus magnis, postulantes ut
crucifigeretur, & inualescebāt uoces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionē
eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionē missus fue-
rat in carcerem, quem petebāt: IESVM uero tradidit uoluntati eorū. ¶ Quod ten-
tauerit Pilatus, sed frustra, uarijs modis liberare CHRISTVM, & commiseratione
cum dixit: Ecce homo: & facta optione liberationis, aut ipsius, aut Barabbæ: scribit
etiam Matthæus capite uigesimoseptimo, numeris ducentesimo sexagesimosepti
mo, & ducentesimo sexagesimooctauo, & Marcus capite quintodecimo, numero
nonogesimo. Et pauca hic adijcit Lucas ad illos, ut qd secundo uoluit illum Pilatus
corripere, etsi nihil prorsus male meritum, ut scilicet satisfaceret uolūtati eorum, &
ita eum dimittere posset, & innocentē neci non adiudicaret. At nihil profecit, quia
& tandem eum morti adiudicauit, & ille iterū noua castigatione duriora perpessus
est, quia ut scriptum est: Dolorē super dolorem uulnerū meorum addiderūt. Mox *Psalm.68.*
subdit de Simone Cyrenæo, cui crux domini imposita fuit post eū ferenda, dicens.
¶ Et cum ducerent eum, apprehenderūt Simonem quendā Cyrenensem uenien- 188
tem de uilla, & imposuerunt illi crucem portare post IESVM. Sequebatur autē il-
lum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabant eum. Con-
uersus autem ad illas IESVS, dixit: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed su-
per uosipsas flete, & super filios uestros: quoniā ecce ueniēt dies, in quibus dicent:
beatæ steriles, & uentres qui nō genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc
incipiēt dicere montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos. Quia si in uiri-
di ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? ¶ De Simone Cyrenæo similia habet Mat-
thæus cap. uigesimoseptimo, numero. 171. & Marcus cap. 15. numero. 92. Et quàm
beati sunt, qui nunc baiulant crucem IESV post ipsum, quamuis etiam premantur
à mundo? Addit autem hic Lucas de turba uirorum & mulierū sequentiū dominū
& lugentium & lamentantiū eum, quibus prædixit quæ ipsis futura erant, præser-
tim filiabus Hierusalē: lugebant eīm quasi hominis miseriā, & humana cōmiseratio
ne, nō diuinæ pietatis erga patrē, & miserationis erga nos contēplationē. Et hæ filiæ
erant Hierusalē secundū carnē. Absit ergo, dicamus uirginē gloriosam, q̄ non erat
filia Hierusalem secundū carnē, sed tota secundū spiritū, sic aut more aliarū carna-
lium matrum fleuisse. Sciebat eīm arcanum, gloriam resurrectionis nō ignorabat,
redemptionem humanā expectabat: quod deus faciebat, non quod homo, attende
bat: sacrificiū fieri deo patri intelligebat, illi congratulabatur, miserationiq; diuinæ.
Quod si quid lugebat, si quid patiebat, in illo diuino redēptionis humanæ sacrificio,
in illa pia

Universidad de Deusto
Biblioteca

in illa pia deo patri cõmunis filij pro omnibus oblatione, hoc totũ ſpiritu & ſupra hominem fiebat: non carne, ſed ſpiritu dei operante, & ut deus uolebat, qui uoluerat eam huic myſterio præſentẽ, tanq; approbatricem aſſiſtere: quæ & omnia æquanimiter ferebat, & deo cum lachrymis pro tanta erga nos, ac ineffabili miſeratione gratias, uice omniũ, pro uiribus quas illi ſuggerebat ſpiritus, agebat. Nõ em̃ erat effœminata, ſed admodũ magnanima, ac patientiſſima mulierũ. Cæterũ illæ, q̃ ut dictum eſt, flebant dominũ, aut potius eæ, quas illæ figurabant, multo potius erant lugendæ; quia diuinum ſuper eas, & ſuper liberos ipſarum ruiturum erat flagellũ; & id quidem leue, ſi nõ etiam poſt illud, & ipſæ, & ipſi tranſituri erant ad tormentũ: ille uero quem lugebant, à pœnis non ſibi quidem, ſed nobis debitis, tranſibat ad uitam, & eam quidem omniũ glorioſiſſimam, & innumeros ſua morte uiuificabat, genus humanum redimebat, & ad gloriam uocabat ſempiternã. Ergo nimirũ uere dicebat: Filiæ Hieruſalẽ, nolite flere ſup me, ſed ſuper uoſipſas flete, & ſuper filios ueſtros: quoniam ecce uenient dies, in quibus dicent: Beatæ ſteriles, & uẽtres qui non genuerũt, & ubera quæ non lactauerũt. Tunc incipient dicere mõtibus, cadite ſuper nos: & collibus, operite nos. Quod partim impletũ eſt in illa ultione, à Tito & Veſpaſiano facta: partim cum ex hoc mũdo ad ſummas, & quæ nũquàm deficient inferioris lacus erumnas, gens illa miſera fuit pertracta. Et iuſti luctus in miſerijs, in quibus non ſubſiſterent, rationem ſubdidit, dicens: Quia ſi in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ipſe dominus erat lignũ uitæ, quod ſempiuiret in medio cœleſtis paradiſi, nihil habens quod igni deberetur. Cæteri uero homines, quantũ ex ſeſe, lignũ aridum ſunt totum igni debitum. Si ergo diuina iuſticia permiſit tanta fieri in ligno illo ſemper uiridi, ligno ſolum uitæ & immortalitati debito, quid permittet fieri, & fiet in ligno arido nõ facto participe ligni uiridis, ſed mortuo prorſus, & ſolũ pœnæ & morti debito? Veruntamen hãc proprietatẽ hoc uiride lignum habet, quod ſuo attactu ligno alioqui arido, uitam præſtet ſempiternam: non terreſtrem, qualem arbor uitæ, quæ plantata erat in medio paradiſi uoluptatis, ſed cœleſtem, & prorſus diuinam. Exultemus ergo in confeſſione laudis & gratiarũ actione, quod inuenimus arborem ſemper uirentem, arborem ueræ uitæ quam nõ amplius deus filijs Adæ negat: ſed pro omnibus ſacrificio deſtinat, & omnibus guſtandũ præſtat ad uitam, & eam quidem ſempiternã. At illi ſuper ſe fleant & lugeant, quibus non dabitur edere ex hoc omniuiuifico ligno uitæ, & uitæ (ut iã dictũ eſt) æternæ. Deinde ſubdit Lucas, quo pacto inter duos ſceleratos noſtra ſa-
189 „ lus & uita, dominus noſter immolatus eſt, dicens. ◤ Ducebantur autem & alij duo
„ nequã cum eo, ut interficerentur. Et poſtq̃ uenerunt in locum qui uocatur Calua-
„ riæ, ibi crucifixerunt eum, & latrones: unum à dextris, alterum à ſiniſtris. ◤ In hoc
Eſa.53. Eſaiæ implebatur oraculum: Et cum ſceleratis reputatus eſt, quod & dominus capite præcedente, numero centeſimo ſeptuageſimoſexto prædixerat apoſtolis, adhuc in ſe eſſe implendũ. Et quod dicit interpres, duo nequam, & duos latrones, Lucas κακούργους, id eſt maleficos uocat. At Matthæus cap. uigeſimoſeptimo, numero 273. & Marcus capite quintodecimo, numero nonageſimotertio, λῃστὰς, id eſt latrones dicunt: quos & dñs apud Marcũ eodem loco, & apud Lucã capite uigeſimo ſecũdo ἀνόμους appellat. Vnde fit, ut cacurgi, leſtæ, & anomi, ideſt maleſici, latrones & iniqui, ſiue exleges, apud Euangeliſtas pro eodẽ accipiantur. Subiungit Lucas
190 „ quomodo dominus orauit pro ſuis crucifixoribus, dicens. ◤ IESVS autẽ dicebat:
„ Pater, dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt. ◤ Tunc impleta eſt Eſaiæ pro-
Eſa.53. phetia, dicentis: Et ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit. Hi autem pro quibus dominus rogauit, gentes erant. Et adeo efficax oratio dominì fuit, ut illi pater omnes dederit gentes, & omnibus ad eum uenientibus, omnia peccata

peccata remiſerit, ut & prius per ſpiritum ſanctũ promiſerat. Poſtula à me, inquit, Pſalm.2.
& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam, terminos terræ. Et quando dicit, hæreditatem & poſſeſſionem tuam: ſalutis eorum eſt promiſſio, quæ peccatis non remiſſis nequaquã impleri potuit: nam qui pereunt, hæreditas & poſſeſſio non ſunt, ut neq; oues quæ pereunt graſſante lupo, hæreditati aut poſſeſſioni aſſcribi poſſunt. Sed quænam eſt cauſa remiſſionis peccatorum? Illa immenſa CHRISTI bonitas, & erga nos miſeratio, & patris eius exauditio. Quod uero dicitur: Non em̃ ſciunt quid faciunt: cauſa non eſt, ſed cauſæ appendix, & peccati gẽtium attenuatio. Nam Iudæi neſcientes quid facerent, dominum irriſerunt, percuſſerunt, iudicauerunt, & deniq; ad mortem tradiderunt, ſed inuidia, maleuolentia, & odio obcæcati, cum ex lege, tempore, ſignis, & prophetis debuiſſent intelligere eũ eſſe CHRISTVM. At gentes ignorantes crucifixerunt illum: ſed ſine inuidia, maleuolentia, & odio, rati id ſe facere ex officio: neq; etiam ex lege, tẽpore, ſignis, aut prophetis, tenebantur agnoſcere illum eſſe CHRISTVM. Quare harum peccatũ leuius eſt: illorũ, grauius. Et harum ignorantia, ſimplex ignorantia, & quodammodo uenia & miſeratione digna: illorum, nõ ſimplex, ſed iuris & affectata, & nullum ueniæ ac miſerationi locum relinquens. Quanq; tanta eſt dei miſericordia, ut certo crediderim dominũ illos à ſua oratione nõ excluſiſſe, ſi quando ad ipſum cõuertantur, & ſuũ agnoſcant reatum, inuidia in reſipiſcentiam, maleuolentia in ſtudium obſequendi, & odio in amorem conuerſis: uult em̃ omnes homines ſaluos fi- 1. Timo.2.
eri, & ad agnitionem uenire ueritatis. Et ſubdit Lucas de partitione ueſtium dominì, dicens. ◤ Diuidentes uero ueſtimenta eius, miſerunt ſortes. ◤ Hic impleta eſt 191
prophetia Pſalmi uigeſimiprimi: Diuiſerunt ſibi ueſtimenta mea, & ſuper ueſtem meam miſerunt ſortem. Veſtimenta CHRISTI partiti ſunt ſibi milites, id eſt gentes. Et utinam nos qui ex gẽtibus uenimus, illis ornati (poſteaquàm ea nobis dimiſit) ante tribunal miſericordiæ ipſius compareamus, & inueniamur ſorte eius digni. De hac partitione ueſtimentorum tractat etiam Matthæus capite uigeſimoſeptimo, numero ducenteſimo ſeptuageſimoſecundo: & Marcus capite quintodecimo, numero nonageſimotertio. Subdit Lucas de irriſione facta domino pendenti in cruce dicens. ◤ Et ſtabat populus ſpectans, & deridebãt eum principes cũ eis 192
„ dicentes: Alios ſaluos fecit, ſe ſaluũ faciat, ſi hic eſt CHRISTVS dei electus. Illu-
„ debant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes: Si tu es
„ rex Iudæorum, ſaluum te fac. Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum, literis
„ Græcis & Latinis, & Hebraicis: Hic eſt rex Iudæorũ. Vnus autem de his qui pen-
„ debant, latronibus, blaſphemabat eum, dicens: Si tu es CHRISTVS, ſaluũ fac te-
„ ipſum & nos. Reſpondens autem alter, increpabat eũ, dicens: Neq; tu times deũ,
„ qui in eadem damnatione es? Et nos quidem iuſte, nam digna factis recipimus: hic
„ uero nihil mali geſſit. Et dicebat ad IESVM: Domine memẽto mei dũ ueneris in
„ regnum tuum. Et dixit illi IESVS: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.
◤ Has deriſiones ſaluatori noſtro factas à populo & principibus, pariter & illuſionẽ à militibus, & impropería à latronibus, ſed ab uno maxĩe (ut hic indicat Lucas) altero ipſum increpante, cui miſericordiã cõſecuto paſſio CHRISTI meruit, ut illo die cũ ipſo eſſet in paradiſo, & titulũ capiti dñi ſuperpoſitũ, cauſam, id eſt accuſationem mortis eius continentem, ſcripſit Matthæus cap. 27. numeris 272. & ducẽteſimo ſeptuageſimoquarto. Cauſa autem uera immolationis eius apud deum, etſi id eſſet ignotum hominibus, fuit diuina iuſticia, & ſumma erga nos dei miſeratio & ſalus ac redemptio noſtra. Subdit Lucas de tenebris factis ſuper uniuerſam ter-
„ ram dicẽs. ◤ Erat autem fere hora ſexta, & tenebræ factæ ſunt in uniuerſam terrã 193
„ uſq; in horam nonam. Et obſcuratus eſt ſol, & uelum templi ſciſſum eſt mediũ. Et clamans

Universidad de Deusto
Biblioteca

» clamans uoce magna IESVS, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meũ.
» Et hæc dicens, expirauit. Vides autem Centurio, quod factum fuerat, glorificauit
» deũ dicens: Vere hic homo iustus erat. ¶ De his tenebris, uelo templi scisso, & Cẽ
turione confitente morientis diuinitatem, & uoce magna domini spiritũ emitten-
tis, quàm hic Lucas aperit hanc fuisse: Pater, in manus tuas cõmendo spiritum meũ
Consimiliter meminit Matthæus cap. 27. numero 275. Sic ferme & Marcus cap.
15. numeris 94. 95. 96. Tenebræ factæ sunt ab hora sexta, quæ est hora crucifixio-
nis, & apud nos hora meridiana, uscq; in horam nonam, quæ est hora expirationis,
& apud nos hora tertia à meridie. Porro emissa hac uoce, Pater, in manus tuas cõ-
mendo spiritum meum: non solum tenebræ factæ sunt, sed & sol obscuratus est, &
lux in fonte lucis absconsa, & fons lucis factus ueluti sine luce (quod innuere uide-
tur Lucas, cum post mentionem tenebrarum factarũ, ait: Et obscuratus est sol) ut
& uita in fonte uitæ absconsa erat, & fons uitæ qui est filius dei, factus ueluti sine
uita, ut in uita moreretur mors. Et tamdiu obscuratus est sol, donec fons uitæ in lo-
cũ mortis descendit, ut deliquium uitæ in ipsa fontana uita esset mors mortis in uic-
toria: & uita in maiorem prorumperet uitam, ut & lux obscurata in maiorẽ exur-
rexit lucem. Quod & die dominicæ resurrectionis factũ fuisse quis addubitet? Et
hæ tenebræ & solis obscuratio, fuerũt prima nox, qua dominus fuit in corde terræ,
qui sunt inferi. Et repurgatio, prima dies. Secunda nox, fuit nox ea qua cœpit sab-
batũ Iudæorũ, quod celebritas azymorũ reddebat, celebrius, & magnũ Iudaica ob-
seruatione sabbatũ. Nec solus Centurio prodigiorũ, quæ fiebat miraculo stupebat
194 » sed & omnis turba quæ aderat, ut subdit Lucas, dicens. ¶ Et omnis turba eorũ qui
» simul aderant ad spectaculum istud, & uidebant quæ fiebant, percutientes pecto-
» ra sua, reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres quæ se-
» cutæ eum erant à Galilæa, hæc uidentes. ¶ Quid, nisi stupor admirabilis, facie-
bat ut tũc reuertentes percuterẽt pectora sua: ut qui nimio terrore perculsi, uel hoc
signo timerent, ne repente deficeret uniuersalis machina? quandoquidẽ, quod scri
Ioëlis. 2. ptum est in Ioële, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerũt splendorẽ suum
Petræ scissæ sunt, & tot admiratione plena, signa patuerunt. Et omnes noti eius à
Psalm. 37. longe stabant, quia prophetias impleri oportebat. Scriptũ enim erat Psalmo. 37.
Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria. Et insuper eodem
Psalmo: Longe fecisti notos meos à me. Sed & mulieres, quæ pio in eũ affectu e-
rant, & passionũ eius comparticipes, & melius in corde suo crucem domini, quàm
prius Simon Cyrenæus in corpore portãtes: quæ autem hæ fuerint, exprimit Mat
thæus cap. 27. numero 280. Fuerunt autem Maria Magdalenæ, Maria Cleophæ
(nam ea est Iacobi minoris, & Ioseph mater) & Salome uxor Zebedæi, Iacobi, &
Ioannis mater. Similiter & Marcus cap. quintodecimo, numero 97. De Maria au
tem matre IESV, nõ est cur loquamur. Affuerat eẽ prius, & Ioannes ad finem us
cq; qui uidetur eam non reliquisse, ut qui post uerba saluatoris eam accepisset in su-
Ioan. 19. am. Se aũt ad finẽ uscq; mansisse testatur, ubi ait: Vnus militũ lancea latus eius ape-
ruit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et de se subdit: Et qui uidit, testimoniũ per
hibuit. Si uidit, ergo tunc affuit. Quare & uirgo beatissima. Et quomodo tunc non
affuisset CHRISTO, ubicunq; etiam fuisset, quæ in corde suo crucifixo cõcrucifi-
gebatur, morienti cõmoriebatur, sepulto cõsepeliebatur, & resurgenti corresuscita-
batur? sic eẽ illi semper fuit cõiuncta, ut nuncq; spiritu ab eo abstiterit, siue in mor
te, siue in uita, siue in cœlo, siue in terra, siue etiam cum ad profundissimas terræ des
cendit latebras: Mens menti, amor amori, & animus animo adeo indissociabili uin
culo uinciebanẽ, ut nuncq; alia mater sic adhæserit filio: nõ carne quidem more alia-
rum matrum, sed spiritu modo alijs incognito, necq; adhærere potuerit. Adiũgit Lu
cas quo

cas quo pacto Ioseph ab Arimathæa ciuitate Iudææ, petijt à Pilato corpus IESV,
» dicens. ¶ Et ecce uir noĩe Ioseph, qui erat decurio, uir bonus & iustus (hic nõ con- 195
» senserat consilio & actibus eorũ) ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat &
» ipse regnum dei. Hic accessit ad Pilatũ, & petijt corpus IESV. Et depositũ inuol-
» uit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquã positus
» fuerat. ¶ Hic Ioseph erat (ut ait Lucas) βουλευτὴς, id est consul, à ciuitate Arimathæa
iustus & sanctus, à quo & pio Nicodemo, mundi salus suam honorari sepulturã uo
luit, ut eos postea perductos ad uitã æternã, alterno honore afficeret. Ioseph petijt
corpus dñi à Pilato. Quod ubi ipsi permisit Pilatus, inuoluit lintheo mundo, & po-
suit in monumẽto exciso. Et in quo exciso? In petra, ut etiã aiũt Matthæus & Mar
cus, qui id latius prosequuntur. Matthæus quidẽ cap. 27. numero. 281. Marcus ue-
ro cap. 15. numeris. 98. & 99. & quo pacto admotum est saxum grande ad ostium
monumenti. Quod & in Threnis scriptum erat: Lapsa est in lacum uita mea, & po Threno. 3.
suerunt lapidem super me. Inundauerunt aquæ super caput meũ, dixi, perij. Et sub
ditur: Inuocaui nomen tuum domine de lacu nouissimo. Subiungit Lucas quando
» dominus positus est in monumẽto, dicẽs. ¶ Et dies erat parasceues, & sabbatũ illu- 196
» cescebat. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo uenerant de Galilæa, uiderunt
» monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes para-
» uerunt aromata & unguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.
¶ Dies erat parasceue, sed uespera appropinquante. Nam sabbatum illucescebat.
Quid est sabbatum illucescebat? Instabat uespera, & iam Hebraica obseruatione
lucernæ accendebantur, quas cœpta uespera, & post clangorem tubæ non licebat
accendere, sicuti necq; quicquàm aliud apparere. Et ita, quia lucernæ accendeban-
tur sub uesperam ratione sabbati ab illa incipientis, sabbatum illucescere dicebatur
Interdiu igitur & ante clangorem tubæ dominus positus est in sepulchro, & lapis
aduolutus ad ostium, id est ingressum monumenti, & peracta omnia quæ fieri non
consueuerant in sabbato. Et de mulieribus, quæ è regione sepulchri sedentes dum
hæc fierent, explorabant locum ubi positum esset corpus domini: meminit Mat-
thæus cap. uigesimoseptimo, numero. 281. & Marcus capite quintodecimo, nume
ro. 99. Ipsæ autem erant Maria Magdalene à Galilæa, & Maria Cleophæ, quæ ea-
dem erat mater Iacobi & Ioseph, & ipsa quoq; à Galilæa. Quæ, ut ait Lucas, ὑποστρέ
ψασαι, id est regressæ, parauerunt aromata & unguenta. At quando parauerũt illa?
Certe ex Marco cap. 16. transacto sabbato. Nam paulo postquã notauerũt locum
& quomodo positus fuerat dominus in sepulchro, superuenit sabbatum, & secun-
dum mandatũ quieuerũt sabbato. Rectius ergo interpres uertisset id, Et ὑποστρέψασαι
& reuersæ, siue & regressæ, quàm & reuertentes. Id tamen in animo habebant,
ut quàm primum liceret sacrum corpus adirent, & illud aromatibus & unguentis,
ut Ioseph & Nicodemus fecerant, condirent: quæ fidem, spem, & syncerã in ipsum
uitæ nostræ authorem pietatem, & eam quidem charitate flammantem, ac redolen
tem monstrabant. Ergo tam uiri quàm mulieres cum fide, spe, charitate, & ea qua
possumus mentis deuotione ipsum adeamus, currentes in odorem unguentorum
eius, cum & ipse sit salutis & sanctificationis, & uiuificationis animarũ nostrarum
unguentum, & oleum effusum nomen eius. Et si hæc nobis adsint, nõ minus unge
mus eum quàm Ioseph & Nicodemus, & quàm sancte mulieres ungere uoluerũt
Sed cum unguentis nostris misceamus ad redolentiam inducendã, confessionem
laudis, & thymiamata orationis; quia ipse est rex regnantiũ, & dominus dominan-
tium, & salus, uita, & redẽptio nostra, sic ordinãte supermisericordi patre. Cui per
ipsum, & cum ipso, & spiritu sancto sit omnis laus, omnis gloria, omnis adoratio
ubicq; in cœlo & in terra, in omnia, & super omnia seculorum secula. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

197 VNa autē ſabbati ualde diluculo uenerūt ad monumentū, portantes quæ parauerāt aromata: & inuenerūt lapidē reuolutum a monumēto. Et ingreſſæ, nō inuenerūt corpus domini IESV. Et factū eſt dum mēte cōſternatæ eſſent de iſto, ecce duo uiri ſteterūt ſecus illas in ueſte fulgenti. Cū timerent autem, & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis uiuentem cum mortuis? Non eſt hic, ſed ſurrexit: Recordamini qualiter locutus eſt uobis, cū adhuc in Galilæa eſſet, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominū peccatorū, & crucifigi, & die tertia reſurgere. Et recordatæ ſunt uerborum eius. Et regreſſæ a monumēto, nunciauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebāt ad apoſtolos hæc. Et uiſa ſunt ante il-
198 los ſicut deliramentū uerba iſta, & non crediderunt illis. ℣ Petrus autem ſurgens, cucurrit ad monumentū, & procumbens uidit linteamina ſola po-
199 ſita, & abijt ſecum mirans quod factum fuerat. ℣ Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum, quod erat in ſpacio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem, nomine Emaus, & ipſi loquebantur adinuicē de his omnibus quæ acciderant. Et factum eſt dum fabularentur, & ſecum quærerent, & ipſe IESVS appropinquans, ibat cum illis. Oculi autem illorū tenebātur, ne eum agnoſcerent. Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones quos cōferitis adinuicem ambulantes, & eſtis triſtes? Et reſpondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, & non cognouiſti quæ facta ſunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De IESV Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in opere & ſermone coram deo, & omni populo. Et quomodo eū tradiderunt ſummi ſacerdotes & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſraël. Et nūc ſuper hæc omnia, tertia dies eſt hodie, quod hæc facta ſunt. Sed & mulieres quædam ex noſtris, terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & nō inuēto corpore eius, uenerunt dicentes ſe etiam uiſionem angelorum uidiſſe, qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex noſtris ad monumentum, & ita
200 inuenerunt ſicut mulieres dixerunt: ipſum uero non inuenerunt. ℣ Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati CHRISTVM, & ita intrare in gloriam ſuam? Et incipiens a Moyſe & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erāt. Et appropinquauerunt ca-
201 ſtello quo ibant, & ipſe ſe finxit longius ire. ℣ Et coēgerunt illum, dicētes: Mane nobiſcū, quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt dum recumberet cū eis, accepit panē, & benedixit, ac

fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerūt eum: & ipſe euanuit ex oculis eorum. ℣ Et dixerūt adinuicem: Nonne cor 202
noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgētes eadem hora, regreſſi ſunt in Hieruſalem, & inuenerūt
45 congregatos undecim, & eos qui cum illis erāt, dicentes quod ſurrexit dominus uere, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabāt, quæ geſta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. ℣ Dum autem hæc lo- 203
quuntur, ſtetit IESVS in medio eorum, & dixit: Pax uobis, Ego ſum, nolite timere. Conturbati uero & conterriti, exiſtimabāt ſe ſpiritum uidere.
50 Et dixit eis: Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in corda ueſtra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum. Palpate & uidete, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. Et cum hoc diXiſſet, oſtendit eis manus & pedes. ℣ Adhuc autem illis non credentibus, 204
& mirātibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod māducetur? At
55 illi obtulerunt ei partem piſcis aſſi, & fauum mellis. Et cum mādukaſſet coram eis, ſumēs reliquias, dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc ſunt uerba quæ locutus ſum ad uos, cū adhuc eſſem uobiſcum: quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & prophetis, & pſalmis de me. Tūc aperuit illis ſenſum, ut intelligerēt ſcripturas, & dixit eis: Quoniam ſic ſcri
60 ptum eſt, & ſic oportebat CHRISTVM pati, & reſurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hieroſolyma. Vos autem teſtes eſtis horum. ℣ Et ego mittam promiſſum patris mei in uos: uos autem ſe- 205
dete in ciuitate, quoaduſque induamini uirtute ex alto. Eduxit autem eos
65 foras in Bethaniam, & eleuatis manibus ſuis benedixit eis. Et factum eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cœlum. Et ipſi adorantes, regreſſi ſunt in Hieruſalem cū gaudio magno, & erant ſemper in templo laudantes, & benedicentes deum. Amen.

ANNOTATIONES BREVES LVIII. CIRCA LITER. CAP. XXIIII.

1 ſabbati — τῶν σαββάτων
plurale. 6
1 ualde diluculo — ὄρθρου βαθέος
diluculo profundo
2 aromata, 14 — *καὶ τινες σὺν αὐταῖς
& quædam cum ipſis:
4 dū mēte cōſternatæ eſſent — ἐν τῇ διαπορεῖσθαι
dum perplexæ eſſent
5 de iſto: * καὶ & 15
6 ueſte fulgenti. — ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις
ī ueſtibus fulgurātibus 15
Cum timerent autem — ἐμφόβων δὲ γενομένων
Cū territæ autē eſſent 16
* αὐτῶν illæ
iſta: — αὐτῶν 17
ipſarum
procumbens — παρακύψας
demiſſo capite, pſpiciēs 18
uidit — βλέπει
præſens. — κείμενα
poſita.
iacentia
ſecum — πρὸς ἑαυτὸν
apud ſeipſum
quod erat in ſpacio ſtadiorum — ἀπέχουσαν σταδίους
diſtans ſtadijs
Emaus: — ἐμμαοὺς
Emmaus
trisyllabum.

trisyllabum.
18 loquebantur
ὡμίλνν
sermocinabantur.
colloquebantur
19 dum fabularentur
ἐν τῷ ὁμιλεῖν
19 secum quærerent;
συζητεῖν
simul quærerent,
disputarent
22 tristes?
σκυθρωποὶ
uultu tristi
22 Cleophas;
κλεόπας
23 peregrinus es
παροικεῖς
aduena es
25 Nazareno
τῶν ναζωραίων
28 redempturus
ὁ μέλλων λυτροῦσθαι
qui redempturus esset
28 Et nunc,
ἀλλάγε
Atqui
28 tertia
* ταύτην
hæc
29 quod
ἀφ' οὗ
ex quo
29 ex nostris
ἐξ ἡμῶν
ex nobis
30 terruerunt
ἐξέστησαν

30 stupefecerunt
quæ ante lucē fuerūt
γενόμεναι ὄρθριαι
quæ diluculo perue-
ex nostris (nerunt
τῶν σὺν ἡμῖν
ex ijs qui erāt nobiscū
33 non inuenerunt.
ὀυκ εὗραν
non uiderunt
34 stulti
ἀνόητοι
amentes
35 oportuit
ἔδει
imperfectum.
35 & – ita
39 est – iam
39 Et intrauit
* τὴν μίαν ut maneret
40 panem, – &
42 euanuit
ἄφαντος ἐγένετο
disparuit
42 ex oculis eorum
ἀπ' αὐτῶν
ab ipsis
43 dum loqueretur
* ἡμῖν nobis
47 cognouerunt eum
ἐγνώσθη αὐτοῖς
agnitus fuisset ipsis
48 stetit * αὐτὸς ipse
48 dixit * αὐτοῖς ipsis.
λέγει
præsens.
48 uobis.
– Ego sum, nolite timere * αὐτὸν eo.

49 Conturbati
πτοηθέντες
Stupefacti
51 pedes * μου meos:
51 Palpate * με me,
54 mirantibus præ gaudio.
54 præ gaudio et mirātibus
55 dixit * αὐτοῖς illis.
55 fauum mellis.
ἀπὸ μελισσίου κηρίου
de apiario fauo
55 Et cum manducasset
καὶ λαβὼν
Et cum accepisset
55 coram eis:
– sumens reliquias de-
* ἔφαγεν (dit eis
manducauit.
59 illis
αὐτῶν
genitiuus.
59 sensum,
τὸν νοῦν
mentem
63 promissum
τὴν ἐπαγγελίαν
64 ciuitate
* ἱερουσαλὴμ
Hierusalem,
65 in Bethaniam
ἕως εἰς βηθανίαν
usq; in Bethaniam
66 ferebatur
ἀνεφέρετο
66 adorantes
προσκυνήσαντες
adorato
* αὐτὸν eo.

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVMQVARTVM.

197 » SVbdit Lucas quomodo prædictæ mulieres, trāsacto sabbato uenerūt
» ad monumentum cum unguentis quæ parauerant, dicens. ◤ Vna au-
» tem sabbati ualde diluculo uenerunt ad monumentū, portantes quæ
» parauerant aromata. Et inuenerūt lapidem reuolutum à monumēto.
» Et ingressæ, non inuenerūt corpus domini IESV. Et factum est dum
» mente consternatæ essent de isto, ecce duo uiri steterūt secus illas in ueste fulgēti.
» Cum timerent autem, & declinarent uultū in terram, dixerunt ad illas: Quid quæri
» tis uiuentem cū mortuis? Nō est hic, sed surrexit: Recordamini qualiter locutus est
» uobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens: Quia oportet filium hominis tradi in ma-
nus hominum

» nus hominum peccatorū, & crucifigi, & tertia die resurgere. Et recordatæ sunt uer
» borū eius. Et egressæ à monumento, nunciauerūt hæc omnia illis undecim, & cæ-
» teris omnibus. Erat aūt Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ
» quæ cū eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et uisa sunt ante illos sicut delira-
» mentum uerba ista, nō crediderunt illis. ◤ Vna sabbati, siue (ut ait Lucas) τῶν σαβ-
βάτων, id est sabbatorū, perinde est ac prima dierum magnum sabbatū sequentium.
Et hæc Lucæ dicta de primo accessu mulierum ad monumentū intelliguntur, ut la
tius disseruimus in secunda disceptatione de Magdalena, ubi apertū discrimen co-
gnoscitur inter primam & secundam mulierum uisitationē, ut sextadecima propo
sitio illius indicat, & sequentes suis locis secundū cuiusq; Euangelistæ dicta decla-
rant. Duo uiri qui steterūt iuxta illas, duo angeli erant. Quod & ipsæ ex specie illo
rum, quam tamen attendere nō audebant, & fulgurantibus uestimentis ita esse in-
tellexerunt. Non tamen plene uerbis eorum crediderunt, imo nonnihil addubita-
runt, quod ex Ioannis. 20. cognoscitur, ubi Maria Magdalene nunciat apostolis il-
lic expressis, Petro atq; Ioanni, tulerunt dominum meum. Et cum esset septa suis
comitibus, adiecit: Et nescimus ubi posuerunt eum. Verum & ex Luca hic etiam
nunciauerunt apostolis se angelos uidisse, qui dicerent dominum uiuere. Cæterū
hæc uerba mulierū de angelis uisa sunt apostolis nugis & figmentis similia, nec as-
senserunt huic quam illæ nunciabant angelorum uisioni, sed potius experiri uolue
runt, an sublatum esset corpus: quod cursu Petrus & Ioannes tentarunt. Nunquā
em angelos uiderant, neq; (ut uerisimile est) eos qui uidissent, audierant. Nisi forte
de angelo, qui uirgini natiuitatem domini nunciauerat, aut de eo qui Zachariæ na
tiuitatem Ioannis prædixerat, aut de ijs qui nato domino in Bethleem pastores cir
cumsteterant, quippiā intellexerant. Subiungit igitur Lucas cursum Petri ad mo-
» numentum, ubi audiuit dominū sublatum, dicens. ◤ Petrus autem surgens, cucur 198
» rit ad monumentū, & procumbens uidit linteamina sola posita, & abijt secum mi-
» rans quod factū fuerat. ◤ Ex Ioanne nō solus cucurrit Petrus, sed ipso Ioanne co-
mite. Et uidit linteamina seorsum posita; nam ex Ioanne sudariū, quod super sacrū
caput fuerat, non erat cum linteaminibus positū. Et recessit Petrus à monumento,
nō solus ex Ioanne, sed cum Ioanne, & ipsi erāt mirantes apud se quid de corpore
IESV actum esset: potius em sublatum credebant, ut nunciauerat Magdalena, cū
à mortuis surrexisse, adeo tunc parū fidei & intelligentiæ in se habebāt. Addit Lu-
» cas profectionē duorum in Emmaum oppidū, dicens. ◤ Et ecce duo ex illis ibant 199
» ipsa die in castellū, quod erat in spacio stadiorū sexaginta ab Hierusalem, nomine
» Emmaus. Et ipsi loquebantur inuicem de his omnibus quæ acciderāt. Et factū est,
» dum fabularentur & secum quærerent, & ipse IESVS appropinquans, ibat cum illis.
» Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi
» sermones quos confertis ad inuicē ambulantes, & estis tristes? Et respondēs unus
» cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & nō cogno
» uisti quæ facta sūt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerūt: De IESV
» Nazareno, qui fuit uir propheta potens in opere & sermone corā deo & omni po-
» pulo. Et quomodo eum tradiderūt summi sacerdotes & principes nostri in damna
» tionem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autē sperabamus, quia ipse esset redem
» pturus Israël. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, q̄ hæc facta sunt. Sed
» & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monu-
» mentum. Et non inuento corpore eius, uenerunt dicentes se etiā uisionem angelo
» rum uidisse, qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentū,
» & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum uero non inuenerunt. ◤ De his
duobus meminit Marcus capite sextodecimo, numero centesimosecūdo. Cum in-
quit, duo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quit, duo ex illis: noli intelligere ex illis apostolis: nõ enim id refert illis, sed ex illis
cæteris quibus nunciauerãt: ut paulo ante dixerat. Nunciauerunt hæc oĩa illis unde
cim, & cæteris omnibus. Ex his ergo duo prima die post magnum sabbatum profi
ciscebantur in Emmaunta oppidum. Sic enim quidam Emmaus, quod triisyllabum
est, quasi Græcum sit, inflectere solent, ut ἡ κεραστὴς τῆς κεραστοῦντος, ἡ τραπεζοῦς τῆς τρα-
πεζοῦντος, & cætera id genus ciuitatum nomina, quomodo & Ptolomæus inflexisse
uidetur. At Plinius, & post Plinium Hieronymus, iuxta secundam inflexionẽ La-
tinorum inflectunt. Est autem nomen oppidi, de quo Hieronymus in libello de lo
cis Hebraicis sic scribit: Emmaus, de quo loco fuit Cleophas, cuius Lucas meminit
euangelista, hæc nũc est Nicopolis, insignis ciuitas Palæstinæ. Hoc ergo oppidum
Nicopolis dictũ est, quod & ab Hierusalem declinãdo ad mare, uersus septentrio-
nem, distat ferme` octo milibus passuum. Nam septem miliaribus & semisse. Inter
eundum autem illi colloquebantur de ijs, quæ his diebus, id est die parasceue maxi
me, & illo die mane audiuerant. Ac totus ille sermo eorum de domino nostro erat.
Cum autem sic inter se colloquerentur (hoc enim designat ὁμιλεῖν, quo uerbo usus
est Lucas) & uaria disquirerent: dominus, mũdi salus, in medio eorum erat. Et cum
se fecisset uisibilem, sed tanquam peregrinum peregrinis, & ignotum, nondum ut
oportebat credentibus, sese adiunxit illis, & ibat cum eis. In quo manifestabat id ue
Matth. 18. rũ esse, quod prius dixerat: Vbi enim sunt duo, uel tres cõgregati in nomine meo,
ibi sum in medio eorum. Et tametsi nõ sit inter omnes sic uisibilis, tamen in medio
eorum est: ut nihilominus inter eos fuisset, etiam si suam præsentiam eis non exhi-
buisset. Et interrogauit eos qui essent sermones, quos ipsi conferrent inter sese, &
cur essent tristes. Interrogauit autem, nõ quia nesciret, sed ut ex responsiõe illos il-
luminaret, & tristitiam eorum in lætitiam commutaret. Cui respondit unus, cui no-
men Cleophas. Quid si hic uir Mariæ matris Iacobi, Simonis & Iudæ apostolorũ
fuerit? At Hieronymus eum de loco illo fuisse dicit. Esto, uerum an fuerit de loco il
lo necne, scriptura nihil habet: sed id ex scriptura certũ est, quod fuerit in loco illo.
Et Galilæum fuisse hoc argumento esse potest, quod mulieres, quas dicebat Cleo-
phas e` suis esse, quæ summo mane uisitauerant monumentũ, & uisionem angelo-
rum se uidisse dixerant, Galilææ erant. Ad hæc quod adeo` cognitum dominum ha
bebat, ut cum primum frangẽdo panem faciem suam reuelauit, ipsum cognouerit,
qui à Galilæis maxime omnium facie notus esse debebat, utpote illic educatus, illic
cõuersatus, & illic (nisi ob celebritates, & euãgelizandi officium interdum alio` tra-
heretur) assidue moratus. Sed & de Petro & Ioanne, qui Galilæi erãt, adiecit Cleo
phas: Et abierunt quidam ex nostris ad monumentũ, & ita inuenerunt sicut mulie-
res dixerũt: quod etiam indicio est eum fuisse Galilæum. Ad hoc ipsum facit, quod
illis noti erãt apostoli, & locus ubi diuersarentur, & uicissim ipsi apostolis ueluti fa-
miliares & amici, ut ex sequenti numero cognoscitur, ubi dicitur: Et surgentes ea-
dem hora regressi sunt in Hierusalem, & inuenerũt congregatos undecim, & eos
qui cum ipsis erant. Ecce quomodo & eos, & locum cognoscebãt. & subditur: Di-
centes quod surrexit dominus uere`, & apparit Simoni. Ecce quomodo uicissim no
ti erãt, & Galilæis familiares. Haud igitur absimile uero fuerit, Cleopham Galilæ-
um fuisse, atque eum fuisse à quo dicta fuit Maria Cleophæ: imo` forte uerisimili-
us, quàm ipsum Emmauntinum, Nicopolitanum'ue fuisse. Alter autem quis fuerit,
non usque adeo`, neque ex nomine, neque ex coniectura notum est: coniecerunt ta
men nonnulli fuisse Lucam. Qui si fuit, non est uerũ, eum dominum non uidisse in
carne, & solum ex aliorũ narratu scripsisse Euangelium. Quinimmo propria dili-
gentia, & re præsente multa assecutus est, & suggerente spiritu dei, & uisa, & audi-
ta, necnon & inspirata cõscripsit. Respondit ergo Cleophas: Tu solus peregrinus
es in

es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? id est, tu solus
peregrinaris in Hierusalem, tu solus aduena es in Hierusalem, & non nosti quæ fa
cta sunt in illa his diebus? Quasi diceret, omnes norunt: quæ si nescis, tu solus adue
na in Hierusalem hæc ignoras: quod uerisimile nõ est, cum in die paschæ, qua domi
nus mortuus est, fueris in Hierusalem. Et hæc quæ facta sunt in Hierusalem, sunt
quæ inuicem conferimus, & quæ nos sic inamœno uultu reddunt. Quæ tametsi do
minus maxime omnium sciret, tamen quasi nesciret, interrogat cur? Vt cũ expres-
sius respõdissent, iustius ualeret eos arguere: quod pertinet ad purgationẽ, & pur-
gatos illuminare, & tandem sua ipsius aperta manifestatione consummare atque
perficere. Responderũt: De IESV Nazareno, qui fuit uir propheta, potens in ope
re & sermone coram deo, & omni populo. Et quod dixerũt, de IESV Nazareno,
qui fuit uir propheta: id falsum quidem non est, sed minus quàm oportuit. Nam &
uir erat, & propheta: & plusquàm uir, quia deus: & plusquàm propheta, quia æter-
na dei sapiẽtia. Propheta tamẽ erat nõ uulgaris, sed insignis ille, qui à deo per Mo-
sen in lege promissus erat. Et addiderunt: Et quomodo eum tradiderunt summi sa
cerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Et hæc
uera sunt. Addiderũt etiam: Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus
Israël. Vbi id, Nos sperabamus: ostendit eos quodãmodo à fide, & à spe excidisse.
At id, Quod esset redempturus Israël: uerũ erat, non iuxta eorum forte intelligen-
tiam, quæ adhuc crassa & carnalis erat, intelligentium regnum in magnificentia in
terris restituendum, felicius quàm temporibus Dauid & Salomonis, & omne iu-
gum potestatis gentium excutiendum, sed secundum intelligentiam spiritus. Re-
demit enim omnem Israël, qui sunt deo fide fortes, qua possint & angelis concer-
tare, & regnum constituit æternum. Israël autem ille & regnum illud, idipsum est,
de quo Daniel, 7, capite inquit: Regnum autem & potestas, & magnitudo regni, Daniel. 7.
quæ est subter omne cœlum, detur populo sanctorum altissimi: cuius regnum, re-
gnum sempiternum est, & omnes reges seruient ei & obedient. Addiderunt & id:
Et nũc super hæc omnia (σὺν πᾶσι τούτοις, id est cum his omnibus, præter hæc omnia)
tertia dies est hodie, q̃ hæc facta sunt: quod uerum erat. Nam hæc erat prima dies
sabbatorum à magno sabbato, quæ à gloriosa resurrectione domini ἡμέρα κυριακή, id
est dies dominica dicitur. Adijcerunt, Sed & mulieres quædam ex nostris terrue-
runt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum: & non inuento corpore eius,
uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse. Cleophas dicere poterat,
Quædam mulieres e` nostris: quia Maria Iacobi (ut uerisimile est) erat uxor eius,
Terruerunt aũt eos, quia dixerunt se nõ inuenisse corpus, & nõ solũ non inuenisse, Ioann. 20.
sed & sublatum ex Ioanne, & quia adiunxerunt terrificam uisionem angelorum.
Omnis enim uisio insolita, & eius narratio terrori esse solet: quamdiu autẽ morta-
lem uitam degimus, angelorum uisio nobis insolita est & terrori: ut hominis, cæte-
ris animantibus: est enim superior uirtus. Quod subditur: Quæ ante lucem fuerũt
γενόμεναι ὄρθριαι, id designat, quæ peruenerunt diluculo, non noctu, sed ante solis ex-
ortum, quasi dicas diluculares. Et hoc de primo accessu mulierum & intelligunt, &
uerum est. Nam secundus fuit, orto iam sole: secundus dico, qui ex scriptura intelli
gi potest. Quod si etiam pluries illæ iuerint ad monumentũ, quod scriptura nõtan
git; accessus illi cum prorsus nos lateant, minime supputari debent. Subdiderunt:
Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum. Hi fuerunt ex Ioanne, Petrus &
Ioannes. Et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt. Quidnã inuenerũt? Nunquid
inuenerũt angelos, quorũ illæ uisionem habuerũt? Minime. Nunquid corpus sub-
latum? Nequaquã: nulli enim abstulerãt illud, ut illæ ratæ fuerant. Quid igitur est,
Inuenerunt sicut mulieres dixerũt? Inuenerũt rem ita se habere, sicut mulieres di-

xerũt,quæ dixerant se in sepulchro non inuenisse corpus dñi. Et ingressæ (paulo
supra inquit Lucas) non inuenerunt corpus domini Iesu. Ergo quod addiderunt,
Ipsum uero non inuenerunt; explicat hanc præcedentem particulam. Et ita inue-
nerunt, sicut mulieres dixerunt. Ex his igitur responsis, arguit dominus eorum in-
200 scitiam & tarditatem ad credendum, ut aperit Lucas, dicẽs. ¶ Et ipse dixit ad eos:
» O stulti, & tardi corde ad credendũ in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nõne
» hæc oportuit pati CHRISTVM, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Mo
» se, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso e-
» rant. Et appropinquauerunt castello quo ibant, & ipse se finxit longius ire. ¶ Ar-
guit illos dominus, uocãs eos rudes & sine intelligentia: & ea quidem spirituali (id
em designat ἀνόητοι) & tardos corde ad credendũ omnia quæ locuti erãt prophetæ,
qui nõ spiritu suo, sed spiritu dei, qui mentiri nõ potest, locuti fuerant. Nam ex scri
ptis eorũ oportuit hæc pati CHRISTVM, & passiõe exacta intrare in gloriam suã
quæ est resurrectionis gloria, & perpetuæ immortalitatis regnũ. Et interpretatus
est eis scripturas quæ de seipso erant, incipiens à Moyse, & per omnes transiens p
phetas, donec essent iuxta oppidũ Emmaũ. Quod utinã scripto nobis esset relictũ
quanq; & scripto est nobis relictũ, cũ omnes habeamus prophetas, sed hoc inuolu
te: illud autem haberemus articulatim & enucleate. Et ipse præ se ferebat (id enim
προσεποιεῖτο significat) longius ire, quod uerum erat. Iturus enim erat in cœlũ, & inte
rim ad quæcunq; loca terrena: aut sensim, ut cũ peregrinis: aut repente, ut cũ apo-
stolis, aut utcunq; uolebat: imo non iens ibat, cum ubiq; diuino esset modo. At il-
li coëgerunt eum, qui cogi non potest, qui & cogi uult, & tunc cogi uolebat, ut ma-
201 neret cum eis. Quod subdit Lucas. ¶ Et coëgerunt illum, dicentes: Mane nobiscũ
» quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factũ est
» dum recumberet cum eis, accepit panem & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.
» Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum.
Matth. 11. ¶ Cogi uult, ut dictum est, qui cogi non potest: quia regnũ cœlorũ uim patitur, &
uiolenti rapiunt illud. Amor & affectus faciebant, ut ipsi illum uellent habere præ-
sentem. Mane, aiebant, nobiscum. Amori adiungebant rationem dicentes: Quoni
am aduesperascit, & inclinata est iam dies. Vnde conijci potest, quod diu mutuum
uersando sermonem, & dñm audiendo fuerant in uia: nam nõ multo post solis or-
tum mulieres iterũ à monumento redeuntes, & dñm uiderant & pedes eius tenue
rant, de quo ij duo peregrini nihil intellexerant. Vnde argumentũ colligi potest,
eos mane ab Hierosolymis ut peregrinarentur soluisse: quamuis iam instaret ues-
pera cũ Emmaũ peruenissent. Dixerunt ergo ei: Mane nobiscum, quoniam adues
perascit, & inclinata est iam dies. Et acquieuit eis. En fons amoris humano amore,
cogitur, & humana ratiõe trahitur: cui nihilominus nunq; aduesperascit, & nunq;
inclinatur dies, sed & ratio tanq; ancilla cæca sub pedibus eius. Et quanquã ex uer
bis eius nonnihil accepissent fidei, & tristicia eorum in læticiam fuisset cõuersa: ue
speram tamen adhuc sentiebant, & diei inclinationẽ quæ est nox fidei, in cordibus
suis. Et intrauit cũ illis. Et dum recũberet cum eis cibum recepturis corporalẽ, ci-
bũ illis exhibuit spiritualem: quo plane aperti sunt oculi eorũ: tam interni plena fi
de illuminati, q; externi corporaliter dominũ uitæ cognoscentes. En quomodo pa
nis uitæ repente aperit oculos, & spiritus, & carnis, ut illos attentos ad dominum
habeamus, dum eum perfectissime cognoscamus, quo tempore interna nulla no-
bis erit uespera, nulla diei inclinatio, perfecta fide, ut in meridie clare uidentibus, &
perfecta charitate feruentibus. At repente dominus ab oculis eorũ carnalibus dis
paruit, sed non ab oculis mentalibus. Et tunc adimpleuit quod prius præ se ferebat
id est longius ire, qui bonis semper prope est, & tunc quoque quàm prius propin-
quior.

quior. Quid aũt illi corporali uisione absente domino, sed spiritu magis præsente
» fecerint, subdit Lucas dicens. ¶ Et dixerunt ad inuicem: Nõne cor nostrum ardẽs 202
» erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes ea-
» dem hora, regressi sunt in Hierusalẽ, & inuenerunt congregatos undecim, & eos
» qui cum illis erant, dicentes, quod surrexit dominus uere, & apparuit Simoni. Et ip
» si narrabant quæ gesta erant in uia, & quomõ cognouerunt eum in fractione panis.
¶ Quid est, Cor nostrum ardens erat in nobis, nisi quod dominus eos amore & af
fectu inflammabat, quo cogi uolebat? Et quid est, Dum loqueretur nobis in uia, &
aperiret nobis scripturas; nisi dum illuminaret nos fide, & impleret intelligentia?
Porro qua ratione dominũ cogere uolebant ad manendũ, quoniam aduesperasce
ret & inclinata esset iam dies, tunc eadem induci debebant ad manendũ: sed sic fer
uor, sic amor mouebat eos, & fides ac intelligentia illuminãdo cogebat ad uiam ca-
pescendam, ut eadem hora qua dominus immanens disparuit, longius cũ CHRI-
STO ituri surrexerint, & regressi sint in Hierusalem, magno gaudio & læticia ple
ni. Nox, illis dies erat: & labor uiæ, requies. Ingressi igitur Hierusalem, inuenerũt
undecim apostolos congregatos (nam e duodenario unus exciderat) & cũ eis ple
rosq; alios CHRISTI discipulos. Qui præ gaudio præuenientes illos, narrauerũt
eis quomõ dominus uisus esset à Simone, id est Petro. Quod maius erat, & certius
eis argumentũ, q; quod mulieres dixerant, asserendo eum à se uisum: uirorum siq-
dem q; mulierũ testimonium, maius ac credibilius est. At illi sermonem suscipien-
tes, ad implendũ gaudiũ, & locupletandũ fidei testimoniũ, totam rem ipsam quæ
in uita & in peregrinationis loco gesta fuerat, enarrarunt: & quo pacto dũ frange
ret ipsis, & porrigeret benedictionis panem, cognouerunt eũ. Cognouerunt autẽ
eum, non ex signo quidem aut modo fracti panis, sed quia ea figura ac forma esset
ipsis restitutus, qua soliti fuerant eum cognoscere. Tunc eũ eorum oculi ab erro-
re soluti fuerunt, & mens ab incredulitate liberata: nam prius qualis erat eorũ mẽs
tales erant & oculi. His autem peregrinorũ gestis amonemur, quod si aliquo pere
grinamur, sermo noster in uia debeat esse CHRISTVS; in termino, CHRISTVS
in reditu CHRISTVS. At nihil aliud quærere debemus unq;, aut usquã q; CHRI-
STVM. Quod si fecerimus, erit semper nobiscum, ubicunq; simus, & cor nostrum
suo implebit amore, gaudio, & ineffabili exultatione. Et licet tũc Thomas adesset
& audiret colloquẽtes, nihilominus non credebat. At hæc narratio, breuis esse nõ
potuit. Proinde eos qui persuadebantur remansisse, nulli dubium esse debet. Qui-
bus aũt iste nõ sapiebat ob incredulitatem sermo, quis dubitat fastidio affectos tan
dem abijsse? Quod de Thoma factum, peruerisimile est. Nam paulo post ingresso
IESV, nequaq; tunc ex Ioanne, uidit eũ Thomas, sed post dies octo. Cũ ergo nar- Ioan. 20.
rarent rem in uia & domi gestam, & iam fere ad longe narrationis finem deuenis-
sent quomõ cognouerunt eum, & mox ubi cognitus fuit, disparuit, stetit IESVS
» in medio eorũ, dicente Luca. ¶ Dum aũt hæc loquuntur, stetit IESVS in medio eo 203
» rũ, & dixit: Pax uobis, ego sum, nolite timere. Conturbati uero & conterriti, existi-
» mabant se spiritum uidere. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascen-
» dunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. Palpate &
» uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cum hæc
» dixisset, ostendit eis manus & pedes. ¶ Dum hæc, inquit, loquuntur, stetit IESVS
in medio eorum. Et tunc implebatur quod dictum est per Sophoniam dicentem: Sophó. 3.
Expectate me, dicit dominus, ad diem resurrectionis meæ in futurum: quia iudici-
um meum est, ut congrem gentes, & colligam regna, & effundam super eos indi-
gnationem meam, & omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur
omnis terra; quia tunc reddam populis labium electum, ut inuocent omnes nomẽ
domini

Universidad de Deusto
Biblioteca

domini, & seruiant ei humero uno. Quibus em̃ dixit: Expectate me in diem resur
Matth. 26. rectionis meæ: nisi ijs quibus ante passionem dixerat: Postq̃ autem resurrexero, p̃
cedam uos in Galilæam? At quid hoc est, Quia iudiciũ meum est ut cõgregem gẽ
tes, & colligam regna? Hoc sane innuere uidetur, quod ideo apostoli dominũ post
resurrectionem suam expectare debebant: quia diuinum decretum erat, quod per
ipsos de resurrectionis gloria certiores factos, congregaturus esset gentes, & col
lecturus regna ad fidei unitatem per legem nouam Euangelicæ prædicationis, le
gẽ gratiæ ac spiritus. Quod satis expressit dominus, quando dixit apostolis & dis
Matth. 28. cipulis apud Matthæũ, Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in no
mine patris, & filij, & spiritus sancti: docentes eos seruare omnia, quæcunq̃ man
Mar. 16. daui uobis. Et ibi apud Marcũ, Euntes in mundũ uniuersum, prædicate Euangeliũ
omni creaturæ. Sequitur: Effundam super eos indignationem meã, & omnem irã
furoris mei. Quia in omni gente, & omni regno quo profecti sunt apostoli, destru
xit omnẽ idololatriam. Quod nequaq̃ fecit non effundendo indignationem suam
& iram furoris sui, super defensores cultus idolorũ, & dæmonas ipsos illius damna
ti cultus authores, qui per omnia tempora & loca circa id maxime satagunt. Quod
adiungitur, In igne zeli mei deuorabitur omnis terra: id designat, quod igne spiri
tus sancti (q̃ est ardor fidei, & charitas dei) quicquid terrenũ esset, & carnale in his
qui puritatem fidei erant admissuri, prorsus absumendũ erat: quodq̃ ex terrenis fu
turi erant cœlestes, & ex carnalibus spũales, et per labiũ electũ reddẽdum populis
ut inuocent omnes nomen domini, & seruiant ei humero uno: donũ linguarũ intel
ligitur, quod apostolis post ascensionem domini spiritu sancto de cœlo misso infu
sum est, ut docerentur omnes inuocare nomen domini una lege gratiæ, quæ est iu
gum suaue, & onus humeris omniũ leue. Cũ ergo post resurrectionẽ stetit in me
dio apostolorũ & discipulorũ, dixit eis: Pax uobis. Hæc autem est pax eius, pax spi
ritus, & tranquillitas cordis in reconciliatione dei & hominis. Et ut securitatem in
duceret, adiecit: Ego sum. Verũ quia repente, & ex insperato, & modo inconsue
to (quandoquidem ex Ioannis penultimo, ianuis clausis) apparuit, conturbati & cõ
territi fuerunt, existimantes ex mõ præsentiæ repente exhibitæ, & nullo ingressu
patente, se spiritũ uidere, nõ dñm. Quorũ cogitationes uidens dñs, ostendit eis &
manus & pedes, quæ & ante passionẽ nouerant, & in cruce configi uiderant: & ea
non solũ spectanda illis exhibuit, sed & tangenda: ut utroq̃ sensu ueram carnẽ ag
noscerent, & ueram ex ossibus compactionẽ, quæ spũs dũ apparet, non habere no
scitur. Et ipsi illa & uiderunt & tetigerunt; sed præ gaudio & admiratione tunc eũ
esse non crediderunt, etsi eum resurrexisse uere crederent. Nam cum gaudiũ, stu
por & admiratio in eodẽ simul sunt, impediunt ne quis quod uidet ac etiam tangit,
credere possit: quod accidit & Petro e carcere per angelũ educto. Nam qui sic af
fectus est sese aut somniare, aut in ecstasi esse, aut proprijs sensibus illudi putat. At
ut intelligerẽt se neq̃ in ecstasi hæc pati, neq̃ uigilantes somniare, aut proprijs sen
sibus illudi, petijt dominus ab eis si quid esculenti haberent, ut subdit Lucas, dicẽs
204 „ ¶ Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio dixit: Habetis hic
„ aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt partem piscis assi & fauũ mellis. Et cũ
„ manducasset corã eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc sunt uerba q̃
„ locutus sum ad uos, cũ adhuc essem uobiscum: quoniam necesse est impleri omnia
„ quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis
„ sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Q̃m sic scriptũ est, & sic oportebat
„ CHRISTVM pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius
„ pœnitentiam & remissionem peccatorũ in omnes gentes, incipientibus ab Hiero
„ solyma. Vos autem testes estis horum. ¶ Ne ergo crederent discipuli, se suis sensi
bus illu-

bus illusos, coram illis manducauit: non q̃ à resurrectione ex qua resumptum cor
pus est incorruptibile, quale erat qd̃ dominus resumpserat, opus esset ullo corpo
rali cibo: sed ut ex usu, auditu, tactu & gustu ueritatẽ corporis resumpti astrueret.
Manducauit itaq̃, sed incorruptibili manẽte immutabili, & corruptibili (si uoluit)
immutato, aut in sua (modo quo uoluit) transeunte elementa. Et reliquias & piscis
& faui apiarij dedit eis in ueritatis huius testimoniũ, quam tum demum perceptu
ri erant, cum plene ex stupore ad suũ redijssent sensum. Et recensuit eis uerba illa,
quæ secreto ipsis retexerat, ut ex memoria ipsa & internis quoq̃ sensibus, nedum
externis, eum ipsum esse nihil addubitarent. Et tunc infudit eis, quod profecto ma
gnum est, & maxime desiderabile bonum, intelligentiam scripturaum: nõ huma
narum quidem quæ nihil sunt, sed diuinarũ quæ omne uitæ & salutis continent sa
cramentum. Ac instruit eos quid esset ipsis prædicandum. Hoc autẽ erat pœniten
tia, id est resipiscentia à carnali conuersatiõe, quæ quidẽ pœnitentia metanœa dici
tur, & remissio peccatorũ, sed in nomine & beneficio fidei eius; quia nihil iuuat re
sipiscere, nisi in nomine & fide eius resipiscamus, & pœnitentia nostra nequaquã
nos saluat, sed nomẽ domini nostri IESV CHRISTI, sed fides, sed gratia & bene
ficium eius. Præterea neq̃ peccatum quod etiam ex utero attulimus, quia tũc sub
prima generatione eramus, neq̃ alia quæ post sumptionem immaculatæ tunicæ se
cundæ generationis misere contrahimus, nisi in ipso nobis remittuntur, neq̃ à pa
tre qui pater misericordiarum est, neq̃ ab ipso, cui, & in quo, & per quem nobis o
mnia donata sunt, neq̃ à spiritu sancto, qui est reparator & refusor gratiarũ. Porro is prædicat pœnitentiam in nomine eius in remissionẽ peccatorum: qui dicit in
pœnitentia CHRISTI omnia in omnibus idipsum fideliter, firmiterq̃ credẽtibus
peccata esse remissa. Quemadmodũ in Osee scriptum est, iuxta quorundã ex He- Osee. 14.
braeo intelligentiam: Sanabo auersionẽ eorum, & diligam eos sponte, quia reuer
sus est furor meus propter eum. At quis est is, propter quẽ reuersus est furor dei?
Certe Messias, id est CHRISTVS, propter quem hominẽ factum, deus omnes ho
mines sponte diligit. Et in pœnis CHRISTI, nõ in nostris, neq̃ in nostra exteriori
pœnitentia, & in cruce eius, non in nostra (etsi hæc imitatio deo patri grata sit & ac
cepta) nobis peccata remitti, apertius testat Esaias, cũ ait: Vere languores nostros Esaiae. 53.
ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & subdit: Ipse autem uulneratus est pro
pter iniqtates nostras, attritus est ppter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ su
per eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisq̃
in uiam suam declinauit, & posuit dominus in eo iniquitatem omniũ nostrum: obla
tus est, quia ipse uoluit. Nã si in eo omnes omniũ iniquitates positæ sunt, & uoluit
(ut reuera uoluit) pro omnibus immolari, certe languores, dolores, uulnera, corre
ptio, plagarum liuor, attritio, & denicq̃ mors ipsa sunt omniũ peccatorũ nostrorum
remissio: id quidem nobis credentibus, ac plene in eũ confidentibus. Nõne in figu
ra, qui olim pro peccatis immolabãt animalia, & fidẽ habebãt particulari illa & car
nali immolatione animaliũ sibi dimitti peccata, dimittebant eis illo modo peccata,
& hæc sola in ordinatione diuina fides illis sufficiebat? At qui nõ credebãt, qui deo
nõ fidebant, quis dubitet eis nõ dimissa, quia erant increduli deo? Ergo in uniuersa
li spiritualiq̃, & uero CHRISTI sacrificio, quod pro omibus semel præteritis, præ
sentibus & futuris oblatũ, omnia particularia & carnalia sacrificia, canalesq̃ iusti
ficationes & umbratiles consummauit, omnia omniũ præteritorũ, præsentiũ & fu
turorũ fidẽ habentiũ, q̃ hoc sacrificio pater misericordiarũ omnibus fidelibus pec
cata dimittit, multo magis sunt dimissa: quẽadmodũ insup & id fidele CHRISTI
organũ Paulus ad Hebræos testatur, dicens: Si em̃ sanguis hircorũ & taurorũ, & Hebræ. 9.
cinis uitulæ aspersus, inquinatos significat ad emundationem carnis; quanto ma
gis sanguis

Universidad de Deusto
Biblioteca

gis sanguis CHRISTI, qui per spiritũ sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendũ deo uiuenti? Qui igitur non credit peccata esse sibi dimissa in passione CHRISTI, & tũc quoq; cum passus ac immolatus est CHRISTVS, iniuriam facit deo patri, qui pro nobis omnibus dedit illũ, & filio dei se spõte tradenti immolandum, & spiritui sancto offerenti illum in igne charitatis infinitæ, saluando isti mundo sufficientissimũ imo infinitis (si essent) mundis. Et contra, qui firmiter credit & patrem, & filium, & spiritum sanctum honorat, ineffabile eorum admiratus opus, ineffabilemq; clemẽtiam ac bonitatem: & plusquàm admirabile ad omnes homines per fidẽ unico sacrificio saluandos consilium. Quod si qui credant & confidant suis pœnis, quas pœnitentias uocant, sua peccata remitti, neq; credunt, neq; confidunt uni soli uero sacrificio, quod solũ deo est acceptum: & se, & suam pœnitentiam faciunt existimatione sua, & ea quidem irrationali & stulta, superiorem & potentiorem filio dei & passione eius: nec intelligunt quid sit prædicari pœnitentiam in nomine eius in remissionẽ peccatorum. Quare cũ uocamur ad pœnitentiam, non nisi ad hanc fidem uocamur, cui & imitationem crucis domini id est passionis qua sumus redẽpti, pro gratia nobis indulta adiungere possumus. At non in hac, sed in illa confidere debemus, laudãtes & magnificantes illam solam peccatorum deletricem crucem, id est passionem CHRISTI, in qua dimissis peccatis quæ cõmittuntur, respiramus ad uitam. Crux em̃ tua, in te nihil est, sed in CHRISTO omnia est. Huius crux saluare potens est, tua impotens. Et tali fide habita, difficile peccant homines, quod æstimandum sit: quia spiritus fidei, qui est spiritus CHRISTI & amoris, seruat eos. Et nõ solũ hanc in oblatione CHRISTI nos habere gratiam ueteres loquuntur prophetæ, sed & lex gratiæ, Paulo sic de CHRISTO ad Ephesios scribẽte: In quo habemus redemptionẽ per sanguinem eius, remissionẽ peccatorum secundũ diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis. Et ad Hebræos: Vna em̃ oblatiõe cõsummauit in sempiternũ sanctificatos. Sed quid hic immoramur? Tota lex gratiæ hac fidei annunciatione, his spiritus CHRISTI sensibus plena est. Et hoc intelligere, est hoc uerbũ dñi intelligere, quod oportet in nomine eius prædicari pœnitẽtiã in remissionẽ peccatorũ in omnes gentes. Sed & qui hoc semel intelligit, quod CHRISTVS est nobis oĩa, ut reuera est, ipse oĩa intelligit. Nã ille est, dicente Paulo, qui factus est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: ut (quemadmodũ scriptũ est) qui gloriaẽ, in domino glorietur. Ille est etiam de q̃ in Esaia dicitur: Ego suscitaui eũ ad iustitiam, & omnes uias eius dirigã. Et subditur: Labor Aegypti & negociatio Aethiopiæ, & Sabaim uiri sublimes ad te transibunt, & tui erunt, post te ambulabũt. Vincti manicis pergent, & te adorabunt, teq; deprecabũtur, tantũ in te est deus, & nõ est deus absq; te. Vere tu es deus absconditus, deus Israël, saluator. Et subditur: Israël saluatus est in domino, salute æterna. Hæc prædicare, hæc gentibus Euangelizare: est in nomine eius pœnitentiam prædicare in remissionẽ peccatorũ. Et hæc pœnitentia & remissio peccatorũ, in nomine eius prædicanda erat Iudæis & gentibus: sed à Iudæis erat incipiendũ: quia & Iudæi, populus dei, & à Iudæis salus: nã & CHRISTVS & apostoli, ex Iudæis, & reliquiæ Israël saluandæ erant: talis erat diuina ordinatio. Incipientibus, inquit, ἀρξαμένων (quanq̃ nũc Græce legitur ἀρξάμενον, quod corruptũ uideẽ cũ sic parum sententia constet) quasi dicamus, exorsis uobis, siue initio facto ab Hierosolyma: qa erat ciuitas sancta, et ex q̃ facta fuerat redẽptio nostra, & figura cœlestis Hierusalẽ. Propẽ CHRISTVM ergo & apostolos, imo ꝓpter CHRISTVM solũ, qui est oĩa, Iudæa hoc honore primatus p̃dicationis fuerat honoranda, & subinde gentes in consortiũ filiorũ dei adsciscendæ. Et horũ quæ fecit CHRISTVS, & quæ passus est pro mũdi

Ephe.1.
Heb.10.
1.Corint.1.
Esa.45.

salute

salute, & quæ promisit, testes sunt apostoli & discipuli: qui nõ suo, sed dei spiritu testantur, quãquis & uiderint & audierint & nouerint. Sed & de illo nouo spiritu, quẽ accepturi erãt, & ĩ quo uirtutibus & signis, & in plenitudine gratiarũ testaturi erãt,
» aperiente Luca, subiungit dominus, dicẽs. ¶ Et ego mittam promissum patris mei 205
» in uos. Vos autẽ sedete in ciuitate, quoadusq; induamini uirtute ex alto. Eduxit aũt
» eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dũ be
» neciceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Et ipsi adorãtes, regressi sunt in
» Hierusalem cum gaudio magno, & erãt semper in templo laudãtes, & benedicen
» tes deum. ¶ Hæc promissio, aut uerius promissionis confirmatio, quia id sæpe alias promiserat eis, ut ex Ioanne cognoscere licet: uidetur facta, nõ illa quidem die peregrinorum, sed posteaquã è Galilæa in Iudæam redierãt. Ac paulo ante ascensionẽ suã, dominus hæc illis locutus uidetur. Cuius rei argumẽto est quod sequitur, Vos autẽ sedete, id est sedem & mansionem in ciuitate, Hierosolymis scilicet, uobis constituite: quoadusque induamini uirtute ex alto, id est recipiatis spiritum sanctũ per inhabitationem, & apertam donorum, operumq; eius manifestationem. Et ab Hierosolymis ubi cõgregati erãt, apostolos & electos suos eduxit usque in Bethaniã, ubi proculdubio uisus est ab ijs, quos tanta gloria dignos existimauit: quales fuisse Lazarum, Martham, & sororem eius Mariam, quæ uitam optimã: siue ut euangelista habet, τὴν ἀγαθὴν μερίδα elegerat, arbitratu haudquaquam absurdum est. Vnde & illos, & quos cum eis sequi uoluit, in montem Oliuarũ reduxit, ex quo uidentibus illis, & diuinam adorantibus maiestatem, eleuatis manibus suis, & eis benedicens, sublatus est in cœlum. Quod autem è mõte Oliuarum sublatus sit, in Actis apostolorum innuit Lucas, posteaquam expressit uerba angelorũ hoc pacto ad discipulos facta: Hic IESVS (inquit) qui assumptus est à uobis in cœlũ, sic ueniet quẽadmodũ uidistis eum euntem in cœlum, & subdit: Tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte, qui uocatur Oliueti, qui est iuxta Hierusalem, sabbati habens iter. Ipsi uero προσκυνήσαντες, id est cum adorassent, quandiu scilicet uidere potuerunt, & eos spiritus adorãdi mouit, regressi sunt (ut iusserat dominus) in Hierusalem, magno dei repleti gaudio, & erãt in sacro loco, ubi cõstituerat eis dominus, iugiter laudantes, & benedicentes deũ. Et de hac assumptione locutus est etiam Marcus cap. sextodecimo, numero 105. Nos ergo sciẽtes regem nostrum, deum nostrum, redemptorem nostrum ad dexteram patris in cœlum assumptum, oculis nostris illuc cõuersis adoremus eũ: & è sacro templo suo, quod in nobis sacrauit, nunquam discedentes, laudemus cũ apostolis, & MARIA matre IESV, & electis omnibus, summũ patrẽ, & filium eius assumptũ, & in dextera eius sedentem, & spiritum sanctum, qui expectatur eorum qui sic adorant, laudant & benedicunt, consolator, instructor, consummator, qui sunt unus solus super omnia deus. Cui per eũ qui nos creauit, recreauit, & redemit, dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM uiuentẽ, & regnantẽ in æternitate super omne æuũ, sit omnis adoratio, laus, benedictio, honor, potestas, & gratiarum actio, in omnia, per omnia, & super omnia seculorum secula. Amen.

Loan.15.
Luc.10.
Act.1.

COMMENTARII IN LVCAM
AD DEI GLORIAM
ET HONOREM
FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SANCTVM EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

1 IN principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio
2 apud deum. ¶ Omnia per ipsum facta sunt, & si-
3 ne ipso factum est nihil, quod factum est. ¶ In
ipso uita erat, & uita erat lux hominum: & lux in 5
tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehen-
4 derunt. ¶ Fuit homo missus a deo, cui nomen
erat Ioannes, Hic uenit in testimonium, ut testi-
monium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat
ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera quæ il- 10
5 luminat omnem hominem uenientem in hũc mundum. ¶ In mundo erat,
& mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria
6 uenit, & sui eum non receperunt. ¶ Quotquot autem receperunt eum,
dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui
non est ex sanguinibus, neque ex uoluntate carnis, neque ex uoluntate ui- 15
7 ri, sed ex deo nati sunt. ¶ Et uerbum caro factum est, & habitauit in no-
bis (Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti, a patre) plenũ gra-
8 tiæ & ueritatis. ¶ Ioãnes testimoniũ perhibet de ipso, & clamat, dicẽs: Hic
erat quem dixi, Qui post me uẽturus est, ante me factus est: quia prior me
9 erat. ¶ Et de plenitudine eius nos oẽs accepimus, et gratiã pro gratia: quia 20
lex per Moysen data est, gratia & ueritas per IESVM CHRISTVM facta est.
Deũ nemo uidit unquã. Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse nar-
10 rauit. ¶ Et hoc est testimonium Ioannis, quãdo miserunt Iudæi ab Hiero-
solymis sacerdotes & leuitas ad eum, ut interrogarent eum, Tu quis es? Et
confessus est, & nõ negauit. Et confessus est, quia non sum ego CHRISTVS. 25
Et interrogauerũt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Nõ sum. Pro-
pheta es tu? Et respõdit: Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut respõsum de-
mus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait: Ego uox clamãtis in
deserto, dirigite uiã domini, sicut dixit Esaias ꝓpheta. Et qui missi fuerãt,
erãt ex pharisæis. Et iterrogauerũt eũ, & dixerũt ei: Quid ergo baptizas, si 30
11 tu non es CHRISTVS, neq; Helias, neq; propheta? ¶ Respondit eis Ioan-
nes, dicẽs: Ego baptizo in aqua, medius autem uestrũ stetit, quem uos ne-
scitis. Ipse est qui post me uẽturus est, qui ante me factus est, cuius ego nõ
sum dignus ut soluam eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta
12 sunt trans Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans. ¶ Altera die uidit Ioan- 35
nes IESVM uenientem ad se, & ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit pecca-
ta mundi.

ta mundi. Hic est de q̃ dixi: Post me uenit uir, qui ante me factus est, quia
prior me erat, & ego nesciebã eum. Sed ut manifestẽ in Israël, propterea
ueni ego in aqua baptizans. ¶ Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: 13
40 Quia uidi spiritũ descendentẽ quasi columbã de cœlo, & mansit super eũ.
Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit:
Super quẽ uideris spiritũ descendentẽ & manentẽ super eũ, hic est qui ba-
ptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, & testimoniũ phibui, quia hic est fili-
us dei. ¶ Altera die iterũ stabat Ioãnes, & ex discipulis eius duo. Et respici 14
45 ens IESVM ambulantẽ, dixit: Ecce agnus dei. Et audierunt eũ duo discipu
li loquentẽ, & secuti sunt IESVM. Conuersus autẽ IESVS, & uidens eos se-
quentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerũt ei: Rabbi, quod dicit in
terpretatũ magister, ubi habitas? Dicit eis: Venite & uidete. Venerũt &
uiderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat
50 quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus
qui audierat a Ioanne, & secuti fuerant eum. ¶ Inuenit hic primũ fratrem 15
suũ Simonem, & dicit ei: Inuenimus Mesiam, quod est interpretatũ CHRI
STVS. Et adduxit eum ad IESVM. Intuitus autẽ eum IESVS, dixit: Tu es Si-
mon filius Ioanna, tu uocaberis Cephas, qd̃ interpretatur Petrus. ¶ In cra- 16
55 stinũ uoluit exire in Galilæã, & inuenit Philippũ. Et dicit ei IESVS: Seque
re me. Erat aũt Philippus a Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri. ¶ Inuenit 17
Philippus Nathanaël, & dicit ei: Quẽ scripsit Moyses in lege, & ꝓphetæ,
inuenimus IESVM filiũ Ioseph a Nazareth. Et dixit ei Nathanaël: A Na-
zareth potest aliqd boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & uide. Vidit IE
60 SVS Nathanaël uenientẽ ad se, & dicit de eo: Ecce uere Israëlita in quo do-
lus non est. Dicit ei Nathanaël. Vnde me nosti? Respondit IESVS, & di-
xit ei: priusq̃ te Philippus uocaret, cum esses sub ficu uidi te. Respõdit ei
Nathanaël, & ait: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israël. Respondit IESVS
& dixit ei: Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis: maius his uidebis. Et di-
65 cit ei: Amen amen dico uobis, uidebitis cœlum apertum, & angelos dei
ascendentes & descendentes supra filium hominis.

ANNOTAT. BREVES XXXII. CIRCA LITERAM CAP. I.

1	uerbum,	10	per illum		αὐτὸν		
	ὁ λόγος		δι' αὐτοῦ				ipsum
	uerbum		per ipsum				ut referat uerbum
	sermo, & infra,		ut referat lumen				& infra.
4	nihil		uel uerbum.	14			in nomine
	οὐδὲ ἓν		anceps				εἰς τὸ ὄνομα
	ne unum quidem	11	uenientem in – hunc				accusatiuus
5	cui nomen – erat	13	propria	17			uidimus
9	de lumine,		τὰ ἴδια				ἐθεασάμεθα
	περὶ τοῦ φωτὸς		sua				spectauimus
	de luce, & infra.	14	eum	17			quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

	tanquam	36	peccata	50	Erat – autem
18	clamat,		τὴν ἁμαρτίαν	51	qui audierat
	κέκραγε		singulare.		τῶν ἀκουσάντων
	præteritum.	38	nesciebam		plurale.
19	factus est,		οὐκ ἤδειν	54	Ioanna,
	γέγονεν		non noueram		ἰωάνᾳ
	factus est,		& infra.		Iona
	fuit	38	manifestetur – in	54	In crastinum
	anceps	41	baptizare		τῇ ἐπαύριον
	& infra.		ut baptizarem	55	uoluit * ὁ ἰησοῦς IESVS.
24	leuitas – ad eum	44	respiciens	55	dicit ei, – IESVS.
35	Altera die		ἐμβλέψας	64	maius
	τῇ ἐπαύριον		intuitus		μείζω
	Postera die	45	dixit,		maiora
	& infra.		λέγει		plurale.
35	uidit		præsens.	65	dico uobis,
	βλέπει	48	habitas		* ἀπ' ἄρτι
	præsens,		μένας		à modo
36	dei, – ecce		manes		posthac

COMMENTARIVS IN CAPVT PRIMVM.

IOanni dilecto dei discipulo suggessit spiritus sanctus, ut in scribẽdo Euãgelio, altius CHRISTI diuinitatẽ detegeret: & quæ alij Euangelistæ suppresserant, interdum adijceret: cum etiam Procoro discipulo ipsius teste, ultimus Euangeliũ suum literis mandauerit, posteaquam mortuo Domitiano ab exilio fuit reuocatus. Quẽ & Ezechiel in similitudinem aquilæ descripsit, inter quatuor sacræ uisionis animalia eminentiorẽ, sublimioremq; locũ obtinentis. Et facies (inquit) aquilæ desuper ipsorũ quatuor. Et merito quidem: nam ut aquila, fixis in solem oculis persistit: ita Ioãnes à diuinitate CHRISTI nunquã aciẽ oculi deflectit, ut semper illã in omnibus & dictis & factis CHRISTI, & quæ de CHRISTO dicebant, quæ nobis suo repræsentat Euãgelio, cogitemus: Adeo ut hæc sit totius Euãgelij ab illo scripti, uno uerbo cõprehẽsa hypothesis, CHRISTI diuinitas. Ad quam nobis sine ullo inuolucro insinuandã, sic suũ sanctũ exordiẽ Euangeliũ. ¶ In principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. ¶ Quid est, In principio erat uerbum: nisi quod uerbũ sic erat in principio, quod nihil præcessit illud: id enim est absolute principium, ante quod nihil est. Præcessit ergo omnia uerbũ quæcunq; condita sunt, siue in cœlo siue in terra, siue supra siue infra. Et quod dicitur, erat, ἦν, æternitatis nota est. Sed quod est illum uerbum ante quod nihil fuit: Sanè de quo scribitur in psalmis: Eructauit cor meum uerbum bonum. & de quo Esaias dicit: Et reuelabitur gloria domini, et uidebit omnis caro pariter, quod os domini locutũ est, & subdit: Verbum autem domini manet in æternum. Sed an id uerbũ, ante quod nihil est, neq; esse potuit, quia absolute ī principio erat, fuerit solitariũ: Nequaquam: quia erat, & æterne quidem erat apud deum. Nam æterne apud deum patrẽ: quod Ioannes articuli adiectione monstrat, cum ait, πρὸς τὸν θεόν, articulus enim diuinam hypostasin indicat: sed quam hic aptius quàm patrem: Et hãc etiam intelligentiam aperit Ioannes in prima catholica epistola sua, cũ ait: Annunciamus uobis uitã æternam, quæ erat apud patrem. Sed an dissimili essentia, naturaue erat apud patrẽ, qui deus est: Nequaquã: nam deus erat uerbum, hoc est, uerbum ipsum erat deus: uerbum inquam

Ezech. 1.

1 „ „

Psal. 44.

Esaiæ. 40.

1. Ioan. 1.

bum inquã ipsum quod erat apud deũ, id est patrẽ. At dices, Si uerbũ erat apud deum: & deum hic patrem designat, & uerbũ ipsum erat deus, ergo uerbũ ipsum erat pater. Haudquaquã ita est: nam cum dicitur, Et uerbum erat apud deum, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, hic deum apud Ioãnem articulum habet, tanquã discretionis, atq; (ut sic dicam) singularitatis notam, at hic, Et deus erat uerbum, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, deus communis nomẽclatura est, nullo articulo discreta, ex æquo patri, filio, & spiritui sancto conueniẽs: perinde ut homo Petro, Paulo, Ioanni. Sed inquies, An soli patri conueniat deus, cũ eo quem adiecit Ioannes articulo: Nequaquam, sed & filio & spiritui sancto cõuenire potest, sed homonyme, ut hic homo Petro, Paulo, & Ioanni: qa & pater & filius & spiritus sanctus discreti inter se sunt, etsi nunquam à se inuicẽ, & à diuinitatis immensitate separabiles sint (ut neq; memoria, intelligentia, & uolũtas) si parua magnis conferre licet, & cõprehensibilia incomprehensibilibus, & punctũ infinitæ lineæ (unquam à se inuicẽ, & ab essentia animæ separabiles sunt) sed in se ipsis discretione hypostatica immaneãt incõfuse, & indiuisiue. Ergo & pater, deus est: & uerbum, deus: & spiritus sanctus, deus. Et pater, hic deus: & uerbum, hic deus: at nõ alius deus, sed alius hic deus, nõ naturæ quidẽ, aut essentiæ distinctiõe: sed discretione personæ, quæ hic articulo, uelut nota discretionis mõstratur: sic & de spiritu sancto. Et uerbũ sic fuisse in principio: quod nihil fuerit ante ipsum, satis ostendit Ioannes cum dixit: Et deus erat uerbũ. Quid enim ante deũ esse possit: Quod si ante ipsum nihil esse possit: nõ solum est in principio, sed & ipsum absolute, id est incontracte principium est, cum ratio absoluti principij ei competat, quæ etiã & patri & spiritui sancto cõuenit. Et quia uerbum semper in patre est, & pater in uerbo, & spiritus sanctus in utroque, & uterque in spiritu sancto: ideo et uerbum in principio erat, quia æterne erat & principium: & pater in principio & principium, & spiritus sanctus identidem in principio & principium: & ipsi nõ plura, sed unum principiũ, à quo, per quod, & in quod omnia: quod de uerbo ipso subdit Ioannes, dicẽs.

2 ¶ Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, quod factũ est. ¶ Id principium ante quod nihil est, omnia præcedit, quæ ipsum nõ sunt principiũ: ea autem omnia facta sunt. At à quo, per quid, & ad quid: nisi ab ipso, per ipsum, & ad ipsum principium: Quatenus enim efficiẽs est, ab ipso sunt omnia: quatenus forma est & ueritas rerũ, per ipsum sunt omnia: & quatenus finis est, consummatio, & perfectio omnium, ad ipsum sunt omnia. Porro uerbũ dei est, quod format omnia, & omnium absolutissima forma est. Quomodo igitur sine ipso fieret quicquam, perfectum scilicet ac completum, cum eorum quæ ita facta sunt, nihil reperiatur informe: alioqui nondum esset factum. Quod si omnia quæ facta sunt (omnia inquam perfecta) potentiam, actum, nexumq; habẽt, omnia unitrinum imitãtur principium, & à quo, ut ab absoluta potẽtia, quæ omnipotẽtia est, quæ pater est, & per quod, ut per absolutam formam, quæ est ipsum uerbum, ipsaq; rerum ratio: et ad quod, ut ad absolutũ bonũ, quod est omnium nexus, amor, unio, & absoluta quidẽ unio, ut omnia à principio per mediũ in finem tendant: & rursus à fine per medium recurrant in suũ principium: sicq; diuina motio siue interna, siue externa, à principio per mediũ in finẽ fiat: & recursus à fine per mediũ in omnium principiũ. Sed de his hactenus. Satis est hic nosse, uelle Ioannem per uerbũ ipsum, quod in principio erat apud deũ, & quod idem deus erat, omnia facta esse: et ex ijs quæ facta sunt, ne unum quidem sine eo factum esse. Et uerbum illud esse uiuens uerbum, & non sine uita, subdit Ioannes, dicens.

3 ¶ In ipso uita erat, & uita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehenderunt. ¶ In ipso uita erat: & ipsa quidem uita, quæ est uere uita, immense & maxime uita. Hoc autem respondet ei quod dicitur infra, cap. quinto: Sicut enim pater habet uitã in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso. At

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipso. At sunt qui ita distinguūt literam: Sine ipso factum est nihil. Quod factū est, in ipso uita erat. ut uerbū ipsum intelligatur, factarum rerum omnium unica idea: & ideo omnia quæ facta sunt, melius in ipso ab æterno fuisse quàm in seipsis: nam in ipso uita erant, & id quod uere` est: in seipsis autem non sunt ipsa uita, & id quod uere` est, sed quoddā ipsius archetypi, id est exemplaris remotū, imo` remotissimū uestigium: nam omne uestigium, finitum: exemplar autem ipsum, ipsa'que idea ac rerum ratio, infinita. Verum magis acceptandum existimo, ut distinctio fiat post, factum est, hoc modo: Sine ipso factū est, nihil quod factū est: & deinceps noua sententia incipiat, In ipso uita erat. Et sic codices Græci distinguunt. Et quid nobis, si altera distinctio Platonicis magis arrideat? Nam Christiana prosequimur, non Platonica. Quod si etiam lex uetus non est miscēda nouæ, nec intelligentia secundum literam intelligētiæ spiritus & gratiæ, quanto minus gentilitia diuinæ? Adhæc si filius est idea, quia est ipsa uita: cur & pater non erit idea, qui est ipsa uita, ut qui habet uitā in semetipso, & similiter dedit filio habere uitā in semetipso? Pater uita est, sed à se: & filius uita, sed ab alio, nā à patre. Dedit (inquit) filio habere uitā in semetipso: & spiritus sanctus uita in semetipso, sed ab alijs. Et certe` oia supereminenter sunt in patre, & in uerbo, & in spiritu sancto, ut in omnium causa; nō ut in Idea Platonica. Porro` quæ de aperta omnium rerū cognitione in uerbo, ut in speculo ideali quidā dicūt, suspiciones quædam multis uidentur, & quædā (ut sic dicam) præsumptiones mentis humanæ de ijs, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, & fortasse uanæ potius quàm ueræ; nā deus se & angelis, & hominibus reuelat, prout uult, & quatenus uult, illis clarius, his obscurius, & secūdum quod quicq; consortij diuinitatis ipsius sunt capaces. Nam cū apostolus dicat: Quis enim scit hominū quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & quæ dei sunt, nemo cognouit, nisi spiritus dei: scit profecto` tantum quisq; de abditis & profundis dei, quantū deus illi per spiritum suum manifestare dignatur. Et utinam cor nostrū flagraret studio diuinā noscendi scripturā: multa certe` nobis manifestarentur diuina, quæ nobis manēt operta. Habet ergo uerbū uiram, ut & pater in semetipso, imo` est ipsa uita. Et hæc uita erat lux hominū: & nō solum hominum, sed & angelorum. & horū omniū quæcūque sunt participia lucis: nā ut est ipsa uita, sic etiā est ipsa lux, & uera quidē lux: & ideo omniū lux, ne dū hominū. Sed specialius lux hominum dicitur, quia homines lapsos, nō angelos, miserata: illorum, non horū naturam assumere dignata est. Et ea lux in tenebris lucet: quia in hominibus huius seculi, qui tenebris ignorātiæ & peccatorū obsiti, purum, sanctum & diuinū lumen percipere nō possunt: & ideo fide ad ipsum nequaquā accedunt. Vt igitur nouæ generationis cōuersatione ipsum cōprehēdere ualeāt, prius fide est opus: nā post primi hoīs lapsum, carnalis generatio nostra, & secundū eā conuersatio, tenebræ sunt: quæ lucē ipsam, quæ omnium uita est, cōprehēdere non possunt. Sed hæc uita quæ erat lux hominū, habuit'ne qui ipsam hominibus prænunciaret? Habuit sane, quod
4 „ subdit Ioannes, dicens. ◤ Fuit homo missus à deo, cui nomen erat Ioannes. Hic ue
„ nit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per
„ ipsum. Nō erat ille lux, sed ut testimoniū phiberet de lumine. Erat lux uera, quæ il
„ luminat omnem hominē uenientē in hunc mundū. ◤ Cui nomen erat Ioannes: hoc
de Ioanne Baptista dicitur, de quo scriptū erat: Ecce ego mittam angelum meum, & præparabit uiā ante faciē meā. Et à quo fuit missus? Ex prophera, & hic ex euangelista, à deo. Ergo illi credendū erat. Et ad quid missus uenit? In testimonium. In quod testimoniū? Vt testimoniū perhiberet de luce illa, quæ dicta est esse lux hominum, ut omnes δι' ἀυτοῦ (subaudi τοῦ φωτὸς ἢ τοῦ λόγου) id est per illam, siue per illud uerbum scilicet, crederent: ut omnes uerā fidem eius, & sanctā illuminationem reciperent.

Ioan. 5.

1. Corin. 2.

Malach. 3.

ciperent. Per eam igitur, ipsumq; dei uerbum oēs credere debebant: non per Ioannem, quia Ioānes fidē nō dedit, sed filius dei qui est uita nostra, & lux nostra, & uerbum patris æterni. Nam fides, ut uere inquit apostolus, ex auditu, auditus autem per uerbum CHRISTI. Verum & Ioannes, ipsum esse eum, in quem & per quem credere deberemus, testimonium perhibuit. Non ergo per Ioannem electi omnes credituri erant: sed per filium dei, qui nobis proposuit quæ credenda erant. Præterea Ioannes nō erat ipse lux, sed solū uenerat, ut esset testis lucis. Sed uerbū, sed uita erat lux: & lux quidem uera, quæ illuminat omnem hominē uenientem in hunc mūdum: nam per ipsum facta sunt omnia, & scriptum est: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Itaq; imaginē eius ex creatione in nobis portamus, sed multo perfectius ex ea, quæ per ipsam lucem, & in ipsa luce fit in nobis creationis renouatione. Mox redit Ioannes ad ipsum uerbū, quod idem & uita & lux, & lux
„ quidem uera omnium illuminatrix est, dicens. ◤ In mundo erat, & mundus per ip 5
„ sum factus est, & mundus ipsum non cognouit. In propria uenit, & sui ipsum non
„ receperunt. ◤ In mundo semper erat, quia omnia impler eius diuinitas. Sed specialius tunc in mundo erat: de quo hic loquitur Ioannes, & Baruch tertio: Hic est deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem uiam disciplinæ, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cū hominibus conuersatus est. Ecce quomodo, & speciali quidem modo, tunc in mundo erat. Et mundus per ipsum factus est: quia omnia per ipsum facta sunt. Et propheta inquit: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Et mundus ipsum nō cognouit. Mundus, mundani homines, qui ut mundani, cognoscere ipsum nō potuerunt: quia quādiu mundani sunt, in tenebris sunt: at tenebræ lucem non cōprehendunt. In propria uenit, quia in sua uenit: quadoquidem omnia sua sunt. Et sui ipsum non receperunt. Sui sunt & omnes angeli, & omnes homines, imo` omnia: sed specialius sui erant populus Hebræorum, qui & legem ad ipsum introductoriam habebant, & inter quos & nasci & conuersari corporaliter uoluit. E quibus plurimi non receperunt ipsum: quia per ipsum, ut testificatus fuerat eis Ioannes, nec credere uoluerunt, nec gratiam ac doctrinam eius recipere: nonnulli tamen e` gente illa etsi numero pauciores, ipsum receperunt, de
„ quibus subdit Ioannes. ◤ Quotquot autem receperunt ipsum, dedit eis potestatē 6
„ filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus, neq; ex uo
„ luntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. ◤ Ii receperunt ipsum, q
crediderunt ei, id est uerbo æterno, & uerbo patris æterni. Quibus dedit potestatē præeminentiā, atq; (ut sic dicam) singulare priuilegiū, ut fierēt, essentq; filij dei. Verū qui dicunt & sunt filij dei, nō ideo dicuntur filij dei, quia humano & naturali mō sed supernaturali ac diuino ex deo nati sint: hoc em est quod hic dicit, Qui non ex sanguinibus: nā semina quibus naturalis generatio fit, nihil aliud sunt q̄ purissimi sanguinibus: nā semina quibus naturalis generatio fit, nihil aliud sunt q̄ purissimi quidā (sic liceat nobis loqui) sanguines tam uiri q̄ mulieris ad hoc ipsum natura, secreto quidē artificio, in harmoniā redacti, & nequaq̄ uilis quædam materia, ut nōnulli putant, q rerū harmonias nō norūt: quod si quid uile sit, peccatū & transgressio illud uile facit, nō natura, nō dei ordinatio. Et quodammō Euangelista declarat quod dixerat, Nō ex sanguinibus: cū addit, Neq; ex uolūtate carnis, neq; ex uolūtate uiri: ut intelligamus id, Qui nō ex sanguinibus: explicari p id, Neq; ex uolūtate carnis, id est mulieris, neq; ex uolūtate uiri. Est em mulier in naturali generatione, ut caro & materia: & uir, ut spūs atq; forma. Sic & naturæ harmonia, quæ à muliere & quæ à uiro deciditur. Et uoluntas ac mutuus ipsorum consensus, ut utriusq; uinculum, nexus, & unio. Et ex his tribus, materia, forma, nexu, naturalis generatio fit deo spiraculū suum nō negante, fitq; homo in animam uiuentem. At ea quæ ex deo

Psalm. 4.

Rhom. 8.

Psalm. 32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, supra naturã est, sitq; uerbo dei: ubi opus naturæ est ut materia, nouus spiritus, qui spiritus dei est, ut forma: naturæ uero & spiritus mutuus amor, & cõsensus, uinculum, nexus, ac unio: sitq; homo in spiritũ uiuificantem, & nouus homo, & noua creatura, ut & noua generatio: quæ tanto prima sublimior est, quanto maius est esse filium dei, quàm filium hominis. Ex hac homo peccare non potest: ex illa, potest & ferme semper peccat. Ex hac, cœlestes sumus & immortales: ex illa terreni, & morti obnoxij, ex hac euolamus ad cœlum, ex illa nemo, sed ad cœli oppositum. Ergo secundum hanc uiuamus, & ut filij dei, patrem deum agnoscentes, tam eminentis generationis authorem: non ut filij hominum, qui descendunt in corruptionem. Et ne putemus hãc generationem in nobis parum deo gratam esse, uoluit uerbũ dei, qui deus est, homo fieri, ut huius nobis author esset & doctor generationis. Quod aperit Ioannes dicens. ¶ Et uerbũ caro factum est, & habitauit in
9 " nobis. Et uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti, à patre) plenũ gratiæ &
" ueritatis. ¶ Cum ait, Et uerbum caro factum est: tunc impletum est id Osee nono, ex Hebræo. Sed & uæ eis, incarnatio mea ex eis. Quẽ locũ corrupit stilus mendax scribarum, uolentium loco huius BISVRI, id est incarnatio mea; quod per literã Sin scribitur, legendũ & intelligendum BESVRI, id est in recessu meo, quasi scriberetur per literam Samech, sed Hiric primæ literæ in Seua mutato. Et cum inquit Et uerbũ caro factũ est: per carnem intellige hominẽ, perinde ac si dixisset, Et uerbũ homo factũ est: uerbũ, deus est. Et deus, inquit, erat uerbũ. Verbũ, uita est, nam in ipso uita erat. Verbũ, lux uera est: quia uita erat lux hominũ, & ipsa est lux uera, quæ illuminat omnem hominẽ uenientẽ in hunc mundũ. Ergo deus homo factus est, uita ipsa, homo facta est: & lux uera, quæ oĩa illuminat, homo facta est. Quæ omnia intelliguntur in hoc, Et uerbũ caro factũ est, & habitauit in nobis: quia caro quã assumpsit, nostra natura est, quam diuinitati suæ tabernaculũ adiunxit: id enim
Luc. 9. significare potest ἐσκήνωσεν, quo uerbo hic utitur Ioannes. Et hoc tabernaculum, umbraculum illud est, quod sumpsit in uirgine. De quo angelus apud Lucam: Et uir-
Baruch. 3. tus altissimi obumbrabit tibi. Habitauit etiã in nobis, id est inter nos, quando in terris, qui dominus omniũ erat, uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Nunc au-
Ioan. 14. tem habitat in omnibus sanctis & per gratiam, & per diuinam præsentiam: sicut ipse alio loco testatur dicens: Si quis diligit me, sermonẽ meũ seruabit, & pater meus diliget eũ: & ad eũ ueniemus, & mansionem apud eũ faciemus. Cũ aũt Ioannes addit, Et uidimus gloriã eius, gloriam quasi unigeniti à patre: id est gloriam tanq; eius, qui reuera est unigenitus à patre acceptam: totũ id, Et uidimus gloriã eius, gloriam tanq; unigeniti à patre: per parenthesin dictũ intelligatur. Quod aũt adiungit, plenũ gratiæ & ueritatis: id respicit, Et uerbũ caro factũ est, & habitauit in nobis. Et plenũ quidẽ erat gratia, non per donũ & participationẽ: sed per essentiã: nã spũ sancto qui ab eo inseparabilis est. Et ueritate, quia ipse est ueritas & summa quidẽ & æterna ueritas. Sic igitur Ioannes hic patrem tetigit, per id, à patre: & filiũ, per id tanq; unigeniti: & rursus per id, & ueritatis: & spiritum sanctũ, per id gratiæ. Mox
8 " quod prius per anticipationẽ dixerat de Ioanne. Hic uenit in testimonium, ut testi
" moniũ perhiberet de lumine: incipit Ioannes paulatim aperire dicens. ¶ Ioannes
" testimoniũ perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quẽ dixi, Qui post me uenturus est, ante me factus est: qa prior me erat. ¶ Clamat, inquit, dicẽs, Hic erat quẽ dixi, Qui post me uẽturus est, ante me factus est. Sed quando id dixit Ioannes? Sane qñ ad ipsum missi sunt pharisæi ab Hierosolymis, qui interrogarent eũ, qs esset Qd postea dicturus est Euãgelista. Ergo & hoc quẽ dixi, de q dixi: p anticipationem dictũ est: id em Euangelistis peculiare est, ut plerũq; nõnulla anticipãdo attingant, q postea, psequendo latius dicturi sunt, & id, Ante me factus est, id est, ὕμπροσθέν μου

ὀπίσω μου γέγονεν, uerti poterat, ante me fuit, quod subsequens particula, quia prior me erat, subindicare uidetur: cum sit tanquàm causæ redditiua, cur dixerat, Ante me fuit: quasi dixisset, ante me fuit. Nam prior me erat: quippe qui semper & ab æterno erat. In quo & præcursor æternitatem CHRISTI innuere uidebatur: est enim hic id erat, ἦν, ut & prius cum dicebatur, In principio erat uerbum, quod est æternitatis nota. Sunt qui id, Qui ante me factus est, ad dignitatem & opinionem maiorem quàm ea, quæ de Ioanne tunc concepta erat, traxerunt, ut Arrianorum uitarẽt cauillos, quos melius ac minus uiolente uitassent, si accepissent γέγονεν, pro fuit, cum uocabulum indifferenter uerti possit, factus est, aut fuit. Quod hic facere debuit interpres, sicuti & illic in hoc capite fecit: Fuit homo missus: ubi Græce habetur, ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος, & capite .24. Matthæi, numero ducentesimo uigesimo octauo, ubi legimus: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis nõ fuit ab initio, quod sic Græce habetur, ἔσται γὰρ τότε θλῖψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς, & plerisq; alijs euangelistarũ locis, id quod ex annotatiõibus breuibus facile deprehendi potest. Quid igitur prohibebat uertere, fuit, cum secus uertendo plus periculi esset, ne quẽ phantasia perturbaret Arrianica, aut certe sensum coactiorem quærere adigeretur alium quidem ab illo qui in promptu est, ac uerissimus, & qui calumniari non posset? Quanquàm non censeo multum in his digladiandum, sed protinus acceptandum
" quod uidetur spiritui conspirantius. Et subdit Ioannes, dicens. ¶ Et de plenitudi- 9
" ne eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Mosen data est,
" gratia & ueritas per IESVM CHRISTVM facta est. Deum nemo uidit unquàm.
" Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit. ¶ Hæc non sunt uerba Ioannis Baptistæ, sed Ioannis euangelistæ, testantis q̃ de plenitudine ipsius uerbi dei qui homo factus est, & ipse & omnes apostoli, & discipuli hauserũt gratiã nouam p gratia uerere: quia lex per Mosen data est, gratia & ueritas per IESVM CHRISTVM facta est: Lex uetus quæ per Mosen data est, gratia uetus, & umbra nouæ: Lex noua, gratia noua, & ueritas quæ per IESVM CHRISTVM nobis indulta est. Sed forte dicent: Moses qui legem dedit ueterẽ, deũ uidit: quare ueritatẽ dare potuit, & nõ umbram ueritatis & gratiæ. Nequaq; ita esse inquit euangelista, quia nemo ante CHRISTVM deũ uidit unq;. Et quomodo id scit Ioannes? Quia unigenitus dei filius, qui est in sinu patris, in eadem cum patre substantia, & qui solus hominũ uidet patrem ut est, ipse reuelauit. Quid ergo est quod scribitur Exod. 24. Exodi. 24.
Ascenderũtq; Moses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israël, & uiderunt deum Israël? Deus hic homonyme dicit de angelo, qui dei erat nuncius, & per quem Iudæi acceperunt legem, ut in Actis scribitur: Qui accepistis le- Acto. 7.
gem in dispositiõe angelorum, & nõ custodistis. At cum euangelista dicit: Deum nemo uidit unquã: de deo, & qui absolute deus est, dicitur: non de eo qui ipsum repræsentat: qui non absolute, sed per participationem deus dicitur. Sic cum legitur: Gene. 32.
Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: id de angelo qui cum luctatus est Iacob, intelligit: ut in Osee dicitur: Et inualuit ad angelũ, & confortatus est. Et similiter id de Mose: Loquebat autẽ dominus facie ad faciem, sicut solet Osee. 12. Exodi. 33.
loqui homo ad amicum suum: de angelo domini accipiendum est; quanq; ne eius quidem faciem uidit Moses, ut ex. 33. Exodi satis exploratũ est. Quod si ideam angeli uidere nõ potuit, quanto minus deum? Constat ergo id, Deũ nemo uidit unq; de deo absolute dictum esse. Qui neq; ut est, uideri potest: ipse enim seipsum solus & absolute cognoscit & apprehendit: cætera aũt non absolute, sed quodq; pro captu suo, finitaq; capacitate. Redit euangelista ad narrandum testimoniũ Ioannis
" quod anticipauerat, dicens. ¶ Et hoc est testimoniũ Ioãnis quando miserũt Iudæi 10
" ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eũ, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et

confessus

Universidad de Deusto
Biblioteca

confessus est, & non negauit. Et confessus est, quia non sum ego CHRISTVS. Et interrogauerūt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Nō sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut responsum demus ijs qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait: Ego uox clamantis in deserto, dirigite uiam domini, sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Et interrogauerunt eū, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es CHRISTVS, neq; Elias, ne propheta? ¶ Et confessus est, subaudi Ioannes. Et quid confessus est? Non sum ego CHRISTVS. Nam eū ob uitæ rigiditatem, quæ in operibus maxime consistit, & quam scribæ & pharisæi, qui iusticiam operū æstimant, admirabantur, nec imitari poterant, Mesiam ipsum esse opinabantur: & insuper ob baptismi purificationem, quam inducebat, quod in Ezechiele scriptū esset: Et effundā super uos aquam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris: quod maxime in aduentū Mesiæ expectabant implendum. Sed aperte confessus est, Non sum ego Mesias: stultam eorum de ipso excludens opinionem. Perrexerunt ulterius interrogare. Elias es tu? ubi de persona interrogabant. At ipse negauit, & bene quidem negauit, se Eliam esse in persona, etsi Elias secundum spiritū esset: ut dominus aperit Matthæi. 11. dicens: Omnes enim prophetæ & lex usq; ad Ioannē prophetauerunt, & si uultis recipere, ipse est Elias qui uenturus est. Ob id autem interrogabāt pharisæi an esset Elias, cū se negasset esse CHRISTVM: quia crederent, sub aduentū Mesiæ Eliam in persona uenturū ante ipsum: arrogabāt enim sibijpsis scripturarum scientiam, cū leuitæ & sacerdotes essent, & pharisæi sua quoq; opinione sancti: etsi secundū carnem illas intelligerent. Sed ut interrogauerant, ita, id est ad eorū intelligentiam respondit Ioannes, Nō sum Elias. Porro interrogauerunt eū, Propheta es tu? Et respondit: Nō. Modus interrogandi, ὁ προφήτης εἶ σύ; de insigni illo propheta, qui in lege promissus erat, ratiōe articuli esse uidetur. Et ad eorū intelligentiam si de illo interrogabāt, bene respōdit se illū nō esse: nā reuera ille ꝓpheta erat Mesias. Si aūt interrogabant de propheta uulgari, qui de futuro Mesia nunciaret: bñ quoq; negauit se esse ꝓphetam, quia erat plusquā ꝓpheta, ut qui nō de futuro, sed de p̄senti ꝓnunciaret: & hæc est insignis negatio, & perinde est ac si literatissimus quispiā interrogatus nū literator esset? respōderet, nō: aut doctissimus theologus nū esset grāmaticus? responderet, nō. At interrogatus quis esset, ex oraculo Esaiæ cap. 40. respōdit, Ego uox clamantis in deserto, parate uiā dñi, rectas facite in solitudine semitas dei nostri. Vñ intelligere poterant, eū non esse uulgarē quendā prophetā, sed de q̄ etiā insignis propheta prælocutus esset. Et hoc oraculū quod de Ioanne testatur, habet etiam Matthæus cap. 3. numero 18. & Marcus cap. 1 statim in principio. Interrogarūt insuper, cur baptizaret, si nō esset CHRISTVS, id est Mesias, neq; Elias, neq; ꝓpheta? Quia nouæ purificationis ritus, qualis erat baptismus ad Mesiam, uel Eliā præcursorē eius, aut prophetam: sed maxime ad insignē illū qui in lege promissus erat, pertinere existimibant. Et recte quidem existimabant, si non ad literam, sed ad spiritū legem intellexissent. Quia & Mesias, qui idem erat propheta ille promissus, & Mesiæ præcursor, primo baptizauerūt: ille ī spū & ueritate, iste in aqua & imagine: quia saluator mundi, reuera erat Mesias & propheta ille promissus, & hoc in persona & spiritu: Ioannes autem reuera præcursor in persona, & Elias in spiritu. Ac Ioannes quidem se in figura baptizare ostendit, cū interrogantibus respōdit, quod subdit Ioannes Euangelista dicēs. ¶ Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem uestrum stetit, quē uos nesciis. Ipse est qui post me uenturus est, qui ante me factus est, cuius ego nō sum dignus, ut soluā eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trās Iordanē ubi erat Ioānes baptizās. ¶ Qui medius steterat, CHRISTVS. Et quomō medius

Ezech. 36.

Esa. 40.

11

eorum

eorum nōn stetisset, cum duodecim annorū remansisisset Hierosolymis, quando ex Lucæ secundo, sedens in templo in medio doctorū audiebat & interrogabat eos, & stupebant omnes qui audiebant eum? Insuper cū ab hoc tempore, usq; ad id temporis, quo fuit ætatis ferme triginta annorū, quotannis Hierosolymam ire soleret: & particula, Qui ante me factus est: hic & infra intelligatur ut supra numero 8. dictum est, Qui ante me fuit. Sed & eminentiam dñi supra se tetigit Ioannes, cū ait se non esse dignū ut procūbens ex Marco, solueret corrigiam calceamenti eius: cū nihilominus tantus esset, ut sanctificatus fuisset anteqū etiam ex utero prodijsset. Quo tacite innuit CHRISTI dñi diuinitatē (cui eū procumbere deberet is, q̄ inter natos mulierū nō surrexerat maior, nisi deo?) & suam ostendit humilitatē, ac stultam de se, quod ipse Mesias esset, e mentibus suorū discipulorū euellere uoluit opinionē. Hæ interrogationes & respōsiones factæ sunt in Bethabara (etiamsi aliqui codices Græci habeant in Bethania) qui locus est trans Iordanē ubi Ioānes baptizabat. Ex q̄ intelligitur perperā legi & in illis & in nostris Bethaniā: quod etiam ex Hieronymo deprehendi potest in locis Hebraicis sic dicente: Bethabara trās Iordanē, ubi Ioannes in pœnitentiam baptizabat. Vnde & usq; hodie plurimi de fratribus, hoc est de numero credentiū, ibi renasci cupientes, uitali gurgite baptizanē. Hæc ille. Et subdit Ioannes Euangelista. ¶ Altera die uidit Ioannes IESVM uenientē ad se, & ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Hic est de quo dixi: Post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebā eū. Sed ut manifestetur in Israël, ꝓpterea ueni ego in aqua baptizās. ¶ Qñ Ioannes dixit Iudæis, Post me uenturus est, qui ante me factus est, siue qui ante me fuit, quia prior me erat: nondum baptizauerat dñm, neque adhuc sciebat, de quo nā sibi spūs dixerat: Super quē uideris spiritū descendentē & manentē sup eū, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Transilit ergo Euāgelista baptismū CHRISTI factū à Ioanne: quia à Matthæo cap. 3. numero 23. satis expressus sit. Transilit & tempus, in quo dñs post baptismū à spū sancto ductus in desertū, tentatus est à diabolo: à se quidem uicto, qui erat secundus Adam, ut ille primū Adam uicerat. Testimoniū igitur Ioannis hoc loco positū, factum est postquàm reductus est dominus e deserto, & e monte illo altissimo, in quo serpēs ille antiquus, qui prius uicerat hominem, uictus ab homine, reliquerat eū. Ergo cum dicitur, Altera die: noli intelligere factū die cōtinuo illā subsequente, qua interrogatus fuerat ab Hierosolymitanis (nam à baptismo, quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauerat in deserto, & postea tentatus fuerat, & parta uictoria reductus) sed quadam posteriore die. Et dicebat Ioannes, Ecce agnus dei: hoc autem dicebat, quia dominus futurus erat redēptionis humanæ hostia. De quo & Esaias capite quinquagesimo tertio dixerat: Sicut ouis ad occisionē ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet. Et quod subdit, Ecce qui tollit peccata mūdi, uel (ut Euangelista habet) τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, id est ipsum peccatum mūdi, explicat quod prædixerat, Ecce agnus dei, quasi dicat. Ecce qui tollit ipsum peccatum, ipsam tyrannidem peccati, fomitemq; ipsum, qui per diabolum in Adam, & per Adam in posteritatē eius (excepto secundo Adam, qui est imago dei, & secunda ex qua processit, Eua) seminatus est: masculū enim & fœminā creauit eos deus absq; peccato. Quod si tollit, si cōdonat, si remittit ipsum peccatū, quod uniuersale est: multo magis particularia, quæ cuiusq; sunt peccata. Et qui uere generationē CHRISTI, CHRISTO uere commortui & cōuiuificati sequunt, sublatū habent peccatū, & peccare ut huiusmodi nō possunt. Benedictus ergo deus & dei filius, qui uniuersum Adæ uenenum tollit, & tantæ medetur infirmitati in ijs qui perfecti sunt, & plenissime mortificati: in alijs aūt, qui à peccato ad ipsum resipiscunt, illud condonat ac remittit. Mors enim CHRI

12

STI

Universidad de Deusto
Biblioteca

STI, est uniuersalis sanitas, & cuiusq; mors & mortificatio in CHRISTO, particularis sanitas: ut peccatum Adæ, uniuersale peccatum est: & cuiusq; peccatum, particulare peccatum. Tollit peccatum, quia semper illud sua gratia perinde delet, ut radius solaris, cuicunq; inciderit, si frigus, si tenebræ affint, suapte natura & has & illud expellit, & lumen caloremq; inducit. Tenebræ sunt, ut uniuersorum malorum seminariũ, cunctis ab Adam insperſum. Frigus, ut particulare superadiectũ peccatũ. Lumen, ut uniuersalis desuper aduenians à uero sole iusticiæ CHRISTO, iustificatio. Calor, à proprijs, & peculiariter contractis peccatis purgatio. Prima iustificatio, fide fit: nam lumine. Secunda charitate: nam calore, sed calore iuncto lumini. Nam si amor, si charitas non sit continuo iuncta, & inhærens fidei & authori fidei, neminem iustificat, neq; uere amor, neq; charitas iuste dici potest. Vides igitur salutis nostræ authorẽ, & uniuersale, & particularia tollere peccata, & nos duplici iustificatione iustificare. Et esto hic Ioãnes Baptista de uniuersali dicat iustificatione, per quã haud impendio difficile particularis intellígitur (nam hæc illam comitari solet, ut calor lumen solare) de particulari tamen expresse meminit Ioãnes Euangelista in sua prima epistola, cũ dicit: Sed si quis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrẽ IESVM CHRISTVM iustũ, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris: nõ pro nostris aũt tantũ, sed etiam ꝓ totius mundi. Et Petrus in sua prima epistola, dicens: Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ, ut peccatis mortui, iusticiæ uiuamus. Ecce quomodo non solũ peccatũ ipsum, quod uniuersale est, sed & particularia peccata tulit in cruce, ut in eo solo speremus, q̃ peccata nostra tulit anteq; peccaremus. Quid igitur restat habendũ? Sola fides & amor, q̃ CHRISTVS omnibus sese ad ipsum conuertentibus perinde ingerit, ut sol lumẽ & calorẽ ad se conuersis. Quibus præsentibus, si in suo sint uigore: non aliter ullũ habemus peccatũ, q; solis lumine & calore præsentibus, res ipsæ tenebras sentiunt ac frigus: etsi de se nihil aliud sint, quàm tenebræ ipsæ & frigus ipsum. Nã fides & amor, sunt mors peccati, & uita iusticiæ. Has igitur inserat summa IESV benignitas mortaliũ pectoribus, ut omnes mortui uiuant, id est mortui peccato uitæ uiuãt. Porro quando Ioannes dixit, Ecce agnus dei: sciebat eum, nam tunc baptizauerat eũ. Sed q̃ dicebat tum discipulis suis, tũ ijs qui missi fuerant ab Hierosolymitanis. Post me ueniet, q ante me factus est: nesciebat peculiariter quis esset: quia nondũ baptizauerat ipsum, neque uiderat signũ, quod ipsi ut eũ agnosceret, spũs sanctus dederat. Ad hoc aũt ipsum missus fuit Ioannes ad baptizandũ in aqua, ut testimonio Ioãnis, quo nullũ existimabant meliorẽ, puriorẽ, sanctiorẽ, & cuius testimonio credendũ esset digniorẽ, eo minus manifestaretur in Israël. Et reuera, & bonus, & purus, & uerus erat, et dignus cui crederetur. Sed eo melior, purior, sanctior, & etiã in immensum dignior CHRISTVS. Quod & ipse neq; in præcedentibus neq; in sequentibus supprimit, deo dignus CHRISTI præcursor atq; baptista, qui & testi
13 „ moniũ subiecit, quod hic addit Ioãnes Euangelista dicẽs. ¶ Et testimoniũ phibuit
„ Ioãnes, dicens: Quia uidi spũm descendentẽ quasi colũbam de cœlo, & mansit sup
„ eũ: & ego nesciebã eũ. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Sup quẽ
„ uideris spũm descendentẽ, & manentẽ super eũ, hic est qui baptizat in spũ sancto.
„ Et ego uidi, & testimoniũ perhibui, quia hic est filius dei. ¶ Ioannes uidit spiritum sanctũ in similitudine columbæ descendentem super dominũ, & manentem super eum. Quæ uisio illi mõstrauit qualis esset spũs IESV, nimirũ simplex, benignus, nihil fellis habens, qualis est columba. Discite, inquit, à me, quia mitis sum, & humilis corde. Quis igitur ad spiritũ IESV non fiducialiter accedat? Columba est, & mitissima quidem ac mansuetissima columba. Et talem spiritũ omnes filios suos habere uult, ut filij spiritus intelligãtur filij mitissimæ columbæ. Et ut intelligeret, spũm hunc

1. Ioan. 2.

1. Pet. 2.

Matth. 11.

hũc semp ãpud eũ esse, uidit illũ Ioãnes manentẽ super eũ: manentẽ inq;, quia nunq; mutatur, nunq; separatur ab eo ille summæ simplicitatis, bonitatis, & benignitatis spũs. In hoc aũt spiritu, sui baptizant oẽs, id quod ipsemet spiritussanctus Ioanni testatus est. Super quẽ, inquit, uideris spiritũ descendentẽ, & manentẽ super eũ: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et hæc oĩa mysteria baptizato CHRISTO uidit Ioannes. Sed & ex Matth. cap. 3. nũero. 24. & Marco. cap. 1. nũero. 4. uocẽ patris audiuit: Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui. Et idcirco hic illa oĩa testatus est Ioannes, & insuper q; ipse esset filius dei: at quod uocẽ patris audierit, suppressit hic euangelista: quia Matthæus & Marcus (ut dictũ est) sufficiẽter istud expresserãt. Et quod in baptismate dñs hoc testimonium accepit, q; esset filius dei omnes filij eius in baptismate hoc quoq; testimoniũ accipiũt, q; in ipso sunt filij dei. Mox subdit Ioannes q̃modo Ioanne baptista perseuerãte in reddẽdo testimonio
„ CHRISTO, aliqui discipulorũ eius secuti sunt CHRISTVM, dicẽs. ¶ Altera autẽ 14
„ die iterũ stabat Ioãnes, & ex discipulis eius duo. Et respiciẽs IESVM ambulantẽ,
„ dixit: Ecce agnus dei. Et audierũt eũ duo discipuli loquentẽ, & secuti sũt IESVM.
„ Cõuersus aũt ISTVS, & uidẽs eos sequẽtes se, dicit eis: Quid q̃ritis? Qui dixerũt
„ ei: Rabbi (qd' dicit interpretatũ magister) ubi habitas? Dicit eis: Venite & uidete.
„ Venerũt & uiderũt ubi maneret, & apud eũ manserũt die illo. Hora autẽ erat quasi
„ decima. Erat aũt Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus q audierãt à Ioanne, & secuti fuerãt eũ. ¶ Cũ inquit, altera die, quandã aliã diẽ, ut prius, posteriorẽ ac sequentẽ significat, in qua cũ uidisset Ioannes dñm, dixit uerba q̃ etiã prius audita sunt: Ecce agnus dei: benignitatẽ eius, & q; futurus esset hostia redẽptionis humanæ indicando. Quæ audierũt duo discipuli illius, & secuti sunt dñm. Ioãnes, uetus lex est & pphetæ, q̃ iugiter testimoniũ perhibẽt de CHRISTO, q; ipse sit salus & redemptio nostra. Qd' duo sequunt, cũ plurimos Ioannes haberet discipulos, indicat paucos ex Iudæis ad CHRISTVM esse transituros. Et q; cõuersus est IESVS hoc innuit q; ad eos, qui ipsum sequi uellẽt, ipse se cõuerteret, & ostẽderet eis locũ in q̃ maneret: q in hoc mũdo est ecclesia fidelium, fide & amore uiuentiũ: & in altero cœleste regnũ. Et nõ solũ ostẽderet illũ, sed & in eo, apud se manerẽt die illo, id est toto mortalitatis tẽpore in hoc mũdo, & tota æternitatis die in altero. Qd' aut decima hora erat, quando uenerũt ad CHRISTVM: hoc ostendit, qd' declinãte aut lege, aut mũdo, filij ueteris legis uenerũt aut uẽturi sunt ad CHRISTVM. Hæc indicare possunt mysteria quæ tũc facta sunt. Porro unus eorũ qui tũc accessit ad dñm, fuit Andreas frater Petri. At alterius nomẽ subticeẽ, siue is fuerit Ioannes, qui modestiæ causa illud subticuerit, siue alius. Et cũ inquit: Erat aũt Andreas frater Simonis Petri: id qd' dicit Petri, per anticipationẽ dicit, quia nondũ dicebaẽ Petrus quando hæc facta sunt, sed postea, ut sequẽti nũero ostendit Ioãnes. In q̃, quid ipsis abe-
„ untibus acciderit, subdit Ioãnes, dicens. ¶ Inuenit hic primũ fratrẽ suũ Simonẽ, & 15
„ dicit ei: Inuenimus Mesiã, qd' est interpretatũ CHRISTVS. Et adduxit eum ad IE
„ SVM. Intuitus aũt eũ IESVS, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu uocaberis Cephas
„ quod interpretaẽ Petrus. ¶ Qui occurrrit primo Andreæ, fuit Simõ frater eius. Et Andreas præ gaudio gestiẽs, sese cõtinere nõ potuit, quin diceret Simoni, se inuenisse Mesiam, quem Græci CHRISTVM dicũt, Latini unctum. De quo psal. 44. Vnxit te deus, deus tuus oleo læticiæ præ cõsortibus tuis. Neq; cessauit Andreas, donec fratrem adduceret ad IESVM: IESVS aũt inspexit eum: nam nisi inspexisset eum, & cognouisset etiã anteq; motus fuisset, ut ueniret ad ipsum, nullus sane illum ad eum adduxisset. Et prius se eũ aspexisse & nosse indicat dominus, cum eũ uocat ex nomine & gente, dicens ei: Tu es Simon filius Iona: ubi Græce habetur, Ιωνᾶ, nõ Ιωαννᾶ, ut diffusius dicturi sumus capite ultimo huius: quod præsens & præteritum

Universidad de Deusto
Biblioteca

teritũ respicit. at quod adijcit, Tu uocaberis Cephas: respicit futurũ. Cephas autẽ à CEPHA uocabulo Syro deductũ nomẽ est: ut à petra Petrus, Petrũq; significat. Ac iã ex noie suo CHRISTVS, qui in sacris literis & petra, & mõs, & lapis angularis dicit, Petro nomẽ indidit: innuẽs quod quicquid soliditatis in futura ecclesia, quã ipse supra se, q petra erat, fundaturus erat, Petrus eẽt habiturus: nõ à se, sed à petra, id est CHRISTO eẽt habiturus: ut nihil in se unquã fideret, sed ĩ petra, unde nomẽ sibi inditũ esset Petrus. Nã et omnis fortitudo eius petra illa fuit: in ipso autẽ omnis debilitas & infirmitas apparuit: ut qui plus cæteris apostolis ex se grauius lapsus, et acrius reprehẽsus uideatur: uidebat tamẽ dominus futurũ, ut Petrus aliquãdo nihil ex se, sed omnino ex CHRISTO pẽderet: quod post assumptionẽ eius in cœlũ impletũ est. In quo dominus se pandebat deũ, ut qui & præterita, & futura, & absentia æque nosset ac præsentia: quãquã nulla erãt ei absentia, etsi absentia uiderẽtur. æternitati enim nullũ tẽpus est absens: & immensitati nullus locus, neq; quicq; quod ullo locorũ cõtineat. Et tũc Petrus & Andreas facilẽ ad dominũ gloriæ habuerũt accessum, sed nondũ peculiariter uocati sunt ad sequendũ. Primus aũt q ad sequendũ
16 ,, uocatus est, uidet fuisse Philippus ex Ioanne, hic ita dicẽte. ¶ In crastinũ uoluit exi-
,, re in Galilæam, & inuenit Philippũ. Et dicit ei IESVS: Sequere me. Erat autẽ Phi-
,, lippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. ¶ Cũ uoluit dominus ire in Galilæã,
Matth.4. uocauit Philippum ut sequeretur se. At dominus ex Matthæo, Petrũ & Andream uocauit ad sequendũ se in Galilæa. Ait enim: Ambulãs autẽ IESVS iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonẽ qui uocatur Petrus, & Andreã fratrẽ eius, mittentes rete in mare: erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciã uos fieri piscatores hominũ. At illi continuo relictis retibus, sequuti sunt eum. Et similẽ sententiam habet Marcus cap. primo, numero. 7. Ergo ex uocãte est, quod Philippus, & postea Petrus & Andreas secuti sunt ipsum. Vt istud uolũtati, & electiõi diuinæ tribuatur: & id etiã quod tã prompte secuti sunt uocantẽ, neq; in aliquo sunt obluctati: hæc enim omnia, dei sunt dona, & quicquid ĩ bonis remunerat, id à suo gratia profectũ est. Et Philippus ubi secutus est dominum, sibi facile persuasit, & etiã suis ex Ioanne, Petro & Andreæ cõdiscipulis & cõterraneis (erat enim sympolitæ ex Bethsaida) dominũ eẽ Mesiã. Quod & ubi ipsi occurrit uir, testimonio CHRISTI
17 ,, miræ bonitatis Nathanaël, detexit illi, ut inquit Ioãnes, dicẽs. ¶ Inuenit Philippus
,, Nathanaël, & dicit ei: Quẽ scripsit Moyses in lege, & pphetæ, inuenimus IESVM
,, filiũ Ioseph à Nazareth, & dixit ei Nathanaël: A Nazareth potest aliqd boni esse?
,, Dicit ei Philippus: Veni, & uide. Vidit IESVS Nathanaël ueniẽtẽ ad se, & dicit de
,, eo: Ecce uere Israëlita ĩ quo dolus nõ est. Dicit ei Nathanaël: Vñ me nosti? Respõ-
,, dit IESVS, & dixit ei: Priusquã te Philippus uocaret, cũ esses sub ficu, uidi te. Re-
,, spõdit ei Nathanaël, & ait: Rabbi: tu es filius dei, tu es rex Israël. Respõdit IESVS,
,, & dixit ei: Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis: maius his uidebis. Et dicit ei: Amẽ
,, amen dico uobis, uidebitis cœlũ apertũ, & angelos dei ascẽdentes & descendentes
,, supra filiũ hominis. ¶ Boni bonos inueniunt, & similitudo morũ animos conciliat: sed multo magis spiritus dei & gratia. Boni autem sunt, qui cor suum ad deum iugiter intentum habent, & in ijs quæ ad honorificentiam illius pertinent, lætitiam perquirunt, quam alijs communicãt. Quod fecit Philippus Nathanaëli, qui aduentum Mesiæ, ut Simeõ et alij sancti & iusti fecerãt, magno desiderio expectabat: qa Mesias is erat, qui ad deum restituturus erat omnia: primũ in hac uita per gratiã, & demum in futura per gloriã, quæ est summa quæ in dei cognitione, & cõprehensa incomprehẽsibiliter dei incõprehensione, à creatura deo exhiberi possit honorificentia. Ergo ut lætitiã illam, quæ terrena non erat, sed deũ respiciebat, Nathanaëli communicaret Philippus, ait illi: Quem scripsit Moses in lege, & prophetæ: inuenimus

IESVM filiũ Ioseph à Nazareth: per quem sermonem Philippus Mesiam intelligebat. Sed ubi scripsit Moses Mesiã in lege? Deuteronomij duodeuigesimo, quæ dicitur secunda lex, ubi ait: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus. Et paulo post ponitur hæc pollicitatio dei: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorũ similem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loquetur q; ad eos omnia quæ præcepero illi. Similẽ tui dicit: quia Moses erat legislator, sed ueteris legis. CHRISTVS item legislator, sed nouæ legis. Et hunc etiã Mosis locũ omnes de CHRISTO intelligebãt. Et qui pphetæ de futuro Mesia suo tẽpore scripserũt? Certe omnes, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, & alij minores: ut uerbi causa, Esaias capite quadragesimoquinto: Rorate cœli desup, & nubes pluãt iustum: aperiatur terra & germinet saluatorẽ, & iusticia oriatur simul. quod de Mesia scriptũ nullus ibat inficias. Et Hieremias uigesimotertio: Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudiciũ & iusticiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israël habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod uocabũt eum, dominus iustus noster. Quæ manifeste de Mesia scripta, cõfitebantur. Et Ezechiel trigesimoquarto: Et suscitabo sup ea pastorẽ unũ, qui pascat ea, seruũ meum Dauid: ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem. Et hoc quoq; de Mesia intelligebant. Et Daniel nono: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuũ, & super urbẽ sanctam tuam, ut consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum: & deleatur iniquitas, & adducatur iusticia sempiterna, & impleat uisio & prophetia, & ungatur sanctus sanctorum. Quod de Mesia dictum esse, omnibus erat exploratũ. Similiter & in alijs pphetis facile est reperire de CHRISTO testimoniũ. Porro cũ Philippus inquit: Inuenimus IESVM filium Ioseph à Nazareth: intellige filiũ Ioseph. nõ natura, sed lege: etsi Philippus sacramentũ nondum intelligeret: quod certe intellexisset, si spiritum prophetiæ habuisset, quæ dicit: Ecce uirgo cõcipiet, & pariet Esaie.7.
filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel, quam nõ minus de Mesia interpretantur, q̃ superiora. Et quod dicit à Nazareth, ad CHRISTVM refertur. sic enim Græce habetur, τὸν ἀπὸ ναζαρέτ, quod perinde est ac si dicas, Nazarenum. Erat autem à Nazareth, educatiõe: nõ aũt natiuitate. Nã natiuitate Bethleẽmita erat, ut ex Matthæi capite secũdo, numero. 8. & Lucæ etiam capite secũdo, numero. 23. cognoscitur. At cũ Nathanaël audiuit IESVM esse à Nazareth: dubitare cœpit an ipse qui nunciabatur esse Mesias: quia omnium consensu futurus erat à Bethleẽm: quod & uerũ erat, sed natiuitate: sed uerum etiam erat quod à Nazareth, sed cõceptione & educatione: unde & Nazarenus uocandus erat. Interrogauit ergo, an à Nazareth posset aliquid boni esse? & tanti quidẽ quantũ est Mesias, quod omne bonũ quod unquam desiderauerat, excedebat. Quem ut à dubitatiõe liberaret, introduxit Philippus ad CHRISTVM. Introducto autẽ, CHRISTVS secreta mentis detegit, & occulta reuelat, quæ dei erat nosse, q solus abscõdita uidet. Quis enim præter deũ, abdita cordis, ut quod omni dolo careret, & ĩ aliquo pietatis exercitio sub ficu delituisset, nosse potuisset? Proinde cõtinuo Nathanaël illuminata mente fatetur eum Mesiam esse: & apertius quidẽ atq; diuinius, quàm Philippus ipsi renũciauerat: nã filiũ dei cõfitetur, & regem Israël. Sed unde nam Nathanaël, confessus eũ esse Mesiam, nosse potuit Mesiam fore filiũ dei, & regem Israël? Certe (etsi id illi tũc à spiritu sancto, & spiritu CHRISTI insusum erat) ex scripturis, p quas Mesiam esse, & filiũ dei, & regem Israël credere poterat: cũ psalmo secũdo, qui de Mesia & CHRISTO est, id scriptum sit: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptũ eius, ecce quomodo erat rex Israël. Et subditur: Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te, ecce quomodo erat filius

dei. Philippus dixerat eũ filium Ioseph. Nathanaël autem confitetur id quod erat, non uiri, sed dei filiũ. Porro Nathanaël, sanctus & iustus, & ad hoc seruatus, ut adueniens Mesiæ uideret, literarũ ac legis peritus fuisse existimat. Ac eũ in principio subdubitasse, neq; statim credidisse uerbis Philippi, quia Philippus adiecerat à Nazareth, & respõsio ipsius, & testimonium domini hic dicentis, Quia dixi tibi, uidi te sub ficu, credis, subindicãt. Ergo non crediderat prius, sed addubitauerat: admiscuerat enim sensum suũ & rationẽ uerbis Philippi, antequam nosset ueritatem. Sic sensus noster, & nostra ratio ijs quæ de deo credẽda sunt admista, nobis ne illa credamus impedimẽto persæpe, si nõ etiã semper, esse solent. Verũ cũ ipsa relicta, nudenos CHRISTO relinquimus, protinus fide illuminamur, & ueritate, à qua nostro sensu, & nostræ ratiõis indagine, perinde ut Nathanaël in principio, aberraremus. Et quod subiecit dominus, Maius his uidebis: hoc uerũ fuit, & dum adhuc mortalis pro nobis esse uoluit, cũ potentiã miraculorũ, & diuinas uirtutes ostendit, & postquam in immortalitatis gloria resurrexit: quia qui in eius assumptiõe fuerũt cõgregati in monte Oliuarum, uiderũt cœlum apertum, & angelos descendentes, qui dixerunt: Viri Galilæi quid statis aspiciẽtes in cœlũ? Hic IESVS qui assumptus est à
Act. 1. uobis in cœlum, sic ueniet, quemadmodum uidistis eũ euntem in cœlum: qui & ipsi ascenderũt in cœlũ. In quorũ congregatione ex hoc loco intelligi potest fuisse Nathanaël. Ergo eandem fidem habeamus, ut uidere possimus cũ magna expectatione filiũ hominis redemptorẽ & saluatorẽ nostrũ ad iudiciũ uenientẽ, angelis dei supra ipsum ascẽdentibus & descendentibus, & adorare & confiteri eũ perẽniter: qa ipse est uita, salus & redẽptio nostra, per quẽ facta sunt oĩa, reparata sunt omnia, & recte iudicãtur, & iudicabuntur omnia, sic cœlesti & æterno uolente patre. Cui per ipsum, & cum ipso in unitate spiritus sancti sit laus, decus, potestas, honor, gloria & imperium in omnia secula seculorum. Amen.

CAPVT SECVNDVM.

18 ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & erat mater IESVI ibi. Vocatus est aũt & IESVS, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino, dicit mater IESV ad eũ: Vinum nõ habẽt. Et dicit ei IESVS: Quid mihi & tibi est mulier? Nõdum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris: 5 Quodcũq; dixerit uobis, facite. Erãt autẽ ibi lapideæ hydriæ sex positæ secũdũ purificationẽ Iudæorũ, capiẽtes singulæ metretas binas uel ternas. Dicit eis IESVS: Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas usq; ad summũ. Et dicit eis IESVS: Haurite nũc, & ferte architriclino. Et tulerũt. Vt aũt gustauit architriclinus aquã uinũ factã, & nõ sciebat unde esset: ministri aũt sciebãt q hauserãt aquã: uocat spõsum architriclinus, & dicit ei: Oĩs homo primũ, bonũ uinũ ponit, & cũ inebriati fuerint, tũc id qd 10 deterius est: tu autẽ seruasti bonum uinum usq; adhuc. Hoc fecit initium signorum IESVS in Chana Galilææ, & manifestauit gloriã suã, & credide-
19 rũt in eũ discipuli eius. Post hæc descẽdit Capharnaũ ipse & mater eius, 15 & fratres eius & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat pascha Iudæorum, & ascendit IESVS Hierosolymam, & inuenit in templo uendentes oues & boues & columbas, & numularios sedentes. Et cum

cum fecisset quasi flagellũ de funiculis, omnes eiecit de templo: oues quo-
20 que & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his qui colũbas uẽdebãt, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domũ patris mei, domũ negociationis. Recordati sunt uero discipuli eius, quia scriptũ est: Zelus domus tuæ comedit me. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt 20 ei: Quod signũ ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit IESVS, & dixit
25 eis: Soluite tẽplũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerũt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatũ est tẽplũ hoc, & in tribus diebus excitabis illud? Ille autẽ dicebat de tẽplo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius qa hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni quẽ dixit IESVS. Cum autẽ esset Hierosolymis in 21
30 pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, uidentes signa eius quæ faciebat. Ipse autem IESVS nõ credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

ANNOTATIONES BREVES XVI. CIRCA LITER. CAP. II.

1	Chana		τῷ ἱερῷ		emporij,
	κανὰ	18	numularios		mercatus
	sine aspiratione.		τοὺς κερματιστὰς	25	templum
	& infra.	19	fecisset – quasi		τὸν ναὸν
8	dicit eis – IESVS.	19	oues quoq;		& infra.
12	primum		τάτε πρόβατα	27	resurrexisset
	prius		ouesq;		ἠγέρθη
13	usq; adhuc.	20	numulariorum		excitatus fuisset
	ἕως ἄρτι		τῶν κολλυβιστῶν	32	opus ei non erat
	usq; nunc.	20	æs,		οὐ χρείαν εἶχεν
15	Hierosolymam,		τὸ κέρμα		non habebat opus
	ἱεροσόλυμα		pecuniam minutulã	33	sciebat
18	plurale.	22	negociationis.		ἐγίνωσκε
	templo		ἐμπορίου		cognoscebat

COMMENTARIVS IN CAPVT SECVNDVM.

SVbiũgit Ioannes signũ, quod fecit dominus in nuptijs factis in Cana Galilææ, dicẽs. Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & 18
» erat mater IESVI ibi. Vocatus est autẽ & IESVS, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiẽte uino, dixit mater IESV ad eũ: Vinũ nõ habẽt. Et dicit ei IESVS: Quid mihi & tibi est mulier? Nondũ uenit hora mea.
» Dicit mater eius ministris: Quodcũq; dixerit uobis facite. Erãt autẽ ibi lapideæ hy
» driæ sex positæ secũdũ purificationẽ Iudæorũ, capiẽtes singulæ metretas binas uel
» ternas. Dicit eis IESVS: Implete hydrias aqua. Et impleuerũt eas usq; ad summũ.
» Et dicit eis IESVS: Haurite nũc, et ferte architriclino. Et tulerũt. Vt aũt gustauit ar
» chitriclinus aquã uinũ factã, & nõ sciebat unde esset: ministri aũt sciebãt, q hauserãt
» aquã: uocat spõsum architriclinus, & dicit ei: Oĩs hõ primũ, bonũ uinũ ponit, & cum
» inebriati fuerint, tũc id quod deterius est: tu aũt seruasti bonũ uinũ usq; adhuc. Hoc
» fecit initiũ signorũ IESVS in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suã, & credi-

„ derũt in eũ discipuli eius. ◤ De Cana Galilææ sic scribit Hieronymus: Fuit aũt Ca
„ na in tribu Aser, ubi dominus noster atq; saluator aquam cõuertit in uinum. Vnde
„ & Nathanaël uerus Israëlita saluatoris testimonio cõprobat, & ẽ hodie oppidũ in
„ Galilæa gentiũ. Hæc ille. Verisimile autẽ est, sabbato nuptiarũ cõuiuia celebrari so
„ lita nõ fuisse propter apparatũ, & ea quæ in nuptijs fieri solẽt, quæ soluissent sabba
„ tum: sed quauis alia sex dierũ sequentiũ sabbatum. Proinde tertia die à sabbato, ce
„ lebratæ uidentur illæ nuptiæ, non tertia die à cõgressu Nathanaëlis: nam in nuptijs
„ discipulos habebat. Et quosnam, nisi quos postea fecit apostolos, quos nondum uo
„ casse uidetur, quãdo à Philippo accersitus est Nathanaël? Ergo nõ de tertia die ab
„ accessu Nathanaëlis, sed de tertia die post sabbatum, id haud inconsentanee intelli
„ gi uidetur. Porro nuptiæ sunt ad legitimam generis humani propagationẽ. Legi
„ tima autem est, cum nõ uoluptas uirum & mulierem coniungit, sed deus. Deus ue
„ ro coniungit, quando trahuntur desiderio uoluntatis dei, legisq; diuinæ implendæ,
„ positæ ad suscipiẽdam prolẽ, quæ subinde deum agnoscat, cuius ordinatione susce
„ pta fuerit, legemq; & uoluntatẽ eius similiter obseruet & custodiat. In illis nuptijs
„ & uirginitas affuit, quæ ẽ mater IESV ad illas uocata, & ipse IESVS, q̃ est immacu
„ latus totius naturæ nostræ sponsus. Sex hydriæ lapideæ secundum purificationem
„ Iudæorũ ibi positæ: illæ erãt quibus uocati ad nuptias lauabãtur: nõ enim Iudæi nisi
„ loti & purificati in nuptijs discũbere solebant. Sex erant: quia ut sex diebus opera
„ tus est deus, ita & sex diebus continuo purificari debemus, sed ex Petra qui CHRI
„ STVS est, ex quo sumi debet purificatio nostra: septima autẽ die in deo quiescere.
„ Sexta die CHRISTVS spõsam suam aqua & sanguine lauit: Tertia autem ab hac
„ die, quæ est resurrectionis, eam in gloria despõsauit. Et has nuptias filij dei et huma
„ næ naturæ, domini exercituum zelus (sic enim Cana interpretatur) fecit. Pro spon
„ sa, mater filij dei rogat, quando uinum deficit: quod doctrinæ spiritualis puritatem,
„ quod charitatẽ & in deo gaudium designat. Et in fide nihil hæsitans, sed plena fidu
„ cia (etsi filius differat aut dissimulet) petit q; se non dubitat obtenturã, modo famuli
„ sponsæ faciant quicquid iusserit dominus. Et quid iubet? Impleri hydrias aqua, quæ
„ sunt sex dierum, qui per totam uitam currunt, humanæ purificationes. nam sabbatũ
„ quod est quies in deo, omnino purũ & sanctum, non habet aliquid purificandum.
„ Et illas conuertit in purissimum uinum synceræ intelligentiæ, legis, gratiæ, et perfe
„ ctæ charitatis in deũ, & in eo cõsummati gaudij. Architriclinus, est qui præest loco
„ tribus lectis cõstrato ad discũbendũ: unde has nuptias fuisse magnas intelligimus,
„ & etiam ex numero hydriarum, & magna aquarum copia in uinũ conuersarum. Et
„ quid est quod dixit dominus: Quid mihi & tibi mulier? Nondũ uenit hora mea: ni
„ si, quid mihi tecum mulier, quid deo cum mortali? Nondum uenit hora, ut mea diui
„ nitas sit aperta. Quasi diceret: De ijs quæ dei sunt, & ad deum pertinent, non sit hu
„ mana mens solicita, cum deus illa suo tempore facturus sit. Proinde quid ad te, si ui
„ num terrenum nõ habeant? Cum cœlestes nuptiæ fient, tunc uinum cœleste habitu
„ ri sunt. Sed nondum uenit hora mea, nondum uenit hora nuptiarum mearum, cum
„ sponsam meam sanguine meo redemptam atque purificatã accipiam, & uino chari
„ tatis æternæ potabo eam: quod in hoc mundo sanguis meus est, & calix præclarus
„ amore inebrians: in altero autem, indeficiens gloriæ pabulum, & ab ubertate do
„ mus dei iã manifestata in gaudio æterno inebriatio. Quod in his nuptijs uinũ opti
„ mũ in fine positum est: hoc designat quod hæ nuptiæ præsente IESV & matre eius
„ factæ, diuinas figurabãt nuptias, ubi ĩ fine optima reseruãtur. Quod arguit architri
„ clinus spõsum: hoc insinuat qd̃ terrena diuinis opposito respõdeant modo: qd̃ eñ
„ in terrenis nuptijs fieri solet, dicebat: quod autẽ in diuinis, CHRISTVS, qui est cœ
„ lestis & uniuersalis sponsus, fecerat: quod & particularem spõsum, & architriclinũ

latebat. At id ministros cœlestis sponsi, & qui iussum eius fecerant, minime latebat
quia quæ terrenos latent, angeli sciunt, & qui spiritu dei uiuunt, eiusq; iussa capes
sunt. At tamen CHRISTVS humanas honorare nuptias uoluit, & illic initiũ sig
norũ facere: quia & spiritualis sponsus erat, & eas esse bonas ostendere uolebat,
quas etiam à principio uoluerat deus in paradiso instituere. Et in hoc etiam se mõ
strauit deum, ut qui posset creaturam in creaturã repente, & pro uoluntate sua trãs
mutare, & (ut sic dicam) transubstantiare, quod dei propriũ est. Quod signũ ut ui
derunt discipuli, crediderũt ipsum uerũ esse Mesiam & saluatorẽ mundi. Et mag
na profecto erat ea gloriæ manifestatio, qua se signo & opere deũ declarabat. Ne
q; arbitror eũ, qui uoluit nuptias honorare, ne male crederentur, sponsum à thoro
reuocasse, ne legitimũ nuptiarũ opus, quæ est prolis procreatio, malũ crederetur.
Quod tamen errore (ut puto) qui κατὰ φύγας dicitur, præter literæ alicuius authori
tatẽ fictũ fuit, olim factũ fuisse, qui thorũ nuptialẽ, & inde sobolis procreationẽ dã
nat. Quanq; scriptura dicit: Quod deus coniunxit, homo non separet. Insuper & Matth. 19.
sic mysteriũ paucis colligi poterit. Factæ sunt nuptiæ in Cana Galilææ: CHRI
STVS adest, mater eius, & discipuli eius. Adest sponsus & sponsa. Celebratur cõ
uiuiũ. Positæ erant hydriæ ad purificationẽ, & hæ sex erant. Deficit uinũ. Mater fi
liũ precatur. Filius eam repellere uidetur: facit tamen quod mater postulat. Iubet
dñs hydrias impleri aqua. Obsequuntur famuli. Aqua in uinũ cõmutatur optimũ.
Illud, in fine distribuitur. Nuptiæ, unio sunt ad deũ. Cana Galilææ: hic mundus, in
quo filij Adam in transmigratione zelum conceperunt. CHRISTVS adest, mater
eius, & apostoli: quia per hos hæ nuptiæ, & hæc ad deum unio facta est. Spõsus par
ticularis, figurat uniuersalem sponsum CHRISTVM: Sponsa, ecclesiam: Conuiui
um, mensam domini cœlestis sponsi. Hydriæ positæ erant ad purificationem: quia
ad mensam domini nullus accedere debet nisi purificatus. Sex erãt, quia omnium
operũ purificatio fieri debet, quæ continuo sex diebus currunt: nam sabbatum, san
ctũ dicit ociũ. Vinum, est doctrinæ puritas, & charitas inebrians. Quibus deficien
tibus in ecclesia (nam in nuptijs discumbentes, ecclesia sunt) mater filiũ precatur,
ut ea discumbentibus suppeditet. Mater dico nõ rogata, filiũ rogat: instruẽs ac do
cens omnem precem in ijs quæ diuina sunt, nõ ad ullam creaturam, sed ad solũ filiũ
ac deũ esse fundendã. Qui etiã si dixerit, nihil deo cũ mortali esse, & nondũ uenire
horam nuptiarũ suarũ: ad manifestandam tamẽ suam eximiam bonitatẽ, & supere
minentẽ gloriã, & ꝓpter orantiũ fiduciam, modo ministri nuptiarũ, qui sunt myste
riorũ ecclesiæ ministri, uerbis eius pareant: aquã frigidã quæ sunt insipidæ doctri
næ, & frigidæ deuotiones eorũ, mutat & cõuertit in optimũ uinũ: quæ est illumina
ta, & uitalis spũs doctrina, feruens deuotio, & in deũ solũ charitas, & uehemẽs qui
dẽ & inebrians charitas. Et hæc est finis, & cõsummatio illius noui, sacri & nuptia
lis conuiuij, q̃ pro fine & cõplemento à deo tribuitur. Architriclinus, terrenus dis
pensator: qui ideo nescit unde hoc optimũ uinũ sit, quia terreni, qui opposito q̃ de
„ us mõ operantur, hoc mysteriũ ignorant. Quid aũt postea fecerit dñs, aperit Ioan
„ nes, dicẽs. ◤ Post hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & 19
„ discipuli eis, & ibi manserunt nõ multis diebus. Et prope erat pascha Iudæorũ. Et
„ ascendit IESVS Hierosolymam, & inuenit in templo uendentes oues & boues &
„ columbas, & numularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, om
„ nes eiecit de templo: oues quoq; & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas
„ subuertit. Et his qui colũbas uendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere do
„ mum patris mei, domũ negociationis. Recordati sunt uere discipuli eius, quia scrip
„ tũ est: Zelus domus tuæ comedit me. ◤ Memoriam conuersionis aquæ in uinum
ab antiqtate seruatã, octauo idus Ianuarias celebrare solet ecclesia, id est sexta die,

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ianuarij. Si ergo circa id temporis, & dominus & mater, & affines & discipuli eius descenderunt manendi causa Capharnaum, nõ potuerunt ibi multis diebus manere, quin rursus illinc abirent, ob pascha satis uicinũ, cuius causa quotannis Hierosolymam peregrinari solebant. Attamen dominus sic sibi Capharnaũ peculiarem habitationis suæ locũ post baptismum suũ, & post dimissam Nazareth, delegit, ut Capharnaum, ciuitas domini nũcupata sit: quod licet ex Matthæo cap. 9, numero 79. adiuuante Marco, cap. 2. numero 11. cognoscere, qui illam ciuitatem, de qua Matthæus de domino loquẽs, ait: Et uenit in ciuitatem suam, Capharnaũ nominat. Ab hac ciuitate ascendit dominus, & (quis id addubitet?) etiam mater & fratres, & discipuli eius Herosolymam, ratione festi instantis, quod fuit primum pascha à baptismate ipsius, quo illuc ascẽdit. Et ingressus templum, flagello e funiculis facto, uendentes oues & boues abegit: partim ut ostenderet bestiales homines, ac plusquam bestias ipsas bestiales à templo dei arcendos, & eos qui eiusmodi sunt, dura manere flagella: partim ut ostenderet, uetus sacrificium & oblationem ad finem uenisse
Psalm. 39. sicut Psalmo. 39, scriptũ erat: Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. Holocaustũ & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce uenio. Et ut intelligerẽt eũ uenisse, qui corpus suum offerret in sacrificium: & ut etiam impleret
Psalm. 68. scriptura, quæ Psalmo. 68. scripta est: Zelus domus tuæ comedit me. Quid si per oues & boues, functiones pascuæ domini, id est ecclesiæ, quæcunq; sint, siue faciliores, siue difficiliores, figurantur: & per columbas, sacramẽta ecclesiæ, quæ sunt CHRISTI per spiritũ sanctũ sacræ distributiones, qui in specie columbæ super dominũ requieuit? Quid si per numularios designantur uendentes preciũ redemptionis nostræ, qui est character & figura substantiæ regis æterni? Cæterũ domus illa materialis, figura erat spiritualis templi dei, in quod maxime zelus CHRISTI fertur, ne fiant in eo mũdanæ negociationes, & ne sint in eo numularij, ac pessimas in templo dei usuras facientes: quia & pecunias taliũ effunditur, & in perditionẽ it: & sedes eorũ euertuntur, & nullum uncq; in cœlo locum habituri, perpetuo à templo dei exulabunt: imo etiam ne sint uendentes spiritum sanctum, qui sanctam & columbinam amat simplicitatem: sedes eorum in terra deijcientur, & ipsi templo dei cedere cogentur: quia si templum dei materiale, sanctũ esse oportet: quãto magis spirituale, quod intra nos est, purũ, mũdum, & alienũ, ab omni bestiali affectu, & inordináta functione, & ab omni auaritia & sacrilega usura esse debet: ut sit pororum, & minime uenalium spiritus sancti charismatum, & sanctæ, deoq; cohærentis orationis locus: quæ sicut thus & thymiama igne charitatis inflammatum, ante cõspectum altissimi effundatur? Porro dominus frequenter eiecit e tẽplo dei uendentes & emẽtes, & sedes euertit, ut licet ex hoc loco, & Matthæi capite uigesimo primo, numero 199. & Marci capite undecimo, numero 66. cognoscere. Verũ de hac eiectione, quã dominus ad minus biennio ante passionem suam fecisse cognoscitur, solus Ioannes loquitur. Cuius ideo meminit, quia alij tacuerũt: nam Matthæus eius meminit eiectionis, quæ in die regij ingressus domini in Hierusalem, sexta uidelicet die ante passionem facta est: & Marcus, illius quam fecit postridie id est, quinta ante passionem die: ostẽdens difficile admodum esse hũc auaritiæ morbum à templo dei excludere. Et semper admouit, oportere templum dei, domũ orationis esse, nõ domũ negociationum, nõ spelũcam latronũ. Et quod dominus eijceret uendentes & emẽtes, & numularios: pharisæi & sacerdotes, & cætera id genus auarorũ turba, ægre ferebant, quod inde ipsis quippiam emolumẽti accederet. Quẽ admodũ & nũc si ij, quibus lõga errandi cõsuetudine, candelas & cereos, & imagũculas pluris etiam cq; par sit, in templo uendere permittitur, modo aliquid cedat in utilitatem templi, aut sacerdotum, quibus sacer locus commissus est, ab illo arceren-

tur, ægre

tur, ægre admodum ferrent id sibi lucelli demi, non intelligẽtes ex hoc loco, & aliijs Matthæi & Marci id non licere: sed esse peccatũ eiusmodi, cuiusmodi erat uendentiũ & ementiũ: nam & qui eius rei potestatem faciunt, indignationem dei incurrunt. Id eñ malũ, sacrilega auaritia procurat, & facit domũ dei his & alijs id genus, aut etiam deterioribus nundinationibus, speluncam latronũ: sicut & eadem lenocinijs uoluptatũ & impudicitijs eam prostituit, facitq; prostibulũ dæmonũ. Sunt cq hi & illi similes ijs, qui eiectiones eiusmodi à domino factas, indigne ferebãt, de
» quibus Ioannes subdit. ◤ Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signũ 20
» ostendis nobis, quia hæc facis? Respõdit IESVS, & dixit eis: Soluite templũ hoc,
» & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis
» ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dice
» bat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt disci
» puli eius, quia hoc dicebat: & crediderũt scripturæ & sermoni, quem dixit IESVS
◤ Signum petebant, qui signo credere minime uolebant: nam & antea signa fecerat multa, & tũc quoq; uirtutes, sanitates, & signa complura fecit, etiam in templo illo anteq; festa paschalia elaberentur. Dixit tamẽ eis IESVS signũ qd facturus erat, quod scilicet tertia die à mortuis resurrecturus esset. Ac prædixit eis, ut deus quid facturi erant: quia erant ipsum interfecturi, quod innuit cum ait, Soluite templum hoc: id eñ, Soluite (quod sensum habet futuri: nam Græci habetur λύσατε, q; d. & soluitote dicimus) prædictiuum est, & suo tempore permissiuum, nõ imperatorium, perinde ac si diceremus, soluetis. Vt & id Zachariæ terciodecimo: Framea Zac. 13. h 3
suscitare super pastorem meum, & super uirum cohærentem mihi, dicit dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oues. Et se tertia die surrecturum innuit, cum ait: Et tertia die excitabo illud: hoc eñ templum quo de loquebatur, erat sacrum corpus ipsius, & gloriosa ipsius humanitas, quæ erat uerum & uiuum dei templum, quod & Ioannes hic exprimit. Sed adeo crassi sensus erant sacerdotes, ut de templo materiali, quod sub Zorobabele cœptum fuit, intelligerent: ut & nunc adhuc crasse omnia intelligunt ad literam, & nihil ad spiritum: quanq; lite 2. Corin. 3.
ra occidit, spũs aũt uiuificat. At discipuli, etsi nondũ id intellexerant, sciebant tamẽ parabolam esse, & uerũ esse credebant quod dicebatur: quod syncere intellexerũt posteaq; surrexit dominus à mortuis, & crediderunt spiritui sermonis & scripturis, quæ dicebant dominũ à mortuis surrecturũ: ut id Psalmi tertij: Ego dormiui & Psalm. 3.
soporatus sum, & exurrexi, quia dominus suscepit me. Et id, Exurge gloria mea, Psalm. 56.
exurge psalteriũ & cithara, exurgam diluculo. Et in prophetis non pauca, Et sæpe scribæ & pharisæi quæsierũt signũ à dño, ut ex sextodecimo Matthæi, numero 155 in terra Magedan: & ex Marci. 8. numero 40. in Dalmanutha: sed eadẽ est terra Magedan & Dalmanutha. Et apud Lucam cap. 11. numero 100: ubi dominus eiecit dæmoniũ, petierunt à domino signũ e cœlo. At id Hierosolymis factũ non est: de quo autem loquitur Ioannes, id Herosolymis factũ est: quod, quia alij Euangelistæ tacuerunt, ipse expressit. Et ex hoc ipso quod dicebant de templo materiali, Quadraginta & sex annis ædificatũ est templũ hoc: constat quod illo tempore stabat templũ à Zorobabele cœptũ: nã id quod Herodes octo annis ex historia quintidecimi libri Iosephi adiecit: ad ornatum magnificentiamq; & augmentum tẽpli est adiectũ, illo secundo templo manente, quod dicitur Zorobabelis. Nam & ex oraculo gloria eius maior esse debuit, cq; primi templi: & id propter præsentiã Messiæ in ipso existentis, dicente domino per Aggæum prophetam: Adhuc, inquit, Aggæ. 2.
unũ modicũ est, & ego cõmouebo cœlũ & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gẽtes, & ueniet desideratus cũctis gentibus: & implebo domũ istã gloria, dicit dñs exercituũ. Et subdit: Magna erit gloria domus illius nouissimæ, plusquã

primæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

primæ, dicit dominus exercituum. Porro illud quadraginta ſex annis plus minus fuiſſe extructũ etiam ex hiſtorijs conſtat. Nam computantibus Hebræis à principio regni Cyri, cũm cœpit templũ ædificari, uſq; ad ſextũ annum Darij filij Idapſæ quo conſummatum eſt templum, anni plus minus quadraginta ſex fluxerunt, ut ſuper Matthæi ſextumdecimũ uiſum iam eſt in ſupputandis Danielis prophetæ hebdomadibus. Ergo de ſecundo templo loquebantur Iudæi: quod & ſtabat prædicãte domino, gloria maieſtatis eius illuſtratũ. Errarent igitur, qui ex Ioſepho haud probe intellecto, crederent templũ illud ab Herode Aſcalonita rege funditus fuiſſe deſtructum: nam id non ita eſt, ſed reparatũ fuit, & ad magnificentiam cura eius
Ioſephus. adornatum, & hoc ſub Auguſto Cæſare. Sed dices, ſic Ioſephus habet cap. 11. libri quintidecimi de antiquitatibus: Quos cũ Herodes cerneret dubitantes, adhortabatur eos, dicens ſe non prius deponere templũ, niſi omnia præpararentur, quæ ad perfectionem pertinerent. Neq; mentitus eſt ex hoc quod promiſerat. Et ſubditur Cumq; omnẽ apparatũ alacriter aggregaſſet, antiquis fundamentis ſolutis noua impoſuit, ſuper quæ templũ erexit longitudine centũ cubitorũ, altitudine centũ & uiginti, Ergo depoſuit templum, & ſoluta ſunt antiqua fundamenta, & noua inſtaurata. Et hoc abſolutum eſt etiam annis decẽ anteq; CHRISTVS incarnaretur, ſi quis ex chronico ſupputare uoluerit annos: non ergo ſtetit tempore aduentus CHRISTI ſecũdum templum, quod ſub Cyro abſolutum eſt. Id ultimũ imus inficias: neq; templum illud Herodem depoſuiſſe, ac eius fundamenta ſoluiſſe tribuimus. Sed ſi templum depoſuit, & antiqua ſoluit fundamenta: id de eo quod ſuperfuerat de templo Salomonis diruendum, & antiquis illius templi fundamentis intelligendum cenſemus: & ita totũ id quod adiecit, fuiſſe exterius templũ, ad magnitudinem iuxta fundamenta antiqui templi Solomonis extructũ: Secundũ autẽ templũ, quo de hic apud Ioannem locuti ſunt Iudæi ad dominũ, integrum manſiſ-
Egeſippus ſe incluſum. Quod apertius Egeſippus declarat libro primo belli Iudaici, ſic de Herode loquens: Quintodecimo itaq; regni ſui anno, ut beatitudini ſuæ reſpõderet & gratiæ, tanto rerũ ſecundarũ ſucceſſu leuatus, ad pietatẽ animum intendit. Et ut ſe gratum cœleſtibus, in ſe ſupra modum fluentibus beneficijs demonſtraret templũ ornauit, omnemq; illũ circa templum loci ambitũ circũuallauit muro, geminatisq; ſpacijs incluſit, immenſo ædificandi ſumptu, & exquiſito decore. Ecce quomodo Herodes templũ, ſecũdũ ſcilicet ornauit, omnemq; circa ipſum templũ loci ambitũ circũuallauit, & templũ ipſum muro geminatis ſpacijs incluſit. Et hæc ẽ ueritas, & Ioſephi, ſi uere ſcripſit intentio: alioqui non conſtaret hiſtoriæ eius ueritas. Huius autem qualiſcunq; ſubſequatur ichnographica deſcriptio.



ACBD, ſecundũ templum, quod cœptum eſt ſub Zorobabele. EGFH, templũ Herodis, id ẽ quod adiecit Herodes ad ornamentũ ſecũdi templi. AB, cubiti 50. ſimiliter AC, & his oppoſita latera, id ẽ muri. EF, 100. cubiti, ſimiliter EG & eius oppoſiti muri. Altitudo templi ACBD, cubiti 60. Altitudo EGFH, cubiti 120. Puncta iſta 000, portas & porticus deſignãt. Et qd in illo tam magnifice incluſo circa templũ cũ porticibus ſpacio erat, niſi exedræ ſacerdotũ & ſcribarum, & quæ ad ſacra neceſſaria erant innouata propter nouũ ornatum: quæ uno anno & quinque menſibus ſacerdotes, quibus hæc commiſſa erat cura, perfecerunt, ut teſtatur ipſe Ioſephus in fine quintidecimi antiquitatũ libri: at Herodes ſuũ opus octo annis ædificauit. Ergo aliud, quod

quod ædificauit Herodes: aliud, quod circa templũ ſacerdotes. Manſit itaq; ſecundum templũ: etſi totum quod extrinſecus erat, cum toto interno uocaretur templũ. Nec mirũ ſi illud in aduentu Meſiæ, qui inſtabat & in foribus erat, fuit ſic decoratũ ut quod ſuſcepturũ erat illum cum alma uirgine puerpera matre, in ipſo præſentatum, & in reditu ex Aegypto, puerũ duodennem ſapientia dei plenũ, & in medio ſacerdotum admirabilẽ, & toties peregrinum, & tandem uirum factum, in eo prædicantem, & miracula operantẽ, atq; id Eſaiæ implentẽ: De Sion exibit lex, & uerbum domini de Hieruſalem. Neq; enim crediderim alia de cauſa id uoluiſſe deum ab Herode fieri: etſi id neq; ipſe, neq; populus intelligeret. Sed de his ſatis. Et ſubdit Ioannes, multos tũc in dominũ credidiſſe, dicens. ℣ Cum aũt eſſet IESVS Hie- 21
roſolymis in paſcha in die feſto, multi crediderunt in noĩe eius, uidentes ſigna eius quæ faciebat. Ipſe autẽ IESVS non credebat ſemetipſum eis, eo q; ipſe noſſet omnes, & quia opus ei non erat, ut quis teſtimoniũ perhiberet de homine. Ipſe enĩ ſciebat quid eſſet in homine. ℣ In ea paſchali celebritate, in qua ſacerdotes ſignũ ab eo petebant, multa ſigna fecit dominus, adeo ut tunc multi in nomine eius crediderint, ea uidentes mirabilia. Verum ſigna non fuerunt ijs, quibus dixit: Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud: nam ſignis illis non crediderunt, neq; ea proſignis diuinæ uirtutis habuerunt: ut qui mortem eius cupiebant, & qui iuxta uerbũ domini, ipſum morti adiudicauerunt. Et de his dicitur, quod IESVS non credebat ſeipſum eis, hoc eſt, quod non committebat ſeipſum poteſtati eorum: non autẽ de illis qui crediderant in nomine eius. Et cur ſeipſum non credebat eis? Quia ipſe nouerat mentes hominum, & abditas uoluntates, quo deus eſſe declarabatur, cuius proprium eſt corda & renes ſcrutari: & qui opus nõ habet, ut quis de hoĩe teſtimonium ferat, cum ipſe apertiſſime ſciat quicquid ſiue bonum ſiue malum fuerit in homine. Det nobis igitur deus ſic in nomine filij ſui credere, ut ipſe credentibus nobis ſe credat: & ſit habitator mentium noſtrarum, illuminator tenebrarum, & omnium languorum mirificus expulſor, & confitentibus inſuper quod ipſe eſt deus noſter, ſaluator noſter, & redemptor noſter. Cui cum patre & ſpiritu ſancto, laus & honor, & gloria in perennia ſeculorum ſecula. Amen.

Eſaie. 2.

CAPVT TERTIVM.

Rat autẽ homo ex phariſæis Nicodemus nomine, prin- 22
5 ceps Iudæorũ. Hic uenit ad IESVM nocte, & dixit ei: Rabbi, ſcimus quia a deo ueniſti magiſter. Nemo enĩ poteſt hæc ſigna facere quæ tu facis, niſi fuerit deus cũ eo. Reſpõdit IESVS, & dixit ei: Amẽ amẽ dico tibi, niſi quis renatus fuerit denuo, nõ poteſt uidere regnũ dei. Dicit ad eũ Nicodemus: Quomodo poteſt homo naſci, cũ ſit ſenex? Nũqd poteſt in uentrẽ matris ſuæ iterato introire, & renaſci? Reſpõdit IESVS: Amen amẽ dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnum dei.
10 Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natũ eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt. ℣ Non mireris quia dixi tibi, oportet uos naſci denuo. Spũs ubi uult ſpi- 23
rat, & uocẽ eius audis: ſed neſcis unde ueniat, aut quo uadat. Sic eſt oĩs qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpõdit Nicodemus & dixit ei: Quõ poſſũt hæc fieri? Reſpondit IESVS, & dixit ei: Tu es magiſter in Iſraël, & hæc ignoras?
15 ℣ Amẽ amen dico tibi, qa qd̃ ſcimus loqmur, & qd̃ uidimus teſtamur, & 24
teſtimonium

Universidad de Deusto
Biblioteca

testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Si terrena dixi uobis, & nõ creditis: quo-
25 mõ si dixero uobis cœlestia, credetis? ¶ Et nemo ascendit in cœlũ, nisi qui
descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Et sicut Moyses exalta-
uit serpentẽ in deserto: ita exaltari oportet filiũ hominis, ut omnis qui cre
26 dit in ipso non pereat, sed habeat uitam æternã. ¶ Sic em̃ deus dilexit mũ 20
dũ, ut filiũ suũ unigenitũ daret, ut omnis qui credit in eũ, non pereat sed
habeat uitam æternam. Non em̃ misit deus filium suũ in mundũ ut iudi-
cet mundum: sed ut saluetur mũdus per ipsum. Qui credit in eũ, non iudi
27 catur. ¶ Qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credidit in no-
mine unigeniti filij dei. Hoc est aũt iudiciũ: quia lux uenit in mundũ, & di 25
lexerunt homines magis tenebras q̃ lucẽ. Erant em̃ eorũ mala opera. Oĩs
em̃ qui male agit, odit lucem, & non uenit ad lucẽ, ut non arguantur ope-
ra eius. Qui aũt facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera ei
28 us, quia in deo sunt facta. ¶ Post hæc uenit IESVS & discipuli eius ĩ Iudæ
am terrã, & illic morabatur cũ eis & baptizabat. Erat aũt & Ioannes bapti- 30
zans in Aenon iuxta Salim, quia aquæ multæ erãt illic, & ueniebant & ba
ptizabant̃. Nondũ em̃ missus fuerat Ioannes in carcerẽ. Facta est aũt quæ
stio ex discipulis Ioannis cũ Iudæis de purificatione. Et uenerũt ad Ioan-
nẽ, & dixerũt ei: Rabbi, qui erat tecũ trãs Iordanem, cui tu testimoniũ per
29 hibuisti, ecce hic baptizat, & oẽs ueniunt ad eũ. ¶ Respondit Ioãnes, & di 35
xit: Non potest homo accipere quicquã, nisi fuerit ei datum de cœlo. Ipsi
uos mihi testimonium perhibetis quod dixerim, nõ sum ego CHRISTVS,
sed quia missus sum ante illũ. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus aũt
sponsi qui stat & audit eũ, gaudio gaudet propter uocẽ sponsi. Hoc ergo
30 gaudiũ meum impletũ est. Illum oportet crescere, me autẽ minui. ¶ Qui 40
de sursum uenit, super oẽs est. Qui est de terra, de terra est, & de terra lo-
quitur: qui de cœlo uenit, super oẽs est. Et quod uidit & audiuit, hoc testa
tur, & testimoniũ eius nemo accipit. Qui aũt acceperit eius testimoniũ, si-
gnauit, quia deus uerax est. Quẽ enim misit deus, uerba dei loquitur: non
em̃ ad mensurã dat deus spiritũ. Pater diligit filiũ, & oĩa dedit in manu e- 45
ius. Qui credit in filium, habet uitã æternã: qui aũt incredulus est filio, nõ
uidebit uitam, sed ira dei manet super eum.

ANNOTATIONES BREVES XIX. CIRCA LITER. CAP. III.

3 magister, διδάσκαλος
nominatiuus.
5 renatus fuerit γεννηθῇ
natus fuerit
genitus fuerit
& infra.
6. denuo, ἄνωθεν
denuo,
desuper
anceps.
9 iterato δεύτερον
secundo,
iterum
9 spiritu – sancto,
12 ueniat aut ἔρχεται καὶ
ueniat &
14 in Israël, τοῦ Ἰσραὴλ
genitiuus.
16 creditis. πιστεύσατε
indefinitum.

17 ascendit ἀναβέβηκεν
præteritum.
20 in ipso εἰς αὐτὸν
in ipsum
21 daret, ἔδωκεν
dederit
24 in nomine εἰς τὸ ὄνομα
accusatiuus.
27 male φαῦλα
mala
31 Salim, τοῦ Σαλὴμ
Salem
42 super omnes ἐπάνω πάντων
supra omnes,
supra omnia
anceps. & infra.
42 de terra ἐκ τῆς γῆς
e terra
44 Qui autem acceperit ὁ λαβὼν
Qui accepit
44 signauit, ἐσφράγισεν
sigillauit
obsignauit
48 manet μενῶ
manebit

COMMENTARIVS IN CAPVT TERTIVM.

SVbdit Ioannes de Nicodemo, qui uenit nocte ad IESVM, dicens.
¶ Erat aũt homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæo- 22
rũ. Hic uenit ad IESVM nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à deo
uenisti magister. Nemo em̃ potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi
fuerit deus cũ eo. Respondit IESVS, & dixit ei: Amen amẽ dico tibi,
nisi quis renatus fuerit denuo, nõ potest uidere regnũ dei. Dicit ad eũ Nicodemus
Quomodo potest homo renasci, cũ sit senex? Nũquid potest in uentrẽ matris suæ
iterato introire, & renasci? Respondit IESVS: Amen amen dico tibi, nisi quis rena
tus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ dei. Quod natũ est
ex carne, caro est: & quod natũ est ex spiritu spiritus est. ¶ Nicodemus pharisæus
erat, & princeps Iudæorum & Galilæus erat, ut cap. 7. huius, numero sexagesimo
septimo, ex ipso Ioãne cognoscitur. Et ipse cupiebat regnũ dei. Et uenit nocte ad
IESVM, non em̃ aperte uenire ausus erat, ne à synagoga excluderetur aliorũ, sci-
licet scribarum & pharisæorum: & carnalis adhuc erat, & secundum primam gene
rationem incedens, ac planè nesciens spiritum. Si em̃ spiritum habuisset, nõ in te-
nebris, sed in die uenisset ad IESVM: & apertus, nõ occultus fuisset discipulus: qd
est em̃ in occulto esse discipulum & non in aperto, nisi occulte confiteri, & in aper-
to negare? Necdum Nicodemus sortem eorum reliquerat, de quibus Ioannes ca-
pite. 12. dicit: Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam dei. Venit
tamen ad dominũ nocte, & non solus ut uidetur: princeps enim erat, & magna uir
authoritate. Et ait ad dominum: Scimus, tanquàm non solus esset, sed alijs comita-
tus. Rabbi, inquit, scimus quia à deo uenisti magister, id est, scimus, q̃ quæ doces, à
deo doces: quia nemo potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo
quasi diceret, fieri non potest ut deus non adsit signis & uirtutibus, quas tu facis: er
go & uerbis tuis: & proinde quæ doces, à deo doces. Et cum hæc dicebat Nicode-
mus, uerum dicebat: sed secundũ intelligentiam suam multo minus, q̃ quod domi
nus erat. Nam & prophetæ à deo uenerunt magistri, & quidam eorum fecerunt si-
gna, quæ facere non potuissent nisi deus fuisset cum eis. Verũ nõ sic CHRISTVS
uenit à deo magister, neq; sic deus erat cũ eo: nã CHRISTVS uenit ut filius: illi ut
serui. Et deus erat cum CHRISTO per hypostaticã unionẽ: cum illis, per afflatũ,
gratiã, & inspirationẽ. CHRISTVS uenit à deo magister, non solũ homo, sed θεάν-
θρωπος deus homo: & deus erat cum eo ut deus cum deo: quandoquidẽ pater æter-
nus cum filio coæterno. Illi uero uenerunt à deo magistri, sed solũ homines, & de-
us cum illis, ut deus cum hominibus, quo modo Nicodemus, cum spiritum nõdum
haberet, intelligebat. Et quia Nicodemus uenerat, ut quippiam de regno dei, quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus uerbis suis inculcabat, intelligeret (ad prædicãdũ enim regnũ dei, missus à patre fuerat) idcirco respondit ei dominus non ad uerba sua, sed ad intentionem: ut in ipso primo cõgressu, se deum esse manifestaret, & aliquid maius, quàm ipse in ipso accessu cõceperat, dicẽs: Amen amen dico tibi: nisi quis renatus fuerit denuo: siue ut Ioannes habet, ἄνωθεν, id est desuper, nõ potest uidere regnum dei. Quod de natiuitate spirituali, qua & filij dei & nominamur, & sumus, dixit dominus. De qua
Ioan. 1. & prius dixerat Ioannes: Quotquot aũt receperũt eũ, dedit eis potestatẽ filios dei fieri, his qui credũt in noĩe eius: qui nõ ex sanguinibus, neq; ex uolũtate carnis, neq; ex uolũtate uiri, sed ex deo nati sunt. At Nicodemus nihil nisi carnale sapiẽs, admirabundus interrogat: Quomodo potest hõ renasci, cũ sit senex? Et causam admirationis suæ, sed secũdũ sensum carnis adhibet, dicẽs: Nunqd potest ĩ uentrẽ matris suæ iterato introire, & renasci? At nõ sic est Nicodeme, ut oporteat senẽ q nascituros sit ad regnũ dei, secũdo introire uentrẽ matris suæ, ex quo secundũ carnẽ egressus est: sed semel ingreditur regenerationis aquã, ut spiritualẽ matrẽ: & spiritus dei infunditur, & nascitur spũali natiuitate: fitq; filius dei, ut ita natus uideat, & introeat in regnũ dei: quod in hoc mũdo ingreditur per symbolicã, & occultam uitam: quia uita eius abscondita est in CHRISTO: in altero uero per gloriam, & reuelatam uitam. Et non nisi semel ingreditur aquã, ut generetur: quia non contingit baptisma iterari. Estq; aqua ĩ hac generatiõe, ut matris quæ est ecclesia, uterus. Totus homo, ut infans in utero. Deus, & pater, & filius, & spiritus sanctus, ut genitor: quod indicant sacrosancta regeneratiõis uerba: ut quæ fit in noĩe patris, & filij, & spiritus sancti. Spiritus autem infusus, ut in recenter genito anima: sed nõ ut anima qua corporaliter uiuit homo, sed qua ut spiritu uiuificatur. Ergo semper huius admirandæ, & diuinæ generationis patrem nostrum agnoscamus deum: Matrem nostrã, ecclesiã per baptismũ: Vitam nostram qua uiuificamur, infusionis spiritum. Et hæc generatio desuper: nam & aquæ sanctificatio, quæ ut matris uterus est, desup. Et deus qui huius generationis pater, desuper. Et spiritus qui infunditur, ut uiuificetur quod gignitur, desuper. Quomodo ergo qui hac generatiõe nascitur, nõ etiã desuper erit? Quod sacramentũ dignatus est filius dei, huius tã admirãdæ & ineffabilis generationis author, aperire Nicodemo, etsi nõdũ capaci: ut posteriores, qui ĩ ipsum crediturí essent, perfectius intelligerẽt, dicẽs eĩ: Amen amẽ dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ dei: quasi diceret, Certè nisi quis natus fuerit ex aqua, & spiritu sancto; id est ex spũali matris utero, & spiritu uiuificante, non potest in regnũ spiritus, quod est regnũ dei, introire: sicuti nisi quis natus fuerit ex carne, id est carnali matre & anima uiuente, non potest introire in regnum carnis, quod est regnũ huius mundi. Cuius causam subdidit dominus, dicẽs: Quia quod natũ est ex carne, caro est: & quod natũ est ex spiritu, spũs est. Homo q ex carne natus est, secundum hãc generationẽ, caro est, & homo carnalis; & homo qui ex spiritu natus ẽ, spiritus est, & homo spiritualis. Ergo primus homo, uetus homo noster est: & secũdus homo, nouus homo noster: qui sic debet dominari primo, ut cœlum terræ, ut lumẽ tenebris, ut incorruptibile corruptibili. Et utinam deus huius generationis author & amator, inspiret hominum cordibus, ut hanc attẽdant generationem, & considerent cuius sint filij, & quo spiritu uiuant. Viuunt enim eo spiritu, qui solum ad eum tẽdit. Sed inuidia diaboli, qui ueteris hominis tyrãnus est, ad ludibria usq; factum est ut illam attẽdere nõ possint, & dignitatem qua nulla maior esse potest, sibi factam ignorẽt, nouo homine qui secundum deum creatus est suffocato atque extincto: cui soli deus applaudere uolebat ut filio: o misera hominũ conditio, qui & se esse filios dei nesciũt, & filiorum dei in seipsis per ludibria ueteris hominis sunt homicidæ: non aliter spiritũ dei à se extrudentes, q̃ qui hominẽ iugulat,

animam

animã illius ab ipso extrudit: mortui ergo sunt, etsi uetus homo uiuat. Quid igitur faciendum? Quod ait Paulus: Surge q dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Ephe. 5.
CHRISTVS. Tã immẽse bonus est deus, ut frequẽter filios suos, etiã mortuos, ad hãc spiritualẽ uitã suscitare uelit. Porro cũ diuina audimus, & minime sensibus nostris sunt peruia, mirari nõ debemus: qa illa nõ à spiritu nostro, sed à spiritu dei sunt profecta, qui nõ omnibus mysteria sua pandit, sed quibus uult: ut subdit Ioãnes dominũ dixisse ad Nicodemũ hoc pacto. ¶ Nõ mireris qa dixi tibi, oportet uos nasci 23
» denuo. Spiritus ubi uult spirat, & uocẽ eius audis: sed nescis unde ueniat, & quo ua
» dat. Sic est oĩs qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomo
» do possunt hæc fieri? Respondit IESVS, & dixit ei: Tu es magister in Israël & hæc
» ignoras? ¶ Cũ dñs dicit, Oportet uos: Nicodemus nõ solus fuisse uidetur, cũ dominus de multitudine loquatur. Et cum dicit, Nasci denuo: illud denuo, Græce dicitur ἄνωθεν, ut dictum est, & perinde est ac desuper. Et cur Nicodemus mirari nõ debeat de uerbis ipsius, causam subdit, dicẽs spiritum ubi uult spirare: id est nõ pro arbitratu nostro, sed pro uoluntate sua, & spiritualium aut uerborũ, aut scripturarũ, aut factorum suggerere intelligentiã. Nõ ergo putet homo se suo sensu ad intelligentiã diuinarum scripturarũ assurgere posse: sed suam omnino impotentiã agnoscendo, illam à deo petat: quod si etiã pro largiflua dei bonitate illã assequat antequã petat (ut quod cap. decimo Actionum apostolicarum habetur, audiẽtes Petrum, acceperunt spiritũ repẽte antequã peterẽt) nihil tamẽ sibi arroget: quia illud desuper donum est, quod nõ pro sua uoluntate habet: cum id suæ non sit potestatis, etsi nõ contra suam uoluntatem, sed pro uoluntate spiritus dei, qui spirat ubi uult. Cuius uocem Nicodemus audiebat (nam uerbũ CHRISTI uerbum spiritus erat) & nesciebat unde uox illa ueniret, & quo tẽderet. initium enim illius ignorabat, quia illã ab homine, & hominis sensu uenire putabat, & finẽ item ignorabat: quia quorsum illa CHRISTI uerba tenderẽt, non capiebat. Et uocẽ eius (inquit dominus) audis: sed nescis unde ueniat, & quo uadat. At cuius uocem audiebat, nisi CHRISTI? Verba ergo CHRISTI, uox & uerba spiritus erant. Et adijcit, Sic est omnis qui natus est ex spiritu: quia qui nascitur ex spiritu, nõ quia uolunt homines, nascitur (id enim nõ tantũ nõ est humanæ potestatis, sed neq; ullius alterius creaturæ) sed qa deus uult: neque qui accipiunt spiritũ, sciunt unde ueniat, aut quo uadat: nisi ij quibus spiritus id inspirare uult, & ut uult inspirat. Et hoc, Spiritus ubi uult spirat: de spiritu sancto hoc loco intelligendum omnino uidetur: non de spiritu sensili, quẽ flatũ uentumq; dicimus: tum quod idem est uocabulum τὸ πνεῦμα, quo & pauloante & paulopost utitur pro spiritu sancto (ad quid enim tã e uicino uteretur æquiuoco? tũ quod uolũtas spiritui sensili nõ cõuenit, ut spiret quo uult, sed quo prouidẽtia impellitur. Cæterum scimus cum flat sensilis spiritus, quem Græci ἄνεμον, nos uentum dicimus, unde ueniat, ut ab oriẽte, occidente, aquilone, aut notho: & quo uadat, quia in partem oppositã unde flat: & plerunq; peculiariter locũ unde oritur scimus, ut flumẽ aut lacũ. De spiritu ergo sancto illud dictũ rationabiliter eẽ uideť. Verba ergo superius dicta à domino, quæ uita sunt & spũs, audiẽs Nicodemus, & sensui suo immanens, multo magis mirabat, & dicebat: Quomodo possunt hæc fieri? Homines carnales sensibus carnis suæ immanentes, cũ ad diuinorum sacramenta accedũt, quo magis sensibus suis innitũtur, eo magis diuina illa admirãtur, nõ tanq̃ possibilia, sed tanq̃ impossibilia. Et ideo si sibi immaneant, euadunt ἄπιστοι, id fieri posse non credentes, quod suo sensu, suã ue ratione attingere non possunt. Quod tamen accidere nõ debuit Nicodemo. Nã erat magister ĩ Israël: & proinde nequaq̃ suũ sensum sequi debebat: sed intelligere quod mysteria dei, quæ dicebat CHRISTVS, nõ pro uolũtate humana, neque sensu hominis capiũtur; sed pro diuina uoluntate, in cuius solius

Universidad de Deusto Biblioteca

potestate sunt eiusmodi, & solo spiritu quē ea infundit, capi possunt. Sic & ueteris legis mysteria. Ac ita credere debebat: idcirco haud ab re audiuit à dño. Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Et quod subiūgit Ioannes, adiecit dominus, dicens,
24 „ ¶ Amen amen dico tibi, quod scimus loquimur: & quod uidimus testamur, & testi
„ monium nostrū non accipitis. Si terrena dixi uobis, & non creditis: quomodo si di
„ xero uobis cœlestia, credetis? ¶ Sciebat dominus quid loquebaf: quia dei sapientia erat, & dei sapientiā loquebatur. Et in se ut in prototypo exemplari omnia sanctificante, hanc natiuitatē ex aqua & spiritu & factā, & faciendam uiderat, & hanc secundū spiritū natiuitatē testabatur: quanquā & oculis eius omnia, etiā antequā fiāt, sunt præsentia. Verum Nicodemus & qui cum eo erant, etsi regnū dei affectarent, hoc testimonium nō accipiebant: quia qui sensui carnis hærent, diuinorū non sunt capaces. Nec mirum, si non accipiebant. Nam si quādo dixit eis terrena, id est parabolas ex rebus terrenis desumptas, nō crediderūt: quomodo si dixisset eis cœlestia, ut nunc quoq; fecit, fuissent crediturí? Hoc argumentum à maiori sumitur: nam qui terrenorū non sunt capaces, multo quoq; minus cœlestium: & cum illis nō credāt, his etiam nō credant necessum est. At cogitare poterāt, dum hæc uerba domini audiebant, quis cœlestia scire potest, nisi qui fuerit in cœlo? Imo & id cogitasse uidentur, & dominus ad cogitationem ipsorū id adiecisse, quod ex uerbis eius sic subdit
25 „ Ioannes. ¶ Et nemo ascendit in cœlū, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui
„ est in cœlo. Et sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto, ita exaltari oportet filiū
„ hominis, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitā æternam. ¶ Quod secretas cogitationes eis pandit, seipsis deum insinuat, ut reuera est: ipse enim est filius hominis, qui immobiliter ascendit in cœlū à constitutione mundi: & qui immutabiliter descendit de cœlo, cum uerbum caro factum est: & qui est in cœlo, qa nunquam dexteram patris deserēs. Et hic sermo de filio hominis, secundū hypostasin, quæ diuinū uerbum est, intelligitur: secundum quam intelligentiam & in cœlo, & in terra erat, & in omni gēte & natione. Nec minus in Africa, & in Europa, in Pannonia, Germania, Italia, Gallia, Iberia, quādo prædicabat Iudæis, & ille idē qui prædicabat Iudæis, cū in Asia & Iudæa: licet solis Iudæis corporaliter appareret. Exultent ergo Pānonij, Germani, Itali, Galli, Hispani, quod filius hois etiā dū mortalis esset, æque inter ipsos fuerit atq; iter Iudæos: sed inter illos modo solū impassibili, inter Iudæos etiā passibili: qd'cū eū illi iugiter uideant fide, quē pauco tēpore Iudæi uiderunt corpore. Et quo fidei uisio melior est, cū corporis: eo se (modo credāt) beatiores putēt ijs, q uiderūt & nō crediderūt. Prosequamur igit CHRISTVM omni fide & amore: qui sic semper nobiscū fuit, et sic se nobis uidendū præbuit, ut beatus efficeret: nā (ut paulo post dicetur) sic deus dilexit mūdum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, nō pereat, sed habeat uitam æternam. Et cur pater misericordiarū & immensæ dilectionis, non dedisset filium suū pro omni gen
Ecci. 24. te, qui erat in omni, nedum in Iudaica gente? ut de eo scriptum est: In omni terra steti, & in omni populo, & in omni gente primatum habui: & omnium excellentiū & sublimiū corda, propria uirtute calcaui: & in his omnibus requiem quæsiui. Et hæc est uniuersa, & sola uiuifica theologia, nosse, & id quidem uiua fide, quam dat deus, non quā præsumit homo, CHRISTVM & uerbū eius esse omnia: qui enim hoc nouit, oia nouit. Alio quoq; modo se Nicodemo deū insinuat, cū ex seipso denūciat futura, quæ ille & amici eius posteaq; facta fuerūt, apertissime cognouerūt. Nam ipse erat qui loquebatur (Dixerat enim, Amen amē dico tibi) quicq futura denūciabat. Verum alij cū denunciabāt futura, non ipsi erant, qui loquebātur, sed alius: proinde dicebāt, Hæc dicit dominus, aut quippiā simile: quo modo haudquaq; denunciabat dominus, sed absolute, tanq; q nō alieno, sed suo spiritu cognosceret: quod dei proprium est.

priū est. Qd' aut futurū denunciabat, hoc erat: & sicut, inquit, Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis: quo futuram exaltationem suam in crucis stipite pro mundi uita denunciauit. De serpente exaltato à Mose, scribitur libro Numerorum capite uigesimo primo. ubi sic habetur: Locutus est dominus ad eum, id est Mosen: Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, uiuet. Fecit ergo Moses serpentē æneum, & posuit eum pro signo: quem cum percussi aspicerent, sanabantur. Si serpens ille ponebatur pro signo: ergo pro alterius rei quæ ueritas erat, signo ponebatur. Et si à percussis à serpentibus prompte aspiciebaf, in sublimi esset, & facile cōspicuus omni populo ne esse erat: exaltatus ergo. Et in deserto, in quo potuit melius exaltari, quā in ligno? Omnia ergo erant eis pro signo & figura. Serpentes igitur ignei, dæmonia, quorū iacula ad mortificandū sunt ignita. Ictus ac percussiōes eorū, peccata. Mors subsequens: mors secunda, quā suppliciū comitatur æternū. Serpens æneus, beneficus & saluificus CHRISTVS. In illis serpentina figura, astus ad perdendū. In hoc, dei prudentia ac sapiētia ad saluandū. Rutilus serpentis ænei & flāmeus color, CHRISTI charitas. Exaltatio serpētis in sublimi stipite, & loco omni populo cōspicuo: exaltatio CHRISTI in ligno crucis corā omni populo. Qd' serpens in stipite pendens erat sine uita, CHRISTVM in ligno, p nobis pendentē, reuera passū ac mortuum designat. Populus percussus à serpentibus, peccatores: Aspectus serpentis, fidem in CHRISTVM: Sanitas ex aspectu, salutē ex fide uitamq; æternam: ut intelligamus nos ex fide IESV CHRISTI, q est æterna dei sapiētia, quæ dæmonas uicit & superauit, nō ex operibus nostris fore saluandos: nulla em opera saluabant eos in deserto, sed solus serpentis aspectus. Et ad hoc ipsum se exaltari in cruce uoluisse, ut fide esset omniū animarū salus, aperuit dominus, cum subdidit: Vt omnis qui credit in ipso nō pereat, sed habeat uitam æternam: proinde non quæras: Quid faciam ut habeā uitam æternā? aspice CHRISTVM in ligno pendentē, id est, crede mortem eius tuam esse uitam & salutem, & uiues: Fac tamen quod iubet: quanq; nō ex operibus tuis, sed ex fide IESV CHRISTI uiues, & uiua quidē, fide: quæ mortua intelligit; cum ociosa est, id est cum operari quod mandat possis, & nō operaris, aut contraria operaris: nam fides signum operum non est, sed opera signū fidei sunt. Et ego, inquit Iacobus apostolus, ostendam tibi ex operibus fidem meam Iacobi. 2.
Et quæ causa fuit tantæ salutis, ut uoluerit deus in fide filij sui in cruce morte exaltati uniuersum mundū saluare? Amor & incomprehensibilis erga homines, quos ipse in mundo condidit, charitas, & maxime in eo homine, & propter eum qui est fi
„ nis uniuersorum. Quod ex uerbis domini subdit Ioannes, dicens, ¶ Sic enim deus 26
„ dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum, non
„ pereat, sed habeat uitam æternam. Non em misit deus filium suum in mundum, ut
„ iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur. ¶ O amor, o charitas, cuius uel minima particula sufficeret corda dirūpere. Pater omnium, conditor & opifex, suum coæqualem, consubstantialem, coæternum, & eum unicum dedit pro mundo filiū, ut saluaret mundū. Et cum filius esset uita, & de se mori nō posset, fecit eū mortalē & (excepto peccato) nobis per omnia similē, ut eū nobis non solū daret, sed daret ad moriendū pro nobis, qui omnes morte eramus digni: & morte quidem nunq; reparabili ad uitam, nisi si quos gratia excepe
rat: at ille quantū erat ex se, solus erat uita dignus. Et ut promptior & facilior esset mundi salus, uno aspectu, id est, fide filij dei uoluit uniuersum mundū saluatum iri. Et in sublimi fide intuendū collocauit, in cœlesti throno suo, in dextera sua: ad quē omniū regionum & nationū oculi, nō solum mentis qui fidei sunt, sed & corporis, facile conuertantur. Quid enim oculis magis obuium cū cœlum? quid oculis dele

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctabilius, qd mẽti optabilius habitatore cœli? Et quo alio potuisset deus magis illã charitatis immensitatem testari, & dilectionis inexplicabilis (ut sic dicã) indicibilitatem explicare, quàm dãdo deum pro homine, uitam pro morte, infinitũ pro finito: ita quod deus homo fiat, uita mors, & infinitũ finitũ: & proinde homo euadat deus, mors uita, & finitũ infinitũ? nã oẽs, quos aspectu fidei uiuificat, uita uiuent æterna: & omnes in deo quodã modo, aut potius supra omnem, qui explicari possit, modũ erunt deus, qui erit oĩa in omnibus, & finiti in infinitudine infiniti. Sed hæc nondũ in cor hominis ascenderunt: reuelabuntur autem, sic tunc diligentibus deum, ut & ipsi dilecti sunt: sic cognoscentibus deum, ut & ipsi cogniti sunt. Et cũ audimus hic mundum: Sic deus (inquit) dilexit mundũ, non intelligamus opera mũdi & carnis, quæ deus odit: sed dei creaturam & hominem, quem ipse condidit. Et licet ob semina maligni, creatura dei corrupta esset, mũdusq; corruptus, & condemnatione perpetua dignus; attamẽ filius dei quando uenit, non uenit ut condemnaret dignũ, sed ut saluaret indignũ. Non enim (inquit) misit deus filiũ suum in mundum, ut iudicet, id est condemnet mundum, sed ut saluetur mũdus per ipsum: amore enim uenit & misericordia, nã ipse erat ueritas, cui misericordia ad hoc faciendũ obuiauit: quẽadmodum scriptũ est: Misericordia & ueritas obuiauerũt sibi. Amor pacẽ et recõciliationem cũ dei iustitia fecit, sicut subditur: Iustitia & pax osculatæ sunt. quod osculũ infinitæ dei charitatis est indicium. Pax hæc nostra cum deo, facta est in cœlo, & infinito indissolubilitatis uiculo firmata. Quis igit̃ dubitet uenire ad tantã CHRISTI pacem, ad tantam misericordiam, ad tantam charitatem? Rumpere cor lapideum, & de durissimo silice prodeãt in multa dulcedine pietatis aquæ. Venit ergo ut mũdus saluaretur per ipsum, quia uenit ut mũdus uideret ipsum, & uidẽdo ab omni serpentino morsu sanaretur, & minime cõdemnaretur, minime moreretur: quia qui credit in eum, nõ iudicatur. Iudicium & cõdemnatio, mors secunda, quæ est priuatio uitæ æternæ. At de ijs qui ad ipsum fide aspicere nolunt, subdit dominus, referante Ioan

Psal. 84.

27 » ne, dicens. ¶ Qui autẽ non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine uni-
» geniti filij dei. Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt ho-
» mines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorũ mala opera. Omnis enim qui
» male agit, odit lucem, & nõ uenit ad lucẽ, ut nõ arguantur opera eius. Qui autem fa-
» cit ueritatẽ, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta. ¶ Vt
oculus, qui superueniente lumine non uidet, cæcitati deputatur: sic qui nõ credit, iã adiudicatus est priuationi æternæ lucis: quia nõ credit in nomine unigeniti filij dei, qui est lux uera, quæ illuminat omnem hominem uidentem. ipse autẽ tantã lucem superuenientem, quia nõ credit, non uidet; credere enim uidere est. Ad hæc ut oculus qui non uidet lumen mundi dum adest, nõ uiuit uita oculi, sed mortuus est mundo: sic homo qui non uidet lumen dei cum adest, non uiuit uita hominis, sed est deo mortuus: uerbum enim dei quod deus est, uita, & uera uita, & sola hominis uita est. Hæc autem adiudicatio ac condemnatio ideo hominibus accidit, quia filius dei, qui est lux hominum, lux à deo ueniens, & lux uera, uenit in mundum, & eiusmodi homines magis dilexerũt tenebras, quàm lucem illam. Et quæ fuit causa? Mala ipsorũ opera: nam omnis qui mala egit, amat tenebras. quid enim sunt mala uitia & peccata, nisi tenebræ? Qui autem amat tenebras, odit lucem: & non solum odit, sed & timet & horret. Quod in natura manifestãt ominosæ & maleficæ uolucres, tenebrarum amatrices: ut ululæ, noctuæ, ascalaphi, epopes, & aliæ id genus permultæ, quæ lucem oderunt: & nõ solum oderunt, sed & timent & horrẽt. Et cur id? Quia maleficia earum in luce deprehẽduntur. Sic qui mala agũt, & amant tenebras uitiorum, oderunt lucem CHRISTI. Et timẽt ac horrent ad illam spiritualem lucem uenire, quæ arguit eorum mala opera; quia non sunt opera lucis, ac secundum diuinam uoluntatem

luntatẽ facta, sed contrà: in quæ omnis amator lucis debet esse ultor, haud secus ac luciuagæ uolucres in noctiuagas, si in luce compareãt, ulciscunt̃. At contrà, omnis qui bona facit, amat lucem. Quid em̃ sunt bona opera, nisi opera lucis, & eius lucis, quæ est lux uera: & ideo opera ueritatis, opera fidei, opera plenæ in deo fiduciæ, opera perfectæ charitatis? Qui autẽ amat lucem, tenebras odio habeat necesse est: sunt em̃ cõtraria. At qui odit tenebras, gaudet esse in luce, & uenire ad lucẽ, ut opera lucis in luce sint manifesta: nõ em̃ timet, ne opera illa in luce arguantur: quia lux uera, non arguit bona opera: quandoquidem in deo, & secundũ dei beneplacitum ac bonam uoluntatem sunt facta. Qui ergo bona facit, uenit ad lucem uerã, quæ est CHRISTVS filius dei, quem summe amat, quem summe quærit, & à quo minime timet argui. Quod si etiã uenit ad lucem huius mundi: ad hoc uenit, non ut ipse uideatur aut opera eius, sed ut ea uidentes glorificent patrem, qui in cœlis est, & ueram lucem ab eo ab æterno progenitam, & in eo æterne manentem: non em̃ amat uenire ad lucẽ mundi, nisi quatenus id faciat aut facere speret ad ueræ lucis agnitionem. Alioqui qui amat lucem mundi, & cupit opera sua ad lucem huius mundi uenire, propriæ est amator gloriæ, & nõ sunt bona opera quæ bona putat, nec in deo facta, sed facta in mundo, & propter gloriã propriã, nõ propter dei gloriã, nam lux huius mundi non est lux uera, in qua opera mala arguantur, & bona approbentur: sed plerunq; in ea bona tanq; mala arguunt̃, & mala approbant̃: & hæc lux est cæcorum, & non spiritu uidentiũ. Et ideo qui ad istam lucem recta intentione uenit, bona opera sua pandendo, perinde atq; is qui lumen super candelabrum ponit, nõ magnopere curat si à multis arguatur, dummodo paucis ad dei gloriam, non suam, lucere possit. Quod si accedit ei gloria, illam non quærit, sed eam solã quæ dei est: uult enim deus quæri solus, qui cum sic quærit̃, inuenitur, & is pariter qui gloriam dei quærit. At qui deum & se quærit, hic deũ nõ inuenit, & seipsum perdit. Sit oculus tuus simplex, & totus lucidus eris. Oculus, mens, intẽtio q; cordis. Corpus, ipse homo totus. Ergo qui ueritatem facit, uenit ad lucem, & lucem quidem non huius mũdi, sed uerã lucẽ. Quare? Quia illius lucis maxime est amator. Amor ergo dux est ad uerã lucem: nam nisi amaueris, nunq; quæres illam, nunquã ad eam ibis, neq; opera ueritatis unq; facies: eadẽ nanq; est, lux ipsa uera & ueritas. Quã igit̃ charitas, quæ ex uera luce genita perducit ad lucem, & ueritatẽ per amorem, est cunctis optanda, amplectenda, stringenda? Et quid dominus postea fecerit, subdit Ioãnes

28 » dicens. ¶ Post hæc uenit IESVS & discipuli eius in terram Iudæã, & illic moraba-
» tur cum eis, & baptizabat. Erat autẽ & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim:
» quia aquæ multæ erant illic, & ueniebãt, & baptizabantur: nondũ em̃ missus fuerat
» Ioãnes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de
» purificatione. Et uenerunt ad Ioannem, & dixerũt ei: Rabbi, qui erat tecũ trans Ior
» danem, cui tu testimoniũ perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum.

¶ Dixit Ioannes in fine p̃cedentis capitis, quomodo dominus nõ credebat semetipsum Iudæis, quanq; multi credidissent in ipsum. Ex q̃ intelligimus, eũ elapsis celebritatis paschalis diebus, ex Iudæa aliquo profectũ, unde iterũ redijt in Iudæã: at nõ uersus in Hierusalẽ, sed in partes quæ magis deuergũt ad Iordanẽ. Vbi ipse nõ in persona (ut & Ioannes) uisibiter, sed per apostolos baptizabat; quanq; & ipse sit q̃ in ueritate & inuisibiliter baptizat oẽs. At Ioãnes baptizabat alio in loco, cui nomen Aenon iuxta Salim. Quem locũ elegerat Ioannes, quia illic multæ aquæ erãt adeo ut si multi uenirẽt, facilime baptizari ualerent. Et id fuit anteq; Ioannes in carcerem mitteretur: quia ab illo tempore nullos baptizauit. Verũ plures ad CHRISTI baptisma confluebant, q; ad Ioannis, & iam pauci ad Ioannem descendebant ut iam prophetia Ioannis, Illum oportet crescere, me autẽ minui, ut uera probaretur. Tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur. Tunc discipuli Ioannis ægreferentes, mouerunt quæstionem contra Iudæos, qui ad CHRISTI baptima descendebant: cur non potius uenirent ad Ioannē, qui missus erat ad purificandū, id est baptizandū, & dudū baptizauerat: cur eo relicto, alterum sectarentur? Et stulto zelo ducti, querelam ad Ioannē detulerunt, dicētes Rabbi, ecce is qui erat tecum, cui tu testimoniū perhibuisti, quē tuo honorasti testimonio, baptizat. Quasi dicerent: hanc tibi rependit gratiam pro testimonio tuo. Omnes aufert discipulos tuos, & omnes ad eū ueniunt. Hic stultus zelus, hæc inordinata affectio, & misera discipulorū Ioannis querela: quæ manifeste ostendit, quātū malū sit esse addictū alicui, siue Petro, siue Paulo, siue alij cuicunq; quantumuis sancto, cū deo. Quod malū in sectis maxime grassari solet, quandocūq; sectæ fiūt: quod ostendit secta Ioannis. Verū id minime placuit Ioāni, neq; his pro gbus, aut erga quos stulta æmulatio suscipitur. Proinde respōdit eis Ioānes: quod subdit hic

29 „ Euangelista cognominis illi, dicens. ¶ Respondit Ioannes, & dixit: Nō potest homo accipere quicq;, nisi fuerit ei datum de cœlo. Ipsi uos mihi testimoniū perhibetis quod dixerim, nō sum ego CHRISTVS: sed quia missus sum ante illū. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus aūt spōsi, qui stat & audit eū: gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc ergo gaudium meū impletū est. Illū oportet crescere, me aūt minui. ¶ Ioannes eorū zelū damnat: quia in ipsum, eū zelum habebant, quem CHRISTO debebant: quandoquidem non debet homo sibi uendicare quicquàm honoris aut gloriæ, nisi sit ipsi datū desuper. Quomō ergo hanc sibi gloriā, quæ erat CHRISTI, & quæ ipsi data erat desuper, arrogaret Ioannes? quod nihilominus eius uolebant discipuli. Et id nulla eius culpa, neq; eo id requirente: imo' oppositū deprecante, à discipulis ipsius fiebat: quia & nūc aperte testatur, & prius aperte testatus erat corā ipsis & Iudæis qui missi fuerant, quod nō esset CHRISTVS, ut capite primo huius, numero decimo uisum est, & apud Matthæū cap. 3, numero 22. quod ipse baptizabat in aqua: ille uero qui post ipsum uēturus erat, baptizaturus esset in spū sancto & igni: & hic quod missus esset ante illū: & ne putarent longo post tēpore expectandū, dixerat: Medius aūt uestrū stetit, quē uos nescitis: ipse est qui post me uenturus est: & ipsi erant horū uerborū testes ut uel sic intelligere possent eū qui baptizabat, & quē cū querela, sed male apud ipsum detulerant, esse CHRISTVM. Quomō ergo nō intelligebant ex Ioanne ipsum esse Mesiā ac CHRISTVM, nō Ioannē? & se studij sui zelum in eū conuertere debere, nō in Ioannem? & existimare purificationē eius, id est baptismū potiorē esse cū Ioannis, cū Ioannis purificatio in aqua esset solū, & frigido elemento: illius aūt in spū sancto, & charitatis igne feruētissimo, quæ est charitas dei immensa & incōprehensibilis? Quare gaudere debebāt, si oēs ad ipsum cōfluebant: sed & ipsi quoq; si sapuissent ad ipsum properassent festinantissimi: ut ipsi qui erant aqua solū purificati & præparati, spū sancto purificarentur & perficerentur: imo' & ipse Ioannes properare debuit, nisi fuisset figura legis, & uetustatis conclusio: quanq; & ipse, sed occulte, secreto cū sacramento etiā ex utero matris, erat spū sancto purificatus. Non debuit ergo querela ulla suboriri, quod plures ad purificationem IESV pperarent, qui erat CHRISTVS, cū ad Ioannis, qui erat solū præcursor eius, & sponsi amicus. Et ut ipsi magis intelligerēt quis ipse esset, & quis ille, ait eis, quod ille erat spōsus de quo

Psalm. 18. in Psalmo duodeuigesimo. Et ipse tanq; sponsus procedens de thalamo suo. Exultauit ut gigas ad currendā uiā, à summo cœlo egressio eius. Cuius & erat spōsa, de

Cant. 4 qua in Cantico canticorū: Fauus distillans labia tua spōsa, mel & lac sub lingua tua & odor uestimentorū tuorū, sicut odor thuris. Ipse uero Ioannes erat amicus sponsi, nō qui sedet cū spōso: sed qui assurgit loquēte spōso, ut audiat eū, & gaudio gaudet ppter uocē sponsi. Et quid loquitur sponsus? Euangeliū dei, nouum cum deo

pactum

pactum, ueritatē, iustitiam, gratiā. Hæc est uox sponsi, propter quam amicus sponsi gaudet. Debet ergo uetus lex audire nouam, & gaudere propter nouā, ut Ioannes propter uocem CHRISTI. Hoc ergo, inquit, gaudiū meū impletū est. Gaudebat Ioannes, quia deus ipsum elegerat præcursorem sui Mesiæ, qui idē deus & dei filius erat. Gaudebat, quia quod de ipso prædixerat, quod baptizaturus esset in spiritu sancto & igni, implebatur. Gaudebat, quia multi ad baptisma CHRISTI accederēt, pauci ad suū. Quia, inquit, illū oportet crescere, multitudine scilicet euntiū ad ipsum, purificandorū ab ipso, & credentiū in ipsum: me aūt minui, numero & multitudine taliū, imo' deficere: sicuti & legem ueterē, quæ solum figura & umbra erat præsente ueritate atq; luce. Nequaq; ergo discipuli Ioannis queri debebant, quod IESVS baptizabat: quia baptisma ipsius erat uerū, & illud Ioannis solum figura: sed gaudere cū Ioannne, quod omnes confugerent ad IESVM, & nō ob id æmulari illi: nam oportet omnibus qui uere sapiunt, omnia IESVM esse: Ioannem aūt eius comparatione nihil, ut uetus lex nihil est respectu gratiæ, quæ est domini nostri IESV CHRISTI. Nec immerito, ut per Euāgelistā Ioānem, subdit fidelis CHRISTI præcursor Ioannes, dicēs. ¶ Qui desursum uenit, super omnes est: qui de terra est, de terra est, & de terra loquitur: qui de cœlo uenit, super omnes est. Et qd' uidit, audiuit, hoc testatur: & testimoniū eius nemo accipit. Qui aūt acceperit eius testimoniū signauit, quia deus uerax est. Quē em̄ misit deus, uerba dei loquitur: non enim ad mensuram dat deus spiritum. Pater diligit filiū, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui autem incredulus est filio, nō uidebit uitam, sed ira dei manet super eum. ¶ Qui de cœlo uenit, filius dei est, CHRISTVS IESVS, sponsus æternus: & est nō solum supra homines, sed supra oīa qd' etiam ἐπάνω πάντων ἐστίν significare potest: qui autem supra omnia est, deus est: At qui de terra est, terrenus est. Ille qui de terra est & terrenus, quia patre & matre terrenis genitus, Ioannes est. Qui si loquitur, terrena humanaq; loquitur. Quod si quid aliud, ut diuinū & cœleste, ut hic loquitur: non ipse est qui loquitur, sed spiritus dei qui loquitur in eo. Qui autem de cœlo uenit, supra omnes & omnia est. Qui cū loquitur, cœlestia diuinaq; loquitur: & ipse est, & spiritus eius, qui loquitur. Et quod uidit apud patrem, & audiuit à patre, quod uidit & audiuit in æternitate, cui omnia semper præsentia, nota & perspecta sunt, testatur: & testimoniū eius nemo accipit quia tantū est, tam altū, tam sublime ut nemo sufficiat accipere. Verum qui accepit testimoniū illud, hoc sigillo sigillauit, DEVS VERAX EST: hoc est sigillū Euangelij, quod est testimoniū IESV CHRISTI, DEVS VERAX. Sed quis accepit & quis sigillauit? Deus pater.. Non em̄ sigillatū est ab homine, sed à deo: nā quē misit deus, uerba dei loquitur, non hominū. At quis deus, qui misit? Pater æternus. Quis missus uerba dei loquitur? Filius dei æternus. Quo spiritu loquitur? Suo spiritu æterno & immmenso: nam pater qui supra omnia deus est, non dat filio, qui supra omnia deus est, spiritum ad mensuram, sed spiritum immensum & æternum: q item supra omnia deus est: quid enim immensum esse potest, & ἄμετρον, quod deus non sit? Et si aliqui homines capere uideantur testimonium CHRISTI, nō ipsi capiunt, sed spiritus CHRISTI, qui in ipsis est. Pater diligit filiū: & immēse quidem diligit, quia infinitæ dilectionis capax est, quam & infinite patri rependit: qui cum sit infinitus, infinite est diligibilis: & is infinitus amor patri & filio mutuus, spūs ille sanctus est, qui filio non datur ad mensuram. Hi ergo tres, immense diligens, immense dilectus, & immensus amor, à diligente principiū motionis in dilectum, fluens sine fine in amore (amor si quidē finis infinibilis) unū sunt immensum. Et nō solum pater filio quam sic diligit, dedit spiritum illum immensum, qui est sine mēsura; sed omnia quæcunq; cōdita sunt in cœlo & in terra, dedit in potestate eius. Et

ad quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad quid dedit? Vt ipse qui est uita, & uita quidem æterna, det ijs quæ condita sunt uitam æternam, & creaturis cõmunicet suæ infinitæ bonitatis donũ, & eas ad consortiũ suæ diuinitatis, quæ est felicitatis abyssus, euehat: nam qui credit in filiũ dei, qui est IESVS CHRISTVS super oĩa benedictus, habet uitam æternam: quia habet filiũ dei: nõ quod adhuc habeat manifestã, sed occultã. Qui aũt incredulus est filio dei, uita illa priuatus, nõ uidebit uitam illam æternã: quia nõ uidebit in gloria filium dei, sed ira, indignatio & ultio dei manet: siue ut Græce habetur μενεῖ ἐπ' αὐτόν, id est manebit super eum: sic em̃ uetusti codices Græci manu scripti habent, non μένει, id est, manet. Et per futurũ enũciandũ indicat etiam uerbũ quod præcedit, uidebit: ut sic dicamus, non uidebit uitam, sed ira dei manebit super eum: quod etiã sermonis proprietas exigit. Sed & ira dei, id est ultio & uindicta, non cũ primum manet super incredulum: sed reuera nisi resipiscat, manebit super eum: quia ut scriptũ est,
Psalm. 36. Dominus irridebit eum, qm̃ prospicit quod ueniet dies eius. Non quàm primũ manet, inquã, ira dei super incredulũ, nisi forte dicas, quod manet super eum etiam in hoc mundo: & si nondũ manifesta, occulta tamen: nam ut fides facit occulte uiuere in hoc mũdo uita æterna: ita infidelitas facit occulte morte æterna mori in hoc mundo: & ut in fideli occulta est tota gloria dei, quã aliquando habiturus est (nam in eo
Io. xiv. 14. cœlestis pater & filius inhabitant: & mansionem, inquit, apud eum faciemus) sic in incredulo, & infideli occulta est diuina ultio, quam tandem passurus est: uas est em̃ inferni, & mortis, qui diabolus est. Ergo qui fidei, gloriæ, & pacis est largitor, sic nobis fidem filij dei donare dignetur, ut ipsum inhabitantem habeamus, & uita iam in hoc mundo uiuamus æterna, eam quæ mortalis est, fluxa, & momentanea, quã solam homines uident; ne pili quidem facientes præ maiestate gloriæ illius uitæ, quã sola mẽs bona fide, quæ est credere in filiũ dei, percipit: rapta in diligentẽ illũ summum, summũ dilectũ, & infinitum amorem; quem non sua, sed diuina uita uiuens cognoscit suũ esse unũ & trinum deum, patrem, filium, & spiritũ sanctum. Cui honor, potestas, & gloria per immensa seculorum secula, Amen.

CAPVT QVARTVM.

31 T ergo cognouit IESVS, quia audierũt pharisæi quod IESVS plures discipulos facit & baptizat, quã Ioannes: quanquam IESVS non baptizaret, sed discipuli eius: reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam, Oportebat autẽ eum
32 transire per mediam Samariam. ¶ Venit ergo in ciuita- 5
tẽ Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta prædiũ quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. IESVS aũt fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontẽ. Hora autẽ erat quasi sexta. Venit aũt mulier de Samaria haurire aquã. Dicit ei IESVS: Da mihi bibere. Discipuli em̃ eius abierant in ciuitatẽ ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo 10 Iudæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non em̃ coutũtur Iudæi Samaritanis. Respõdit IESVS, & dixit ei: Si scires donũ dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuã. Dicit ei mulier: Domine, neq; in quo haurias habes, & puteus altus est. Vnde ergo habes aquã uiuam? Nũquid tu ma- 15
ior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteũ: & ipse ex eo bibit, & filij eius, &

eius, & pecora eius? Respõdit IESVS, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterũ. Qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei, nõ sitiet inæternum: sed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ saliẽtis in uitã æternã
20 Dicit ad eum mulier: Domine da mihi hanc aquã, ut non sitiã, neq; ueniam huc haurire. Dicit ei IESVS. Vade uoca uirũ tuũ, & ueni huc. Respondit ei mulier, & dixit: Non habeo uirũ. Dicit ei IESVS: Bene dixisti, quia non habeo uirum. Quinq; enim uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir. Hoc uere dixisti. Dicit ei mulier: Dñe uideo quia propheta
25 es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerũt, & uos dicitis, qa Hierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei IESVS: Mulier crede mihi quia ueniet hora quãdo neq; in mõte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrẽ. Vos adoratis qd̃ nescitis, nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est. Sed uenit hora & nũc est, quãdo ueri adoratores adorabũt pa-
30 trẽ in spũ & ueritate. Nã & pater tales quærit, qui adorent eũ. Spiritus est deus: & eos q adorãt eũ, in spiritu & ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quia Mesias uenit, qui dicitur CHRISTVS. Cum ergo uenerit, ille annunciabit nobis oĩa. Dicit ei IESVS: Ego sum qui loquor tecũ. Et continuo uenerũt discipuli eius, & mirabant̃ quia cum muliere loquebat̃: Ne-
35 mo tñ dixit, quid quæris, aut quid loqueris cũ ea? Reliquit ergo hydriã suã mulier, & abijt in ciuitatẽ, & dicit illis hominibus: Venite & uidete hominem qui dixit mihi omnia quæcũq; feci: nunquid ipse est CHRISTVS? Exierunt ergo de ciuitate, & ueniebãt ad eũ. Interea rogabant eũ discipuli dicẽtes: Rabbi manduca. Ille aũt dixit eis: Ego cibũ habeo mãducare, quẽ
40 uos nescitis. ¶ Dicebãt ergo discipuli ad inuicẽ: Nũquid aliquis attulit ei 33
manducare? Dicit eis IESVS. Meus cibus est, ut faciam uoluntatẽ eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Nonne uos dicitis, quod adhuc quatuor mẽses sunt, & messis uenit? Ecce dico uobis, leuate oculos uestros & uidete regiones, quæ albæ iã sunt ad messẽ. Et qui metit, mercedẽ accipit, & con-
45 gregat fructũ in uitã æternã: ut & qui seminat simul gaudeat & q metit: in hoc em̃ est uerbũ uerũ, quia alius est qui semĩat, & alius est qui metit. Ego misi uos metere quod uos nõ laborastis. Alij laborauerũt, & uos in labores eorũ introistis. ¶ Ex ciuitate aũt illa multi crediderũt in eũ Samarita- 34
norũ, ꝓpter uerbũ mulieris testimoniũ ꝓhibẽtis, quia dixit mihi oĩa quæ
50 cũq; feci. Cũ uenissent ergo ad illũ Samaritani, rogauerũt eũ ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt propter sermonẽ eius. Et mulieri dicebãt, quia iã nõ propter tuã loquelã credimus: ipsi em̃ audiuimus & scimus quia hic est uere saluator mundi. ¶ Post duos autem 35
dies exijt inde, & abijt in Galilæã. Ipse enim IESVS testimoniũ perhibuit,
55 quia ꝓpheta in sua patria honorẽ nõ habet. Cũ ergo uenisset in Galilæã, exceperunt eum Galilæi, cũ oĩa uidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo. Et ipsi em̃ uenerãt ad diẽ festũ. Venit ergo iterũ in Chana Galilææ

ubi fecit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ubi fecit aquam uinũ. Et erat quidã regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Hic cũ audiſſet quia IESVS aduenirẽt a Iudæa in Galilæã, abijt ad eũ, & rogabat eũ ut deſcẽderet et ſanaret filiũ eius: incipiebat enim mori. 60
Dixit ergo IESVS ad eum: Niſi ſigna & prodigia uideritis, non creditis.
Dicit ad eum regulus: Domine, Deſcende priuſquã moriatur filius meus.
Dicit ei IESVS: Vade filius tuus uiuit. Credidit homo ſermoni, quẽ dixit ei IESVS & ibat. Iam autem eo deſcendente, ſerui occurerunt ei, & nũciauerũt dicentes: quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horã ab eis, in qua 65
melius habuerit. Et dixerũt ei, quia heri hora ſeptima reliqt eũ febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei IESVS: Filius tuus uiuit, & credidit ipſe, & domus eius tota. Hoc iterum ſecundũ ſignũ fecit IESVS, cum ueniſſet a Iudæa in Galilæam.

ANNOTAT. BREVES XL. CIRCA LITERAM CAP. IIII.

1 IESVS
ὁ κύριος
dominus
3 IESVS* αὐτὸς ipſe
5 per – mediam
8 autem
αὖρ
ergo
8 ſupra
ἐπὶ
ſuper
ad
8 haurire
ut hauriret
12 couturtur
συγχρῶνται
cõmertiũ habent
13 forſitan
ἂν
utiq;
14 in quo haurias
ἄντλημα
hauſtrum
15 altus
βαθύ
profundus
18 Qui autem
ὃς δ' ἂν
Quicunq; autem
18 in æternum
εἰς τὸν αἰῶνα
in æuum
21 Reſpondit – ei
21 dixit* αὐτῷ ei.
24 uere
ἀληθὲς
uerum
29 uenit
uentura eſt
& infra.
30 adorent eum.
adorent ipſum
33 tecum.
σοὶ
tibi
33 continuo
ἐπὶ τούτῳ
in hoc.
interim
36 Venite. – &
37 nunquid
nõne
38 Exierunt – ergo
40 Nunquid aliquis
μήτις
Nunquis
42 ut perficiam
καὶ τελειώσω
& perficiam
42 quatuor menſes
τετράμηνος
quadrimeſtre
47 labores
τὸν κόπον
ſingulare.
50 ibi
παρ' αὐτοῖς
apud ipſos
52 eius.
αὐτοῦ
ipſius
maſculinum
53 mundi
* ὁ χρεισός
CHRISTVS.
57 iterum
* ὁ ἰησοῦς
IESVS
58 regulus
βασιλικὸς
regius
& infra.
58 infirmabatur * ἦν in
60 filium
τὸν υἱόν
60 incipiebat enim mori.
ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν
erat enim moriturus.
futurum enim erat ut
moreretur
62 filius
τὸ παιδίον
puerulus
63 filius tuus
ὁ υἱός σου
64 ſerui* αὐτοῦ eius
65 filius eius uiueret.
ὁ παῖς σου ζῇ
puer tuus uiuit
65 meli

65 melius
κομψότερον
commodius
67 illa hora erat
ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ
in illa hora

COMMENTARIVS IN CAPVT QVARTVM.

MAgnificũ teſtimoniũ Ioannis præcurſoris de CHRISTO, qui filius dei eſt, nõ ipſo quidem, ſed ſpiritu dei per eum loquente: quia qui de terra eſt, de terra loquit̃, audiuimus: nunc ſubdit Ioannes, nõ ille, ſed euãgeliſta, quid poſtea factũ ſit, dicens. ◤ Vt ergo cognouit IESVS 31 Ioan.3.
quia audierunt phariſæi q̃ IESVS plures diſcipulos facit & baptizat q̃ Ioannes, quanq̃ IESVS non baptizaret, ſed diſcipuli eius: reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam. Oportebat autem eum tranſire per mediam Samariam. ◤ Cognouit IESVS ſuo ſpiritu: non enim erat ei opus, ut ipſe quicquàm alio narrante diſceret. Et phariſæi illi qui audierant q̃ IESVS plures diſcipulos faceret & baptizaret q̃ Ioannes, diſcipuli erant Ioannis, qui de hac re conqueſti fuerant apud Ioannẽ, cum ijs qui ſuæ erant factionis ſectam molientes. Quo facto, protinus dominus ꝑcul ab eis abſceſſit: oſtendẽs ſe cõtinuo ab ijs diſcedere, q ſectæ ſunt amatores, quic̃q ſuæ ſectæ zelo ducunt̃: quia in CHRISTO nulla debet eſſe ſecta, nulla ſectio, ſed uniuerſalis & undiq̃ conſpirans una religio, ad quam (ut inquit Paulus) Philip.3.
peruenimus ut idem ſapiamus, & in eadẽ permaneamus regula: In qua una charitate omnes in deum feramur, & omnes inuicem ad unũ, & in uno conglutinemur. Lumen, omniũ una fides, quã filius dei dedit. Ignis, charitas quæ omnes accendit, qua haud ſecus omnes ſunt unũ, ac multa flammantia ligna una flamma, tendentes in altum, in filium dei. Sed & Ioannes q̃ primum uidit in nomine ſuo ſectam fieri, dixit, ut uiſum eſt: oportet illum creſcere, me autem minui. Et illud minui erat deficere atq̃ ſectam tolli, religionem autẽ CHRISTI magnificatũ iri, ſempiternamq̃ fore: nã luce ueniente euaneſcũt tenebræ, & obtinente uniuerſali, ceſſat particulare. Et proinde in lege Moſi, cum uiderẽt aliquos particulari aliquo zelo tandẽ eo deueniſſe, ut ſectã molirent̃, debuiſſent legis principes conari, ne res ipſa ad ſectã uſq̃ prorepſiſſet: quia omnis ſecta ut ſecta nõ bona. Sic non fuiſſent phariſæi, non fuiſſent Sadducæi, nec audiuiſſent à domino id: Irritũ feciſtis mandatũ dei propter Matth.15.
traditionẽ ueſtram. Et nunquid ad legem dei aliquid perfectionis homines nouis traditiõibus addere poſſunt? Non profecto, & qui huic ueritati aduerſant̃, CHRISTO & ſpiritui eius aduerſant̃, qui miniſtrat quæ in hac re ſunt dicẽda. Sed etſi ad legem ueterem aliquid perfectionis adiectũ eſt: id tamen nõ fecit homo, ſed deus. At nouæ legi quid perfectionis addi poſſet? Nihil ſane imo id cogitare impiũ eſſet, & dicere blaſphemũ. Nulla ergo in ijs quæ ad deũ pertinent ſit traditio humana, ſed ſola diuina, & ea pura ſyncera q̃ ꝓmaneat. Qd' ſicubi illa obrepere incipiat, cum primũ apparuerit eliminet̃. Et dicamus (quod Ioãnes dicebat) de lege CHRISTI, quæ eſt uniuerſalis traditio, illam creſcere oportet: & de particulari, hanc aũt diminui atq̃ tolli. Sic trãſibimus cũ Petro, Iacobo, & Ioãne, & cæteris apoſtolis cũ IESV in Galilæãm, quæ locũ tranſmigrationis noſtræ ex hoc mundo ad deum nobis figurat. Quod aũt phariſæi illi, ſectionis amatores, & ſectores unionis audiuerant, quod IESVS plures diſcipulos faceret & baptizaret q̃ Ioannes, id illis occaſionem inuidiæ & querelæ præſtiterat: quanq̃ & id falſum erat, iuxta id quod audiuerãt aut intellexerant, quia CHRISTVS nõ baptizabat ipſemet turbam uenientem ad ſe, ſed diſcipuli eius. Non baptizabat, inquã, ſenſibiliter & uiſibiliter, quanquàm ipſe (ut dictũ iam eſt) omnes baptizabat: & ſolus quidem ſpiritualiter & inuiſibiliter. Sed age diſcipuli q baptizabãt baptiſmo CHRISTI: nõne & ipſi eodẽ erãt baptizati? Quis dubitat, etſi litera nõ exprimit? Quis em̃ in controuerſiã uer-

Universidad de Deusto Biblioteca

tat, cũ ipsi scissent à Ioãne, quod ipse nõ baptizabat nisi in aqua: sed CHRISTVS, cuius erãt discipuli, baptizabat ĩ spũ sancto, eos uoluisse baptizari baptismo CHRISTI, qui est in spiritu sancto: quo pacto aut omnes, aut eorũ aliqui, quod etsi litera non exprimit, spiritus tamẽ suggerit, baptizati à CHRISTO, qui oẽs inuisibili uirtute ac sacramẽto baptizat & baptizauit, baptizauerũt reliquos. Reliquit ergo dominus, ob sectam surgentem, Iudæam, & abijt iterũ in Galilæam: nam ex Galilæa uenerat in Iudæam. Et redeundo trãsiuit per mediam Samariã. Oportebat autem (inquit) eum transire per mediam Samariã. Vnde cõstat Samariam inter Iudæam & Galilæam interiacere. Sed non solum ob id oportebat eum transire per mediam Samariam, sed etiã ut illic quoq; diuina uirtus eluceret. Quod ex ijs agnoscit quæ

32 „ subdit Ioannes, dicens. ¶ Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, iu-
„ xta prædiũ, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autẽ ibi fons Iacob. IESVS au-
„ tem fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem: hora autẽ erat quasi sexta. Venit
„ autem mulier de Samaria haurire aquã. Dicit ei IESVS: Da mihi bibere. Discipuli
„ enim eius abierant in ciuitatẽ, ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samarita-
„ na: Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana?
„ nõ enim cõtuntur Iudæi Samaritanis. Respõdit IESVS, & dixit ei: Si scires donũ
„ dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi
„ aquam uiuam. Dicit ei mulier: Domine, neq; in quo haurias habes, & puteus altus
„ est: unde ergo habes aquam uiuã? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui de-
„ dit nobis puteum: & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respõdit IESVS,
„ & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterũ: qui autẽ biberit ex aqua quam
„ ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ
„ salientis in uitam æternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hãc aquã, ut non
„ sitiam, neq; ueniam huc haurire. Dicit ei IESVS: Vade, uoca uirũ tuũ, & ueni huc.
„ Respondit ei mulier, & dixit: Nõ habeo uirũ. Dicit ei IESVS: Bene dixisti, qa non
„ habeo uirũ. Quinq; enim uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir. Hoc
„ uere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, uideo qa ppheta es tu. Patres nostri in mon
„ te hoc adorauerũt, & uos dicitis quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet.
„ Dicit ei IESVS: Mulier, crede mihi, quia ueniet hora quãdo neq; in mõte hoc, neq;
„ in Hierosolymis adorabitis patrẽ. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod
„ scimus: quia salus ex Iudæis est. Sed uenit hora, & nũc est, quando ueri adoratores
„ adorabũt patrem in spiritu, & ueritate. Nam & pater tales quærit, qui adorent eum.
„ Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Di-
„ cit ei mulier: Scio quia Mesias ueniet, qui dicit CHRISTVS. Cũ ergo uenerit ille,
„ nunciabit nobis omnia. Dicit ei IESVS: Ego sum, qui loquor tecũ. Et cõtinuo ue-
„ nerunt discipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen di-
„ xit, quid quæris, aut quid loqueris cũ ea? Reliquit ergo hydriam suã mulier, & abijt
„ in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite, & uidete hominẽ qui dixit mihi omnia
„ quæcũq; feci, non ne ipse est CHRISTVS? Exierunt ergo de ciuitate, & uenieb̃ãt
„ ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autẽ dixit
„ eis: Ego cibũ habeo manducare quem uos nescitis. ¶ Hæc pars Samariæ erat in fi-
nibus tribus Neptalim, & ciuitas Sychar, ut habet ĩ libello de locis Hebraicis, ante Neapolin, iuxta agrũ quem dedit Iacob filio suo Ioseph. Prædium ergo Iacob, de quo hic fit sermo, illud est de quo Geneseos capite trigesimotertio scribit: Emitq; partem agri in qua fixerat tabernacula, à filijs Emor patris Sychem, centũ agnis. Et à prædio illo haud multũ distabat ciuitas Sychar: quia in prædio illo foderat Iacob puteum, qui adhuc illa tẽpestate fons Iacob appellabatur, ad quem ueniebãt ex Sychar mulieres, inde hausturæ aquã. Ad quem cũ uenisset dominus fatigatus ex uia,

qui

qui infatigabilis est: etsi ĩ uia & itinere illo à Hierosolymitis, & factiõe discipulorũ Ioannis fatigatus fuerat, ut scribit Hieremias. Erudire Hierusalẽ, ne forte recedat anima mea à te, ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem. & subdit: Ecce uerbum domini factũ est eis in opprobrium, & non suscipient illud. Idcirco furore domini plenus sum, & laboraui sustinẽs. Quid enim est, laboraui sustinẽs: nisi defatigatus sum sustinẽdo? Ad quem inquam cũ uenisset, sedit super eum: & hora erat quasi sexta, id est meridiana. Venit autem e Sychar mulier Samaritana, ut hauriret aquã. IESVS cũ ea uitæ miscet sermonem. Adorãdi modum indicat. Se manifestat CHRISTVM. Reliquit mulier hydriã ad puteũ. Redit in ciuitatẽ, ut nũciet se inuenisse omnia scientem Mesiam. Hoc ex re factum uidetur: quia reliquit Iudæam, cũ secta discipulorũ Ioannis incipiebat, & trãsijt per Samariam, qui secti & schismatici erant: ex sectis enim ad schisma peruenitur. Ergo Sychar schismaticorũ ciuitas: mulier Samaritana inde egressa, schismaticorũ secta. Fõs Iacob, & aqua illa, illorũ doctrina. Iter ex quo dominus fatigatus est, id est quo itur ex ĩcredulis & sectis ad schismata: id enim CHRISTO odiosum est & laboriosum. Quod IESVS sedebat super labrũ fontis: uisitationẽ benignitatis IESV designat, uolẽtis ex mortifera doctrina ad uitalem reuocare. Quod fermè hora sexta erat, quæ est mediæ diei tẽpus: subindicat quod circa mediũ tempus diei, id est tẽporis gratiæ, dominus fatigatus, non ultra tolerabit illas, sed uisitabit & tollet eas, uero restituto dei cultu, ueraq; doctrina fidei. Venit mulier samaritana ut hauriret aquã: qa soli illi, q̃ sunt illius alienæ à deo factionis, illam ebibũt doctrinam. Cui dominus dicit: Mulier, da mihi bibere: non illam quidem aquam, sed ueram doctrinam petens. Quod respõdet mulier: Quomodo Iudæus cũ sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? miratur quod Iudæus, id est non sectus, non diuisus, nõ schismaticus ab ipsa petat aquam illam: quam reuera non petebat. Quod autem adijcit: Nõ enim cõtuntur Iudæi Samaritanis: se declarat schismaticã. Et hic quodam modo mysteriũ aperitur. Quod subdit dominus: Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsitan, siue (ut Græce habetur) σὺ ἂν, tu utiq; petisses ab eo, & dedisset tibi aquã uiuam: ostendit illi se nõ petere ab ipsa aquam putei: sed aquam uiuam, doctrinam uiuam, quam ipse poterat dare, nõ illa. Et petierat ab ea aquam hanc, nõ ut ipsi daret (nam illa nõ habebat) sed ut cognosceret suam inopiam. & ab ipso peteret, tanquã ualde pauper ab eo, qui plusquã diues erat. Quæ si nouisset donum dei (magnum ne donum dei est, quod ipse qui ex seipso solus bonus est, dignat uenire ad nos, fatigat, quiescit & expectat, ut uenientes ad se ultro prouocet ad petendum, & se illis ultro pandat & donet?) & si nouisset quis dicebat ipsi, da mihi bibere, da mihi uerã doctrinam, ueramq; fidem: is enim erat filius dei, & æterna sapiẽtia: petijsset sane ab eo, & dedisset ei aquã uiuã, quæ est uiua fides, ueraq; (quæ sola saluat & satiat) doctrina. At mulier miratur quomodo posset ipsi dare aquam: id nimirũ carnaliter & passibiliter intelligẽs de aqua materiali: cũ de aqua spirituali, quæ à spiritu sancto est, intelligeret: præsertim cum puteus esset profundus, & ipse nullum habere uideretur hydrophorum quo illam hauriret: & cum etiam Iacob, qui pater eorum secundum carnem fuerat, & puteum ipsis dederat, aliam habere nõ potuerit, qua suam suorumq; sitim restingueret, licet tantus quo etiam ipsa non existimabat maiorẽ, fuisset. Respondet dominus: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterũ: per quod indicat hæreticorum & schismaticorum doctrinam satiare nõ posse: sed litim, perpetuumq; cruciatum relinquere. quid enim aliud sitis, quàm cruciatus? Et subdit: Qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo, quæ est uera doctrina, uera fides, uera dei cognitio, nulla errorum caligine obnubilata: non sitiet in æternũ, id est satiabitur, quiescet, ac nullã aliam de deo quæret doctrinam: non ab exteris mendicabit, sed aqua quã ego dabo

Hiere. 6.

 ei, fiet

ei,fiet in eo fons aquæ uiuæ ſaliẽtis in uitam æternam:quia hoc ſpiritus ſancti donũ, hæc abundãs bonitatis,lucisq; diuinæ infuſio,nunquam deficit, ſed perducit in uitã æternam,ſalitq; ex hoc mũdo in regionem ætheream: ubi mors nulla, ſed ſine fine uita regnat,quæ eſt uita æterna. Quod mulier hæc audiẽs,ait: Domine,da mihi hãc aquam,ut non ſitiam,nec ueniam huc haurire. indicat quod ubi uirtus ſatiandi & uiuificandi ueræ doctrinæ cognita eſt,deſideratur ac petitur, & ea quæ prius placebat multis inuoluta erroribus,deſeritur. Cum ſubdit dominus, Voca uirum tuum,& ueni huc: per uirum error ſectæ inſinuatur. Illa reſpondet ſe non habere uirũ,quod approbat dominus:quia proprius illi non erat,ſed erat alienus. At quinq; proprios habuerat,quibus ſextũ alienũ adiecerat:quod deſignat,ubi ſunt hæreſes,ubi ſchiſmata,ibi errores multos,tum peculiares,tũ aduentitios regnare. Manifeſtatio ergo uirorum,eſt in uera luce manifeſtatio errorũ, qui ſectis, & aquam earũ haurientibus dominantur. Mulier detectis ſecretis ſuis,fatetur eũ prophetam eſſe: quod manifeſtis & detectis ſeducentis doctrinæ erroribus, uerã doctrinam cognoſcimus à deo eſſe. Pergit de ueritate ad ſynceram dei honorificentiam,ſpectante quæ rectã concernit fidem,percontari,cũ ait:Patres noſtri in monte hoc adorauerunt,& uos dicitis,quia Hieroſolymis eſt locus,ubi adorare oportet: qa ubi peculiares errores & aduentitij,euangelica & prophetica luce ſunt detecti,ſyncerus dei cultus quæritur, & an qui à maioribus inductus eſt,ſit tenẽdus,aut ſi plures inducti ſunt, quis ſequẽdus. Quod dominus reſpõdet ei,Mulier crede mihi:oſtendit in ijs quæ pertinẽt ad deum,ſoli deo eſſe credendum. Quid eſt enim,crede mihi: niſi crede deo, & nõ ijs quæ patres aut fecerunt,aut induxerũt, quæ non ſunt dicta à deo,quod innuit cum ſubdit:Quia ueniet hora,& nũc eſt,quando neq; in monte hoc,neq; in Hieroſolymis adorabitis patrem. Et quando uenit tempus illud? Ab aduẽtu profecto CHRISTI,& maxime à diffuſiõe ſpiritus ſancti. Sed ſpiritu illo ſe minus manifeſtãte,poſteriores multa induxerunt, quæ primigenia ignorauit eccleſia: quæ neq; hic, neq; nunc,ſed ubiq; & ſemper patrẽ adorabat in ſpiritu & ueritate, & deũ in deo: quare ubiq; & nuſquam,& ſemper,& nunquã;& quamuis bene ubiq;,melius tamen nuſquam,nã in deo:& quamuis etiã bene ſemper,melius tamen unquam:nam in deo, imo ſupra ſemper,nã in æternitate. Porro hæc uerba domini, Vos adoratis quod neſcitis:ad ſchiſmaticos & hæreticos pertinẽt,qui male adorãt:nam non ubi oportet,nec qd oportet. Hæc uero,Nos adoramus quod ſcimus,qa ſalus ex Iudæis eſt: ad ueros Iudæos qui ſunt ſecũdum ſpiritũ Iudæi, iuxta nominis interpretationem, uere confitentes gloriam dei,uereq; deũ glorificantes. Et ſalus ideo ex Iudæis eſt: quia dominus noſter IESVS CHRISTVS ex Iudæis ſecundũ carnẽ deſcẽdit: qui nõ ſolum carne,ſed & ſpiritu Iudæi erãt,ex Dauid uidelicet,& ſemper intacta,ſemperq; benedicta uirgine:nã & peculiariter filius Dauid dicitur,& MARIA mater eius. Et ſe dominus Iudæis ueriſq; adoratoribus adnumerat:qa ipſe ẽ uerorũ adoratorum archetypũ exemplar,ipſaq; ueritas: neq; ullus unquã accedere potuit, aut poterit ad adorationis ipſius ueritatẽ, etiam ſecundum eã,quæ uere in ipſo eſt,hominis formam:nam ſecundum formam dei,una cũ patre adoratur in ſpiritu & ueritate:ĩ ſpiritu(dico)ſancto, & ueritate quæ ipſe eſt. Quia pater quærit tales adoratores. Quales? Qui ipſum adorent in ſpiritu & ueritate, qui adorẽt deum in ſe in deo & deo: nã in ſpiritu,qui ſpiritus ſanctus eſt & deus: & in ueritate, quæ filius dei eſt, atq; deus. Spiritus(inquit)eſt deus: & eos qui adorant eũ,in ſpiritu & ueritate oportet adorare. Et id libri Iob: Spiritus dei fecit me,& ſpiraculum omnipotẽtis uiuificauit me. teſtatur ſpiritum ſanctũ eſſe deũ. Tacuit,ueritas eſt deus: quia id erat de ſe, quod etiã ex hoc intelligi poterat:qa ſpiritus ille,ſpiritus ueritatis eſt: ergo ueritas deus,non enim deus,niſi dei,aut à deo eſſe poteſt. Non hic ergo, aut illic adorãdus deus:ſed

Iob. 37.

deus,ſed(ut dictum eſt)ubiq; & nuſquã. Neq; nunc aut tunc,ſed ſemper & nunq;. Et melius nunquam & extra, ac ſupra omne tempus:nam(ut dictum eſt) in æternitate. Mulier audiens hæc ſublimia de uera adoratione,tangit memoria Meſiæ,ſine quo non potuit uera cognoſci adoratio, & dicit: Scio q; Meſias ueniet,qui dicitur CHRISTVS. Cum ergo uenerit,ille nobis nunciabit omnia: & id,Scio q; Meſias ueniet:uerba ſunt mulieris:ubi illud,ſcio,fidẽ certã exactamq; deſignat: at id, Qui dicit CHRISTVS:euangeliſtæ uocabulũ Meſiam interpretantis uerba ſunt. Nam Hebraice Meſias, & Græce χριστὸς, CHRISTVS,idẽ ſunt. Et hæc rurſus,Cũ ergo uenerit, ille nobis nũciabit omnia, uerba ſunt mulieris, quæ perinde ualẽt,ac ſi diceret: Cum uenerit Meſias,aperiet nobis omnia quæcunq; ad uerũ dei cultũ, ueramq; adorationẽ pertinẽt. Et qui hanc fidem habent, dominus ſe protinus illis manifeſtat. Quod inſinuat id,quod dominus dixit ei: Ego ſum qui loquor tecũ. Et quid eſt quod mulier reliquit hydriam ſuam,niſi quod reliquit ſui ſchiſmatis,ſuæq; ſectæ doctrinam? Quid quod ingreſſa urbem ait, Venite & uidete hominẽ,qui dixit mihi omnia quæcũq; feci:nõne ipſe eſt CHRISTVS? niſi qd qui à ſectis reſipiſcunt, uerũ CHRISTI ſpiritũ habentes, annunciãt CHRISTVM, dei ſapientiam omnia ſcientẽ, etiam cordiũ abditiſſima, ad cuius uiſionẽ,id eſt fidem, alios accerſunt atq; uocant? Quid q; egrediuntur ciuitatem, & ueniunt ad eum:niſi quod relinquunt errorem,& ueniunt ad CHRISTVM? Præter eũ doctrinam CHRISTI cætera ſunt deuia,ſi de ſalute æterna quæſtio eſt. Et quid eſt,q; tunc diſcipuli in urbe quærebant panes,cum dominus alloqueretur mulierem,niſi quod qui in locum diſcipulorũ ſuccedent,cum iam dies CHRISTI in longum proceſſerit,doctrinam quærent nõ ſatis puram,aut corporeæ uitæ ſuſtentationi magis ſtudebunt q; æternæ? Quid eſt, mirabantur q; loquebatur dominus ad mulierem,niſi quod miraculo illis erit, q; deus eos qui perditiſſima fuerint doctrina, & à deo ſecti ſeparatiq;, ad ueram,ſyncerã,ac puram reparabit doctrinam? Quid inſuper,quod diſcipuli rogabant dominum,dicentes: Rabbi manduca,& noluit manducare:niſi quod dominus doctrinã diſcipulorũ illius temporis refutabit:quæ etſi illis bona uidebitur,alium tamen cibum,aliamq; doctrina dominus deſiderabit, nimirũ ut fiat ſola uoluntas patris,qui miſerit ipſum ad reuocandã ab errore ad ueritatis doctrinã,innouandamq; eccleſiã,quam ipſimet eccleſiæ duces,ſed tunc cæci & diſcipulorũ uice fungentes,ignorabunt? nam cibus eorum carnalis, quem autẽ requirit CHRISTVS, ſpiritualis eſt. Quod intelligere poſſumus ex ijs quæ ſubiungit Ioannes, dicens.

„ ¶ Dicebãt ergo diſcipuli ad inuicẽ:Nunquid aliquis attulit ei mãducare? Dicit eis 33
„ IESVS:Meus cibus eſt,ut faciã uoluntatẽ eius qui miſit me,ut perficiã opus eius.
„ Non ne uos dicitis, q; adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis uenit? Ecce dico uo-
„ bis,leuate oculos ueſtros,& uidete regiones,quia albæ ſunt iam ad meſſem. Et qui
„ metit mercedem accipit, & cõgregat fructum in uitam æternam:ut & qui ſeminat
„ ſimul gaudeat & qui metit. In hoc eſt uerbum uerũ, quia alius eſt qui ſeminat,
„ & alius qui metit. Ego miſi uos metere,quod uos non laboraſtis. Alij laborauerũt,
„ & uos in labores eorum introiſtis. ¶ Cum diſcipuli interrogabãt,Nunquid aliquis attulit ei manducare? hoc dicebant, quia dixerat eis: Ego cibũ habeo manducare, quẽ uos neſcitis,quod ipſi paſſibiliter intelligebant de cibo corporali. Quod iuxta præcedentia deſignat ſucceſſores,ad carnalẽ ſenſum carnalemq; doctrinã, præterquam nullum credẽt eſſe dei cultum, prolapſuros. Sed dominus longe aliter illud eis explicuit,cum ait:Meus cibus eſt,ut faciam uoluntatẽ eius qui miſit me,& perficiam opus eius. Cibus ipſius nõ carnalis,ſed ſpiritualis erat, quæ erat doctrina paternæ uoluntatis. Proinde nullus alius cibus ad uerũ dei cultum, q; dei uerbũ quod per filium à deo patre eſt mandatũ,eſt recipiendus. Quem ſi cupimus,ſolũ ſequamur euan-

Universidad de Deusto Biblioteca

mur euangelium, sanctasq; scripturas. Quod si qui alijs scripturis quibuscũq;, & à quibuscunq; scriptis authoribus per omnia æque, aut etiã magis quàm euãgelio, diuinitusq; inspiratis sanctis scripturis pertinaciter hærerent: similes nimirũ essent tũ pharisæis & discipulis Ioãnis, propter quos dominus à Hierosolymis & Iudæa recessit: tũ Samaritanis, de quorũ aqua dominus bibere noluit. Nec lõge` abessent ab errore neotericorum Iudæorũ, qui sic scripturis suorum magistrorum, & traditionibus eorum addicti sunt, ut dicant se eis credere debere, etiamsi dextram dixerint esse sinistrã. Et certe` dextram dicũt esse sinistrã, & contrà: quãdo legẽ CHRISTI dicunt esse malam, & suam legem, imo` traditionẽ esse tenendam. Vide ergo quàm periculosum sit, alij scripturæ quàm sacræ esse addictum: aut aliam, quàm quæ uerbum dei est, quàm continet utrunq; testamentum, dicere sacram, aut perinde uenerari ut sacram ipsam. O euangeliũ fons aquæ uiuæ saliẽtis in uitam æternam: quando regnum tuum pure adueniet? Quando solus omnia in omnibus erit CHRISTVS? Quod autem dicit, Non'ne uos dicitis, quod adhuc quatuor mẽses sunt, & messis ueniet: id de messe tẽporali in parabola capiendum est, & dicit, Adhuc quatuor menses sunt: quia post pascha, ut in Aprili hæc uerba dixerit. Quod autẽ subiungit, Ecce dico uobis, leuate oculos uestros, & uidete regiones, quia albæ sunt iã ad messem: hoc de messe spirituali est intelligendũ. Oculi, mẽtis perspicacitas. Regiones, nationes gentiũ. Leuat oculos & uidet, qui mẽtis acie in deum eleuata, ista prospicere potest. Albor, purificatio, amor iusticiæ, uericq; dei cultus agnoscẽdi sancta cupiditas, quã secreto in mentes hominũ inserit deus, qui sator est messis, & sol iusticiæ. Messis, adductiones ipsæ nationũ ad horreum domini, ad regnum filij dei. Qui metunt, sunt qui in ecclesiam, quæ est regnum dei, introducũt. Qui seminat, filius dei. Deinde prophetæ spiritu eius inspirati, apostolici uiri, & denique oẽs quicunq; uere annunciant uerbũ dei, cooperatores sunt seminãti. Et qui metit, mercedem accipit: mercedem inquam gratiæ, mercedem magnam nimis, quæ in infinitũ omne meritũ excedit & debitũ: si quid tamen ipsis præsertim à deo deberi posset. Vnde ut quoad ipsum, in nobis non potest esse meritum: ita neq; ipsa unquã potest esse debitum. Et qui metit, fructum messis quam metit, congregat in uitã æternam, quæ sunt animæ quorumcunq; e` nationibus collectorũ, qui numero saluandorum aggregantur: quod est gaudium & seminanti CHRISTO, & metenti, ac in horreũ domini congreganti. Et alium esse qui seminat, & aliũ qui metit, insinuat dominus cum ait: In hoc enim est uerbum uerũ: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit: nam qui seminat, filius dei est, ut dictũ est: quod etiã ex parabola seminãtis apud Matthæum capite tertiodecimo, & Lucã capite octauo, intelligi potest. Alij qui laborauerunt, sunt omnes qui seminãti cooperati sunt citra messem, collectionẽq; in horreum: ut priores prophetæ, sancti homines, & Ioannes in Iudæa, in quorũ labores introierunt apostoli ad colligendum, & congregandũ in regnũ CHRISTI. Sic quoq; facturi sunt, quando regnũ CHRISTI renouabitur, quod iam multũ ad sectas & schismata in Asia, Africa, & etiam Europa delapsum est. Quo tẽpore uenient discipuli Ioãnis, & etiã Samaritani, id est secti et diuisi, ad CHRISTVM. Quod
34 „ in typo & uestigio innuit Ioannes euãgelista, dicẽs. ¶ Ex ciuitate autem illa multi
„ crediderunt in eum Samaritanorũ, propter uerbum mulieris testimoniũ perhibentis: quia dixit mihi omnia quæcunq; feci. Cũ uenissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderũt
„ propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelã
„ credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est uere saluator mundi. ¶ Primo
crediderũt Samaritani propter uerbũ mulieris, CHRISTVM dei sapientiã omnia scientem, intimaq; cordium penetrantẽ annunciantis; & hæc credulitas quodãmodo fuit

do fuit infirma & humana. Secundo, secretiore & diuiniore illapsu iã IESV in cordibus eorũ uerbo suæ præsentiæ inhabitante, & cum eis manente; & hæc fides fuit alta, firma & diuina. Et tunc fuit magna copia credentium. Mulier postquã urnam & aquam ueteris cisternæ reliquit, gessit typum ecclesiæ & fidelium, qui nõ nisi ad credendũ præparant. Fides autẽ quæ perficit, desuper aduenit, sacro sancto IESV inhabitante & immanente spiritu. Quam qui habent, dicũt mulieri: Non amplius propter tuam loquelã credimus: ipsi em audiuimus, & scimus quia hic est uere saluator mundi. Ne ergo posthac dicamus, Euangelio nõ credere, nisi ecclesiæ credere, aut nisi approbasset ecclesia, aut similia, sed potius cũ Sycharitis iam uere fidelibus: Iam nõ propter loquelã tuam credimus: nam nullus euangeliũ nobis loquitur q̃ CHRISTVS IESVS super omnia benedictus. Ex ipso ergo & propter ipsum illud audiẽtes, dicamus: Audiuimus & scimus quia hic est uere saluator mũdi. Qui em illo modo credit, infirme & humane credit, & (ut aiunt dialectici) quod est: qui autem isto modo, ualide & diuiue, & (ut ijdem dicunt) propter quid est: non enim CHRISTVS propter Samaritanã, sed Samaritana propter CHRISTVM. Mox
„ subdit Ioannes dominũ transisse in Galilæã, dicens. ¶ Post duos autẽ dies exijt in- 35
„ de, & abijt in Galilæam. Ipse em IESVS testimonium perhibuit, quia propheta in
„ sua patria honorẽ non habet. Cum ego uenisset in Galilæam, exceperunt eum Ga
„ lilæi, cũ omnia uidissent quæ fecerat Hierosolymis in die festo. Et ipsi em uenerãt
„ ad diem festum. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam uinũ. Et erat
„ quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset quia IE
„ SVS aduenire à Iudæa in Galilæã, abijt ad eum, & rogabat eum ut descẽderet, &
„ sanaret filiũ eius, incipiebat em mori. Dixit ergo IESVS ad eũ: Nisi signa & prodi
„ gia uideritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine descende priusq; moriat
„ filius meus. Dicit ei IESVS: Vade, filius tuus uiuit. Credidit homo sermoni quẽ di
„ xit ei IESVS, & ibat. Iam aũt eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerũt
„ dicẽtes, quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horã ab eis, in qua melius habu
„ erit. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eũ febris. Cognouit ergo pater
„ quia illa hora erat, in q̃ dixit ei IESVS: Filius tuus uiuit. Et credidit ipse, & domus
„ eius tota. Hoc iterũ secundũ signum fecit IESVS, cum uenisset à Iudæa in Galilæam. ¶ Dominus testimonium etiam perhibuit, q̃ propheta in sua patria honorem non habet, quando in synagoga Nazarenorũ cœpit legere librũ Esaiæ prophetæ, & dixit prophetiã illam: Spiritus domini super me, propter qd unxit me, euangelizare pauperibus misit me, & reliqua, tunc in oculis eorum fuisse impletam, ut aperit Lucas cap. quarto, numero. 48. Cui astipulatur Marcus cap. sexto, numero. 28. Et nunc quoq; hic idem perhibet Ioannes. Susceptus est tamẽ à Galilæis in parte illa, quia uiderãt signa quæ ipse Hierosolymis fecerat in solenniibus paschalis celebritatis diebus: ubi & docuerat & sanauerat q̃ plurimos, & diuinitatis suæ certissima reliquerat argumẽta. Et dimissa ciuitate Nazareth, Canã petijt, ubi prius aquã cõuerterat in uinum, ut capite secundo huius, numero. 18. uisum est. Ad quem locũ ut audiuit quidam regulus, siue ut Græce habetur, βασιλικὸς, id est regius, e` Capharnaum ubi agebat, dominũ aduentare, ascendit ad eum, rogans ut descenderet Capharnaum, & sanaret filium suũ: quia alioqui desperata salute mori incipiebat. Cui & similibus per eum intellectis, respondit dominus, quod uerbis nõ crederẽt, nisi & signa & prodigia uiderent. Sed an nostri aulici, & qui domos regũ frequentant, eiusmodi nõ sunt, qui per aulicum illum figurabantur? Et quanuis esset exiguæ fidei, ut qui (nisi descẽdisset ad puerum præsentia corporali) dominum posse sanare puerum diffidebat: & multo magis posse mortuũ suscitare, cum dicebat: Domine, descende priusq; moriat filius meus; nihilominus tanta est dei bonitas, quod propter se

pter se, illum qui ne tantillũ quidem promeritus erat, aut dignus ũt exaudiretur, ex
audiuit: ut nemo in seipso, sed in sola dei bonitate fidat, tametsi faciat quicquid po-
test, erga deum qui promptior est ad exaudiendũ, cũ quisquã sit ad rogandũ. Et di-
xit regio illi uiro: Vade filius tuus uiuit. In quo ostendebat illi signũ & portentũ, q̃
insinuabat uerbum suum esse factum suum. Et adiuuit incredulitatem uiri, & credi
dit quod posteaq̃ dixerat dominus, uiueret filius suus. Cui descendenti famuli sui
puero à febre respirante, & insperato miraculo repente sanato, & perinde ac si la-
borasset nunq̃, prorsus incolumi facto, continuo processerunt obuiam, felix nunci
um & mirabile portentũ nunciaturi. Nam cum mors esset in foribus, & uita pene
explosa, repẽte uita restituta est (quid em̃ uoce repentinius?) & mors explosa. Oc
currerunt ergo ei in itinere, id nunciantes. Et ille uolens de miraculo certior fieri,
interrogauit horam qua melius, siue (ut ait Ioãnes) κομψότερον, id est commodius ha
buisset. Sed id rogare debuit, quando optime habuit: nunq̃ em̃ melius habuit, cũ
dominus potentisicũ uerbum protulit. Qui responderũt: Heri hora septima reliqt
eum febris. Vnde Cana Galilææ à Capharnaum satis longo distare uidetur inter-
uallo, cũ dixerint, heri. Quo audito, cognouit aulicus puerũ illa hora, fuisse sanatũ,
qua dominus dixerat uerbum, quod uice facti fuit. Ex quo signo, & mirifico facto,
credidit ipse, & domus eius tota, quæ ab eo didicit diuinæ potentiæ uirtutem, ac so
lius uerbi dei beneficium: effectum em̃ uiderant, sed uirtutis operatorem non no-
uerant. Sic deus omnem uitæ statum, aulicorum & priuatorum, nobilium, & igno-
bilium, uirorũ & mulierum, magnorum & paruulorum, sanorum & ægrorum sua
fide implet & perficit. Cæterũ hic regulus, statum hominis nobiliter, honorificeq̃
creati designare potest, interioremq̃ hominẽ. Filius eius, sensualitatẽ, hominemq̃
exteriorem, quem adueniente peccato genuit. Capharnaum, domũ dei. Febris, cõ
cupiscẽtiarum æstũ: ut auaritiæ, ambitionis, & cæterarũ id genus pestiũ. Quod ro-
gabat regulus, ut dominus descenderet, miserationis diuinæ inclinationem ad infi-
ma nostra poscebat. Sed id exigua fide: quia ubi cõcupiscentiarũ infirmitas est, ma
gna fides esse non potest. Dominus ut absens curauit: quia concupiscentia carnis,
dei præsentiam non sustinet: etsi homo interior ex creationis nobilitate id efflagi-
tet. Verbo dei febris sanatur: quia ad sanandam carnis concupiscentiam, æstumq̃
illum adurentẽ, maxime uerbũ dei possit atq̃ sit efficax. Hora septima sanatur, qui
mundanorũ supremus feruor incipit declinare. Descendenti regulo boni nũcij oc
currunt: quando interiori homini nobiliter creato se humilianti bonæ inspiratiões
ingeruntur, & plenæ in uerbo dei fiduciæ, & uerbũ dei plenissime intelligit uerũ es
se. Perfecte tunc credit, & eius domus tota: quando mortificata carne, concupiscẽ
tijsq̃ carnis potenti uerbo dei extinctis, omnes potẽtiæ & aiæ & corporis fidei ob
sequio perfecte mancipantur, & in domo dei perfecta sanitate resident. Hoc sit pa
rabolæ qualecunq̃ (indultore domino) mysterium. Hoc fuit secundũ signũ quod
fecit IESVS cũ ueniret à Iudæa ubi baptizabat in Iordane, in Galilæam: nã primũ
fuit quod fecit in Samaria de Samaritana. Sed an secundũ factũ id esse potuerit, qd
Matthæus narrat capite octauo, numero 13. de Centurione, qui hic diceretur regu
lus? Nequaq̃ uidetur. Nam dominus illic erat Capharnaũ. Cum aũt, inquit Mat-
thæus, intrasset Caphanaũ, accessit ad eum Centurio: hic autem nõ, sed procul in
Cana Galilææ: illic, seruus ægrotabat: hic, filius. Cognouit, inquit, pater, quod illa
hora erat. Illic erat paralysis: hic, febris. Illic, Centurio nõ accessit in persona: hic, re
gulus accessit in persona. Illius, magna fuit fides: istius, exigua. Quare quod nar-
rat hic Ioãnes, omnino nouũ factũ est: quod ideo narrat, quia fuerat ab alijs præter-
missum. Det igitur omnibus dñs IESVS, ut intelligant uerbũ ipsius esse factũ ip-
sum, ut tam uiua fide in eũ credant oẽs, ut repẽte animæ, & si uicinæ faucibus mor-
tis rapian

tis rapiantur ad uitam: & uitam quidem quæ ab altero rapi non potest: quandoqui
dem uerbo dei potentius nihil est. Propter quod patri æterno, & filio eius superbe
nedicto, & spiritui sancto, uni simplicique deo pariterq̃ trino, in se & propter se sit
omnis honor, potestas, & gloria in omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT QVINTVM.

POst hæc erat dies festus Iudæorũ, & ascendit IESVS Hie- 36
rosolymam. Est autẽ Hierosolymis Probatica piscina,
quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porti-
cus habens. In his iacebat multitudo magna languentiũ,
cæcorũ, claudorũ, aridorum, expectantium aquæ motũ.
Angelus autem domini descẽdebat secundum tempus in piscinam, & mo
uebatur aqua. Et qui prior descẽdisset in piscinam post motionem aquæ,
sanus fiebat a quacunq̃ detinebatur infirmitate. Erat autẽ quidam homo
ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cũ uidisset IE-
SVS iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei:
Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo,
ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dũ uenio em̃ ego, alius
ante me descendit. Dicit ei IESVS: Surge, tolle grabatũ tuũ, & ambula. Et
statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatũ suum, & ambulabat.
Erat autem sabbatũ in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi, qui sanatus fue 37
rat. Sabbatũ est, nõ licet tibi tollere grabatũ tuũ. Respondit eis: Qui me
sanũ fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatũ tuũ, & ambula. Interrogauerũt er
go eũ: Quis est ille homo, q̃ dixit tibi: Tolle grabatũ tuũ, & ambula? Is au
tẽ qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. IESVS em̃ declinauit a tur-
ba cõstituta in loco. Postea inuenit eũ IESVS in tẽplo, & dixit illi: Ecce sa-
nus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Abijt il-
le hõ, & nũciauit Iudæis quia IESVS esset, qui fecit eũ sanũ. Propterea per-
sequebantur Iudæi IESVM, quia hæc faciebat in sabbato. IESVS autẽ re- 38
spondit eis: Pater meus usq̃ modo operatur, & ego operor. Propterea er
go magis quærebant eũ Iudæi interficere: quia nõ solũ soluebat sabbatũ,
sed & patrem suum dicebat deũ, æqualẽ se faciens deo. Respondit itaq̃ 39
IESVS, & dixit eis: Amen amen dico uobis, nõ potest filius a se facere quic
quã, nisi quod uiderit patrẽ facientem: quæcunq̃ em̃ ille fecerit, hæc & fi-
lius similiter facit. Pater em̃ diligit filiũ, & omnia demonstrat ei quæ ip 40
se facit: & maiora his demonstrabit ei opera, ut uos miremini. Sicut enim
pater suscitat mortuos, & uiuificat: sic & filius quos uult uiuificat. Neq̃ e-
nim pater iudicat quenq̃: sed omne iudiciũ dedit filio, ut oẽs honorificẽt
filiũ, sicut honorificant patrẽ. Qui nõ honorificat filiũ, nõ honorificat pa
trem qui misit illum. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meũ au- 41
dit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam. Et in iudicium non ue-
nit, sed transiet a morte in uitam. Amen amen dico uobis, quia uenit hora
& nunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

& nunc eſt, quando mortui audient uocẽ filij dei: & qui audierint, uiuent.
Sicut enim pater habet uitam in ſemetipſo: ſic dedit & filio habere uitã in
42 ſemetipſo. Et poteſtatem dedit ei iudiciũ facere. ¶ Quia filius hominis eſt
nolite mirari hoc: quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt, 40
audient uocem filij dei: & procedent qui bona fecerũt, in reſurrectionẽ ui
43 tæ, qui uero mala egerunt, in reſurrectionẽ iudicij. ¶ Non poſſum ego a
meipſo facere quicq̃. Sicut audio iudico: & iudiciũ meũ iuſtũ eſt: quia nõ
44 quæro uoluntatem meã, ſed uoluntatem eius qui miſit me. ¶ Si ego teſti-
monium perhibeo de meipſo, teſtimoniũ meum non eſt uerum. Alius eſt 45
qui teſtimoniũ perhibet de me. & ſcio quia uerũ eſt teſtimoniũ eius quod
perhibet de me. Vos miſiſtis ad Ioannẽ, & teſtimoniũ perhibuit ueritati.
Ego autem non ab homine teſtimonium accipio: ſed hæc dico, ut uos ſal-
ui ſitis. Ille erat lucerna ardens & lucens: uos autem uoluiſtis ad horã ex-
ultare in luce eius. Ego autem habeo teſtimoniũ maius Ioanne. Opera em̃ 50
quæ dedit mihi pater ut perficiam ea, ipſa opera quæ ego facio, teſtimoni
um perhibẽt de me, quia pater miſit me. Et q miſit me pater, ipſe teſtimo-
niũ perhibuit de me. Necq; uocem eius uncq; audiſtis, necq; ſpeciem eius ui
diſtis. Et uerbũ eius nõ habetis in uobis manẽs: quia quem miſit ille, huic
uos non creditis. Scrutamini ſcripturas, quia uos putatis in ipſis uitã æter 55
nã habere. Et illæ ſunt, quæ teſtimoniũ perhibent de me: & nõ uultis ueni
45 re ad me, ut uitã habeatis. Claritatem ab hoĩbus nõ accipio. ¶ Sed cogno-
ui uos, quia dilectionem dei non habetis in uobis. Ego ueni in nomine pa
tris mei, & non accepiſtis me. Si alius uenerit in nomine ſuo, illũ accipietis
Quomodo uos poteſtis credere, qui gloriã ab inuicem accipitis, & gloriã 60
46 quæ a ſolo deo eſt, nõ quæritis? ¶ Nolite putare, qa ego accuſaturus ſum
uos apud patrẽ. Eſt qui accuſat uos, Moyſes in quo uos ſperatis. Si enim
crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi. De me em̃ ille ſcripſit. Si au-
tem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

ANNOTAT. BREVES XXVII CIRCA LITERAM CAP. V.

2 Hieroſolymis
* ἐπὶ
ſuper
ad
2 piſcina
κολυμβήθρα
natatorium
3 Bethſaida,
βηθεσδά
Bethesda
6 aũt – domini
δὲ
enim
6 mouebatũr aqua
ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ
turbabat aquam
7 Et qui prior
ὁ οὖν πρῶτος
Qui igitur primus
7 deſcẽdiſſet – in piſ- (cinã
7 motionẽ
τὴν ταραχὴν
turbationem
8 infirmitate.
νοσήματι
morbo
9 infirmitate – ſua.
τῇ ἀσθενείᾳ
12 Dũ uenio em̃ ego,
ἐν ᾧ δὲ ἔρχομαι ἐγὼ
Interea autẽ dũ ego
uenio
19 à turba conſtituta
ὄχλου ὄντος
turba exiſtente.
cum turba eſſet
23 IESVM.
* καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀπο-
κτεῖναι
& quære-

& quærebant ipſum 39 poteſtatem dedit ei monio
interficere 41 filij dei (* καὶ & 54 quia
28 niſi quod
ἐὰν μή
ὅτι
niſi
eius
quod
niſi quid 41 procedent & infra.
ἐκπορεύσονται
28 fecerit, 57 Claritatem
ποιῇ prodibunt δόξαν
præſens, 44 qui miſit me, Gloriam
35 uenit, * πατρός 59 accepiſtis
uẽturus eſt, & infra. 44 patris. λαμβάνετε
36 tranſiet teſtimonium – eius præſens.
μεταβέβηκεν 50 Ioanne. 62 crederetis forſitan –
præteritum. Ioannis ἐπιστεύετε ἄν (&
ut ſubaudiatur teſti- crederetis utiq;

COMMENTARIVS IN CAPVT QVINTVM.

Aliud ſignum à miriſica uirtute domini patratũ ſubiungit Ioannes, di-
cens. ¶ Poſt hæc erat dies feſtus Iudæorũ, & aſcendit IESVS Hiero- 36
ſolymam. Eſt autem Hieroſolymis Probatica piſcina, quæ cognomi-
natur Hebraice Betheſda, quinq; porticus habens. In his iacebat mul
titudo magna languentiũ, cæcorum, claudorum, aridorum, expectan-
tium aquæ motum. Angelus autem domini deſcendebat ſecundũ tempus in piſci-
nam, & mouebatur aqua, & qui prior deſcẽdiſſet in piſcinã poſt motionem aquæ,
ſanus fiebat, à quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autẽ quidam homo ibi trigin
ta & octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc cũ uidiſſet IESVS iacentẽ, & co-
gnouiſſet quia iã multũ tempus haberet, dicit ei: Vis ſanus fieri? Reſpondit ei lan-
guidus: Domine hominẽ non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſci
nam. Dũ uenio em̃ ego, alius ante me deſcendit. Dicit ei IESVS: Surge, tolle grab
batum tuũ, & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabbatũ ſu-
um, & ambulabat. Erat aũt ſabbatũ in die illo. ¶ Ter in anno ſepteni dies feſti erãt
apud Iudæos ex lege, azymorum ſcilicet qui & paſchæ, hebdomadarũ, & taberna-
culorum: quod ex capite ſextodecimo libri Numerorũ cognoſcitur. Ad quos qui-
dem dies, & populus uniuerſus, & dominus ſolebat Hieroſolymã aſcendere. A fe-
ſto autẽ paſchali, quod dicitur Azymorum, proximum erat feſtum hebdomadarũ,
ad quod credo tum dominũ aſcendiſſe. At ſi qua erant humana ordinatione poſita
feſta, ad illa nequaq; arbitror dominum aſcendiſſe: qui uenerat ut faceret uolunta-
tem ordinationemq; patris, non hominum. Ergo in hoc feſto quod proximũ erat e
tribus, illi feſto à quo redierat in Galilæam, nouũ adiecit uirtutis ſuæ monumentũ.
Nã Hieroſolymis in ea parte urbis, quæ προβατικὴ, probatica, id eſt ouilla, ſiue pecua
lis dicebatur ab ouibus & pecudibus quæ adducebantur ad ſacrificiũ, erat lauacrũ
natatorium (id em̃ ſignificat κολυμβήθρα) quod Hebraice Betheſda, id eſt domus de-
fluxionis, ab aquis illuc defluentibus dicebatur, quinq; porticus habens, in quibus
iacebant infirmi, expectantes donec aqua turbari æſtuareq; uideret. Nam diuino
indultu, angelus domini certo tempore deſcendebat, prout diuinæ placebat proui
dentiæ, & turbabat aquam. Et qui poſt turbationem aquæ primus diuina prouiden
tia deſcendebat in aquam, à quacunq; infirmitate detineretur, ſanabatur: ſiue id an
gelus faceret, ſiue per angelũ, aut ſine angelo ea uirtus quæ eſt omni uirtute ſupe-
rior. In una autem illarum porticuũ iacebat in grabbato quidam languens, trigin-
ta & octo annos infirmitate detẽtus. Miſertus ergo illius IESVS, interrogat eum,
ſanari ne

Universidad de Deusto Biblioteca

ſanari ne uellet(quod & ipſum uelle ſciebat)ſed non eo modo quod adhuc(etſi cupierat)non potuerat. Et quia is qui languebat non intelligebat ſanationis dominicæ modũ,reſpondit ſe non habere hominem,qui protinus ut aqua eſſet turbata, ipſum demitteret in lauacrum. At dominus quid interrogaſſet,effectu,req; ipſa oſtendit. Interrogarat eũ,uellet ne à ſe qui interrogabat,ſanari: proinde dixit illi: Surge,tolle grabatum tuum,& ambula:& continuo ſanus factus, tulit grabatum & ambulabat. Et erat ſabbatũ,id eſt quies Iudæorũ ab omni opere die illo. Hoc eſt ſignũ quod in die feſto fecit dominus Hieroſolymis:quod quidem factũ, ſi non rẽ geſtam ſolũ,ſed etiam figuram eſſe dicamus,quos aptius poſt ſectas,ſchiſmaticos æſtibusq; concupiſcentiarũ laborantes ſanatos,curandos intelligemus, quàm Iudæos? Ergo Betheſda quæ domũ,ut dictũ eſt,defluctionis deſignat,legẽ Hebræorum ſignificet. Lauacrũ ipſum,purificationem legis Iudæorũ. Quinq; porticus habet domus illa,quia quinq; ſunt libri legis,qui Pentateuchus dicũtur. Angelus domini deſcendens,ideo mouet aquam:quia legem & legis purificationem acceperunt in diſpoſitione angelorũ. Domus illa & lauacrũ erat in uico ſiue platea, quæ Probatica à pecudibus ſacrificiorũ nomen accepit(eſt eũ προβατον, pecus & ouis) quod & lex,& purificationes Iudæorum in ſacrificijs animalium conſiſtebant. In his iacebat magna multitudo languentium,cæcorũ ob legis ignorantiam. Claudorum,quod male & oblique in lege incederent. Aridorũ,ob bonorũ operum defectum. An triginta octo anni:tempora omnia illa non ſignant, quibus circa ueterẽ legem,uetereṁq; purificationem languent,& tanto tempore non ualent ex diſpoſitione angelica data lege ſanari? Quod dominus reſpexit infirmum,diuturnitatẽ etiam infirmitatis conſiderans:id miſerationis reſpectum deſignat. Quod interrogat: Vis ſanari? eſt ultro uolentis per ſemetipſum ferre opẽm,indicũ. Quod reſpõdet æger,Non habeo hominem,ut cum turbata fuerit aqua,me mittat in piſcinam: indicat Iudæos nõ putare ſe aliter,quàm ſuis purificationibus poſſe ſanari. Quod autem dñs dixit illi: Surge,tolle grabatum tuũ, & ambula:deſignat illos alio modo eſſe ſanandos,uerbo ſcilicet CHRISTI,& gratia nouæ legis. Quid eũ grabatum,niſi litera,in qua ſtrati,fuſiq; Iudæi,ſemper iacent,ſemper ægrotant,ſemper lãguent? à qua ſi ſanandi ſunt,erigantur oportet,& ad ſpiritũ ſurgant, literam q; tollant,& ea ſublata,in ſpiritu ambulent. Surge,inquit ueritas, tolle grabatũ tuum,& ambula. Quod in ſabbato,ſubindicat obſeruationes Iudæorũ nihil eſſe ijs,qui uerbo CHRISTI ſanantur,& ad ſacrũ ueniunt Euangelium. Sed quo animo tulerint

Actuũ.7.

37 „ hoc factũ Iudæi,ſubdit Ioannes,dicens. ¶ Dicebant ergo Iudæi illi,qui ſanatus fue
„ rat: Sabbatũ eſt,non licet tibi tollere grabatum tuum. Reſpondit eis: Qui me ſa
„ nũ fecit,ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum & ambula. Interrogauerunt ergo e
„ um: Quis eſt ille homo,qui dixit tibi, Tolle grabatũ tuum,& ambula? Is autem q
„ ſanus fuerat effectus,neſciebat quis eſſet. IESVS eũ declinauit à turba conſtituta
„ in loco. Poſtea inuenit eũ IESVS in templo,& dixit illi: Ecce ſanus factus es,iã no
„ li peccare,ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis,
„ quia IESVS eſſet qui fecit eũ ſanum. Propterea perſequebantur Iudæi IESVM,
„ quia hæc faciebat in ſabbato. ¶ Quid eſt quod dicunt Iudæi, ſabbatũ eſt,non licet tibi tollere grabatũ tuũ: niſi quod ſemper uolũt eos,qui uerbo CHRISTI ſanati fuerint,ad Iudaiſmũ retrahere? Qd' reſpõdit: Qui me ſaluũ fecit,ille mihi dixit, Tolle grabatũ tuũ,& ambula: deſignat ijs,qui ad legẽ CHRISTI ueniunt præcipi, ne ſeruent ſabbata Iudæorũ: Quod autẽ neſciebat quis eſſet,qui ipſum uerbo ſuo ſanum fecerat: quia IESVS declinauit à turba conſtituta in loco: ſiue ut Ioannes habet, ὁ γὰρ ἰησοῦς ἐξένευσεν ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ, id eſt IESVS enim declinauit, exiuit, turba exiſtente in ipſo loco: erat enim turba multa in eo loco, quare inter illos ut peregri

peregrinus q̃dã, & ignotus facile declinauit: deſignat ideo Iudæos CHRISTVM ſcire nolle quod ad gentes declinauit, quodq; inter eas relicta Iudæorũ turba diuerſatur. Dominus manifeſtat ſe ei in templo: quia in arcano cõſcientiæ ipſius, & ſpirituali templo, & admonẽdo dixit illi: Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Quo innuitur, Iudæos toto tẽpore quo nunc ſunt in lege ſua, in peccato eſſe. Et ſi curati uerbo CHRISTI redeãt ad ſua, longè grauius peccare. Et qd eſt quod qui ſanatus fuerat abijt, & nũciauit Iudæis, qa IESVS eſſet qui fecit eũ ſanũ: niſi quod hæc generatio ubi ſanata fuerit à CHRISTO, & manifeſtè à CHRISTO uiſitata, redire ſolet ad ſynagogã & Iudaiſmũ, & fiũt nouiſſima eius peiora prioribus. Iã noli (inquit) peccare, μηκέτι ἁμάρτανε, ne poſthac pecces, ne deterius tibi aliquid cõtingat. Et propterea Iudæi perſequuntur CHRISTVM, id eſt odio inſectantur eum, quod ſuum ſabbatũ non obſeruat, neq; obſeruandum iubet: ſed uetat, ut & uetandum nunc eſt, ſicut ſcriptum eſt: Neomeniam & ſabbatum, & festiuitates alias nõ feram: iniqui ſunt cœtus ueſtri, calendas ueſtras, & ſolẽnitates ueſtras odiuit anima mea. Sed quid reſpõderit eis dominus, quem ob idipſum etiã tunc perſequi uolebant, ſubnectit Ioannes, dicẽs. ¶ IESVS autem reſpõdit eis: Pa 38
„ ter meus uſq; modo operatur, et ego operor. Propterea ergo magis quærebant eũ
„ Iudæi interficere: quia non ſolum ſoluebat ſabbatum, ſed & patrem ſuum dicebat
„ deum, æqualẽ ſe faciens deo. ¶ Quid eſt, Pater meus operatur uſque modo, & ego operor: niſi ego ſolus non ſanaui eum, non ſolus iuſſi hæc in ſabbato fieri: ſed & pater meus cœleſtis, qui operatur & hæc, & omnia uſq; modo, & ego operor? In quo oſtendit ſe dei filium, deoq; coeternum, & ab æuo deo patri cooperantem; ſed & patrem cœleſtem tollere ſabbatum illorum. Vnde ſi nõ erat iraſcendum deo patri quod hæc faciebat, neq; etiam filio, qui communem cum deo patre habet operationem. Sed propter hæc uerba quæ ſpiritus erãt, ueritas, & uita, multo magis quærebant eum Iudæi interficere: non ſolum enim odio dignum ducebant quod ſolueret ſabbatum, ſed etiam uel maxime quod deum patrem ſuum diceret, & ſe cõmunem cum eo habere operandi uirtutem, æqualem ſe deo faciẽdo: quæ licet ueriſſima eſſent, & quibus nulla eſſe poſſent ueriora, ſic eos nihilominus infidelitas obcæcauerat, ut lucẽ crederẽt eſſe tenebras: uitam, mortem: & ueritatem, mendaciũ. Proinde
„ reſpondit eis, quod ſubdit Ioannes, dicens. ¶ Reſpõdit itaque IESVS, & dixit eis: 39
„ Amen amen dico uobis, nõ poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod uiderit pa
„ trem facientem. Quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit. ¶ Filius omnia poteſt, nam æque omnipotẽs eſt pater: ſed quia non à ſe, ſed à patre eſt, ideo dixit: Amen amen dico uobis, non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod uiderit patrem facientem. Cuius rationem reddit: quia quæcũq; ille fecerit, hæc & filius ſimiliter facit. Hæc de externis operationibus dicuntur: nã in internis nõ dicitur facere. Ideo colligere non potes: pater ab æterno genuit filiũ, Ego (inquit) hodie genui te: ergo ſimiliter filius ab æterno genuit. nam hæc interna operatio eſt, illic autẽ de externis eſt ſermo. Neque etiã de externis dicas: filius incarnatus eſt, circũciſus eſt, paſſus ẽ, à morte ſuſcitatus eſt, & cætera id genus: ergo & pater incarnatus eſt, circunciſus eſt, paſſus eſt, à morte ſuſcitatus eſt, & ſimilia: quia non poteſt filius à ſe facere quicquã, niſi quod uiderit patrem facientem: quandoquidẽ hæc, non facere, ſed fieri quodammodo indicãt. Et uerbum (inquit) caro factũ eſt. Sed ſic colligere debuiſti, ergo filius non potuit à ſe incarnationem facere, niſi etiã patre faciente: nã opera patris & filij ſunt indiuiſa: at circunciſio & mors ſunt paſſiua, & permiſſiua. ideo colligi potuit: ergo nõ potuit filius permittere à ſe, ſe circuncidi, aut pati, niſi id permittẽte patre. Et ſimiliter de ſuſcitatione dicendum eſt: nam filius ſe ſuſcitauit, ſed non ſic ſe ſuſcitauit, quin ſimul ſuſcitauerit eum pater. Ego (inquit dominus de

Eſa.1.

Pſal.2.

Ioan.1.

Ioan.10

Universidad de Deusto
Biblioteca

seipso) pono animam meam, & iterũ sumo eam. Nemo tollet eam à me, sed ego po
no eam à me ipso: potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum su
Gal.1. mendi eam. Et de patre, Paulus ad Galatas: Per IESVM CHRISTVM, & deũ pa
1.Thessa.1 trem qui suscitauit eum à mortuis. Et ad Thessalonicenses: Seruire deo uiuo & ue
ro, & expectare filiũ eius de cœlis, quẽ suscitauit ex mortuis IESVM, qui eripuit
nos ab ira uẽtura. Ergo cum filius factus sit passibilis, ut faceret uoluntatem patris,
pro nobis ineffabili miseratiõe ipsius redimẽdis, & pater mãserit impassibilis, mul
ta in ijs quæ passionem important, CHRISTVS habet propria, quæ cõuenire non
possunt patri (nã impassibilis perstitit) ut quod incarnatus sit, circuncisus, fatigatus,
siti, fameq; pressus, crucifixus, passus, mortuus, tertia die resurgens, & similia. Sed
quæ facere & externam operationẽ insinuãt, omnia CHRISTO & patri sunt com
munia, quod designabat id: Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit.
Et ut dictum est de patre, ita dicendum est & de filio, qui secundum formam dei, &
illius naturæ rationẽ, ut pater, manet impassibilis. De quo dominus referãte Ioãne
40 „ subdit. ¶ Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora
„ his demõstrabit ei opera, ut uos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos, & ui
„ uificat: sic & filius quos uult, uiuificat. Neque enim pater iudicat quenquam, sed o
„ mne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.
„ Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. ¶ Pater diligit
filium, & immẽse quidem diligit: nam hic & ille, immensus. Et ille amor, dilectio, &
charitas, spiritus sanctus est, & hic similiter immẽsus: & hi tres, unus deus immen
sus. Et pater oĩa demonstrat filio, quia filius est dei sapientia, sed à patre. Et maiora
his demõstrabit opera, ut uos miremini: quod ad Iudæos loquebatur dominus, qui
uiderant uirum octo & triginta annos morbi uiolentia clinicum, repente imperio
uerbi sanum factum. Et cum dicebat, Maiora his demõstrabit: sic intellige, maiora
his, scilicet quæ uidistis in clinico, lecticario q; ac ualetudinario. Sed quomodo de
monstrabit ei, qui ante etiam omnia secula omnia scit? Id, demõstrabit, nequaquam
dicit præteriti ignorantiã in eo qui omnia scit ab æterno, sed futuram effectus mani
festationem. Et quæ sint illa opera, quæ etiam mõstrante faciente q; patre facturus
sit, aperit cũ ait: Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult
uiuificat. Atqui mortuos suscitare & uiuificare, maiora erant ijs quæ tunc in clinico
triginta octo annos inualido uiderãt. Et quos suscitat pater mortuos? Sane & mor
tuos corpore, & mortuos spiritu. Mortuos corpore facit aniæ à corpore discessio.
Mortuos spiritu, peccatum, impietas, ac infidelitas: & hæc mors est hominis à deo
Luc.7. auersio, recessiõ, separatio. Et eosdem suscitat & uiuificat filius. Mortuos quidem
Mat.3. corpore, ut filium uiduæ, filiam archisynagogi, Lazarũ, & omnes in nouissimo die.
Ioan.11. Mortuos autem spiritu, ut peccatricem. Remittuntur (inquit) tibi peccata, uade in
Luc.7. pace. ut paralyticum, cui dixit: Confide fili, remittũtur tibi peccata tua. ut mulierem
Matth.9. ipsi oblatam, ceu deprehẽsam in adulterio. Sed adijcit: Quos uult, uiuificat: ut intel
Ioan.8. ligamus peccatorum & impiorũ iustificationem esse bonæ uoluntatis ipsius. Quo
modo enim tribueres uolũtati peccatoris, aut impij, quod iustificatur? Qui ergo ex
mortuis uiuunt, uel hoc, uel illo modo eius bona uoluntate uiuunt, qui & uult uiui
ficare, non pro eorũ uoluntate & arbitrio qui suscitantur, aut uiuificantur. Qui eti
am condemnantur, ab eo condemnantur: quia pater non iudicat quenquam: non iu
dicat (inquam) quenquam, nisi iudicante filio: nam omne iudiciũ dedit filio. Duplex
est autem iudicium, Vnum uitæ, ad uitam, & hoc suscitatio & uiuificatio est: Alterũ
mortis ad mortẽ, & hoc est mortificatio & condemnatio. Et utrunq; habet filius ut
& pater: sed pater à se, filius à patre. Et ideo habet à patre, ut ab omnibus, & q uiui
ficantur, & qui mortificantur, honorificetur æquo cũ patre honore: in quo & omni
potens, &

potens & uerus perinde ut ipse pater cognoscitur deus. Et hoc est quod dictũ est:
Neq; enim pater iudicat quenq;, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honori
ficent filium, sicut honorificant patrem: quis emẽ ut deus honorari debet, nisi deus?
Et cum dicitur: Neq; emẽ pater iudicat quenq;, noli intelligere simpliciter patrem
nõ iudicare: nam iudicare agere est, siue id sit iustificando, siue condemnãdo: id au
tem est commune patri & filio (ut dictũ est) & insuper utriusq; spiritui, id est spiri
tui sancto: Sed patrem non iudicare quenquam, nisi per filium, cui dedit omne iu
dicium facere. Nam & filius psal.34. iudiciũ patris implorat: Exurge, inquit, & in
tende iudicio meo deus meus, & dominus meus in causam meam. Iudica me secun
dum iusticiam tuam domine deus meus, & nõ supergaudeant mihi. Sed & id psal
mi centesimi noni: Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in
terra multorum: Hebræi deo genitori Mesiæ attribuũt. Et ferme omne aliud iudi
cium in psalmis, de filio peculiarius intelligitur, ut psalmo.71. Deus iudiciũ tuum
regi da, & iusticiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum in iusticia, & pau
peres tuos in iudicio. Et rursus: Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios
pauperum. Et psalmo.95. Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur,
iudicabit populos in æquitate. Et rursus: Tunc exultabunt omnia ligna syluarum
à facie domini, quia uenit: quoniam uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terræ
in æquitate, & populos in ueritate sua. Vt uel sic apertius intelligatur etiam ex scri
pturis, quod dominus dicebat de patre Iudæis, quod omne iudicium dedit filio, ut
omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: quod ut & ipsi ex scripturis
si fuissent earum studiosi, intelligere potuissent, ita & ex uerbis ipsius eum esse
CHRISTVM, & ex eisdem etiam deum. Et æque piaculum est, non honorificare
filium ut patrem, atq; non honorificare patrẽ: quia qui ipsum illo modo non hono
rificat, neq; honorificat patrẽ qui misit ipsum. Duo erat CHRISTVS, filius scilicet
consubstantialis coæqualis q; patri, & missus in mundum à patre. Qui autẽ filium
inhonorat, & maxime talẽ tantum q; filiũ, quo nullus potest esse melior, nullus ma
ior, & patrem inhonorat. Et qui legatũ alicuius regis inhonorat, regem quoq; qui
misit illum inhonorat: & eo quidẽ magis, quo maior fuerit rex, & legatus præstan
tior. At deo patre nullus est melior, nullus maior: & CHRISTVS missus ab eo, eti
am angelis & uirtutibus oĩbus est potior. Qui ergo CHRISTVM inhonorabant,
bifariã patrẽ inhonorabãt, & crimẽ læsæ summæ maiestatis incurrebãt: quia CHRI
STVS, & filius erat, & legatus. Mox uero ad præcedentia adijcit dominus, qd' sub
„ dit Ioannes. ¶ Amen amen dico uobis, quia qui uerbũ meum audit, & credit ei qui 41
„ misit me, habet uitam æternam, & in iudicium non uenit, sed transiet à morte in ui
„ tam. Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nũc est, quando mortui audient uo
„ cem filij dei: & qui audierint, uiuent. Sicut emẽ pater habet uitã in semetipso, sic de
„ dit & filio habere uitam in semetipso. Et potestatem dedit ei iudiciũ facere. ¶ Ver
bum CHRISTI euangeliũ est, quod filius à patre missus ex patris uolũtate annun
ciauit nobis. Euangeliũ ergo est legationis patris impletio, & est uerbũ filij ut missi
& uerbũ patris ut mittentis. Et hoc uerbũ audit, quicũq; interna aure, fide suscipit:
qui autem fide suscipit, credit patri cuius est uerbũ, & etiam filio cuius est uerbum.
Et qui hoc modo credit, habet uitam æternam: nam filiũ habet, qui est uita æterna.
Et in iudiciũ, id est in condemnationẽ non ueniet. In quam condemnationẽ? mor
tis æternæ. Sed à morte, id est iudicio mortis, transibit in uitã, & uitam quidẽ æter
nam: imo iam transiuit, ut inquit Ioannes, μεταβέβηκεν: nam credere transire est. Ve
rum hæc uita nunc occulta est, erit aũt & suo tempore, manifesta. At inquiet quispi
am. Quomodo transiuit ab illa morte in uitam, qui illa morte mortuus nõ fuit? At
quis est qui suscipit fidem, nisi qui nõ habebat fidem? Qui aũt non habebat fidem,

Universidad de Deusto Biblioteca

hoc modo mortuus erat: & qui non credit (ut capite tertio huius, numero 27. dictũ
est) iam iudicatus est: ergo illa morte mortuus. Trãsiuit ergo qui credidit, ex morte
æterna in uitam æternam. Quod ut amplius intelligatur, adiungit dominus: Amen
amen dico uobis, quia uenit hora & nunc est, quãdo mortui audient uocem filij dei,
& qui audierint, uiuent. Mortui morte corporis qui audierunt uocem filij dei, in uita
corporis redierũt: ut filius uiduæ, filia archisynagogi, & quatriduanus in monu
mento Lazarus: sed hæc uita exigua est, & momẽtanea: & illud fecit dominus pro
ueræ uitæ signo duntaxat, ut homines crederent uitam æternam fore. Non ergo tã
de morte corporis, & de illa uita, quæ est uita corporis, cũ de morte peccati: & de il
la uita, quæ est uere uita, & uita æterna, id intelligere debemus, cũ dominus dixit:
Venit hora & nunc est, quando mortui audient uocem filij dei: & qui audierint, ui
uent. Dixit enim, Et nunc est: at tũc non suscitauit mortuos à morte corporali, sed
quotquot in eũ tunc crediderũt, suscitauit à morte peccati, à morte iudicij, in uitam
æternam: & ipsos etiã inimicos suos ipsi tunc resistentes, & proinde uere mortuos
suscitasset ad uitam, si credidissent. O felices qui tunc ei crediderunt, & qui nũc etiã
credunt: quia & illi & hi uiuũt uita, quæ est melior omni uita: etsi hi nondum intelli
gunt: nõ quod fides sit illa uita, sed quod uita illa fidem comitetur perinde ut sol ra
dium ipsum. Quam ueram uitam, qua etiam in hoc mundo uiuunt, si cognoscerent
fideles, uitam corporis non solum nihili facerent, sed & odio haberent, ut offuscan
tem ueram uitam, & cuperent dissolui: neque unquam in ullare, ullo ue tempore
adeo gauderẽt, ac in corporali uitæ resolutione: utpote qua facta pure uitam suam
agnoscere possent, qui est filius dei, qui est ipsa uita, & uita quidẽ æterna. Quod er
go amant hanc uitã corporis, & tristantur in resolutione eius: hoc est fidei paruitas,
aut ipsius defectus, adeo ut nõ credãt se uiuere uita filij dei, quæ est uita æterna: nã
ipse ea uita uiuit, qua & pater: & ea uita quos uult, uiuere facit: quia id sui iuris, arbi
trij, iudicijq; est: quod his uerbis reliquit nobis intelligendum: Sicut enim pater ha
bet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitã in semetipso. Et potestatẽ de
dit ei iudicium facere. Hæc potestas, quã pater dedit filio, omnipotentia est, & sum
ma in omnipotẽtia authoritas. Et iudiciũ facere, siue iudicare, est uiuificare uita quã
habet ĩ se, quæ est uita æterna: aut mortificare morte æterna, quæ est suijpsius, id est
æternæ uitæ priuatio. At qui audiebant hæc uerba, quæ erant uerba patris, & uerba
ueritatis (nam mittentis, & filij, qui est ipsa ueritas) audiendo mirabantur: quia uide
bant eum qui hæc loquebatur, esse hominem: proinde (ut inquit Ioannes) subiũgit
42 „ dominus. ¶ Quia filius hominis est, nolite mirari hoc. Quia ueniet hora in qua o
„ mnes, qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei: & procedent, qui bona fece
„ runt, in resurrectionẽ uitæ: qui uero mala egerũt, in resurrectionẽ iudicij. ¶ Quod
uidebant hominem tam sublimia loquentẽ, mirabãtur: sed ex illis uerbis ipsum esse
Psal. 71. Mesiam intelligere debebãt, de quo per spiritum sanctum dictum fuerat: Deus iu
dicium tuum regi da. quod nõ tam de iudicio in hoc mundo, quàm in altero dictum
est. Ergo mirari haud debebãt. Et hic aperit illis dominus, filium dei, & filium homi
nis eundem esse: sed filium dei in æternitate, & filium hominis ex tempore, quo for
mam serui accepit ex Adam, & quo uerbũ caro factum est ex uirgine. Et ideo eiusdem
potestatis & omnipotẽtiæ filium dei, & filium hominis esse: etsi huius ratio nõ
sit forma hominis, sed forma dei. Desinant ergo mirari quod dixerat: Sicut enim pa
ter habet uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso, & potesta
tem dedit ei iudicium facere. id enim utrunque mirabantur, sed desinant utrunque
mirari: nam ueniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij
dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ, & uitæ quidẽ æternæ:
qui uero mala egerunt, in resurrectionẽ iudicij, in resurrectionem cõdemnationis,
in mortem:

in mortem: & eam quidem (ut sic dicam) immortalem, & semper morientẽ. Quo
modo ergo uitam nõ haberet in semetipso, cuius uel sola uox omnes excitabit mor
tuos: & præstabit his quidem uitam, in uita semper uiuentem, his uero uitã in mor
te semper morientem, & utranque omni æuo indeficientem? Quomodo non habe
ret potestatem iudicium faciẽdi, qui ex monumẽtis excitatos, illos ad uitam, hos ad
supplicium deputabit æternum? Porro hora illa quæ ueniet, nouissimus dies est. In
quo audient uocem filij dei, quare & filij hominis: & non solum uocem eius audiẽt,
sed & uidebunt eum, quemadmodum & scriptum est in Luca: Videbunt filium ho- Luc. 21.
minis uenientem in nube, cũ potestate magna & maiestate. Et subditur: Vigilate
itaque omni tẽpore orãtes, ut digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt,
& stare ante filium hominis: ubi hæc de futuri iudicij tempore dicuntur. Et in Za- Zach. 12.
charia: Et aspicient ad me quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super Apocal. 1.
unigenitum: & dolebunt super eum, ut dolere solet in morte primogeniti. Et nõ so
lum qui in monumentis erũt, audient uocem filij dei: sed & qui monumentis eiecti
fuerint, aut nunquam monumenta habuerint: quia omnes à primo Adam usque ad
nouissimum hominem, qui etiam tunc fuerit super terrã, audient uocem filij dei. Et
omnes homines ab homine iudicabũtur, sed à quo prouocari ad maiorem nõ pos
sit iudicem: quia idem erit deus, & homo deus, qui maiorẽ se non habet, etsi æqua
lem habeat, qui ipsi omnem, summam que dedit potestatem. Sed qui sunt qui fece
runt bona? Hi sane qui crediderunt: nam nulla bona sunt opera quæ ad futuram ui
tam spectẽt obtinendam, nisi fidei, & in fide facta. Et qui sunt qui fecerũt mala? Ni
mirum increduli: nam omnia infidelium opera, mala sunt, & cum ipsis condemnabun
tur. Omne (inquit Paulus) quod nõ est ex fide, peccatum est. Fidelis autem omnia Roma. 14.
ex fide facit: ut infidelis, omnia sine fide. Et infidelitatẽ comitatur mors animæ: ut fi
dem uita: & peccatum, mors: ut iustitiam CHRISTI, uita. Sed & peccatum seque
tur resurrectio ad iudiciũ, ut iusticiam CHRISTI, resurrectio ad uitã. Et in omni
bus his filius honorificat patrẽ, ut qui omnia à patre accepta referat. Quod aperte
„ ostendit per ea quæ referãte Ioanne, subnectit, dicẽs. ¶ Non possum ego à meipso 43
„ facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est: quia nõ quæro
„ uoluntatem meam, sed uoluntatẽ eius qui misit me. ¶ Ecce filius, qui omnipotens
est, non potest à seipso facere quicquam: nam quod omnipotẽs est, à se non habet,
sed à patre: ideo oĩa potest ut pater, sed non à se, sed à patre. Et ut à patre est omni
potens, ita à patre est omnisciens: & ideo sicut audit, & scit à patre, & id quidẽ æter
ne, sic iudicat in tempore, siue uiuificãdo, siue condemnando: & hoc siue particula
ri, siue uniuersali quod erit in fine temporum, iudicio. Et iudicium eius quodcunq;
fuerit, iustũ est: quia est à patre, & secundum uoluntatem patris: nam uoluntatem
suam ut suam, & ut à se, non facit: sed uoluntatem eius qui misit ipsum: nõ quod alia
uolũtas sit patris & filij, est enim eadem, sed quod filij à patre sit. Quam ob rem uo
luntatem suam non quærit ut suam, sed ut uoluntatem patris. Sed & omnis qui in fi
de & charitate CHRISTI consummatus est, uoluntatem non habet, nisi eã quæ dei
est: & iam nihil uult, sed deus in eo, & uoluntas dei est uoluntas ipsius: non uult ta
men quicquam uoluntate illa sua ut sua fieri, sed ut dei. Verum hic, huius & dei ea
dem est uoluntas participatione & gratia: illic autẽ patris & filij eadem uolũtas ab
solute & natura. At qui audiebant, poterãt sensu carnis suæ cogitare, quod ipse de
seipso testimoniũ diceret, qd' scilicet sicut audiebat ab æterno patre sic iudicabat:
& ideo iudicium ipsius non poterat esse nisi iustum, quia non quæreret uoluntatem
suam, sed uoluntatem eius qui misit ipsum, id est patris, ideo dominus se uaria habe
re testimonia, & diuina, & humana, etsi humanis nõ egeret testimonijs, exprimẽte
„ Ioanne subiungit, dicẽs. ¶ Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium 44

Universidad de Deusto
Biblioteca

meum non est uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia uerũ
est testimonium eius, quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioannem, & testimo-
nium perhibuit ueritati. Ego autem non ab homine testimoniũ accipio, sed hæc di-
co, ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens: uos autem uoluistis ad horam
exultare in luce eius. Ego autẽ habeo testimoniũ maius Ioanne. Opera enim quæ
dedit mihi pater ut perficiã ea, ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de
me, quia pater misit me. Et qui misit me pater, ipse testimoniũ perhibuit de me. Ne-
que uocem eius unquam audistis, neque speciem eius uidistis. Et uerbum eius non
habetis in uobis manẽs: quia quem misit ille, huic non creditis. Scrutamini scriptu-
ras, quia uos putatis in ipsis uitam æternã habere, & illæ sunt quæ testimoniũ per-
hibent de me: & non uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Claritatem ab hominí-
bus nõ accipio. Ille de seipso testimoniũ perhibet, qui à seipso, & non ab alio, nul
loq; alio perhibente, testimonium sibi perhibet. Quod si sic de se dominus perhibe
ret (quod impossibile est: nam testimoniũ suum à se non habet, sed à patre) testimo
nium eius non esset uerum. Quod etiam impossibile est: nam testimonium eius, est
testimonium summæ ueritatis, quod falsum omnino esse nõ potest. Atqui alius est
qui testimonium perhibet de eo: nã pater à quo, & de se, sed non à se testimonium
dicebat. Et sciebat, quod uerum erat testimonium, quod pater perhibebat de ipso:
quid enim testari posset pater de filio, qui summa est ueritas, nisi uerũ? Et quid pos-
set ipsa sapientia scire à deo, nisi uerum? Hoc est testimonium diuinũ, utpote quod
à deo patre, & quod super omne testimonium est. Et hoc est primum, quod etiam
Matth.3. pater (audiente Ioanne qui baptizabat) testatus est. Secundum testimonium huma
num est, quo ad dicentem, qui erat homo: sed non ab ipso, sed per ipsum dictũ: nam
quosdam miserant ad Ioannem Iudæi, qui interrogarent eum, num esset CHRI-
Ioan. 1. STVS, id est Mesias? Et negauit se esse CHRISTVM, ut par erat, & testimonium
perhibuit ueritati. Medius (inquit) uestrũ stetit quem uos nescitis, ipse est qui post
me uẽturus est. Et addidit: Cuius ego non sum dignus, ut soluam corrigiam calcea
menti, ut intelligerent maiorẽ esse Elia aut aliquo alio particulari propheta: et ideo
CHRISTVM regem: & hic quẽ dicebat, CHRISTVS dominus noster erat. Ve-
rum, nõ ideo est CHRISTVS, quia homo, ut Ioannes, aut quiuis alius dixit eũ esse
CHRISTVM. Non eget enim testimonio hominis, neque ab homine testimoniũ
accipit, qui à deo accepit: imo testimonium Ioannis, non erat Ioannis, sed spiritus
qui erat in eo, & qui erat deus. Quod ergo testimoniũ Ioannis, quasi esset Ioannis,
inter testimonia de CHRISTO adducebat, hoc ideo erat, ut qui audierãt, salui fie-
rent: quandoquidem ob opinionem sanctitatis de Ioanne cõceptam, plus crediturí
erant testimonio Ioannis, q̃ CHRISTI, aut patris. Id ergo fiebat, ut uel sic crede-
rent, & credentes amplius illuminarentur: ut illuminati tandem crederent propter
patrẽ, & propter CHRISTVM, qui est uerbũ patris, non autem ultra propter testi
monium hominis ut hominis, ut reuera non erat testimonium hominis, sed spiritus
CHRISTI, qui erat in homine, & qui deus erat. Fides siquidem qua crederẽt pro-
pter hominem, infirma esset: qua autem propter patrem, & uerbum eius, & spiritũ
sanctum per hominem testificantem, firma. Et uerũ est, quod Ioannes erat lucerna
ardens & lucens: at lucerna alieno igne ardet, & aliena luce lucet: non naturali, &
suopte igne, & suapta luce. Ac in illa luce uoluerunt certo tempore, ut cũ Ioannes
uiueret (iam enim sublatus erat, quod satis innuisse uidetur dominus cum ait: Ille
erat) plus exultare, quàm in illo qui naturali suo'que igne ardet, & naturali sua'que
luce lucet: qui CHRISTVS dominus est, qui est eiusdem naturæ ac substãtiæ, cum
ipso summo charitatis igne, qui est, nõ lucerna, sed lux ipsa uera, æterna, immensa,
quæ

quæ illuminat omnia? Et testimonium quod habet dominus, maius est testimonio
Ioannis ut Ioannis. Nam & si illud protulit Ioannes, spiritusanctí tamen, ut dictũ
est, erat, qui maior erat Ioanne: Ioannes autem solũ tuba & organũ. Qui misit me Ioan.1.
inquit, baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritũ descendentem
& manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Tertiũ testimoniũ
erant opera CHRISTI, qui uocis imperio oẽs sanabat infirmitates, leprosos mun
dabat, cæcos ab ipso utero illuminabat: surdos & mutos, qui nunq̃ audierant, nun-
quàm locutí fuerant, in diuinas laudes prorũpere faciebat, mortuos suscitabat, dæ-
monia eijciebat, nõ exorcismo, aut precario, sed ui propria, potentiq̃ imperio: qui
modus solius est dei, ac nimirum testimoniũ quod ipse erat deus, dei filius, & (uti
dicebat à deo patre in hunc mundum missus. Et pater æternus, ut dictum est, testi-
monium perhibuit per seipsum de ipso, quando baptizato IESV, audiẽte Ioanne,
testatus est ex Matthæi capite tertio: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi com
placui. Et per angelos, sed ut summæ diuinitatis nuncios, quando angelorũ, homí-
numq̃ nato domino, angelus dixit pastoribus, ex Lucæ capite secundo: Ecce eẽ
Euangelizo uobis gaudiũ magnũ, quod erit omni populo: quia natus est uobis ho
die saluator, qui est CHRISTVS dñs in ciuitate Dauid. At dicẽt: Nõne patres no
stri audierunt uocem patris in Syna, & Moyses, & qui cum eo fuerũt, uiderunt spe
ciem eius? Nequaq̃, dicente domino: Neq; uocem eis unq̃ audistis, neq; speciem
eius uidistis. Sed tum primum audiebant eius uerbũ. At uerbũ eius non manebat
in eis, ipsi non habebant illud in se: quia non credebant ei, quem misit deus, id est,
quia non credebant CHRISTO filio dei, quem ipse misit, qui loquebatur ipsis: nõ
eẽ uerbũ illud dei hypostaticum de quo dicitur: In principio erat uerbum, & uer- Ioan.1.
bum erat apud deum, & deus erat uerbum: ulli habere possunt immanẽs, quandiu
in hoc mundo sunt, nisi per fidem: ut lucem nõ potest oculus habere immanentem
nisi per radiosum lumen: tolle radiũ, lux oculum non habitat: tolle fidem, neq; uer-
bum dei hominem. Verbum dei, est & lux quidem maxima: fides uerbi dei, lumi-
nosus radius, q̃ quo purior fuerit, simplicior ac directior, & ab ipso solo uerbo ma-
gis pendens, eo fortior erit, & eo magis uerbum dei per ipsum immanens, atq; in-
habitans. Quartum testimoniũ erant scripturæ sanctæ, scripturæ diuinitus inspira
tæ, scripturæ, pphetarũ, quæ sunt diplomata & chirographa spiritussancti, quæ om
nes testimoniũ perhibent de CHRISTO. Quas si scrutari uoluissent, & tempora-
& signa perquirere, inuenissent profecto eum ipsum esse, quem scripturæ illæ, imo
spiritus ille scripturarũ pronunciabat esse uenturũ. Neq; hoc testimoniũ negare
potuissent: quia credebant se ex earũ obseruatione uitam æternã habituros. Quod
& uerum est de ijs, qui eas obseruant ad spiritum, non autem ad literã. Quod nul-
lo modo fieri potest sine fide: nam (ut illæ dicunt) iustus ex fide uiuet: & sine fide Abac.2.
impossibile est placere deo: & maxime sine fide filij dei, qui est ex scripturis lapis il Heb.11.
le in quem qui crediderit, non confundetur: qui, quid aliud erit non credentibus, et
non sanctificantibus, q̃ ut dicit Esaias, lapis offensionis & petra scãdali? Et hoc te- Esa.8.
stimoniũ à scripturis est, ut ab organo & chirographo, à spiritu autem sancto, ut au
thore præcipuo. Et cum tot testimonia haberent, & tam sublimia, nolebant Iudæi
præsertim scribæ & pharisæi ad ipsum fide uenire, ut credentes uitam haberẽt: qui
claritatẽ & gloriã ab hominibus nõ accipiebat, sed à patre: id patre, ipso, & spũ san
cto, & tota diuinitate testantibus, & angelis, & pphetis, ac scripturis sanctis, ut ip-
sorũ organis. Et illæ, inquit, sunt quæ testimoniũ perhibent de me, & nõ uultis ue-
niread me, ut uitã habeatis: quasi diceret, uolo, nõ uultis: pater uult, nõ uultis: spũs
sanctus uult, qui uos adiuuat & afflat per scripturas, nõ uultis. Ergo non dei uolun

tate, sed uestra sola peribitis. Et sane quicunq; pereunt, ideo pereunt, quia ad uitã uenire nolunt. Benedicta sit ergo illa superimmense bona dei uoluntas, & ab ijs qui salui fiunt, & ab ijs qui pereunt: quæ uult omnes saluos fieri, & ad hoc quod necessarium est, omnibus præstat auxilium. Nam & Esaiæ scriptura sic Iudæos diuinitate adiutos, ut ad CHRISTVM uenirent, testatur, ubi inducit CHRISTVM
Esa.55. sic eos allicientem: Inclinate aurem uestram, & uenite ad me: Audite, & uiuet anima uestra, & feriam uobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fidelis. Et quæ sequuntur, uerba sunt patris. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentem, quam nesciebas, uocabis: & gentes quæ non nouerunt te, ad te current, propter dominum deum tuum & sanctum Israél; quia glorificaui te. Quæ autem subiunguntur, uerba sunt spiritus sancti, Iudæos rursum uocantis ad CHRISTVM. Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est: Ipse enim tũc inter eos erat, & uerba eius audiebant. At quid insuper in causa fuerit, cur nõ ad ipsum salutem consecuturi uenirent, aperiente Io
45 „ anne subdit dominus dicens. ¶ Sed cognoui uos, quia dilectionem dei non habe„ tis in uobis. Ego ueni in nomine patris mei, & non accepistis me. Si alius uenerit „ in nomine suo, illum accipietis. Quomodo uos potestis credere, qui gloriã ab inui„ cem accipitis, & gloriam quæ à solo deo est, non quæritis? ¶ Defectus diuini amoris, prima causa fuit, quo minus crederent & salui fierẽt: nam si deum amassent, eũ sane qui in nomine eius uenerat audissent, & dicentẽ ac facientem opera eius suscepissent: nũc autẽ eum qui uenit in nomine patris, non susceperunt. Sed quid eis esset euenturum prædixit dominus: nimirum quod cum ipsum, qui non in suo, sed
Psalm.117. in dei nomine uenit (de quo in Psalmis: Benedictus qui uenit in nomine domini, Et subditur: Deus & dominus illuxit nobis) recipere noluerint, ipsi credendo: aliũ q nõ in nomine domini, nõ in ueritate, sed in nomine suo, id est in mẽdacio et falsitate ueniret, essent recepturi, credẽdo ei qd & euenit: receperũt eũ Barchoz
Hiere.8. bam in nomine suo, & crediderũt Rabbi Aquibæ, & alijs ψευδογραμματεῦσι, qui Talmudicas nænias illis conflarũt, qui est stilus mendax scribarũ, cui adhuc credũt, & quem adhuc etiam recipiunt. Et hoc iusto dei iudicio: quia qui renuunt credere ueritati, ut à falsitate illudantur, necesse est. Secũda causa ob quã ad suam non accesserũt salutem, quæ uita æterna est, uera q; gloria, fuit amor sui, qui diuino amori cõtrarius est, ideo amãtes & uitam & gloriam mũdi, quæ uana est, ueram uitam, & ueram gloriam nõ curabant: qui eũ fit, ut qui amorem conuertit in se, deũ diligat? & qui hanc uitam diligit, & uanam in hoc mũdo gloriam, credat & uitam æternam, et ueram gloriam? Sane qui uere credit & expectat, ei uita præsens & tædio est, & ut mors quædam: adeo ut ipsi longam morã facere uideatur ea hora, qua illa (sed diuina tamen ordinatione, quæ sic sanxit) exuatur: & omnis uana gloria, tristitia, & ignominia. Nõ abre ergo dicebat dominus: Quomodo uos potestis credere, q gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo est nõ quæritis? gloria quã homines à se inuicem accipiunt, uana gloria est, & gloria huius mundi, quæ cũ fide filij dei nõ stat, quæ est fides ueræ gloriæ. Gloria quæ à solo deo est, est uera gloria, q; est in fide filij dei, quæ consistit in perfecte credendo uerbo dei, & deũ super omnia diligendo, uolũtatem q; eius faciendo. Hanc solam gloriam quærunt, qui cum sint uere fideles, illum solũ diligunt, & in omni re ipsum diligũt, ipsum autem in seipso maxime, & ad illã solã uitã aspirant et suspirãt. Sed quãta sit CHRISTI beni
46 „ gnitas & miseratio circa eos, ipsemet ostendit, pdente Ioãne, dicens. ¶ Nolite pu„ tare quia ego accusaturus sum uos apud patrem. Est qui accusat uos Moyses, in „ quo uos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederitis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis? ¶ Ille

¶ Ille accusat apud aliquem, qui querelam & crimen defert; at CHRISTVS apud patrem neq; querelam, neq; crimen infidelitatis eorum erat delaturus, qui solũ salu are uenerat quod perierat, non aũt accusare aut condemnare. Sed & quando rursus ueniet, nõ ueniet accusaturus, sed iudicaturus. Veniet enim ut iudex: iudicis autem nõ est accusare. Sed quia qui uenerat ut misereretur, nõ accusabit eos apud patrem: non idcirco putent se impune facturos si nõ recipiant eũ: quia habent accusatorem apud patrẽ, eum in quo maxime confidebãt atq; sperabant, Mosen scilicet, qui de ipso domino scripsit, ut id in Genesi: Non auferet sceptrum de Iuda, & dux Gene.49.
de femore eius, donec ueniat qui mittẽdus est, & ipse erit expectatio gentiũ. Et in Deuteronomio, id est in secũda lege de CHRISTO scripsit, ubi prædixit Iudæis, si
nõ reciperent eũ quid ipsis esset euenturũ, in persona dei, dicens: Prophetã suscita Deute.18.
bo eis de medio fratrũ suorum similem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loquetur q; ad eos omnia quæ præcipio ei: qui autem uerba eius quæ loquetur in meo nomine audire noluerit, ego ultor existam. Et in numeris: Orietur stella ex Iacob. Et to Nume.24.
ta ferme Moseos scriptura, de CHRISTO ẽ in figura, & spũs lrãe totus est CHRISTVS. Et hoc intelligere sapiẽtia dei est, & grãe intelligẽdi scripturas infusio. Sed ad tantam cæcitatẽ incredulitatem q; Iudæi, scribæ, & pharisæi deuenerant, ut iam ne Mosi quidẽ crederent, in quo nihilominus magis q; in omnibus alijs prophetis confidebant: nam si Mosi credidissent, uti q; & ei credidissent, quia ille reuera erat, de quo ipse Moses locutus fuerat, qui & nouum uerbum credendũ portabat, nouam q; legẽ, sicut & ipse Moses uetera. At si uerbis eius, cui maxime ob confidentiam, quam in eo habebant, credere deberent, nõ credebant: quid mirũ si uerbis domini, cui minus fidebant q; Mosi, credituri non erant? Confidentia tamen illa tanta in Mose stulta erat, in qua & adhuc uane perseuerant: cũ multo magis in CHRISTO q; in Mose fuisset, ac sit collocanda fiducia, imo in solo CHRISTO omnimoda & maxima. Quid enim Moses, qui solum homo est, ad CHRISTVM, qui non solum homo est, sed etiam deus? Qui confidit in Mose plus q; in CHRISTO, maledictus est, sicut scriptũ est: Maledictus homo qui confidit in homine. At qui con Hiere.17.
fidit in CHRISTO qui deus est, beatus est, sicut scriptũ ẽ: Beatus uir qui sperat in Psalm.33.
eo, & rursus: Et non delinquent omnes qui sperant in eo. Ergo sit tota spes nostra tota fiducia in eo, ut nunquã delinquamus, sed omne bonum ipsi acceptum referamus ĩ laude & gloria cœlestis pris. Cui sit laus & honor, & gloria per ipsum, & cũ ipso, & spiritu sancto, & nunc, & in perpetuũ, & in omnia secula seculorũ. Amen.

CAPVT SEXTVM.

POst hæc abijt IESVS trãs mare Galilææ, quod est Tiberi 47
dis. Et sequebat eũ multitudo magna, quia uidebãt signa quæ faciebat sup his qui infirmabant. Subijt ergo in montem IESVS, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem
5 proximum pascha, dies festus Iudæorũ. Cum subleuasset ergo oculos IESVS, & uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum, dicit ad Philippũ. Vnde ememus panes, ut manducent hi? Hoc aũt dicebat tentans eum: ipse eũ sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus Ducentorũ denariorũ panes nõ sufficiũt eis, ut unusquisq; modicũ quid
10 accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius, Andreas frater Simõis Petri: Est puer unus hic, q habet quinq; panes ordeaceos & duos pisces: sed hæc qd sunt inter tantos? Dicit ergo IESVS: Facite homines discumbere. Erat aũt

fœnum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſcenũ multum in loco. Diſcubuerunt ergo uiri, numero quaſi quinq; mi-
lia. Accepit ergo IESVS panes, & cũ gratias egiſſet, diſtribuit diſcũbenti-
bus: ſimiliter & ex piſcibus quantũ uolebant. Vt aũt impleti ſunt, dixit di 15
ſcipulis ſuis: Colligite quæ ſuperauerũt fragmẽta ne pereant. Collegerũt
ergo & impleuerũt duodecim cophinos fragmentorũ ex quinq; panibus
48 ordeaceis, & duobus piſcibus quæ ſuperfuerũt his qui manducauerãt. ¶ Il
li ergo hoĩes cum uidiſſent, quod IESVS fecerat ſignũ, dicebant: Quia hic
eſt uere propheta, qui uenturus eſt in mũdũ. IESVS ergo cũ cognouiſſet 20
quia uenturi eſſent ut raperent eũ, & facerent eũ regem, fugit iterũ in mon
49 tem ipſe ſolus. ¶ Vt aũt ſero factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad ma
re. Et cũ aſcendiſſent nauim, uenerũt trans mare in Capharnaum. Et tene-
bræ iam factæ erant, & nõ uenerat ad eos IESVS. Mare aũt uẽto magno flã
te, exurgebat. Cũ remigaſſent ergo quaſi ſtadia uigintiquinq;, aut trigin- 25
ta, uident IESVM ambulantem ſupra mare, & proximũ naui fieri, & timue
rũt. Ille aũt dicit eis: Ego ſum, nolite timere. Voluerũt ergo accipere eũ in
nauim, & ſtatim nauis fuit ad terrã, in quã ibant. Altera die turba, quæ ſta
bat trans mare, uidit quia nauicula alia nõ erat ibi niſi una: & quia non in-
troiſſet cũ diſcipulis ſuis IESVS in nauim, ſed ſoli diſcipuli eius abiiſſent 30
Aliæ uero ſuper uenerũt naues a Tiberiade, iuxta locũ ubi manducauerãt
panẽ, gratias agentes deo. Cũ ergo uidiſſet turba, quia IESVS nõ eſſet ibi,
neq; diſcipuli eius, aſcẽderunt in nauiculas, & uenerũt Capharnaũ, quærẽ
tes IESVM. Et cũ inueniſſent eũ trans mare, dixerũt ei: Rabbi, quando huc
50 ueniſti? ¶ Reſpõdit ei IESVS, & dixit: Amẽ amen dico uobis, quæritis me 35
non quia uidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis
Operamini non cibũ qui perit, ſed qui permanet in uitam æternam, quẽ
filius hominis dabit uobis: hunc em̃ pater ſignauit deus. Dixerunt ergo
ad eum: Quid faciemus, ut operemur opera dei? Reſpondit IESVS, & di-
51 xit eis: Hoc eſt opus dei, ut credatis in eũ quẽ miſit ille. ¶ Dixerunt ergo 40
ei: Quod ergo tu facis ſignũ, ut uideamus & credamus tibi? Quid opera-
ris? Patres noſtri manducauerũt manna in deſerto, ſicut ſcrtptũ eſt: Panẽ
de cœlo dedit eis manducare. Dixit ergo eis IESVS: Amen amen dico uo-
bis, nõ Moyſes dedit uobis panẽ de cœlo, ſed pater meus dat uobis panẽ
de cœlo uerũ. Panis em̃ uerus eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat uitã mũdo 45
Dixerunt ergo ad eũ: Dñe, ſemper da nobis panẽ hunc. Dixit autem eis
IESVS: Ego ſum panis uitæ, qui uenit ad me, nõ eſuriet: & qui credit in me
nõ ſitiet in æternum. Sed dixi uobis, quia & uidiſtis me, & nõ credidiſtis.
52 ¶ Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet: & eũ qui uenit ad me, non e-
jiciam foras: quia deſcendi de cœlo, nõ ut faciã uoluntatẽ meã, ſed uolunta 50
tem eius q miſit me. Hæc eſt em̃ uolũtas eius qui miſit me patris, ut omne
quod dedit mihi nõ perdã ex eo: ſed reſuſcitẽ illud ĩ nouiſſimo die. Hæc
eſt aũt

eſt autem uoluntas patris mei qui miſit me, ut omnis qui uidet filiũ, & cre
dit in eũ, habeat uitam æternam, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die.
55 ¶ Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixiſſet: Ego ſum panis uiuus, 53
qui de cœlo deſcẽdi, & dicebant: Nõne hic eſt filius Ioſeph, cuius nos no
uimus patrẽ & matrẽ? Quomõ ergo dicit hic, q̃a de cœlo deſcẽdi? Reſpõ-
dit ergo IESVS, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicẽ. Nemo poteſt ue
nire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eũ, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſ
60 ſimo die. Eſt ſcriptũ in prophetis: Et erunt omnes docibiles dei. Oĩs qui
audiuit a patre & didicit, uenit ad me. Nõ quia patrẽ uidit quiſquã, niſi is
qui eſt a deo, hic uidit patrem. ¶ Amen amen dico uobis, qui credit in me 54
habet uitã æternã. Ego ſum panis uitæ. Patres ueſtri mãducauerũt mãna
in deſerto, & mortui ſunt. Hic eſt panis de cœlo deſcendẽs, ut ſi quis ex ip
65 ſo mãducauerit, nõ moriat. Ego ſum panis uiuus, qui de cœlo deſcendi. Si
quis mãducauerit ex hoc pane, uiuet in æternũ. Et panis quẽ ego dabo, ca
ro mea eſt, p mũdi uita. ¶ Litigabãt ergo Iudæi ad inuicẽ, dicentes: Quo 55
mõ põt hic nobis carnẽ ſuã dare ad mãducandũ? Dixit ergo eis IESVS: A-
men amen dico uobis, niſi mãducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis
70 eius ſanguinẽ, nõ habebitis uitã in uobis. Qui manducat meã carnẽ, & bi-
bit meũ ſanguinem, habet uitã æternã, & ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo
die. Caro em̃ mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Qui man
ducat meam carnẽ, & bibit meũ ſanguinem, in me manet, & ego in illo. Si
cut miſit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrẽ: & qui manducat me,
75 & ipſe uiuet propter me. Hic eſt panis, qui de cœlo deſcẽdit. Nõ ſicut mã
ducauerũt patres ueſtri manna, & mortui ſunt, Qui mãducat hũc panẽ, ui
uet in æternũ. ¶ Hæc dixit in ſynagoga docẽs in Capharnaũ. Multi ergo 56
audientes ex diſcipulis eius, dixerũt: Durus eſt hic ſermo, & q̃s poteſt eũ
audire? Sciens aũt IESVS apud ſemetipſum, quia murmurarent de hoc di-
80 ſcipuli eius, dixit eis: Hoc uos ſcandalizat? Si ergo uideritis filiũ hoĩs aſ-
cendentẽ ubi erat prius? Spiritus eſt qui uiuificat, caro nõ prodeſt quicq;
Verba quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt. Sed ſunt quidã ex
uobis qui nõ credũt. Sciebat em̃ ab initio IESVS qui eſſent credentes, & q̃s
traditurus eſſet eũ. Et dicebat: Propterea dixi uobis, quia nemo poteſt ue
85 nire ad me, niſi fuerit ei datũ a patre meo. Ex hoc multi diſcipulorum eius
abierũt retro, & iã nõ cũ illo ambulabãt. ¶ Dixit ergo IESVS ad duodecim: 57
Nũquid & uos uultis abire? Reſpõdit ergo ei Simõ Petrus: Domine, ad
quẽ ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus,
q̃a tu es CHRSTVS filius dei, Reſpõdit eis IESVS: Nõne ego uos duode-
90 cim elegi, & ex uobis unus diabolus eſt? Dicebat aũt de Iuda Simonis Sca
riothis. Hic em̃ erat traditurus eum, cum eſſet unus ex duodecim.

ANNOTAT. BREVES LIIII CIRCA LITERAM CAP. VI.

2 uidebant * *ἀντὶ* eius 3 ergo

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem
& infra.
4 Erat aũt proximũ
ἦν δὲ ἐγγὺς
Appropinquabat aũt,
Instabat aũt
6 multitudo maxima
πολὺς ὄχλος
multa turba
6 ad eum,
ad se
9 unusqsq; * αὐτῶν eorũ
11 puer
παιδάριον
diminutiuum.
11 pisces,
ὀψάρια
& infra.
12 tantos?
τοσούτους
tot,
tam multos
13 fœnum
χόρτος
herba,
gramen
13 quinq; milia.
πεντακισχίλιοι
quinquies mille
14 distribuit
* τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ
μαθηταὶ
discipulis, discipuli uero
16 ne pereant.
ἵνα μήτι ἀπόλωνται
ne quid pereat,
ne pereant
anceps.
17 fragmentorũ
fragmentis
17 ordeaceis
– & duobus piscibus
20 uenturus est
ὁ ἐρχόμενος
præsens & imperfectũ
21 ut raperet eũ, & fa=
cerent eum
καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν, ἵνα
ποιήσωσιν αὐτὸν

& raperẽt ipsum, ut fa=
cerent ipsum
21 fugit – iterum
ἀνεχώρησεν
secessit
23 uenerunt
ἦλθον
imperfectum.
26 proximũ naui fieri,
ἐγγὺς τὸ πλοῖον γινό-
μενον
appropinquare naui
28 fuit ad terram
ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς
fuit in terra,
appulit terræ.
uenit in terram
28 Altera die
τῇ ἐπαύριον
Postero die
29 una,
* ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν
οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ
illa quam ingressi sunt
discipuli eius.
30 nauim,
τὸ πλοιάριον
diminutiuum
31 superuenerunt
ἦλθε
uenerunt
31 naues
πλοιάρια
32 gratias agentes deo.
εὐχαριστήσαντος τοῦ κυρίου
gratias agente domino,
cũ gratias egisset dñs
33 ascenderunt
* καὶ αὐτοὶ
& ipsi
33 nauiculas,
τὰ πλοῖα
38 hominis
τοῦ ἀνθρώπου
masculinum.
38 signauit
ἐσφράγισεν
sigillauit,
obsignauit

39 faciemus
ποιῶμεν
præsens.
45 panis eũ – uerus
* τοῦ θεοῦ
dei
48 in æternum.
πώποτε
unquàm
48 credidistis.
πιστεύετε
præsens.
51 Hæc est eũ
τοῦτο δέ ἐστι
Hæc est autem
55 panis – uiuus
56 hic est * ἰησοῦς IESVS
58 in inuicem.
μετ' ἀλλήλων
inuicem,
inter uos
60 docibiles
διδακτοὶ
dociles
60 Omnis * ὃν ergo
64 ut si quis ex ipso man
ducauerit, non
ἵνα τὶς ἐξ αὐτοῦ φάγῃ,
μὴ
ut qs ex eo edat, et nõ
66 caro mea est,
* ἣν ἐγὼ δώσω
quam ego dabo
67 Litigabant
ἐμάχοντο
Pugnabant,
Decertabant
68 carnem – suam
70 habebitis
ἔχετε
præsens.
78 sermo. – Et
82 locutus sum
λαλῶ
præsens.
85 Ex hoc
ex eo scilicet tẽpore
85 retro,
εἰς τὰ ὀπίσω

ad ea quæ

88 ad ea quæ retro
credimus
πεπιστεύκαμεν
præteritum.
89 dei
* τοῦ ζῶντος
uiuentis
90 diabolus
διάβολος
calumniator,

delator
90 Scariotis.
ἰσκαριώτης
Iscariote
ut referatur ad Iudam

COMMENTARIVS IN CAPVT SEXTVM.

AB Hierosolymis profectus est in Galilæam dominus, beneficas ubiq; uirtutes operans, ut subdit Ioannes, dicens ◤ Post hæc, abijt IESVS 47
trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis, & sequebatur eum multitudo magna: quia uidebant signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem IESVS, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus Iudæorũ. Cum subleuasset ergo oculos IESVS, & uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum, dicit ad Philippũ: Vnde ememus panes ut manducent hi? Hoc aũt dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius Andreas frater Simonis Petri: Est puer unus hic, q habet quinq; panes ordeaceos & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos? Dixit ergo IESVS: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo uiri, numero quasi quinq; milia. Accepit ergo IESVS panes, & cũ gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantum uolebant. Vt autẽ impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerũt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus ordeaceis, & duobus piscibus, quæ superfuerunt his qui manducauerant. ◤ Sequebatur, inquit, eum magna multitudo: quia uidebãt signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. Hæc autem ut ueritas erant sanitatũ corporum, quia uere corpora sanabantur, ita signa erãt sanitatum animarum. At sanitas corporũ parua est, sanitas autem animarum maxima, & ad quam maxime faciendam & nobis persuadẽdam, descẽdit filius dei: & ad hoc uisibilia signa, & beneficas uirtutes circa corpora operabatur. Et quod subditur à Ioanne, dominũ subijsse in montẽ, ubi sedebat cum discipulis suis: id factum fuit in deserto Bethsaidæ, quod ex Lucæ capite. 9. cognoscitur. Sedebat autẽ docens, audiente plurima turba. Et tempus hic declarat Ioannes, quod alij tacuerũt: quia tunc instabat pascha, dies festus Iudæorum. Et hoc est secundum à baptismo CHRISTI pascha, de quo meminit Ioannes. Porro quod dominus circiter quinq; milia hominum, exceptis mulieribus & paruulis, satiauerit quinq; panibus & duobus piscibus, expressit Matthæus capite. 14. numero. 145. & Marcus capite. 6. numero. 32. & Lucas capite. 9. numero. 83. Sed hic Ioannes adijcit pauca specialius, quæ alij non expresserunt. De Philippo scilicet, de cuius fide dominus periculũ fecit, & inuenta est exigua: similiter & de Andrea, qui cum prodidisset puerũ, qui quinq; panes ordeaceos & duos pisces habebat, adiecit: Sed hæc quid sunt inter tantos? impossibile ratus hæc tantæ populi turbæ sufficere posse. Verum dominus ostendit, quæ hominibus impossibilia uidentur, deo esse possibilia, imo etiam pluscq; possibilia: nam & illis saturati sunt omnes, & insuper fragmentis eorum duodecim cophini repleti. Panum quoq; materiam hic expressit, qd' essent ordeacei. Cuius rei figura præcesserat in Elisæo in panibus ordeaceis: ut. 4 Regũ circa finem quarti capitis licet intueri: sed multo hic magnificentior ueritas, quàm illic figura. Cætera ijs q̃ Matthæus, Marcus & Lucas habent, sunt similia. Deinde subdit Ioãnes quid uiso illo signo dixerit turba illa satiata, & quid facere intẽderit,

48 „ dicens. ¶ Illi ergo homines, cum uidissent quod IESVS fecerat signum, dicebant:
„ Quia hic est uere` propheta, qui uenturus est in mundum. IESVS ergo cũ cogno-
„ uisset, quia uẽturi essent, & raperent eum, ut facerẽt eum regem, fugit iterũ in mon
„ tem ipse solus. ¶ Dicebãt, Quia hic est uere` ,ppheta, ὁ ἐρχόμενος, ut habet Ioannes:
quod dici potest, qui uenturus erat. Iam enim uenerat, & eũ uenisse fatebantur: nã
dicebant, hic est. Quare potius hic uertendum erat ὁ ἐρχόμενος, qui uenturus erat,
quàm qui uenturus est, etsi utrunq; significet: quia id, qui uenturus est, illũ nondum
uenisse subindicare uidetur. At si ita dicebãt: Hic est uere` propheta, qui uenturus
erat in mundum: iam uenisse aperte` testabãtur, ut reuera uenerat. Ecce quomodo
ex lege, & prophetis intellexerãt prophetam uenturum qui erat Messias, & in hoc
bene dicebant. Sed quod cogitabãt se uẽturos, & coacta multitudine redituros, &
rapturos ipsum, ut cõstituerent ipsum regem suum, stulte cogitabant. nã quem de-
us constituerat regem, etiã secundum dispensationem nostræ naturæ assumptæ, ut
habetur psalmo secundo: Ego autẽ constitutus sum rex ab eo super Sion montem
Psal.44. sanctũ eius. Et alio loco: Dico ego opera mea regi. & subditur: Dilexisti iustitiã, &
odisti iniquitatem, propterea unxit te deus deus tuus. stultũ erat homines uelle eũ
creare regem. Et ideo id cognoscẽs dominus, dimissa turba, ex Matthæo, ascẽdit: si
ue ut Græce Ioannes habet, ἀνεχώρησεν, id est secessit (nõ fugit, ut interpres uertit) in
montẽ ipse solus. Ad quid enim dimissa turba fugisset? Qua etiam præsente non fu
gisset, ut qui omnia sciret, uel antequam essent cogitata, tantũ aberat ut in necessita
tem fugæ deuenire posset. Ad hæc nõ cogitabãt tũc ipsum rapere, sed postero die
exorta luce. Postremo nunq; fugisse legitur. Id ergo interpretis fugit, perinde in-
telligendum est, ac secessit. Sed ad quid secessit, etiã solus? Nimirũ ut oraret, non ut
Matth.14. ueloci cursu turbæ impetum uitaret, dicente Matthæo: Et dimissa turba, ascendit in
montem solus orare. Verũ est tamẽ, quod præmisit discipulos suos, nulla relicta na
ui, ut præcederent, & ipse solus in deserto mansit. Vnde & fiduciam cõceperat tur
ba, se omnino reperturam ipsum, & eum non elapsurum. Verum longe` secus eue-
nit: nam qui naui non egebat, æque facile mari atq; terra abiuit, & factum est quod
uolebat: non autẽ quod ipsi uolebant, intendebantq; ut ostenderet alio signo se ali
quid maius esse, q̃ ipsi putarent. Quod & ipse signo manifestauit aperte` quod sub-
49 „ dit Ioannes, dicẽs. ¶ Vt autem sero factũ est, descenderunt discipuli eius ad mare.
„ Et cum ascendissent nauim, uenerunt trans mare in Capharnaum. Et tenebræ iã fa-
„ ctæ erant, & nõ uenerat ad eos IESVS. Mare autẽ uẽto magno flante, exurgebat.
„ Cũ remigassent ergo, quasi stadia uigintiquinq; aut triginta, uident IESVM ambu
„ lantem super mare, & proximũ naui fieri, & timuerunt. Ille autẽ dicit eis: Ego sum,
„ nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim, & statim nauis fuit ad terrã,
„ quam ibant. Altera die turba, quæ stabat trans mare, uidit quia nauicula alia nõ erat
„ ibi, nisi una: & quia nõ introisset cũ discipulis suis IESVS in nauim, sed soli discipu-
„ li eius abijssent: Aliæ uero superuenerũt naues à Tiberiade, iuxta locum ubi mãdu
„ cauerãt panem, gratias agentes deo. Cum ergo uidisset turba, quia IESVS nõ esset
„ ibi, neq; discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & uenerunt Capharnaum quæren
„ tes IESVM. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quãdo huc ue
„ nisti? ¶ Hoc signum positum est à Matthæo, capite quartodecimo, numero, 146, &
à Marco, capite sexto, numero, 33. Et pauca hic adijcit Ioannes, quod illi nõ habent.
Verum aliquot in locis litera paulo aliter uerti poterat, ut hic: Cũ autem sero factũ
esset: quod Ioannes dicit, ὡς δὲ ὀψία ἐγένετο, quod sic quoq; uerti poterat, Vt autem se
rum fiebat. Nam indefinitum nonnunquã etiam pro præterito imperfecto capi so-
let, maxime ubi materia id exigit, quod hic esse uidetur: nã nondũ facta uidetur ue-
spera, cum descenderunt ad nauem; quanquã dies uergebat in uesperam, quando-
quidem

quidem turbã adhuc existẽte in loco, & nondum dimissa, misit discipulos ut profici-
scerentur ad nauem, & præcederent ipsum trans fretũ, dicente Matthæo: Et statim Matth.14.
compulit IESVS discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trãs fretũ,
donec dimitteret turbas, & Marco similiter: Et statim coẽgit discipulos suos ascen Marc.6.
dere nauim, ut præcederẽt eum trãs fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret po
pulum. Et ascẽdisse etiam discipulos, turba adhuc illic existente, & nondũ uespera
facta, etsi dies deuergeret in uesperam, testatur hic Ioannes, cũ ait: Altera die, turba
quæ stabat trans mare, uidit quia nauicula alia nõ erat ibi, nisi una: & quia nõ intro-
isset cũ discipulis suis IESVS in nauim, sed soli discipuli eius abijssent: uiderãt ergo
abijsse discipulos, id est e` statiõe soluisse. Dimissa ergo nondũ erat turba: quod in-
dicium est, necdum serum factum fuisse, etsi instaret. Et hoc (ut dictũ est) uero absi-
mile non est dominum fecisse, eorum qui in turba erãt uoluntate cognita, qui uole
bant die sequẽti ipsum rapere & cõstituere regẽ: ut scilicet abeuntibus discipulis,
& ipso manẽte solo, absq; ulla naue, cuius subsidio abire posset, illi minus diffiderẽt
seipsum reperire posse eo in loco: & insuper ut & illi, & discipuli, ipsius uirtutẽ exa
ctius cognoscerẽt, ipso perinde liquido mari atq; firmo solo utẽte. Id etiam, Vene-
runt trans mare Capharnaum: quod Ioannes dicit ἤρχοντο πέραν τῆς θαλάσσης εἰς καπερ-
ναούμ, uerti posse uidetur: Ibant trans mare in Capernaum, siue Capharnaũ, quod idẽ
est, nam id uerisimile non est, quod fuerint Capharnaum, & deinde redierint ad ma
re, remigantes iterum unde uenerant. nam si trans fretũ fuissent, illic expectassent
dominũ, qui iusserat ut capesserent uiam trans mare, & præcederent ipsum. Cur er
go redijssent e` Capharnaum, idq; noctu & tenebris iam factis? Et quomodo etiam
uenissent trans mare in Capharnaum, cũ uentus esset uehemẽs, atq; illuc euntibus
contrarius? dicente Matthæo: Vespere autem facto, solus erat ibi: nauicula autẽ in
medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius uentus. Cui similẽ sententiã
habet Marcus, dicẽs: Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in ter
ra, & uidit eos laborantes in remigãdo: erat enim uentus contrarius eis. Nondum
ergo uenerant trans mare in Capharnaum: sed ibant illuc, ire` ue cõtendebant relu-
ctante uẽto, atq; freto. Transferendum igitur erat, Ibant trãs mare in Capharnaũ.
Ad hæc ex Ioanne dici non potest, quod redibant, cum dicat: Voluerũt ergo eũ ac-
cipere in nauim, & statim nauis fuit ad terram, quã ibant. Ibãt ergo, nõ reuerteban-
tur. At dices: Quomodo ergo impleuerunt præceptum domini, qui iusserat, imo`
compulerat eos ascendere in nauiculam, & præcedere ipsum trans fretum? Si non
fuerunt trans fretum, quomodo præcesserunt eum trans fretũ? Non iussit simplici-
ter ut præcederent ipsum trans fretũ: sed ut præcederẽt ipsum, tendendo trans fre-
tum, donec dimitteret turbas, ut ait Matthæus: et similis sentẽtiæ est Marcus. Ergo
quandiu turbæ affuerunt, quæ eos abire uidebant, præcedebant ipsum uersus eam
plagam euntes, ad quam illos ire iusserat dominus, neq; tũc uentus erat eis contra-
rius: quod intelligitur ex hoc, quod turbæ uiderũt discipulos cõscensa naui abeun-
tes, remanente IESV in terra. At dimissa turba, continuo` (ut dñs uoluit) exortus
est uehemens uentus, & laborantes non poterãt prævalere uento. Tũc autẽ quod
iusserat impleuerant, siquidem præcesserant, donec dimisisset turbas: ultra autẽ re-
migare non poterant, adeo` ut horarũ circiter nouem spacio, remis pro uiribus in-
cumbentes, non confecerint quatuor miliaria: nam ex Ioanne, ui remorum confece
rant stadia circiter uigintiquinq;, quæ pauxillo plus q̃ tria sunt miliaria: aut ad sum
mum triginta, quæ minus sunt quàm quatuor. Et quod id fecerint horarum circiter
nouem interuallo, aut etiã ampliore, prompte` ex hoc dignoscitur, quod discipuli ci
tra noctem conscensa naui, abierunt aliquandiu turba uidente: & quarta uigilia no Matth.14.
ctis uenit ad eos dominus ambulãs super mare, ex Matthæo, & similiter ex Marco Marc.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

circa quartam uigiliam noctis. At cum nox illic sit plus minus duodecim horarũ, & quarta uigilia, aut circa quartam uigiliam dominus uenerit, nouem horæ noctis, aut circiter fluxerant, tribuendo unicuique uigiliæ noctis trihorium. Quod igitur dicitur, ratum est. Porro aduertendum est cum Ioannes dicit: Voluerũt ergo accipere eum in nauim: quod ex Matthæo & Marco, ascendit & cessauit uentus, & repente appulerunt ad portũ quo ibant. Quod & augere potuit miraculum, domino se demonstrante, & terræ & maris, & fluctuum, & uentorum dominum. Et quia hoc nõ usq; adeo alij expresserant, idcirco Ioannes id hac in parte resumpsit: sed de Petro, quẽ dñs fide nutantẽ e medijs fluctibus eripuit, tacuit: quod id Matthæus sufficienter enarrauerat. Cætera in Matthæo, pariter & Marco, locis iã prætactis, sunt satis cognita. Et cũ Ioannes addit, Altera die turba quæ stabat trans mare: de ea turba loquitur, quæ ex parte deserti, uesperi dimissa fuerat, & sequenti die illuc redierat, ut inueniret IESVM, quemadmodũ se inuenturã illum arbitrabatur: & erat circa mare ex parte opposita ei, ad quam dominus profectus erat. Illud ergo trãs, cũ dicitur, Stabat trans mare: erat cis mare ex parte deserti. Et particula, Quia nauicula alia nõ erat ibi, nisi una: de ea nauicula intelligitur, quã discipuli ingressi fuerãt ut præcederent, quæ tũc sola erat: qua discedente, nulla in statione illa erat relicta, quam dominus ascẽdere potuisset. Quod uidentes turbæ, mirabãtur quo abijsset dominus: nã & nauis non fuit qua abiret, & uentus cõtrarius impediuisset: quo minus etiam habita naui, isset quo præmiserat discipulos. Cum ergo sic perquirerẽt dominum, & non inuenirent, superuenerũt ex parte Tiberiadis, nauiculæ iuxta eum locum, ubi manducauerant panem, ἐυχαριστήσαντος τοῦ κυρίου, id est gratias agente domino: quemadmodum & prius dixerat Ioãnes, ubi erat: Accepit ergo IESVS panes, & cũ gratias egisset, distribuit. Et illi cõscenderũt nauiculas illas, et uersus Capharnaũ, quo dominũ emisisse discipulos suos intellexerant, nauigauerunt, & ita quæsitũ dominum inuenerunt trans mare. Vnde magno miraculo tenebãtur, quomodo & quando illuc uenire potuerat. Non enim uidebãt quomodo itinere terresti uenire potuisset, ut neque uenerat, etsi uolens, potuisset in momẽto: neq; quomodo uia maris, nam nauiculam non habebat, & etiã si habuisset, uentus erat contrarius. Sed in hoc & ipsi errabãt, quia uia maris illuc uenerat, & nulla rate, ac uento quãuis procellosо nequaquam impediente. Admirantes igitur hoc factum, sciscitabãtur à domino, quando illuc uenerat, quod ab alijs magis scire potuerunt, quàm à domino. Nã dominus eis respondit, non quomodo aut quãdo uenerit: sed quod subdit Ioannes, di-
50 » cens. ¶ Respõdit eis IESVS, & dixit: Amen amen dico uobis, quæritis me, nõ quia
» uidistis signa: sed quia mãducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini nõ cibũ
» qui perit, sed qui permanet in uitã æternam, quẽ filius hominis dabit uobis. Hunc
» enim pater signauit deus. Dixerũt ergo ad eum: Quid faciemus, ut operemur ope-
» ra dei? Respõdit IESVS, & dixit eis: Hoc est opus dei, ut credatis in eum quẽ misit
» ille. ¶ Quærebant dominum, non quia uiderant signum: signum enim illud erat di
uinæ naturæ, diuinæq; potentiæ signum: ergo si requisijssent eũ, quia uiderant signum: requisijssent eum quia deus esset, & diuinã in se haberet naturã: & sic quæsissent ipsum propter ipsum, non autem propter seipsos. At se respiciebãt, confidentes quod egregie saturati ab ipso fuerant. Sic itaque quærebãt ipsum propter se ipsos, non propter ipsum. Et ob id etiam statuerãt eum in deserto regem suum constituere, quod posset ipsos alere, uel abũdãtissime. Et ita seipsos respiciebãt, & propter seipsos omnia faciebãt. At qui quærunt hoc modo deum, non bene quærunt: quod suo hic sermone ad hoc pacto male quærentes ipsum, aperuit dñs. Siquidem qui sic quærit, quærit cibum qui perit, & cibum qui perit, operaẽ: sed qui quærit deum propter deum ipsum, & propter nihil aliud, hic quærit cibum qui nõ perit, & cibum qui

bum qui nõ perit, operatur. Cum ergo dicit: Operamini non cibũ qui perit, sed qui permanet in uitã æternã: iubet se à nobis, non propter nos, sed propter se quærendum, in quo etiam se declarat deũ, qui maxime uel solus propter se est quærẽdus. Sed quis quærenti & operanti dat cibũ illum qui non perit, sed qui permanet in uitam æternam? Ille ipse, qui idem filius dei & filius hominis est. Quem, inquit, filius hominis dabit uobis, hunc em̃ pater signauit deus. Quid hunc? Cibum ne? Etiã cibum, quia idem est cibus ille & filius hominis. Verum hic non cibum, sed filium hominis refert: quia τοῦτον, id est hunc, masculinum est, ut υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, filius hominis, non fœmininũ, ut βρῶσιν, id est esca siue cibus. Sed quo sigillo signauit, id est sigillauit eũ deus pater? Verbo suo, filio suo, qui est character substantiæ ipsius, quemadmodum ait Paulus: Locutus est, inquit, nobis in filio, quem cõstituit hæredem uniuersorũ, per quem fecit & secula: qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius (quod Græce dicitur χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ) portansq; omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorũ faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Ergo uerbũ cõsubstantialis diuinitatis, & character paternæ substantiæ, sigillum est: quo sigillauit pater qui deus est, hunc filium hominis: & ex cõsequenti, cibũ quem dat filius hominis: nam & ipse dat semetipsum. Quibus? Sane oibus uiuã in ipsum fidem habentibus, quorũ ipse est uiuificans inhabitator, quod ex uerbis eius infra cognoscetur. At cum dominus dixit eis: Operamini cibũ qui nõ perit, sed qui permanet in uitam æternã: interrogauerũt eum, quid facientes operarent opera dei, id est cibum illum qui non perit. Quibus ipse respõdit, hoc esse opus dei, ut crederent in eum quẽ misit ille, id est deus pater, hoc est ut crederẽt in ipsum. In quo insinuabat se esse deum: in quem em̃ credendũ est, nisi in deum? Ex quo intelligere debebant, ipsum esse Messiam, & deũ à deo missum: id illis insinuante deo per Zachariam sic loquente: Lauda, & lætare filia Sion: Ecce uenio, & habitabo in medio tui, ait dominus. Et subdẽte: Et scies, quia dominus exercituũ misit me ad te. Nam ex prima particula, Deus erat in medio ipsorũ: quare debebant credere in eum, ut in deum, & ex secunda particula, deus pater, dominus exercituũ miserat eum. Vides ergo q̃modo credere, quod est opus fidei: ut lucis lucere, est opus dei, & quo adipiscimur cibum uitæ, qui permanet in uitam æternã, quem tum habemus, cum filius hominis dat nobis seipsum, & inhabitatorẽ, & uiuificatorem, uiuentibus iam non uita mortali, sed deo. Sed tam abfuit ut Iudæi, præsertim scribæ & pharisæi qui aderant, hoc opus uellent operari, ut etiã signum peterẽt, & uerbis eius uellent ob
» luctari, dicente Ioanne. ¶ Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, ut uidea- 51
» mus, & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerũt manna in de-
» serto, sicut scriptũ est: Panẽ de cœlo dedit eis manducare. Dixit ergo eis IESVS:
» Amen amen dico uobis, nõ Moyses dedit uobis panẽ de cœlo, sed pater meus dat
» uobis panem de cœlo uerum. Panis enim uerus est qui de cœlo descendit, & dat uita
» tam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hũc. Dixit
» autẽ eis IESVS: Ego sum panis uitæ. Qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in
» me, non sitiet in æternũ. Sed dixi uobis, quia & uidistis me, & nõ credidistis. ¶ Vo
lunt uidere signa, & signis credere nolunt. Nuper pauit tot milia hominum quinq; panibus & duobus piscibus, & tanta fragmẽta superauerũt, ut collecta duodecies amplius uideri possint, cũq; omnia quæ à principio fuerant illis oblata. Et hæc sola benedictione facta sunt, adeo potens erat eius benedictio, quod erat uniuersalis prouidentiæ, & diuinitatis eius certissimum argumentũ. Nuper etiam, perinde super fluidas maris undas, atq; super solidam humũ ambulauit: & alterũ quamdiu affuit ei fides in ipsum, similiẽ ambulare fecit. Fecit & uerbo silere uentũ, & repente nauem & homines appellere, quò ipsi tendebãt, & ipse pariter cum eis, suscepto ipso

Zacha. 9.

ambulante super aquas: quæ sunt populi & nationes mundi. Quæ enim procella, qui spirituum malignorum flatus potest impedire ecclesiæ nauem, quin & ipsa, & omnes existẽtes in ea perducantur cũ IESVV ad æternæ uitæ portũ? Cuiusnã hoc
Psal. 113 signum, uelle & protinus factum esse quicquid uoluerit, nisi dei? sicut scribitur: Omnia quæcunque uoluit, fecit. Volunt igitur uidere signa, sed nequaquam credere propter signa. Mentiebantur ergo, quando interrogabant: Quod tu facis signũ, ut uideamus & credamus tibi? quandoquidem propter nullum signum erãt credituri. Sed & nũc, & alias quãdo e' somno excitatus est in naui, signa fecit, per quæ cogno
Psal. 106. sci poterat is de quo scriptura eorũ dixerat: Qui descẽdunt mare in nauibus, facientes operationẽ in aquis multis, ipsi uiderunt opera domini, & mirabilia eius in profundo. Et subditur: Et statuit procellam eius in aurã, & siluerunt fluctus eius. Et lætati sunt quia siluerunt, & deduxit eos in portum uoluntatis eorũ. Verũ signa eius, quæ & maxima erant, & quæ negari nõ poterãt, attenuare uolebant, dicẽtes: Quid
Exodi. 16. operaris? Patres nostri manducauerũt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis manducare. Quasi dicerent: In hoc quod pane terreno cibasti illã multitudinem in deserto, non magnum quid operaris: nam maius fecit Moses, qui in deserto patres nostros, id est omnem Israëliticum populum pauit mãna, qui erat panis cœlestis: sicut psalmo septuagesimoseptimo scriptũ est: Et pluit illis mãna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. Et hi erant scribæ & pharisæi, qui sic facta CHRISTI gloriosa attenuare nitebãtur. Quibus respondit dominus: Amẽ amen dico uobis, non Moses dedit uobis panem de cœlo, nam nequaq; Moses erat ille, qui dabat mãna, sed pater cœlestis: sicut & in psalmo septuagesimoseptimo intelligitur. Et pluit illis mãna ad manducandũ: nõ enim Moses pluit, sed deus. & sicut in Exodo scribitur dominũ dixisse ad Mosen: Ecce ego pluam uobis panes de cœlo. Et Mosen ad populum: Iste est panis, quẽ dominus dedit uobis ad uescendũ. Non ergo Moses (ut illi falso' mentiebantur) dedit eis panẽ de cœlo. Sed neq; Moses fecit illis hoc signũ, pascendi eos pro uoluntate sua: neq; benedictione sua, ut licet uidere Exodi capite sextodecimo, id fecit. At dominus signum illud in deserto, ut uoluit, ipse fecit: & pro uoluntate sua ipse pauit populum, & benedictione sua factum est miraculum. Id igitur multo maius erat, quàm quod Moses fecerat, qui reuera nihil fecerat. At miseri homines, quæ dei sunt, homini attribuũt, quod aut idololatria est, aut idololatriæ proximũ. Ad hunc modum ob uera miracula, quæ deus faciebat: aut falsa dæmonũ ludificamenta, quæ deus permittebat, plurima plurimis olim introducta est idololatria, creaturæ cultũ tribuendo, qui soli deo debetur. At uero ubi uerus cultus est, ludificamenta locũ non habent: quia creaturæ nihil quod dei sit, tribuitur: & fides quæ cũ spiritu CHRISTI est, ludificamẽta nescit: aut si quæ adsunt ob aliquorũ infidelitatem, qui tales sunt, quales olim erãt scribæ & pharisæi, statim discernit: nam unius est fides, unius ueritas, unius salus. Cæterum cum non Moses quidẽ, sed cœlestis pater dedit in deserto filijs Israël manna, panẽ de cœlo: dedit figuram solum, & nondum panem de cœlo uerum, qui erat CHRISTVS dns. nam panis ille de cœlo uerus est, qui dat uitam mundo, & uitam quidem æternam. Tũc quidam audientes dominũ loquentem de pane illo uero, qui ueram uitam præstat mundo, dixerunt domino: Domine, semper da nobis panem hunc. Quibus ipse respondens, mysteriũ aperuit, quis esset panis ille uerus, dicens eis: Ego sum panis uitæ. Qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternũ. Fames ducit ad cibũ, & sitis ad potũ. Cibus, doctrina CHRISTI est: Et potus, fides eius. Fames, desiderium spiritus autem. Ea fames, ducit ad doctrinam CHRISTI: quã qui uere' habet, uenit ad CHRISTVM: imo' CHRISTVS ad ipsum, qui illã interne docet, & nullam amplius desiderabit doctrinam, nam ea sola est, quæ famem spiritus extinguit

extinguit. Sitis item desideriũ est spiritus. Et ea sitis ducit ad fidem: quam qui uere habet, credit in CHRISTVM: & sic quidem credit, ut nullo modo de uita æterna quã promittit, diffidat, neq; ullo unq; fidei torqueatur desiderio: nam hæc fides, uel sola sitim spiritus sedat: & utrunq; desiderium, uitæ est desiderium, & uitæ quidem æternæ. Et subdit dominus, dicens eis: Dixi uobis, quia & uidistis me, & non credidistis. Dixi uobis: Ego sum panis uitæ, ut uel nunc credatis. Et prius uidistis me & signa mea, & non credidistis: nam ad me uenistis (ut iam dictũ est) non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis: & hoc est ad deum non propter deum, sed propter se ire: non erigendo ad ueritatem rerum oculum, sed deprimendo: & hoc est male ire. Et subdit dominus, quomodo omne quod ad ipsum uenit, non peribit; quia id omne dedit ei pater, ut in eo bonam & misericordem, imo' superbonam & supermisericordem impleat patris uoluntatem, aperien
» te Ioanne, dicens. ¶ Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, & eum qui uenit 52
» ad me, non eijciam foras: quia descendi de cœlo, non ut faciam uoluntatem meam,
» sed uoluntatem eius qui misit me. Hæc est enim uoluntas eius qui misit me patris,
» ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die.
» Hæc est autem uoluntas patris mei qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & cre-
» dit in eum, habeat uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. ¶ Id, Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet; sic capi debet, ut intelligamus patrem donum dare ei quod dat filio, & deinde quod dono datum est, ad ipsum uenire. Et proinde neminem posse ad ipsum uenire, nisi patris in se donum sentiat, ut & inferius dicit: Nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Et hoc donum eunti ad CHRISTVM datum est. Verum, cum pater dat alicui donum, ut eat ad CHRISTVM, dat simul & CHRISTO ipsum euntem ad CHRISTVM: sicut & paulo inferius dicit: Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Nam uenire ad eum, est patrem illi eum qui uenit dare: & patrem eum qui uenit trahere, est donum ueniendi illi infundere. Et quid est, ad CHRISTVM uenire? Sane' doctrinam eius amplecti, & in ipsum firmissime credere. Et eum (inquit) qui uenit ad me, non eijciam foras. Quid est, non eijciam foras, nisi non excludam à regno uitæ æternæ, nõ erit obnoxius miserorum miseriæ, qui cruciabuntur in tenebris exterioribus in secula seculorum die ac nocte, imo' perpetua nocte? Et causam subdit, quia hæc est illa immensæ bona patris uoluntas, ut filius non excludat datum ipsius à regno uitæ, sed uitam det ei sempiternã. Filius autem uenit facere uoluntatem patris, non suam ut suam, & ut à se, quanquã eadem est & patris & filij uoluntas. Et ut patris uoluntas immense bona est & misericors, & nolens quicquã perire quod uenit ad filium: ita & filij uoluntas infinite bona est & misericors, & nihil uolens perire quod uenit ad ipsum. Quare qd' dat pater, id omne dat ad saluandũ: & quod recipit filius, id omne recipit ad saluandum: & hæc est utriusque & patris & filij uoluntas. Sed filius præfert patris honorem, quando dicit se descendisse de cœlo; non ut faciat uoluntatem suam, sed uoluntatẽ eius qui misit illum. Et declarando quæ sit bona erga nos patris uolũtas, suam etiam declarat, sed gloriam refert in patrem: ut nos doceat patrẽ glorificare in filio, & filium in patre. Quid est ergo, ut non perdã ex eo, nisi ut nõ excludam à salute mea, ut nõ condemnem in iudicio, ut non tradam afficiendum æterno supplicio? Sed ut resuscitem illud in nouissimo die, resurrectione scilicet uitæ, salutis, & æternæ consolationis: nõ aũt iudicij, perditionis, & æternæ desolationis: quia omnes (ut capite præcedente dictũ est) in nouissimo die suscitabit. Venit (inquit) hora, ĩ qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectio nem uitæ: qui uero mala egerũt, in resurrectionẽ iudicij. Et de resurrectione in uitam filiorũ

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

tam filiorũ dei,per Messiam in nouissimo die faciendam, aliquid etiam traditiones continent Hebræorũ,uolentes id Psalmi septuagesimi primi; Ante solẽ IANIN (sic em legũt:quamuis scribatur INNON,ut ex scholijs marginalis uidere licet)no mẽ eius,interpretando IANIN(si sermo noster admitteret) filiabit,loco cuius liceat nobis dicere,nasci faciet,generabit:de generatione & suscitatione filiorũ de puluere terræ intelligi:perinde ac si diceremus ,Ante solẽ,hoc est ab æterno, Messiæ nomen est,quod sit ex puluere terræ mortuos suscitaturus,resurrectionisq; filios facturus.Imo sicut à patre omnis paternitas in cœlis,& in terra nominatur: ita à filio omnis (ut sic dicam)filialitas,omnisq; generatio in cœlis & in terra nominatur. In cœlis quidẽ, quia ante omnia genitus:in terra uero,quia(etsi per ipsum omnia prima generatione facta sunt)secundæ generationis,qua filij dei sumus,ipse solus ut filius est author,& tandẽ in nouissimo die ultimæ generationis,qua qui digni futuro seculo inuenientur:per eum efficientur filij resurrectionis. Proinde subdit dominus:hæc est aũt uolũtas patris mei qui misit me,ut omnis qui uidet filiũ & credit in eũ habeat uitam æternam,& ego resuscitabo eum in nouissimo die. Quis est qui nunc uidet filiũ,nisi qui per scripturas & uerbũ ipsius cognoscit eum? Sed non satis est nosse eũ:per scripturas,nisi etiam adsit fides in eũ. Vt illis qui tũc aderant,nõ sufficiebat uidere ipsum,& audire uerbũ eius,nisi etiam credebant in eum Et hæc fides sine dilectione esse non potest,ut em radius sine calore nihil uiuificat, sic nec fides sine dilectione:sed est fides mortua,& nõ fides. Et cũ huic particulæ, Habeat uitam æternã,continenter subdit, Et ego resuscitabo eũ in nouissimo die, declarat se hic loqui de resuscitatione in resurrectionẽ uitæ:nõ de ea,quæ est in resurrectionem iudicij. Et hæc omnia,quæ ex mandato patris eis pronũciat,declarãt eũ omnipotentẽ esse atq; deũ. Sed maligni scribæ & pharisæi,attendẽtes uerbis eius,nõ ut crederẽt(erant em aspidibus surdiores ad credendũ,& talpis cæciores ad intelligendũ)sed ut reprehẽdere quippiam aut damnare possent,murmurabant,di

Ephe.3.

53 » cente Ioanne. ¶ Murmurabant ergo Iudæi de illo,quia dixisset,Ego sum panis ui-
» uus qui de cœlo descendi:& dicebant,Nõne hic est filius Ioseph , cuius nos noui
» mus patrem & matrẽ:Quomodo ergo dicit hic,Quia de cœlo descendi? Respon-
» dit ergo IESVS,& dixit eis:Nolite murmurare inuicem. Nemo potest uenire ad
» me,nisi pater qui misit me,traxerit eũ,& ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Est
» scriptũ in prophetis:Erũt omnes docibiles dei. Omnis q audiuit à patre, & didicit
» uenit ad me.Nõ quia patrẽ uidit quisquã,nisi is qui est à deo,hic uidit patrẽ. ¶ Coe
perunt scribæ & pharisæi duas particulas,quas dominus protulerat , hanc scilicet, Ego sum panis uiuus:& hanc,Quia descendi de cœlo,Et de his murmurabant, & dicebant:Nõne hic est filius Ioseph,cuius nos nouimus & patrẽ & matrẽ? Quasi dicerent:sic:Sed in hoc fallebantur,mentiebantur q;:quia neque filius erat Ioseph, ut putabant,neque patrem aut matrem eius ut res habebat,nouerãt:nam deus erat pater,& uirgo,mater:quod ipsi neq; intelligebant,neque credebant. Quomodo ergo nouissent patrem eius & matrem? Ex his igitur quæ falso opinabantur,colligebant. Quomodo ergo descendit de cœlo? Quomõ est panis uiuus? Quasi dicerẽt, hoc,falsum est:illud,absurdũ,& quod nullo mõ fieri potest. Verũ ut sua opinio necolligebant falsum,ita etiam præsumebant falsum. Et uerũ erat, CHRISTVM & esse panem uiuum,& de cœlo descendisse. Cæterũ dominus cum cogitationes eorum uideret,& murmurationem eorum intelligeret,se plusquàm filium Ioseph declarando:ut qui cogitationes eorũ nosset,& murmura eorũ intelligeret, respondit eis:Nolite murmurare inuicẽ. Nemo potest uenire ad me , nisi pater qui misit me,traxerit eum,& ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Quasi diceret: Nõ est(ut putatis)Ioseph pater meus;sed deus qui mouet corda eorum qui ueniunt ad me,

nõ Ioseph,

nõ Ioseph,sed deus qui est pater meus,misit me. Et idcirco nõ uenitis ad me,intelligendo uerba mea,& credẽdo in me:quia tracti nõ estis à patre meo, qui misit me At quare non erant tracti? Quia trahenti reluctabantur,eo quod se dociles , suasibilesq; non reddebant. Nam de ijs,quos pater tracturus erat,scriptũ est: Et erunt omnes docibiles dei,ut Esaiæ capite uigesimosexto scriptũ est:Cum feceris iudicia tua in terra,iusticiam discent habitatores orbis. Et Hieremiæ capite trigesimo primo:Nõ docebit ultra uir proximũ suũ,dicẽs,cognosce dominũ. Omnes enim cognoscent me,à minimo usq; ad maximũ:& plerisq; alijs in locis similis habetur sententia:quæ omnia docilitatẽ dei,id est suasibilitatem,promptitudinemq; doctrinæ à deo suscipiendæ indicant. Sed age,quid est patrem trahere? Nunquid trahit omnes,quos uult saluos fieri,& quibus suam dat gratiam ut saluentur? Non crediderim. Nam omnes(tanta est eius bonitas)uult saluos fieri,& oĩbus suam dat gratiam,tum ut saluet,tum ut saluentur:quod & ipse tunc faciebat,cũ ex uoluntate eius,dominus illos sermones loqueretur. Attamen non omnes trahebat,sed illos dũtaxat qui gratiæ non reluctantes,sese dociles dei,id est suasibiles,promptosq; recipiendæ doctrinæ diuinæ exhibebant. Est em trahere,non conari solũ,sed mouere. Vt si nauem arenæ hærentem,circumacto fune pro uiribus coneris trahere,si eam non moueas,neq; trahis illam;tametsi conaris trahere,neq; ea trahitur. Sic aduenente,& circũdante quempiã dei gratia,quæ est funis diuinitatis nulli negatus: si pater illum non moueat,neq; pater trahit eum,neq; ille trahitur. Sed si alium eadẽ aut simili aduenente gratia,moueat pater:tum & ipse trahit,& ille trahitur. Ac primus quidem nõ est tractus: quia gratiæ est reluctatus. At secundus,ut gratiæ parens,& illi nihil reluctatus,est tractus. Idem tamen erga utrũq; dei conatus ad saluandum fuisse uidetur. Quinimo nõ prouenit ex deo,quin semper trahat,& quisq; trahatur:sed quod non trahimur,id ex nobis prouenit. Si quis circumacto fune trahat nauem,id nõ prouenit ab ipsa naui,sed à trahente:at si adhibito conatu illa nõ trahatur,id solius nauis est. Trahere ergo & trahi,dei sunt:nõ trahi autem nostrũ. Trahi dico,quia ut nauis ad hoc quod trahatur,solum passiue se habet:ita & nos cũ trahimur,nos ad deum passiue habemus:sed cum non trahimur,sed stamus immoti,aut alio quàm quo diuina gratia contendit,ruimus:id nullo modo dei est,sed nostrum:perinde ut si quis circundato fune conetur mouere nauim dextrorsum,& ipsa fixa loco maneat immota,aut labatur leuorsum,solũ id nauis est. Ergo pater trahit,& hos solos trahit,quos mouet:mouet autem omnes,qui sunt non exasperantes,non reluctantes,sed dociles dei. Quia omnis qui audiuit à patre,& didicit,uenit ad CHRISTVM,qui filius dei est,& uita:audiunt enim multi à patre, ut quicũque sanctũ legunt Euangelium,prophetarum scripta, & sacras scripturas : at non omnes discunt,sed illi soli qui sunt dociles dei. Verum discere non possunt,nisi audiant :siquidem fides ex auditu,& maxime interno,ut scriptum est :Audiam quid loquatur in me dominus: Quin & ad hoc ipsum uenit filius,ut audiretur pater:qui (ut inquit Paulus) nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. At scribæ & pharisæi audierunt à patre,sed non didicerunt:quia noluerunt esse dociles dei,qui soli sancto sermone eius persuadentur. At inquies: Quomodo audierunt à patre,quẽ nunq; uiderũt? Certe sermo quẽ loquebatur dominus , erat patris:& multo quidẽ magis q; uerba,quæ loquitur orator,missus à quopiam rege ad ea nunciandа, uerba regis sunt. Sermonẽ,inquit,quẽ audistis,nõ est meus:sed eius qui misit me, patris. Sicut ergo audientes oratorem regis,uerba regis audiũt:& si regem uiderint nunquàm,sed solum oratorem eius:sic & multo quidem magis audientes CHRISTVM,audiebant uerba summi patris:etsi nullus unq; hominũ uiderat patrẽ,nisi is solus qui à deo erat,& qui erat orator eius,qui est CHRISTVS,deus,super oĩa

Psalm. 84.
Heb.1.
Ioan.14.

benedictus

benedictus: is em̃ uiderat patrem, imo semper uidebat, & nunq̃ nõ uidet, neq; nõ
54 „ uidere potest. Et quod adiungit Ioannes, prosequitur dominus, dicens. ¶ Amen
„ amen dico uobis, qui credit in me, habet uitam æternã. Ego sum panis uitæ. Patres
„ uestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo de
„ scendens, ut si quis ex ipso manducauerit, nõ moriatur. Ego sum panis uiuus, qui
„ de cœlo descẽdi. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternũ. Et panis quẽ
„ ego dabo, caro mea est pro mundi uita. ¶ Vt nemo credit alicui uiro, qui uerbo ei-
us non credet: ita etiam nemo credit CHRISTO, qui non credit uerbo eius: at nõ
ut uerbo uiri, sed (ut reuera est) dei, quod qui credit, habet uitam æternam: quam si
non credit se habere, nõ credit uerbo dei, & à fide excidit, & ab illa uita, quæ in hoc
mundo esse non potest, nisi ubi fides est. Certi ergo simus (si credimus) nos uitam
æternam habere, & illam solam suspiciamus & æstimemus. Quod si tepidi in fide
sumus, ad solem fidei cõuertamus nos, ut illuceat mentibus nostris, & illas sancto
faciat æstuare calore: & credamus, ut par est, in ipsum: ut illa uita uiuentes, eam, nõ
quia nostra sit, sed quia dei, exaltemus & glorificemus. Et quomodo qui credit in
eũ non haberet uitam æternam: cũ eũ qui est uita æterna, habeat fouentem se, edu-
cantẽ, & spiritualiter nutrientem, ac prorsus & intime uiuificantem? Ideo Iudæis
murmurantibus, quia dixerat, Ego sum panis uiuus: uere respondet, Ego sum pa-
nis uitæ. Manna erat panis de cœlo descendens, sed non erat panis uitæ, sed solũ
figura eius. Nõ erat, inquã panis uitæ, quia uita nõ uiuificabat æterna: siquidem pa
tres qui comederunt manna in deserto, mortui sunt. Quod si qui uiuunt, uita spũs,
nõ pastu illo corporalis mannæ uiuunt: nã solũ alebat corpus, uitamq; fouebat cor
poreã, qua uita oẽs mortui sunt, qui manducauerũt manna. Habebat tamẽ manna
Exodi.16. cũ uero pane uitæ multas similitudines: ut ex Exodo cognoscere promptũ est. Plu
ebat illud deus e cœlo aërio: hũc pluit nobis pater e cœlo æthereo. Egrediebatur
populus quotidie mane ad illud colligendũ, nos quotidie præuia luce fidei collige
re debemus istũ. Illud gloria dñi appellabat, sed in figura: iste gloria dñi est in ue-
ritate. Qui ex illo plus colligebat, nequaq̃ plus habebat: neq; q minus, minus: sed
quisq; quod sibi sufficiebat: sic iste nõ uni plus, & alteri minus, sed oĩbus et singulis
plena est sufficientia. Qui illud ante sabbatũ pro sabbato nõ collegerat, nihil sab-
bato inueniebat: qui etiã in hac uita nõ parauerit sibi istũ panẽ in sabbatũ æternita
tis, nihil inueniet in altera: candidũ illud erat: iste, candor lucis æternæ dealbãs pec
cata, & nos sanctificans suo candore. Gustus illius, ut similæ cũ melle: istius, in hoc
mũdo ut tritici, in altero aũt oĩs dulcedo, & incõprehensibilis sapor. Illud reserua-
tũ est Hebræis in tabernaculo in memoriã: iste Christianis solus reseruãdus est in
memoriã uiuificatiõis nostræ æternã, usq; ad mundi consummationẽ. Ergo iste est
panis uitæ de cœlo descendens, qui dat uitã, quæ nunq̃ interit: & hæc est uita spũs.
Et dñs ipse, panis ille qui de cœlo descendit. Hic est, inquit, panis de cœlo descen-
dens: ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis uiuus, q de cœ
lo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternũ. Manducat, qui per
fecte credit: ergo semper manducat, qui semper perfecte credit. Nã semper in cœ
lo manẽs, repẽte in quenq; credentẽ immobiliter descendit, ubiq; existens, quẽ &
uiuificat & nutrit: & hoc est ipsum spũaliter mãducare. Et quod dicitur: Si quis mã
ducauerit ex hoc pane, uiuet: de perfecte manducantibus intelligitur. Nã & Iudas
maducauit, ut qui aliquando credidit, & apostatæ plerique, sed non perfecte: quia in
perfecta fide nõ steterũt. Ac multi quidẽ in sacro signo manducant, & nõ uiuẽt in
æternũ: quia nõ perfecte manducant: siquidẽ impossibile est sic mãducare, nisi pfe-
cta fide, & fide quidẽ permanẽte. Nõ em̃ quia teris signa sacramenti ad modũ mã-
ducantis, manducas: sed quia alit & uiuificat spũm. Spũs ergo est qui mãducat, nõ
corpus

corpus: & illud manducare spiritus, nõ est aliquid conterere aut immutare, sed im-
mutari potius, deificari, ac in uitam æternã transire: & hoc fit mediante fide. Huius
manducationis sacramentum ut sacramentum, & sacramentalis manducatio, ut hu
iusmodi signum est: neq; facit quicquã sacramentũ sine fide, at fides sine sacramen
to multũ potest. Et de ea quæ ex fide est manducatione, id quod hic dicitur, præci-
pue est intelligendum, & non de sacramento. Quod aũt subiunxit: Et panis quem
ego dabo, caro mea est pro mundi uita, hoc mysteriũ passionis aperit, in qua & car
nem suam, id est quam assumpserat humanã naturam, dedit pro uita mundi, pro his
qui in mundo sunt, fuerunt, & erũt hominibus: alioqui mortuis & perditis, nisi uita
illa uiuificarenẽ æterna: sed & sacramentũ in illa passione est institutum. Istum pa-
nem uere obtulit deo patri in altari crucis pro reconciliatiõe, & (qd' maius est) pro
uiuificatione mundi; & in sacramẽto istum eundem iugiter (nobis memoriã illam
recolentibus) offert deo patri, tanq̃ si adhuc esset in ea conditiõe, qua mori posset,
pro unoquoq; mortem subire uellet, faciendo uoluntatem patris, ut quemq; uiuifi-
caret. Et hoc sacramentũ est monumentũ ieffabilis, & supereximiæ charitatis, qua
& carnẽ suã dedit pro mundi uita. At Iudæi audientes, huic dicto uehemẽter refra-
„ gabanẽ, dicente Ioanne. ¶ Litigabãt ergo Iudæi ad inuicẽ, dicẽtes: Quomodo po 55
„ test hic nobis carnẽ suã dare ad manducandũ? Dixit ergo eis IESVS: Amen amen
„ dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, nõ
„ habebitis uitã in uobis. Qui manducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, habet ui-
„ tam æternã, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Caro em̃ mea uere est cibus, &
„ sanguis meus uere est potus. Qui manducat meã carnem, & bibit meũ sanguinẽ,
„ in me manet, & ego in illo. Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrẽ:
„ & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Hic est panis, qui de cœlo descẽdit.
„ Non sicut manducauerũt patres uestri manna, & mortui sunt: qui manducat hunc
„ panem, uiuet in æternũ. ¶ Iudæi inter se litigabant, decertabant, more contenden-
tium inter se loquebanẽ super hoc dicto domini: Et panis quẽ ego dabo, caro mea
est pro mundi uita, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnẽ suam dare ad man-
ducandũ? id carnaliter, passibiliterq; intelligentes de corporali manducatione, nõ
de spirituali & sacrificij oblatiõe. At quomodo eius rei spiritu carebãt, qui toties li-
teram in lege sua legerant: ut Leuitici, 21. iuxta intelligentiam Hebraicam, ubi de
sanctificatione sacerdotij in figura loquitur dominus, dicens: Et sanctificabis eum
quia carnem domini dei tui ipse sacrificabit. Et Numerorum, 28. iuxta eandem in-
telligentiam: Præcipe filijs Israël, & dices ad eos: Sacrificiũ, carnẽ meã ad incendiũ
meũ &c. diligẽter offeretis. Quod de oblatione quam fecit in cruce pro omniũ sa-
lute uerũ est, oblata in sacrificio suo carne, in incẽdio suo, in igne charitatis immen
so, & de noui ritus in eius sacrificij memoriã institutiõe: quæ ad incendij eius, id est
immensæ charitatis eius imitationem esse debet. Verum, quia id non intelligebãt,
quod nimirum intelligere debebant, respondit dominus: Amen amen dico uobis,
nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis
uitam in uobis. Vbi aliquid adiecit ultra id quod dixerat: quia prius solum fecerat
mentionẽ de carne sua, quod panis esset quem daturus erat pro mundi uita: hic au-
tem adiecit de sanguĩe suo, qd' potus sit. Qui ergo uere credit humanitatẽ CHRI-
STI pro mundi uita oblatam in morte, & mundũ per eam hostiam esse redemptũ,
& ex morte uiuificatũ, mãducat carnem eius: & qui credit sanguine CHRISTI in
ara crucis fuso, & se & mundum, id est fideles ex mundo ad CHRISTVM uenien-
tes esse lotos, bibit sanguinem eius: quia habet CHRISTVM intra se, qui sua car-
ne, & suo sanguine illũ uiuificat: & CHRISTVS manet in eo intimius, quàm caro
& sanguis in corpore, & perfectius illi uitam suppeditat: nimirũ spiritualẽ, manen-
tem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem, & æternam, cũ caro & sanguis, imo cũ spiritus hominis, corpori: ut quæ uitam præstent corporalem, fluxam, & momentaneam. Nam si anima hominis mediante carne mortali, & sanguine corruptibili uitam præstant temporalem, mortalem, & corruptibilem: cur non poterit deus mediante carne immortali, & sanguine incorruptibili, uitam præstare æternam, immortalem, & incorruptibilem? De deo sane nõ bene sapit, qui id non sapit. Proinde uere ait filius dei, qui deus & homo est: Qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinem, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die; & hoc (ut iã dictũ est) resurrectione uitæ. Sed inquies: Prius dixit dominus: Ego sum panis de cœlo descẽdens, ut si quis ex ipso manducauerit non moriatur. Et rursum: Si quis mãducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Si ergo qui manducat, non morietur, sed uiuet in æternum; quomodo resuscitabit eum in nouissimo die? quia nihil resuscitatur quod mortuum non sit. An ne qui manducat eius carnem, & bibit eius sanguinẽ, moritur, & quodammodo nõ moritur: resuscitabitur, & quodam etiam modo non resuscitabitur? Moritur quidẽ morte corporali, sed semper uiuit uita spiritus: & ideo resuscitabitur à morte corporali ad uitam corporalem: sed corporali & mortali in immortale, spirituale cũ immutato, & uita corporis immutati in uita spiritus absorpta, quæ omnium una est: & omnes uitæ immortaliũ immutatorũ corporum, quæ multæ sunt & particulares, in unam uniuersalem counietur, trãsferentur cũ in deum. Ab hac unũ corpus erunt, & unus spiritus: ab illis autem quisq; suum seruabit numerum, sed quisq; melius sine numero & extra numerũ, sed supra numerum, & magis unus quàm in proprio numero, & in proprio numero unus. Et quia dominus dixit: Qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinem: & manducatio ad cibum, & bibitio ad potũ pertinet: ideo subiungit: Caro enim mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Vt nihil facit uiuere corporaliter, nisi cibus & potus corporalis; ita nihil facit uiuere spiritualiter, nisi cibus & potus spiritualis. Atqui cibus & potus corporalis, non sunt uere cibus & potus, quia non faciunt ueram uitam, sed fluxam, & tẽporaneã. At cibus & potus spiritualis, quæ sunt caro & sanguis filij dei, quæ absq; medio uiuunt uita dei, sunt uere cibus & potus: quia uere uiuere faciunt uera uita, quæ est permanẽs & æterna. Sic ergo qui ea uita uiuunt, uita dei uiuunt, sed aliquo medio, CHRISTVS autem etiam quatenus homo, eadẽ uita, sed absq; medio. Sed amplius aperit quid sit manducare suam carnem, & bibere suum sanguinem, cũ subiungit: Qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinem, in me manet, & ego in illo. Ergo qui credit in filiũ dei, habet uitam æternam, sicut prædixit: Hæc est autẽ uoluntas patris mei, qui misit me, ut omnis qui uidet filium & credit in eum, habeat uitam æternam. Quod si habet uitam æternã, in ipso manet, & ipse in eo: ergo qui credit in eum, manducat eius carnem, & bibit eius sanguinem. Quare & hic sermo de manducatione carnis, & bibitione sanguinis, quæ consequitur fidẽ, apte etiam intelligi potest: sine qua nihil aut perparũ potest sacramentalis mãducatio atq; bibitio (nam fidẽ uita comitatur, perinde atq; lux lumen) sed est illius sola quædam rememoratio: & qui non manducauit & bibit ante suscipienda signa, suscipiendo signa neq; mãducat, neq; bibit: at qui semper credit, semper manducat & bibit. Qd si quis etiam & ad sacramentũ extẽdat, nõ repugno. Sed qui eo uiuit, nõ uiuit ut sacramento, sed ut ueritate sacramẽti, ad augmentũ gratiæ: modo fides adsit. At si nõ adsit, ad iudiciũ sibi manducat & bibit: nõ spũaliter, sed solũ sacramentaliter sumendo: & sacrũ fidei sumendo signum, mentitur deo. Et quia iam iudicatus, manducat & bibit (ut capite tertio dixit dominus: Qui non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine unigeniti filij dei) ideo ad augmentũ iudicij sibi mãducat & bibit.

1.Corin.11. Qua propter scite admonuit Paulus, ut homo seipsum probet, Hæc aũt probatio, maxime

maxime in fide est. nam si fides adsit, fides dico uiua, & secum qua ferueat charitatẽ trahens, probatus est: & si sic accedat & edat, hoc ad augmentum gratiæ attẽtat, & est in eo sacramẽtalis manducatio, & bibitio signum uerax, & signi ueritas efficax. Et in filio dei manet, & prius, & nunc: sed prius per fidei ueritatem, nunc autem & per fidem, & per augusti & sacrosancti signi ueritatẽ, & filius dei manet in illo. At cum ipse manet in filio dei, ipse qui de se quodãmodo nihil est, in amplitudinem suscipitur immensam, & paruitas efficitur quodammodo immẽsitas, & homo deus. Cum autẽ in eo manet filius dei, immẽsitas quodammodo efficitur paruitas, & deus homo: adeo filius dei se humiliat & exinanit, ut nos exaltet in deum, & inanitionem nostram diuinitate impleat. Porro ut filius uiuit uita patris in se manẽtis: ita & is in quo ipse manet, uiuit uita eius in se manẽtis. Et ut filius uiuens primordiale initium rationem cũ uitæ suæ refert ad patrem, & uiuit propter patrem: ita nos uiuentes à filio, uiuimus ppter filiũ. Sed hoc interest, quod ille æterne à patre natura uiuit: nos autem ex tẽpore, à filio gratia uiuimus. Quod nobis insinuat, cũ ait: Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem; & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Et ipse uiuit, & uiuet: uiuit quidem uita occulta, uiuet autẽ eadem aperta & reuelata, quod filio referat acceptũ: quia non à se, sed à filio, & propter filium uiuit ac uiuet. Et resumit quasi in epilogũ redigens nonnulla eorum, quæ prius dixit, cum ait: Hic est panis, qui de cœlo descendit: non sicut manducauerunt patres uestri manna, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, uiuet in æternũ. Hic panis, non figura, sed ueritas: nõ passibili, carnali, & corporali: sed impassibili, spiritali, diuinoq; sumẽdus modo. Hic est panis, qui illo ineffabili modo ubique est, quandoquidem & in cœlo est, & in cœlum ascendit, & de cœlo descẽdit: sicut & ipse dominus ad Nicodemum, qui ad se nocte uenerat, dixit: Nemo ascendit in cœlũ, nisi qui descẽdit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Hic est panis, quem qui manducat, non sicut patres manna, passibili, carnali, corporalicũ modo manducauerunt, & mortui sunt: sed impassibili, spirituali, & plus quàm diuino, uiuet in æternũ. Et subdit Ioannes quo in loco hæc uerba dixerit, & cũ rudes nonnulli fuerint ad hæc uerba recipienda, dicẽs. ¶ Hæc dixit in synagoga, docẽs in Capharnaum. Multi ergo 56
" audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audi
" re? Sciẽs autem IESVS apud semetipsum, quia murmurarẽt de hoc discipuli eius,
" dixit eis: Hoc uos scãdalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentẽ ubi erat
" prius? Spiritus est qui uiuificat, caro nõ prodest quicquam. Verba quæ ego locutus
" sum uobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt quidam ex uobis, qui nõ credunt. Sciebat
" enim ab initio IESVS, qui essent credentes, & quis traditurus esset eũ. Et dicebat:
" Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre
" meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambula-
" bant. ¶ Hæc dixit in Capharnaum docẽs in synagoga, postquam mare ut solidam humum calcauerat: & nauem quæ sine ipso portũ attingere non ualebat, ad ipsum repente adduxerat: hæc dixit inquã accepta occasione à saturatione illa mirifica, e quinque panibus, quibus quinque milia hominũ, & quotquot aderant mulierum, ac paruulorum, satiauerat. Sed multi audiẽtes etiam e discipulis eius, spiritualia uerba carnaliter ceperunt, ac dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eũ audire? Sermonem domini ad literam acceperũt, secundum sensum carnis suæ, suamq; intelligentiam, quæ nimirum inepta insulsaq; erat: sed hic sermo ut huiusmodi, non erat sermo domini, etsi id crederent. Ideo dixerunt: Durus est hic sermo. Vox sola sensibilis, nõ est sermo sine sensu dicentis: sensus autẽ dicẽtis, nõ erat sensus carnis, sed spiritus: & hic sublimis, & uere diuinus. At hic, durus non erat, sed maxime credibilis ac uerus, quem pater & spiritus sanctus audiebant, & quem uenerabãtur angeli: sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

geli: sed figmentum intelligentiæ ipsorum durum erat, & quod nemo audire poterat, & omnium quicunque huiusmodi sermones diuinos suo sensu tractare se putant. Et qui eiusmodi sunt, abeunt retro: ut & isti fecere. Sed attendere debuerāt (si litera sacræ scripturæ non est, nisi quidam etiā rudis potus animæ: si spiritualis intelligentia, cibus: si potus ille est instructio catechumenorū & neophytorum: si cibus intelligentia perfectorum, quæ neque uiuunt, neque uita sunt) durum non esse, aut difficile creditu, carnē & sanguinem filij dei diuina uita uiuentem, spirituali quodā & diuino modo, animæ cibum, & potū esse, ipsam uiuificantem, lōge magis quàm uirtutes & scientiæ, & spirituales intelligētiæ, & charismata ipsa, expertia supercœlestis, ac plusquā diuinæ uitæ uiuificent. Sciens ergo dominus, qui intra se omnia uidebat & cognoscebat, quod discipuli sui murmurarēt de sermone illo, quo dixerat, quod de cœlo descēdisset, & quod caro & sanguis ipsius esset uere cibus & potus, dixit eis: Hoc uos scādalizat? ut intelligerent ipsum iam intra ipsos esse, qui intima ipsorum, & secretos cogitatus cognosceret: etsi ipsos, ipsis solum reluctantibus, nō uiuificaret. Non credebāt descendisse de cœlo quod uidebant: neque etiam sensibiliter descenderat, at modum diuinum, qui est absque ullo qui à nobis comprehendi possit, modo (de quo ipse loquebatur, cum dicebat se descēdisse de cœlo, & aliquando se esse in cœlo, & ascēdisse in cœlum) non attendebant: quia sensibilibus erāt affixi. Ideo dixit eis: Quid igitur si uideritis, etiā sensibiliter, filiū hominis ascendentem ubi erat prius? Ac si subiungeret, credetis? ne tunc uerbis meis? Quod plerique uiderunt, qui in ascensione eius uisibili in cœlum è monte Oliuarum affuerunt: & omnes uisuri sunt, data ultima iudicij sentētia, ut omnes intelligant uerissima fuisse omnia quæcunq; locutus fuit, uerba. Ac mox aperuit eis mysterium, sacramq; uerborum suorum intelligentiam, cum dixit: Spiritus est qui uiuificat, caro nō prodest quicquam: id est, spiritualis intelligētia uiuificat, carnalis nihil prodest. Hoc autē dixit, ut intelligerent quæ locutus erat, carnalem intelligentiā non expetere, sed spiritualem ac diuinā: & ipsum non carnaliter è cœlo, sed spiritualiter & diuino descendisse modo, filius enim hominis spiritualiter & diuine est, ubicunq; filius dei est: sed corporaliter, id est corporali modo, solum erat in Iudæa, etsi in Iudæa diuino etiam esset modo. Diuinus modus, impassibilis & incōprehēsibilis: carnalis et cōprehensibilis, qui & aliquando fuit passibilis. Similiter cum carnem suam dat cibum, & sanguinem suum potū, non carnali (quem ipsi intelligebant) dat modo: caro enim illa, id est modus ille cibi carnis, & potus ille sanguinis, non prodest quicquam, neq; unquam cuiquam fuit exhibitus: sed tunc solum prodest, cum diuino suscipitur, & eo quo tunc erat in cœlo modo: & sic se cum adhuc esset passibilis, omnibus in se uere credentibus dabat impassibili modo: quomodo etiū dedit se discipulis omnibus, qui sacræ suæ cœnæ aderant in mysterio & spiritu, excepto solo Iuda, qui dūtaxat suscepit ipsum in mysterio, & proinde est figura omnium, solū in uisibili signo carnē, & sanguinem domini suscipientiū. Et adiecit dominus: Verba quæ ego locutus sum, spiritus & uita sunt, ut non intelligerēt illa carnaliter, & ad literam quæ occidit: sed spiritualiter, & ad intelligentiam quæ uiuificat: ipse est enim illorum uerborū spiritus, ipse illorum intelligētia atq; uita. Sed sunt (inquit) quidam ex uobis, qui nō credunt. Quicunq; ex se intelligere uolunt, nō credunt: & quicunq; se id posse credūt, non possunt: at qui ex se intelligere nolunt, & se id non posse noscunt, credunt, & possunt: quia intelligūt, nō sua quidē, sed eius qui per fidem immanet, intelligētia: & possunt, at non sua, sed eius qui omnia potest, potentia. Qui ergo scit se minime intelligere & minime posse, is maxime scit & maxime potest. Verū qui tūc non credebant, se nihilo secius intelligere putabāt: quapropter neq; intelligebant, neq; poterant. Cuius rei & Iudā notare uidetur Ioannes, cū ait: Sciebat enim ab initio IESVS, qui

SVS, qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Nam cū dicit, Ab initio: insinuat eum esse deum, ut qui omnia norit ab æterno: & is qui erat traditurus eum, erat Iudas. Et hæc particula, Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datū à patre meo: respicit id quod prius dixerat dominus: Sunt quidā ex uobis qui nō credūt. Et hæc est sententia, quā paulo supra numero. 53. hoc modo dixit: Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū: sed hic tractum illum, qui fit à patre, datū à patre appellat: ut nihil nostrū intelligamus, sed solum bonitatis diuinæ datū atq; indultū: quod ij soli non accipiunt, qui ex se, suoq; sensu gratiæ reluctantur, cui & propria innititur uoluntas ipsum sequendo, diuinumq; tractum donumq; respuendo. Et hac occasione multi discipulorum dominum abierunt retro, id est auersi sunt à domino, neq; ut prius cum eo ambulabant. O quàm grande malum est sequi sensum suum, & relinquere sensum domini: sequi noxiam suam uoluntatē, & reliquere beneficum domini beneplacitum? Qui à deo auersus est, ad malignū conuersus est: & qui cum illo non incedit, cum maligno incedit. Sed & sensus, iudiciū, & uoluntas nostra, quatenus nostra sunt, & ex radice corrupta, sensui, iudicio, & uoluntati diuinæ contraria sunt. Illa ergo missa facienda sunt, ut dono assequamur, qd natura nō habemus: q̄ intelligamus nos ex solo donante, & dono eius pendere, & ex nobisipsis nihil esse: dono dico, qd supra naturā est (nam & natura nostra ex dono eius est, sed quod secundū naturam est) ut omnē gratiarum actionē, & totum amorem nostrum in eum, unde & donum, & nosipsi pendemus, conuertamus: idq; solum propter eminentem ipsius bonitatem, & nobisipsis ac naturæ nostræ quæ nihil potest, sed quæ deo ut plurimū cōtraria est, nullam gratiam agamus, nullumq; tribuamus amorē: nam amor noster contrarius est amori dei. Quod si discipuli illi fecissent, non abijssent retro. Sed quid dixerit dominus duodecim apostolis suis, subdit Ioānes, dicēs. ¶ Dixit ergo IESVS ad duodecim: Nunquid & uos uultis abire? Respōdit ei Simon Petrus: Domine, ad quē ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus, qa tu es CHRISTVS filius dei. Respōdit eis IESVS: Nōne ego uos duodecim elegi, & ex uobis unus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariote. Hic ēm erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim. ¶ Responsio Petri, Dñe ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes, nō fuit carnis & sanguinis, sed trahentis patris, cui non reluctatus est. Et ob firmas huiusmodi, à CHRISTO, id est deo, nō à se pendentis confessiones, haud ab re dictus est Petrus. Ac ipse uice omniū respondit, uno Iuda excepto, quem etiā ipse exclusum nesciebat. Et adiecit: Et nos credimus & cognouimus quia tu es CHRISTVS filius dei. Hæc est fides Petri & aliorū apostolorū, quam ab homine nō habuerunt, sed tractu (ut prætactum est) & dono dei uiuentis. Et respondit dominus: Nōne ego uos duodecim elegi, & ex uobis unus diabolus est? ostendens Petro, responsum ipsius non de omnibus esse uerū. At nullus eorū sciebat pro quo id dixisset dominus, nisi forte Iudā tacita arguebat conscientia, qui iam quodammodo notatus erat & murmuratiōis & incredulitatis. At nondū conceperat se traditurū CHRISTVM: quod IESVS æque sciebat, ac iam cogitatū atque reuera factū: quod nosse solius dei erat. Et reuera id dominus de Iuda dicebat, dicente Ioanne: Dicebat autē de Iuda Simonis Iscariote. At dices: Iudas nō abijt retro, ut alij discipuli, qui iam nō ambulabant cum IESV. Non abijt retro corpore sed abijt retro mente: & mente erat auersus, etsi corpore cōuersus. Et in hoc diabolus, id est calumnitor erat, & domesticus inimicus, sicut scriptū est: Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationē. Quid iuuat obsequio exteriore sequi CHRISTVM, mente autē auerti? Quid hoc est, nisi similem esse Iudæ, atq; calumniatorē? Ergo sequamur CHRISTVM & mente & corpore, & similes ueris, aposto

57

Psalm. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris apostolis, uere dicere poterimus: Domine, ad quē ibimus? Verba uitæ æternæ habes. Et nos credidimus & cognouimus, qa tu es CHRISTVS filius dei: & cōfitemur insuper, quia filius est in substantia dei patris. Quem decet æqua cū patre in unitate spiritussancti gloria, honor, & maiestas, in perennia seculorū secula. Amē.

CAPVT SEPTIMVM.

58 POst hæc autē ambulabat IESVS in Galilæā. Non enim uolebat in Iudæā ambulare: quia quærebāt eū Iudæi interficere. Erat autē in proximo dies festus Iudæorū, scenophegia. Dixerūt autē ad eū fratres eius: Trāsi hinc, & uade in Iudæā, ut & discipuli tui uideāt opera tua, quæ facis. Nemo quippe ī occulto quid facit, & quærit ipse in palā esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Neqꝫ enim fratres eius credebant
59 in eum. ¶ Dixit ergo eis IESVS: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem uestrum, semper est paratum. Non potest mūdus odisse uos: me autem odit, quia ego testimoniū perhibeo de illo, qa opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc: ego enim non ascendā ad diē festum istum, quia meum tempus nondum impletum est. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autē ascenderūt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festū nō manifeste, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eū in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, quia bonus est: alij autē dicebant, nō, sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metū Iudæorū. Iā autem die festo mediante, ascendit IESVS in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicētes: Quomodo hic literas scit, cū nō didicerit? Respōdit eis IESVS, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uoluntatē eius facere, cognoscet de doctrina utrū ex deo sit, an ego a meipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriā quærit: qui autē quærit gloriā eius qui misit eū, hic uerax est, & iniusticia ī illo
60 non est. ¶ Nonne Moyses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legē? Quid me quæritis īterficere? Respōdit turba, & dixit: Dæmoniū habes, quis te quærit interficere? Respondit IESVS, & dixit eis: Vnū opus feci, & omnes miramini. Propterea Moyses dedit uobis circuncisionē: non quia ex Moyse est, sed ex patribus, & in sabbato circūcidi tis hominē. Si circuncisionē accipit homo in sabbato, ut nō soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totū hominem sanū feci in sabbato? Nolite iudicare secundū fa
61 ciem, sed iustum iudicium iudicate. ¶ Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis: Nonne hic est quem quærūt interficere? Ecce palam loquitur, & nihil ei dicūt: Nūquid uere cognouerunt principes, quia hic est CHRISTVS? Sed hunc scimus unde sit: CHRISTVS autem cum uenerit, nemo scit unde
62 sit. ¶ Clamabat ergo IESVS in templo docens, & dicens: Et me scitis, & unde sim scitis, & a meipso non ueni, sed est uerus qui misit me, quē uos nesci

tis. Ego

tis. Ego scio eum: & si dixero quia nescio eū, ero similis uobis mēdax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. ¶ Quærebāt ergo eū apprehen 63
dere, & nemo misit in illum manus: quia nondum uenerat hora eius. De
40 turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: CHRISTVS cum uenerit, nunquid plura signa faciet, quam quæ hic facit? ¶ Audierūt pharisæi 64
turbam murmurantem de illo hæc, & miserūt principes & pharisæi ministros, ut apprehenderent IESVM. Dixit ergo eis IESVS: Adhuc modicum tempus uobiscū sum, & uado ad eū qui me misit. Quæretis me, & nō inue-
45 nietis: & ubi ego sum, uos nō potestis uenire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quo hic iturus est, qa nō inueniemus eū? Nūquid in dispersionē gentiū iturus est, & docturus gētes? Quis est hic sermo quē dixit: Quæretis me, & nō īuenietis: & ubi sum ego, uos nō potestis uenire? ¶ In nouis 65
simo autē die magno festiuitatis stabat IESVS, & clamabat, dicens: Si quis
50 sitit, ueniat ad me, et bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uētre eius fluēt aquæ uiuæ. Hoc aūt dixit de spiritu, quē accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat spiritus datus: quia IESVS nondum erat glorificatus. ¶ Ex illa ergo turba cū audissent hos sermones eius, dice 66
bant: Hic est uere propheta. Alij dicebant: Hic est CHRISTVS. Quidam
55 autem dicebant: Nunquid a Galilæa uenit CHRISTVS? Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethleem castello, ubi erat Dauid, uenit CHRISTVS? Dissensio itaqꝫ facta est in turba propter eū. Quidam autem ex ipsis uolebāt apprehēdere eum, sed nemo misit super eum manus. ¶ Venerūt ergo ministri ad pōtifices et pharisæos. Et dixerūt eis illi: Qua 67
60 re non adduxistis illū? Responderūt ministri: Nunquā sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Responderūt ergo eis pharisæi: Nūquid & uos seducti estis? Nūquid ex principibus aliquis credidit in eū, aut ex pharisæis? Sed turba hæc quæ nō nouit legem, maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille q uenit ad eū nocte, q unus erat ex ipsis: Nunquid lex nostra iu
65 dicat hominē, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit qd faciat? Responderūt & dixerūt ei: Nūquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & uide, qa a Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt unusquisqꝫ in domū suā.

ANNOTATIONES BREVES XXXIX. CIRCA LITER. CAP. VII.

1	in Galilæam.		ἡ σκηνοπηγία	11	non ascendam
2	in Iudæam		scenopegia		οὔπω ἀναβαίνω
	ἐν τῇ γαλιλαίᾳ		rectus singularis.		nondum ascendo
	ἐν τῇ ἰουδαίᾳ	4	Dixerunt autem	12	ipse
	in Galilæa		εἶπον οὖν		αὐτοῖς
	in Iudæa		Dixerunt ergo		illis:
3	in proximo	6	in palam	15	multus
	ἐγγὺς		ἐν παῤῥησίᾳ		multum
	positiuum.		in libertate	15	in turba
4	scenophegia.	11	Ego - enim		ἐν τοῖς ὄχλοις

Universidad de Deusto Biblioteca

plurale.
16 turbas.
τὸν ὄχλον
singulare.
17 palam
παῤῥησίᾳ
libere
& infra.
18 festo mediante:
τῆς ἑορτῆς μεσούσης
circa festi medium
19 Respondit * οὖν igitur
22 loquar.
λαλῶ
præsens.
30 secundum faciem:
κατ' ὄψιν
secundum aspectum
31 ex Hierosolymis.
ἐκ τῶν ἱεροσολυμιτῶν
ex Hierosolymitis
32 interficere: * ⁊ Et
33 hic est * ἀληθῶς uerè
34 scit
γινώσκει

cognoscit
35 Clamabat
ἔκραξεν
indefinitum.
& infra.
36 scitis.
οἴδατε
nouistis
& infra.
37 scio eum: – & si dixero
quia nescio eum, ero si-
milis uobis mẽdax. Sed
scio eum:
signa * τούτων his
41 faciet – quàm
41 facit?
ἐποίησεν
indefinitum.
42 principes & pharisæi
οἱ φαρισαῖοι καὶ οἱ ἀρχιερεῖς
pharisæi & principes
sacerdotum
43 Dixit ergo – eis
46 gentium
τῶν ἐθνῶν

52 Græcorum
speciale pro uniuersali.
& infra.
datus:
ἅγιον
sanctus
53 Ex illa ergo turba
πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου
Multi ergo e' turba
53 hos sermones – eius,
τὸν λόγον
singulare.
54 Quidam
ἄλλοι
Alij
55 uenit?
uenturus est
61 sicut hic – loquitur
* ὁ ἄνθρωπος homo.
66 Nunquid
Nonne
66 Scrutare – scripturas,
67 surgit.
ἐγήγερται
præteritum.

COMMENTARIVS IN CAPVT SEPTIMVM.

58 „ Missis ijs quæ alij euãgelistæ dixerunt dominum fecisse posteaquã sa-
„ tiauit tot milia hominũ, & ambulauit super uertices aquarũ, quædam
„ quæ alij omisere, subdit Ioannes, dicẽs. ℣ Post hæc autem ambulabat
„ IESVS in Galilæã. Nõ enim uolebat in Iudæã ambulare, quia quære-
„ bant eũ Iudæi interficere. Erat autẽ in proximo dies festus Iudæorũ,
„ scenopegia. Dixerũt autẽ ad eũ fratres eius: Trãsi hinc, & uade in Iudæã, ut & di-
„ scipuli tui uideãt opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit
„ ipse in palã esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Necq; enim fratres eius cre-
„ debãt in eũ. ℣ Ambulabat IESVS in Galilæa, id est diuersabatur ĩ patria sua, quod
ex his cognoscitur, quæ subiungit euangelista. Dixerũt ergo ad eum fratres eius:
Transi hinc, & uade in Iudæam. Sed qui sunt hi fratres eius, nisi quidam cognati &
affines eius ratione uirginis aut Ioseph, & non omnes qui dicebantur eius fratres?
quia Simon & Iudas, qui & Thaddæus dictus est, & Iacobus minor, qui & fratres
domini dicebantur, erant iam in apostolos electi, & sequebãtur eum, & credebant
in ipsum, at illi non erãt eũ secuti, sed auditu didicerant, & forte (ut fieri potuit) nõ-
nulla uiderant: quod insinuant uerba ipsorum, dicentium: Si hæc facis, manifesta te-
ipsum mundo. Et quare dicebãt: Transi hinc, & uade in Iudæam, ut & discipuli tui
uideant opera tua quæ facis? Quia multi discipulorum abierãt retro, ut paulo supra
uisum est, numero quingentesimo sexto: & iam cũ illo non ambulabant: sed & cum
dicũt, Vt discipuli tui: declarãt se non esse discipulos. Volebant itaq; quod sibi illos
reconciliaret, & maxime in Iudæa, quo propter diem festum tabernaculorũ, quem
mense septimo celebrare solebant, quẽ & scenopegiam à fixione tabernaculorum
appellabant

appellabant: & ipsi qui retro abierant discipuli, & omnis populus ex omni parte e-
rant confluxuri, & suadebant id esse faciendum: quia nemo in occulto quicq; facit,
qui quærat esse manifestus, & per ora hominũ uolitare. Ideo si hæc facis, manifesta
te ipsum mundo. Arbitrabantur enim id, dominũ sanitates, & uirtutes in Galilæa,
aut aliqua parte Galilææ, ubi pauci essent homines, fecisse: perinde esse atq; eas in
occulto loco fecisse: nihil id æstimantes, nisi illa uniuersa regio nosset, ut inde sibi
laudem & famã pareret: cuius ipsi quoq; qui erant propinqui, & affines eius essent
participes. Ecce quomodo stulta caro, & stultus mundus dei sapientiã docere uult
& se sapientia dei prudentiorem putat, q̃ necq; unq̃ secutus fuit, necq; audiuit: nam
si ipsi secuti fuissent CHRISTVM, siue audiuissent eum, aliter ex sanctis uerbis ei
us fuissent edocti, qui hoc ex Matthæi sexto docuerat: Attendite ne iustitiam ue
stram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis. Et ex uigesimotertio, opera fa-
cere, ut uideantur ab hominibus; hoc scribarum esse & pharisæorum. Omnia uero
inquit, opera faciunt, ut uideantur ab hominibus. Ergo uolebant dominum similẽ
esse scribis & pharisæis: & contra quàm doceret, ipsum facere hortabantur: quod
indicat eos non fuisse secutos dominũ. Et hoc insuper (ut dictum iam est) quod di-
cebant, Vt uideant discipuli tui: se à discipulatu eius excludebant. Et probe' qui-
dem, quia necq; CHRISTVM, necq; doctrinam eius sapiebãt, sed solam carnem &
mundum: necq; spiritu appropinquabant, etsi essent affinitate carnis propinqui, aut
tales existimati. Quapropter haud ab re respondit eis dominus id, quod subdit Io
„ annes, dicens. ℣ Dicit ergo eis IESVS: Tempus meũ nondũ aduenit, tempus au 59
„ tem uestrũ semper est paratũ. Non potest mundus odisse uos, me autem odit: quia
„ ego testimoniũ perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diẽ
„ festũ hunc. Ego eũ nondũ ascendam ad diem festũ istũ, quia tempus meum non-
„ dum impletũ est. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt aũt ascenderunt fra
„ tres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum: non manifeste, sed quasi in occulto.
„ Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Et murmur mul-
„ tum erat in turba de eo. Quidam eũ dicebant, quia bonus est: alij aũt dicebant, nõ
„ sed seducit turbas. Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter metũ Iudæorũ
„ Iam autem die festo mediante, ascendit IESVS in templũ, & docebat. Et miraban
„ tur Iudei, dicentes: Quomodo hic literas scit, cũm non didicerit? Respondit eis IE
„ SVS, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si quis uoluerit uo
„ luntatem eius facere, cognoscet de doctrina, utrum ex deo sit, an ego à meipso Io-
„ quar. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit glo
riam eius qui misit eum, hic uerax est, & iniusticia in illo non est. ℣ Tempus meũ,
inquit, id est tempus spiritus, quod est tempus CHRISTI, in quo homines nõ car
ne & mundo, necq; carni & mundo, sed spũ, & spiritui uiuunt, nondum aduenit: tẽ-
pus autem uestrum, quod tunc erat tempus mundi, semper est paratum: quia mun-
dani erant, & mundum sapiebant. Necq; unq̃ mundus suis est destitutus. Mundus
autem suos amat & tutatur, ut spiritus suos: sed ille ad citam perditionẽ: iste ad æ-
ternam saluationem. Merito ergo, quia mundani erãt, audierunt à domino ij, qui ip
si solum carne affines erant? Nõ potest mundus odisse uos. At de se dixit, cum mũ-
danus non esset, sed plusquàm cœlestis, & plusquàm spiritualis. Me aũt odit, quia
ego testimoniũ perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Cœlum & terra, spiri-
tus & mundus adeo pugnant, ut sibi inuicem prorsus aduersentur. Terra & mun-
dus, malefica sunt: ut quæ quod cœleste & spũale est, extinguere & mortificare sa
tagãt, cœlũ & spũs, benefica: ut quæ quod terrenũ & mundanũ est nõ perdere, sed
saluare, uiuificare, & (ut sic dicam) bonificari uelint. Aduersantur cœlum & spiritus
terræ, & mundo in bono, & ad bonum, terra aũt & mundus, cœlo & spiritui in ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lo, & ad malum. Mundus, infirmus: sed qui odit medicum ostendentẽ ipsi infirmitatem suam, quæ sunt mala opera ipsius: qui odit, inquã medicũ, & eum quidem, qui tantum amat ipsum: qui adeo bonus est, ut etiam omne odium perferre uelit, & denicq; mori, ut ipsum sanet, efficiatq; bonũ. O immensa cœlestis medici bonitas. O
Psalm. 33. spiritualis dulcedo. Gustate, & uidete quoniam suauis est dominus. Hæc dixit dominus fratribus, id est (ut dictũ est) carne affinibus, aut qui tales putabantur. Et adiecit: Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego enim (ut habet Ioannes) οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην, id est, Nondũ ascendo ad festiuitatem hanc, quia meum tempus nondum impletum est: nondũ tempus, ut ego ascendam, aduenit. Ipsi uero ascenderunt ad diem celebritatis, in quo scribæ & pharisæi insidias tetenderant, ut eum caperent. Quod cognoscens dominus, quem nihil latere poterat, nondũ ascẽdit: ac sic quidem hanc illis subtraxit occasionem. Quod aũt id intendissent, satis cõstat per ea, quæ subdit Euangelista, cum ait: Iudæi autem quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? non eñ ad aliud quærebant eum, nisi ut apprehenderent ipsum, & si possent, etiam interficerent. Et hac de causa, ut supra dictum est nõ uolebat dominus in Iudæa ambulare, quia quærebant ipsum Iudæi interficere. Et cũ sanguinis propinquitate sibi affinibus locutus fuisset, illis ad scenopegiam ascendentibus, ipse remansit in Galilæa certos dies. Posteaquàm autem ascenderũt illi fratres ipsius, & ipse ascendit: nõ manifeste quidem, sed quasi in occulto & clanculũ. Nam quando cum turba erat discipulorũ, & in societate peregrinorum, tunc manifeste ascendebat: nunc autem nõ sic ascẽdit, neq; ab ullo peregrinorũ rumor aduentus eius auditus est. Non ergo prius simpliciter dixit: Nõ ascendam, quia ascẽdit, sed (ut dictũ est à Ioanne) nondũ ascendo. Ascendit igitur non tunc, sed post aliquot dies: & non primis diebus festi quod septem erãt dierum, sed dimidia iam adueniente celebritate. In primis autem diebus Iudæi quærebant eum, & dicebãt Vbi est ille? Adeo ut ea res latere non potuerit turbas, quarũ pars sentiebat cũ Iudæis, id est scribis & pharisæis, pars aũt nequaq̃: ita ut murmuratio multa esset in populo, quibusdam dicentibus, quod bonus esset, & hi non sentiebant cum scribis & pharisæis: alijs contradicentibus & dicentibus, Nequaq̃, sed seducit turbas: & hi cũ ipsis sentiebant. Attamen nemo audebat palã hoc uel illud loqui, propter metũ Iudæorum, scribarum uidelicet atq; pharisæorum. Cum ergo medium festi aduentasset, utpote quarto die, ascendit dominus in templũ, & docebat: id enim designat quod ait Ioannes, ἤδη τῆς ἑορτῆς μεσούσης ἀνέβη ὁ ἰησοῦς εἰς τὸ ἱερὸν, id est, Iam autem cũ mediũ festiuitatis adesset, ascendit IESVS in templũ. Tunc eñ tempus ascendendi, de quo locutus fuerat fratribus suis, impletum erat: ac ipse quidem nouerat quando sibi fuerat ascendendum, & quando non: qui fixerat tempora, & cuius ordinatione currebant omnia, ut qui omnibus prouidebat in tempore, sibi quoq; ipse prouideret: & ut in hoc se esse dei sapientiam ostenderet, quod sciret cogitationes eorũ, & prouidentiam, quod sibi tempus accomodaret. Et docebat testimonia scripturarũ (quis de hoc dubitet?) si tunc mirifice adducendo, ut omnes conuerteret in stuporem: adeo ut Iudæi, qui & eũ forte apprehendere statuerant, mirarentur, dicentes: Quomodo hic literas scit, cũ non didicerit? Mirabantur, quod cum nunq̃ ingressus esset diatriban ipsorũ, sciret literas; & exactius quidem q̃ unquã aut dis-
Baruch. 3. cere, aut docere potuissent. At si credidissent uerbo eius, quod cœlestem haberet patrem, quodq̃ dei filius esset, cognouissent profecto, quod is erat q̃ adinuenit om-
1. Reg. 2. nem uiam disciplinæ, & quod deus scientiarũ dñs est. Quare quod non oportuit ipsum discere, ut sciret literas, ut qui oĩbus illas infuderit. Proinde respondit, admiratiõe cordis eorũ perspecta: Mea doctrina, nõ est mea, sed eius qui misit me, patris. In q̃ doctrinã suam referebat in patrẽ: tũ quia omnia à patre haberet, tũ quia ab eo

missus

missus esset, & loqueret quæ pater dicenda mandauerat. Proinde doctrina ipsius nõ erat sua, sed eius qui miserat eum: ut doctrina & sermo oratoris nõ est oratoris sed eius qui misit eum. Et ut qui faciunt uoluntatem regis, qui suum misit oratorẽ, postea cognoscunt, quod sermo oratoris nõ erat oratoris, sed regis qui miserat illum: Ita dominus dicebat. Si quis uoluerit uoluntatẽ eius facere, cognoscet de doctrina utrum ex deo sit, id est ex deo patre, an ego à meipso loquor. Orator ab aliquo rege missus, si loquat̃ nomine regis quæ loqui nõ est iussus, à seipso loquitur, & mendax est, & gloriã suam non regis quærit. Si uero ea solum loquatur, quæ loqui est iussus, uerax est, non suam sed sui regis uoluntatem atq; gloriam quærens. At uero dominus nihil loquebat̃, quod ut loqueretur à patre non fuisset missus: neque gloriam suam sed patris quærebat, neq; uoluntatem suam ut suam uolebat: tametsi uoluntas ipsius & patris, & gloria ipsius & patris non esset diuersa, sed eadem: uerũ pater à se eã habet, filius à patre. Quare & uerax erat, & iniusticia in eo nõ erat ulla, sed nec esse poterat. Sed quomodo potuissent ipsi facere uoluntatẽ patris? Faciendo quod dñs docebat, sicut pater (multis testibus) locutus est: Hic est Matth. 3.
filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. At tantum aberat, ut uellent facere uoluntatẽ patris, faciẽdo ea quæ dominus eis tradebat, ut ne id quidem facere uellẽt, quod Moses ipsis tradiderat. Quod retegẽte Ioãne subdit dominus,
" dicens. ¶ Nonne Moses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem? Quid 60
" me quæritis interficere? Respõdit IESVS, & dixit eis: Vnũ opus feci, & omnes miramini. Propterea Moses dedit uobis circuncisionẽ, non quia ex Mose est, sed ex patribus. Et
" in sabbato circunciditis hominem. Si circuncisionẽ accipit homo in sabbato, ut nõ
" soluatur lex Mosi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato?
" Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. ¶ Moses uniuersam legem (deo per angelum mandante) tradidit, in qua inter cætera Exodi capite uigesimo tertio scriptum est: Insontem & iustum nõ occides. Contra quod ipsi innocentem CHRISTVM, & per eminentiã iustum occidere uolebant: quemadmodum & prauitate eorum per spiritum sanctum cognita, spiritu prophetico præ-
dictum fuerat: Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemna Psalm. 93.
bunt. Ideo iure audierunt ab eo qui corda ipsorũ habebat explorata. Nonne Moses tradidit uobis legẽ, & nemo ex uobis facit legem? Ille legẽ facit, qui implet ea quæ mandata sunt per legem. Et hic sermo ad eos præsertim dirigebatur, qui conspirauerant in mortẽ eius, & qui illis consentiebant: qui sane plurimi erant. Et causam subdidit, cur nemo eorũ faceret legem, cum adiecit: Quid me quæritis interficere? In multis alijs legem non implebãt: ut ex Matthæi capite uigesimo tertio, & pleriscq; alijs, tum eiusdem, tum aliorum euangelistarum locis licet intueri. Sed in hoc eos hic potissimũ transgressionis arguit, quod ipsum (qui reuera solus insons, & sine peccato erat) interficere uolebant: quod & tandẽ fecerunt, id quod fuit maximum, quod unquã admiserint piaculum. Et hoc illis dominus fecit manifestum, quod maxime uolebant ipsi esse occultũ, qui omnia sciebat ab initio. Et ob id ipsis (ut peruerisimile est) impellentibus, multitudo e turba respondit: q̃uis sermo domini non fuisset ad turbam: Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Quasi diceret: Nemo te quærit interficere. Quod falsum erat & mendaciũ, etiam si multi e turba id ignorarent. Et falsitati ac mendacio præmiserunt blasphemiam, cum dixe-
runt: Dæmonium habes. Quod & facturi erant, dicente Esaia: De reliquerunt do- Esaiæ. 1.
minum, blasphemauerũt sanctum Israël, abalienati sunt retrorsum. Quibus dominus, etsi mendacibus & blasphemis, modestissime respondit: Vnũ opus feci, & omnes miramini. Hoc opus est de clinico octo & triginta annos morbo detento, quẽ

dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus ſabbato ſanauit, quod capite quinto, numero trigeſimoſexto Ioãnes nar
rauit. Et mirabantur quod in ſabbato ſanaſſet eũ, & quod inſuper iuſſiſſet, ut qui ſa
nus effectus fuerat, tolleret grabatum ſuum. Sed ut deſinerent mirari, & intellige
rent id ipſi licuiſſe, Moyſes dedit eis legem de circunciſione: ut ex Leuitici capite
duodecimo cognoſcitur, ubi ſic præcepit Moyſes: Mulier, ſi ſuſcepto ſemine, pe
pererit maſculũ, immũda erit ſeptem diebus, iuxta dies ſeparationis menſtruæ, &
die octauo circuncidetur infantulus. Non quod circunciſio ex Moyſe eſſet, ſed ex
patribus Abrahã, Iſaac, & Iacob, & eorũ ſucceſſoribus: nam Abrahæ primum data
eſt. Sed quod octauo die fieret, Moſeos erat. Atqui hæc circũciſio ſi octauus dies
in ſabbatũ incidebat, & in ſabbato quoq; fiebat, & infantulũ circũcidebant, & quæ
cunq; ad id faciundũ ſpectabant, & afferebant, & tollebant: neq; credebant ita ſol
uere legem, ut neq; reuera ſoluebant. Et ad hoc ipſum, ut in operibus CHRISTI
confutarentur ex lege ſua, tulit eis Moyſes hanc (ita ſpũ dei ſuggerente) legẽ. Nã
ſi licebat partem hominis ſanare ſabbato, & inferre, & auferre quod ſanando erat
neceſſariũ, non uiolando ſabbatũ: quanto magis licebat domino totũ hominẽ uer
bo curare in ſabbato: & homini tollere, quod ſibi infirmo fuerat neceſſariũ, nõ uio
lato ſabbato, & præſertim cũ non humana, ſed diuina fuerit illa curatio? Et idcirco
illi ex hac lege Moſeos cognoſcere debuerant id ei licuiſſe, & minime illi indigna
Deute.5. ri, ſed ſtudere iuſtũ iudicium facere, quod in Deuteronomio Moyſes mandauit, di
cens: Quod iuſtũ eſt, iudicate. At ipſi ſecundũ faciem, corticem & literam iudica
bant: ſatisq; illis erat ſi quantulũcunq; apparentiæ contra obſeruationẽ ſynagogæ
haberent, ut iudicarent & condãnarent ſecundũ aſpectũ, qd' Ioannes dicit κατ' ὄψιν,
& ſecundum apparentiam. Quod malũ, quandocunq; ſerpit, peſſimum eſt: quan
doquidem ſatis eſt tunc, uel tantillũ apparentiæ contra inductitias obſeruationes
quas aut ſynagogæ, aut eccleſiæ prætextu defendunt, apud eos qui maleuolo ſunt
animo, ut protinus ſtudeant cui libuerit notã hæreſeos, & uiolatæ legis inurere, ut
olim nulla cauſa domino noſtro ſcribæ & phariſæi fecere: quamuis ipſos conſcie
tia condẽnet, haud aliter atq; eos quos inuidia, & odio motos, iubet dominus nõ ſe
cundũ aſpectũ, id eſt apparentiam, ſed iuſtũ iudiciũ iudicare. Quibus ſic à domino
qui corda omniũ intuetur, cõfutatis, & nõ habentibus quid cõtra hiſcerent, ſed præ
cõfuſione erubeſcentibus, quidam ex Hieroſolymitanis dicebant, quod ſubdit Io
61 „ annes, dicens. ¶ Dicebant ergo quidã ex Hieroſolymitis: Nõne hic eſt quem quæ
» runt interficere? Ecce palã loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid uere cognouerunt
» principes, quia hic eſt CHRISTVS: Sed hũc ſcimus unde ſit: CHRISTVS aũt cũ
» uenerit, nemo ſcit unde ſit. ¶ Nõne, inquiunt, hic eſt, quẽ quærũt interficere? Ac ſi
dicerent: ſic. Et quaſi admirabundi ſubiũgunt: Ecce palã loquitur, & nihil ei dicũt
De cuius ratione hæſitantes ſubdunt: Nunquid uere cognouerunt principes, quia
hic eſt CHRISTVS? Nunquid ideo principes ſacerdotũ nihil ei dicunt, quia uere,
certo & indubitato cognouerunt, quia hic eſt CHRISTVS? Quod refutando di
cunt. Sed hunc ſcimus unde ſit: CHRISTVS autem cum uenerit, nemo ſcit unde
Malach.3. ſit: ut in Malachia ſcriptum eſt: Et quis poterit cogitare diem aduentus eius, & qs
ſtabit ad uidendum eum? Quaſi dicerent: Cũ uenerit CHRISTVS, nemo ſcit un
de ſit. Sed hunc ſcimus unde ſit. Non eſt ergo hic, CHRISTVS, neq; admodũ ue
riſimile eſt principes, quia uere cognouerint quod hic ſit CHRISTVS, ſinere eũ
libere loq, & nihil ei dicere. At falſum id erat, quod prorſus ſcirent unde eſſet. Nã
neq; originẽ eius, quæ ſupra mundũ erat, ſciebãt: neq; modũ, qui ſupra naturã erat
neque locũ, quia credebant locũ ortus eius eſſe Galilæam. Sed uerũ erat quod ad
iunxerũt: CHRISTVS autẽ cũ uenerit, nemo ſcit unde ſit: ſaltem quo ad originẽ
& ortus ſui modũ. Quod & quodammodo etiam ex prophetia didicerant, dicente
Eſaia:

Eſaia: Quis credidit auditui noſtro, & brachiũ domini cui reuelatum eſt? Et Hie- Eſa.53.
remia: Tibi peccauimus expectatio Iſraël, ſaluator noſter in tempore tribulatio- Hierc.14.
nis. Quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi uiator declinãs ad manendũ?
Quare futurus es quaſi uir uagus, & fortis qui non poteſt ſaluare? Et ex hoc quod
quaſi colonus futurus erat, & quaſi uagus in terra, cognoſcere debuerant eũ, qui ta
lis ipſis apparebat, eſſe CHRISTVM. Quibus dominus, qui æque abſens eos au
diebat atq; præſens: ut oſtenderet ſe intima ipſorũ noſſe, & ſe eum eſſe quẽ nega
bant, neq; ipſos noſſe unde eſſet, quod ſibi arrogabant, reſpõdit quod ſubiũgit Io
» annes, dicens. ¶ Clamabat ergo IESVS in templo docens, & dicens: Et me ſcitis, 62
» & unde ſim ſcitis: & à meipſo nõ ueni, ſed eſt uerus q miſit me, quem uos neſcitis.
» Ego ſcio eũ: & ſi dixero quia neſcio eum, ero ſimilis uobis mendax. Sed ſcio eum
» quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. ¶ Et me ſcitis, inquit, & unde ſim ſcitis, ac ſi dice
ret: Dicitis quod me ſcitis, & unde ſim: at neq; me ſcitis, neq; unde ſim ſcitis. Puta
tis quod me ultro ingeſſerim ad ea uobis prædicanda, quæ uobis nuncio: at nõ ita ẽ
quia à meipſo nõ ueni, ſed eſt uerus qui miſit me, quẽ uos neſcitis, & hic erat ſum
mus pater cœleſtis, de quo Eſaiæ.61. Spiritus domini ſuper me: & ſubditur: Ad an
nunciandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem capti
uis indulgentiam, & clauſis apertionem. Et ſubdit: Ego ſcio eum: & ſi dixero, quia
neſcio eum, ero ſimilis uobis mẽdax, qui dicitis noſſe me, & unde ego ſim. Et quo
modo nõ noſſet eum, qui miſſus à patre, ſemper erat cum patre, in eiuſdem naturæ
maieſtate, & potentiæ æqualitate, qui eſt ipſa per quẽ cõdita ſunt omnia, ſapientia
patris? Et ſubdit: Sed ſcio eum, quia ab ipſo ſum, ut filius ſcilicet à patre, & ipſe me
miſit. Ipſe ſiquidem erat magni conſilij angelus, id eſt nuncius à ſummo patre miſ Eſaiæ.9.
ſus. Et ea quæ nunciabat: non ut à ſe, ſed ut à ſummo patre nunciabat: ubique pa ex ſept.
tris qui miſerat ipſum, præferens honorem: & ita in homine deo, omnem docens
hominem, omnia æterno patri per ipſum eſſe referenda. Hæc ubi dixiſſet dominus
Iudæi cum nihil haberent quod contradicerent, nitebantur ipſum apprehendere,
» dicente Ioanne. ¶ Quærebant ergo eũ apprehendere, & nemo miſit in illum ma- 63
» nus: quia nondũ uenerat hora eius. De turba aũt multi crediderunt in eum, & dice
» bant: CHRISTVS cum uenerit, nunquid plura ſigna faciet, quàm quæ hic facit?
» ¶ Nemo, inquit, miſit in illum manus: quia nondum uenerat hora eius, nondũ ue
nerat hora, qua uoluit permittere ſe capi, non eẽ pro uoluntate inimicorum ſuorũ
captus eſt, ſed pro ſua, id eſt quando uoluit: ſicut ſcriptũ erat: Oblatus eſt, quia ipſe Eſa.53.
uoluit. Et hæc uidentes & audientes, multi de turba crediderunt in eum. Vide
bant enim quomodo aduerſarij eius nihil in eũ faciebant, quomodo ex lege & ſcri
pturis confuſi, hiſcere nõ audebant: quomodo quæ alij clàm moliebantur aut uen
tilabant, ea ipſe ſciebat, & ad ipſos etiam cogitatus reſpondebat. Audiuerant quo
que, & uiderant alia mirabilia. Et dicebant: CHRISTVS cum uenerit, nũquid plu
ra ſigna faciet, quàm quæ hic facit? ac ſi dicerent, Non poſſumus credere, eum quẽ
putant uenturũ CHRISTVM, poſſe plura ſigna facere, quàm hic facit. Quare hic
CHRISTVS & Meſias eſt: quia non eſt uenturus quiſquàm, qui plura iſto ſigna
facere poſſit. Et hi uerum dicebant, & uere ſibi ſuadebant. Sed quanquàm hæc illi
dicebant: nõ palàm quidem propter metum Iudæorum, ſed clanculũ, & ſubmiſſio
re uoce, ſuſurrando ſcilicet & ſubmurmurando: audierunt tamen & intellexerunt
» phariſæi, quæ credẽtes in eũ, dicebant uerba, ut ſubdit Ioannes, dicens. ¶ Audierũt 46
» phariſæi turbã murmurantem de illo, hæc. Et miſerũt participes & phariſæi mini
» ſtros, ut apprehenderẽt IESVM. Dixit ergo eis IESVS: Adhuc modicũ tempus
» uobiſcum ſum, & uado ad eũ qui me miſit. Quæretis me, & non inuenietis: & ubi
» ego ſum, uos nõ poteſtis uenire. Dixerũt ergo Iudæi ad ſemetipſos: Quo hic itu-
rus eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus est, quia nõ inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis: & ubi ego sum, uos nõ potestis uenire? ¶ Turba fideliũ timebat Iudæos: & cõtra ipsi principes sacerdotũ & pharisæi cognoscentes, quod multis persuasisset dominus, & quod multi crederent in eum, timebant turbam. Hac de causa non sunt ausi per semetipsos inijcere manus in IESVM, sed miserunt ministros, ut apprehenderent eum. Proinde dominus manifestando secreta eorũ machinamẽta ipsum nõ latere, & nõ esse in potestate submissorũ ipsum apprehendere, adiecit: Adhuc modicũ tempus uobiscum sum: ac si diceret: Nõ me nũc apprehendetis, sed post modicum tempus. Quod ideo dicebat, quia usq; ad proximũ pascha, id est non supra sex menses, cum Iudæis futurus erat: quibus elapsis permisit se apprehẽdi, nõ quãdo uoluerũt, sed quãdo uoluit. Et hoc sane modicũ & perbreue tẽpus est. Et uado ad eum qui misit me: nam aliquot post passionem suam et gloriosam resurrectionẽ elapsis diebus, ascendit ad patrem, in dextera eius sessurus. Et subiũxit: Quæretis me, & non inuenietis: & ubi ego sum, uos nõ potestis uenire. Quæsituri erant eũ, quia expectaturi Mesiam uenturum, quem & adhuc expectant, sed frustra: quia
Apoc. 1. CHRISTVS iam uenit: & sic quærentes, non inuenturi, saltem in primo aduentu quem adhuc existimabant futurũ: & si in secundo, cum plangent se super eũ, & uidebunt in quem transfixerunt. Et non possunt ire ubi est, quia nemo infidelis & incredulus cũ eo ascendet in cœlum: sed deturbabitur cum angelis apostaticis in infidelium barathrũ, sæuas daturus in æternum pœnas. Quæ cũ nõ intelligerẽt Iudæi aduersarij eius, dixerunt: Quo hic iturus est, quia non inueniemus eũ? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? O stolidæ aures, & pingue ingenium. Quo ipse sit iturus, iam uobis dixit, cum ait: Vado ad eum, qui me misit. Et nunquid dispersio gentium misit eũ, ut ipse ad eam sit rediturus? Quod si esset sensiliter iturus ad gentes, inueniri à uobis posset. Sed quia iturus est in cœlum uos autem nunq̃: ideo à uobis inueniri non potest. Verum est tamen, quia uos hac gratia fecistis indignos, ipsum per suos apostolos iturũ ad gentes, ubicunq; locorũ dispersas, & sua misericordia docturum eas. Vnde ipsi sit honor, & gloria, & gratiarumactio. Et subiunxerunt: Quis est hic sermo, quem dixit: Quæretis me, & nõ inuenietis: & ubi ego sum, uos non potestis uenire? O pingue & crassum cerebrũ & cornea fibra. Adhuc quæritis eum, & non creditis uenisse, & non inuenietis, neque inuenietis Mesiam, uestrũ regem & saluatorem: sed uestrum iudicem & condemnatorem. Ipse est in cœlo, & in cœlum ubi est, conscendere non potestis. Deinde quid postea fecerit dominus, subdit Ioannes, dicens. ¶ In nouissimo autẽ die
65 magno festiuitatis stabat IESVS, & clamabat, dicens: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc aũt dixit de spiritu, quẽ accepturi erant credentes in eum. Nondũ eñ erat spiritus datus: quia IESVS nõdum erat glorificatus. ¶ Nouissimus dies magnus festi, est septimus, qui pari honore atq; primus celebratur: quod ex libris Moseos
Numer. 28. cognoscitur. In hoc ergo die stabat dominus in templo, & hic iam quartus erat ab accessu suo. Et illo die uenerunt ministri à principibus sacerdotũ missi, ut apprehẽderent eum. Et clamabat dominus: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat. Si quis sitit, uiatam, ueniat ad me, & inueniet eam: si quis sitit salutem, ueniat ad me, & hauriet eã,
Prouer. 8. sicut scriptũ est: Qui me inuenerit, inueniet uitam, & hauriet salutem à domino. Ait is uenit ad eum, qui credit in eũ. Ideo subdit: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Et quomodo dicit scriptura esse credendũ? Sane quemadmodũ in Paralipomenis scriptũ est, corde profecto: scriptũ nãq;
2. Para. 16. est, Oculi domini contemplantur uniuersam terram, & præbet fortitudinem, ijs, q corde

corde perfecto credunt in eum. Ecce quomodo scriptura dicit esse credendũ. Porro flumina aquæ uiuæ, sunt spiritussancti gratiæ, illuminatiões, & supra hominem intelligentiæ, & doctrinæ sanctæ, plenissime sitientẽ animam satiantes. Quia & id etiam per Esaiam prophetatum est, cum capite duodecimo ait: Haurietis aquas in Esaiæ. 12.
gaudio de fontibus saluatoris. Et dicetis in illa die: Confitemini domino, & inuocate nomen eius. Et subdit: Exalta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israël. Hæc est etiã dies, in qua hæc sanctissima profundebat uerba, in qua nunq̃ sic homo, testãtibus aduersarijs eius, locutus est. Et id etiam dictũ, Flumina de uentre eius fluẽt aquæ uiuæ: De spiritu sancto & donis eius accipiendũ, aperuit euangelista, cum ait: Hoc autẽ dixit de spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum eñ erat spiritussanctus datus, nondum erat illa diffusio spiritus, de qua dominus per Ioëlem prophetam loquitur: Effundam de spiritu meo su- Ioëlis. 2.
per omnem carnem. Et quare nondum datus? Quia IESVS nondũ erat glorificatus, nondũ ex resurrectiõe immortalitatis gloria decoratus, cœlos ascẽderat: nondũ assumpta & resumpta carne in dextris uirtutis dei sederat, quæ est gloria & glorificatio eius, de qua hic Ioannes loquitur. Et ante etiam ascensum domini in cœlũ, non debuit esse donorũ spiritussancti in homines illa effusio, sicut psalmo sexagesimo septimo dicitur: Ascendisti in altũ, cœpisti captiuitatẽ, accepisti dona in homi- Ephesi. 4.
nibus, quod interpretaẽ Paulus: Dedisti dona hominibus. Sed quæres: Nonne datus est spiritussanctus ante illud tempus hominibus? Non diffuse ut tunc datus est & etiam dabit (ut existimauerunt maiorũ plurimi) cũ erit amplitudo fidei: quia diffusio illius spiritus amplitudinem fidei facit, nõ fides diffusionem: quia omnis fides citra illam infirma: cum illa autẽ, firma, ualida, & inconcussa. Cuius rei apostoli, discipuli, & primitiuæ ecclesiæ, fidei testes, indicio sunt. Porro ut filius p semetipsum in hominibus habitare dignatus est, ita & post filiũ per semetipsum, & immediata sui ipsius charismata in hominibus habitare dignatus est spiritussanctus, qui etiã in prophetis per angelos inhabitabat. Attamen & nũc, & tunc, & olim habitat, habitabat, & habitabit ut uolet, qui sit benedictus in secula. Quid autem, cum hæc & sub-
limia illa, quæ loquẽte domino audiuit turba, acciderit, subdit Ioãnes, dicens. ¶ Ex 66
illa ergo turba, cum audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est uere propheta. Alij dicebant: Hic est CHRISTVS. Quidam aũt dicebant: Nunquid à Galilæa uenit CHRISTVS? Nõne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethleẽm castello, ubi erat Dauid, uenit CHRISTVS? Dissensio itaq; facta est in turba, propẽ eum. Quidam autẽ ex ipsis uolebãt apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus. ¶ Vt pitissaturis, non nisi modicũ quid uini propinari solet, ut ex tantillo totum probent, sic & nobis Ioannes, & alij euangelistæ paucũ quid e sermonibus dominicis, non plenos eorundem calices apponunt, sed quantũ tamen suggessit eis spiritus nobis propinandum; ut uel ex tantillo totum, quod etiã nobis non est propinatum, probemus; & reliquum non ab hominibus, sed à spiritu dei expectemus. Cum ergo dicit Ioannes hos sermones, intelligit integros domini sermones, quorum ueluti exempli gratia, solum hic particulã quãdam nobis ipse scripto reliquit. Hos autẽ diuinitate plenos CHRISTI sermones, cũ turba audisset, multi crediderunt in eum, quemadmodũ & scriptũ erat Esaiæ quinquagesimoquinto: Quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc ultra non reuertitur: sed inebriat terrã, & infundit eam, & germinare eã facit, & dat semen serenti, & panẽ comedenti: sic erit uerbum meum, quod egredietur de ore meo, nõ reuertetur ad me uacuum, sed faciet quæcunque uolet, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Neque unquàm dominus sermonẽ fecit irritum, quin semper aliqui crediderint. Et qui tunc crediderunt, dicebant: Hic est uere propheta: intelligẽtes prophetã illum à Mose & le-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ge,pmissum. Alij dicebāt, Hic est CHRISTVS, id est Messias: & hæc erat cōfessio fidei, confessio ueritatis, & spiritus agnitio. Qui autem non credebāt, sed aduersabantur ueritati, dicebāt: Nunquid à Galilæa uenit CHRISTVS? Quasi penitus exploratum esset, quod non: cum tamen Esaias propheta clamet de tempore aduētus eius: Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Neptalim, & nouissimo aggrauata est uia maris trās Iordanem, Galilæa gentiū. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnā: habitātibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Sed & quomodo Nazaræus siue Nazarenus uocandus erat Messias: nisi quia à Nazareth uenturus erat, quæ est in Galilæa? Mentiebantur igitur, qui à Galilæa negabant uenturū CHRISTVM. At quod addunt: Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethleem castello, ubi erat Dauid, uenit CHRISTVS? hoc uerum erat. Et ita factū erat, & si nescirent: quia ipse dominus erat ex uirgine, quæ erat de semine Dauid; & insuper natus in Bethleem, & circuncisus, & à Magis, ut deus ibi adoratus: & inde, ut natiuitate, & ex natiuitatis loco egressus. Sed id ipsi (ut dictum est) nesciebant: & quod nesciebant, falsò negabant, & asseuerabant quod nesciebant. Et facta est tunc dissensio inter illos qui crediderunt, & hos qui non crediderunt: negātibus his ipsum esse CHRISTVM, falsam & mendacē habentes persuasionem: illis autē defendentibus ipsum esse CHRISTVM: non ex se, sed à deo infusam & ueracem habentibus fidem. In qua concertatione, quidam ex non credentibus uoluerunt manum inijcere in ipsum. Attamen nemo eorum ausus fuit manum mittere, siue id fecerit timor turbæ, siue potius uoluntas eius, cui nihil poterat resistere. Neq; tāta maleuolentia ac malignitate fuere ipsi ministri, qui ad eum apprehendendum missi fuerant, ut in eū manus uoluerint inijcere: sic gratia oris CHRISTI, sic mansuetudine eius, ferocitatem eorum si qua fuit mitigante, dicente Ioanne.

67 „ ¶ Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare
„ non adduxistis illum? Responderūt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut
„ hic loquitur. Responderunt ergo eis pharisæi: Nunquid & uos seducti estis? Nun-
„ quid ex principibus aliquis credidit in eū, aut ex pharisæis? Sed turba hæc, quæ non
„ nouit legem, maledicti sunt. Dicit Nicodemus ad eos, ille qui uenit ad eum nocte,
„ qui unus erat ex ipsis: Nunqd lex nostra iudicat hominē, nisi prius audierit ab ipso,
„ & cognouerit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus
„ es? Scrutare scripturas, & uide, quia à Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt
„ unusquisque in domum suam. ¶ Venerunt ergo (inquit) ministri ad pontifices: ex quo intelliguntur principes, & pharisæi expectasse reditum ministrorum. Et dixerunt eis pontifices & pharisæi: Quare non adduxistis illum? non intelligentes, non pro uoluntate hominum fieri contra ea, quæ diuina uoluntate gerūtur: placebat eis quod adducerent, non placebat deo quod adduceretur: deus autem hominibus potentior. Factum est ergo quod deo placebat, ut iustum erat: nō quod illis placebat, quod iniquum erat & iniustum: quod & ipsi ministri fatebantur, respōdentes: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Nec ab re id dicebant; quia is erat de quo scriptum erat: Et uoluntate labiorū eius non fraudasti eum. Et rursus: Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Et ideo audientes tam abundantem gratiam, quæ ex ore eius profluebat, nefas & impium duxerunt, inijcere (ut ipsum apprehenderent) manus in eum, & dominorum suorū sacrilegis iussis non esse parendum iudicauerunt: & probè quidē, deo scilicet ad hoc ipsos impellente. Verum secus iudicauerunt cæci pharisæi, & duces cæcorum, dicentes eis: Non ne & uos seducti estis? acsi planè dicerēt increpando eos, Vos seducti estis: quod falsum erat. Non enim erant seducti, sed parati ad maiorem gratiā, nisi ruina suorum dominorū inuoluisset eos cum ipsis in perditionem æternam. Adiecerunt

Esaiæ.9.

Psal.20.
Psal.44.

falsam

falsam suasionem, qua illis persuadere uoluerūt quod seducti essent, cum dixerūt: Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex pharisæis? In quo negabāt ullum ex principibus, aut ex pharisæis credidisse in eum, quod falsum erat. Nam & Nicodemus, & Iairus archisynagogus, qui principes erant, crediderant in eum, qui & secta erant pharisæi. Volebant ergo neminem principum aut pharisæorū credidisse in eum, sed solum turbam hāc, quæ nō nouit legem, credidisse in eum: & hanc eorum hominū esse, qui maledicti sunt. In quo uolebant, omnes credentes in dominum esse accusandos ignorātiæ legis, & omnes esse maledictos. At cōtrà, ipsi erāt maledicti, & turba benedicta. Ipsi enim erant, de quibus dicitur: Tu percussisti oēs aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorū contriuisti. & hæc erat, de qua subditur: Domini est salus, & super populum tuū benedictio tua. Cæterum Nicodemus ille, qui post primum pascha, quo Ioannes meminit dominū ascendisse Hierosolymam, uenit ad eū nocte: ut capite tertio huius uisum est: molestè ferens eos dixisse ministros seductos esse à domino, respōdit eis: Nūquid lex nostra iudicat hominē, nisi prius ab ipso audierit, & cognouerit qd faciat? In quo arguebat eos trāsgressæ legis, quod condemnabant hominem, quem neq; audierāt, neq; quid faceret nouerant. Cui indignati, responderūt: Non ne tu Galilæus es? exprobrātes ei quod Galilæus esset, & proinde illi ob patriæ cognationē faueret: & obijciētes ei scripturarum ignorantiam, dicēdo: Scrutare scripturas, & uide quia à Galilæa propheta non surgit. Vide, disce, cognosce, quod propheta ille, qui scilicet pmissus est in lege per Mosen & ppheras, qui est CHRISTVS dominus, nō uenit à Galilæa. Quod quodammodo uerū est. Neq; enim CHRSTVS ortu paterno à Galilæa, neq; à Iudæa, sed à cœlo uenit. Neq; ortu materno, id ē natiuitate ex matre, à Galilæa, sed à Bethleem Iudæ: etsi incolatu, ut colonus, & uir uagus uenerit à Galilæa. Falsum ergo erat, quod credebant, eū scilicet ortu esse à Galilæa: quod & intelligebāt & innuere uolebant cū dicebant; Vide quia à Galilæa propheta nō surgit. Quo facto, quia frustrati essent sua spe, & adductiōe CHRISTI à ministris, dissipatū est conciliū ipsorum. Et sic profectò quicunq; conspirant aduersus dominum & aduersus CHRISTVM eius, dissipabūtur, & per semetipsos cōfundentur, à diuina lege condemnati: ut ex secundo psalmo cognoscitur. Sed nos dirūpamus uincula taliū, & proiciamus à nobis iugum ipsorū (quandoquidem qui habitat in cœlis, irridebit eos, & dominus subsannabit eos) demusq; gloriā deo, & CHRISTO eius, per quē redēpti & saluati sumus: demus inquam deo patri per ipsum, & cum ipso, & spiritu sancto omnem laudē & gloriā, & honorē: quia eū solū deū qui trinus & unus est, decet oīs laus & gloria, & honor, in omnia & per omnia, & sup omnia seculorū secula. Amē.

Psal.5.

CAPVT OCTAVVM.

IESVS autem perrexit in montē Oliueti, & diluculo iterū 68
uenit in templū, & omnis populus uenit ad eū, & sedēs do
cebat eos. Adducūt autē scribæ et pharisæi mulierē in ad-
5 ulterio deprehēsam, & statuerūt eam in medio, & dixerūt
ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulte-
rio: In lege autē Moyses mādauit nobis, huiusmodi lapi-
dare: tu ergo quid dicis? Hoc autē dicebāt, tētantes eū, ut possent accusare
eum. IESVS autē inclinās se deorsum, digito scribebat in terrā. Cum ergo
perseuerarent interrogātes eum, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est
10 uestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat
in terram. Audientes autem hæc, unus post unum exibāt, incipientes a se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nioribus, & remansit solus IESVS, & mulier in medio stans. Erigens autem se IESVS, dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autem IESVS: Nec ego te condem-
69 nabo. Vade, & iam amplius noli peccare. ¶ Iterum ergo locutus est eis IE- 15
SVS, dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, nõ ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Dixerunt ergo ei pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testimoniũ tuum non est uerũ. Respondit IESVS, & dixit eis: Et si ego testimoniũ phibeo de meipso, uerũ est testimoniũ meũ: quia scio unde ueni, & quo uado. Vos autẽ nescitis unde uenio, aut quo uado. 20
Vos secundũ carnẽ iudicatis, ego nõ iudico quẽquã. Et si iudico ego, iudicium meum uerum est: quia solus nõ sum, sed ego & qui misit me pater. Et in lege uestra scriptũ est, quia duorũ hominũ testimonium uerũ est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimoniũ perhibet de me qui misit me pater. Dicebãt ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit IESVS: 25
Necq; me scitis, necq; patrẽ meũ. Si me sciretis, forsitã & patrẽ meũ sciretis. Hæc uerba locutus est IESVS in gazophylacio, docens in templo, & nemo
70 apprehendit eũ, quia necdũ uenerat hora eius. ¶ Dixit ergo iterum eis IE- 30
SVS: Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Quo ego uado, uos nõ potestis uenire. Dicebãt ergo Iudæi: Nũquid interficiet le-
metipsum, qa dicit: Quo ego uado, uos nõ potestis uenire? Et dicebat eis: Vos deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mũdo hoc estis, ego nõ sum de hoc mundo. Dixi ergo uobis, qa moriemini in peccatis uestris. Si enim nõ crediderítis quia ego sum, moriemini in peccato uestro. Dicebãt ergo ei: Tu quis es? Dixit eis IESVS: Principiũ qui & loquor uobis, multa 35
habeo de uobis loqui & iudicare: sed q me misit, uerax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor ĩ mũdo. Et nõ cognouerũt quia patrẽ eius dicebat
71 deum. ¶ Dixit ergo eis IESVS: Cũ exaltaueritis filiũ hominis, tunc cogno scetis qa ego sum, & a meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater hæc loquor. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia ego quæ 40
placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.
72 ¶ Dicebat ergo IESVS ad eos, qui crediderunt ei Iudæos: Si uos manseritis ĩ sermonẽ meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatẽ, & ueritas liberabit uos. Respõderũt ei: Semẽ Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unquã: Quomodo tu dicis, liberi eritis? Respondit eis IESVS: Amen 45
amẽ dico uobis, quia omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati: seruus autem nõ manet ĩ domo in æternũ, filius manet in æternũ. Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Scio qa filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus nõ capit in uobis. Ego quod uidi apud patrem, loquor: & uos quæ uidistis apud patrem uestrũ, facitis. Responderunt, & 50
dixerunt ei: Pater noster, Abraham est. Dicit eis IESVS: Si filij Abrahæ estis, opera

estis, opera Abrahæ facite: nũc autem quæritis me interficere, hominem qui ueritatem uobis locutus sum, quã audiui a deo. Hoc Abraham nõ fecit. Vos facitis opa patris uestri. Dixerũt itacq; ei: Nos ex fornicatiõe nõ
55 sumus nati. Vnum patrem habemus deum. Dixit ergo eis IESVS: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq; me. Ego em̃ ex deo processi & ueni: necq; em̃ a meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia nõ potestis audire sermonẽ meum: uos ex patre diabolo estis & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ue
60 ritate nõ stetit, quia non est ueritas in eo. Cum loquit̃ mendaciũ, ex proprijs loquitur: quia mendax est, & pater eius. Ego autem si ueritatẽ dico, non creditis mihi. ¶ Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem di 73
co, quare uos nõ creditis mihi? Qui ex deo est, uerba dei audit: propterea uos non auditis, quia ex deo nõ estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixe-
65 runt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit IESVS: Ego dæmonium nõ habeo, sed honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me. Ego aũt non quæro gloriam meam: est qui quærat & iudicet. Amen amẽ dico uobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternũ. Dixerũt ergo Iudæi: Nunc co
70 gnouimus quia dæmoniũ habes. Abraham mortuus est & prophetæ, & tu dicis: Si quis sermonẽ meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abrahã, qui mortuus est, & prophetæ mortui sunt? Quem teipsum facis? Respondit IESVS: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: Est pater meus qui glorificat me, quẽ
75 uos dicitis, quia deus noster est, & nõ cognouistis eum. Ego aũt noui eũ. Et si dixero quia non scio eum, ero similis uobis mendax. Sed scio eum, & sermonẽ eius seruo. Abraham pater uester exultauit ut uideret diem meum, uidit & gauisus est. Dixerũt ergo Iudæi ad eũ: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? Dixit eis IESVS: Amen amen dico
80 uobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum. IESVS autem abscondit se, & exiuit de templo.

ANNOTAT. BREVES XLVI. CIRCA LITERAM CAP. VIII.

1 Oliueti: τῶν ἐλαιῶν
Oliuarum
2 uenit ἤρχετο
imperfectum.
3 pharisæi * πρὸς αὐτὸν ad ipsum
5 dixerunt λέγουσιν præsens.
5 mulier – modo
6 in adulterio. ἐπ' αὐτοφώρῳ μοιχευομένη
in ipso furto cum adul-
6 teraretur
lege * ἡμῶν nostra
6 mandauit – nobis
6 huiusmodi τὰς τοιαύτας
eas quæ sunt eiusmodi
7 dicis
* περὶ αὐτῆς; de illa?
9 ergo δὲ
autem
11 Audientes aũt – hæc οἱ δὲ ἀκούσαντες
At illi cum audissent
* καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι
& à conscientia redarguerentur,
12 senioribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

	* ἕως τῶν ἐσχάτων	34	in peccato uestro		habet locum
	uſq; ad postremos:		ἐν τῆς ἁμαρτίας ὑμῶν	49	patrem * μου meum.
12	remansit		in peccatis uestris	50	uos * οὖν igitur
	κατελήφθη		pluralia.	51	estis:
	relictus est	35	quis es? * καὶ Et		ἦτε
12	stans.	35	Principium		essetis
	οὖσα		τὴν ἀρχὴν	52	facite.
13	se IESVS,		accusatiuus.		ἐποιεῖτε ἄν
	* ⊖ μηδένα θεασάμενος	36	qui		faceretis utiq;
	πλὴν τῆς γυναικὸς		ὅτι	56	ueni:
	& cũ neminẽ uidisset		quia,		ἥκω præsens.
	præter mulierem:		quod	61	si ὅτι quia
13	qui te accusabant?	35	habeo	61	arguet
	ἐκεῖνοι οἱ κατήγορούσου;		ἔχω		ἐλέγχει præsens.
	illi accusatores tui?		possum		Si * δὲ autem
14	condemnabo.	37	dicebat – deum.	67	inhonorastis
	κατακρίνω præsens.	39	pater * μου meus		ἀτιμάζετε præsens.
16	ambulat	40	solum * ὁ πατήρ pater.	75	noster
	περιπατήσει	43	eritis,		ὑμῶν
	futurum.		ἔσεσθε		uester secundæ pers.
26	forsitan		præsens. & infra.	77	diem meum, * καὶ &
	ἄν	43	liberabit	81	abscondit se,
	utiq;		ἐλευθερώσει		ἐκρύβη
32	deorsum		liberos faciet, & infra.		absconditus est
	ἐκ τῶν κάτω	48	filij	81	de templo.
	ex ijs quæ deorsum,		τέκνα		* διελθὼν διὰ μέσου
	ex infernis		semen		αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως
32	de supernis	49	capit		transiens per medium
	ἐκ τῶν ἄνω		χωρεῖ		illorũ, & præterijt sic.

COMMENTARIVS IN CAPVT OCTAVVM.

DIssipato (ut uisum est) malignantiũ cõcilio, quo perrexerit, & quid po
68 „ stea fecerit dominus, aperit Ioannes, dicẽs. ¶ IESVS autẽ perrexit in
„ montẽ Oliueti, & diluculo iterũ uenit in tẽplũ, & omnis populus ue-
„ nit ad eũ, & sedẽs docebat eos. Adducũt autẽ scribæ et pharisæi mulie
„ rem in adulterio deprehensam, & statuerũt eã in medio. Et dixerũt ei:
„ Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autẽ Moses man-
„ dauit nobis huiusmodi lapidare: tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant, tẽtantes
„ eum, ut possent accusare eũ, IESVS autem inclinãs se deorsum, digito scribebat in
„ terram. Cum ergo perseuerarẽt interrogãtes, erexit se, & dixit eis: Qui sine pecca
„ to est uestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterũ se inclinans, scribebat in ter
„ ram. Audientes autem hæc, unus post unum exibant, incipiẽtes à senioribus. Et re-
„ mansit solus IESVS, & mulier in medio stãs. Erigens autẽ se IESVS, dixit ei: Mu
„ lier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te cõdemnauit? Quæ dixit: Nemo domine.
„ Dixit autẽ IESVS: Nec ego te condẽnabo: uade, & iã amplius noli peccare. ¶ So-
lebat dominus ascẽdere in montem Oliuarum, & ibi cum suis, usq; dum diluceret,
pernoctare. Pernoctauit igitur in monte illo, & diluculo uenit in templũ. Et omnis
populus confluxit ad eũ, & sedens docebat eos. Et hoc quinta die ab aduentu eius
factum est, iam festo tabernaculorũ exacto. Adducunt autẽ scribæ & pharisæi mu-
lierem in

lierem in adulterio deprehensam, quã ante eum in medio populi statuunt, interro-
gantes: nõne cũ ex lege Moysi lapidãda sit, lapidari debeat? IESVS inclinat se, &
digito scribit in terram. Illis autẽ perseuerantibus interrogare, dixit: O ἀναμάρτητος
qui impeccabilis, qui sine peccato uestrũ est, primus in illã lapidẽ mittat. Et iterum
se inclinans, scribebat in terram. Quod audientes & uidẽtes accusatores scribæ &
pharisæi, exierũt singulatim omnes, incipiẽtes à senioribus, & remansit IESVS so-
lus, & mulier quæ in medio populi stabat. Cum erexisset se dominus, & nullũ accu
satorum uideret, interrogauit mulierem ubi essent qui eam accusabãt, & an nemo
eam condemnasset? Quæ respondit: Nemo domine. Quam neq; ipse condemna-
uit, sed iussit duntaxat, ut in futurum à peccatis abstineret. An ne mons oliuarũ cœ
lum designat, montẽ misericordiarũ & gratiæ? Ex quo dominus diluculo descen-
dit in templum, quando nos inferius in misericordia uisitat. Et populus confluit ad
eum, cum pia fidei deuotione ipsum quærit. Et quia stabiliter solideq; ac firmiter
instruit eos, sedens docet eos. Et id post exactum festum tabernaculorũ, quia post
tempus celebritatũ Iudaicarum. Quæ statuit in medio populi mulier in adulterio
deprehensa à scribis & pharisæis, hæc est synagoga Iudæorũ, quæ à uero deo forni
cata est, & nunc uaga & misera est in medio populorum audientiũ CHRISTVM.
Qui deprehenderũt eam, scribæ & pharisæi, & ipsi sceleratiores & lapidatione ma
gis digni. Non condemnauit eã, etsi lex Mosis eam iudicabat: quia lex CHRISTI
est gratia & misericordia: lex Mosis rigor & uindicta. Qd digito scripsit in terrã:
an id non designat, quod in iudicio libri conscientiarũ, siue bonorũ siue malorum,
erunt aperti, ut illorũ terrenæ apertæ fuerũt conscientiæ? Mulier in medio populi,
abeuntibus singulatim, initio sumpto à senioribus scribis, & pharisæis, nõ condem
natur: sic & synagoga in medio populorũ CHRISTI relicta sola, si abeant missiq;
fiant scribæ & pharisæi, incipiẽdo à uetustioribus, ut cõditoribus Talmud, usq; ad
nouissimos legis doctores, à CHRISTO nõ condemnabit: sed data de præteritis
uenia, id dũtaxat ab eius misericordia audiet: Vade, & iã amplius noli peccare. Va
de à lege uetere, & à doctrina scribarum mendacium, in legem gratiæ, & doctrinã
Mesiæ: & noli posthac cum senioribus tuis à uero deo fornicari ac peccare. Sed in-
quies: Cur scribæ & pharisæi adducentes mulierẽ deprehensam in adulterio, dice-
bant domino: In lege aũt Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare: tu ergo qd
dicis? Cui euangelista subdit: Hoc autẽ dicebant tentantes eũ, ut possent accusare
eum. Enimuero & id quoq; uerum est, quod Moses hoc mandauit, ut scribitur Le-
uitici. 20. Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpetrauerit
cum coniuge proximi sui, morte moriatur & mœchus & adultera. Volebant domi
num super ea lege respondere, tentantes si quid forte contra legem responderet:
quia solebat ipsis ferme in omnibus contradicere, ut possent corã omni populo eũ
accusare, & tũc permittente & adiuuante populo ipsum cõprehendere: nam & le-
gem sabbati non uidebatur obseruare, neq; Moseos repudium, neq; obseruatiões
eorũ approbare: semper tamẽ se aut inuincibili ratione, aut ineluctabili testimonio
scripturæ tutabatur. Quod si etiam nõ condemnaret eam, quia multum misericor-
diam efferre solebat, & pius ac mitis in omnes erat, manifeste cognosceretur legi
Moseos contrarius, & conscio toto populo, ut comprehenderet dignus. Verũ do-
minus, astu eorũ cognito, neq; eam cõdemnauit, illa misericordia, quã sua prædica-
tione cõmendabat, usus: neq; reprehendi ex lege Moseos potuit, ipsis quidẽ abe-
untibus cõfusis: ut qui ex lege, ut Deuteronomij capite decimoseptimo cognosci-
tur, si lapidãda fuisset, primi in eã lapides iacere debuissent. Hoc signo facto, ea lo-
„ cutus est dominus ad populum, quæ subdit Ioannes, dicens. ¶ Iterũ ergo locutus 69
„ est eis IESVS, dicẽs: Ego sum lux mundi. Qui sequit me, nõ ambulat in tenebris,

ſed habebit lumen uitæ. Dixerunt ergo ei pharisæi: Tu de teipſo teſtimonium per
hibes, teſtimoniũ tuum non eſt uerum. Reſpondit IESVS, & dixit eis: Et ſi ego te
ſtimonium perhibeo de meipſo, uerum eſt teſtimonium meum, quia ſcio unde ueni
& quo uado: uos autem neſcitis unde uenio, aut quo uado. Vos ſecundũ carnẽ iudi
catis, ego non iudico quenq̃. Et ſi iudico ego, iudicium meum uerum eſt: quia ſo
lus non ſum, ſed ego & qui miſit me pater. Dicebant ergo ei: Vbi eſt pater tuus?
Reſpondit IESVS: Neq; me ſcitis, neq; patrem meum. Si me ſciretis, forſitan &
patrem meum ſciretis. Hæc uerba locutus eſt IESVS, in gazophylacio, docẽs in
templo. Et nemo apprehendit eum, quia necdum uenerat hora eius. ¶ Dominus,
æterni patris erat legatus. Legatus loquitur, quæ habet in mandatis. In mandatis
autem à patre habuit, ut diceret eis hæc uerba: Ego ſum lux mundi: & quæ ſequun
tur. Nõ ergo ipſius ut ipſius ſunt uerba, ſed ut miſſi: qui aũt ſic loquitur, non à ſeip
ſo loquit̃, ſed ab eo qui miſit ipſum. Lux ſenſibilis, oĩa manifeſtat ſenſibilia: quæ ſi
eſſet uiuens & ſentiens, nihil eam latere poſſet. CHRISTVS aũt, ut mandatum ha
bebat à patre, dicebat ſe lucem mundi: nõ mundanam quidem & ſenſibilem, ſed di
uinam & intellectualem, imo uero prorſus ſuperintellectualem denudantẽ omnia
lucẽ non ſolũ uiuentem, ſentientẽ ac uidentem, ſed & uiuificantem, ſenſificantem,
& illuminantem omnia. Cuius rei teſtes etiam eſſe poterant, adulteræ accuſatores
quibus in illa luce omnia prænoſcente, patuerunt conſcientiarũ ſuarũ abdita. Quã
lucẽ qui ſequitur, non ambulat in tenebris mortis, ſed habebit lumen uitæ: nam am
bulat in lumine uitæ æternæ. At qui ſunt in hoc mundo, qui hanc lucem ſequuntur,
niſi qui fide eam ſequuntur, habituri eam in altero mundo nude, aperte, & in ueri
tate ſine ullo inuolucro, aut uerius habendi ab ea: ſiquidem oculi conuerſi ad ſolẽ,
etſi habent lucem, uerius tamen à luce habentur q̃ eam habeant. At pharisæi hæc
audientes, ad ſuam, ſi uoluntatem dicentis ſpectes, ſalutẽ, conuertunt ex ſe & pra
ua ſua uoluntate, in ſuam perditionem, dicentes: Tu de teipſo teſtimoniũ perhibes
teſtimoniũ tuũ non eſt uerũ. Ecce quomodo infidelitate auerſi ſunt, ne fide ſequan
tur. Falſum dicunt eius teſtimonium: at eius quod falſum dicitur, non eſt fides. Et
quia nõ ſequuntur eũ, ambulant in tenebris mortis æternæ, quæ ſunt tenebræ pec
cati, & maximi quidem (quod infidelitas eſt) peccati: nam fides, tota lux: hoc, uni
uerſæ tenebræ. Quibus nihilo ſecius dominus, quia is ſolus eſt qui poſſit ab illis te
nebris eripere, reſpondit dicens: Et ſi ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo, uerum
eſt teſtimonium meũ. Si lux in ſeipſa uiuens, & (ut ſic dicam) omniuidens, & omni
ſciens diceret: Ego ſum lux uiuentiũ, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris: ue
rũ diceret, & uerũ eſſet teſtimoniũ, quod de ſe perhiberet. Quod ſi illa lux ab alia
eſſet ſimiliter uiuente, uidente, & ſciente omnia, à qua ſe ſciret eſſe, cognoſcendo
ueram illam lucem à qua eſſet, pronunciare poſſet de ſe eadem quæ prius, & uerũ
eſſet teſtimoniũ eius. At filius dei, qui illa loquebatur uerba, talis lux eſt. Ergo & ſi
teſtimoniũ perhibebat de ſe, uerũ erat teſtimoniũ eius: quia & ſe & omnia uere co
gnoſcebat, & à qua luce uera prodierat, & ad quam redibat. Verũ eſt, inquit, teſti
moniũ meũ, quia ſcio unde ueni, & quo uado. Venit ab illa uera, immenſa ſubſtan
tiali, & ſuperſubſtantiali luce paterna: ipſe uera, immenſa, & conſubſtantialis, & ſu
perſubſtantialis lux: & ad illam uadit: quia haud multũ temporis reliquum erat, ut
ad cœlos etiam corporaliter aſcenderet. Et adiecit: Vos autẽ neſcitis unde uenio,
& quo uado. Et id uerißimum erat: nam putabant ipſum uenire e` Galilæa, ut uul
garem quendam hominem, patre Ioſeph, & matre ſimili cũ cæteris mulieribus cõ
ditione MARIA, & illuc redire, tota aberrantes uia. Et quare hoc? Quia ſecun
dum carnem iudicabant ea quæ erant diuina, & etiam pluſquàm diuina: at caro, il
la non attingit. Quod ſi attinguntur, ſpiritu, non carnis, ſed qui deſuper illabitur, at
tinguntur.

tinguntur. De ſe autem dominus dicit: Ego non iudico quenq̃: quod ſic capiendũ
eſt: Non iudico quenq̃ ſecundum carnem, non condemno quenq̃ iudicio carnis,
ut & uos facitis: quia ipſe non ſpiritu carnis, ſed ſpiritu dei iudicabat, ſi quem iudi
cabat. Verum nec adhuc quenq̃ ſpiritu ſuo iudicabat, quia nondum tempus iudicã
di aduenerat; expectat eũ nos deus quandiu ſumus in hoc mundo, & non iudicat
etſi carnales, mali, & reluctantes ueritati ſumus (quia miſericordia dei plena eſt ter Pſalm. 32.
ra) in egreſſu autem cuiuſq̃, iudicio particulari, in nouiſſimo uero die, uniuerſali iu
dicaturus eſt omnes. Quod ſi etiam in hoc mundo iudicaret, uerum eſſet iudicium
eius: quia non eſſet ſolus qui iudicaret, ſed & pater cum eo, qui unum ſunt in natu
ra, & duo in hypoſtaſi: qui quia omnia ſciũt, teſtes ſunt: & quia ſumma adeſt eis re
rum poteſtas & authoritas, iudices ſunt: etſi omne iudicium facere, id eſt exequi de
dit pater filio, & non iudicat quenq̃, niſi per filium. At in lege eorum ſcriptum eſt,
quod duorum hominum teſtimonium uerũ eſt. Qui iudicabant, id eſt abſoluebant
quempiam, aut condemnabant in ueteri lege, id teſtimonio duorũ facere poterant
tanq̃ teſtimonio duorum approbato uero. Quod ſcribitur Deuteronomij capite
decimoſeptimo, ubi dicitur: In ore duorum aut trium teſtium peribit quod interfi
citur. Quod ſi duorum hominum teſtimonium approbandum eſt ut uerum: quan
tomagis ſupercœleſtis patris, & conſubſtantialis filij eius, teſtimonium approban
dum eſt ut uerum? Quod & tertius aliquando in lege adhibetur teſtis, hoc etiam in
dicio eſt, quod tres ſunt in cœlo, pater, filius, & utriuſq̃ ſpiritus, qui eſt ſpiritus ſan
ctus: quorũ teſtimonio maxime omniũ in omnibus eſt ſtandũ. Semper ergo tres
ſunt in cœlo qui dãt teſtimoniũ. Et hac ratione, ſi filius perhibebat teſtimonium de
ſeipſo: pater etiam qui miſit eum, perhibebat teſtimoniũ de eo (ut ſi lux de luce te
ſtimonium perhiberet: teſtimoniũ de ipſa, & lux unde eſſet, perhiberet) item & ſpi
tituſſanctus teſtimoniũ perhibebat de ipſo. Quod audiẽtes pharisæi, dixerũt: Vbi
eũ pater tuus? Volebant carne attingere, quod oportebat eleuatione ſpiritus & fi
de cognoſcere: mens in eis iacebat, ſpiritus & fides nulla erat, & ſenſus carnis ad di
uina ſcienda prorſus impotens erat. Ideo ueriſſime eis dominus reſpondit: Neq;
me ſcitis, neq; patrem meum. Si me ſciretis, & patrem meũ ἤδειτε ἄν (ut ait Ioannes)
utiq; ſciretis. Ipſi credebant, quod ſenſu carnis ipſum uiderent: idcirco ſe ſcire do
minũ putabant. At id nõ erat ipſum ſcire, ſed ſolũ tueri mortalitatis eius exuuias,
& ueſtimentũ illud ab eis rubricandũ: de quo apud Eſaiam: Quare ergo rubrũ eſt Eſa. 63.
ueſtimentũ tuum? Sed hoc erat ipſum ſcire, dicere ut Ioannes dicebat: Qui de ſur Ioan. 3.
ſum uenit, ſuper omnes eſt. Et rurſum: Quem eũ miſit deus, uerba dei loquit̃. Et
hoc inſuper: Pater diligit filium, & omnia dat in manu eius. Et qui hoc modo ſcit fi
liũ, & ipſe quoq; ſcit patrem, imo` impoſſibile eſt aliquem ſcire filium, qui neſciat
patrem: non humano & imperfecto quidem ſcire, quod non eſt ſcire, ſed ignorare
et cæcũ eſſe (quo modo omnis oculus carnis cæcus eſt ad lumen ſpiritus, ſi non eti
am pluſquàm cæcus, qui ad hoc ipſum ſuapte natura natus non eſt: ut neq; auditus
ad percipiendũ lumen) ſed diuino ac perfecto ſcire. Proĩde ſubiunxit dominus: Si
me ſciretis, utiq; & patrem meum ſciretis. Et hæc diuiniſſima uerba locutus eſt eis
dominus in templo, in ea parte, quæ gazophylaciũ dicebatur: quod ibi opes templi
& quæ deo offerebantur dona aſſeruarentur. Et quamuis uoluntatem haberent ſti
mulante ipſos conſcientia mala, ut apprehenderent eũ; nemo tamen apprehendit
eũ, quia nondũ uenerat hora qua ſe apprehendi non ſolum permiſit, ſed & uoluit.
Et ſubdit Ioannes, quos ulterius proſecutus eſt ſermones, dicẽs. ¶ Dixit ergo ite 20
rũ eis IESVS: Ego uado, & quæretis me, & in peccato ueſtro moriemini. Quo e
go uado, uos nõ poteſtis uenire. Dicebat ergo Iudæi: Nũquid interficiet ſemetip
ſum, qa dicit: quo ego uado, uos nõ poteſtis uenire? Et dicebat eis: Vos de deorſũ
eſtis,

Universidad de Deusto Biblioteca

estis,ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis,ego non sum de hoc mũdo. Di
xi ergo uobis,quia moriemini in peccatis uestris. Si em̃ non credideritis quia ego
sum,moriemini in peccato uestro. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dicit ei IESVS:
Principiũ qui & loquor uobis. Multa habeo de uobis loqui & iudicare:sed qui mi
sit me,uerax est,& ego quæ audiui ab eo,hæc loquor in mundo. Et nõ cognouerũt
quia patrem eius dicebat deum. ¶ Ego uado,ad patrem uidelicet non post multos
hos dies. Et postquàm abiero,quæretis me,quia expectabitis Mesiam, & nõ inue
nietis: quia ego ipse eram qui ueni,& non recepistis me:de uobis em̃ per Esaiam
Esaiæ.5. prædictum erat: Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis,& quasi uinculũ
plaustri peccatum:qui dicitis, Festinet,& cito ueniat opus eius,ut uideamus:& ap
propiet,& ueniat consilium sancti Israël,& sciemus illud. Et in peccato uestro mo
riemini. In quo peccato? In infidelitate uestra:quia quod ego ipse ille sim, credere
nõ uultis. De uobis idem scripsit Esaias: Propterea captiuus ductus est populus
meus,quia nõ habuit scientiam,& nobiles eius interierunt fame,& multitudo eius
Esaiæ.5. siti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam suam,& aperuit os suum absq; ul
lo termino. Ecce quomodo in peccato uestro moriemini. Et subdit: Quo ego ua
do,nõ potestis uenire. Et hoc ipse dicebat,quia erat iturus ad patrem, ad quem nul
lus incredulus accedere potest,sed ij soli qui fideles sunt:tametsi neq; fideles,neq;
angeli,neq; ullæ uirtutes eo accessu,quo accessurus erat dñs,accedere possint, ui
delicet ad dexteram patris in cœlestibus super omnem principatũ, & potestatem
Ephe.1. & uirtutem,& dominationem:& omne nomen quod nominatur,nõ solum in hoc
seculo,sed etiam in futuro. Et cum hæc diceret uerba, dicebant pharisæi intra se:
Nunquid interficiet semetipsũ:quia dicit, Quo ego uado,uos nõ potestis uenire?
O stultos & amentes,atque etiam plusquàm ter insipientes Iudæos. Poterant se
metipsos interficere: CHRISTVS autem semetipsum,qui uita erat æterna, inter
ficere nõ poterat. Quod si fecisset,poterant ire ad mortem quo isset. Ideo ad cogi
tata eorum respondit:ut uel sic intelligerent eum esse lucem mundi omnia uiden
tem,& filium dei,ac uere CHRISTVM,dicens: Vos de deorsum estis, ego de su
pernis sum,ac si diceret: Vos de terrenis & imis estis,ego uero de cœlestibus & su
pernis. Ego ad superna unde sum,iturus sum:ideo quo ego uado, uos nõ potestis
uenire. Vos de mundo hoc estis,ego non sum de hoc mundo. Illuc uado,unde sum
ideo quo ego uado,non potestis uenire. Dixi igitur uobis,quod moriemini in pec
catis uestris. Ego prædixi uobis,quia moriemini in peccatis uestris,in infidelitate,
& iniusticijs uestris,ut id euitetis: nam si credideritis,non moriemini: si autem nõ
credideritis,quod ego sum,moriemini in peccatis uestris:si non credideritis quod
ego sum Mesias,quod ego sum CHRISTVS,quod ego sum filius dei, q̃ missus
sum à patre meo cœlesti in hunc mundũ,moriemini in peccatis uestris. At illi cau
te surdiores,quid eis diceret,intelligere noluerũt,& scisciitati sunt, Tu quis es? To
ties quis esset,dixit eis dñs,& si in similitudine ac parabola. Et nũc etiam quis sit,di
cit eis,dicens: Principium qui & loquor uobis. Ego sum,qui & loquor uobis prin
cipiũ. Est em̃ principiũ accusandi,nõ nominandi casu dictũ. Cum loquor uobis pa
trem,ego loquor uobis principiũ,quia pater est principiũ. Cũ id loquor uobis, Ego
sum lux mundi,ego loquor uobis principiũ:quia ego sum lux,quæ est mundi prin
cipium,& omnium. Ego sum de quo psalmus septuagesimusseptimus loquitur:
Psalm.77. Aperiam in parabolis os meũ,loquar propositiones ab initio. Ego sum qui loquor
uobis exordiũ,principium,& originem rerum. Plura habeo,plura possum de uo
bis loqui & iudicare. Sed hic forsitan dices, Græce legitur τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν
id est principiũ quod,siue quia:& loquor uobis,nõ,qui loquor uobis. Dicimus q̃d
lectiõis Græce duplex põt esse sensus. Primus ubi ὅτι est una dictio,& in eandẽ fer
me reci

me recidit intelligentiã ei qui dictus est: sed hæc particula cum sequente trahenda
est,ut hæc sit intelligentia. Dicit eis IESVS: Principium quia & loquor uobis,mul
ta habeo de uobis loqui & iudicare,sed uera: quia qui me misit,uerax est: & q̃ audi
ui ab eo,hæc loquor in mundo, & ideo uera sunt. Qui misit eum,pater cœlestis: &
quæ audiuit ab eo, hæc loquebatur in mundo: quæ autem audiuit ab eo,ab æterno
audiuit, sed in tempore exprimit. Proinde recte dicitur loqui ipsum principium,
ipsamq; originem atq; primordiũ rerum. Secundus sensus est, ubi ὅτι duæ sunt dic
tiones, perinde ualentes atq; id, quod & consuetudine Græcanica τὴν ἀρχὴν capi
tur pro κατὰ τὴν ἀρχὴν, id est secundum principium, siue à principio: & tunc sensus
est,quærentibus pharisæis: Tu quis es? Dicit eis IESVS: Sum id,quod à principio
etiam loquor uobis,scilicet lux mundi:quam qui sequitur,nõ ambulat in tenebris,
sed habebit lumen uitæ. Et usurpat frequentissime Ioannes Hebræorũ more præ
sens pro præterito,& tempus pro tẽpore: & id, Loquor uobis,perinde est ac locu
tus sum,ac si diceret: Sum id quod à principio locutus sum uobis. Et sequit: Multa
possum loqui & iudicare de uobis,sed quæ nimirũ uera sunt. Quare? Quia qui me
misit,uerax est: & ea quæ audiui ab eo,hæc loquor in mundo. Et harum particula
rum eadem quæ superius, intelligentia. At illi pharisæi tam crassa stolidaq; mente
erant,ut cũ hæc uerba diceret. Sed qui me misit,uerax est,& ego quæ audiui ab eo,
hæc loquor in mundo: non cognouerint, non intellexerint q̃ eis patrem diceret,
quodq; eis de patre suo hæc loquere? Et adiecit dominus alium sermonẽ ad eos
dem,quem subdit Ioannes,dicens. ¶ Dixit ergo eis IESVS: Cũ exaltaueritis filiũ 21
hominis,tũc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me
pater,hæc loquor. Et qui me misit mecum est, & non reliquit me solum: quia ego
quæ placita sunt ei,facio semper. Hæc illo loquente multi crediderũt in eũ. ¶ Cum
exaltaueritis filium hominis:hoc dicit dominus de se,suaq; in cruce exaltatione,id
est eleuatione in altitudinẽ crucis,ipsis scribis & pharisæis id quoad potuerunt,fa
cere adnitentibus. Et quomodo cognouerunt postquàm extulerunt eum in cruce,
quod ipse est? Cognouerũt ex malis sibi (diuina in ipsos ultrice ira) superuenienti
bus & irruentibus,sicuti prædixerat eis: Ecce relinquet uobis domus uestra deser Matth.23.
ta. Cognouerũt quoq;, ubi propter hoc peccatum in externas descenderunt tene
bras. Sed & amplius cognoscent in nouissimo die: cũ ab eo iudicati,quem ipsi ne
gauerunt,in ignem transibunt sempiternum. Ergo postquã eum in crucem exalta
uerint,id cognoscent,& in suũ quidem malum,nisi resipuerint,cognoscent: at si re
sipuerint,quia misericors est,& omnium uult misereri,non in suum malum cogno
scent. Sed tunc cognoscent,q̃ à seipso,id est humana præsumptione facit nihil,sed
quod sicut docuit eum pater,hæc loquitur. Et adijcit dominus: Et qui me misit me
cũ est,qa pater æternus in filio & filius in patre,& est à filio inseparabilis pater. Et
nõ relinquit me solũ:quia quæ placita sunt ei,quæ ipse in me & à me uult,facio sem
per. Et hic quodammodo respondet ei,quod prius quæsierant: Vbi est pater tuus?
Hic respondet: Pater meus mecum est,& nunquã me solum relinquit,sed semper
mecum est:quia & quæ ipse mihi præsens grata acceptaq; habet,facio semper,etiã
ab initio sine initio,ipsaq; æternitate. Et ideo (ut prius quoq; tetigit) si quis me co
gnoscit, & patrẽ meum cognoscit. Hæc aũt loquente domino,multi crediderũt in
eũ,ad quos attractus & energia spiritus inuenta est efficax. Ad quos insuper & se
quentem locutus est sermonẽ, ut Ioannes inquit, dicens. ¶ Dicebat ergo IESVS 22
ad eos qui crediderunt ei Iudæos: Si uos manseritis in sermone meo,uere discipuli
mei eritis,& cognoscetis ueritatẽ,& ueritas liberabit uos. Responderũt ei: Semen
Abrahæ sumus,& nemini seruiuimus unquã: Quomodo tu dicis,liberi eritis? Re
spondit eis IESVS: Amen amen dico uobis,, quia omnis q̃ facit peccatũ,seruus est
peccati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere: quia sermo meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud patrem, loquor: & uos quæ uidistis apud patrem uestrum, facitis. Responderũt & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis IESVS: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc aũt quæritis me interficere hominem, qui ueritatem uobis locutus sum, quam audiui à deo. Hoc Abraham non fecit: uos facitis opera patris uestri. Dixerunt itaq; ei: Nos ex fornicatione nõ sumus nati. Vnũ patrẽ habemus deum. Dixit ergo eis IESVS: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq; me. Ego ẽ ex deo processi, & ueni: neq; ẽ à meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelam meam nõ cognoscitis? Quia nõ potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere? Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit: quia non est ueritas in eo. Cũ loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax est, & pater eius. Ego autem si ueritatem dico, non creditis mihi. ¶ Si manseritis, inquit, in sermone meo, uere discipuli mei eritis: uidebat ẽ dominus, qui credebant, & qui non credebant: quia omniũ mens illi erat aperta
Heb. 4. ipse est enim de quo ait Paulus ad Hebræos: Viuus est enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usq; ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis: & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo, id est de quo nobis sermo. Sed de quonam, siue ad quem erat hic sermo, Paulo? Sane ad pontificem magnum, qui penetrauit cœlos, IESVM filium dei, qui hic credẽtes in se alloquitur, & uerbo cõfirmat. Sed qui sunt, qui manẽt in sermone eius? Qui credunt, & nunq; spiritui reluctantur: & ideo nunq; recedunt à fide uerborum eius: neq; mente quo ad fidem & dilectionem, neq; opere, si opus mandat uerbum eius, quo ad fidei declarationem & ij uere sunt discipuli. Et adiecit: Et cognoscetis ueritatẽ, & ueritas liberabit uos. Ipse est ueritas, quam erant cogniturí: ueritas æterna, ueritas dei quæ semper cum deo est, & qua nulla potest esse maior, melior, uerior. Sed quid est, Et ueritas liberabit uos? Veritas ἐλευθερώσει, id est liberos efficiet uos. Ille ipse qui erat ueritas, effecturus erat eos liberos. Et cũ de libertate locutus est, pharisæi aduersarijs eius (nõ ij Iudæi qui crediderant, & ad quos superiorem habuit sermonem) responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unq;. Quomodo tu dicis, liberi eritis? Cæterum ad hos nõ dixerat, Veritas liberabit uos, id est liberos efficiet uos quibus ex uerbis uolunt eum dixisse, liberi eritis: sed ad eos dixerat qui crediderãt quos ad perseuerantiam hortabatur, hi autem nõ crediderant. Sed esto hi dixerint pro illis, ad quos loquebatur dominus, ægre ferentes eum dixisse quod ueritas facturа esset eos liberos, ac si prius fuissent serui: quia qui fiunt liberi, ex seruis fiunt liberi. Certe de libertate & seruitute humana hi intelligebant, qua seruitute Iudæi illi nõ erant serui, neq; unq; alicui seruierant, sed erant liberi: quare cum quod est liberum, effici non possit liberũ, absurdũ ducebant quod dixerat, Veritas liberos efficiet uos. Verũ, dominus non de libertate & seruitute carnis, quæ humana est, hic loquitur: sed de libertate spiritus, & quæ est secundum deum. Quod innuit, cũ respondet ei: Amen amen dico uobis, omnis qui facit peccatum seruus est peccati: q̃modo & ipsi erant serui: quod si dicebant se non esse seruos, neq; unquã seruiuisse, mẽtiebantur. Hæc est seruitus, de qua loquebatur dominus, seruitus peccati à qua ipse liberat & reddit libertati: ut qui seruus fuerit, non amplius seruiat peccato, sed in libertate seruiat iusticiæ, cuius seruitus est uera & perfecta libertas. Seruus autẽ peccati non manet in domo in æternum. Domus, domus cœlestis patris, domus filij qui

filij, qui hæres est in domo patris, cœleste regnum, in quo seruus peccati nõ manebit in perpetuum. In cuius figura filius Isaac mãsit in domo patris sui Abraham: & de Agar quæ caro est, & filio eius secundum carnem, qui est seruus peccati, dictum est Geneseos capite uigesimoprimo: Ecce ancillam hãc & filium eius: nõ enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Quam sententiã illic approbauit deus. Filius autem qui est connaturalis & constantialis filius, manet in domo in æternum: & habet potestatem liberandi à seruitute peccati, & reddendi ueræ, quæ est secundum spiritum, libertati. Vere ergo eis dicebat: Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Scio quod semẽ Abrahæ estis, sed nõ idcirco hac libertate liberi estis: quia semen Abrahæ estis secundũ carnem. nam & filius Agar, semen Abrahæ erat secundum carnem, & tamẽ seruus erat: sic & uos serui estis peccati, etsi estis semen Abrahæ. Semen Abrahæ estis, sed quæritis me interficere. Ecce quomodo hi non erant, qui crediderãt in eũ, sed pharisæi aduersarij eius. Sed quæritis (inquit) me interficere, quia sermo meus οὐ χωρεῖ, id est non habet locum in uobis: quia uerborum meorũ capaces nõ estis: ergo serui estis, & serui peccati: At quomodo capaces fuissent, qui carnali intelligẽtia uerba domini, quæ erãt uerba spiritus, capere uolebãt? Adeo stolide agunt, qui sua intelligẽtia, diuina & ea quæ sunt supramundani spiritus, capere satagũt: ac si ceruus aut ursus suo sensu capere uellet intelligentiam hominis, quam ipse suo spiritu, suoq; sermone depromit. Et sacrorum uoluminum intelligẽtia ab eo ferme tẽpore labefactata est & iacet, quo cœperũt studia, humana indagatione illã uelle capere. Et sane humana ratio stulta, stolida & temeraria est, quæ credit suis machinis, suis disceptationibus ac ratiocinijs posse illam eruere, suam propriam ignorãs incapacitatẽ: quia uerba spiritus, non sensu nostro, nõ ratione nostra capiuntur. hac enim parte ex nobis ipsis capaces non sumus, ut neq; pharisæi maleuoli, & serui peccati, qui eo sensu ducebantur, uerborũ CHRISTI: sed fide & spiritu desuper immisso, ratione potentiore atq; capaciore. Et subiũgit dominus: Ego quod uidi apud patrem meum, loquor: uos quæ uidistis apud patrem uestrum, facitis. Quæ dominus apud patrem cœlestem, patrem luminũ, totius, uniuersiq; boni authorem, & omnium bonorũ operum patrem, qui est pater ipsius secundum spiritum, naturam, ac diuinitatem, uidit ac cognouit, loquebatur: ipsi uero quæ uiderant, id est nouerant apud suum: non carnis & naturæ, sed tenebrarũ faciebãt, qui est inuentor peccati, & omnium malorũ pater. At illi iterũ suo sensu uerba eius non capiẽtes, sed tamen se tenere illa arbitrãtes, dixerũt ei: Pater noster Abraham est. At dominus de patre nõ secundum carnem, cuiusmodi Abraham pater eorum erat, loquebatur: sed de eo qui secundum spiritũ: qui est is, cuius opera facimus: cuius filij, sunt non secundũ carnẽ filij, sed secundum spiritũ: quod si bona operentur, sunt filij secundum spiritum bonum: sin mala, secundum spiritum malum. Ergo filij Abrahæ non erant secundum spiritum, cuius opera non faciebant: qui opera dei faciebat, obediẽdo deo, ambulãdo cum deo, & deo credendo, sicut scriptum est: Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Idcirco respõdit eis dominus: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: nũc autem quæritis me interficere, hominem qui uobis ueritatem locutus sum, quam audiui à deo, hoc Abraham non fecit. Non ergo facitis opera Abrahæ: quare neq; estis filij secundũ spiritũ Abrahæ. Vos facitis opera patris uestri. Hic dominus, p id, patris uestri: spiritũ spiritui diuino maxime contrariũ intellexit, qui homicida est ab initio, homicidijq; inuẽtor: cuius quidem spiritus, secundũ opera erant filij, & uita & cõuersatione imitatores. At illi uolentes uerbis sapientiæ dei contradicere, dixerunt: Nos ex fornicatione nati non sumus, intelligentes de carnali natiuitate. Ex quo colligere uolebãt, ergo sumus filij Abrahæ. Verũ fornicãdo à deo, & cõmiscendo se spiritui aduersario, male operando, nati

Gene. 15.

Universidad de Deusto Biblioteca

do, nati illi erãt non legitime, sed secundum spiritum ex fornicatione: unde nõ erãt secundũ spiritũ filij Abrahæ. Credebãt ergo aduersari CHRISTO, sed seipsos magis confundebant. Sed & adhuc in maiorem superbiam proruperũt, dicẽtes nõ solũ se esse filios Abrahæ, sed filios dei. Qui pleni erãt odio, inuidia, homicidio, zelo, infidelitate, & omni impietate, audẽt dicere filio dei, Vnũ patrẽ habemus deũ. Quibus dominus uiua ratiõe ostẽdit, cũ nõ dixerint uerũ. Quia si essent filij dei secundũ spiritum, opera dei facerent, & eũ diligerẽt quem deus diligit, & quem misit. Atqui dominus à deo dilectus, & missus. Dilectus ex testimonio dei, audiẽte Ioãne, qui
Matth. 3. baptizabat eũ in Iordane: Hic est filius meus dilectus. Missus, ut in persona, cuius hæc Esaiæ capite quadragesimooctauo dicantur: Nõ à principio in abscõdito locutus sum, ex tempore antequam fierent, ibi eram: & nunc dominus deus misit me, & spiritum eius. Hæc dicit dominus deus redemptor tuus, sanctus Israël. Ipse à deo ἐξηλθεν, exiuit, & uenit in mundum. Neque à se uenit: quia à se uenit, qui missus ab alio non est: sed (ut dictum est) pater qui deus est, & qui alius est, misit eum. Cur ergo loquelam eius non cognoscerent, si filij dei essent secundum spiritũ: de quibus apud dominum sermo est, & cur non intelligerent eum? mentiuntur ergo se esse filios dei, & se unum patrem habere deum iactantes: non enim filij dei esse possunt, nisi secundum spiritum: neque deus pater eorum esse potest, nisi secundum spiritum. Et quia patrem suum secundum spiritum ignorant: quia neque Abraham, neque deus est, ideo quis is sit, dominus eis aperit, cum ait: Quia non potestis audire sermonem meum, uos ex patre diabolo estis. Qui non potest audire sermonem dei, sermonem ueritatis: quid aliud restat, nisi quod ex patre maligni sit, & filius falsitatis? Et ut filiorum est obsequi uoluntati patris, sic & ipsi obsequi uoluntati diaboli: quia desideria eius, scilicet homicidium perpetrandi, circumuenendi iustum & interficiendi, adimplere satagunt. Diabolus enim statim ab initio mundi (ut dictum est) homicida fuit: quia primum hominem interfecit, & subinde secundum docuit parricidium, & fecit fratris homicidam. Et prima eius in cœlo fœtura fuit peccatum, quod est mendacũ. In ueritate non stetit, quia non est in eo ueritas: quomodo enim in eo esset ueritas, in quo est primum mendacium, & qui sapientiæ dei, quæ est prima ueritas, maxime aduersatur? Cum loquitur mendacium, ex seipso suis que loquitur: quia mendax est, & pater mendacij: ut qui primus mendacium peperit, tam in cœlo quàm in mũdo. In cœlo quidem, quia in eo in ueritate nõ stetit: in mũdo autem, quia mulieri dicenti deum præcepisse, ne Adam & ipsa de fructu ligni, quod erat in medio paradisi, quod erat lignum sciẽtiæ boni & mali, come-
Gen. 3. derent, ne morte morerentur: nequaquam (inquit serpens qui est diabolus) morte moriemini. Ecce primum mendacium in hoc mundo. Et adiecit alterũ, dicens: Scit enim deus, quod in quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij scientes bonum & malum. Merito igitur dicitur mendax, & pater mendacij. Et in hoc ostendebant se esse fœturam patris mẽdacij: quod cũ dominus ipsis ueritatem diceret, non credebant ei. Ego autem (inquit) quia ueritatem dico uobis, non creditis mihi. Verum si dixisset ipsis mendacium, quod nõ uenisset a deo, quod à se loqueretur, quod non esset Messias, credidissent ei. Quare? Quia deum, patrem ueritatis nõ sequebantur: sed diabolum, patrem falsitatis. Et quod subdit Ioannes,
23 „ adijcit dominus, dicens. ¶ Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico,
„ quare uos nõ creditis mihi? Qui ex deo est, uerba dei audit: propterea uos nõ audi-
„ tis, quia ex deo non estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerũt ei: Non ne bene di-
„ cimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit IESVS: Ego
„ dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meã, est qui quærat & iudicet. Amen amen dico uobis,

„ si quis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternũ. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmoniũ habes: Abraham mortuus est & prophetæ, & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, nõ gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & prophetæ mortui sunt? Quẽ teipsum facis? Respõdit IESVS: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est pater meus qui glorificat me, quem uos dicitis, quia deus uester est, & non cognouistis eum. Ego aũt noui eum: & si dixero quia non scio eum, ero similis uobis mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum: uidit & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondũ habes, & Abraham uidisti? Dixit eis IESVS Amen amen dico uobis, antequàm Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum: IESVS autem abscondit se, & exiuit de templo. ¶ Omne opus dei uerum est, omne opus diaboli mendaciũ: omne autem mendacium peccatũ. Quis, inquit, ex uobis arguet me, uere accusabit, reprehendet de peccato, qd est diaboli mendacium? Si ueritatẽ dico uobis, quare non creditis mihi? Quia sane ex patre mendacij & peccati estis. Qui ex deo est, qui uerax est, & ueritatis pater, uerba dei audit quæ uera sunt: at propterea uos non auditis, uos non suscipitis, uos eis non creditis (ille siquidem audit, qui credit) quia ex deo non estis. Falso ergo superbiebatis, uos unũ patrem habere deum. Sed quod nesciebatis, unde tumor ille uobis oriebatur, & mendacia nascebantur, patrem habetis diabolũ, quem sequimini & imitamini. Quod audientes scribæ & pharisæi illi, ad quos dominus suũ dirigebat sermonem, facto ipso approbarunt dominũ ueracem, amplius opera diaboli se facere ostendentes, manifeste mentientes, & mendacio addentes blasphemiã: quæ nõ solum mendacium & peccatum, sed etiam peccatum in spiritum sanctum est. Nonne, inquiunt, bene dicimus nos quod Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Aperte falsum erat ipsum esse Samaritanũ: sed nondũ ulla ibi blasphemia, etsi id cõuicij & improperij gratia diceretur: & idcirco conuiciũ tulit dominus: at blasphemiam quod dæmoniũ haberet, & tantam blasphemiam, quæ esset in spiritum sanctum, nõ tulit silentio prætereundo. In quo nos docet, iniurias & contumelias eatenus à nobis ferendas esse, quatenus nos solos tangunt: at quatenus dei honorem, non ultra. Et respondit eis, dicens: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me. Qui ueritatem loquitur, mandata filij exequitur, eiusq; uoluntatem semper facit, hic honorificat patrem: & qui illum inhonorat, opprobrio afficit, & conuicijs lacessit, offendit patrem: quemadmodũ terrenum regem offendit, qui ueracem legatum eius, imo non solum legatum, sed & filium eius charissimum, & mandata regis fidelissime exequentẽ, contumelijs afficit: & ideo cum dominum contumelijs afficiebant, offendebant patrem, qui rex regum est, & uniuersorum tum in cœlo tum in terra existẽtium dominus. Propterea dicebat eis: Vos inhonorastis me: indicando ipsos offendere patrem. Non q̃ ipse honorem ab eis quæreret. Erat autẽ pater qui quærebat honorem eius, & qui iudicaturus erat eos, qui aut honorarẽt aut inhonorarẽt ipsum: hos condemnaturus & punituru: hos in gratiam suscepturus & præmiaturus. Quod intelligimus ex uerbis domini subnectentis, Ego autẽ non quæro gloriam meam, est qui quærit & iudicat. Hoc em̃ adiecit, quia dixerat: Vos inhonorastis me. Porro qui quærit gloriã eius & iudicat, pater est, & addit dominus: Amen amẽ dico uobis, si quis sermonẽ meũ seruauerit, mortem nõ uidebit in æternũ. Et certe Adam si seruasset uerbũ dei mortem nõ uidisset: quia uerbũ dei dat uitã: at quia non seruauit illud, inuenit mortem. Contrà uero uerbũ diaboli dat mortem: & proinde qui illud seruauerit, uitam

Universidad de Deusto
Biblioteca

non uidebit in æternum. Et hic, de uita & morte secundum spiritum fit sermo. Scribæ autē & pharisæi audientes illum sermonem domini, qui erat uerbum uitæ, in cæcitate, mendacio, & blasphemia magis persistentes, dixerunt: Nunc cognouimus, quia dæmoniū habes. Ecce cæcitas & mendacium. Nunc cognouimus, & blasphemia. Dæmonium habes. Cui addunt cæcam, stultā & mendacem rationē, dicentes: Abraham mortuus est, & prophetæ, & tu dicis: Si quis sermonem meū seruauerit, nō gustabit mortē in æternū? Quod ipsi, cū sint caro & sanguis, & corporis corruptio, nihil spiritus habētes, de morte intelligūt corporali: & dominus, qui in spiritu uiuificāte uenit, de morte spiritus. Falsum ergo, & mēdaciū est quod dicebāt: Abraham mortuus est, & prophetæ. Nā uiuebant uerbo dei, quod seruauerāt. Et uerus, imo plusquā uerus erat sermo eius, quem dixerat: Si quis sermonem meū seruauerit, mortem nō uidebit in æternū: quia uerbum dei erat, & immediatius quidē quàm quod & Abraham, & prophetæ seruauerāt, in quo nihilominus uiuebāt, quia hi, ab angelo: illi quos dominus sic uicturos dicebat, à filio dei qui deus est, sermonē accipiebant. Adijciūt: Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Vbi duo mendacia coniungunt. Primum quod dicebant non esse maiorē patre suo Abraham, cum qui maior erat omnibus, etiā angelis superioribus: quare multo magis ipso Abraham: ut & prius testatus fuerat Ioannes, cum dicebat Iudæis: Qui de cœlo uenit, super omnes est. Secundum quod dicebant Abraham mortuum, qui tamen uiuebat, & ipsi mortui erāt: nō est enim uita, nisi qua quis uiuit deo: neq; mors, nisi qua quis moritur deo. Pergūt interrogare, Quem teipsum facis? Interrogāt ut confundant, quod non possunt, non ut ueritatem intelligāt. Cæterum ueritas nō potest illis respondere nisi ueritatem: quæ si ipsos non iuuabat, iuuabat tamen eos qui credebant, & qui erant dociles dei, & nos quoque iuuat & illuminat. Respondit ergo illis ueritas, ueritatem eos oēs qui credunt saluantē: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est pater meus qui glorificat me, quē uos dicitis, quod deus uester est. Hi glorificant seipsos, qui gloriā suā quærunt, & omnia opera sua faciunt ut honorentur. At dominus gloriam suā non quærebat, sed patris: neque opera sua faciebat, ut honore afficeretur ab hominibus; sed ut ipsi cognita ueritate, glorificarēt cœlestem patrem, & id agnoscentes & facientes, uitam consequerentur æternam: id enim facere debent homines, ad hoc ipsum creationis cōditione obstricti & obligati: uita autem æterna, mera gratia & beneficētia est eius, qui est plusquam superbonus, & plusquam superbeneficus. Sed pater, est qui glorificat filiū, & eo quidem honore & gloria, quæ omni honore & gloria maior est. Quomodo ergo quæreret gloriam ab hominibus, quē deus gloria, omni gloria maiore, honorat? Si ergo gloriam ab hominibus nō refutat: hoc non ideo prouenit, quia eam quærat, sed quia ea iuuet omnem hominem ipsum honorantem: uult enim, cū iuuat: iuuat autem semper, cū homines se coadiuuātes ad dona suæ immortalitatis trahit, et manifestat illis ad eorū bonū solū, opes gloriæ suæ: ob id tātum, quia bonus, supbonus, & plusquā superbonus est. Et reuera Iudæi eum qui ipsum glorificat, deum suum dicebāt: & is erat, qui eis à prophetis indicatus fuerat: sed ipsi non cognoscebant eum. at dominus cognoscebat eū: & si dixisset quod non cognouisset eū, fuisset mēdax, ut & ipsi erant mendaces, fuisset q; similis ipsis, nimirum homo peccator. At impossibile erat ipsum esse mendacē: quia ipsa summa ueritas mentiri non potest. Sed scio (inquit) eum, & sermonem eius seruo. Ipse reuera erat substātialis dei sermo, & uerba eius erāt expressiōes uolūtatis paternæ, quā & in cœlo & ī terra nunq; nō implebat. De Abraham autem, de quo illi tantā habebāt opinionē, ut etiam ipsum maiorē eo qui reuera CHRISTVS erat, crederēt; respōdit: Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem

Ioan. 5.

deret diem meū: uidit & gauisus est. Pater uester eo modo, quo patrem eum uocastis secundum carnem, exultauit, gaudio gestiuit in spiritu, spe uidēdi diem meum, diem aduentus mei super terrā: & uidit, cognouit, intellexit, & gauisus est, plenoq; perfusus est gaudio. In quo etiam se maiorem Abraham ostendit, ut reuera erat, utpote cuius tempus super terram, Abraham agnoscere tanto cum desiderio gestierat: & non modo Abraham, sed & omnes iusti, & omnes prophetæ: in quorū persona hæc uox prophetæ facta intelligi potest: Vtinā dirūperes cœlos, & descēderes. Esa. 64.
Sed de incredulitate istorū subditur: Cum feceris mirabilia, non sustinebimus, descendisti, & à facie tua montes defluxerūt: à seculo non audierūt, neq; auribus perceperunt. Abraham uidit & cognouit tēpus, quo dominus erat super terrā, & gauisus est: sed modū dominus nō aperuit. nam multis secundum diuinam dispensationem scire potuit modis, & angelis nunciantibus, & Simeone iusto, & Ioanne Baptista præconibus: sciuit tamē & id quomodocunq; deo placitū fuit. Sed id audientes increduli Iudæi, rati impossibile quod dominus dicebat, dixerūt: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham uidisti? Dominus dicebat Abraham diē suū uidisse, nō oculis quidē corporis, sed oculis spiritus, q̄bus angeli uiderūt diē ipsius: illi uero calumniabātur dominū dixisse, se uidisse Abraham: quod nequaq; dixerat. Et loquūtur de uisione corporis: dominus autē de uisiōe spiritus. Qui etsi nō uiderat Abraham oculo carnis: oculo tamen interno, quem nihil latebat, uiderat Abraham, & oīa aure interna audierat, ut constat ex historia diuitis epulonis & Lazari mēdici, quam Lucas capite decimosexto, numero. 141. luculenter enarrauit. Quod ergo ei, etsi calūniantes, ut impossibile obiectabāt, quod dixisset se uidisse Abrahā: non impossibile, non falsum, sed uerū erat. nā & uiderat & audiuerat, uidebat & audiebat. Et cum dicebant: Quinquaginta annos nondum habes: uerū dicebāt secundum utramuis naturā. Nam secundum humanam quidem, necdum quinquagenarius erat, quem constat paulo supra trigesimumtertium annū morte sua salutē operatum in medio terræ: secundum diuinā autem, nullos habebat annos: quia æternitas nullis cōstat aut definitur annis. Secundum quam, ut in qua, & cuius ratione diuina erat hypostasis, dixit eis: Amē amē dico uobis, anteq; Abrahā fieret, ego sum. Abraham factus est in tēpore, ipse est non factus, sed genitus in æternitate: & ideo non sequebatur, ipsum nō uidisse Abraham. Nam ut deus, uidit & uidet cūcta quæ facta sunt, & insuper quæ futura sunt, etsi annos non habeat. Cum autem dominus dixit, Ego sum: se eo noīe ipsis manifestabat, quo deus se Mosi insinuauerat ī Exodo, ut uel ex hoc deum, & dei filium intelligerent esse suum liberatorem & saluatorē, qui & ipsos prius per Mosen saluauerat. Et quomodo ante Abrahā nō fuisset, de quo dictum est: A summo cœlo egressio eius? Quis enim unquā à summo cœlo egressus est, qui ante Abrahā non fuerit? Et id, Tecū principiū in die uirtutis tuæ, in splendoribus sanctorū ex utero ante luciferū genui te. Cæterum & id Michææ: Et egressus est ab initio, à diebus æternitatis. Verū, tātū abfuit ut id intelligerēt, ut etiā pro beneficio præteritæ liberationis, & quā uolebat eis exhibere, præsentis & futuræ, uoluerint eū lapidibus obruere. Tulerunt ergo (inquit Ioannes) lapides, ut facerent in eum. O immēsa & ineffabilis dei miseratio. Poterat illos solo uerbo pessundare in abyssos, & perpetuis mācipare cruciatuum pœnis: uerum (ut ait Ioannes) abscondit se, & exiuit de templo. Quid est, abscondit se? Occultū se fecit, & exiuit e templo. Et sic eum æque præsentē atq; absentem uidere nequiuerūt. Pari quoq; modo nunc omnibus qui in ipsum malo sunt animo, se occulit, uindictā differens in aliud tempus, nisi resipiscant (ad hoc enim differt) iuste alioqui ultionem facturus. Quapropter nos eo in ipsum simus animo: ut nunquā se à nobis abscōdat, qui suā diuinitatem, æternitatemq; nobis aperuit, sed semper sentiamus ipsum præsentē, illuminantem,

Exodi. 3.
Psal. 18.
Psal. 109.
Michæa. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

luminantem, & uiuificantẽ animas nostras: ut illi cũ æterno patre, qui ipsum apud se in æternitate glorificat, demus laudem, honorẽ & gloriam, prout par est, & quantum possumus, imo supra uires nostras: quia ipse cum patre, & spiritu sancto unus deus est: quẽ decet omnis laus, honor & gloria, supra omne tẽpus & æuũ, in omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT NONVM.

24 ET præteriens IESVS, uidit hominem cæcum a natiuitate, & interrogauerũt eũ discipuli eius: Rabbi, quis peccauit: hic aut parẽtes eius, ut cæcus nasceretur? Respõdit IESVS: Neq; hic peccauit, neq; parẽtes eius: sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opa eius q̃ misit me, 5 donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari.
25 Quãdiu sum in mũdo, lux sum mũdi. ¶ Hoc cũ dixisset, expuit in terrã, & fecit lutũ ex sputo, & liniuit lutũ sup oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloë, quod interpretatur missus. Abijt ergo & lauit, & uenit uidẽs. ¶ Itaq; uicini & qui uiderãt eũ prius, q̃ mẽdicus erat, dicebãt: Nõne hic est, qui sedebat, & mẽdicabat? Alij dicebãt, q̃ hic est: alij autem, nequaquam, sed similis est eius. Ille uero dicebat, quia ego sum. Dicebãt ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respõdit ille, homo q̃ dicitur IESVS, lutũ fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriã Siloë, & laua. Et abij, & laui, & uideo. Et dixerũt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. ¶ Adducunt eũ ad pharisæos qui cæcus fuerat. Erat aũt sabbatũ, quando lutũ fecit IESVS, & aperuit oculos eius. Iterũ ergo interrogabãt eũ pharisæi, quomodo uidisset. Ille aũt dixit eis: Lutũ mihi posuit sup oculos, & laui, & uideo. Dicebãt ergo ex pharisæis quidã: Nõ est hic hõ a deo, qui sabbatũ nõ custodit. Alij autẽ dicebãt: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat ĩter eos. ¶ Dicũt ergo cæco iterũ: Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autẽ dixit: Quia propheta est. Nõ crediderũt ergo ludæi de illo, quia cæcus fuisset & uidisset, donec uocauerũt parentes eius qui uiderat, & interrogauerũt eos, dicẽtes: Hic est filius uester, quem uos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nũc uidet? Respõderunt eis parẽtes eius, & dixerũt: Scimus q̃ hic est filius noster, & quia cæcus natus est: quomodo aũt nũc uideat nescimus, aut quis eius apuit oculos nos nescimus. Ipsum ĩterrogate, ætatẽ habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerũt parẽtes eius, quoniam timebãt ludæos: iã enim cõspirauerant ludæi, ut si quis eũ cõfiteretur esse CHRISTVM, extra synagogam fieret. Propterea parẽtes eius dixerũt, quia ætatẽ habet, ipsum interrogate. ¶ Vocauerũt ergo rursum hominẽ qui fuerat cæcus, & dixerũt ei: Da gloriã deo. Nos scimus quia hic homo, peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio: unũ scio, quia cæcus cũ essem, modo uideo. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi uobis iã, & audistis.

Quid

Quid iterũ uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri? Maledixerũt ergo ei, & dixerũt: Tu discipulus illius sis, nos aũt Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est deus, hũc aũt nescimus unde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc em̃ mirabile est, quia uos
40 nescitis unde sit: & aperuit meos oculos. Scimus aũt quia peccatores deus nõ audit: sed si quis dei cultor est, & uoluntatẽ eius facit, hũc exaudit. A seculo nõ ē auditũ, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic a deo, nõ poterat facere quicq̃. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerũt eũ foras. ¶ Audiuit IESVS, quia eiecerũt eũ foras, & cũ inuenisset eũ, dixit ei: Tu credis ĩ filiũ dei? Respõdit ille & dixit: Quis est dñe, ut credam in eũ? Et dixit ei IESVS: Et uidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domine. Et procidẽs adorauit eum. Et dixit ei IESVS: In iudiciũ ego in hunc mundum ueni, ut qui nõ uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Et audierunt quidam ex phari
50 sæis qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Nũquid & nos cæci sumus? Dixit eis IESVS: Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc uero dicitis, quia uidemus, peccatum uestrum manet.

ANNOTAT. BREVES XXXIX. CIRCA LITERAM CAP. IX.

1 præteriens – IESVS
2 eius,
* λέγοντες dicentes.
3 aut
an
8 liniuit
ἐπέχρισε
illiuit
8 eius,
τοῦ τυφλοῦ
cæci
8 in natatoria
εἰς τὴν κολυμβήθραν
in piscina,
in lauacro natatorio
& infra.
8 Siloë
τοῦ σιλωὰμ & infra.
10 mendicus
τυφλὸς
cæcus
11 alij aũt – nequaq̃, sed
12 eius,
ἀντῷ
ei
12 Ille – uero
13 Respondit ille
* Ἐν εἰπεῖν
& dixit.
14 Et abij & laui,
ἀπελθὼν δὲ ἐνιψάμενος
Vt aũt abij & laui
uideo.
ἀνέβλεψα
uisum recepi,
præteritum.
15 Et dixerunt
εἶπον οὖν
Dixerunt igitur
eũ qui cæcus fuerat.
τὸν ποτὲ τυφλὸν
eũ q̃ dudũ cæcus fuerat
uidisset
ἀνέβλεψεν & infra.
uideo,
βλέπω
17 Alij – autem
Dicunt – ergo
qui
ὅτι
quia
18 conjunctio.
ipsum interrogate,
ætatem habet,
particulæ permutatæ
20 loquatur,
λαλήσει
futurum indic.
22 confiteretur – esse
extra synagogam
ἀποσυνάγωγος
23 Dixit ergo eis ille.
ἀπεκρίθη οὖν ἐκεῖνος
καὶ εἶπεν.
Respondit ergo ille
& dixit.
24 illi * πάλιν rursus
24 iam, & * ὄυκ non
26 Maledixerunt
ἐλοιδόρησαν
Conuiciati sunt
27 sis,
εἶ
28 præsens indic.
exaudit
ἀκούει
audit
30 poterat
30 uisum recepi,
30 præteritum.
33 Dixerunt
37 uideo,
41 quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

42 poterat
43 posset
43 in peccatis *σὺ tu
47 dñe. Et – procidens
48 dixit – ei
49 audierunt – quidam
49 ex pharisæis * ταῦτα
51 uidem 9. Peccatũ (hæc
* οὖν ergo

COMMENTARIVS IN CAPVT NONVM.

NOn longe processerat à suis aduersarijs dñs, cũ non fortuito, sed diuina ita disponente prouidentia, cui oĩa perspecta sunt anteq̃ fiant, & rerũ exordia atq̃ fines, uidit hominẽ cæcũ à natiuitate, super q̃ interrogatur à discipulis suis, ut subdit Ioannes, dicens. ¶ Et præteriens
74 IESVS, uidit hominẽ cæcũ à natiuitate. Et interrogauerunt eũ discipuli eius: Rabbi, quis peccauit: hic, an parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit IESVS: Neq̃ hic peccauit, neq̃ parentes eius: sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est. Venit nox, qñ nemo potest operari. Quandiu sum in mũdo, lux sum mũdi. ¶ Nisi dñs uideret oculis clemẽtiæ suæ eos, qui cæci sunt, nunq̃ posset ab eis uideri. Ergo qui cæci sunt quia uenit ad eos dñs, quia uidet eos, sanant: nõ cõtra. Sedebat cæcus secus uiam, qua populus transire solebat: ut qui transirent, miserati oculorũ ipsius orbitatẽ, aliquid ipsi ad miserã peragendam uitã porrigerẽt. Quẽ cũ uidissent discipuli, interrogauerunt dñm: Rabbi, quis peccauit: hic, an parentes eius, ut cæcus nasceretur? Cũ sic interrogarũt dñm: sic eũ interrogarũt, ut quẽ occulta hominũ tam præterita q̃ futura nosse crederẽt. Et probe quidẽ: uera em̃ erat hæc eorũ fides. Sed de causa cæcitatis à natiuitate, nõ bene opinabant̃, scilicet quod aut peccato suo, aut parentũ natus fuisset cæcus. Proinde dñs fidem eorũ probans, sed causam refutãs, respõdit eis: Neq̃ hic, neq̃ parentes eius peccauerunt, ut cæcus nasceretur. Non em̃ huius rei causa est peccatũ ipsius, aut parentũ: sed diuina ordinatio, ut in hoc scilicet diuina uirtute illuminato, manifestentur opera dei, & aduersarij eius confundantur. Et hæc erant opera patris, supra omnem naturæ potentiam, quæ ipse operabatur per filiũ. Et hic adeo manifeste à natura captus erat oculis, ut solo transeuntiũ aspectu, aperte deprehenderetur natura cæcus: quod & discipuli in transitu deprehenderũt, ut ex interrogatione sua manifestarũt, dicẽtes: Quis, id est uter peccauit: hic an parẽtes eius, ut cæcus nasceretur? Dixit ergo insup dñs discipulis: Me oportet operari opera eius, qui misit me. Erant opera patris, sed filius operabat̃ ea. Oportet, inquit, me operari. At nõ operatur filius nisi operante patre: adeo opera patris et filij sunt indiuisa. Et quid est, Donec dies est: nisi quandiu sum in mũdo? Tẽpus dñi quãdiu uersabat̃ super terrã, dies appellatur: quia sol iusticiæ hoĩbus lucebat, & noctẽ peccatorũ, & tenebras ignorantiæ dei discutiebat: qui cũ se occulit mũdo, nox peccati regnat, & dei ignorantia: in qua quis operabit̃ bonũ? Nemo sane. Quod innuit dicens: Venit nox, qñ nemo potest operari. Quãdiu sum in mundo, lux sum mundi. Quãdiu sol uisibilis lucet, sensibilis dies est: cũ aũt se abscondit, nox illo lucẽte, homines operibus suis intendunt: ista superueniente, ab operibus abstinent, neq̃ ultra opera diurna operari possunt. Sic & de sole inuisibili & spirituali dicendũ est. Sed age, nõne ab eo tempore quo dominus desijt uisibiliter apparere super terram, nox uenit? Non dico: quia non ea ratione qua uidebatur, sed qua inuisibilis erat, dicebat: Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Ergo quandiu mentibus fidelium lucet, dies est: & ubicunq̃ lucet, dies est: ubi autem non lucet, nox est. Ergo nũc Iudæis, Afris, Asianis, & maxĩa pro parte Europæis, nox est. Et uniuerso pene mũdo sedente, & iacẽte cæco, opus esset ut dñs misericordiæ, transiens uideret illũ, & oculos eius ut cæci nati inungeret: & iterũ opera patris, opera summæ clemẽtiæ, & inexcogitabilis bonitatis, suo transitu manifestarentur, ut & in multis tot

seculis

seculis incognitarũ regionũ nationibus sub occasum ad uersionẽ cancri, & circulũ Isemerinũ habitantibus, quæ nomen CHRISTI audierunt, susceptis etiam episcopis, nr̃is tẽporibus factũ est: quæ & in cœco nato manifestata sunt, dicẽte Ioanne.
» ¶ Hoc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutũ ex sputo, & liniuit lutum super 75
» oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloẽ, qd̃ interpretat̃ missus. Abijt
» ergo & lauit, & uenit uidens. ¶ Dominus expuit in terram: Fecit lutum. Liuit oculos cæci nati. Iussit lauari ĩ natatorio Siloẽ, qd̃ missum designat. Paruit cæcus. Iuit & lauit, & redijt uidens. Quid sputum, nisi ex ore dei peccatorũ increpatio? Quid lutum, nisi peccata? Quid oculorũ e luto illitio, nisi peccatorũ agnitio, quæ ob oculos saluandorũ ponit deus? Quid natatoriũ Siloẽ, nisi baptismus? Cur Siloẽ, id est missi, nisi quia baptismus CHRISTI est, qui à deo patre missus fuit, ut toties testatus est? Ergo lauacrũ illud à dño nomẽ habebat, qui Siloẽ, id est missus per sacram scripturã dicitur. In lauacro missi à deo uisus recipitur, quæ est fides, & uera dei cognitio, qua facile conuincitur infidelitas. Ergo si miseratio IESV, qui nunc negat̃, blasphemat̃, & propemodũ lapidatur: transiens uideret mundum, spueret, lutũ faceret, liniret lutũ sup oculos eius, & omnes iussi irent ad lauacrũ missi cœlestis, & lauarent̃, uiderẽt in Asia, Africa, Europa quicunq̃ iussis parerent, & replerent̃ dei scientia, ut cæcus ille natus repente uidit, & ista repletus est. Et stupore tenerent̃ quicunq̃ ad lauacrũ nõ confugientes, in sua persisterẽt contumacia, qd̃ accidit scribis & pharisæis cæco nato illũinato, posteaq̃ uisum recepit, ut subiũgit Ioãnes, di-
» cens. ¶ Itaq̃ uicini & qui uiderãt eũ prius, quia mendicus erat, dicebãt: Nonne hic 76
» est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebãt, quia hic est. Alij aũt, nequaq̃: sed simi-
» lis est eius. Ille uero dicebat, quia ego sum. Dicebãt ergo ei: Quomõ aperti sunt ti
» bi oculi? Respondit: Ille homo qui dicit̃ IESVS, lutũ fecit & unxit oculos meos, &
» dixit mihi: Vade ad natatoriã Siloẽ, & laua. Et abij & laui, & uideo. Et dixerunt ei:
» Vbi est ille? Ait: Nescio. ¶ Cũ aduenĩũt qui à deo illuminant̃, & uicini & cæteri q
eos uiderunt cæcos, admirant̃: quorũ quidam id negant, quidam fatent̃: alij palam prædicant ueritatẽ, & donũ dei agnoscũt, & manifestant lucis indultorẽ: quia ubiq̃ terrarũ id cognitu dignũ est, q̃ ille sit homo IESVS: homo, quia uere homo factus sit propter hoĩes: & IESVS, id est saluator, & supra homines quidẽ, quia θεάνθρωπος & modum recuperandi uisus, quo cœlestia percipiunt̃, aperiunt: dicentes id euenire post lutũ diuino sputo factũ, & ob oculos mentis obuersatũ, & ablutionẽ in lauacro missi, sed à deo cœlesti pr̃e missi. Et sic quoq̃ fiet, cũ illũinati à deo p̃ mundũ diuino indultu mittent̃, quod figura cæci nati nobis insinuat: nã alij ab illuminatis scisitabunt̃: Vbi est ille illũinator? sensibilẽ cognitionẽ eius, qui sensibus cognosci nõ potest, requirentes quod ipsi exhibere nõ poterunt. Quod innuitur cũ is qui cæcus natus fuerat, interrogatus: Vbi est ille? respõdit: Nescio. Sed quid tũc factu
» ri sunt infideles, in typo subdit Ioannes, dicens. ¶ Adducũt eum ad pharisæos, qui 77
» cæcus fuerat. Erat aũt sabbatum, quando lutũ fecit IESVS, & aperuit oculos eius.
» Iterũ ergo interrogabãt eum pharisæi, quomodo uidisset. Ille aũt dixit eis: Lutum
» mihi posuit super oculos, & laui & uideo. Dicebant ergo ex pharisæis quidã: Non
» est hic homo à deo, qui sabbatum nõ custodit. Alij aũt dicebant. Quomodo potest
» homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. ¶ Sabbatum, diem domini significat. Dies domini est, in qua dominus diuina operat̃: ut dies hominis in qua humana operatur homo: & ideo quia dominus deus erat, in suo die operabat̃: nõ opera quidem hominis, sed opera dei: quinimo nullus illuminat, nisi in suo die, qui sabbato figurabatur. Infideles, qui eos quos deus illuminat, adducunt ad pharisæos: sunt populus inferior, & in minori authoritate constitutus. Pharisæi aũt sunt

qui sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui sibi legis peritiam arrogant: cum tamen legem spiritus ignorent, & sint cæcis
cæciores, & duces cæcorum: quanq̃ etiam iudicandi authoritatem sibi uendicent,
uel solis. Miseri, non uident factum hominis, sed factũ dei, in sabbato: nam illumi-
natio cæci nati, nõ est opus hominis, sed dei. Quomodo ergo audent appellare ho
minem, cuius opus, opus dei est? Certe potius considerare debuerant, sabbatũ diẽ
domini esse, & in eo opus dei esse factum. Non ergo homo, sed deus operatus est,
aut certe is homo, qui à deo est. Quod etiam opus alij pharisæi uidẽtes, etsi sectæ
corruptæ essent, dicere ut illi nõ ausi sunt, sed reluctati sunt ex opere ipso, ijs qui tã
inique senserant, dicentes: Quomodo potest peccator hæc signa facere? per quod
sentire uidentur id esse impossibile. Et sic schisma, id est dissensio inter eos subor-
tũ est. Et ita ferme ſ sit, quoties deus aliquos illuminat, ut sint etiã ex ijs, qui contra-
riæ sunt sectæ, qui nõ audeant, conscientia reclamante, cõtra illuminationis gratiã
iudicare: adeo quod falsum est, infirmũ est & inconstans, ut sibi quoq̃ ipsi aduerse-
tur. At rursus eũ interrogant, qui fuerat cæcus, ut subdit Ioannes dicens. ¶ Dicũt 78
„ ergo cæco iterũ: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Illæ aũt dixit: Quia
„ propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & uidisset, do
„ nec uocauerũt parentes eius qui uiderat, & interrogauerunt eos, dicentes: Hic est
„ filius uester, quẽ uos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc uidet? Re
„ sponderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster, & quia
„ cæcus natus est: quomodo autem nunc uideat, nescimus: aut quis eius aperuit ocu
„ los, nos nescimus. Ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixe
„ runt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam em̃ conspirauerant Iudæi, ut si
„ quis eũ cõfiteretur esse CHRISTVM, extra synagogã fieret: ꝓpterea parentes ei
„ us dixerunt, quia ætatẽ habet, ipsum interrogate. ¶ Interrogant cæcum, Tu quid
dicis de illo, quia aperuit tibi oculos tuos? Qui respondit, & uerum quidem respõ-
dit, quod ille erat propheta: & is quidem, qui in lege expectabatur, utpote de quo
Esaie.35. scriptũ erat apud Esaiam: Deus ipse ueniet, & saluabit nos. Tũc aperientur oculi
cæcorũ, & aures surdorũ patebũt. At ipsi, quod illuminatus à deo responderat, au-
dire nolebant (quandoquidẽ ipsi quodammodo credere cogebantur, si ita signũ fa
ctũ erat) ut multa alia quæ pauloante negauerant, cũ & lapides in eũ iacere uoluer-
rũt. Ideo stimulante ipsos infidelitatis conscientia, credere maluerũt quod nõ fuis-
set cæcus natus, donec conuicti testimonio parentũ, nõ habuerunt quo diffugerẽt.
Accersiuerunt em̃ parentes eius, quibus dixerunt: Hic est filius uester, quẽ dicitis
cæcũ natũ esse? quasi dicerent: Si id dicitis, nõ benedicitis: nam quomodo nunc ui-
deret, si cæcus natus fuisset? Quo interrogationis modo innuere uolebant, id esse
impossibile: quare si dicerent, eos esse mentituros. Quibus nihilominus uiriliter re
sponderũt: Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. Ad hanc secũ
dam particulã audire nolebant: audierunt nihilominus, etsi nolentes. De modo au
tem subdiderunt quod uerũ erat, scilicet, Quomõ aũt nunc uideat, nescimus. Quis
em̃ scire possit, quomõ abdita & secreta diuina uirtus operetur in rebus, etiam su-
pra naturæ captũ? Diuinæ siquidem uirtutis est operari, nullo nobis cõprehensibi-
li modo, ac modus eius operandi supra omnẽ modũ, & absq̃ mõ est. Bene ergo di
xerunt: Quomodo autem nũc uideat, nescimus. At se nosse eum, qui aperuit ocu-
los eius, dissimulauerũt, cũ dixerũt: Aut qs eius aperuit oculos, nos nescimus: quã-
q̃ & id scirẽt, filio & ijs qui uiderant, late rẽ ipsam diuulgantibus. Et maluerũt par
ticulam de aperiente oculos, reijcere in filiũ dicendam, q̃ referare quod sentirent:
sentiebant em̃ (ceu admodũ uerisimile est) quod & multi alijs, eũ qui aperuit ocu-
los filij ipsorũ CHRISTVM esse, atq̃ Messiam. Sed de hac re reliquerunt filio di-
cendũ,

cendũ, inquientes: Ipsum interrogate (ut subaudiatur, quomõ, & quis oculos eius
aperuit) ætatem habet, ipse de se loquetur. Vnde intelligitur (etsi Euangelista non
expressit) pharisæos, parẽtes quoq; de persona, & personæ qualitate interrogasse
ut & filiũ interrogauerant prius dicẽtes: Quid dicis de illo, quia aperuit oculos tu
os? At ipsi noluerunt super ea re respondere. Et causam subdit Euangelista. Hæc
inquit, dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos: conspirauerant em̃ Iu-
dæi, ut si quis eum confiteretur esse CHRISTVM, extra synagogam fieret: prop-
terea parentes dixerunt, Quia ætatem habet, ipsum interrogate. Quid est fieri ex
tra synagogã? E congregatione & cõmunitate extrudi: quod nos more nostrorũ
dicimus, ex ecclesia eijci, & excõmunicari. Quod ipsi nolebãt, id perinde reformi-
dantes, atq̃ plerique excommunicationem, etiam iniustam. Sed pauper ille mundo,
at deo diues, quia illuminatus, animose & generose pro suo illuminatore decertans
& quod timebant parentes, paruipendens, Iudaicam illam excõmunicationem in
currit, & factus est ἀποσυνάγωγος, id est alienus à synagoga. Quod cognoscitur ex
„ ijs, quæ subdit Ioannes, dicens. ¶ Vocauerunt ergo rursum hominẽ qui fuerat cæ- 79
„ cus, & dixerunt ei: Da gloriam deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Di-
„ xit ergo eis ille: Si peccator est nescio: unum scio, quia cæcus cum essem, modo ui
„ deo. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit
„ eis: Dixi uobis iam, & audistis. Quid iterum uultis audire? Nũquid & uos uultis di
„ scipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos au
„ tem Moysi discipuli sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est deus: hunc autem
„ nescimus unde sit. Respõdit ille homo, & dixit eis: In hoc em̃ mirabile est, quia uos
„ nescitis unde sit, & aperuit meos oculos. Scimus autem quia peccatores deus non
„ audit: sed si quis dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit. A seculo non
„ est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic à deo, non poterat fa-
„ cere quicq̃. Respõderunt & dixerũt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos?
„ Et eiecerunt eum foras. ¶ Vocato rursus eo qui cæcus fuerat, dixerunt pharisæi:
Da gloriam deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Sed quid est, Da gloriã
deo? Idem fere ſ quod, confitere ueritatem. Sic Iosue septimo, ad Achan qui furtũ
fecerat de anathemate Hiericho, dixit: Da gloriam domino deo Israẽl, & confite-
re. Et hic erat quidam apud illos adiurationis modus, ad ueritatẽ extorquendam.
Et quam confessionem ab eo requirebant? Sane ſ istam, aut quod non fuisset cæcus
natus, aut certe quod nõ diffiteretur dominũ peccatorem: ac si dixissent ei: Da glo
riã deo, & plane ſ cõfitere, quod hic uir peccator est: quia scimus quod peccator est.
Ex qua confessione, si tale quid confessus fuisset, elicere uolebant, quod cæcus na-
tus nõ fuisset, imo ſ quod neq̃ cæcus. Hæc est gloria, quã ipsum dare deo uolebant,
impudentissimũ scilicet mendaciũ: quod pari quoq̃ mendacio, sua authoritate ex-
torquere uolebãt. Nos, inquiũt, scimus. Nos pharisæi, nos doctores, nos q̃ iudices
sumus, scimus quia peccator est. O scelerata mens, & sceleratus animus. O plus q̃
cauterio perusta cõscientia. Sed quid ille respondit eis, quẽ grã dei illuminauit? Si
peccator est, nescio: et probe ſ quidẽ, quia qd̃ falsum est, sciri nõ potest: quale id erat
quod illi q̃ blasphemi & mẽdaces erant, dicebãt. Blasphemi quidẽ, cũ dicebãt, Hic
peccator est: mendaces aũt, cũ dicebant, Scimus: imo ſ hic & illic mendaces, quia u-
biq̃ mendaces. Et adiecit qui pauloante mẽdicus & cæcus fuerat, mox uero diues
& uidens, & id quidẽ diuina uirtute & grã: Vnũ scio, quia cæcus cũ essem, nunc ui-
deo. In quo beneficiũ dei agnouit, quod ipsi nolebant, & ueram gloriam deo dedit
Et hac cõfessione bũficij, destruxit id, nimirũ quod peccator esset, q̃ eorũ erat blas-
phemia, execrandumq̃ mendaciũ. Quocirca inopes cõsilij quid facturi essent, cũ
nõ ualerent aliquid extorquere, quod nõ ad diuinitatem domini, & ad testimoniũ
ueri

Universidad de Deusto
Biblioteca

ueri Mesiæ pertineret, quasi deliriũ & uertiginẽ capitis patientes, ad priores meandros reuoluuntur, dicentes iterũ ei: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Qui uidẽs eorũ insaniam, respõsione sua eos magis insanire facit, dicens eis: Dixi uobis iam, & audistis: Quid iterum uultis audire? Nũquid & uos uultis discipuli eius fieri? Qua responsione (quã ille nõ à se loquebatur, sed ab eo de quo saluator di-
Matth. 10. xit: Cũ autem tradent uos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Dabitur eẽ uobis in illa hora quid loquamini) ita exacerbati fuerũt, ut statim in conuicia & maledicta, ut ipsi putabant, proruperint, & dixerint ei: Tu discipulus illius sis, nos aũt Moysi discipuli sumus. At uero maledicere putabant uiro cui deus benedixerat, & benedicebant: & sibi benedicere, & maledicebant: nam in Hieremiæ, 17. scriptum est: Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Et rursum: Benedictus uir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius. Hoc autem ei qui illuminatus fuerat imprecabantur, & illud, sibi. Et addunt: Nos scimus, quia Moysi locutus est deus: hunc aũt nescimus unde sit. Dicebant se scire quod nesciebant: quia deus per angelũ Moysi locutus est, nõ eo quo se scire putabant modo. Et negabant se scire, quod scire debuerant. Sed de ipsis scriptũ erat
Hiere. 5. in Hieremia: Negauerunt dominũ, & dixerunt: non est ipse. Verũ qui cæcus fuerat, respondit eis nõ ut cæcus, sed ut clare tam mente ꝗ corpore uidens, ut qui posset eos redarguere & docere, dicens: In hoc eẽ mirabile est, quod uos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos: quasi diceret, Factũ ipsum quod diuinum est, ostendit unde sit, & ipsum à deo quidẽ esse. Id ergo mirabile, quod uos, cũ doctores populi sitis, id nescitis: at dicitis, Peccator est. Nos aũt etsi populares, scimus qd pectores deus non audit: sed si quis dei cultor est, & uoluntatẽ eius facit, hunc exaudit
Prouer. 15. sicut scriptũ est: Longe est dominus ab impijs, & orationes iustorũ exaudiet. Eum aũt qui me sanũ fecit, in omnibus audit dominus. Quomodo igitur peccator esset? Cæterum, ex hoc à deo esse cognoscite. A seculo, à mundi exordio non est auditũ quod quis, quantumcũq; iustus & sanctus fuerit, aperuerit oculos cæci nati: hic autem aperuit, ergo hic à deo est, & multo quidem magis à deo, ꝗ illi qui id à deo nõ sunt consecuti. Nisi eẽ hic esset à deo, non poterat facere quicq; non poterat meos (qui cæcus à natiuitate eram) aperire oculos: & id facere quod uniuersa non potuit natura. A deo igitur est, & præ cæteris quidẽ, ac omniũ maxime à deo. Quæ cũ audissent pharisæi, indignatione & ira rũpentes, dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eũ foras. Ecce quomõ e synagoga eiectus, factus est extra synagogam. Et quod indignabundi expropabant ei, quod in peccatis natus esset totus, imputantes peccatis ipsius, quod cæcus natus esset, dñs discipulis anteq; id illi cogitassent, asseruit falsum esse, quando dixit eis: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, ad hoc scilicet ut cæcus nasceretur: sciebat eẽ futurũ, ut scribæ & pharisæi id illi obijcerent, in quo etiam se declarabat deũ. Et cũ inquiunt, Et tu doces nos, subindicant se gratiam dei nõ intelligere: nõ eẽ erat ille, qui docebat eos, sed spiritus dei, qui loquebatur in ipso, & id, ad hoc ipsum, ut adduceret eos ad lumen ueritatis: omnia eẽ uerba CHRISTI, omnia patris, omnia spũs sancti, uerba sunt saluare uolentium: nihil eẽ unq; uolunt, siue prænuncient, siue hortentur ac doceant, siue comminentur, nisi saluare: et perditio à nobis ipsis est, & cõtra eorum uoluntatem: sicut Psalmo uigesimonono scribitur: Et salus nostra à so-
Ioëlis. 13. lo deo est, dicente domino in Ioële: Perditio tua est Israël, tantummodo in me auxiliũ tuũ. Quæ etiam pharisæis, etsi δοκοῦσι Θεομάχοι essent, cõtra uoluntatem dei accidebat. Sed & qd postea acciderit uiro a synagoga malignantiũ eiecto, sed à deo
80 „ suscepto, subdit Ioannes, dicens. ℣ Audiuit IESVS quia eiecerunt eũ foras. Et cũ
„ inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium dei? Respondit ille, & dixit: Quis est domine,

„ mine, ut credam in eum? Et dixit ei IESVS: Et uidisti eum, & qui loquit̃ tecũ, ipse
„ est. At ille ait: Credo domine. Et procidens adorauit eũ. Et dixit ei IESVS: In iudi
„ cium ego in hunc mundũ ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant.
„ Et audierunt quidam ex pharisæis qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Nunquid &
„ nos cæci sumus? Dixit eis IESVS: Si cæci essetis, nõ haberetis peccatũ: nunc uero
„ dicitis, quia uidemus, peccatũ uestrũ manet. ℣ Deus omnia audit, quia omnia scit antequã sint: sic & CHRISTVS, utpote deus: etsi fuerunt, qui ei ut homini, quod ut deus sciebat, de uiro illo quem illuminauerat, & qui se strenuũ gesserat defensorem, nunciauerunt. Et cum inuenisset eum (nisi eẽ deus nos: quæ sua sola est bonitas: prior inueniat, ipsum inuenire nõ possumus) multo pfectius, ꝗ prius ipsum illuminauit. Ac primũ quidem interrogauit eum: Tu credis in filiũ dei? At ille uoluntati dei parere paratus, interrogauit: Quis est domine, ut credam in eũ? Ad hoc eẽ quærebat, & uerbo & auditu cognoscere, ut posset credere in eũ: quia fides est ex auditu, sed ex auditu uerbi dei. Audiuit ergo uerbũ dei, dicente ipsi domino: Et uidisti eum, & qui loquitur tecũ, ipse est. Posse uidere, natura illi negauerat: sed dominus dedit illi, ut ipsum uidere posset. Ex quo intelligimus, neminẽ deum uidere posse, nisi deus ipsi dederit. Et cum dicit; Et qui loquit̃ tecum, ipse est: sciendũ est, ꝙ dominus cum ipso sensibiliter, & cũ omnibus, maxime fidelibus, spiritualiter loquitur. Et cõtinuo hoc audito credidit, & fidei confessionẽ & opus adiecit, dicens: Credo domine. Et procidens adorauit eum, quod est officiũ soli deo præstandũ, & uere confitentis dei filium esse deum. Cum ergo dominus dixit: Qui loquit̃ tecum ipse est, nõ solum mouit illi corporalẽ sensum, sed & mentem & spiritũ, reddidit q̃ ipse magis mente uidentem, ꝗ corpore. Cui & dixit: In iudiciũ ego in hunc mundum ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Sed quid hoc est, nisi, Descendi in hunc mundum, ut iudicem & discernam nõ uidentes à uidentibus, & non uidentes illuminem: uidentes autẽ cæcos relinquam? Non uidentes sunt, qui suam ignorantiam agnoscunt, & se ex se, diuina non posse cognoscere fatenẽ. Videntes aũt, contrà: qui suæ scientiæ fidentes, se nihil ignorare putant. Hi doctrinã recipere nolunt: illi uolunt. Hi iudicant: illi minime. Hi ducem nolunt: Illi quærũt. Hi docere cupiunt: illi doceri. Hi cæca ratione currunt: illi fide. Hi humano spiritu illi diuino. Hi uidentes cæci: illi cæci uidentes. Hi superbi: illi humiles. Et utroq; tangit Psalmista cum ait: Tu populũ humilem saluũ facies, & oculos superborũ hu Psalm. 17.
miliabis. Sed & Esaias cap. 6. eosdem notat: Audite audientes, & nolite intelligere: uidete uidentes, & nolite cognoscere: excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. Hactenus de uidẽtibus, q̃ cæci remanẽt. Mox uero de cæcis, q̃ diuina gratia uidere debebãt in Iudæa, subdit Esaias: Et adhuc in ea decimatio, & conuertẽt, & erit in ostensionẽ sicut terebinthus & sicut quercus, quæ expandit ramos suos, semen sanctum erit, id quod steterit in ea. At pharisæi qui tum aderãt, cũ audissent uerba domini, & se uidere reputarẽt, & nullam habere cæcitatis diuinorumq; ignorantiæ nubem, dixerũt domino: Nunquid & nos cæci sumus? Ac si aperte fatenentur se uidere, & negarẽt cæcitatẽ, & ullam sibi prorsus adhærere ignorantiã, quasi uerbum domini uerum esse non posset: quia ipsi & uidentes essent, & minime euasuri cæci: quod indicio est, ipsos non intellexisse, neq; legem, neq; prophetas: nam si id Esaiæ, quod supra adductum est, intellexissent, & uerbũ quoq; domini uerum esse intellexissent. Proinde respondit eis dñs: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Sed quid hoc est, nisi: Si uestrã diuinorũ arcanorũ cognosceretis & fateremini ignorantiã, peccatũ non haberetis? Quod peccatũ? Infidelitatis. Nunc uero illã agnoscere & fateri non uultis. Eos autẽ nolle ex hoc constabat, ꝙ & mandata dei, quæ ipsis dominus annunciabat, ut uidentes, & oĩa iudicare ualentes, negabãt esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei mãdata. Ideo infidelitatis peccatũ (quia se putabãt uidere, & nõ uidebãt) ipsis remanebat. Et hæc scientiæ opinio, & temerarij iudicij præsumptio, superbia magna est, quæ diuinam nõ admittit illuminationem: sola enim humilitas eã admittit. Porro uera de deo fides, magna illuminatio est: at infidelitatis peccatũ, qd̃ est priuatio illius, magna cæcitas. Et maxime fiunt ac cognoscũtur cæci, cum præsentem lucem negant. Idcirco illi ex præsentia CHRISTI, signorum ac sermonum eius, ut ueræ lucis radijs, magis effecti sunt & cogniti cæci: & contrà, qui cæci erant, & cæcos se esse agnoscebãt, uidẽtes. Et ad horum & illorum (ut dictum est prius) discerniculũ uenerat in hũc mundum, ut qui nõ uident, uideant: & qui uident, cæci fiãt. Ergo nemo se uidere existimet, nemo humano studio glorietur: sed se non uidentem agnoscat, ut à deo diuinã lucẽ, & uisionis beneficium expectet, & in ea luce patrẽ luminum glorificet: qui per filiũ suũ nõ uidẽtes, & humiles illuminat & exaltat: uidẽtes autem & superbos, cæcos relinquit & humiliat. sed hæc in malam partẽ humiliatio est, & à deo deiectio: ut uere humilium exaltatio, in bonam. A quibus summus pater cum filio saluatore nostro, & spiritu sancto consolatore, in profunda humilitate
Psal. 47 laudatur, & laudabitur ĩ uitæ æternitate. Quia ipse ẽ magnus dominus, & laudabilis nimis. quem decet omnis laus, decus, & imperium in omni, & per omnia secula seculorum. Amen.

CAPVT DECIMVM.

81

Men amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouiũ, sed ascẽdit aliũde, ille fur est & latro. Qui autẽ intrat per ostiũ, pastor ẽ ouiũ. Huic ostiarius aperit, et oues uocẽ eius audiũt: & proprias oues uocat nominatim, & educit eas. Et cũ ꝓprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues il 5
lum sequũtur, quia sciũt uocẽ eius. Alienũ autẽ nõ sequuntur, sed fugiũt ab eo: quia nõ nouerũt uocẽ alienorũ. Hoc prouerbiũ dixit
82 eis IESVS. Illi autẽ nõ cognouerũt quid loqueretur eis. ¶ Dixit ergo eis iterũ IESVS: Amen amẽ dico uobis, quia ego sum ostiũ ouiũ. Oẽs quotquot uenerunt, fures sunt & latrones, sed nõ audierunt eos oues. Ego sum ostiũ. 10
Per me si quis introierit, saluabit̃, & ĩgredietur & egredietur, & pascua inueniet. Fur nõ uenit, nisi ut furetur & mactet & perdat. Ego ueni, ut uitã habeant, & abundãtius habeãt. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animã suã dat ꝓ ouibus suis. Mercenarius aũt, & qui nõ est pastor, cuius nõ sunt oues ꝓpriæ, uidet lupũ uenientẽ, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & 15
dispergit oues. Mercenarius aũt fugit, quia mercenarius est, & non ꝑtinet ad eũ de ouibus. Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrẽ, & animã meam pono
83 pro ouibus meis. ¶ Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere: & uocẽ meã audiẽt, & fiet unũ ouile, & unus pastor. 20
Propterea me diligit pater: quia ego pono animã meã, ut iterũ sumã eam. Nemo tollit eam a me, sed ego pono eã a meipso. Potestatẽ habeo ponendi eam, & potestatẽ habeo iterũ sumendi eam: hoc mandatum accepi a pa-
84 tre meo. ¶ Dissensio iterũ facta est inter Iudæos, ꝓpter sermones hos. Di-

cebant

25 cebãt autẽ multi ex ipsis: Dæmoniũ habet, & insanit: quid eũ auditis? Alij dicebant: Hæc uerba non sunt dæmoniũ habẽtis: Nunquid dæmoniũ po
test cæcorũ oculos aperire? ¶ Facta sunt autẽ Encœnia in Hierosolymis: & 85
hyems erat. Et ambulabat IESVS in templo, in porticu Salomonis. Circũdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quo usque animam nostram tol
30 lis? Si tu es CHRISTVS, dic nobis palam. Respõdit eis IESVS: Loquor uobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimoniũ perhibẽt de me: sed uos non creditis, quia nõ estis ex ouibus meis. Oues meæ uocẽ meã audiũt, & ego cognosco eas, & sequunt̃ me. Et ego ui
tam æternam do eis, & non peribũt in æternũ, & nõ rapiet eas quisquã de
35 manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unũ sumus. ¶ Sustulerũt ergo 86
lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Respõdit eis IESVS: Multa bona opera ostẽdi uobis ex patre meo: ꝓpter quod eorũ opus me lapidatis? Respõderunt ei Iudæi: De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia: & quia
40 tu homo cum sis, facis teipsum deũ. Respõdit eis IESVS: Nonne scriptum est ĩ lege uestra, quia ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & nõ potest solui scriptura: quem pater sanctificauit, & misit in mundum, uos dicitis quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum? Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si aũt facio, etsi mihi nõ uultis
45 credere, operibus credite: ut cognoscatis & credatis, quia pater ĩ me est, & ego in patre. ¶ Quærebant ergo eũ apprehẽdere, & exiuit de manibus eo- 87
rũ. Et abijt iterũ trãs Iordanẽ, in eũ locũ ubi erat Ioannes baptizãs primũ, & mansit illic. Et multi uenerũt ad eũ, & dicebant, quia Ioannes quidem signum fecit nullũ, omnia autem quæcunq; dixit Ioannes de hoc, uera erãt.
50 Et multi crediderunt in eum.

ANNOTATIONES BREVES XXII. CIRCA LITERAM. CAP. X.

1 ouile
τὴν αὐλὴν
stabulũ & infra.
6 sequuntur,
6 fugiunt
ἀκολουθήσωσιν
φεύξονται
futura.
7 prouerbium
τὴν παροιμίαν
8 quid
τίνα ἂν
quæ essent quæ
14 pro ouibus – suis.
16 non pertinet ad eum
de ouibus.
ὃν μέλει αὐτῷ περὶ τῶν
17 πρόβατον
non est illi cura
ouium.
17 cognoscũt me meæ.
γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν
cognoscor à meis.
19 ouibus – meis.
20 unum ouile – &
μία ποίμνη
unus grex
24 Dissensio * οὖν igitur
30 palam
παῤῥησίᾳ
30 Loquor
εἶπον
Dixi
32 ex ouibus meis,
* καθὼς εἶπον ὑμῖν
quẽadmodũ dixi uobis.
36 qd̃ dedit mihi, maius
ὃς δέδωκέ μοι μεῖζον
qui dedit mihi, maior
masculina.
36 ergo
* πάλιν
rursus
39 Iudæi
* λέγοντες
dicentes.
41 uestra,
– quia
44 uultis credere
πιστεύετε
credítis

Universidad de Deusto
Biblioteca

46 ergo — 46 manibus — 49 multi
πάλιν — τῆς χειρὸς — ἐκεῖ
rursus — singulare. — ibi

COMMENTARIVS IN CAPVT DECIMVM.

HI ad quos dominus hũc sermonem habuit, qui se uidentes arbitraban
tur, erãt pharisæi, qui & munus doctrina pascẽdi populum sibi usurpa
bant, Ideo de pastoribus subdit dominus, quẽ hic recitat Ioannes ser-
81 „ monem, dicẽs. ¶ Amen amẽ dico uobis, qui nõ intrat per ostiũ in oui
„ le ouiũ: sed ascẽdit aliũde, ille fur est & latro. Qui autẽ intrat ꝑ ostiũ,
„ pastor est ouiũ. Huic ostiarius aperit, & oues uocẽ eius audiũt. Et proprias oues uo
„ cat nominatim, & educit eas. Et cũ ꝓprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues illũ
„ sequuntur, quia sciunt uocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed diffugiunt
„ ab eo: quia nõ nouerũt uocẽ alienorũ. Hoc prouerbiũ dixit eis IESVS. Illi aũt non
„ cognouerunt, quid loqueretur eis. ¶ Intrare, est docendorum diuinorum susci-
pere officium. Ostium, ipse dominus, qui & deus. Ouile, doctrinæ locus: qui ut plu-
rimum olim synagoga dicebatur, nunc autem ecclesia, fidelisq̃ populi congrega-
tio. Oues, populus cui scientia dei ministratur. Ostiarius aperit, cum deus per filiũ
suum introducit. Et qui hoc modo introducitur, pastor est. Si immediate à summo
patre, summus pastor est. De quo in bnõdictionibus ita præuaticinatus est Iacob, di
Genc. 49. cens de Ioseph: Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt uincula brachiorũ & ma-
nuum illius ꝑ manus potẽtis Iacob, inde pastor egressus est, lapis Israël: quia auxi-
lium Ioseph in forti, id est in deo sedit: & uincula eius per deũ, quẽ potentem ipsius
Iacob appellat, dissoluta sunt. Inde, id est a potẽte Iacob, à deo Iacob, pastor egres-
sus est, qui est lapis Israël. Et de quo Ezechielis trigesimoseptimo: Et pastor unus
erit oĩm eorũ. Sin mediate, particularis pastor est, & primi ueri, & uniuersalis pasto
ris minister, atq̃ subpastor. Aliũde intrat, q̃ per CHRISTVM nõ intrat. Et hic, fur
est & latro: quia per alienã doctrinã, & inconsentaneã uitã, animas furatur, ac forto
subtrahit à deo, & tradit aduersario. Ostiarius, ipse idem filius, qui & ostium est &
pastorũ summus: in eo enim omnia coincidunt. Vocem eius oues audiunt, quan-
do doctrinã eius capessunt. Quod uocat eas nominatim: hoc diligentiam & studiũ
eius circa illas cognoscendas indicat, easdemq̃ in libro uitæ esse adscriptas. Educit
oues pastor, q̃a ex congregatione, ex doctrinæ loco, doctrina & uerbo uitæ pastas
dimittit ad ꝓpria. Vadit ante eas, q̃a prælucet eis sanctæ uitæ exẽplo. Oues ipsum
sequuntur, quia doctrinam & uitam eius æmulantur. Et sciunt uocem eius, quia co-
gnoscunt doctrinam eius, quam ut ueram libenter amplectuntur. Et hæc primo lo
co de uniuersali pastore intelligũtur: & subinde de particularibus q̃ sub eo sunt, &
ipsum solum summum, & uerum pastorem, pascẽdo imitantur, in quibus ipsum so-
lum primum pastorem, & doctrinã eius attẽdere & imitari debent oues. Et quæ ita
institutæ sunt, alienum nõ sequuntur, sed diffugiũt ab eo: quia uocem, id est doctri-
nam alienorum, non agnoscũt ut ueracem. Alieni à uero pastore, primo sunt hære-
tici & infideles, q̃ dogmata ueris ipsius ueri pastoris doctrinis cõtraria docẽt. secũ-
do, qui docent doctrinas hominum, etsi pietatem & religionem cõtinere uideãtur:
placet enim deo religio, quã per uerũ pastorẽ posuit. Idcirco bene educatæ & insti
tutæ oues, hos quoq̃ tanquã alienos diffugiũt: quia in doctrina ueri pastoris, & eo-
rum qui sub eo, & per eum intrauerũt, uoces eorũ non nouerũt. At pharisæi hæc au
dientes, non intellexerunt quæ ipsis loqueretur. Nec mirum, quia prouerbiũ erat:
in prouerbijs autẽ non erant exercitati, Salomonis sequendo consilium, qui de eis
Prouerb. 1. dixit: Audiens sapiens, sapientior erit. Idcirco dominus cæcitatem eorũ miseratus,
qui se

qui se uidentes arbitrabantur: aperit prouerbium suum, ut subdit Ioannes, dicens.
„ ¶ Dixit ergo eis iterum IESVS: Amen amen dico uobis, quia ego sum ostiũ ouiũ. 82
„ Omnes quotquot uenerũt, fures sunt & latrones: sed non audierũt eos, oues. Ego
„ sum ostiũ. Per me si quis introierit, saluabitur; & ingredietur & egredieẽ, & pascua
„ inueniet. Fur nõ uenit nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego ueni ut uitã habeãt,
„ & abundãtius habeãt. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor, animã suã dat pro oui
„ bus suis. Mercenarius autẽ, & qui nõ est pastor, cuius non sunt oues, ꝓpriæ, uider lu
„ pum uenientẽ, & dimittit oues, & fugit; & lupus rapit, & dispergit oues. Mercena
„ rius autẽ fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eũ de ouibus. Ego sum pa-
„ stor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater,
„ & ego agnosco patrem; & animam meam pono pro ouibus meis. ¶ Prouerbium
suũ hic explicat dominus, & aperit quod ipse sit ostiũ, & qui aliunde ascenderũt, cũ
dicit: Omnes quotquot uenerunt, fures sunt & latrones. quod sic intelligãt, Quot-
quot uenerũt, quotquot nõ missi sunt, sed sese ultro ingesserũt. Et hi ante eũ uene
rũt, anteq̃ mitteret, aperiret, introduceret. Et subdit, Sed nõ audierũt eos oues: q̃a
si qui eos audierũt, non fuerũt oues pascuæ dñi, sed qui facti sunt hirci, & mancipia
malignorũ. At inquies, Moses, Aaron, & prophetæ uenerũt, & ante CHRISTVM
uenerũt, nũquid ergo fures fuerũt & latrones? Id imus inficias, eos inquã uenisse, &
ante CHRISTVM uenisse: nam CHRISTVS ostiũ est æternũ. Et nõ uenerũt, sed
missi & introducti fuerũt ꝑ ostiũ, ut præpararẽt oues uenturo magno pastori, ꝑ quẽ
ut ꝑ ostiũ transierũt. Et resumit. Ego sum ostiũ. Et causam subnectit, dicẽs: Per me
si quis introierit, saluabitur. Magna ꝓfecto merces pastori legitime intrãti in ouile
CHRISTI, salus æterna. Et ingredieẽ, cõgregatas CHRISTI oues pascendo. Et
egredieẽ ꝑ idẽ ostiũ ĩ regnũ cœlestis uitæ intrãdo. Et pascua ĩueniet, id est cœlestia
pabula, quibus (ipso primũ pasto) dimissæ oues subinde ĩ spaciosis locis, diuine pa
scentur. Sed oppositum de fure dicit aliunde, & in alieno dogmate intrãte: quia nõ
uenit, nisi ut furetur, mactet, & ꝑdat. Porro nullũ est maius furtũ, q̃q̃ quod deo sur-
ripitur: nulla funestior mactatio atq̃ immolatio, q̃q̃ quæ fit dæmonibus: nulla deniq̃
perditio maior, quàm quæ est æterna: hæc autẽ iste facit. Quapropter sicut qui per
ostiũ intrat, saluabiẽ: ita qui aliũde uenit, æterne dãnabiẽ. Et ad qd dominus, pasto-
rũ primus, & princeps, & exẽplar uenerit, aperit cũ ait: Veni ut uitã habeãt, & abun
dantius habeãt. Nõ uenit ut mactet, & perdat oues: sed ut uitã habeãt ĩ hoc mũdo,
deo acceptã & gratã, & abundantius in altero, uitã cũ deo æternã. Et ad hoc ipsum
omnis pastor qui per eum intrat, pro uiribus conatur, & summum quoad potest imi
tatur pastorẽ. Et de se qui natura summe bonus est, addit: Ego sum pastor bonus.
Et conditionem boni pastoris subiũgit: Bonus pastor animã suam dat pro ouibus
suis. Quod ipsi maxime omnium competit: quia primus omnium uitæ suæ non pe-
percit, sed pro totius mundi ouibus tradidit illã: moriq̃ uoluit, ut eis repararet uitã,
& lupi q̃ diabolus est, omne robur infrigeret, & sua morte uires illius cõminueret:
id quod ipse solus poterat & uolebat, quæ sua est ĩ oues ineffabilis benignitas atq̃
dilectio: quã pro uirili omnes imitari debent particulares pastores. De hoc pastore
ait Esaias: Ecce deus uester. Ecce dñs deus in fortitudine ueniet, & brachium eius Esaiæ. 40.
dominabiẽ. Ecce merces eius cũ eo, & opus illius corã illo. Sicut pastor gregẽ suũ
pascet, in brachio suo cõgregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit.
De eodẽ quoq̃ per Ezechielem dominus dicit: Suscitabo super ea pastorẽ unum, Ezech. 44
qui pascat ea, seruum meum Dauid: Ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem. Ego
autẽ dominus, ero eis in deũ: & seruus meus Dauid, princeps ĩ medio eorũ. Et sub-
dit: Vos aũt greges mei, greges pascuæ meæ, homines estis, & ego dominus deus
uester, dicit dominus deus. Ecce quomodo pastor bonus, & solus bonus sit Messias

Universidad de Deusto
Biblioteca

CHRISTVS dominus, qui idem est homo & deus, seruus & dominus, pastor mortalis, ut qui positurus sit animam suã pro ouibus suis, & paterfamilias immortalis. At uero qui non est uerus pastor, aut ueri pastoris imitator, ita ut nõ ob bonitatẽ & dilectionem, tum summi pastoris, tũ gregis pascat oues: sed ob aliam mercedem, ut ob opes, uoluptates, honores: hic nõ mittitur, nõ introducitur, non per ostiũ intrat, sed mercenarius uocatur: quippe qui mercedem quærat, non ouiũ uitã & salutẽ, ut eas uero pastori cuius sunt, ĩcolumes reddat. Et hic animã nõ ponit, p ouibus, nõ arcet lupũ uenientẽ, nõ expugnat illum: sed recedit & aufugit ab eo, & dat ei locũ, & lupus, id est diabolus, & serpẽs antiquus rapit & dispgit oues. collectæ enim erãt ad unũ, ad deũ solũ, & dispergũtur ad multa, & ad dei aduersariũ. At quomodo uidet lupum uenientẽ? Quãdo uidet adulterinas disciplinas, irrationabiles cultus, stultas in ijs quæ deus nõ sunt, fiducias: quãdo uidet furta, adulteria, fornicationes, ueneficia, homicidia, dolos, & cætera id genus ĩnumera flagitia, quæ sunt uiæ diaboli, & uiæ in quibus semper est animarũ insidiator & raptor, ille generi nostro funestissimus atq; inimicissimus lupus. Nec mirũ si discedit ac fugit mercenarius: quia oues illæ suæ non sunt, nec est ipsi curæ si pereãt. Et ut nos oẽs in ipso, qui solus est absolute bonus pastor, cõfidamus etiam super omnes, resumit: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscũt me meæ. Vere bonus est, imo superbonus & absolute bonus, quia deus, quia nobis ouibus suis uitã suã in morte dedit, ut daret nobis uitam qui mortui eramus. Et cognoscit nos, utpote in libro æternitatis suæ inscriptos, ut det nobis uitam, & uitam quidem æternam. Et si sumus sui, cognoscimus eum, & solam uocem eius audimus, & non alienorum: quia uox eius, uita: alienorum, mors. Et ne sit nobis ulla diffidentia, non solum cũ mortem suscepit, posuit uitam pro nobis: sed & iugiter illam in æternitate resumptam ponit corã patre pro nobis intercedentem: quẽ ut pater cognoscit bonũ pastorem, & uitæ ouiũ sic affectũ: ita ipse cognoscit patrẽ uere bonũ & misericordem, & pro ouibus exaudientem. Quod indicat, cum dicit: Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrẽ, & animam meam pono pro ouibus meis. Primo posuit animã in mortali conditione, per dissolutionẽ uitæ: secundo & semper usq; ad consummationẽ seculi ponit eam in immortalitate, in redemptionis repræsentationem, mortem enim suam, quã pro omnibus suscepit, iugiter in immortalitate, patri, p omnibus repræsentat & offert.

Romã. 8. Qui est (inquit Paulus) ad dexteram patris, qui etiã interpellat pro nobis. Et quæ

83 „ sint hæ oues (Ioanne reserãte) nobis aperit dominus, dicẽs. ✓ Et alias oues habeo,
„ quæ nõ sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meam audient, &
„ fiet unum ouile, & unus pastor. Propterea me diligit pater: quia ego pono animam
„ meam, ut iterũ sumam eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam a meipso. Po
„ testatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc man
„ datum accepi à patre meo. ✓ Aliæ oues, gentes: Hoc ouile, populus Iudæorũ. Adduxit gentes, quando requisiuit eas errãtes, & introduxit in ecclesiã. Vocem eius audierunt, quando receperunt euangeliũ: & hoc sola bonitate pastoris, non etiam gentiũ uocatarũ, quæ sequebantur abigeos, qui ipsas p sola deuia & præcipitia dæmonum, qui furum omnium ac latronũ pessimi erant, abducebant. Et factũ est unũ ouile, & unus pastor: quando ex Iudæis qui crediderũt in dominũ IESVM CHRISTVM, & ex gentibus identidem credentibus facta est ecclesia una, quæ est ouile CHRISTI. Et pastor unus, CHRISTVS dominus sup omnia benedictus. Quod

Ezech. 37 & prædixerat Ezechiel per ipsum loquẽte deo, ac dicente: Rex unus erit omnibus imperans, & non erũt ultra duæ gentes: nec diuidentur amplius in duo regna, neq; polluentur ultra in idolis suis & abominationibus, & cunctis iniquitatibus suis. Et subditur: Et erũt mihi populus, & ego ero eis deus. Et seruus meus Dauid, rex super eos,

super eos, & pastor unus erit omniũ eorũ. Et quã pater æternus ouiũ, quas creauit salutem uelit, innuit dominus, cũ dicit: Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meã, ut iterũ sumam eã. Pater diligit filiũ, quia summe bonus est, & summe diligendus: sed ad rationem diligendi æternam adiecit & temporariam: quia pro uoluntate patris facienda, & ouium paternarum dilectione ostendenda, uoluit per mortem ponere animam suam, ut iterum pro gloria ouium, in immortalitate resumeret eam. Et hæc etiam fuit noua ex tempore, etsi uetus in æterna præfinitiõe paternæ dilectionis ratio. Et ne nolens aut inuitus credatur pro ouibus, ipse qui solus est eminenter uerus pastor, mortuus, sed uolens ac spontaneus, subiungit: Nemo tollet eam à me: id est, nemo contra meam uoluntatẽ auferet animam meam à me: id em̃ in nullius erat potestate, ut ipsum nolentem interficerer: cuius uoluntati nihil poterat resistere. Et addit: Sed ego ponã eam à meipso. Posuit quando uoluit, quod indicauit clamore magno: qui quod non aliena ui moreretur, sed uoluntate propria, & quando uoluit, animam spiritumq; emitteret, indicium fuit. Sed ut in omnibus honorificet patrem, adiecit: Potestatem habeo ponendi eam, & potestatẽ habeo iterũ sumendi eam. Hoc mandatũ accepi à patre meo. Vbi hanc potestatẽ à patre acceptam testatur, & nõ mõ acceptam, sed & præceptam atq; mandatam: ac si pater dixisset, Descende in mundũ, pone animã tuã pro ouibus meis, & iterũ sume eam. Oues patris sunt, ut patrisfamilias: & filij, ut pastoris & hæredis omniũ quæ patris sunt. Cũ aũt hæc sacramenta uitæ, & inauditæ dilectiõis patris & filij erga nos miseros & indignos peccatores, & in hoc maxime miseros & indignos, quod tam ineffabilẽ dilectionem nõ agnoscimus, sed sumus erga eã ingrati, dominus locutus est: Iudæi inter sese super his diuinis dictis altercabantur, dicen-

„ te Ioanne. ✓ Dissensio iterũ facta est inter Iudæos, ppter sermones hos. Dicebant 84
„ aũt multi ex ipsis: Dæmoniũ habet & insanit, quid eũ auditis? Alij dicebant: Hæc
„ uerba non sunt dæmoniũ habentis. Nunquid dæmoniũ potest cæcorũ oculos a-
„ perire? ✓ Qui blasphemabant dicentes: Dæmoniũ habet & insanit, quid eũ audi-
„ tis? nõ erant oues Israël, sed progenies uiperarum & uenenũ aspidũ erat sub labijs Psalm. 13.
eorũ. Ac ipsi dæmoniũ habebant, & in pessimam uersi erant insaniam: non is cui id improperabant, qui erat dei sapientia. Quomõ em̃ is qui deus est, & dæmoniorũ contritor dæmoniũ haberet? Et quomõ qui summa sapientia est, desiperet: Et quomodo, qui id illi impingit, uerba dæmoniorũ loquens, dæmonio plenus nõ esset? Quomodo qui sic diuinæ sapientiæ contrarius est, nõ insaniret? Proinde alij istorũ uesaniam nõ ferentes, dixerunt: Hæc uerba nõ sunt dæmoniũ habentis? Et uerbis suis adijciunt ex diuinis operibus rationem: Nunquid dæmoniũ potest cæcorũ oculos aperire? quod ipsi dicebant propter cæcum natũ, quẽ uere illuminatũ & nouerant, & credebant. Ac si dicerent, Non potest id facere, neq; dæmoniũ, neq; qui Psalm. 145.
dæmoniũ habet, sed deus. De quo dicitur: Dñs illuminat cæcos. Et rursus: Dedi te in fœdus populi, in lucẽ gentiũ, ut aperires oculos cæcorũ. Aperit em̃ etiam exteriores potentifica uirtute signorũ, in argumentum ueræ illuminationis interiorum. Et hi, aut oues erant, aut parum aberat, quin in numerum ouium in æternitate uitæ asseriberentur. Deinde transit Ioannes ad ea, quæ fecit dominus in alia celebritate Iudæorũ, quæ sequitur festũ tabernaculorum: in qua hæc sancta, quæ sequũtur, Io-

„ cutus est mysteria, ut subdit Ioannes dicens. ✓ Facta sunt autem Encænia in Hie 85
„ rosolymis, & hyems erat. Et ambulabat IESVS in templo, in porticu Solomonis.
„ Circundederũt ergo eũ Iudæi, & dicebant ei: Quousq; animã nostrã tollis? Si tu es
„ CHRISTVS, dic nobis palam. Respondit IESVS: Loquor uobis, & nõ creditis.
„ Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimoniũ perhibent de me: sed
„ uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Oues meæ uocem meam audiunt,

Universidad de Deusto Biblioteca

» & ego cognosco eas: & sequũtur me, & ego uitam æternam do eis: & nõ peribũt
» in æternũ, & nõ rapiet eas quisquã de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, ma
» ius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum su
» mus. ℣ Scenopegia, quæ & festũ tabernaculorũ dicitur, septimo mense: & Encæ-
1. Mach. 4. nia, quæ sunt dies solẽnitatis dedicationis templi, nono mense celebrantur: nonus
autem mensis, nostro ferme nouembri respondet, sed magis ad brumã deuergit:
nam primus mensis eorũ incipit ab æquinoctio uerno, quartus à solstitio æstiuo, se
ptimus ab æquinoctio autũnali, & nonus solstitiũ brumale proxime antecedit. Ad
hoc ergo festũ ascendit IESVS Hierosolymam, & hyems erat: quia circa hũc men
sem incipit hyems. Incipit em̃ à solstitio brumæ, quod est imũ solstitiũ, et sole remo
tissimo à nobis. Et ambulabat dominus in tẽplo in porticu Solomonis: nõ quod tẽ
plũ Solomonis tũc staret, aut porticus eius: sed qd̃ sic dicta erat porticus illa. Qd̃
etiã insinuat id, qd̃ in Actis cap. 3. scriptũ est: Cucurrit oĩs populus ad eos ad porti
cũ, quæ appellatur Solomonis. Illud em̃ templũ in q̃ hoc factũ est, secundũ templũ
erat quod sub Dario absolutũ est, & ab Herode adauctũ atq; adornatũ: nõ templũ
Solomonis, ut dictũ est, etiam si dñs erat uerus Solomon, uerum dei templũ, uerũ
Paralj. 17. semen et filius Dauid, de quo hæc prædictio Nathan ad Dauid intelligitur: Cumq;
completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semẽ tuũ post
te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnũ eius. Ipse ædificabit domũ no-
2. Reg. 7. mini meo, & stabiliam thronũ regni eius usq; in sempiternum. Ego ero ei, in patrẽ,
& ipse erit mihi in filiũ. Hoc em̃ de Mesia dictum, nulli qui mente præditus sit, in
dubium uenire deberet: & de ædificatione domus spiritualis, de qua dominus di-
Ioan. 2. cebat ad Iudæos, Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud: & de thro-
no & regno spirituali, cœlesti & æterno: ne quis hoc torqueat ad Solomonem, ad
primũ materiale templũ, & ad temporalẽ thronũ, temporalẽq; regnũ. Nã Solomõ
excluditur, per hoc quod dicit: Cũ cõpleti fuerint dies tui, & dormieris cũ patribus
tuis, suscitabo semen tnũ post te. Et regnũ tẽporale Solomonis per id, Et firmabo
regnũ eius. Et thronus temporalis eius per id, Et stabiliam thronũ eius usq; in sem
piternũ: nam neq; regnum eius sic firmatum à deo fuit, nec thronus regni eius sem
piternus. Neq; etiam id Solomoni conuenit, Ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi
in filium: sed soli Mesiæ, qui est CHRISTVS dominus, filius dei, benedictus in se
cula. Et hæc domus spiritualis, & spirituale, diuinumq; templũ est, de quo per Za-
Zach. 6. chariam prædixerat dominus, dicens: Hæc ait dominus exercituũ, dicens: Ecce uir
germen nomen eius, & sub se germinabit, & ædificabit templũ domino. Ipse por
tãbit gloriam, & sedebit & dominabitur in solio suo, & consiliũ pacis inter illos du
os. Quod em̃ germen, sit nomen Mesiæ dictũ est ca. 2. Matthæi, numero 16. Neq;
hic refert quod ex Hebræo paulo aliter, q̃q; apud nos legitur. Et quod subdit, Et sub
se germinabit: hoc cœptũ est cũ uocauit apostolos, & ĩ se & sub se germinare fecit
At quid hoc est, Aedificabit templũ dñoʔ Nõne ædificatũ erat qñ dixit, Tollite tẽ-
plũ hoc, & in triduo excitabo illud: qd̃ perinde intelligebãt ac ædificabo illudʔ E-
rat certe ædificatũ, & à spũ sancto quidẽ in uirgineo utero, sed mortali & dissolubi
li ædificatione. Verũ adhuc ab eo erat ædificandũ, sed immortale, indissolubile, &
gloriosum. De qua ædificatione dicit dñs: Et in triduo, id est tertia die excitabo il-
lud. Et quod de ædificatione ista consummata, indissolubili, & gloriosa intelligen-
da sit hæc prophetia, id quod sequitur indicat: Ipse portabit gloriam: nã magna, pse
cto ex resurrectiõe, immortalitatis gloria. Sed nõ minor subdit, q̃ illã resurrectio-
nis immortalitatẽ secuta est: sessio scilicet in dextera patris in throno gloriæ suæ.
Quod indicat: Et sedebit, & dñabitur in solio suo. Et de duobus populis, gentiũ et
Hebræorũ conciliandis, ac in deo coinserendis, subditur: Et consiliũ pacis erit in-
ter illos

ter illos duos: & nõ solũ inter gentes & Iudæos, sed & inter deũ & homines, inter
angelos & mortales. Ipse em̃ est (ut inquit Paulus) pax nostra, qui fecit utraq; unũ Ephe. 2.
& mediũ parietem maceriæ soluẽs, inimicitias in carne sua. Et subdit: Vt duos cõ
dat in semetipso, in uno nouo homine faciens pacem, & reconciliet ambos in uno
corpore deo; ubi Paulus huius prophetiæ lumen ad finẽ usq; prosequitur: quod in
concordia prophetiæ huius loci, cũ illa sententia Pauli potius esset ostendendum.
Ipsum ergo dominum existentẽ in porticu Solomonis, qui dominus uere, & emi-
nenter erat ipse Solomon, rex pacificus, & uerum dei templum, circundederũt Iu-
dæi, scribæ scilicet & pharisæi, dicẽtes ei: Quousq; animã nostram tollisʔ Quousq;
animũ nostrũ tenes suspensumʔ Quousq; uitam nostrã auferisʔ Quousq; nos mo-
ri cogisʔ At qui dat ueram sapientiam, non suspendit animũ. Qui dat uitam, nõ tol
lit eam. Qui uitam perennat, & efficit æternam, non mori cogit. Mentiebantur er
go: nõ em̃ erat qui tollebat animã ipsorũ, sed liuor & inuidia, & odium gratis, quod
est letiferum & mortale diaboli poculũ. Et finxerunt se languere, & prope emori
desiderio aperte cognoscẽdi, utrũ ipse esset CHRISTVS, dicẽtes: Si tu es CHRI
STVS, dic nobis palam. Et in hoc quoq; mentiebantur, quia nolebant id cognosce
re, sed aperte dictũ negare, & tanq; blasphemiam improperare. Quo cognito, do-
minus cogitationes ipsorũ eis aperuit, dicens: Loquor uobis, & nõ creditis. Cum
dicit, Loquor uobis: hoc est aperte dicere: quod ipse esset CHRISTVS. Et nõ cre-
ditis: hoc est cogitationes ipsorum indicare. Vnde ipsi, si mente & oculis capti nõ
fuissent, cognoscere poterant eum ipsum esse Mesiam, & plusquã hominem, utpo
te quem cogitata ipsorum non laterent: at scelerũ densissima caligo obcæcauerat
ipsos. Et quoniam uolebat eos illuminare, misit ipsos ad cõsideranda opera, quæ in
nomine patris sui faciebat, quæ testabantur ipsum esse uerum Mesiã, & cũ dicebat
se esse CHRISTVM, id insuper esse uerũ, & non modo id sed etiam quicquid ipse
loquebatur. Opera, inquit, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimoniũ phi
bent de me. Sed & causam cur non crederent, adiecit dicens: Sed uos nõ creditis,
quia non estis ex ouibus meis. Sed dicent: Quæ sunt oues tuæʔ Proinde quæ sint,
hoc modo subdit: Oues meæ uocẽ meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequun
tur me, & ego uitam æternã do eis, & nõ peribunt in æternũ; & nõ rapiet eas quis-
q̃ de manu mea. Illi aũt nõ audiebant uocẽ eius: nam ĩ audiũt, qui credũt, & obse-
quũtur auditis; at illi, neq; credebant, neq; auditis obsequebantur. Neq; etiam ipse
agnoscebat eos: nam quos agnoscit deus, scripti sunt in libro uitæ: illi aũt, non in li-
bro uitæ, sed in libro mortis scripti erant. Nec illi sequebantur eũ: quandoquidẽ il-
le lux est, & qui sequuntur eũ, non ambulant in tenebris: illi uero in tenebris ambu
labãt, q̃ sunt opera mortis. Quomõ ergo daret eis uitam æternã, quã dat suisʔ Quã
qui nõ habet, in morte manet æterna cũ raptore diabolo, qui quos rapit, deuorat in
æternũ, eos nunq; cessaturis cõficiens pœnis. Sed dominus, eius quod uitam æter
nam dat suis ouibus, quod nõ sunt perituræ in æternum, quod nullus eas de manu
sua rapturus est, omnẽ gloriã refert in patrem, cũ ait: Pater meus, ut Græce legit,
ὃς δέδωκέμοι, μείζων πάντων ἐστὶν, id est qui dedit mihi maior omnibus est, & nemo potest
rapere de manu patris mei. Sed quid dedit pater filioʔ Dedit oues, potestatẽ dan-
di eis uitam æternã, seruandi eas in æternũ, & insuper quod nulla potentia rapere
possit eas de manu & potestate ipsius: nã pater maior atq; potentior oĩbus est, &
nemo potest eripere de manu patris: quid em̃ potentiæ quæ superat oĩa, præualere
possitʔ Quare neq; de manu filij; quia pater & filius unũ natura, potestate, atq; ma-
gnitudine sunt. Ego, inqt, & pater unũ sumus. i. una magnitudo, una potestas, unus
deus. Quod audientes pharisæi, uoluerũt eũ lapidibus obruere, ut subdit Ioãnes di
cẽs. ℣ Sustulerũt ergo lapides Iudæi, ut lapidarẽt cũ, Respõdit eis IESVS: Multa 86
bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

» bona opera ostendi uobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis?
» Responderũt ei Iudæi: De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia: & qa
» tu homo cum sis, facis teipsum deũ. Respondit eis IESVS: Nõne scriptũ est in le-
» ge uestra, Quia ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est et
» nõ potest solui scriptura: quẽ pater sanctificauit & misit in mundũ, uos dicitis quia
» blasphemas, quia dixi, filius dei sum? Si non facio opera patris mei, nolite credere
» mihi. Si aũt facio, etsi mihi nõ uultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et cre
» datis, quia pater in me est, & ego in patre. ¶ Parũ memores erant Iudæi uerborũ,
quæ ipsis paulo ante dixerat dominus: Ego pono animam meam, ut iterũ sumam
eam: nemo tollet eam à me, sed ego pono eam à meipso. Frustra ergo conabantur
lapidibus tollere uitam ab eo: quod & ipse illis manifesto patefecit signo: nam cũ
lapides iacerent in eũ, nihil eum lædere poterant: lapidabant eũ eum: sed sine ulla
læsione permanebat. Poterant ergo sic cognoscere id esse uerum, quod ipse dixe-
rat: neminem posse animam suam tollere ab ipso. Quibus dominus sic furentibus
& frustra nitentibus dixit: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo, propter
quod eorũ opus me lapidatis (Omnia opera quæ ostẽdit eis dñs, ex patre ostendit:
quia missus erat à patre, & uoluntatẽ eius faciebat. Et quæcunq; locutus est, ex pa
tre locutus est: & erant omnia tũ opera tũ uerba ipsius, nõ solũ bona, sed etiam ual-
de bona. Interrogauit ergo eos, propter quod illorũ opus lapidarent ipsum, id est,
lapides (etsi irrito conatu) iacerent in ipsum: nullũ sane operũ ipsius tale erat: cum
omnia bona essent, & ualde quidem bona, propter quod id facere deberẽt. At ipsi
responderunt: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. Nõ, inquiũt,
pro bono opere lapides iacimus in te, sed pro blasphemia. Iaciebant ergo lapides
in eũ. Et mentiebantur, quod non pro bono opere iacerent: nam ueritatẽ annũcia-
re, bonũ est opus. Mentiebantur insuper, quod pro blasphemia: ut de eis id nimirũ
Psalm.30. uerũ sit: Inimici dñi mentiti sunt ei, & erit tẽpus eorum in secula. At quod pro blas
phemia lapidarent eũ, probare contendũt, cũ subdunt: Et quia tu homo cũ sis, facis
teipsum deũ. Sed o Iudæi, quos ignorantia malitiæ obcæcauit, quomõ dicitis blas-
phemiã esse, qd' de Mesia necessariũ erat, & per quod debuistis eũ cognoscere Me
Zach.2. siam esse, nisi fuissetis capti oculis, dicente uobis dño in Zacharia: Effundam sup
domũ Dauid & super habitatores Hierusalẽ spũm gratiæ & precum: & aspicient
ad me quem confixerunt. Vbi cum ait, Effundam spiritũ gratiæ & precũ: deũ esse
oportet: & cũ, Aspicient ad me quem confixerunt: hominem esse necesse est: deũ
eũ configi & transfodi haud possibile est. Et hanc prophetiam de Mesia esse quis
dubitet? quandoquidẽ ne ipsi quidem Iudæi inficias ire possunt. Ergo etiam si do-
minus, quamuis homo esset, se dixisset deũ: nequaq; tamen fuisset blasphemia, sed
honorifica ueritas, cũ id oporteret esse CHRISTVM. At id nondũ eis dixerat ap
te, sed apertius, se esse filiũ dei: quod neq; esse poterat blasphemia, cũ ipse natura
filius dei esset. Sed se non dixisse blasphemiam: siue dixisset, Deus sum, siue cũ di-
xit, Filius dei sum: ostendit eis ex lege ipsorũ, dicens: Nõne scriptũ est in lege ue-
stra, Ego dixi dij estis? Quod psalmo octogesimoprimo scriptum est, qui incipit:
Deus stetit in synagoga deorũ, in medio autem deos dijudicat: quod tunc imple-
batur: quia tunc ipse qui deus erat, in synagoga scribarũ & pharisæorũ medius illo
rũ erat (nam ut dictũ est, circundederant eum Iudæi) ubi ad eorum confusionem,
& ueram confutationem, ipse dominus primo loco deus dicitur, & ipsi secundo lo-
co dij: sed etiam qui dijudicantur & arguuntur. Et sexto uersu: Ego dixi dij estis, &
filij excelsi, id est dei, omnes. Hæc aũt sunt uerba scripturæ sanctæ, uerba legis, uer
ba dei: in quibus ij ad quos hic sermo dirigitur, manifeste dij appellant, & in sequẽ
ti particula, filij dei: & nõ potest ea scriptura solui, dici' ue mendax: cũ à deo & spũ
sancto

sancto sit. Quomodo ergo blasphemat, si is qui à patre sanctificatus est, & in hunc
mundũ missus, dicit: Filius dei sum: cũ ij qui neq; sanctificati sunt à patre, neq; missi
à scriptura, citra blasphemiã dij dicantur, ob iudicij potestatem (qui nihilominus ex
eadem scriptura, iudices iniqui erant & peccatores. Vsq;quo, inquit, iudicatis ini- Psalm.81.
quitatem, & facies peccatorũ sumitis?) & filij excelsi (id est dei) omnes, ob solũ cre-
ationis beneficiũ? Multo magis igitur qui sanctificatus à patre, etiã super omnem
sanctũ, & missus à patre ad ea q̃ dixit dicenda, & ea quæ operatus est operanda, si-
cut scriptũ est: Mirificauit dominus sanctum suum: sine ulla blasphemia dicere po Psalm.4.
terat, & deus sum, & filius dei sum: quia reuera utrunq; natura erat. Et hoc est argu
mentum quo eos dominus reuincit, ac uere confutat, cum ait: Si illos dixit deos ad
quos sermo dei factus est, & nõ potest solui scriptura: quẽ pater sanctificauit & mi
sit in mundũ, uos dicitis quia blasphemas, quia dixi filius dei sum? Et addit: Si non
facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si, inquit, nõ facio opera dei patris, noli-
te credere mihi dicenti, q̃ sum filius dei. Et subdit: Si autem facio, etsi mihi non uul-
tis credere, operibus credite, hoc est, Si autem facio opera dei, & nõ uultis credere
mihi propter uerba mea, saltem credite mihi propter opera. O quãta est filij dei bo
nitas, o q̃ inexcogitabilis benignitas: qui lapidatores & blasphematores suos om-
nibus uijs ad salutem adducere nitit: & nihil lapidationẽ suam & blasphemias eo-
rum attendit, dummodo quacunq; ratione, siue uerborũ persuasione, siue operum
contemplatione, ueniant ad salutem, credentes q̃ pater in ipso est, & ipse in patre:
q̃ si propter opera credant, quæ omnẽ excedebant naturã, & ipsi tandẽ credent, &
esse dei filiũ, & reuera deũ: nã ut natura, substantia, substãtiæq; æqualitate pater &
filius etiam in creaturis nõ dirimunt, etsi hypostasi atq; atomo: sic & pater & filius
in diuinis natura non dispescuntur (diuinitas eũ natura est) etsi hypostasi alius sit
pater, alius filius. Hoc autem desiderio salutis eorũ faciebat, q̃ mittebat eos ad ope
ra contemplanda, ut uel per illa inducerentur ad credendũ: quibus si crederẽt, con-
tinuo & uerbis crederent, tametsi prius illis nõ credidissent. Non eũ credere po-
tuissent operibus, quin cõsequenter credidissẽt uerbis: neq; uerbis, quin illico ope-
ribus. Quod si tantũ amabat dominus salutẽ eorũ, modo eam admittere uoluissẽt:
quantum amat fidem illorum, qui theodidacti deiq; dociles sunt, in nullo reluctan
tes: sed uerbis eius credentes tanq; uerbis dei: & operibus tanquã operibus dei, ut
reuera utraq; sunt, quantum eorum salutem: cum etiam lapidantes se, & blasphe-
mantes nullatenus perdere uellet, sed saluare? Quem etsi hominẽ & creaturã ui-
debant, eundem tamen intelligere debebant deum esse, propter quem deus uole-
bat omnes homines saluos fore: ut de eo ait per Esaiã: Ex quo honorabilis factus Esaiæ.43.
es in oculis meis & gloriosus, ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos p
anima tua. Et subdit: In gloriã meã creaui eũ, formaui eum, & feci eũ: & paulo post
Vere uos testes mei dicit dominus, & seruus meus quẽ elegi, ut sciatis & credatis
mihi, & intelligatis q̃ ego ipse sum: ante me nõ est formatus deus, & post me non
erit. Ecce quomodo deus formauit eũ, & quomodo ipse est deus formatus, añ quẽ
non est formatus deus (nõ eũ uoluit incarnari pater) & post quẽ nõ erit formatus
deus (non eũ incarnabit aliquando spiritussanctus) sed solus filius ipse formatus
deus est: quandoquidẽ solus incarnatus est, & homo factus, in q̃ solo est dei uolun
tas, ut per fidem ipsius sit omniũ salus. Quem elegi, inquit deus, ut sciatis & creda-
tis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. Et post tantam erga ipsos dei bonitatẽ,
uolebãt eum apprehendere, ut tentarent, quẽ sic nõ potuerant alio interficere mo-
» do, subdente Ioanne. ¶ Quærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de mani- 82
» bus eorum. Et abijt iterũ trans Iordanem, in eum locũ ubi erat Ioannes baptizans
» primũ, & mansit illic. Et multi uenerunt ad eum, & dicebãt, quia Ioannes quidem
signum

signũ fecit nullũ: omnia autem quæcunq; dixit Ioannes de hoc, uera erant. Et multi crediderunt in eũ. ¶ Cũ ipsum lapidibus obruere conãtes, nullo pacto lædere potuissent; nequaq; hoc mirabili signo moti, tentant eũ Iudæi apprehendere. In quo & aliud diuinitatis suæ dedit eis signũ: quod intelligimus per id: Et exiuit de manibus eorum, id est elapsus est e` manibus eorum, dando eis signum, quod non humanæ potestatis, sed suæ uolũtatis esset quod teneretur, si aliquando teneretur. Et sic uerba sua signis, uirtutibus, ac mirificis operibus cõprobauit: ut uel ex ijs signis, quod scilicet saxis obrui, quod manibus perinde ac si nullæ essent manus, teneri nõ potuit, resipiscerent, & tandẽ operibus crederent. Et ut eos ad pœnitentiam expectaret, & nõ cõtinuo perderet, ut poterat & meriti erant: quia patiens, misericors, & longanimis: profectus est in eũ locũ, ubi primũ Ioannes fuerat baptizans: dudũ em̃ diẽ clauserat Ioannes. Et quod in loco Ioannis erat: iudiciũ fuit, quod oportuit legẽ gratiæ, & perfectæ libertatis esse, ubi lex uetus & seruitutis fuerat. Et multi uenerũt ad eũ, inducti ratione signorũ, quæ & antea, & nuper Hierosolymis fecerat. Et dicebant: Ioãnes quidẽ signũ fecit nullũ, sed quæcunq; dixit Ioannes de hoc uera erant: ergo hic, nõ Ioãnes, est CHRISTVS, & ad hũc est eundũ. Et multi crediderũt in eũ: quod insuper indiciũ est, quod finita uetere lege omnes adituri sunt
Psalm. 85. CHRISTVM, & crediturí in eũ, ut impleatur id propheticũ: Oẽs gentes quascunq; fecisti, ueniẽt, & adorabũt corã te dñe, & glorificabunt nomẽ tuũ. Quod utinã cito cõpleatur, iã uniuerso ferme` terrarũ orbe Christianis discluso, superioribus annis Lusitanis orientẽ tot seculis abditũ lustrãtibus: Hispanis orbẽ occiduum ad æquatorẽ, & zonã torridã deuergentẽ: & Gallis plagam occiduam à parallelo nostro, & infra, ad Cynosuram circulumq; boreũ. Et nũc in toto orbe pure diffundat CHRISTI ueri dei nomen, & fides, & impleatur uoluntas spiritussancti per os
Psalm. 65. prophetæ, dicẽtis: Omnis terra adoret te, & psallat tibi, psalmũ dicat nomini tuo. Vt ubiq; gentium æterno patri per filiũ detur laus, honor, gloria, decus, potestas, & imperium, in omnia seculorum secula, Amen.

CAPVT VNDECIMVM.

88 Rat aũt quidam languens, Lazarus a Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororũ eius. Maria autem erat, quæ unxit dominũ unguento, & exter sit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserũt ergo soro-
res eius ad eũ, dicentes: Domine, ecce quẽ amas, infirma- 5
tur. Audiens aũt IESVS, dixit eis: Infirmitas hæc nõ est ad mortẽ, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eã, Diligebat aũt IESVS Martham
86 & sororẽ eius Mariã & Lazarũ. ¶ Vt ergo audiuit quia infirmabatur: tũc quidẽ mansit in eodẽ loco duobus diebus, deinde post hæc dicit discipu-
lis suis: Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quæ- 10
rebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? Respondit IESVS: Nõne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, nõ offendit, qa lucem huius mundi uidet: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux nõ est in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit,
sed uado ut a somno excitem eũ. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, 15
si dormit, saluus erit. Dixerat autem IESVS de morte eius: illi autem putauerunt, quia de dormitione somni diceret: Tunc ergo IESVS dixit eis manifeste

nifeste, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos ut credatis: quoniã
non erã ibi, sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas, qui dicit̃ Didymus, ad
20 condiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cũ eo. ¶ Venit itaq; IESVS, & 90
inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymã, quasi stadijs quindecim. Multi aũt ex Iudæis uenerant ad Marthã & Mariam, ut consolarent̃ eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit, quia IESVS uenit, occurrit illi: Maria autẽ domi sedebat.
25 Dixit ergo Martha ad IESVM: Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nũc scio, quia quæcunq; poposceris a deo, dabit tibi deus. Dicit illi IESVS: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget ĩ resurrectiõe ĩ nouissimo die. Dixit ei IESVS: Ego sum resurrectio & uita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit
30 & credit in me, nõ morietur in æternũ. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; domine: Ego credidi quia tu es CHRISTVS filius dei uiui, qui in hunc mundum uenisti. Et cum hæc dixisset, abijt & uocauit Mariam sororẽ suam silentio, dicens: Magister adest, & uocat te. Illa ut audiuit, surrexit cito, & uenit ad eum, nondũ em̃ uenerat IESVS in castellũ, sed erat adhuc in illo loco, ubi
35 occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erãt cũ ea in domo, & consolabant̃ eam, cũ uidissent Mariam quia cito surrexit & exijt, secuti sunt eã, dicentes, quia uadit ad monumentũ ut ploret ibi. Maria ergo cum uenisset ubi erat IESVS, uidens eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine si fuisses hic, nõ esset mortuus frater meus. ¶ IESVS ergo ut uidit eam plorantẽ, 91
40 & Iudæos q̃ uenerãt cũ ea plorãtes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eũ? Dicunt ei: Domine ueni, & uide. Et lachrymatus est IESVS. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidã autẽ ex ipsis dixerũt: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic nõ moreret̃? IESVS ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad mo
45 numentũ: erat aũt spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait IESVS: Tollite lapidẽ. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat: Dñe iam fœtet: quadriduanus est enim. Dicit ei IESVS: Nonne dixi tibi, quoniã si credideris, uidebis gloriã dei? Tulerunt ergo lapidem. IESVS autẽ eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniã audisti me. Ego aũt scie-
50 bam quia semp̃ me audis, sed propter populũ q̃ circunstat dixi, ut credãt quia tu me misisti. Hæc cũ dixisset, uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras. Et statim prodijt q̃ fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis IESVS: Soluite eũ, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariã & Marthã, & uiderant quæ
55 fecit IESVS, crediderunt in eum. ¶ Quidam autẽ ex ipsis abierunt ad pha- 92
risæos, & dixerunt eis quæ fecit IESVS. Collegerũt ergo pontifices & pharisæi conciliũ, & dicebãt: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eũ. Et uenient Rhomani, & tol-

Universidad de Deusto Biblioteca

lent nostrum locũ, & gentẽ. Vnus autẽ ex ipsis Caiphas nomine, cũ esset
põtifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquã nec cogitatis: quia expe 60
dit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & nõ tota gẽs pereat. Hoc
autem a semetipso nõ dixit: sed cum esset põtifex anni illius, prophetauit,
quia IESVS moriturus erat pro gente: & non tantum pro gẽte, sed ut filios
93 dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. ℣ Ab illo ergo die cogitaue-
runt, ut interficerent eum. IESVS ergo iam non in palam ambulabat apud 65
Iudæos: sed abijt ĩ regionẽ iuxta desertũ in ciuitatẽ, quæ dicitur Ephrem,
& ibi morabatur cũ discipulis suis. Proximum autem erat pascha Iudæo-
rum, & ascenderunt multi Hierosolymã de regione ante pascha, ut sancti-
ficarent seipsos. Quærebant ergo IESVM, & colloquebãtur adinuicem, in
templo stantes: Quid putatis, quia nõ uenit ad diem festum istum? Dede 70
rant autem pontifices & pharisæi mandatum, ut si quis cognouerit ubi sit,
indicet, ut apprehendant eum.

ANNOTATIONES BREVES XLVI. CIRCA LITERAM. CAP. XI.

1 languens
ἀσθενῶν
qui infirmabatur
2 sororum
τῆς ἀδελφῆς
singulare.
2 eius.
αὐτῆς
fœmininum.
4 sorores
– eius
6 dixit
– eis.
8 sororem eius
– Mariam.
8 infirmabatur
ἀσθενεῖ
præsens.
9 in eodem
ἐν ᾧ ἦν
in quo erat
9 post hæc
μετὰ τοῦτο
singulare.
& infra.
9 discipulis – suis;
12 ambulauerit
περιπατῇ
præsens.
& infra
13 si autem
* τις quis
17 manifeste
παῤῥησίᾳ
19 condiscipulos
τοῖς μαθηταῖς
discipulos
20 & moriamur
ἵνα ἀποθάνωμεν
ut moriamur
30 dei – uiui
31 qui in – hunc
31 uenisti.
ἐρχόμενος
uenturus erat
32 silentio,
λάθρᾳ
clanculum
32 surrexit
ἐγείρεται
præsens.
33 nondum enim
οὔπω δὲ
nondum autem
33 erat – adhuc
33 in – illo
38 & dixit
λέγουσα
præsens.
42 cæci – nati,
42 facere, ut
* ϛ &
43 fœtet.
ὄζει
olet
47 lapidem
* οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς
κείμενος
ubi erat qui mortuus
fuerat, positus
49 populum
τὸν ὄχλον
turbam
50 misisti. * ϛ Et
51 Et – statim
institis,
κηρίοις
fascijs sepulchralibus
53 Mariam – & Martham
55 Collegerunt
συνήγαγον
Congregauerunt
55 pontifices
οἱ ἀρχιερεῖς
principes sacerdotum
& infra.
58 Caiphas – nomine
καϊάφας
60 uobis
ὑμῖν

primæ

primæ personæ.
62 sed ut
* ϛ &
63 cogitauerunt
συνεβουλεύσαντο
consultauerunt
64 in palam
παῤῥησίᾳ
64 apud Iudæos:
ἐν τοῖς ἰουδαίοις
inter Iudæos
65 abijt
* ἐκεῖθεν
illinc
66 Proximum
ἐγγὺς
positiuum.
68 colloquebantur
ἔλεγον
dicebant
69 putatis
δοκεῖ ὑμῖν
uidetur uobis
70 diem festum – istum?

COMMENTARIVS IN CAPVT VNDECIMVM.

A B eo tempore, quo dominus Hierosolymis signa fecit inter Iudæos,
usq; ad passionẽ eius, nõ plures fuerunt quàm tres menses. nam dicen
te Ioanne, Iã hyems erat. Et elapsum est tẽpus, quo profectus trans
Iordanẽ, mãsit in loco ubi primũ baptizabat Ioannes. nã nõ semper
in eodẽ loco baptizauit, sed tandẽ baptizauit in Aenon iuxta Salim.
Vnde fit, ut nõ longe ante passiõis tẽpus suscitauerit Lazarũ fratrẽ Mariæ & Mar-
thæ sororũ, & sanctarũ ipsius hospitarũ, de qua re nunc Ioannes texit historiam, di-
cens. ℣ Erat autẽ quidam languẽs, Lazarus à Bethania, de castello Mariæ et Mar- 88
thæ sororis eius, Maria autẽ erat quæ unxit dominũ unguẽto, et extersit pedes eius
capillis suis, cuius frater infirmabat. Miserũt ergo sorores eius ad eũ, dicẽtes: Do-
mine, ecce quẽ amas, infirmat. Audiẽs autẽ IESVS, dixit eis: Infirmitas hæc nõ est
ad mortẽ, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eã. Diligebat autẽ IESVS
Marthã, & sororẽ eius Mariam, & Lazarũ. ℣ Id, Maria autẽ erat quæ unxit domi-
num unguẽto, & extersit pedes capillis suis: per anticipationẽ dicit Ioannes: quod
latius explicat capite sequẽti, ubi ait: Maria ergo accepit librã unguẽti nardi pisticæ
preciosi, & unxit pedes IESV, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta
est ex odore unguẽti. Vbi qa prætetigerat anticipando, quod Maria soror Marthæ
erat, quæ unxit dominũ unguẽto, & extersit pedes eius capillis suis: idcirco hæc di-
cẽs, Maria ergo: addidit, ergo, particulã cõsecutionis, cõtinuationis, & explicatiõis
superius cœptæ narrationis, ac si diceret: Maria ergo de qua prætetigi q̃ unxit do-
minũ, accepit librã unguẽti nardi pisticæ preciosi. Et hãc et hic et illic credo esse Ioã
nis intelligentiã: neq; puto eũ illã peccatricis unctionẽ ĩtelligere, cuius Lucas capi
te septimo meminit. De qua re ĩ prima & secũda, quæ exactior quàm prima est, de
Maria Magdalena disceptatiõe abũde dixímus. Igit̃ ea Maria erat soror Marthæ:
& indubitato ex Ioanne, quæ unxit pedes domini in Bethania post suscitationẽ La
zari, in domo Simonis leprosi. Prius autem frater eius Lazarus infirmabatur. Et so
rores eius Maria & Martha miserunt nuncium ad dominũ trans Iordanem ex par
te deserti, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem IESVS,
dixit: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei
per eam. Cui id dixit? Profecto nuncio, uni uel pluribus uiris qui missi fuerant. Et
quomodo Lazarus nõ infirmabat ad mortẽ, cũ ea infirmitate mortuus sit? De mor
te corporis non intelligebat dominus, quæ tẽporalis est: sed de morte spiritus & ge
hennæ, quæ est æterna, quæ uel sola uere mors est intelligẽda. Porro si q̃ infirmen
tur ad mortem spiritualem, & mortẽ gehennæ, & ad eam perueniant, hæc infirmi-
tas non est pro gloria dei: quia illos nõ suscitat deus ad uitam, sed in perpetua mor-
te manent, de quibus dicitur: Non mortui laudabũt te domine, neq; omnes qui de- Psal. 113.
scendunt in infernũ. Si uero ad mortẽ corporis, id esse potest pro dei gloria: quod
in Lazaro euenit. nam qui uiderunt eũ ex morte corporis, & indubitata quidẽ mor
te, quia iam quatuor dies fuerat in sepulchro, ad uitam imperio ac beneficio domi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni redijsse, glorificauerũt deum pariter & dominum, qui filius dei erat, cui deus tan
tam tamq; admirabilem dedit potestatẽ. Dixerant autem per nuncium sorores: Ec
ce quem amas, infirmatur. Proinde aduertendum est, quod amare CHRISTVM,
magnũ est: at amari à CHRISTO, lõge maius. Quod enim amamur, saluamur: est
enim amor quo amat nos, nostræ salutis ratio: amor autem quo amamus ipsum, il
lius quædam tenuis adumbratio: neque unquam ipsum tantum amare possumus,
quantum ipse nos amat. Itaq; non petierunt gratiam sanitatis fratris, per amorem
quo frater amabat ipsum: sed sapientius, per amorem quo ipse fratrem ipsarũ ama
bat. Ecce (inquiũt) quẽ amas, infirmat̃. Et quod dominus amaret Lazarũ, cõfirmat
Ioannes, subdẽs: Diligebat autem IESVS Martham & sororẽ eius Mariam, & La
zarum. Nõ solum ergo diligebat Lazarũ, sed & Marthã & Mariam sororem eius,
quæ nuncium miserant, & contrà ab illis diligebatur, sed eius solius amor, potẽtior
erat, quàm omnium aliorum diligentium ipsum. Et quid, hoc audito nuncio fece-
89 » rit dominus, indicat Ioannes, dicens. ¶ Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc
» quidem mãsit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hæc dicit discipulis suis,
» Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi la-
» pidare, & iterum uadis illuc? Respõdit IESVS: Non ne duodecim sunt horæ diei?
» Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Si autẽ am
» bulauerit in nocte, offendit, qa lux non est in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis: Laza
» rus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem eum. Dixerunt ergo disci-
» puli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autẽ IESVS de morte eius. Illi au
» tem putauerũt, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo IESVS dixit eis ma-
» nifeste: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos ut credatis, quoniam nõ eram
» ibi. Sed eamus ad eũ. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos:
» Eamus & nos, ut moriamur cũ eo. ¶ Audiuit dominus quod Lazarus infirmabat̃,
sed antequam à nuncio audisset, id nõ latebat ipsum, etsi aliquot dierum interuallo
distaret, quandoquidem respondit nuncio: Hæc infirmitas est pro gloria dei, ut glo
rificetur filius dei per eam. per quod ostendit se nosse, quæ, qualis, cuiusue cõditio-
nis esset illa infirmitas. Tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. In eo-
dem inquam loco, ubi acceperat nuncium eius rei, quã apprime sciebat antequam
fuisset nunciata: quid enim ipsum latere potuisset? In eodem quoq; loco, nullo nun
cio accepto, mortem illius, sed uelate nunciauit discipulis: ut intelligerent ipsum ni
hil latere, & æque infirmitatem illius antequam nũciaretur, nosse atq; mortẽ: quod
postea omnino detegit, cũ aperte dicit eum esse mortuũ: Lazarus (inquit) mortuus
est. Et post duos illos dies dixit discipulis suis: Eamus ĩ Iudæam iterũ. Cui dixerũt
discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? ac si dice-
rent: Ire nõ debes, ne præ odio in te cõcepto, ipsi te perdant. quod ostẽdit illos esse
male memores uerborum, quæ prius dixerat: Nemo tollit animam meam, sed ego
pono eam à meipso: & non intelligere quod ipse non pro arbitrio maleuolorum
Iudæorum mori poterat, sed quando uellet, & tempus à deo definitũ aduentasset.
Ideo respondit eis: Non ne duodecim sunt horæ diei? Vt duodecim sunt horæ diei,
quæ prouidẽtia definitæ sunt, & nequaq; nostro arbitrio, aut plures, aut pauciores,
protractiores aut contractiores fiunt: sic & dies, id est tẽpus præsentiæ CHRISTI
super terram definitus erat: neq; pro arbitrio hominum augeri aut minui, protela-
ri aut anticipari poterat. Nequaquam igitur deterrẽdus erat dominus, ne illuc iret,
metu Iudæorum uolentiũ ipsi diem, id est spacium uitæ adimere. Porro qui in die
sensibili ambulat, non impingit in aliquod obstaculum: quia lucem huius sensibilis
mundi uidet. Sic & qui ambulabãt in die CHRISTI, qui erat lux spiritualis, lux di-
uina mundi, non poterant impingere in ullam rem, quæ ipsis aliquod afferret detri-
mentum,

mentum: quia lumen diei, & uerissimi quidem diei habebant. Non ergo debebant
deterrere dominũ, ne iret in Iudæam: sed ne ipsi quidem timere cum ipso ire, quod
tuti ab omni periculo iturí essent in sancta eius præsentiæ luce. At qui ambulant in
mundo, illa luce priuati, hi timere debent, quod in uaria impingant offendicula: ut
& ij qui in nocte huius mundi ambulant, in crebra incidunt pericula. Post hæc lo-
quitur de statu Lazari, & intentione, pfectionis in Iudæã, dicens: Lazarus amicus
noster dormit, sed uado ut à somno excitem eũ. Vbi de dormitione & somno, quæ
opponuntur uitæ temporali, non uigiliæ, loquebatur dominus, & de excitatione
à morte. At discipuli cum non sic, sed de quiete quæ aduersatur labori, functionũq;
sensuum & uigiliæ intelligerent, dixerunt: Domine si dormit, saluus erit: & per id,
Saluus erit, idem intelligebant quod, Ab infirmitate sua conualescet atque sanabi
tur. At aliter intelligere debuerãt, nisi hebetes admodum fuissent eorũ sensus: uel
ex hoc qd̃ dixerat ipsis, Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno exci-
tem eum: erat enim iter plurium dierum, & ibat ut à somno quo dormiebat, exci-
taret eum. Quomodo ergo nõ intelligebant illum non potuisse tam diu dormire,
dormitione opposita uigiliæ, dum scilicet e deserto ultra Iordanem uenissent in Iu
dæam nõ procul ab Hierusalem? Sed sic rudes erant ad intelligendum, donec ac-
ceperunt spiritum sanctũ: ut omnis diuinorũ uerborum intelligentia, desuper ad-
uenire intelligat̃, & gratia illa soli deo esse tribuẽda. Proinde dominus de qua dor-
mitione ac somno loquerẽt̃, aperte detexit, dicens: Lazarus mortuus est. Et adie-
cit: Et gaudeo propter uos ut credatis, quoniam non eram ibi. Gaudeo, inquit, pro-
pter uos, quod nõ eram ibi: quia hoc erit uobis magna credendi occasio: quod non
eram (inquam) ibi, corpore scilicet, licet adessem diuinitate: ut qui etsi corpore abes
sem, mortẽ tamen uobis nunciem, perinde ac si corpore præsens essem: quod cũ ex
præsentia cognoscetis, corroborabitur uestra fides, & credetis q̃ aberam & aderã
corroborabit̃, inquã, uestra fides, eo ipso, q̃ ibi præsentia corporali, & humano mo
do nõ aderã: nam si affuissem, uerbo morbũ leuassem. Quod & hic & hinc poterã:
sed noluí, ut inde uestra fides, q̃ ego sum filius dei, & una eademq; cũ patre potesta
te, increscat, cũ uiderítis me uirũ iam pluribus diebus mortuũ, uirũ iã in sepulchro
fœtidũ ad uitam reuocare. Absens ergo erã propter fidẽ uestrã. Sed eamus ad eũ.
Quo dicto, Thomas qui dicit̃ Didymus, id est gemellus, quo modo noiari solent
qui gemino partu æditi sunt, dixit ad alios discipulos: Eamus & nos, ut moriamur
cũ eo. Qd̃ infidelitatis & infirmitatis erat indiciũ: nam credere & firmus esse debe
bat ex his uerbis domini, quæ audiuerat prius: Nemo tollit animã meam, sed ego
pono eã à meipso. Et: Nõne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die,
non offendit, quia lucem huius mundi uidet. Sed rudis adhuc erat, qui minime uer-
ba domini pauloañ dicta intellexerat: quibus dominus (si ea Thomas & discipuli
intellexissent) insinuauerat, neq; sibi, neq; illis ullum mortis periculũ imminere, &
ipsos securos esse debere. At, ut dictũ est, sic frequẽter rudes fuere, donec accepto
spiritu sancto, nõ ultra ut sibi relicti agerẽt, sed à spiritu agerent̃. Et qui agunt̃, nisi
haberent donũ cognoscendi unde id haberẽt, ipsi putarent quod agerẽt, & in hoc
seipsos deciperẽt: quandoquidem tam diuersi sunt cum agunt, & cum aguntur, cũq;
caro & spũs: nã animalis homo, id est rationalis, ut animalis siue ut rationalis agit:
& spiritualis homo, ut spiritualis agit̃. Proinde apostoli & discipuli ante aduentũ
spiritussancti ut plurimum agebãt, post uero aduentum spiritussancti agebantur.
Et licet homines agendo, & bene quidem agendo probandi sint: multo tamen bea
tiores sunt qui aguntur, etsi nunq; agerent, sed semper agerentur, & id probe intel
ligerent: nam alioqui si sibi tribuerent, quod dei donũ est, superbirent, & à deo re-
pellerentur. Quo fit ut plus sit hominẽ agere ut instrumẽtum, cũq; agere ut causam:

Universidad de Deusto Biblioteca

& magis optandum, semper esse instrumentũ, quàm aliquando dominũ, & suarum actionum causam: quandoquidem hic homo quãtuncunq; bonus sit, non nisi humanus est ac terrenus: ille, diuinus ac cœlestis. Hic non nisi gẽtilitiè sapit: ille, diuinè. Hunc philosophi docent: illum, sapientia dei. Tunc ergo cũ Thomas dixit, Eamus & nos, ut moriamur cum eo, agebat, non agebatur, sed cum postea dixit: Dominus meus & deus meus: agebatur, nõ agebat. Actio, rudis est: passio, pfecta. Illa, cæca: hæc, uidens. Actio nostra non attingit fidem, nisi fortè parum admodum, sed passio illam operatur. Sacræ scripturæ, & maxime nouum organum, non agentiũ, sed patientium, ac eorũ qui agebatur, sunt scripturæ. Et qui dono dei intelligit ĩ scripturis quæcũq; sint illæ & quorũcunq;, quænã sunt agentiũ, & quænã patientiũ, diuinum discernit ab humano. Verum deus est, qui pro benignitate sua & actionem nõ contemnit, & passionẽ (quam liceat nobis dicere energiam, inactionem ue) dulcissimũ suæ gratiæ donũ infundit. Quod ostẽdit in hoc, quod Thoma & alijs comitatus, ue-
90 „ nit in Iudæam. Quod subdit Ioannes, dicens. ¶ Venit itaq; IESVS, & inuenit eum
„ quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Hierosoly
„ mam, quasi stadijs quindecim. Multi autẽ ex Iudæis uenerant ad Martham & Ma-
„ riam, ut cõsolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit qa IESVS uenit, oc
„ currit illi. Maria autẽ domi sedebat. Dixit ergo Martha ad IESVM: Dñe, si fuisses
„ hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcunq; poposceris à
„ deo, dabit tibi deus. Dicit illi IESVS: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio,
„ quia resurget in nouissimo die. Dicit ei IESVS: Ego sum resurrectio & uita: qui
„ credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit & credit in me, nõ mo
„ rietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Vtiq; domine. Ego credidi qa tu es CHRI-
„ STVS filius dei uiui, qui in hunc mundum uenisti. Et cum hæc dixisset, abijt & uo
„ cauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & uocat te. Illa ut au-
„ diuit, surrexit cito, & uenit ad eũ. Nondum enim uenerat IESVS in castellum, sed
„ erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erãt cum ea in do-
„ mo, & cõsolabantur eã, cũ uidissent Mariam quia cito surrexit & exijt, secuti sunt
„ eam, dicẽtes: Quia uadit ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo cum uenisset
„ ubi erat IESVS, uidens eũ, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, si fuisses hic,
„ non esset mortuus frater meus. ¶ Pone Lazarum uno die mortuum antequam po-
neretur in sepulchro, & intelliges locũ trans Iordanem ubi dominus resederat, itinere quinq; dierũ distare à Bethania. Quod si plus uno die seruatus fuerat anteqũ tumularetur, plus etiã interualli fuit quàm iter quinq; dierũ. nam cum uenit Bethaniam, inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem, id est inuenit eum iam quatuor dies in sepulchro fuisse, quod & ipsum nõ latebat. Sed & ex hoc intelligebãt discipuli eius, qd' quo die Lazarus mortẽ obierat, ipsis ĩ eo loco dixisset Lazarũ esse mortuũ. Porro Bethania fere duobus passuũ mlibus à ciuitate Hierosolyma distabat, dicẽte Ioanne: Quasi, id est plus minus, stadijs quindecim, quæ passus efficiũt. 1875. Et multi ex Iudæis uenerãt ad Martham & Mariam, ut consolarẽtur eas de fratre suo. Et hi Iudæi, intelligũtur Hierosolymitani. Vnde conijcere possumus, domũ illam fuisse honorificam, & Marthã & Mariam & Lazarũ honorificas personas: cũ ex tanta urbe quæ erat domina prouinciarũ, uenerint nõ pauci, ad tantam distantiã, & in ea difficultate ascẽsus & descensus mõtis, ut cõsolarentur Marthã & Mariã sup̃ morte fratris sui: & tãto tẽpore ut quinq; aut sex diebus ibi remanserint: ad hoc enim ipsum uenerant (quis dubitat?) ut per totos septem dies luctus consolarentur eas. Sed diuinæ prouidentiæ nutu, eorũ pietas in Lazarũ & sorores eius ordinata est: ut intelligerent se non esse ueros consolatores, sed eum qui uere consolaturus erat eas, qui est omnium uerus cõsolator, uideret, & uidentes crederent, &

rent, & credentes consolationẽ reciperent æternã: quamuis solũ uenissent ut consolationem præstarent fere momentaneã: pia siquidem nobis, siue secundum nos, siue altiore impulsu ordinãtibus opera, melius de nobis (quæ sua bonitas est & misericordia) deus ordinat. Nondũ dominus noster & discipuli intrauerant Bethaniam, cum Marthæ nunciatum est, quod ipse ueniret. Quod ut audiuit Martha, uenit illi obuiam. Maria autem in luctu domi sedebat, neq; quicquã de domino intellexerat. Vt aũt Martha uenit ad dominum, ueneratione ea quam sciuit ac potuit exhibita (nõ em̃ aut sciuit aut potuit quanta erat exhibenda) dixit illi: Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcunq; poposceris à deo, dabit tibi deus. Cũ dicebat, Si fuisses hic, frater meus nõ fuisset mortuus: fidem suam ex præsentia IESV manifestabat: qui si illo modo fuisset præsens, neq; Lazaro ægrotanti, neq; sorori petenti opẽ negasset: & hæc erat uera fides. Sed uoluit dominus solum esse occulte præsens, ut ex se manifeste præsente, tandẽ maius ac diuinius cognosceretur opus. Cum aũt adijcit, Sed & nunc scio, quia quæcunq; poposceris à deo, dabit tibi deus: non uidetur intelligere quid dicat, neq; agendo, sed patiendo loqui: qd' postea fiet dilucidius. Quod dixit dominus: Resurget frater tuus, id de resurrectione præsentanea, & quæ quasi ad manũ erat, dicebat: ut & quod discipulis prius dixerat, Sed uado ut à somno excitem eũ: de hac profecto resurrectione dixerat. At Martha cum id nõ intelligeret, dixit: Scio quia resurget in nouissimo die. Et uerum quidem dixit, sed non respondit ad dictum domini: quia cum de ea resurrectione, quæ in foribus erat, loquerẽ, illa id detorsit ad eam quæ in nouissimo die futura erat. In quo & ueram fidẽ suam demonstrauit, cũ ait, Scio. Sed dominus noster uolens eam amplius erudire, & docere quod de ea quam statim facturus erat, ĩtelligeret, adiecit: Ego sum resurrectio & uita. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit & credit in me, nõ morietur in æternum. Quid est resurrectio in hominibus, nisi ex morte uitæ resumptio? Et quis est mortuus, nisi qui peccatũ habet? Omnis ergo qui peccatum habet, & maxime infidelitatis, quod est maximũ peccatũ, mortuus est: attamen si peccatũ illud relinquat (ad qd' quidẽ faciendũ deus semper adiuuat) & credat in CHRISTVM, licet mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit & credit in eum (uiuit autẽ omnis, qui CHRISTI iusticiã habet, quæ ex fide & charitate est) nõ morietur in æternũ: nam ubi ea iusticia est, CHRISTVS ibi uita est. Porro mori quisq̃ nõ potest sine peccato, peccatum autem, infidelitas: at uiuens & credens quomodo infidelitatem haberet, & maxime is qui scit se non sua, sed ea quæ CHRISTVS est, uiuere uita, & indignũ arbitratur, ut se sua dicat uiuere uita: cum hæc non sit uita, sed umbra quædam uitæ, quæ sic ueræ uitæ est assecla, ut in lumine corporeæ molis, umbra. Qui igitẽ credit in CHRISTVM, etsi prius mortuus fuerit, uiuet: qa CHRISTVS est ipsa resurrectio: resurrectionem autem uita consequitur, ut solem orientem, dies. Et qui uiuit & credit in eum, non morietur in æternũ: quia ipse est illi uita indeficiens. Quo dicto interrogat Marthã: Credis hoc? Quæ eum solũ attendens, nõ se suaq; mentis iudiciũ (nõ em̃ quid diceret, intelligebat) respondit: Vtiq; domine. Et certè firmissime credebat, etsi nõ intelligeret, neq; ad id anniteretur: tanti apud illam erat is qui illud dicebat. Et adiecit insuper Martha aliud quod uerissime credebat, atq; dudum crediderat, dicens: Ego credidi, quia tu es CHRISTVS filius dei uiui, qui in hunc mundũ uenisti. Et hæc fides quodammodo ratio & causa erat, cur nũc credidisset, nulla prorsus intelligentiæ facta indagine, in oĩbus quæ dixerat: Sic una fides alterã parit & adiuuat. Qui autẽ uerba CHRISTI iudicare uolebant, quod ad ratiõis indaginẽ pertinet, ut scribæ & pharisæi increduli remanebãt: nã fides supra rationẽ est. Sed & ea fides Marthæ, q̃ dixit: Ego credidi, quia tu es CHRISTVS filius dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius dei uiui, qui in hũc mundũ uenisti: ipsa Martha superior erat: & hæc locuta est
non secundũ se, sed secundũ infusionis, quo agebatur actaq; fuerat, spiritum. Has
fidei confessiones cũ dixisset, festinanter se domũ recepit, & Mariã adijt. Cui clan
culũ & secreto dixit: Magister adest, & uocat te. At illa nihil cunctata, ut audiuit,
illico surgit, & cito gressu uenit ad dominum. Erat autem adhuc extra Bethaniam
ubi eũ conuenerat Martha. Et turba Iudæorũ quæ uenerat ut consolaretur eam, se
cuta est eam: quamuis nesciret, neq; quo ipsa iret, neq; quid uellet, sed admiraret
tam citam surrectionem, tamq; citam abitionẽ: & arbitraretur eam potius iturã ad
sepulchrũ, ut uberius se lachrymis satiaret. Secuta est ergo eam quocũq; profecta
est: uerũ nõ iuit ad sepulchrũ, sed ad eũ qui tandem omnes, & statim Lazarũ euoca
turus erat à sepulchro. Ad quem cũ peruenisset, procidit ad pedes eius. Et hoc e
rat adorationis signũ, quam corde gestabat, & in corde complebat. Mox solut os
suũ in eam fidei confessionem, in quam & prius Martha proruperat: Domine, si fu
isses hic, non esset mortuus frater meus. Et lachrymis potius misericordiam domi
ni implorabat, q̃ uerbis: & spiritu, q̃ carne: sciebat quoq; dominus, q̃ intuetur cor,
& cui cordis silentiũ locutio est, quid lachrymæ ille poscerent, & quid spũs intimis
91 „ gemitibus. Et quid subinde fecerit dominus, adijcit Ioannes, dicens. ¶ IESVS er-
„ go ut uidit eam plorantem, & Iudæos qui uenerant cũ ea plorantes, infremuit spũ
„ & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eũ? Dicunt ei: Domine ueni, & uide. Et
„ lachrymatus est IESVS. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Qui
„ dam aũt ex ipsis dixerũt: Nõ poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic
„ non moreretur? IESVS ergo rursum fremens in semetipso, uenit ad monumentũ.
„ Erat spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait IESVS: Tollite lapidem. Dicit ei
„ Martha, soror eius qui mortuus fuerat: Domine iam fœtet, quatriduanus est enim.
„ Dicit ei IESVS: Nõne dixi tibi, quoniam si crediderís, uidebis gloriam dei? Tule-
„ runt ego lapidem. IESVS autem eleuatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago
„ tibi, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis: sed propter
„ populũ qui circunstat dixi, ut credant quia tu me misisti. Hæc cũ dixisset, uoce ma-
„ gna clamauit: Lazare ueni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus ma-
„ nus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis IESVS: Soluite
„ eũ, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui uenerant ad Mariam & Marthã, & ui
„ derant quæ fecit IESVS, crediderunt in eũ. ¶ Maria contemplatione eius quẽ di-
ligebat anima sua, & ad quẽ suspiria cordis sui pie effundebat, plorabat abunde, &
hæ lachrymæ, lachrymæ pietatis erant, ab humano quidẽ corde, sed uirtute quæ e-
rat supra humanũ cor, extractæ: spiritus em̃ erat, qui postulabat gemitibus inenar-
rabilibus. Et adeo potentes erant, ut omnibus qui aderant, lachrymas eliceret. Ta-
les aũt lachrymæ decent deum, & tales audit & uidet deus: de quibus propheta ait
Psalm. 38. Auribus percipe lachrymas meas. Ideo subditur: IESVS ergo ut uidit eam plorã-
tem, & Iudæos qui uenerant cũ ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum
& dixit: Vbi posuistis eũ? Infremuit, inquit spiritu, & turbauit seipsum, scilicet spũ:
quod diuinam quandam significat motionem, & ipsum magnũ quippiã ac diuinũ,
facturũ indicat. Sed quid, nisi ipsum euocaturũ ab inferis tot iam diebus mortuum?
Proinde interrogat, Vbi posuistis eum? Non quod id ipsum lateret: sed ut qui per
ducerent eum ad locũ, diuinam cognoscerent potentiam, & participes essent gau
dij, qui ob pietatis affectũ luctus fuerant participes. Et dicunt ei: Domine, ueni &
uide. Parũ fuisset eum uenisse corpore, qui aderat diuinitate: nisi uidisset oculis mi
serationis, & clementiæ suæ. Procedentibus itaq; ex loco illo, & Bethaniam intran
tibus, peruenit dominus ad locum ubi tumulatus erat Lazarus, sed citra monumen
tũ substitit. Et lachrymatus est IESVS. Ecce uisus cõmiseratiõis, & talis quidẽ cõ
misera-

miserationis, qualem mortalia nõ capiunt pectora. Quod uidentes Iudæi, cum in
telligerent esse lachrymas amoris, neq; id male: quia non est cõmiseratio sine amo
re, dixerunt: Ecce quomodo amabat eum. Et certe sic amabat eum, ut amat omnes
ita ut nullus amor in amatis illi respondere possit, sicuti nulla lux in illuminatis, fon
tanæ luci solis. Omnis amor alius, illuminatio quædam est: amor autem ipsius, lux
ipsa fontana, sed immensa. Quod ergo diligeret, uerũ dicebant: sed cũ dicebant
ecce & quomõ, non uerũ: quandoquidem neq; dilectionẽ ipsam, neq; modũ eius
noscebant. Nam homines ut homines, nõ nisi humanam norunt dilectionẽ: illa au
tem erat plusquã humana, nimirũ quanto diuinũ transcendit humanũ. Alij dicebãt
Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur? Cõmi-
serationẽ uidebant, inspiciebant lachrymas, amorẽ intelligebant: unde præter uo
luntatem eius mortem Lazari accidisse (quod falsum erat) conijciebant, id impotẽ
tiæ eius ascribentes, ac si dicerent: Certe qui sic cõmmiseretur, illachrymatur ac di
ligit, si potuisset, nequaq; hic mortẽ obijsset. Potuisset aũt, si cæcũ natũ illuminasset
eũ illud facilius q̃ istud fuisset: nequaq; ergo sic cæcũ illuminauit. Sed hæc huma-
na cogitatio & infidelitas (solet em̃ humana cogitatio plerunq; infidelitati esse cõ
iuncta, q̃ haud secus ac serpens uitanda est) eos decipiebat: nõ em̃ præter uolunta-
tẽ eius, aut ob impotentiam mortuus est, sed quia sic uoluit, ut prædixerat eo ægro
tante, cũ nucijs dixit: Infirmitas hæc pro gloria dei est, ut glorificetur filius dei peã.
Et quod non ob eius impotentiam ille mortuus sit, haud multo post agnoscent, &
stulta ipsorũ cogitatio argueẽ: nã qui quatriduanũ in sepulchro, id est, qui iã quin-
tũ aut sextũ diẽ mortuũ, rursum uita donauit, facere poterat, ut ex infirmitate non
moreretur. Qui ergo ita dicebant, infideles erant. Porro cũ subditur: IESVS er-
go rursus fremens in seipso, uenit ad monumentũ: per fremitũ diuinam motionem
intellige, q̃ insinuatur, cũ quis arduũ quid aggressurus est, quandã diuinam motio
nẽ spũs p̃cedere debere, quæ est quædã à deo immissa excitatio: ut uel sic intelli-
gat se id nõ operari, sed diuinam uirtuẽ eiusmodi facti operatricẽ, ipso uti ut orga-
no. Monumentũ Lazari erat spelunca, cui lapis desuper appositus erat. Hoc autẽ
monumentũ fuisse lapis excauatus fertur, quẽ ad tẽpora usq; Theodosij iunioris,
in memoriã celebris facti seruatũ, ex fida sibi facta relatione, tradit Adammanus.
Et ait dñs: Tollite lapidẽ: quod de lapide illo superposito dixit dñs. At Marthæ q̃
aderat, consiliũ nõ fuit ut auferetur, ob fœtoris horrorẽ. Dñe, inqt, iã fœtet, quatri
duanus em̃ est. Quid est quatriduanus est, nisi iam quatuor dies fuit in sepulchro,
etsi plures fuit mortuus? Vnde satis constat eam nesciuisse quid diceret cũ dicebat
prius, Sed & nũc scio, quia quæcũq; poposceris à deo, dabit tibi deus: cũ nũc ne ue-
lit quidẽ ut frater discooperiatur, sed ut maneat semper lapide tectus: quod insinu
at eã nunc ex se fidem nõ habere, quæ prius supra se fidẽ habebat. Non reuertant
igitur ad se, sed maneãt supra se, quos suo spiritu perfudit IESV benignitas. Ideo
de exignitate fidei carpit eam dñs, dicens: Nõne dixi tibi, quoniam si crediderís, ui
debis gloriam dei? Dixerat illi: Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, etiam
si mortuus fuerit, uiuet: & omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in æternũ.
Credis hoc? Et credidit illic, fide supra se: non se, sed solũ fidei authorẽ respicẽdo
hic autem se respexit. Oportebat ergo facere uerbum IESV, non illi contradicere
Tulerunt ergo lapidem, ipsa non amplius reluctante, sed humiliter consentiente.
Tunc IESVS in gratiarũ actiones audiente turba prorupit, ut pectoribus eorũ fi
dem insereret ad salutem, & ut uerius uiuerent q̃ etiam Lazarus ipse, quatenus ui
tam inter eos ex mortuis resumebat, sed adhuc mortalẽ, meliore insuper uicturus
uita ex fide, nõ ex terrenæ uitæ priuatione, assumpta. Et ait dominus: Pater, grati-
as ago tibi, q̃m audisti me. Audierat & exaudierat eum, non solum de suscitatione
Lazari

Universidad de Deusto Biblioteca

Lazari à morte corporis; sed de suscitatione eorũ qui aderãt, à morte peccati & in fidelitatis, quæ est maior suscitatio, & multo magis optanda q̃ prima, ac ea quã percipiebant in Lazaro. Proinde subiungit: Ego autem sciebam, quia semper me audis; sed propter populũ qui circunstat, dixi: ut credant, quia tu me misisti. Id credere, eis magis necessariũ atq̃ cõducibile erat q̃ Lazarũ suscitari. Neq̃ necessariũ erat domino palàm orare patrem, qui ab æterno à patre omne donũ habebat; sed ob id duntaxat illud facere uoluit, ut eos qui aderant saluaret, & ex morte peccati ad uitam spiritus suscitaret: hoc autem non ipsi, sed eis erat necessariũ; neq̃ ob id quicq̃ boni deo accedit, sed solis suscitatis: nimirũ diuinitatis consortiũ, quæ ob exuberantiam sui, se ultro, non reluctantibus offert atq̃ cõmunicat. Et cũ gratias egisset, uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras. Quàm potens, & q̃ magna fuit hæc uox, Lazare, cũ eam audierit infernus? Quàm forte imperiũ & q̃ ualidũ, Veni foras, cui neq̃ mors, neq̃ mortis principes potuerũt obsistere? Vt intelligamus uerbo dei nihil esse impossibile, siue in cœlo sursum, siue in terra deorsum, siue in profundis abyssi. Oia em̃ parent uerbo eius, cœlestia, terrestria, & inferna, neq̃ ullam parẽdi morã admittunt: quia simul cũ uerbo ipso prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus institis, & facies eius sudario erat ligata. Institæ, siue ut Græce habetur, κειρίαι, uincula sunt sepulchralia. Hæc aũt oia sunt mortis testimonia. Porro linteũ & sudariũ, & institas, iussit dñs his qui aderant, solui ac auferri: ut uera agnoscerẽt uitæ signa, & gloriam resurrectionis uidentes, glorificarent deũ. Iussit quoq̃ illũ e sepulchro prodire. Quo facto, qui prius fœtebat, & à tineis rodebat, repente dei gratia spirat, & omnis morbus, & quicquid illum consequebatur, in momento simul cũ uerbo CHRISTI interit, ut intelligamus cũ nos à morte peccati suscitat, & omnẽ fœtorẽ, & quicquid mortẽ illam comitabatur, plenissime aboleri. Sed hæc suscitatio & uita, nõ nisi cũ fide ipsius esse potest: quæ quo plenior fuerit, eo illa uegetior erit: qui em̃ nõ credit, nõ potest uidere hanc gloriam, nõ potest solui ab institis mortis, nõ potest e sepulchro prodire. Tunc cognouerũt q̃ stulte dixerant: Nõ poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic nõ moreretur? Et hæc q̃ fecit IESVS cũ uidissent etiam Iudæi, & ij quidẽ multi, qui uenerant ad Mariã & Martham, crediderũt in eũ. Et hæc est res uerissime gesta, pariter & mysteriũ. Lazarus, peccatoris figura est, nõ quod talis fuerit: nõ em̃ oportet figuram id esse cuius figura est. Peccator semper languet: Martha, actiuorũ uita: Maria, cõtemplatiuorũ, & utraq̃ bona. Tam actiui q̃ contemplatiui rogant deũ pro peccatore, & ipsum peccatori adesse poscunt, & hoc per amorem, quo diligit genus hominũ, qd̃ est plasma suũ. Differt interdũ, ueluti parũ audiens. Deinde peccatore iam in mortem lapso propius accedit, ut tam actiui q̃ contemplatiui magis ipsum solicitent, tametsi saluare uelit anteq̃ rogetur. Vado, inquit, ut à somno excitem eũ. Actiui, per fidem & confessionẽ exorant. Contemplatiui, idẽtidem per eadem, & profundissimam humiliationẽ, & motus internos, quos suscitat spũs sanctus: quibus melius deus exoratur, q̃ multiplicatis intercessionibus: imo deus seipso, suaq̃ bonitate exoratus, semper illos exaudit. Et tunc peccatores, licet in profundũ malorũ detrusos, suscitat ad gloriã: & qui prius sola opera mortis habebant: ut quorũ animæ erant mortuæ & fœtentes in corpore, ut quæ multis diebus in sepulchro iacuerunt cadauera, repente mole peccati amota, spirantẽ dei gratiam sentiunt, uitamq̃ recipiunt. Oia uincula & inuolucra mortis amouentur: quia diaboli uincula, & concupiscentiarũ, peccatorumq̃ obnubilamẽta abijciunt. Detegitur facies mentis, q̃ possit uidere deũ. Mortis deuiũ deserit, & incedit cũ uiuentibus, admirantibus & glorificantibus deũ: qui deducit ad inferos & reducit, qui pro gloria bonitatis suæ iustificat impiũ. Sicq̃ augetur atq̃ accrescit fides multorum. At hoc tam insigne, tamq̃ inauditũ

1. Reg. 2.

inauditũ suscitationis Lazari facinus, diu scribas & pharisæos, authori uitæ contrarios, latere non potuit. Quod subdit Ioannes, dicens. ¶ Quidam aũt ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerũt eis quæ fecit IESVS. Collegerũt ergo pontifices & pharisæi concilium, & dicebant. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum; & uenient Rhomani & tollent nostrũ locum & gentem. Vnus aũt ex ipsis Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicq̃, nec cogitatis; quia expedit uobis, ut unus moriat̃ homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc aũt à semetipso non dixit. Sed cũ esset pontifex anni illius, ꝓphetauit, quia IESVS moriturus erat pro gente. Et nõ tantũ pro gente, sed ut filios dei qui erant dispersi, congregaret in unum. ¶ Dixerunt quidã Hierosolymitani, qui suscitatiõi Lazari interfuerãt, pharisæis quæ fecit IESVS: dixerũt, inquam, nõ malo (ut arbitror) animo (quia hoc signũ tam manifestariũ fuit, ut omnis infirmitas præsentiũ haud aliter expulsa fuerit, q̃ ingenti lumine propulsanẽ tenebræ) sed ut ueridici apud eos tam admirandi signi testes essent, & ut eos suæ admirationis & stuporis participes efficerent. Verũ miseri illi, qui cũ testimoniũ & admirationẽ ad suam salutem recipere debuerant, ad suam æternam condemnationẽ receperunt. Nam congregauerũt pontifices & pharisei conciliũ, & dicebãt: & id quidẽ dolenter, lachrymabiliẽ, & uere misere. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Congregauerũt concilium, sed concilium malignantium. Et dixerũt: Quid facimus? ac si dicerẽt: Quid facturi sumus ne operã nostrã ludamus, id qd̃ eis accidit: sed & insuper corporis & animæ iacturã fecere. Et causam subijciunt, quia hic homo multa signa facit: ubi ueritate compulsi, plane confitentur q̃ signa, & multa quidem facit, & ita ipsimet cõtra se ueritatis sunt testes. Et dicunt, quia hic homo, ac si scirent quis hic homo, nimirũ deus homo, nõ mirarentur q̃ signa multa facit. Hic est de quo in Esaia diciẽ: Quæsierunt me, qui ante non interrogabant; inuenerũt, qui nõ quæsierunt me. Et subdiẽ: Expandi manus meas tota die ad populũ incredulum. Subiungunt: Si dimittimus eum sic, omnes credẽt in eum. Quod subindicat magna, admirabilia, & admodum potentia, ipsis testibus uel inuitis, fuisse signa illa, quæ sic omnes trahebãt ad credendum in eum. Et quid est, Si dimittimus eum sic? Si permittimus eum uiuere, si eũ e uita non tollimus. O miseri, duces cæcorum, & pluscq̃ cæci: non est uestri arbitrij, nõ dimittere eum sic, sed diuinæ uoluntatis, quando etiã ut aliter fiat uobis ipse permittet. Mox uero deplorantes omniũ felicitatẽ, dicunt: Omnes credent in eum. Vtinam nõ essent mendaces, qui nunq̃ erant credituri iu eum. Nam etsi omnes credidissent in eũ: ipsi tamen non erant de numero omniũ, qui peccatum ipsum, & minus q̃ nihil erant. Et adijciunt: Et uenient Rhomani, & tollent locum nostrũ, & gentem. In quo nimiũ ueri sunt suæ infelicitatis uates: contra tamen accidit atq̃ putabãt: nã si dimisissent eum, Rhomani nõ uenissent. At quia nõ dimiserunt, reuera uenerunt & tulerunt, ac igni succenderunt locum illorum, & gentẽ in omnes nationes uentilauerunt. Et nihilominus postea nõ crediderũt; quemadmodũ & Daniel cũ illis CHRISTVM annunciabat, prophetauerat. Et non erit, inquit, eius populus, qui eum negaturus est: & ciuitatem & sanctuariũ dissipabit populus cũ duce uenturo: & finis eius, uastitas, & post finẽ belli, statuta desolatio. Sed & princeps sacerdotũ, cui nomẽ Caiphas, accusat eos ignorantiæ. Et ita cæcus cæcos, & ignorans ignorãtes accusat, & probe quidẽ, dicens: Vos nescitis quicq̃, nec cogitatis, quia expedit uobis, ut unus moriat̃ homo ꝓ populo, & nõ tota gens pereat. At ipsi tũc quoq̃ cæci erãt & ignorantes, nec intelligebãt quid Caiphas diceret, imo neq̃ quid ipsi dicerẽt: cum uerũ contra se, & in suã perniciẽ quandoq̃ dicerẽt. Sic & Caiphas nihil sciebat, & ignorabat quid diceret. Sed quia erat summus põtifex anni illius; nõ ratione quidẽ personæ, sed

92

Esa. 56.

Daniel. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſonæ: ſed ratione ſacræ functionis, quam etſi indignus illo anno adminiſtrabat, da
tũ eſt ipſi, ut uice omniũ quibus præerat, diceret: Expedit, confert, conducit uobis
ut unus moriatur homo pro populo. Pro quo populo? Pro populo Iudaico, & nõ
ſolũ pro populo Iudaico, ſed & pro uniuerſa gente, ut non tota gẽs pereat. Et hãc
ſententiam, ſcilicet expedire unũ hominem mori pro populo, & nõ totam gentẽ
perire, continent adhuc Hebræorũ libri: ſiquidẽ in libro IOMA, ſcriptũ eſt hoc pa
cto: Sic lex iudicij incedit: Expedit ut ueniat innocens, & ſatisfaciat pro reo: nõ au
tem ut ueniat reus, ſatisfacturus pro reo. Et in MEDRAS ſuper id Cantici canti
corũ, Botrus cypri dilectus meus mihi, hoc pacto: Dixit eccleſia Iſraël coram deo
ſancto & benedicto: Aeterne deus, ea hora qua tribulas me, dilectus meus es tu:
Tu efficieris dilectus meus, & prouidebis mihi. O quem hominem? qui erit in me
qui poterit dicere legi iudicij, ſufficit. Et tu aſſumes eũ, & trades eũ pignus pro me
Et hoc eſt, qd ſcriptũ eſt Cãtici canticorũ primo, ISCOL HACCOPHER DO
DI LI, id eſt uir oĩa ſatisfaciens, dilectus meus mihi. Et quid eſt ISCOL? ISSE
HACOLBO, id eſt uir in quo oĩa: & quid HACCOPHER? Qui parcit, ſiue ſatiſ
facit: quia erit parcens, ſiue ſatisfaciens pro peccatis Iſraël. Hæc habentur in uetu
ſtis Hebræorũ doctrinis. Et reuera CHRISTVS eſt innocẽs ille, quẽ expediebat
mori pro uniuerſo populo reo: quandoquidem eſt uir pro peccatis omniũ ſatisfa
ciens, & in quo uno deus omnia peccata relaxat, atq; parcit: qui ſolus potuit legi di
uinæ iuſticiæ ſatisfacere & dicere, ſufficit, quẽ deus pro oĩbus tradidit æternæ ſalu
tis & redẽptionis pignus. Hic ſpiritus, hic ſapientia, noſſe CHRISTVM oĩa eſſe:
& in quo uno, ſoloq; deus, omnibus quibus parcit, & qui de numero ſunt ſaluãdo
Gen.22. rũ, omnia peccata parcit, de quo & in quo promiſſio ad Abrahã ueridici dei imple
tur: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ: in eo em̃ eſt oĩs redemptio
noſtra, ſaluatio noſtra, liberatio noſtra: quæ eſt uniuerſa omniũ gentiũ terræ bene
Eſa.65. dictio. Nõne ſcriptũ eſt: Torcular calcaui ſolus, & de gentibus nõ eſt uir mecũ? Si
ſolus, & non eſt de gentibus uir cũ eo: quis eſt ergo qui ſe adiungere illi auſit, & di
cere: Pro peccatis meis, pijs officijs, ſuffragijs, pœnitentijs etiam quibuſcunq; ſatiſ
faciam, aut ſatisfeci? Nõne ſeipſum faceret ſui ſaluatorẽ, redemptorẽ, liberatorem
& CHRISTVM negaret? O q̃ ergo ingrati ſumus, ſi id de CHRISTO nõ ſenti
mus, nimirũ quod in ipſo ſolo ſaluati, redempti & liberati ſumus, quod Iudæi aper
te ſentiebant futurũ: quod etiam, etſi ignarus, fatebatur Caiphas, cũ dicebat: Expe
dit uobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Et nõne do
minus in octauo huius Euangelij dicit: Seruus aũt nõ manet in domo in æternũ, fi
lius manet in æternũ: Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis? Vbi ergo ſunt
nũc, q ſeſe credũt, pprijs operibus liberare à peccatis? Hanc grãm intelligant ſe ſo
li CHRISTO dño debere, & deſinant meritorũ opera iactare. Sit CHRISTVS
& gratia eius, tota gloria & gloriatio noſtra: & ſciamus quod ex nobis ipſis et ope
rationibus noſtris nõ poſſumus eſſe niſi ſerui: proinde qd liberi ſumus, uni CHRI
STO acceptũ referamus, quẽ oportuit pro omniũ liberatione mori, ne omnes ſer
uiture peccati, & æterna quidem periremus, acceptante deo illũ unicũ pro pigno
re, & pro peccatis ſaluandorũ omniũ ſatisfactione. Exiguũ profecto, puſillũ & in
honorificũ, ſi cuiuis particulari dimittat deus in ipſo peccata: ſed grãde, magnificũ
& glorioſum, ſi omnibus illa dimittat in filio ſuo, pro me & oĩbus alijs paſſo: ut il
lũ ſemper ſuſpiciamus, iugiter admiremur, & toti amore eius accẽdamur, inflãme
mur, ardeamus: tantam & tam incõprehenſibilem patris in filio ſapientiã, & erga
nos benignitatem & clementiã adorantes: cuius unius mortẽ uoluit ſic expedire,
& eſſe neceſſariã, ut illa ſatisfaceret omnibus ſaluandorũ peccatis, & iuſticia eius
oĩs ſaluandos iuſtificaret. Sed reuertamur unde digreſſi ſumus. Quanquàm id de
CHRISTO

CHRISTO expediebat, & maxme quidẽ: ut p quẽ populus Hebraicus redẽptus
eſt, & ad uitam reparatus æternã: & quotquot ſiue ex ipſis, ſiue ex gẽtibus credide
runt in uitæ authorẽ, ipſe tamen Caiphas, qui in perſona omniũ loquebat, ab illa fe
licitate eſt excluſus: & ex ijs ad quos loquebatur, quotquot nõ crediderũt: etſi illis
maxime expediebat, ſi intellexiſſent ac uoluiſſent. Et quis addubitet, gẽtes, quæ cõ
ſecutæ ſunt ſalutẽ, cũ eam nõ quærerent, nõ alia uia cõſecutas, quàm illius unius ho
minis, & pluſquam hominis morte (pluſquã hominis dico: quia ſuper omnes homi
nes & angelos) quæ alioqui omnes peribant, & perijſſent in ſempiternum? Quod
teſtatur Ioannes, cum dicit: Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cũ eſſet ſummus
pontifex anni illius, prophetauit, quia IESVS moriturus erat pro gente: & nõ tan
tum pro gente, ſed ut filios dei, qui erãt diſperſi, cõgregaret in unum. Et hãc etiam
congregationẽ futurorũ filiorũ dei in unum, in unã fidem, unũ baptiſma, unã eccle
ſiam, quæ eſt corpus CHRISTI, intendebat ſpiritus, cũ per Caiphã dixit: Et ne to
ta gens pereat. Neſciebat tamen Caiphas, perinde ut neq; aſina Balaam cum locu- Nume.20.
ta eſt, quid loqueretur. Et intelligentia Caiphæ, & intelligentia oraculi prorſus di
uerſæ erant: hæc, uera & diuina erat: illa, falſa & humana, ſi nõ etiam diabolica. nam
intelligebat & ſuum & ſuorum terrenum bonum eſſe, & populi & uniuerſæ gen
tis, ſi dominus morte tolleret, ne uniuerſus populus Iudaicus, & etiã gentes ipſæ
crederent in IESVM, & ipſum ſequerẽtur: ratus id & Iudæorum & gentiũ perdi
tionem, quod erat omniũ ueriſſima ſalus. Hæc erat intelligẽtia Caiphæ, ſed nõ ora
culi. Vnde cõſtat, ipſum neſciuiſſe quid diceret, & eum qui eum inſcitiæ arguerat,
eidem accuſationi multo magis obnoxium eſſe, & morbo eodem, ac etiã maiore la
borare. Neq; mireris ipſum prophetiam ſuam, ſua intelligentia non intellexiſſe: cũ
ne prophetæ quidẽ ſuas, ſua intelligentia intellexerint. Non quod nullus intellexe
rit, ſed quod non ſua, ſed ſuperiore intelligẽtia: maxime cum res ad manum non eſ
ſet, & de qua etiam ſine prophetia facile humana haberi poſſet cõiectura. Satis hic
ſit, quod ſpiritus dei per quos uult, pphetat, ſiue boni ſint, ſiue mali: ſiue docti, ſiue
indocti: ſicuti & ſacerdotio quãdoq; funguntur ſceleſti, quemadmodum ait Hiere-
mias: Propheta nanq; & ſacerdos polluti ſunt. Et illam fuiſſe Caiphæ intelligenti- Hiere.23.
am, & eandem aſſeſſores eius, quanquam carnalem & diabolicam, ex dicto eius ce
piſſe, non eam quæ uera erat, innuit ſufficiẽter Ioannes, per ea quæ ſubijcit, dicens.
" ℣ Ab illo ergo die cogitauerunt, ut interficerent eũ. IESVS ergo iam nõ in palam 93
" ambulabat apud Iudæos: ſed abijt in regionem iuxta deſertũ, in ciuitatẽ quæ dici-
" tur Ephræm, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. Proximum autem erat paſcha Iu
" dæorum, & aſcenderũt multi Hieroſolymam de regione, ante paſcha, ut ſanctifica
" rent ſeipſos. Quærebãt ergo IESVM, & colloquebantur adinuicem in tẽplo ſtan
" tes: Quid putatis, quia non uenit ad diem feſtũ? Dederant autem pontifices & pha
" riſæi mandatum, ut ſi quis cognouerit ubi ſit, indicet, ut apprehendant eum. ℣ Ab
illo inito concilio, cogitauerunt pontifices & phariſæi ut interficerent dominum: id
enim cogitarent uolebat Caiphas, quando dicebat, Nec cogitatis quicquã. Ac de
illo quidem concilio, ſtatim poſt ſuſcitationẽ Lazari facto, alij tacuerunt euangeli-
ſtæ, & ideo Ioannes illud expreſſit. Sed illi meminerũt illius concilij, quod inierũt
ſacerdotes ſcribæ & phariſæi, poſt ingreſſum domini in Hieruſalẽ: cũ & Iudas tra-
didit dominum ſuũ. Cognouit ergo dominus, quem nihil latere poterat, cogitatio-
nem eorum, & quo pacto ab illo die ſtatuerant in animo ſuo, & fixius quidẽ ac per-
tinatius, quàm unquam antea, interficere ipſum. Et abijt relicta Bethania & Iudæa,
in eam partẽ quæ deſerto uicina eſt, in ciuitatẽ quæ dicitur Ephræm, quæ & Moa-
bitarum regio fuiſſe creditur, ubi mãſit cum diſcipulis ſuis uſq; ad aduentum ſuum
in Hieruſalẽ, in quo impleuit quod Zacharias de ipſo ſcripſerat: Appropinquabat Zacha.9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem pascha Iudæorum. & hoc est tertiũ pascha à prædicatione saluatoris, de quo meminit Ioannes. Primum enim capite secũdo tangit, secundum capite sexto, tertium & ultimum, hic: quia in sequentibus de eodem loquitur. Et ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha, ut sanctificarẽt seipsos. De quibus hic loquitur euangelista, ascenderãt citra sextũ diem ante pascha, nam sexto illo die dominus uenit Bethaniam: & postero die, id est primo die hebdomadis Hebræorum, Hierosolymam intrasse creditur. Et qui tunc ascenderãt, ea intentione ascenderãt, ut sanctificarent se, id est purificarent, præpararent que ad immolandum & manducandum pascha. O quàm igitur Christiani suæ purificationi inuigilare deberent, castis operibus & diuinæ opis imploratione, quando nõ umbram ueri agni, sed ueritatem percepturi sunt: cum illi percepturi umbram, se multis ante diebus, ut uisum est, suis purificationibus præpararent? Illis ergo diebus, affluente iam turba, quæ futuram præueniebat celebritatẽ, sacerdotes & pharisæi quærebãt IESVM, & inuestigabant si uenisset: non boni quidẽ quod illi uellent gratia, sed ut ipsum apprehenderent, & apprehensum internitioni darent. Et stantes in templo dicebant inter se: Quid uidetur uobis, quod non uenit ad diem festũ? Quod indicio est, dominum in alijs similibus celebritatibus solitũ fuisse, aduentante turba & primis purificationibus, præuenire: quod tunc non fecerat. Nam mandatum dederant pontifices & pharisæi, ut si quis cognouisset ubi esset, indicaret protinus, ut continuo eũ apprehenderent. Atqui nemo ubinam esset indicare poterat. Nondum enim uenerat. Et causam nequaquam ipsi intelligere poterant: quia ipsimet erãt causa, qui in mortem eius cõspirauerant. Erat tamen uẽturus: & etiã, sed non pro uolũtate eorum (ut conspirauerant) sed pro sua solum, capiendus: & sic quidem capiendus, ut ipsemet pascha, & uerũ quidem pascha immolaretur. Verũ quod nõdum uenerat, ipsimet (ut iam dictũ est) causa erãt. Quod si oculos habuissent, intellexissent id eũ latere non potuisse, & ad eum mutato perfidiæ cõsilio confugissent, uentã petẽtes, & filium dei, qui nihil nesciebat, agnoscentes suũ regem, suumq; Mesiam, quẽ oderant gratis, & in quem peccare uolebant. Et ipse misericordia sua usus, omne peccatum eis relaxasset: quoniam multus est ad ignoscẽdum: per quem solum, accessum habemus ad patrem misericordiarum. Cum quo ipse, & spiritus uenitatis, eodẽ colidebent maiestatis honore: quia sunt unus deus. Cui sit omnis honor, decus & imperium, in omnia & super omnia secula seculorum. Amen.

CAPVT DVODECIMVM.

94 IESVS ergo ante sex dies paschæ uenit Bethaniã, ubi Lazarus fuerat mortuus, quẽ suscitauit IESVS. Fecerũt autem ei cœnã ibi: & Martha ministrabat, Lazarus uero unus erat ex discũbentibus cũ eo. Maria ergo accepit librã unguẽti nardi pistici precioſi, et unxit pedes IESV, et extersit pedes 5 eius capillis suis, & domus impleta est ex odore unguẽti. Dixit ergo unus ex discipulis eius Iudas Scariotis, qui erat eũ traditurus: Quare hoc unguentũ nõ uenijt trecẽtis denarijs, & datũ est egenis? Dixit autẽ hoc: non quia de egenis pertinebat ad eũ, sed qa fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebãtur, portabat. Dixit ergo IESVS: Sinite illã, ut in diẽ 10 sepulturæ meæ seruet illud. Pauperes enim semper habebitis uobiscũ, me autẽ nõ semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, qa illic est: & uenerũt nõ propter IESVM tantũ, sed ut Lazarum uiderẽt, quẽ suscitauit à

tauit a mortuis. Cogitauerunt aũt principes sacerdotũ, ut & Lazarum in-
15 terficerẽt: quia multi propter illũ abibãt ex Iudæis, & credebãt in IESVM,
℣ In crastinũ aũt, turba multa quæ uenerat ad diẽ festũ, cũ audissent quia 95
uenit IESVS Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerũt
obuiã ei, & clamabãt: Osanna, Benedictus qui uenit in noĩe domini, rex
Israël. Et inuenit IESVS asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est: Noli
20 timere filia Sion, ecce rex tuus uenit sedens super pullum asinæ. Hæc non
cognouerũt discipuli eius primũ, sed quando glorificatus est IESVS, tunc
recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergo phibebat turba, quæ erat cũ eo quãdo Lazarũ uocauit de monumento, & suscitauit eũ a mortuis. Propterea & obuiã uenit ei turba: quia
25 audierunt eũ fecisse hoc signũ. Pharisæi ergo dixerũt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eũ abijt. ℣ Erant au 96
tem quidã gentiles ex his quæ ascenderãt, ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippũ, qui erat a Bethsaida Galilææ, & rogabãt eũ, dicentes: Domine uolumus IESVM uidere. Venit Philippus, & dicit An
30 dreæ. Andreas rursum & Philippus dixerunt IESV. IESVS autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Amen amẽ dico uobis, nisi granũ frumenti cadens in terram, mortuũ fuerit, ipsum solum manet: si aũt mortuũ fuerit, multum fructũ affert. ℣ Qui amat animam su 97
am, perdet eam. Et qui odit animã suã in hoc mundo, in uitam æternã cu-
35 stodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequat: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus.
℣ Nunc aĩa mea turbata est. Et quid dicã? Pater saluifica me ex hac hora. 98
Sed ꝓpterea ueni in horã hanc. Pater clarifica nomẽ tuũ. Venit ergo uox de cœlo, dicẽs: Et clarificaui, & iterũ clarificabo. Turba ergo quæ stabat &
40 audierat, dicebat tonitruũ esse factũ. Alij aũt dicebãt: Angelus ei locutus est. Respõdit IESVS, & dixit: Nõ propter me hæc uox uenit, sed propter uos. Nunc iudiciũ est mundi. Nũc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Hoc autẽ dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba: Nos au
45 diuimus ex lege, quia CHRISTVS manet in æternum: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari filiũ hominis? Et quis est iste filius hoĩs? Dixit ergo eis IESVS: Adhuc modicũ lumẽ in uobis est. Ambulate dum lucẽ habetis, ut nõ uos tenebræ cõprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo uadat. Dum lucẽ habetis, credite in lucẽ, ut filij lucis sitis. Hæc locutus est IE
50 SVS, & abijt, & abscondit se ab eis. ℣ Cũ aũt tanta signa fecisset corã eis, nõ 99
credebãt in eum, ut sermo Esaiæ impleret, quẽ dixit: Domine quis credidit auditui nostro, & brachiũ domini cui reuelatũ est? Propterea non poterant credere: quia iterum dixit Esaias: Excæcauit oculos eorum, & indu

Universidad de Deusto
Biblioteca

rauit cor eorũ: ut nõ uideant oculis, & nõ intelligant corde, & conuertant, & sanem eos: Hæc dixit Esaias, quãdo uidit gloriã eius, & locutus est de 55
100 eo. ¶ Verũtamen & ex principibus multi crediderũt in eũ, sed ꝓpter pharisæos nõ cõfitebantur, ut de synagoga nõ eijcerẽtur. Dilexerũt enim gloriam hominũ magis, q̃ gloriam dei. IESVS autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eũ qui misit me. Et qui uidet me, uidet eũ qui misit me. Ego lux in mundum ueni, ut oĩs qui credit in me, in tene- 60
bris nõ maneat. Et si quis audierit uerba mea, & nõ custodierit, ego nõ iudico eum: nõ enim ueni ut iudicet mundũ, sed ut saluificẽ mundum. Qui spernit me, & nõ accipit uerba mea, habet qui iudicet eũ. Sermo quẽ locutus sum, ille iudicabit eũ in nouissimo die. Quia ego ex meipso nõ sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mãdatum dedit, quid dicã, & quid 65
loquar. Et scio, quia mandatũ eius uita æterna est: Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

ANNOTATIONES BREVES XXIIII. CIRCA LITER. CAP. XII.

2 suscitauit
* ἐκ νεκρῶν
à mortuis
2 fecerunt autem
ἐποίησαν οὖν
Fecerunt igitur
5 pistici
πιστικῆς
pisticæ
> Iudas * σίμωνος Simo-
> Scariotis, (nis.
ὁ ἰσκαριώτης
Iscariotes
9 pertinebat ad eum.
ἔμελεν αὐτῷ
cura esset illi
9 loculos
τὸ γλωσσόκομον
marsupium
10 Sinite
ἄφες
singulare.
10 illam – ut
11 seruet
τετήρηκεν
seruauit
præteritum.
11 habebitis
ἔχετε
præsens.
& infra.
13 sed ut * ἵ &
14 Cogitauerunt
ἐβουλεύσαντο
Consultauerunt
16 in crastinum – autem
τῇ ἐπαύριον
Postero die
20 Hæc * δὲ autem
26 proficimus?
ὠφελεῖτε
secundæ perso
26 mundus – totus
2> gentiles
Ἕλληνες
Hellenes,
Græci
30 dixerunt
λέγουσι
præsens.
31 clarificetur
δοξασθῇ
glorificetur
& infra.
34 custodit
φυλάξῃ
futurum.
36 meus erit * ἡ Et
36 pater – meus.
38 de cœlo – dicens:
Alij – autem
42 est mundi * τούτου huius
43 omnia
πάντας
omnes
masculinum.
46 filium hominis? – Et
4> modicũ * χρόνον tẽpus
modico tempore
4> in uobis
μεθ' ὑμῶν
uobiscum
50 abscondit se
ἐκρύβη
passiuum.
50 tanta
τοσαῦτα
tot,
tam multa
* αὐτοῦ sua
51 Esaiæ
* τοῦ προφήτου
prophetæ
61 custodierit,
πιστεύσῃ
crediderit

COMMENTARIVS IN CAPVT DVODECIMVM.

POst illam inquisitionẽ, an dominus uenisset, à scribis & pharisæis factam, subdit Ioãnes quomodo dominus uenerit Hierosolymã, dicẽs. ¶ IESVS ergo ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi Lazarus 94
fuerat mortuus, quẽ suscitauit IESVS. Fecerunt autẽ ei cœnã ibi; & Martha ministrabat, Lazarus uero unus erat ex discũbẽtibus cũ eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pisticæ preciosi, & unxit pedes IESV, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eũ traditurus: Quare hoc unguentum nõ uenijt trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit autẽ hoc, nõ quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat. Dixit ergo IESVS: Sinite illã, in diem sepulturæ meæ seruauit illud. Pauperes enim semper habebitis uobiscum, me autem non semper habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est, & uenerũt non propter IESVM tantum, sed ut Lazarum uiderent quem suscitauit à mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotũ ut & Lazarum interficerẽt: quia multi propter illum abibãt ex Iudæis, & credebant in IESVM. ¶ Dies aduentus domini in Bethaniam, intelligitur sabbatum fuisse, à quo ad pascha usque, sex dies erant. Et postera die, quæ erat prima hebdomadis Iudæorũ, uenisse mane Bethphage ad montem Oliuarum, & illinc adducta asina & pullo eius, Hierosolymam uenisse. Venit ergo dominus ante sex dies paschæ Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quẽ suscitauit IESVS. At de morte Lazari & suscitatione eius, abũde in præcedẽti capite uisum est. Subditur: Fecerunt autem cœnam ibi. At non illo die. Nam neq; licuisset eis illã sabbato parare, neq; pedes ungere & tergere. Sed quo tẽpore hæc cœna ibi facta ei fuerit, Matthæus atque Marcus aperiunt, biduo uidelicet ante pascha. Anticipat ergo hic Ioannes narrationẽ cœnæ, occasiõe ex Lazaro accepta, quẽ statim à principio. ratione loci ubi ille & mortuus fuerat & reuixerat, nominauerat. Prosequitur itaq; cœnam illam domini, cum amicis suis & charis hospitibus nouissimam, ratione loci prætacti & Lazari (ut dictũ est) resuscitati, qui & unus erat ex discũbentibus. Porro hanc cœnã describit Matthæus capite uigesimosexto, numero. 240. & Marcus capite quartodecimo, numero. >9. Sed non expresserũt, quod in ea cœna Lazarus discũbebat, quod Martha ministrabat, q̃ Maria Marthæ soror ea mulier erat, quæ non solum supra caput, ut illi dixerunt, unguentum preciosum effudit: sed etiam supra pedes, quos unguẽto delibutos, capillis suis extersit: quod unguentũ illud erat è nardo pistica, id est admodũ fideli, probata, & electa: q̃ Iudas Iscariotes erat ille qui murmurabat, & qui preciosi unguẽti effusionẽ indigne ferebat: quod idẽ loculos, id est marsupium, & fortè etiã propriũ habebat, in quo nonnihil ex ijs, quæ mittebantur, furto recondebat. Nam ea quæ mittebantur, ipse portabat, unde sibi quippiam diripiebat, quo suũ suffarciret marsupium. Neque certè dolebat, quod preciũ nõ esset datum pauperibus (siquidem auaris nulla pauperum cura est) sed quia fur erat: hæc, illa causa doloris. Quæ omnia, quia illi omiserãt, Ioannes cœnã illã de integro resumpsit describendã: & reliqua quæ ultra ea, quæ modo dicta sunt, adiecit, ijs quæ Matthæus & Marcus dixerant, assonant. Matthæus dixit de unguẽto Iudã dixisse, Potuit uenundari multo: Ioannes, Trecẽtis denarijs: Marcus etiã, Plusquã trecentis denarijs: unde intelligi potest, ualorem unguenti atq; preciositatem, multũ pectus auari ac miseri Iudæ torsisse. Porrò q̃ legi in codicibus nostris passim solet: Sinite illã ut in diem sepulturæ meæ seruet illud. Græce singulariter dicitur, ἄφες αὐτὴν. Sine illam: ubi ad unum sermo domini dirigitur. At hic merito singulariter:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia hic unus, nõ nomine plurium, sed unius expressus est Iudas: in alijs autẽ, unus multitudine designabat: quare & ad multos dirigi sermo uidebatur, etsi ad unicũ dirigebatur: pinde ac si uno delinquẽte seruo, quispiã dominus dicat omnibus seruis suis, Facitis quæ nõ debetis: ut omnes ad benefaciendũ excitet, pariter & notet malefactorẽ. Ergo dominus apud Matthæũ & Marcũ, excitat discipulos, simul & notat malefactorẽ: apud Ioannem uero, solũ exprimitur malefactoris reprehẽsio, cũ dixit: Sine illã, id est, Dimitte illã, noli illi indignari ac molestus esse. nã ex Marco, Iudas intelligitur malo, & obirato animo fremuisse in eã, Sed & id, Vt in diẽ sepulturæ meæ seruet illud: Græce aliter habetur, ἵνα τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμόν μου τετήρηκεν αὐτό. In diem sepulturæ meæ seruauit illud. Et respõdet ei, quod Matthæus habet, Ad sepeliendum me fecit: & quod Marcus, Præuenit ungere caput meũ in sepulturam: ubi per præteritũ loquuntur. Ac dominus quidem omnia sciens, & ad quid unguentũ illud tam electũ, tam fidele, tam preciosum seruauerat (seruauerat enim ad sepulturã ipsius) qa tũc nõ potuisset ipsi exhibere, uoluit quod sibi præueniendo exhiberet. Et cũ faciebat mentionem de sepultura sua, & hic & apud alios euangelistas, indicabat diem sepulturæ suæ instare, & admodũ uicinũ esse. Vnde satis intelligi potest, cœna illa nõ facta ante insignẽ illũ in Hierusalem ingressum. Et quis etiã putet, Iudã ante ingressum illum domini in Hierusalẽ, adijsse sacerdotes, & deuendendo iusto præ incitatione diaboli, & indignatione unguẽti fusi, cum ipsis pactum inijsse? Sed & hanc intelligentiã: Sine illam ut in diem sepulturæ meæ seruet illud, quæ futurũ respicere uidetur, non conuenire satis constat. nam quomodo seruaret Maria in diẽ sepulturæ, quod effusum erat, & prorsus expassum: & adeo quidem, ut Iudas dixerit, Vt quid perditio hæc? Quanquã perditio non erat, sed bonũ opus, quod uoluit dominus i toto orbe annũciari in memoriã effundẽtis, id est Mariæ sororis Marthæ, ut laus eius à deo esse intelligeretur, quæ & propter deũ ab homine fuerat uilipensa. Sic omnium qui ab hominibus propter pia in deũ officia patiũtur, laus à deo est. Sed nõ idcirco statim eos colere oportet, & tanq̃ deos adorare: sed deũ ipsum solũ, qui laus est, & gloria omniũ sanctorũ. Adde etiã quod id, Vt in diem sepulturæ meæ seruet illud: de futuro falsum fuisset, cũ ipsa non unxerit eũ in die sepulturæ. Aequius ergo est, ut iuxta ueritatẽ Græcanicam hic locus in codicibus Latinis restituatur, & legamus, seruauit, non ut seruet. Et cur dominus dixerit, Sine illam: continuo rationẽ subnectit, dicẽs: Pauperes enim semper habebitis uobiscum, me autem non semper habebitis. Nam pauperibus erogare, etsi bonum sit: CHRISTVM tamen, & officium in eum, postponere, non est bonum. nã qui sic facient, pauperes semper secũ habebunt: at CHRISTVM nõ semper habebũt. qui autem CHRISTVM nõ habent, nihil habẽt, & summe pauperes sunt. Quomodo ergo semper pauperes secum non haberent (seipsos enim fugere non possunt) sed CHRISTVM minime? Mox uero subiũgit Ioannes: Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, qa illic est. Vbi? In Bethania, nã illic magnus apparatus domino factus est, quo etiam nullus magnificẽtior legitur illi factus. Et decebat quidẽ, ut ei cui populus ut regi paulo ante acclamauerat, ij qui ipsum maxime ea in regiõe diligebãt, magnificum ac regium appararent conuiuium: quod multos latere non potuit, qui uenerant non propter IESVM tantum, sed ut Lazarũ uiderent, quem suscitauit à mortuis. Quos in hoc notat Ioannes, quod nõ propter IESVM tantũ uenerant. O quàm felices, si propter IESVM tantũ uenissent, si tota fides ipsorũ, totũ desideriũ, totus amor in eũ fuisset cõuersus, ad quẽ erat cõuertendus? Quod autem uenerant, ut uiderent Lazarũ, quem suscitauerat IESVS: aut curiositatis, aut non plenæ fidei indiciũ erat, quod id nõ ex auditu solũ, sed & ex uisu, & mutua cõuersatione cognoscere uellent. Ergo cũ uenimus ad IESVM, propter ipsum solum ueniamus, ne similes

miles Iudæis efficiamur: qui propter miracula & Lazarũ ad CHRISTVM uenerũt, magis affecti ad Lazarũ uidendũ, q̃ ad ipsum CHRISTVM. Quod si CHRISTVM accedis, & confidis bonitate alterius ad ipsum admissum iri male accedis, & fidẽ eam non habes, quam habere debes; nam bonitate eius ipsius admissum iri confidere debes, nõ alterius: alioqui plus bonitati alterius confidere uideris, quàm CHRISTI: & credere alterũ erga te magis bonũ, piũ & misericordem, q̃ CHRISTVM; & in hoc summæ bonitati, pietati & misericordiæ iniuriam facis: & es pie impius, atq̃ hæc pietas tua est stulta pietas, & fidei (q̃ una est, & ad unũ esse debet) defectus. Vnus em̃ dñs, una fides, unum baptisma, quod est spũs sancti baptismus, sanctaq̃ ab uno, & ad unũ illuminatio. Nõ ergo alterius bonitati confisus, nedum tuæ, uenias ad CHRISTVM: Nam si tuæ, hoc superbia & infidelitas esset & pharisæaca fiducia, qua nõ intratur in regnũ dei, dicente dño: Nisi abundauerit iusticia uestra plus q̃ scribarũ & pharisæorũ, nõ intrabitis ĩ regnũ cœlorũ. Sed forte dicet hic quispiam: Nõ ergo licet accedere ad CHRISTVM inuocata uirginis matris, et sanctorũ ope, ut uelit & dignetur eorũ pro nobis preces suscipere, q̃ mõ ecclesia frequenter orare solet? Non id dico. Sed si sic accedentis maior fiducia est in suffragio, aut illius gratiæ super alios donatæ uirginis, aut sanctorũ quorũcunq; etiã omniũ, q̃ in CHRSTO solo; is nõ bene accedit. Quod si sola humilitas id facit, tota fiducia in patre misericordiarũ, & in CHRISTO filio eius coniecta, bñ accedit. Et isto mõ licet, indignitate sua considerata, per uerã humilitatẽ, quã tantæ maiestatis adeundæ immẽsitas facit, & augustissima reuerentia, petere ab ipso potius, q̃ ab ipsis sanctis, ut sanctorũ suorũ, p nobis apud se admittat precũ, orationũq; suffragia nos ĩdignos (ut & reuera sumus) tantã maiestatẽ orare cẽsentibs. Et cũ oramus solũ qa iussit oremus, nõ qa sumus digni: sed qa ipse, ut ab oĩ creatura sua oret̃ dignissimus ẽ. Orãtiũ ergo nõ ẽ dignitas, neq̃ cœlestiũ, neq̃ terrestriũ: et si minus terrestriũ sed deus solus ẽ oim dignitas. Illucesce ergo toti orbi terrarũ, o lux uera ut q̃raris solũ, ppter te. Qd̃ si oĩa alia amenť, in te & ppter te amentur, pariter & colanť in te. Qui te colit, te sup omnẽ sanctitudinẽ, & in te omnẽ sanctũ colit, impletq̃ oẽm in ueritate cultũ. Et quãuis Iudæi nõ irent ad CHRISTVM eo q̃ ipsis erat eundũ mõ indignati nihilominus ob idipsum principes sacerdotũ, cogitauerunt ut & Lazarũ interficerent. Et causa erat, quia multi ppter illũ abibant, & credebãt in IESVM Multi abibant, i, deficiebant à factiõe sacerdotũ, ppter Lazarũ: sed qd̃ ppter Lazarũ, nõ bñ, nisi ceu p occasionẽ: nã absolute abire debebãt ppter IESVM, & ppter ipsum credere in eũ: qd̃ & fecerũt posteaq̃ pfecti fuerũt. Ipse em̃ & ratio, & finis est. Et si qui tũc uenerũt nõ ppter Lazarũ, sed ppter CHRISTVM: ad ipsum bñ uenerũt: & uiderũt illũ, scientes Lazarũ nihil esse, sed oĩa in Lazaro esse CHRISTVM: neq̃ sancti oẽs, si de uero cultu quæstio est, aliquid sunt, sed oĩa in oĩbus CHRISTVS. Lazarus ut Lazarus, languẽs, tandem mortuus, incola sepulchri, quadriduanus, fœtẽs, etiã ppriæ sorori horror mortis imago, & induratorũ in peccatis expressio. At qd̃ cogitauerũt de Lazaro, expleri nõ potuerũt, ut & de CHRISTO plurima uoluebant aĩo: quibus (quia secus deo placebat) frustrabantur, & ea cadebant irrita, sicut Psalmo. 20. scriptũ est: Q m̃ declinauerũt in te mala, cogitauerũt cõsilia q̃ nõ potuerũt stabilire. Sed quid, p machinatiõibus suis, ipsis erat obuẽturũ, intelligere potuissent, si scripturæ eiusdẽ psalmi, paulo ante uersum illũ à spũ sancto inductæ, sensum habuissent, de ipsis dicẽtis: Pones eos ut clibanũ ignis ĩ tẽpore uultus tui: dñs in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Sed qd post diẽ aduentus sui in Bethaniam fecerit dñs, subdit Ioannes dicens. ¶ In crastinum 95
aũt turba multa q̃ uenerat ad diẽ festũ, cũ audissent quia uenit IESVS Hierosolymã, acceperũt ramos palmarũ, & pcesserũt obuiã ei, & clamabãt: Osanna, Benedictus qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus qui uenit in nomine domini, rex Israël. Et inuenit IESVS asellũ, & sedit sup
eũ: sicut scriptũ est: Noli timere filia Sion, Ecce rex tuus uenit sedens super pullũ
asinæ. Hæc nõ cognouerunt discipuli eius primũ, sed quando glorificatus est IE-
SVS, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimo
niũ ergo perhibebat turba quæ erat cũ eo quando Lazarũ uocauit de monumen-
to, & suscitauit eũ à mortuis. Propterea & obuiam uenit ei turba, quia audierũt eũ
fecisse hoc signũ. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis, quia nihil profici
mus: Ecce mundus totus post eũ abijt. ¶ Id in crastinũ, nõ cœnã, tempus ue cœnæ
respicit: sed id quod prius dixerat, IESVS ergo ante sex dies paschæ uenit Betha
niam. In crastinũ ergo, id est quinta die ante pascha, & sexta ante sabbatum, turba
multa, quæ non tempore quidem cœnæ propter dominũ & cupiditatẽ uidendi La
zari, sed pauloante ad diẽ festũ uenerat, rumore percita, quod dñs insidens ὀναρίῳ,
siue pullo asinæ ueniret Hierosolymã: acceperũt ramos palmarũ; & processerunt
obuiam ei, & clamabant: Hosiah na, Benedictus qui uenit in nomine domini, rex
Israël. Et cũ hic Ioãnes ait de turba: Cũ audissent quia uenit IESVS Hierosolymã,
acceperũt ramos palmarũ & processerũt obuiam ei: animaduertendũ est Matthæ
um & Marcũ meminisse uestimentorũ impositorũ, illum super asinam & pullum
hunc aũt super pullũ, & eorũ pariter quæ sternebantur in uia, & cædentiũ frondes
& sternentiũ in uia, partim uero similiter Lucam: at non expressisse de illis, qui pro-
cesserunt obuiam domino cũ ramis palmarũ, quod hic Ioannes exprimit: uidetur
eẽ aliud & aliud esse id de quo ipsi, & id de quo hic Ioannes loquitur: solet eẽ Ioã
nes quæ alij exprimunt, omittere: quæ aũt omittunt, exprimere. Nam cũ Matthæ-
us dicit: Turbæ aũt quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicẽtes: Ho
siah na filio Dauid: cui similẽ quoq; sententiam habet Marcus, & Lucas: Et cũ ap
propinquaret iam ad descensum mõtis Oliueti, cœperunt omnes turbæ discentiũ
gaudentes laudare deũ uoce magna super oĩbus quas uiderant uirtutibus: uidẽtur
de turbis comitantibus dñm in descensu montis loqui: Ioannes aũt de alijs turbis
occurrentibus illi in uia, Quis etiam uncq; CHRISTO rex maior in ueritate fuit,
qui erat ipse Mesias, & cuius ingressus ingressu ipsius secundũ ueritatẽ magnificẽ
tior, quẽ spũs dei in prophetis prædixerat: & cui pater, cui filius, cui spũs sanctus
aderat, & innumera angelorũ frequentia: etsi hæc magnifica, oculis mortaliũ erãt
inuisibilia. Atqui nullus regũ terræ magnificã aliq; urbẽ primũ ingreditur, qui tur-
bas nõ habeat etiam multas, partim ipsum comitantes, partim ex urbe ipsi magni-
fice occurrẽtes. CHRISTVM igitur habuisse illas, uerisimile est: qd & ex Euãge
listis, & ex mysterij decentia uidetur: & Matthæũ, Marcũ, & Lucã de comitantibus
Ioannẽ aũt de alijs ex urbe occurrentibus mentionẽ fecisse: ait eẽ, Turba multa q
uenerat ad diẽ festũ, cũ audissent quia uenit IESVS Hierosolymã, acceperunt ra-
mos palmarũ, & processerũt obuiam ei, & clamabant: Hosiah na, Benedictus q ue
nit in nomine dñi, rex Israël: ita secreta dei dispensatione, spũ dei faciente. Porro
palmas gestare, apud Hebræos signũ fuisse leticiæ & uictoriæ, indicat id quod pri-
mo Machabeorũ cap. 13. scriptũ est: posteaq; à Simone capta est Gaza, quomõ fa-
cta purgatione contaminationũ intrauerunt cũ laude & ramis palmarũ, & citharis
& cynaris & cymbalis, & nablis & hymnis, & canticis: quia cõtritus erat inimicus
magnus ex Israël. Ergo eos qui exierant obuiam CHRISTO, gestasse ramos pal
marũ, signũ erat ingentis læticiæ, quã spũs quidem CHRISTI in cordibus eorum
excitabat. Sed & palmæ signũ erant insignis illius uictoriæ, quã facturus erat ille
ipse, qui ueniebat in nomine domini: qua nulla uncq; fuit maior, deuicto quidem an
tiquo serpente, principe tenebrarũ, & uniuersa cohorte eius, uniuersaq; dæmonũ
caterua, & uniuerso genere hũano ipsum sequi uolẽte, ab æterna captiuitate libera
to. Et

Matth. 21.
Mar. 11.
Luc. 19.

to. Et nonne etiã de hoc occursu loquitur Amos, cum ait: Præparare ad occursum dei tui Israël: quia ecce formans montes, & creans uentũ, & annuncians bonũ elo- quium suum, faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ, domi- nus deus exercituum nomen eius? Oportebat certe de occursu turbarũ in ingressu eius, quod Ioannes expressit, impleri prophetiã. Ergo hæc ramorũ acceptio, hic oc cursus, & hic clamor, Hosiah na, Benedictus qui uenit in noĩe domini, rex Israël: non humana, sed (ut dictum est) diuina motione facta sunt. Et hoc per anticipatio- nem dictũ à Ioanne uidetur, ad id quod ipse subiungit: Et inuenit IESVS asellũ, & sedit super eũ. Nam asina & pullus asinæ ipsi adducti sunt, cũ esset Bethphage in ascensu montis ex parte Bethaniæ, & eo insidẽte asinæ & pullo eius: sic ipsi tandẽ ex Matthæo, & Marco, & Luca capitibus uigesimoprimo, undecimo, & undeuige simo, diuinus ille & regius honor impensus est, quẽ & Esaias p̃uaticinatus erat ca- pite duodecimo, dicens: Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israël. Et alio loco: Dicite filiæ Sion: Ecce saluator tuus uenit. Qd implebant turbæ, dicentes: Hosiah na, Benedictus qui uenit in noĩe domini, rex Israël. Et etiã Zacharias cap. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalẽ, ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator, ipse pauper ascendens super asinam, & super pullũ fi- lium asinæ. Et Zacharias modũ huius aduentus in Hierusalẽ expressit, cum dixit Ascendens sup asinã, & sup pullũ filiũ asinæ. Et exultationẽ & iubilationẽ, quæ ab eo spiritu, per quẽ ille uaticinatus est, excitabat. Mira aũt est hæc excitatio & iubi- latio, quã spiritus excitat: q etiã lapides, id est saxea & incredula corda, si uoluisset, mouisset, neq; potuissent motui eius resistere, ut dixit dñs apud Lucam: Dico uo- bis, quia si hi tacuerint, lapides clamabũt: non eẽ agebant, sed agebanẽ: ut cũ Saul prophetabat, ipse nõ agebat, sed superior eo uirtus: prophetare eẽ non est agere, sed agi, atq; diuinũ quid pati: imo quicquid in nobis sublime fuerit, siue in scientia, intellectu, & cõsilio, siue in sapiẽtia, pietate, & timore ac reuerẽtia dñi, & similibus nequaq; id nobis agentibus euenit, ut glorificemus deũ, & cognoscamus munerũ authorẽ: hæc eẽ summa sapiẽtia est, nosse cuius hæc sunt dona, & qs horũ author. Cæterũ cum hæc fierẽt, neq; quicq; intelligebant discipuli, neq; q̃ sacræ impleren tur prophetiæ, licet per ipsos agitante spiritu dei fierent; sed tũ primũ intellexerũt, cũ IESVS assumptus ẽ in cœlũ, ubi in gloria dei patris, ĩ dextera eius sedet: tũc eẽ recordati sunt, q̃ hæc scripta erant de eo, & quod hæc fecerũt ei, ut qui à spiritu dei moti & afflati fuerant. Porro Ioannes subdit q̃ occasiõe primũ moti sunt Iudæi, ut cũ palmis exirẽt obuiã IESV: nimirũ testimonio qd perhibebat ei turba, quæ erat cũ eo quando Lazarũ uocauit de monumẽto, & suscitauit eũ à mortuis. Hoc aũt te stimoniũ phibebant de ipso, se interfuisse, cũ ipse Lazarũ qui mortuus erat, & iã in sepulchro quatriduanus, solo uocis imperio reuocauit ad uitã. Propterea & obuiã uenit ei turba, qa audierũt eũ fecisse hoc signũ. Hæc fuit prima occasio: quã secuta est ad ferendas palmas, & emittendã uocẽ laudis, exultationis, & iubilationis, spiri tussancti motio. Occasiones autẽ quæ à deo dantur, semper bonæ sunt: quas si se- quimur, uidemus q̃q; prompte spiritussancti operatio sese ingerat, nobis iam nõ per occasionẽ, sed per spiritũ dei operantibus. Eandem quoq; occasionem habuerant pharisæi: qui tamen indigne tulerunt hunc honorẽ filio dei, iuxta oracula prophe- tarum (quæ falsa esse nõ possunt) fuisse impensum, dicẽtes inter se: Videte, siue ui- detis (utroq; eẽ modo στωϊκῶς uerti potest) quod nihil proficitis. Fecerant eẽ edi- ctum, ut nullus auderet bene loqui de illo, aut eũ fateri CHRISTVM, qui nollet à synagoga fieri alienus, & haberi tanq; publicanus, aut publicano deterior. Sed ni- hil proficiebant. Vincebat enim ueritas, & eorũ perfidia confundebatur. Ecce (in- quiũt) totus mundus post eũ abijt. Hæc est miserrima deploratio eorũ, quod totus mundus

Amos. 4.
Esaiæ. 62.
Lucæ. 16.
1. Reg. 19.
Sapien. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mũdus, id est, cæteri omnes abierant post eũ: ipsi uero soli relicti, quia relinqui uo
lebant, nullos habebant suæ perditionis socios. Sed cũ feliciter ab ipsis ad CHRI-
STVM abierant, qui abeundo uitam & salutem inueniebant? & cũ infeliciter non
abijssent, qui remanendo inuenissent mortem, & condemnationẽ? Abeũtes, ducẽ
habent spiritũ sanctũ: remanentes, captiuantem se diabolũ. Iusta ergo erat ipsis de
plorationis causa: non tamen quia cæteri ibant post eũ, sed quia ipsi relicti captura
erant dæmoniorũ. Sed adeo cæci erant, ut bonũ esse malũ, & malum bonum crede
Esaie.5. rent: & lucem tenebras, & tenebras lucem ponerent, de quibus Esaias: Væ qui di
citis malũ bonũ, & bonũ malum; ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: po
nentes amarũ in dulce, & dulce in amarũ. Et non solum Iudæi desiderio IESVte-
96 „ nebantur, & ibant ad eum, sed & gentiles, dicente Ioanne. ¶ Erant aũt quidam gẽ
„ tiles ex his qui ascenderant, ut orarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philip-
„ pum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eũ dicẽtes: Domine, uolumus IE
„ SVM uidere. Venit Philippus & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus dixe
„ runt IESV. IESVS autem respõdit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur filius ho
„ minis. Amen amen dico uobis, nisi granũ frumenti cadens in terram, mortuũ fue-
„ rit, ipsum solũ manet: si autẽ mortuũ fuerit, multũ fructũ affert. ¶ In Aggæo scriptũ
Agg.2. est: Mouebo omnes gentes, & ueniet desideratus cunctis gẽtibus, & implebo do
mũ istam gloria, dicit dominus exercituũ. Tunc aũt Hierusalẽ impleta erat illa glo
ria, quando gentiles illi qui natione Græci ex uocabulo ἕλληνες, fuisse uidentur, pia
causa illuc ascenderunt, nimirũ ut adorarent in die festo. Qui pio quoq; affectu uo
lebant uidere IESVM, qui erat iuxta oraculũ, desideratus cunctis gentibus. Et ip
sis esse desideratũ innuebant, cũ dicebant Philippo: Dñe, uolumus IESVM uide-
re: ubi id, uolumus, desideriũ eorum aperiebat. Quod Andreas rursus & Philip-
pus IESV dixerũt. Ipse aut qui desideriũ eorũ nouerat, & cuius bonitas desideriũ
sui eis inspirauerat, respondit Andreæ & Philippo: Venit hora ut clarificetur fili-
us hois: instat tẽpus, ut nõ solũ Iudæis, sed & gẽtibus manifesta sit gloria filij ho-
minis, ut ipse filius dei agnoscatur. Veruntã adiecit: Amẽ amen dico uobis, nisi gra
nũ frumẽti cadens in terrã, mortuũ fuerit, ipsum solũ manet. Ipse erat granũ frumẽ
tiunde confectus est panis uitæ, qui de cœlo descendit. Cecidit in terrã, qñ de sinu
patris in uterũ descẽdit uirginis matris, & ex illibato utero, tanq; sponsus de thala
mo suo, pdijt uidẽdus mortalibus. Qui nisi mortuus fuisset, ipse solus mansisset in
immortalitatis gloria. Proinde cũ mors illi debita nõ esset, sed nobis, mortẽ nobis
debitã, p nobis oĩbus assumere uoluit, ut uitã æternã sibi soli debitã nobis tribue-
ret. Mirabile cõmerciũ. Miseriã accepit, infirmitatẽ, mortẽ, & eandẽ quidẽ turpissi
mã, & cõtumeliosissimã: ut felicitatẽ, sanitatẽ, uitã, & eã quidẽ pulcherrimã & glo-
riosissimã nobis impertiret. O amor incredibilis? O bonitas inscrutabilis? O mise-
rationũ abyssus? Quis illa charitate nõ inebriatur, illa bonitate nõ rapit, illa abysso
nõ absorbetur? Aperire cor indomitũ, cor saxeũ, cor adamantinũ, & illa fide trãsfo
dere, ut sancta inuenias ebrietatẽ, raptũ, & absorptionẽ. Imo tu qui p oĩbus mori
uoluisti, aperi illud & transfode: ut oli pcustisti rupẽ, & fluxerũt aquæ: tu, inquã q
p oĩbus mori uoluisti, ne solus in immortalitate uiueres: sed bñficio mortis tuæ in
eandẽ immortalitatẽ oẽs tecũ adduceres hoies: hic est multus fructus, quẽ tua mors
affert, hæc est tua uolũtas. Et certe oẽs hoies saluarentur, si uellent: nõ tamen quia
uellent, sed (quod optimũ est) quia tu uis: uellent aũt, si nõ ponerẽt obicẽ, si se non
amarent, si te imitando, te amando, te sequẽdo, tollerẽt crucẽ suam. Proide dicit re
92 „ dẽptor noster, & salus ac uita nostra, aperiente nobis Ioanne. ¶ Qui amat aĩam su
„ am, pdet eam: & qui odit aĩam suam in hoc mũdo, in uitam æternam custodit eã. Si
„ qs mihi ministrat, me sequatur: Et ubi ego sum, illic & minister meus erit. Si qs mi
hi mini-

hi ministrauerit, honorificabit eũ pater meus. ¶ Consimilẽ sententiã qua admone
mur ne amemus nos ipsos, uitam nostram animalẽ, uitam præsentẽ, sed mortifica-
tionem CHRISTI IESV in corpore nostro iugiter portemus: habet Matthæus
cap.16, numero 163. & Marcus cap.8. numero 43. & Lucas cap.17. nume. 145. a-
deo necessaria est Christiano mortificatio ueteris hominis in nouo homine IESV
CHRSTO (nam omnis homo nouus, CHRISTI est, aut potius CHRISTVS) nõ
eẽ ibi barbarus & Scytha, seruus & liber; sed oĩa & in omnibus CHRISTVS (qui Colos.3.
ex solo deo est, & qui nõ peccat) ut uoluerit eam ab omnibus Euangelistis testatã.
Vetus homo ministrare CHRISTO nõ potest: quia uiuit, & uitam suam diligit, &
sequitur concupiscentias suas; sed nouus homo illi ministrat: quia mortuus est mũ
do & uiuit deo. Mors aũt mundi, est odiũ mundi, & oĩm quæ ad aliud quodcunq;
trahũt, cũ ad dñm nostrũ IESVM CHRISTVM. Et hic sequitur IESVM. Lumẽ,
fides quæ à throno dei radiat. Dux, amor ab alto prodiens, & in altũ uniens. Via et
terminus, CHRISTVS, fidei amorisq; abyssus. Et qui sic fide & amore prouehit
ipse est ubi est CHRISTVS IESVS, sibijpsi in hoc mundo ignotus, in altero aũt
reuelandus: ut CHRISTVS in hoc mũdo ignotus fuit (ita ut de illo dixerit Esaias Esa.45.
Vere tu es deus absconditus, deus Israël, saluator) in altero autẽ, in gloria manife-
stus. Sed & nunc hic est nobiscũ abscõditus, dũmodo nõ omnino simus uetus ho-
mo: & erit nobiscũ in gloria manifestus; nõ eẽ cũ eo esse possumus, nisi ipse nobi
scũ sit. Hoc sane est nosipsos cũ ipso esse. Si quis, inquit, mihi ministrat, me sequat
& ubi ego sum, ibi sit & minister meus. Et adiecit: Si quis mihi ministrauerit honó
rificabit eũ pater meus. Fides, spes, charitas, & opera q̃ ex his, pcedunt, oratio, syn-
cerus cultus, patientia, gaudiũ in spũ sancto, & cætera id genus ministrant ei: & q
in his illi ministrauerit, honorificabit eũ pater cœlestis. Sed magnus ne est honor,
esse ubi ipse est, esse in filio filius dei, in eo eadẽ uita uiuere, & in eo eadẽ gloria co-
ronari, eodemq; honore, & tandẽ perpetim his inebriari bonis, q̃ nec oculus uidit, Esa.64.
nec auris audiuit, nec in cor hoĩs, cogitatumq; ascenderũt. Hæc ubi tetigit dñs, di-
„ cente Ioanne, adiecit, ¶ Nũc aĩa mea turbata est. Et quid dicã? Pater, saluifica me 98
„ ex hac hora. Sed propterea ueni in horã hanc. Pater, clarifica nomẽ tuũ. Venit er-
„ go uox de cœlo, dicẽs: Et clarificaui, & iterũ clarificabo. Turba ergo q̃ stabat & au
„ dierat, dicebat tonitruũ esse factũ. Alij aũt dicebãt: Angelus ei locutus est. Respõ
„ dit IESVS, & dixit: Nõ, ppter me hæc uox uenit, sed propter uos. Nũc iudiciũ est
„ mũdi. Nũc princeps huius mũdi eijciet foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, oĩa
„ trahã ad meipsum. Hoc aũt dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respõ-
„ dit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia CHRISTVS manet inæternũ. Et quo-
„ mõ tu dicis: Oportet exaltari filium hoĩs? Et quis est iste filius hoĩs? Dixit ergo eis
„ IESVS: Adhuc modicũ lumen in uobis est. Ambulate dũ lucẽ habetis, ut nõ uos
„ tenebræ cõprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo uadat. Dũ lucẽ ha-
„ betis credite in lucẽ, ut filij lucis sitis. Hæc locutus est IESVS, & abijt, & abscondit
„ se ab eis. ¶ Nũc, inquit, aĩa mea turbata est. Hæc aũt aĩæ turbatio, diuina quædam
erat sanctæ animæ, imo plus cũ sanctæ cõmotio, in ueritate eorũ qui sanctis rapiũ
tur excessibus: quam diuinũ quoddam & magnũ sequi debebat signũ. Et adeo ma
gna erat, ut anima ipsa uideretur ignara quid loqueretur. Quod innuit, cum dicit:
Quid dicã? Innuẽs quod uirtus quædã anima superior in ipso operaret, moueretq;
ipsius animã. Et quid ait? Pater, saluifica me ex hac hora. Quid est, Saluifica me ex
hac hora? Salua me ex hoc tẽpore. Hanc horã, hoc tempus appellat mortalis con-
uersationis suæ super terrã: ex quo ut ultimo iam sui incolatus termino petit salua
ri à patre, & dari sibi immortalitatis gloriã, etiam secundũ eã, quã pro nobis assum-
psit mortalitatis naturã. Vt & hãc salutẽ, nõ tam sibi cũ uniuersis, quos fructus pas-
sionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſionis ſuæ pariturus eſſet, precari intelligeretur. Verũ ſic id precabatur, ut non in firmitatis naturam, ſiue ſuam, ſiue ſuorũ: ſed in prece, dei patris gloriam & honorẽ attenderet. Quod intelligitur per id, quod ſubdit: Sed propterea ueni in hãc horam, Pater clarifica nomen tuũ. Nomen patris, deus, pater ipſe. Nomen item patris, uerbũ æternũ, quo pater immenſe ſeipſum exprimit: quia eſt character, figura & imago paternæ ſubſtantiæ; & ad hoc ipſum ut & pater, & uerbũ patris æternũ clarificaretur, glorificaretur, magnificaretur, uenerat in hoc ipſum mortalitatis tẽpus. Quæ ubi dñs in ecſtaſi, exceſſu, & euocatiõe aiæ (quã aiæ, ſed diuinã dixit turbationẽ) locutus eſt, cõtinuo uenit uox de cœlo dicẽs: Et clarificaui, & iterũ clarificabo: q̃ innuebat claritatẽ q̃ ab æterno ẽ, & claritatẽ in ĩmortalitatis naturæ aſſumptæ, & ſup omnẽ creaturã quantũcunq; ſublimẽ eleuãdæ, gloria: & hæc futura clarificatio & glorificatio, breui erat euentura. Porro hanc uocẽ, etſi audierunt oẽs, nõ tamen intellexerunt omnes. Sed qui fuerunt purgatiore, diuiniore q̃ mente, intellexerũt quod diceret: Et clarificaui, & iterũ clarificabo. At turba, & qui aderant phariſæi, qui ſignũ petebant de cœlo, & credere nolebant ſigno de cœlo, nihilo amplius intellexerũt, q̃ ſi factũ eſſet horrificũ tonitruũ. Proinde dicebant, tonitruũ eſſe factũ. Alij intellexerũt nõ eſſe tonitruũ, ſed diuinã quandam uocem, & dicebãt Angelus ei locutus eſt. Et hi q̃ illi propius ad gratiam accedebant: uerũ minus q̃ par erat, capiebant: nam hæc uox à magnifica gloria patris erat, quã Euangeliſta expreſſit: nõ em̃ erat angeli dicere: Et clarificaui, & iterũ clarificabo. Et tũc dñs, de uoce dixit ad turbã: Nõ, ꝓpter me hæc uox uenit, ſed propter uos: nõ em̃ illi opus erat hac uoce, ſed populo, ut firmaretur in fide. Et quando dixit, Hæc uox: excluſit errorẽ eorũ qui tonitruũ dicebant eſſe factũ: et ſi populus diuinæ uocis capax fuiſſet, intellexiſſet id quod ſæpe dominus ipſis dixerat, quod pater ipſi teſimonium perhibebat. Et adiecit dominus: Nũc iudiciũ eſt mundi. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Si in aliquo regno immanis quidam tyrannus, Tereo, Buſiride aut Phalaride truculentior regnaret, cuius cõdemnatio, & e̊ regno eiectio inſtaret dici poſſet: Nũc iudiciũ eſt regni illius, nũc tyrãnus regni illius eijcietur foras. Qn̄ ergo totus mundus ante CHRISTVM, nõ regnũ, ſed maxima tyrannis erat: etſi aliquanto minor fuit in Iudæa: & tyrãnus eius erat diabolus oim̃ truculentorũ truculentiſſimus, & oim̃ tyrannorũ ſæuiſſimus: cuius inſtabat cõdemnatio, & e̊ tyrãnide eiectio, ſtatuendumq̃ erat paulopoſt in uniuerſo mũdo expulſa tyrannide regnũ, recte profecto dici poterat, Nũc iudiciũ eſt mũdi huius, Nunc princeps mũdi huius eijciet foras. Sed quomõ uincendus erat princeps mũdi huius, condemnandus, & foras pellendus, ſubiungit dñs cũ ait: Et ego ſi exaltatus fuero à terra, oĩa traham ad meipſum. Tyrannus per tyrannidẽ, quã ſibi uẽdicarat, depreſſo mũdo per trãſgreſſionẽ factã in ligno, oĩa in mũdo trahebat ad ſe: At CHRISTVS obedientiã, & exaltationẽ ſuã in ligno, ubi mori uoluit, tranſgreſſor aũt uiuere, dicẽte tyranno, Nequaq̃ morte moriemini: ex mũdi tyranide fecit regnũ dei: ꝓinde tyrãni iudiciũ atq̃ condẽnatio, & foras eiectio, regnãte CHRISTO IESV rege æterno, facta ẽ: ubi em̃ CHRISTVS regnare cœpit, diabolus eiectus eſt, & tyrãnis in dei regnũ cõuerſa. Et ut diabolus in ſua tyrãnide oĩa trahebat ad ſe; ita ubi CHRISTVS regnat, oĩa ad ſe trahit. Hic ſurſum, ille deorſum. Hic, ad uitã æternã, ĩdeficiẽs gaudiũ, & immarceſſibilẽ gloriæ coronã: ille, ad mortẽ æternã, indeficientẽ luctũ, & ignominioſam cõfuſionẽ. Et id, Et ego ſi exaltatus fuero à terra: dñm dixiſſe de eleuatiõe ſua in cruce, in qua ſua morte genus humanũ reparauit, teſtat̃ Ioannes, cũ dicit. Hoc aũt dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus. At turba, id eſt aliqui e̊ turba, auditis his ſermonibus dñi, dixerunt: Nos audiuimus ex lege, quia CHRISTVS manet in æternũ. Et quomõ tu dicis, Oportet exaltari filiũ hoĩs? Et quis eſt iſte filius

Gen.3.

iſte filius hominis? Sed ubi audiuerant ex lege, q̃ CHRISTVS manet in æternũ? Certe ex pſalmo.109. Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec. Et pſalmo.116. Veritas domini manet in æternum. Et in hoc Eſaiæ: Verbum autem domini manet in æternum. Quid enim ueritas domini, quid uerbum domini æternum, niſi CHRISTVS & Meſias? Et etiam ut rex & princeps, ex Ezechiele capite.37. dicẽte: Et Dauid ſeruus meus, princeps eorum in perpetuum: quod de CHRISTO nulli ipſorum non interpretati ſunt. Et ideo in eo quod arbitrabantur CHRISTVM manſurum in æternum, non errabant: ſed in hoc quod arbitrabantur CHRISTVM corporaliter, ſenſibiliterq̃ manſurũ ſuper terram in æternũ: nam ſacerdotiũ & regnũ CHRISTI cœleſte eſt & diuinũ, non terrenum & humanum. Quare cum mirabant̃, ſi ipſe CHRISTVS eſſet: quod ſibi ſuadebant, & uere quidem ſuadebant plurimi, quomodo exaltaret̃ à terra, quẽ ſemper manere oportere in terra arbitrabant̃, nõ intelligebant: neq; quid eſſet id uerbũ CHRISTI. Et ego ſi exaltatus fuero à terra: neq; id quod audierant ex lege, CHRISTVM ſcilicet manere in æternũ. Quanq̃ audire eũ potuerãt, dicentẽ id: Sicut exaltauit Moyſes ſerpentẽ in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis; ut cap.3. huius, numero 25. uiſum eſt. Et id, Cũ exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum: quod & cap.8. huius, numero.51. uiſum eſt. Propter eiuſmodi igitur uerba ſenſum nõ habebant, cum dicerent: Et quomodo tu dicis, Oportet exaltari filiũ hominis? Et quis eſt iſte filius hoĩs? etſi modũ illius exaltatiõis ipſis dixerat, inquiens: Sicut exaltauit Moyſes ſerpentẽ in eremo: exaltauerat aũt, ſuſpendendo eũ in ligno. Et q̃ ipſe eſſet filius hominis exaltãdus, dixerat eis, quando dixerat. Cũ exaltaueritis filiũ hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum. Tũc cognoſcetis, inquit, q̃ ego ſum, ſubaudi filius hominis, de quo ego loquor: qd̃ & hic aperte eis inſinuauerat, quando dixerat: Et ego ſi exaltatus fuero à terra. Sed adeo obcæcati erãt, ut apte ſibi loquentẽ non intelligerẽt. Et certe ſic apertus erat ſermo eius, ut eſſet aperte occultus, & occulte apertus, id eſt, aliquid ſemp lucidæ obſcuritatis, & obſcuræ lucis etiã turbis & rudibus habẽs. ſpiritalibus aũt & perfectis uiris ſi q̃ aderãt, totus lucidus, imo lux lucida, & nihil tenebricoſitatis habens in ſe. Turbis ergo quæ adhuc erãt incapaces intelligẽtiæ ſcripturarũ, & myſteriorũ q̃ interrogabãt, & quæ propediẽ uiſuræ erant: ut multo magis uiſis q̃ auditis crederent, & tũc quoq; manifeſte cognoſcerẽt oĩa uerba eius uera fuiſſe, dixit: Adhuc modicũ lumẽ ĩ uobis eſt. Ambulate dum lucẽ habetis, ut nõ uos tenebræ cõprehendant. Quid eſt, Adhuc modicũ lumẽ in uobis eſt, niſi: Adhuc modico tẽpore lux uobiſcũ eſt? qd̃ exprimit Græcus ſermo, ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν ἐστι. Ipſe lux erat qui cum ipſis erat, & modico quidem tempore cũ ipſis corporaliter manſurus: quia ad ſummũ, ſexto poſt die erat morte tollẽdus. Eos aũt ambulare dũ lucẽ habebant, erat eos ſequi CHRISTVM, & credere uerbis eius. Et ſi CHRISTVS lux erat, tenebræ ſunt ſpirituales nequitiæ, malignq̃ ſpiritus, quos cæcitas & infidelitas ſequunt̃. Ergo erat eis ambulandũ poſt illã lucẽ, ſi nolebant ab iſtis tenebris cõprehendi. Hoc aũt perinde eſt, ac ſi quis diceret ouibus, Sequimini paſtorẽ, ut nõ uos lupi cõprehendant. Sequimini paſtorẽ, alioqui uos lupi diripiẽt, enecabũt, deglutiẽt. CHRISTVS paſtor erat: turba oues & tales quidẽ oues, quæ poterãt eſſe huius ſermõis capaces. Et cũ dominus ſubdebat: Et qui ambulat in tenebris, neſcit quo uadat: Dũ lucẽ habetis, credite in lucẽ, ut filij lucis ſitis; amplius eis explicabat, quid eſſet ambulare in tenebris, & quid in luce. Quia ambulare in luce, eſt credere in lucem, ſequi lucẽ, & conſidere luci: qui aũt hoc faciunt, hi ſunt filij lucis, filij CHRISTI, filij dei: lux em̃ deus eſt: & hi neq; tenebris credunt, neq; eas ſequuntur, neq; eis fidunt. Et hi ſciunt quo uadunt: quia in luce omnia manifeſta ſunt. Nõne oriẽte ſole, oĩa mundi oculis ſunt aperta: occi-

Eſaie.40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dente uero, occulta? Sic lux dei oriens, omnia spiritualia mẽtibus aperit: occidẽs tempore omnia occulit. Sed nũquã occidit, nisi mẽtes ad occasum ueniãt infidelitatis: quo tẽpore horrẽdæ surgũt tenebræ, spirituũ inquã maligna caterua, quibus hi q̃ ambulãt in tenebris, credũt: siue illi sint spũs ambitionis, siue auaritiæ, siue fœdæ uoluptatis, siue supbiæ, siue denicq̃ alieni à deo cultus, qui est cuiuscũq̃ creaturæ: innumeri enim sunt. Et nesciũt quo uadũt: quia mẽtibus ipsorũ profundæ subortæ sunt tenebræ, & ita oĩa sunt illis occulta atq̃ clausa. Nõ credũt luci, sed tenebris: neq̃ lucẽ sequũtur, sed fugiũt: neq̃ illi cõfidũt, sed diffidũt. Et hi, filij sunt tenebrarũ. Et ubi dñs
Matth. 21. hæc locutus est eis, abijt: Quo autẽ abierit, Matthæus & Marcus explicant: nimi-
Marc. 11. rũ in Bethaniã. Et se abscondit ab eis, se subtraxit à præsentia, & cõspectu eorũ. Et cũ tot signa fecisset corã eis, quæ Ioãnes & alij euãgelistæ retulerũt, turba scribarũ & pharisæorũ nõ credebãt in eũ: qa hoc etiã à pphetis datũ eis fuerat signũ, ut uel
99 „ ex hoc ipsum agnoscerẽt esse CHRISTVM, dicẽte Ioanne. ¶ Cũ autẽ tanta signa
„ fecisset coram eis, non credebãt in eum: ut sermo Esaiæ impleretur, quẽ dixit: Do-
„ mine, quis credidit auditui nostro, & brachiũ domini cui reuelatũ est? Propterea nõ
„ poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor
„ eorum: ut nõ uideant oculis, & intelligant corde, & cõuertantur, & sanẽ eos. Hæc
„ dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, & locutus est de eo. ¶ Infidelitas eorũ erat signum quod ipse erat CHRISTVS, ijs qui scripturas intelligebãt: quia Esaias hoc signum prædixerat capite quinquagesimotertio, dicens: Quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatũ est? Qui sermo ad scribas & pharisæos, & eos ex populo qui cæcitati illorum adhæserãt, pertinebat. Et oppositũ huic signũ, quod ipse erat CHRISTVS, est, quod qui signa eius non uiderũt, neq̃ sermonẽ ex sacro ore eius super terram audierunt, ij crediderũt in eũ: ut cõtinenter capite præcedẽti
Esaiæ. 52. prædixerat idem propheta, dicens: Iste asperget gẽtes multas, super ipsum cõtinebunt reges os suum: quia quibus non est narratum de eo, uiderunt: & qui nõ audierunt, cõtemplati sunt. Asperſit profecto gẽtes multas, quãdo illas suo sacratissimo sanguine lauit, quãdo sacro baptismate regenerauit. Reges terræ super ipsum cõtinuerunt os suum: quia ipsi contradicere nõ potuerunt. Gentes, ad quas prophetæ hæc de CHRISTO non narrauerunt, uiderũt: quia crediderũt. fides enim uisio est, qua uidetur deus, qua nulla melior, nulla optabilior esse potest. Et qui nõ audierũt, neq̃ præsentem dominum, neq̃ ueteres prophetas aure corporali, contẽplati sunt eum aure spirituali, quæ est optima aurium, quæ uidet & audit, & diuina luce impletur, & uoce dei imbuitur. Sed & aliam scripturam de incredulitate scribarũ & pharisæorum, subdit Ioannes, cum ait: Propterea non poterant credere, quia iterũ dixit Esaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: ut nõ uideãt oculis, & intelligant corde, & cõuertantur, & sanem eos. Hoc autem dixit Esaias cap. sexto, cũ uidit gloriã CHRISTI, & loquutus est de eo. Nã hæc uerba, Ecce ego, mitte me: non sunt Esaiæ, sed formata sunt in Esaia, in persona CHRISTI ad patrẽ. Et quæ adijcit Esaias, sunt de patre, scilicet, Et dixit, Et dices populo huic: Audite audiẽtes, & nolite intelligere: & uidete uidẽtes, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte uideat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & cõuertatur, & sanẽ eũ. Et cũ Ioãnes dicit: Propterea nõ poterãt credere: qa rursus dixit Esaias, propterea & qa: causam non dicunt, sed prædictionem. Prædictio autem causa surditatis & cæcitatis eorum nõ erat, sed id quod in prædictiõe tãgitur, cũ dicitur: Audite audiẽtes, & uidete uidentes. nam illud audiẽtes & uidentes, causa erat. Nã quia putabãt se audire & uidere, ut dominus dicit capite nono huius, numero. 80. Nunc uero dicitis, quia uidemus, peccatum uestrũ manet: ideo neq̃ audiebant, neq̃ uidebãt. Qui enim credit se posse aut

se aut audire, aut uidere suo spiritu atq̃ mẽte, nihil potest. Nihil igitur poterãt, quia se posse credebãt. At qui credit & scit se nõ posse, potest: sed superiori potẽtia, quæ est maxime & supra hominem potentia. Cæterũ illi nõ erãt plane cæci, sed lusciosi mẽte: uidebãt enim secũdum se, ut & bubones & noctuæ in tenebris. Quibus ut sol excæcat oculos: sic et dei ordinatiõe lusciosos mẽte obcæcat uerbũ dei, lux spiritus, & dies diei: & hoc dei mãdato, id est diuina ordinatiõe. Excæca (inquit) cor populi huius, & aures eius aggraua. Nõ enim contingere potest hisce hominibus, qui nullum lumen, quo uidere possint, esse putãt, nisi proprium: ut deus illuminet & sanet eos. nam hi totum sibi, & nihil deo tribuerẽt. Nõ simus ergo lusciosi mente, sed aut perfecte uidẽtes, idq̃ à deo: aut cæci, sed ex nobis, ut cæcitatem nostram agnoscentes, uerũ lumen ab eo esse cognoscamus, q̃ illuminat cæcos, & nihil à nobis. Quod si deus eã nobis naturam indulserit, quàm ijs animantibus indidit, quæ ex feliũ genere sunt, quæ & noctu, pprio lumine uident, & iterdiu solari luce: ita ut natura uideamus & gratia, lumẽ naturæ abdicemus, ut luce dei uidere ualeamus: qa quãdiu propria luce uidebimus, aut uidere uoluerimus, luce dei carebimus; pinde ut feles & uiuerra nihil solari luce uident, quãdiu propria uident. Qui ergo propriã lucem abdicat, à deo sanari potest: hæc autẽ sanitas, auditio dei, & uisio dei est. At qui propria luce solũ uidere uult, si ea laboret ptinacia qua pharisæi, lusciosus est, & nunq̃ ad uerã lucẽ cõuertetur, nunq̃ sanabitur, quæ sanitas à solo deo est. Et hæc in oraculo Esaiæ intelligũt, qd̃ de CHRISTO uidit, quãdo manifestata est ipsi ĩ sacra uisione gloria eius. Et subdit Ioãnes, quod quanq̃ ita, pphetatũ erat de scribis & pharisæis, non tamẽ excæcati & indurati sunt oẽs, dicens. ¶ Veruntamẽ & ex principi- 100
„ bus multi crediderũt in eũ, sed propter pharisæos nõ cõfitebantur, ut de synagoga
„ nõ eijcerẽtur. Dilexerunt enim gloriã hominũ magis, quàm gloriã dei. IESVS aũt
„ clamauit, & dixit: Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui
„ uidet me, uidit eũ qui misit me. Ego lux in mũdum ueni, ut omnis qui credit in me,
„ in tenebris non maneat. Et si quis audierit uerba mea, & nõ custodierit, ego non iu-
„ dico eum: nõ ueni enim ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum. Qui sper-
„ nit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum,
„ ille iudicabit eũ in nouissimo die. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui mi-
„ sit me pater, ipse mihi mandatũ dedit, quid dicam, & quid loquar. Et scio quia man-
„ datum eius, uita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.
¶ Ii e pharisæis, & etiam e principibus crediderũt in eum, qui primores erãt inter illos: ut Nicodemus, Gamaliel, & quidã alij, qui intellexerunt se non omnino uidere aut intelligere: sed sibi aliquid deesse & se ægrotare. proinde medicinã ab eo qui medicus est animarũ, cõsecuti sunt: qui & nõ magis uolebat mederi animabus istorum, quàm illorũ, qui cæci remanserunt, si suum morbũ agnoscere uoluissent. Verũ etsi credebant in eũ, nõ tamen id aperte confitebantur, ne eijcerentur e synagoga & illo primatus honore priuarent. Quanquã infinities maior honor & gloria erat, strenue cõfiteri filiũ dei, quàm uanũ honorẽ mũdi retinere. Qui cõfitebitur me (in-
Matth. 10. quit) corã hominibus, cõfitebor & ego eũ coram patre meo, qui in cœlis est. Et qui
Luc. 9. me erubuerit, & meos sermones, hũc filius hominis erubescet cũ uenerit in maiesta-te sua, & patris, & sanctorũ angelorũ. O quæ et quãta gloria, filiũ dei cõfiteri quẽpiam corã rege æterno, qui in cœlis est? Sane toto splẽdore mũdi, tota gloria, uel in immẽsum maior est. Et cur nõ confitebãtur ore, qui credebãt corde? Quia nondũ corde perfecto credebãt. Cur hoc? Quia dilexerũt gloriã hominũ magis, quàm gloriã dei. Quæ cognoscens dominus, ut eos ad plenam lucẽ pertraheret (quãdoquidem corde creditur ad iustitiam, & ore cõfessio fit ad salutem) clamauit & dixit: Qui cre-
Roma. 10. dit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui uidet me, uidet eum qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

misit me. Quid est, Qui credit in me, nõ credit in me, sed in eum qui misit me? nisi, Qui credit uerbis meis, nõ credit uerbis meis ut meis, sed uerbis eius qui misit me? nã missus erat, sed missus uolẽs. Mitte me, inqt. Et qui misit, dixit: Vade, et dices po
Esa. 6. pulo huic. Missus autem non uult, nisi ut uerbis credatur mittentis. Creditur autem per auditũ: auditus uero, uerbis pulsatur atq; excitatur. Si ergo eis timendum non erat confiteri deum mittentem: neque timere debuerunt cõfiteri missum ipsius, & præsertim cum idem essentia sint: quod innuit cum subdit. Et qui uidet me, uidet eũ qui misit me. nam qui fide uidet filiũ, uidet & patrẽ qui misit eum: quandoquidem ipse & pater unũ sunt, unus deus, una bonitas, una omnipotentia, una immensitas, una beatitudo, una maiestas. Ipse lux est, qui uenit in mundum, ut omnis qui credit in eum, in tenebris non maneat. Omnia erant tenebræ, antequam ueniret in mundum: non oculis quidem corporeis, sed mentibus hominum: perinde ut omnia sunt tenebræ sensibus animantium priusquã sol ueniat ad diluculum. Et cantus prophe tarum, non nisi quædam gallicinia fuerũt: hæc profundæ nocti, illa auroræ uicinio
Esa. 9. ra. Cũ autem natus est filius dei in mundum. Populus (ut inquit Esaias propheta) qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: habitãtibus in regiõe umbræ mortis, lux orta est eis. Hæc autẽ lux est, de qua ipse dicit: Ego lux in mundũ ueni. Qui ambulat in luce spiritus, spiritualia discernit, & id quidem spiritu, non suo sensu, ut in luce sensibili sensibilia nõ spiritu, sed suo sensu: qui autem sic discernit, recte iudicat: qui uero hoc facit, non offendit, non errat: is autẽ non manet in tenebris. Atqui qui perfecte credit luci, quæ CHRISTVS est, ambulat in luce spiritus. Fieri igit nõ potest, ut is maneat in tenebris. Et ad hoc quiuis credere debet in eũ, ut non maneat in tenebris. Qui igitur ex principibus pharisæorum credebant in eum, nõ debebant ultra hærere tenebris huius mundi. Sed diligebant gloriam hominum magis, quàm gloriam dei, atq; adhuc imperfecte credebant, & ideo imperfecte discernebant. Et partim errabant, partim non errabant. Nam erubescebãt confiteri eum coram hominibus, etsi occulte confiterentur eum: tandem prorsus extrahendi e tenebris: si nõ solum sermonibus ipsius crederẽt audiendo, sed & fidem eius manifesta rent cõfitendo: quod est non solum credere, sed & facere. Et subdit dominus, Et si quis audierit uerba mea, & non custodierit: siue ut Græce habetur, ἐὰν μὴ πιστεύσῃ, id est, & non crediderit, ego non iudico eum: non enim ueni ut iudicem mundũ, sed ut saluificem mundum. Audiunt uerba eius & fidelis & infidelis, qui auditu illa percipiunt: sed fidelis credit, infidelis nõ credit. Qui autem credit, & facit ea si præcipiãt aliquid faciendum, custodit ea, quia operatur opera fidei: qui autem non credit, etiam si faciat, nõ custodit ea, quia non operatur opera fidei: & tanto minus, si nõ faciat. Et tales tunc dominus nondum iudicabat, quia tunc primus eius aduentus erat: tunc enim nõ uenerat ad iudicandum, siue condemnandum mundum, sed ad saluandum. Sed in secundo aduentu, sermo eius quem auditum spreuerunt, iudicabit condemnabitq; eos: imo ipse, quia tunc ueniet ad iudicandum, quosdam quidem ad uitam, quosdam uero ad interitũ. Alij sunt qui audiunt & credunt, sed imperfecte, & hi neq; perfecte ea faciunt, neq; perfecte custodiunt: tales autem erant, qui non audebant confiteri dominum, gloriam hominum magis quàm gloriam dei diligentes: qui nisi tandem perfecta fide purgẽtur, non possunt ea custodire. Quibus per
Luc. 12. inde ut illis timendũ est, ne sermo dei iudicet ipsos: nam dixit, Omnis quicunq; confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illũ coram angelis
Luc. 9. dei. Et alio loco: Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hois erubescet, cum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorũ angelorũ. Illi ergo et isti iudicem habẽt, sermonẽ dei: quia sermo quẽ locutus est, ille iudicabit atq; condemnabit eos in nouissimo die: imo illi iam iudicati sunt, quia nõ credũt in filium dei, licet sermo, quem

quem locutus est, non esset ad iudicandũ, sed ad saluandum. Vt em̃ si rex quispiam mandatum aliquod per oratorem suũ ad subditos deleget, & sint qui neq; credant, neq; recipiant: alij aũt, etsi credant, non faciant: utriq; ad regem uocati, ex mandato quod ab oratore audierunt, à rege condemnabunt̃, quia regis, non oratoris erat mandatũ: & hoc est sermonem, quẽ locutus est orator, eos condemnare: sic & ab æterno rege, uel eo cui comittet iudicium facere, ex mandato ipsius per legatum misso condemnabunt̃ qui illud spreuerint. Sed ei q primo summi patris orator missus est, secundo iudicium committetur: & ita omniũ iudex tandem aduenient, & ex mandato patris iudicabit, eos qui receperint illud, in uitã æternã: qui uero aut contempserint, aut non seruauerint, in supplicũ æternum. Quod innuit dominus, cum dicit: Quia ego ex meipso nõ sum locutus, sed qui misit me, ipse mihi mandatũ dedit quid dicã, & quid loquar. Et scio quia mandatũ eius uita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor. Scio, inquit, quia mandatum eius uita æterna est, credentibus scilicet & facientibus. Quid ergo non credentibus, neq; facientibus (quomodo em̃ facerent, si non crederent) aut credentibus, sed nõ facientibus, nisi iudicium mortis, & æternæ quidem mortis? Et certe qui credunt & nõ faciunt, contemptores sunt: perinde ut & qui neq; credunt, neq; faciunt: & quamdiu illi sunt eiusmodi, haud multo hisce meliores sunt. Ergo nõ simus tepidi, nõ imperfecte credamus, ut & adhuc aliquot e principibus pharisæorũ faciebãt: quia sic credere non est credere, sed credendo quodammodo contemnere, & id iudiciũ expectat. Sed perfecte credamus nuncio summi regis, filio patris æterni, unigenito dei altissimi, operibus fidei fidẽ nostrã attestando: & timore mundi abiecto, & gloria eius prorsus nihili facta, solũ dei gloriã, q̃ sola uera est, quærendo: q̃ est perfecta fide glorificare patrem per filiũ, per quẽ suos fide illuminat, & charitate qui spiritus æterni amoris est, inflammat ad ipsum solum suspiciendũ, admirandum, glorificandum ob solius bonitatis, & (ut sic dicam) amabilitatis suæ incomprehensibilitatẽ. Cui per filium suũ in spiritu sancto, pro omnibus qui uere crediderunt, credunt, & credituri sunt, omnis honor & gloria, & gratiarũ actio, super omnem sensum, mentem ac intellectum, in omnia, ac super omnia seculorum secula. Amen.

CAPVT TERTIVMDECIMVM.

ANte diem festum paschæ, sciens IESVS quia uenit hora 101
eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrẽ: cũ dilexisset suos
qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta,
cũ diabolus iam misisset in cor, ut traderet eũ Iudas Simo
5 nis Scariotis: sciẽs quia omnia dedit ei pater in manus, &
quia a deo exiuit, & ad deũ uadit, surgit a cœna, & ponit uestimẽta sua, &
cum accepisset linteũ, præcinxit se: deinde misit aquã in peluim, & cœpit
lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit
ergo ad Simonẽ Petrũ. Et dicit ei Petrus: Domine tu mihi lauas pedes?
10 Respondit IESVS, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies aũt po
stea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternũ. Respondit ei IE
SVS: Si non lauero te, nõ habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus:
Domine non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei IESVS:
Qui lotus est, nõ indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et uos
15 mundi estis, sed nõ omnes. Sciebat em̃ quisnã esset q traderet eũ: Propte-

102 rea dixit, Non estis mundi omnes. ¶ Postquam ergo lauit pedes eorũ, &
accepit uestimẽta sua, cũ recubuisset iterũ, dixit eis: Scitis qd fecerĩ uobis?
Vos uocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo
ego laui pedes uestros, dñs & magister: & uos debetis alter alterius lauare
pedes. Exemplũ enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & 20
uos faciatis. Amen amẽ dico uobis, nõ est seruus maior domino suo, necq
apostolus maior eo q misit illũ. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Nõ
de oĩbus uobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed ut adimpleatur scriptu-
ra: Qui manducat mecũ panẽ, leuabit cõtra me calcaneum suum. Amodo
dico uobis, priusquã fiat, ut cũ factũ fuerit, credatis quia ego sum. Amen 25
amen dico uobis, qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me ac-
103 cipit, accipit eum qui me misit. ¶ Cum hæc dixisset IESVS, turbatus est spi
ritu, & protestatus est, & dixit: Amen amen dico uobis, quia unus ex uo-
bis tradet me. Aspiciebãt ergo adinuicẽ discipuli hæsitãtes de quo diceret
Erat autẽ recumbens unus ex discipulis eius in sinu IESV, quẽ diligebat IE 30
SVS. Innuit ergo huic Simõ Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit? Itacq
cum recubuisset ille supra pectus IESV, dixit ei: Domine quis est? Respon
104 dit IESVS: Ille est, cui ego intinctũ panẽ porrexero. ¶ Et cũ intinxisset pa-
nem, dedit Iudæ Simonis Scariotis. Et post buccellam introiuit in eum
satanas. Et dicit ei IESVS: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit di- 35
scumbentiũ ad quid dixerit ei. Quidam enim putabãt, quia loculos habe-
bat Iudas, quod dixisset ei IESVS, eme ea quæ opus sunt nobis ad diem se-
stũ, aut egenis ut aliquid daret. Cũ ergo accepisset ille buccellã, exiuit cõti
105 nuo. Erat autem nox. ¶ Cum ergo exisset, dixit IESVS: Nunc clarificatus
est filius hominis, & deus clarificatus est ĩ eo. Si deus clarificatus est in eo, 40
& deus clarificauit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum. Filioli,
adhuc modicum uobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quo
106 ego uado, uos nõ potestis uenire. Et uobis dico modo. ¶ Mandatũ nouũ
do uobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicẽ. In
hoc cognoscent oẽs, quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis adin- 45
uicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine quo uadis? Respõdit IESVS: Quo
ego uado, nõ potes me modo sequi, sequeris autẽ postea. Dicit ei Petrus:
Quare non possum te sequi modo? Animã meam pro te ponam. Respon-
dit ei IESVS: Animã tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non canta
bit gallus, donec ter me neges. 50

ANNOTATIONES BREVES XXVII. CIRCA LITER. CAP. XIII.

4 cor ut traderet eũ Iudas Simonis Scariotis τὴν καρδίαν ἰούδα σίμωνος ἰσκαριώτου, ἵνα αὐτὸν παραδῶ
5 dedit ei dedisset sibi
6 cor Iudæ Simonis Iscariotæ, ut eum traderet
7 dedit ei
uestimenta – sua,
misit βάλλει
præsens

9 mihi

9 mihi
μου
meos
& infra.
10 scies
γνώσῃ
nosces
& infra.
12 habebis
ἔχεις
præsens.
14 indiget
χρείαν ἔχει
opus habet
21 apostolus
ἀπόστολος
missus,
legatus
22 illum
ipsum
22 eritis
ἐστὲ
præsens.
24 leuabit
ἐπάρας
præteritum.
28 protestatus est,
ἐμαρτύρησε
testatus est
31 & dixit ei: Quis est
πυθέσθαι τίς ἐστιν
ut interrogaret qs eẽt
32 cum recubuisset
ἀναπεσών
cum incidisset,
cum decubuisset
32 supra
ἐπὶ
super
32 Respondit
ἀποκρίνεται
præsens.
33 panem,
τὸ ψωμίον
buccellam,
offulam
34 dedit
δίδωσιν
præsens.
34 Scariotis
ἰσκαριώτῃ
Iscariotæ
datiuus
34 buccellam
*τότε tunc
37 quæ opus sunt nobis
ὧν χρείαν ἔχομεν
qbus opus habemus
39 clarificatus est
ἐδοξάσθη
glorificatus est
& infra
46 Respondit
*αὐτῷ ei
46 Quo – ego
47 sequeris *μοι me
47 Petrus
*κύριε Domine

COMMENTARIVS IN CAPVT TERTIVMDECIMVM.

QVæ præter illos sanctos sermões dñs fecerit in quatuor diebus, à die
ingressus sui in Hierusalem usq ad parasceuen cœptã, quæ fuit dies
paschæ, subticuit Ioãnes: qa Matthæus, Marcus, & Lucas ex illis mul
ta expresserãt. At de die præcedẽte pascha, & de ipso die paschæ, sub
dit Ioãnes, dicẽs. ¶ Ante diẽ festũ paschæ, sciens IESVS qa uenit ho 101
ra eius ut trãseat ex hoc mũdo ad patrẽ: cũ dilexisset suos q erãt in mũdo, in finẽ di
lexit eos. Et cœna facta, cũ diabolus iam misisset in cor, ut traderet eũ Iudas Simo-
nis Iscariotis: sciẽs quia oĩa dedit ei pater in manus, & qa à deo exiuit, & ad deũ ua
dit, surgit à cœna, & ponit uestimenta sua: & cũ accepisset linteũ, præcinxit se. De
inde misit aquã in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo,
quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonẽ Petrũ. Et dicit ei Petrus: Domine tu
mihi lauas pedes? Respõdit IESVS, & dixit ei: Qd ego facio, tu nescis modo, scies
aũt postea. Dixit ei Petrus: Nõ lauabis mihi pedes in æternũ. Respõdit ei IESVS:
Si nõ lauero te, nõ habebis partem mecũ. Dicit ei Simon Petrus: Domine, nõ tan
tũ pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei IESVS: Qui lotus est, nõ indiget ni
si ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et uos mundi estis, sed nõ oẽs. Sciebat eẽ
quisnam esset qui traderet eũ: Propterea dixit, Nõ estis mundi omnes. ¶ Ante die
em festũ paschæ, siue ut Græce habetur πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, Antem festiuitatem
aũt paschæ, id est nocte præcedente lucẽ celebritatis paschalis, sciens IESVS quia
uenit hora eius. Quando uenit? Ea pfecto die quæ iam cœperat, cum hæc quæ se-
quunt, faciebat: cœperat aũt parasceue magni sabbati & dies paschæ. In nocte eẽ
parasceues manducauit dominus agnũ paschalẽ cum discipulis suis: ut habet Mat
thæus cap. 26. numero ducentesimo quadragesimo sexto, & Marcus capite quar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

todecimo, numero octogesimo secundo, & Lucas cap. 22. numero 171. Sciebàt autem dominus, qui nihil unq; nesciebat, quod tempus mortis, passionisq; suæ aduenerat (quandoquidem illa die parasceues passus est) ut transeat ex hoc mundo ad patrẽ: nam spiritus eius illa die nõdum exacta, in manus patris transijt. Et ipse quadragesima à gloriosissimæ resurrectionis suæ die, cum corpore glorificato conscẽdit ad patrem: &, ut inquit propheta, supra cœlũ cœli ad orientem. Et tunc cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Dilexerat semper eos dominus, neq; cum propinquus iam esset morti, illos non dilexit: imo in ipsa morte maxime illos dilexit, et quoscunq; qui sui futuri erant: quandoquidem maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Posuit aũt illa dilectione animam suam: & illa, amicos & inimicos, sed qui aliquando futuri essent sui, redemit. Hoc est quod nimium uere ait: In finem dilexit eos. Nã ante mundi constitutionem dilexit eos, & post mundi constitutionẽ etiã in æternitate diliget: nam æternus amor, non interrũpitur, nec nisi æterne amare potest: & hoc uniuersale erat quo ad omnes qui in mundo sui fuerunt, sunt, ac futuri sunt: speciale aũt, quo ad suos discipulos, quos cũ in hoc mũdo quandiu sui fuerunt dilexisset, in finẽ quoq; cũ hunc egressus est in mundũ, & ad mortẽ usq;, ut dictũ est, & in ipsa morte dilexit eos. Et quomõ in morte, & ipsos & omnes non dilexisset: cũ omnes sua morte redemerit? Sed & neq; post mortẽ, & resurrectionis gloriam immiminutus est amor illius: quippe qui redemptos glorificauit, & adhuc glorificabit oẽs suos. Et in illa cœna signũ humilitatis, & eximiæ dilectionis discipulis suis exhibuit: quia cœna facta, comesto scilicet agno paschali, quod festinanter fiebat (non ẽm agni paschalis comestionẽ surgendo interrupisset, cũ diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes: sciens IESVS quia oia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deũ uadit, surgit à cœna, & ponit uestimenta sua: & reliqua q̃ sequũtur. Cũ dñs surrexit à cœna ut lauaret pedes discipulorũ, facta erat cœna (ut dictũ est) cõestionis agni paschalis: attã & postmodũ recubuerunt in mensa, sed ad cœnam spiritualem, & prioris ueritatẽ percipiendam: tũc ẽm corpus & sanguinem ueri agni perceperũt: & in fine etiam, Iudæ buccellam intinctã porrexit. Sed quid est, Cũ diabolus iam misisset in cor, ut traderet eũ Iudas Simonis Iscariotes: nisi, Cũ iam diabolus suggessisset, & persuasisset Iudæ Simonis Iscariotæ ut tradet IESVM? Et nõne iam miserat in cor Iudæ ut traderet eũ, qui biduo ante ex Matthæi. 26. numero 243. abijt ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eũ tradam? Et illi cõstituerunt ei triginta argenteos, Iam ergo hoc uirus immiserat, instillauerat q̃ diabolus in cor Iudæ. Sic & Marcus quartodecimo, & Lucas uigesimo secundo testantur. Quid etiã est, Sciens IESVS quia omnia dedit ei pater in manus: nisi, Quia dedit ei pater omnẽ potestatẽ: sicut & in Matthæo ducit, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra? Et quando à deo exiuit: nisi, quando adumbratus humano tabernaculo in uirgine, tandẽ huic mundo partu uirgineo uisibilis apparuit? Et quando ad deũ iuit, nisi primũ q̃n per mortẽ hunc mundũ deseruit? Et subinde, quãdo trabea carnis in immortalitatis gloria uestitus, cœlos ad dexteram patris sessurus conscendit? Surrexit dominus à typica cœna, & posuit, deposuit, exuit uestimẽta sua: id ẽm, Et ponit uestimenta sua, designat. Quod intelligitur per id quod postea dicitur: Postq; ergo lauit pedes eorum accepit uestimenta sua: deposuerat ergo quæ resumpsit. Et depositis uestibus, cũ accepisset linteũ, præcinxit se. Deinde misit aquã in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorũ, & extergere linteo q̃ erat præcictus. Hæc est uere humilitatis forma, qua dñs omniũ usq; ad pedes nostros lauandos & tergendos, sese humiliat. Venit ergo ad Petrũ, ut lauaret pedes eius. Et dixit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? ma-

Psalm. 67.

Ioan. 15.

Matth. 28

des? magna admiratione ductus, quod is quem suum agnoscebat dominũ, quẽ credebat, Messiam, cui dixerat (afflante patre) Tu es CHRISTVS filius dei uiui: cuius maiestatem, & gloriam in monte sancto uiderat, & quẽ tot stupenda operantẽ cognouerat, lauare uellet sibi pedes: quod est humiliũ, & nihili se facientiũ, officiũ Cui dominus dixit: Quod ego facio, tu nescis modo, scies aũt postea: quasi diceret Quod ego nũc facio, hoc mysteriũ est, quod modo intelligere nõ potes: intelliges autem postea, cũ scilicet non tuo sensu, sed spiritu sancto duceris: cum non operaberis, sed alia in te uirtus. Quod sufficere poterat Petro, ut domino uolenti uel minimas sordes ipsius, & cõdiscipulorũ eluere, & abstergere non obsisteret. Verum ipse sensui suo innitens, respondit: Non lauabis mihi pedes in æternum. Talis erat Petri secundũ sensum suũ uoluntas, ut diceret se nunq; permissurũ domino suo, ut sibi lauaret pedes: quod reuerentiæ causa faciebat: sed stulta erat, & secundũ hominis cõgitatũ reuerentia hæc, & cogitatio quod id domino suo esset indignũ: cũ hoc omni prorsus indignitate careat. Sed contrà, talis reuerentia Petri & cogitatio, & quæ inde pendebat, reluctatio, erat indigna, & quodammodo temeraria præsumptio: quid ẽm aliud esset, uelle domini sui obniti uoluntati? Ideo audiuit à domino: Si non lauero te, non habebis partẽ mecũ. Grauis hæc cõminatio pertinaciter reluctanti: Non habebis partem mecũ, cœlesti hæreditate priuaberis, uita carebis æterna. Ecce quomodo nulli, qui habeant uicia uel minima, nisi lota & abstersa fuerint à CHRISTO domino, cœlestẽ intraturi sunt hæreditatem: nihil ẽm ibi sordidũ esse, nihil cum CHRISTO coinquinatum, uel quantulumcunq; intrare potest. Quis ergo putet se operibus suis, pœnitẽtijs, lachrymis, à peccatis suis grauibus et enormibus lauari posse: cũ ne à minimis quidem, ut uel ab affectibus animi possit, nisi CHRISTVS lauet eũ: cũ quo partem habiturus, ac hæreditatis æternæ sortẽ percepturus nõ est, qui ab huiusmodi affectibus, & tanto magis ab illis enormibus & grauibus delictis, ab eo lotus nõ sit? CHRISTVS certe nobis solus est oia & propter se, patrisq; uoluntatẽ facit oia: quippe qui cũ patre unus, idemq; deus est, qui ait in Esaia ad Israël: Ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me. Ergo nõ à nobisipsis lotionem expectemus, non iustificationem: sed ab eo solo qui peccata delet ex se & propter se, suamq; bonitatem, & iustificat impiũ. Quo audito, Petrus nequaq; in sua permansit pertinacia: sed priore abdicata uoluntate, dixit: Domine nõ tantũ pedes meos, sed & manus & caput. Sermo dñi, nõ de exteriori (nisi in figura) sed interiori lotione erat, quam exterior præsignabat. Petrus autẽ adhuc hæsitabat signo, & ideo prius reluctari uoluerat: & nũc ad mysteriũ CHRISTI adiecit: Non tantum pedes, sed & manus & caput. Tunc autem dominus pedes tantũ lauare uolebat, ideo dixit ei: Qui lotus est, nõ indiget nisi ut pedes lauet, sed ẽ mũdus totus. Et uos mundi estis, sed non omnes. Loti erant, qui peccatũ non habebant: si qui ẽm habuerant, miseratio CHRISTI sanauerat: & non indigebant nisi lotione pedũ, id est mortificatione affectuũ, quibus itur ad peccatum ut mox futuri essent omnino puri atq; mundi. Cæterum nisi CHRISTVS illos carnis affectus nobis insitos lauet, carnales remanemus & relabimur in peccatum, & spiritu eius uiuere non possumus: quo qui non uiuit, non habiturus est partem cum eo. Quomodo enim fieri possit, ut idẽ homo carnalis sit & spiritualis? Et huic particulæ, Et uos mundi estis: adiecit dominus, Sed nõ omnes: propter Iudam, qui etsi prius (ut & cæteri) lotus ab omni cõscientiæ reatu fuisset, denuo tamẽ grande facinus admiserat, uenditionem scilicet domini sui, propositũ tanti sceleris adimplendi fixo corde retinendo, quod erat grande & inexpiabile hoc mysterio peccatũ. Et id pro Iuda dictũ esse, explicat ipsemet Euangelista, his uerbis: Sciebat ẽm quisnam esset, q traderet eũ; propterea dixit, Non estis mundi omnes. Qui autem tradidit eum, manifeste

Matth. 10.

Esaiæ. 44.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi este Iudas Iscariotes intelligitur. Deinde quid apostolorũ lotis pedibus fecerit
102 dominus, subdit Ioannes, dicẽs. ¶ Postq̃ ergo lauit pedes eorũ, & accepit uestimẽ
ta sua, cũ recubuisset iterũ, dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me ma
gister & domine, & bene dicitis: Sum etẽm. Si ergo ego laui pedes uestros domi
nus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes: Exemplũ enim dedi uo
bis, ut quemadmodũ ego feci uobis, ita & uos faciatis. Amen amen dico uobis non
est seruus maior domino suo: neq; apostolus maior eo qui misit illũ. Si hæc scitis,
beati eritis si feceritis ea: Non de oĩbus uobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed
ut adimpleatur scriptura: Qui manducat mecũ panem, leuabit contra me calcane
um suũ. Amodo dico uobis priusq̃ fiat, ut cũ factũ fuerit credatis quia ego sum. A
men amen dico uobis, qui accipit si quem misero, me accipit. Qui aũt me accipit, ac
cipit eũ qui me misit. ¶ Accepit, inquit, uestimenta sua, ergo deposuerat illa prius,
ut iam dictũ est. Et cũ recubuisset iterũ, ad cœnam scilicet spiritualẽ, nouam, mysti
cam, id est noui sacramenti, quod eucharistia à gratiarũ actione nomẽ sortitũ est, in
stitutionem, dixit discipulis suis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me magi
ster & dñe, & bene dicitis: sum etẽm. Si ergo ego laui pedes uestros dñs & magi
ster, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplũ eẽm dedi uobis, ut quemad
modũ ego feci uobis, ita & uos faciatis. Quibus uerbis quodammõ aperit eis, qd
supra tactũ est, lotionis pedũ mysteriũ. Cœna figuralis agni facta, est ueteris legis
facta impleto atq; finis. Exuere exteriores uestes, est oĩa exteriora abijcere. Præ
cingi linteo, est stola candoris & innocentiæ nouæ legis, nouæq; uitæ circundari.
Peluis mens ac conscientia. Aqua à CHRISTO in peluim immissa, noua gratia.
inclinatio eius ad pedes: humilitas spũs, quã sequitur eius plusquã benigna, usque
etiam ad infima nostra purganda, descensio. Ablutio pedum, omniũ affectuũ car
nis mortificatio. Abstersio, innocentia CHRISTI, ab ipsis oĩs labis detersio. Hæc
oĩa dñs & magister, qui uere dominus est & magister, nobis facit, & multo etiam
plura ac maiora, quæ lingua non ualet effari: & se pro beneplacito, & amore patris
humiliat usq; ad infima nostra. Et nos ergo qui natura serui sumus, & eius cõpara
tione minus, q̃q̃ nihil, debemus nos eius imitatione, humiliare usq; ad pedes eius, q̃
sunt ultima & infima membra corporis eius: & usq; ad pedes cuiuslibet nostrũ, qui
sunt ultimi affectus, & cogitationũ scrupuli: Debemus quoq; nos uicissim lauare
tanq̃ spiritus CHRISTI instrumenta (nam ipse in ueritate lauat, nos in imitatio
ne) sicut & CHRISTVS, qui & doctrina & gratia lauit suos apostolos in uerita
te. Nõ quod lauare possimus, nisi imitatione (ut dictũ est) & præparatione: cum il
le uere lauet & mortificet affectus, & cogitationes etiam nostras purget. Nisi, in
quit) lauero te, nõ habebis partẽ mecum. Nos eẽm lauare nihil aliud est q̃q̃ imitari,
& quoad possumus, gratiæ eius concurrendo, nos instrumenta præstare: & sic ue
re lauandos præparare: ipse eẽm non solum lotionẽ perficit & consummat, sed oĩa:
quippe cum in se fit exemplariũ idea: & licet quod uisibiliter fecit apostolis, typus
esset & figura: nõ tamen figura uetus, sed figura noua ac mysteriũ: iam eẽm in cœna
figuræ ueteres erant expletæ. Hæc aũt figura erat ad ritũ nouæ legis, qui est passio
nis dñi rememoratio, & corporis sanguinisq̃ eius sumptio, id est remissionis pec
catorũ, redẽptionis & fructus passionis eius participatio. Decet ergo eũ q̃ ad hoc
nouũ mysteriũ accedit, ad nouã finita uetere cœnã, ad spũale, cœlesteq̃ conuiuium
esse mundũ totũ, & in aĩa ab omni peccato, & in corpore ab omni affectu, anima ip
si peccato, & corpore ipsis affectibus mortuo, sed utroq; gratiæ & spũi uiuente: id
nõ nobis, sed CHRISTO faciente per suæ fidei, spei & dilectionis, imo uiuificanti
tis spũs ipsius infusionẽ. Alioq; qui sibi cõscius ẽ aut infidelitatis, aut ueneficij, aut
homicidij nõ expiati, aut alicuius taliũ, ex quibus neq; resipuit, neq; resipiscit, & ac
cedit

cedit inter expiatos, Iudas est in mensa domini inter apostolos: ꝓpterea scite dicit
Paulus: Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, alioqui ti- 1.Cor.11.
mendũ est, ne audiat à deo qd huic, Mundi estis, subiungit, sed non omnes. Sed di
cens: Quando dominus porrexit discipulis suis corpus suum in spiritualẽ cibum, &
sanguinem suum in potum, nondum finita erat cœna, dicente Matthæo capi. 26.
numero. 24. Cœnantibus autem eis, accepit IESVS panem, benedixit ac fregit,
deditq̃ discipulis suis, & ait: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Dico hic
apud Matthæum non haberi, Cœnantibus autem eis, sed ἐσθιόντων δὲ αὐτῶν, Eden-
tibus autem ipsis. Quod si etiam esset, cœnantibus: id non de corporali illa cœna,
sed de spirituali intelligendũ esset: debuit eẽm materialis præcedere spiritualem, ut
lex uetus nouam, uerũ illam priorem, & istam posteriorem nõ distinxerunt Mat-
thæus, Marcus & Lucas, quia dicere omiserũt, q̃modo finita prima, dominus sur-
rexit, ut pedes apostolorum in mysterium lauaret, ad secundam spiritualemq̃ cœ-
nam sumendam. Quod ideo Ioannes dicendũ assumpsit. Sed adijcies: Quomodo
ergo post lotionem pedum, quod intelligit ex Ioanne, dixit de Iuda ex Matthæo,
id, Qui intingit mecũ panem in paropside, hic me tradet? Cui similis sentẽtia habe
tur in Marco. At certũ est quod paropsis siue catinum uas illud erat, in quo pascha
lem manducabant agnũ. Non habet apud Matthæum, intingit, sed ὁ ἐμβάψας, id est,
qui intinxit: & apud Marcum, ὁ ἐμβαπτόμενον, qui intingebat. Hæc autẽ rem præteri-
tam factamq̃ cœnã indicabant. Et hoc etiã corporis & sanguinis domini mysteriũ
post cœnam factam fuisse, testatur Lucas capi. 22. cum dicit: Similiter & calicem,
postq̃ cœnauit, dicens: Hic est calix, nouũ testamentũ in sanguine meo. Et quanq̃
ἐμβαπτόμενον adiaphorian habet ad præsens & præteritum imperfectum: hic tamen
ex Ioanne, Matthæo, & Luca, præteritum imperfectũ designare oportere uidet.
Sed & Paulus ad Corinthios, hanc nouæ legis spiritualẽ epulationẽ, dominicã cœ- 1.Cor.11.
nam appellat. Et Ioannes capite ultimo, ubi ait: Cõuersus Petrus uidit illũ discipu
lum, quẽ diligebat IESVS, sequentẽ, qui & recubuit in cœna super pectus eius: eti
am cœnã uocat. Sed nunquid potuit eadem, cœna uetus & cœna noua esse, figura
& ueritas, umbra & lux? Altera igitur uetus, & hæc noua. Sed an, quia æternitatis
conuiuiũ designat, alij euangelistæ hic expressiõis sub noĩe cœnæ in hoc mysterio
nõ meminere (nam cœna, serũ uesperũ'ue in conuiuio subindicare uidet; æternitas
aũt nescit uesperum) sed magis mensam domini, & sacram epulationem & bibitio
nem intelligi uoluerũt. Quemadmodũ dominus dicit apud Lucã: Et ego dispono Lucæ.22.
uobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnũ: ut edatis & bibatis sup mensam meã
in regno meo. Attamẽ & cœna, ut in Paulo & Ioãne, bene uocari potest: qa eo ue-
spere cœpta est, q̃ CHRISTI proxime sequebat immortalitatis dies. Duplex er-
go sit cœna, uetus & noua, Mosi & CHRISTI, legis & gratiæ, umbræ & ueritatis
carnis & spiritus, seruitutis & libertatis: & (ut sic dicã, & paucis multa cõplectar)
mortis & immortalitatis. Sed de his hactenus. Subdit ergo dominus: Amẽ amẽ di
co uobis, nõ est seruus maior domino suo, neq; apostolus maior eo qui misit illum.
Seruus nõ solũ nõ maior, uerũ etiã minor est domino suo: & apostolus, id est mis-
sus, minor eo qui misit illũ. Nonne ergo dominus minor est patre qui misit ipsum?
Minor est, non natura, sed quia ueniens exinaniuit semetipsum, formã serui accipi
ens, sicut psal. 39. scriptum est: Sacrificium & oblationem noluisti, aures autẽ apta
sti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce uenio. Secun-
dum eam autem naturam, qua in forma dei erat, ipse fuit æqualis mittenti. Sed &
missum mittenti æqualem esse, etsi non maiorem, quid prohibet, cum spiritussan-
ctus missus legatur, tametsi non exinaniuerit semetipsum? Verus est ergo semper
sermo CHRISTI, dicentis: Neq; apostolus maior est eo qui misit illum; si exten-
dimus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dimus nomen apostoli ad ipsum, & non potius aptemus ad eos apostolos, qui sub eo & erant, & futuri erant, de quibus potissimũ intelligendũ uidetur dñi dictũ. Et subdit dominus ad apostolos suos, ad quos loquebatur: & per eos ad oẽs, qui sub inde doctrinã ipsius, & facta ipsius audituri erant: Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Si hæc scitis quæ dixi & feci uobis, beati eritis: sed non solũ quia scitis (quandoquidẽ hæc fides imperfecta esset & mortua) sed si scitis & feceritis ea. Et adhuc nondũ in fide & operibus fidei cõsistit beatitudo uestra: sed beati eritis: nam deus est, qui uere beatificat: illa uero, scientia inquam quæ est uerbi dei, ipsaq; fides & opera eius, præcedunt: Et subnectit cõtinenter: Non de oĩbus uobis dico. Quidnã? Beati eritis. Quia Iudas à beatitudine exclusus erat: nam ex numero eorũ, duodecim elegerat ad apostolatũ, et ex illis duodecim, undecim ad beatitudinem. Sed dices: Cur nõ duodecim illos ad beatitudinẽ elegit, ut ad apostolatum? Sane quia & de unius reprobatione scriptura sacra mentionẽ facit. Quod subiũgit dominus, dicẽs: Ego scio quos elegerim: nã duodecim elegerat ad apostolatũ. Sed ut adimpleatur scriptura: Qui manducat mecũ panẽ, leuabit contra me calcaneũ suũ: elegerat eũ dominus Iudam ad apostolatũ, quẽ à uerbo beatitudinis nuper exclusit. Hæc autem scriptura ex Psalmo. 40. desumitur, ubi nunc sic legimus: Etẽ homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationẽ. Sed & de eodem, Psalmo. 108. scribitur: Et episcopatum eius accipiat alter. Vn de intelligere possumus, ipsum Iudam ad apostolatũ fuisse accitũ: & nõ solũ ad apostolatum, sed etiam ad episcopatum, etsi ex eo exciderit: & omnes apostolos fuisse episcopos: quod si episcopus & pontifex idem sunt, & omnes quoq; fuisse pontifices: & ita ut CHRISTVS, apostolus, episcopus & pontifex in ueritate, sic isti in
Heb. 3. imitatione. CHRISTVS aũt apostolus & pontifex, dicẽte Paulo: Considerate a-
1. Pet. 2. postolum & pontificem confessionis nostræ IESVM. Et episcopus, dicẽte Petro: Sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopũ animarũ uestrarum. Voluit autẽ dominus illud apostolis de uno ipsorũ declarare, & ita à spiritu sancto in scriptura fuisse monstratũ ostendere: ut ipsi, & non minus qui post eos futuri erant, manifeste cognoscerent, quod ipse dominus erat Messias atq; CHRISTVS, in quo complebantur omnia, quæ de Messia in psalmis scripta erant. Quod aperit eis, dicendo Amodo, id est ex hoc nũc, ex hac hora: dico uobis prius q̃ fiat, ut cũ factũ fuerit, credatis, quia ego sum: quod ego sum CHRISTVS, quod ego sum dei filius, cui oĩa cognita sunt anteq̃ fiant: quod ego sum de quo scripturæ (quas etiam Iudæi interpretãtur de CHRISTO) locutæ sunt. Et adijcit: Amen amen dico uobis, qui accipit si quẽ misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eũ qui me misit. Id, Qui accipit si quem misero: ad reliquos undecim apostolos & collegas, quos illis adhibuit CHRISTVS, pertinet. Qui quia missi fuerunt à CHRISTO, nõ sua loquebãtur, sed quæ CHRISTVS mandabat: & ideo qui eos recipiebat, & uerbis eorum credebat, CHRISTVM recipiebat, & uerbis eius credebat: qui autem recipiebat CHRISTVM, quia CHRISTVS non sua, sed mãdata patris annunciabat (ut iam dictum est) summum patrem qui misit eum, recipiebat. Quantum est igitur recipere Matthæũ, Marcum, Lucam, Ioannem, Iacobum, Petrum, & reliquos apostolos ut apostolos? Tantũ sane, ac recipere filiũ dei in terra loquentẽ. Et contra, contemnere quemuis eorum, perinde est atq; contemnere CHRISTVM nobis in terra loquentem. Porro quid post hæc uerba fecerit dominus, subdit Ioannes, dicens.

103 „ ¶ Cum hæc dixisset IESVS, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen
„ amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me. Aspiciebant ergo ad inuicem disci
„ puli, hæsitantes de quo diceret. Erat autẽ recumbens unus ex discipulis eius in si-
„ nũ IESV, quem diligebat IESVS. Innuit ergo Simon Petrus, & dixit ei: Quis est
de quo

„ de quo dicit? Itaq; cũ recubuisset ille supra pectus IESV, dicit ei: Domine, qs est?
„ Respondit IESVS: Ille est, cui ego intinctũ panem porrexero. ¶ Turbatus est (inquit) spiritu. Hæc autem turbatio spiritus, diuina quædam motio erat, magnum aliquod opus futurũ (ut & cæteræ eius spirituales turbationes) insinuans. Quod licet hic Ioannes suppresserit, alij tamẽ euãgelistæ, Matthæus, & Marcus, & Lucas expresserunt, scilicet teletæ omnia cõsummantis primordia, primariãq; institutionẽ. Teletæ inquam corporis sanguinisq; proprij, quæ in prima spiritali cœna, & in hoc mundo cũ discipulis suis nouissima, eisdem exhibuit. Idcirco quia illi expresserunt, tacuit hic Ioãnes. Et ad uerba CHRISTI, qbus præmanifestauit traditorẽ, transijt: ut circa id, de se & Petro narraret quod alij omiserant, & ait dominum dixisse: Amẽ amẽ dico uobis, quia unus ex uobis tradet me: quod & Matthæus, & Marcus dixerunt. Et subdit, Aspiciebant ergo adinuicem discipuli, hæsitãtes de quo diceret: sed id ex Matthæo atq; Marco non sine tristitia & mœrore. At quod sequitur, ij nõ tetigerunt, non expresserunt, memoriæ ue prodiderunt, scilicet: Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu IESV, quem diligebat IESVS. Hic erat ipse Ioãnes euãgelista, q dilectus discipulus dicit, & q altius cæteris apostolis, in dictis & factis domini, diuinitatem eius aut attingebat, aut certe illi ut manifestaret, fuit infusa. Et quid est, Recumbens in sinu IESV? Nunquid sic acclinatus incũbebat pectori IESV, ut puluino qui dormiturit, quod uulgo fermẽ persuasum est, ex pictorũ repræsentationibus? Nõ sic arbitror, sed eo pacto Ioannem illi mensæ recumbentem credidérim, ut facile supra pectus domini reciderit, & attẽtius quippiam audiendo, & familiarius si quid uellet interrogãdo: tunc enim ipse & cæteri tristes erant, aspicibantq; se mutuo uerbis domini cõturbati. Quem cum uideret Petrus sic apto loco ad interrogandum recumbẽtem, innuit ei, signũ ei aliquod, nutum ue fecit ut interrogaret, quis is esset, quo de loqueretur dominus. Ille uero Petri nutũ intelligẽs, recidit, reclinauit, admouit caput sacro domini pectori, & interrogauit: Domine, quis est? Et hæc designant hæc uerba: Erat ergo recũbens unus ex discipulis eius in sinu IESV, quẽ diligebat IESVS: Innuit ergo huic Simõ Petrus, & dixit: siue (ut Ioannes habet) νεύσας, id est ut interrogaret, quis esset de quo dicit. Si enim dixit Simon Petrus, quid opus fuit ut innueret ei signo? Itaq; cum recubuisset ille supra pectus IESV, dicit ei: Domine, quis est? Et id, Cum recubuisset: nõ est idẽ uocabulũ quod prius positũ est, ubi dictum est: Erat ergo recumbẽs. nam illic dicebatur ἀνακείμενος, hic autem ἐπιπεσὼν, significatq; hoc cum recidisset ille, cum decubuisset supra pectus IESV: quod faciunt ij qui demittunt caput supra pectus alicuius, quum quippiã secretius percontari uolunt. Antequã ergo id innuisset Petrus, nõ sic habuisse caput demissum supra pectus domini ad aliquid secrete sciscitandũ, uidetur. Et sic pictores in modum procidentis, & demissi in pectus alterius, & secretius quippiã interrogantis, pingere debuissent, si id erat depingendum, non instar aut dormiẽtis, aut dormiturientis. Et secretiori petitioni eius, respondit dominus: Ille est, cui intinctũ panem porrexero. Vbi aliud signum ponitur soli Ioanni intellectum, quàm quod prius omnibus dixerat: Qui intinxit mecũ manũ in paropside, hic me tradet. Nam Iudas hic non intingit, sed dominus. Iudas primũ intingens capiebat, hic dominus porrigit ei. Prima intinctio facta est in paropside & catino: hic de paropside & catino nulla mẽtio fit. Illic de intinctione, durãte etiã typica, ut dictum est, cœna: hic de porrectione, peracta etiã mystica cœna: quod quia alij de intinctione & porrectione nihil meminerant, haud ab re hic retexuit Ioannes. Quod si quæras, an mysticũ panem in benedictionis calicem, de quo omnes biberant, intinctũ porrexerit, non arbitror. Satis enim erat Iudæ, semel male corpus & sanguinem CHRISTI percepisse. Panem ergo quẽ uoluit, & intinctũ ubi uoluit, pro signo porrexit: & tantum

Matth. 26. Marc. 14. Lucæ. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nosse sat est. Porrexit ergo Iudæ. Et sic cognouit Ioannes, quis esset eũ traditurus.
Sed modum ipse ignorabat: Dominus autem & modum, & tempus, & omnia so-
104 » lus nouerat. Quid uero hoc postea secutum est, subdit Ioannes, dicens. ¶ Et cũ in-
» tinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellam, introiuit in eũ sa-
» tanas. Et dicit ei IESVS: Quod facis, fac citius. Hoc autẽ nemo sciuit discũbentiũ,
» ad quid dixerit ei. Quidã enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset
» ei IESVS: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festũ, aut egenis ut aliquid daret.
» Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo: erat autem nox. ¶ Infelix Iu
das buccellam accepit, quã simulãdo beneuolentiam & amicitiã, comedit. Et signo
nõ solum mentiebatur ei qui fecerat ipsum, sed etiã cõtradicebat. Postquam emen
titam beneuolentiam ac amicitiam, satanas qui est pater mẽdacij, malæ uoluntatis,
& inimicitiarũ, introiuit in Iudam. Cui dixit dominus: Quod facis, fac citius. Quæ
uerba nõ sunt præcipientis, sed prædicẽtis & permittentis. Prædicebat enim, quod
Iudas in animo habebat cito traditũ ire ipsum principibus sacerdotum: quod & ea-
dem nocte fecit ante galliciniũ. Permittebat autẽ, quia si resistere uoluisset, nullus
Esaiæ. 53. eũ capere potuisset. Sed oblatus est (ut inquit, ppheta) quia ipse uoluit. Et ad quid
dominus uerba illa dixisset, neque Ioannes, neque ullus aliorum apostolorũ tũc in-
tellexit. Sed quidam eorũ putabant ipsum ad hoc dixisse illa, ut Iudas ea quæ pro fe
sto transigendo erãt necessaria cõpararet, aut quippiam pauperibus erogaret. Hac
autem opinione ducebãtur: quia Iudas marsupium habebat. Verum, grauiter falle
bantur: quandoquidem Iudas non erat emptor, sed uenditor: nõ benefactor paupe
rum, sed populator: quia fur erat, & pauperes ipsi curæ nõ erant. Hic enim erat, de
quo psalmo cẽtesimooctauo: Et persecutus est hominem inopem & mendicũ, con
punctum corde mortificare. Et dilexit maledictionẽ, & ueniet ei: & noluit benedi-
ctionem, & elongabitur ab eo. Porro hanc sceleratæ mẽtis detectionem, perfidus
Iudas pro uelamine, abeundique occasione cepit, ad quod ducem satanam habebat,
qui iam in ipsum introierat. Buccella ergo sumpta, & his uerbis auditis, continuo
abijt. Et ad quos abijt? Profecto ad principes sacerdotum & pharisæos. Erat autem
nox. Iudæ maxime omnium erat nox, qui diẽ reliquerat uitæ, & acceperat noctem
mortis, & mortis quidẽ æternæ. Verumetiã nox erat sensibilis, quia ab exordio no-
ctis, cœpta fuerat cœnæ agni paschalis præparatio: & tũc potuit eẽ hora circiter ter
105 » tia noctis. At quid Iuda abeunte dominus dixerit, subdit Ioannes, dicens. ¶ Cũ er-
» go exijsset, dixit IESVS: Nunc clarificatus est filius hoĩs, & deus clarificatus est in
» eo. Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso, & continuo
» clarificabit eũ. Filioli, adhuc modicũ uobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iu-
» dæis, quo ego uado, uos non potestis uenire: & uobis dico modo. ¶ Nunc clarifica
tus est (inquit) filius hominis. Gloriam suam secundum naturam serui, & qua erat fi
lius hominis, dñs reputabat esse, ut & reuera erat, obedire patri, & pro eius amo-
re & uoluntate id præcipue implere, propter quod à patre præcipue missus fuerat:
missus autem fuerat, ut morte sua omnes filios Adam, qui per peccatũ mortui erãt,
si modo haberent, aut habituri essent in ipsum fidẽ, uiuificaret. Sic igitur pro uolun
tate patris, & tãta obediẽtia & amore mori, illi gloria erat: ut & certe magna gloria
esset alicui seruo, si sic domino suo obsequeretur, sic eũ diligeret, ut p eius amore ac
uoluntate, magno etiam gaudio, mortem oppeteret: sed & talis obedientia serui, ta
lis que amor gloria esset domino. Sed quem dominũ magis decebat quàm summũ,
talem habere seruum, cuius obedientia cæterorum omnium obedientiã in immen-
sum excelleret, & amor amorem, & in hoc gloria omnium aliorum gloriam? Ergo
cum iam erat dominus hanc obedientiam præstiturus, iam suũ amorem testaturus,
utpote reiã definita, dicebat: Nũc clarificatus, id est glorificatus, est filius hominis:
& deus

& deus clarificatus est in eo, id est summus pater glorificatus est in filio suo, & sum
mus dominus in seruo suo: id quod instabat & in procinctu erat, perinde atq; iam
factum reputans. Sed & ipse qui dominus erat secundum formam dei, & seruus se
cundum formam hominis, domini sui, qui idem & pater erat, bonitatem non igno-
rans, dicebat: Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eũ in seipso. Si qs es-
set dominus, pro cuius amore & honore seruus aliquis, qui nunq; nisi summe obe-
diens fuisset, mortuus esset, ut ille innũeros haberet seruos, qui ipsum nõ secus ac
proprij filij diligerent: nõne ille si in potestate sua esset suscitare seruũ illum, rede-
untem ad uitã glorificaret gloria sua, & faceret sibi conregnare, qui tot sibi acquisi-
uisset seruos obedientia & morte propria, quæ erat in seruo, domini gloria? Sic &
deus, qui summe bonus est dñs, summe obedienti seruo suo, qui pro ipsius amore
& honore moriturus erat, facturus erat: & eũ glorificaturus gloria sua, quæ est im-
mortalitatis gloria, eum suscitando ad uitam, conregnare faciendo, & cõstituendo
super uniuersum dominium suum. Et quia id non multo post mortem suam futu-
rum erat, subiecit dominus: Et continuo, protinus, cõfestim clarificabit eũ. Bonus
erat seruus, & quo nullus unquàm melior neq; fuit, neq; esse potuit, qui magis do-
minum suum in se glorificauerit: sed domini bonitatem uictricem esse oportuit,
cuius collatione serui bonitas nulla est: & gloriã domini, id est qua glorificat seruũ,
uincere gloriam, qua glorificatus est à seruo: quandoquidem hæc, si illi conferatur
nulla est: illa autem immensa. Non ergo seruus uincit, sed dominus. Et quod uincit
seruus, domini victoria est. Et uictoria serui, est uictoria domini ĩ seruo: at uictoria
domini, est uictoria domini in seipso. Et ideo quicquid acquirit seruus, dominus ac
quirit. Non eẽ dicere potest seruus, hæc est mea acquisitio. Neq; potest esse serui
gloria, nisi ea quæ est domini: parua quidem in seruo, magna autẽ in domino. De
hac, hic dicit dominus: Et continuo clarificabit eũ. De illa, paulo supra: Nũc clarifi-
catus est filius hominis. Cum hæc dominus de gloria sua, siue in se secundũ formã
serui, siue in deo dixisset: subiunxit ad undecim apostolos suos: Filioli adhuc modi
cũ uobiscũ sum: innuens breue esse tẽpus, q̃ adhuc aut in mortali carne, aut in im-
mortalitatis gloria cum ipsis corporaliter uisibiliterq; futurus erat: nam in mortali
carne, si tunc erat noctis hora tertia, nõ erat futurus cũ eis nisi duo de uiginti horis
quandoquidem hora nona illucescentis diei expirauit. In immortali aũt carne, po-
stea cũ eis nõ nisi quadraginta uersatus est diebus. Recte ergo dicit: Filioli adhuc
modicum, adhuc pauco tempore uobiscũ sum. Filioli, nomen erat, non mollis, non
blandi, sed uehementissimi & flammantissimi in deo, atq; secundũ spiritum amo-
ris. Et recte filiolos appellat; quos cũ ipse in spiritu genuisset, adhuc tenellos foue
bat, & uelut infantulos sub mamma usq; ad ablactationem, misso spiritu sancto de
cœlo, qui uires intelligentiarũ in ipsis solidaret, retinebat. At cum dicebat eis: Ad-
huc partuo tempore uobiscũ sum: potuissent dicere: Domine si hinc abis, noli nos
hic relinquere, sed permitte ut tecũ eamus: ut nõ modico, sed plurimo tempore te-
cum simus. Quibus quidem futuris ipsorum cogitatibus ac desiderijs, dominus oc
currit, dicẽs: Quæretis me, & sicut dixi Iudæis: Quo ego uado, uos nõ potestis ue-
nire, & uobis dico modo. Quid est, Quæretis me? Desiderabitis præsentiam meã
corporalem, quam subtrahã à uobis. Et sicut prius dixi Iudæis: Quo ego uado, uos
nõ potestis uenire: ita & uobis dico modo, Quo ego uado, uos nõ potestis uenire.
At ubi dixit dominus Iudæis, quod quo ibat, non poterant uenire? Capite septimo
huius, numero sexagesimo quarto, ubi ait: Adhuc modicum tempus uobiscũ sum:
& uado ad eũ qui me misit. Et subdit: Et ubi ego sum, uos nõ potestis uenire. Si er-
go dicebat eis, quemadmodũ Iudæis, Quo ego uado uos nõ potestis uenire: & ibi
de abitione sua ad patrẽ (Vado, inquit, ad eum qui me misit) loquebat; & hic quoq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

de abitione ſua ad patrẽ, loqui intelligendus eſt. Cæterũ Iudæi ſimpliciter non po-
terãt ire quo` ipſe ibat: iſti uero nõ ſimplicit̃, ſed modo, poſtea abituri, ut paulopoſt
106 „ innuit, cum mandatũ nouum dat eis, reſerante Ioanne, dicens. ¶ Mandatũ nouum
„ do uobis, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. In hoc co
„ gnoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionẽ habueritis adinuicẽ. Dicit ei
„ Simon Petrus: Domine, quo` uadis? Reſpondit IESVS: Quo` ego uado, nõ potes
„ me modo ſequi, ſequeris autem poſtea. Dicit ei Petrus: Quare nõ poſſum te ſequi
„ modo? Animam meam pro te ponam. Reſpõdit ei IESVS: Animam tuam pro me
„ pones? Amen amẽ dico tibi, nõ cãtabit gallus, donec ter me neges. ¶ Hoc eſt man
datum nouum, mandatum nouæ legis, diligere nos inuicem, ſicut dominus dilexit
nos: nõ diligere nos dilectiõe carnis & ſanguinis, ſed dilectione ſpiritus, dilectio-
ne in deo, ſecundũ deum, & propter deum: quæ dilectio, dilectioni carnis contraria
eſt (nam hæc in tenebris peccati manet: illa, in luce gratiæ) & etiã dilectiõi naturæ,
niſi hæc in ſpiritu abſorpta ſit. nã natura ſeipſam reſpicit, & amat: illa uero dilectio,
ſolum deum. Et ſic quidem ſolum deum, ut pariat odium ſui perinde atque nihili:
quia uidet oculo ſupra ſe mutuato, deum ſolum eſſe, ſe autẽ nihil eſſe: & multo eti-
am magis, quàm imago in ſpeculo, ſi uideret oculo ſupra ſe, hominem qui eſt ſui ue
ritas, uideret illũ eſſe id quod eſt, ſe autem nõ eſſe. Vetus mandatum eſt: Diliges
proximum ſicut teipſum. Nouũ eſt: Diliges proximũ tuum, ſicut CHRISTVS di-
lexit te, qui uitam ſuam tradidit propter teipſum. Ergo tam differt nouũ à uetere,
quàm ſpiritus à carne, & quodammodo deus à natura. Vetus dilectio, ſecundũ na-
turam: noua, ſupra naturã. Illa, extra deum: hæc, tota in deo. Illa, propter ſe, & amo-
re ſui: hæc, propter deũ, etiam amore ſui excluſo: alioqui nõ eſt ut CHRISTVS di-
Matth. 16. lexit nos: qui non amorem ſui, ſed ſolam dei dilectionem oſtẽdit. Proinde dixit, Si
Luc. 9. quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam: addit Lucas,
quotidie, & ſequatur me: & hoc modo nunc diligere fratrem ſuum, eſt diligere cru
cem fratris ſui, mortificationem eius in mundo pro CHRISTI IESV, qui nos rede
mit, honore. Hic amor nouus, hæc noua dilectio, in primitiua eccleſia apprime fuit
cognita, cũ pater filium præmittebat ad martyrium, ipſe uero omni gaudio plenus
ſequebatur: & mater filiam, & ſequebatur: & uir uxorẽ, ut Petrus ſuam, & ſequeba
tur, aut contrà. Tũc bene notus fuit hic amor: &, ut ſic dicam, praxi exercitatus: nũc
autẽ male, & aut in nullo, aut certe` perexiguo uſu: & quomodo hic in uſu eſſet, cũ
uix etiã amor, qui naturæ debetur, nunc cognoſcatur? Nullus fermè` regnat amor,
niſi adulterinus, qui carnalis eſt, & ementitus qui cum fictione eſt. Solus autẽ noui
mandati amor, uerus amor eſt; hæc ſola eſt pulchra dilectio, cuius ſapientia æterna
Eccle. 24. mater eſt: ſicut ſcriptũ eſt: Ego mater pulchræ dilectionis. O quàm pulchrũ, quàm
admirabile, quàm diuinum eſt, hoc nouũ dilectionis mandatum? In hoc (inquit do-
minus) cognoſcẽt omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis adinui-
cem: ſi dilectionem (inquit) habueritis adinuicẽ, ſicut ſcilicet dilexi uos: quia hæc di
lectio noua eſt, pulchra eſt, & mundo incognita, qua neſcit diligere mundus, neq;
quiſquam, niſi à CHRISTO fuerit edoctus: edocetur autem, cũ illa infunditur: non
ſolũ lumine, quæ eſt nuda cognitio, ſed luminis ardore, quæ eſt Chriſtiformitas, &
inflammata CHRISTI aſſimilatio. Et tũc cognoſcuntur per hanc tãrarã dilectio-
nem, quod diſcipuli dei ſunt, & uere à deo perfuſi, quicunque in mundo tales ſunt
amatores. Quos multiplicet in mũdo deus, per ſuam magnam & ineffabilem miſe
rationem. Amen. Hæc ubi locutus eſt dominus, Petrus nõ attẽdens ad illius nouæ
dilectionis præceptũ: ſed ad id præſertim quod paulo ante dixerat, Et ſicut dixi Iu-
dæis, quo` ego uado, uos nõ poteſtis uenire, & uobis dico modo: interrogat domi-
num, dicens: Domine, quo uadis? At ex hoc, quod dominus dixerat, Sicut dixi Iu-
dæis,

dæis: intelligere debuit, quod ibat ad patrem: dixerat enim eis, Vado ad eũ qui mi-
ſit me: proinde nequaquam interrogandus erat, Domine, quo` uadis. Et dñs idem
ferè, quod prius locutus fuerat, reſpõdit ei: Quo` ego uado, nõ potes me ſequi mo
do. Et adiecit: Sequeris autem poſtea. Quaſi diximſſet: Vado ad patrẽ, me autẽ mo-
do ſequi non potes (id enim nondum expediebat) ſequeris autem poſtea: cum mu-
nus apoſtolatus tibi creditum impleueris, & morte tua euangelij ueritatẽ teſtatus
fueris: tũc uinculis mortalitatis reſolutis, ſequeris me, & uenies ad patrem. Sed Pe
trus illis uerbis domini parum contentus, cauſam quærit quare ſequi nõ poſſit mo-
do. Quare (inqt) non poſſum te ſequi modo? At uerbo domini acquieſcere debuit,
non rationẽ expoſcere, quaſi dubitaret, aut (quod deterius eſt) contradicere uellet.
Hoc autem perinde eſt, acſi diximſſet: Poſſum modo ire: nam quocunq; ieris, etiã ſi
pro te moriendum ſit, te ſequar: animam meam, uitam meam pro te ponã: poſſum
ergo ire modo. Et quanquam non oportuit rationem quærere, nõ oportuit contra-
dicere, nõ oportuit falſum adijcere: mira tamẽ IESV benignitas id pertulit, quæ di-
ſcipulos ſuos adeo rudes, tam benigne, tam manſuete, tam patienter ubique tolera-
bat. Ratio non fuit expoſcenda: quia nõ eſt noſtrum noſſe futurã diuinæ circa nos
prouidentiæ diſpenſationem: & id exigere uelle, aut in hoc conari, uanum & curio
ſum eſt. Non fuit contradicendum, quia ſcriptũ eſt: Væ, qui contradicit factori ſuo. Eſa. 45.
Quod autem falſum adiecerit, notũ eſt. Quod & illi prædixit dominus, dicẽs: Ani-
mam tuam pones pro me? quaſi diceret, nequaquam: ſed longe aliud euenturũ eſt.
Et quidnam? Amen amen dico tibi, non cãtabit gallus, donec ter me neges. Tantũ
aberit, ut animam tuam (cum periculum ingruet) pro me ponas, ut etiã gallus non
cantet, nõ finiat cantum ſuum, etiam hac nocte: ut adiecit Matthæus, donec ter me Matth. 26.
neges. Quod euentus rei probauit. Adeo uana eſt omnis humana cogitatio, & o-
mnis homo qui ſe aliqd poſſe, aut eſſe credit, & q ex ſe agit. Talis fuit Petrus uſq;
ad aduentum ſpiritus ſancti, in quo in alium uirũ mutatus, nihil amplius ut huiuſmo
di ex ſe egit, ſed ſpiritus dei ĩ eo: & tũc intellexit ſe nihil eſſe, nihil poſſe, nihil ſcire:
at tunc maxime fuit, potuit, & ſciuit. nam ipſe fuit ſupra ſuum eſſe, & potuit ſupra ſu
um poſſe, & ſciuit ſupra humanũ ſcire: aut (iuxta Pauli dictum) non ipſe, ſed gratia 1. Corin. 15.
dei, quæ cum ipſo erat. Amplius dico, ſed deus in eo, qui omnia quæ ſupra homines
ſunt, operatur in omnibus. Ergo in ijs quæ dei ſunt, nihil nobiſipſis, ſenſibusq; no-
ſtris tribuamus, nihil exiſtimemus ſecundum hominem eſſe quod uiuificũ, & ſoli-
dum ſit: ſed id potius precemur, ut dignet̃ deus operari in nobis, & infundere lucis
ſuæ chariſmata, ut ex nobiſipſis feriantes, debita laude ac ueneratione ſummum pa
trem in ſpiritu filij ſui proſequamur. Cui detur in ipſis, & per ipſos, & cum ipſis o-
mnis honor, & gloria, & gratiarumactio, in omnia ſeculorum ſecula. Amen.

CAPVT QVARTVM DECIMVM.

IT ait diſcipulis ſuis: Non turbetur cor ueſtrũ. Creditis in 107
deum, & in me credite. In domo patris mei mãſiones mul
tæ ſunt. Si quo minus diximſſem uobis, qa uado parare uo
bis locum. Et ſi abiero, & præparauero uobis locũ, iterum
5 uenio, & accipiã uos ad meipſum: ut ubi ſum ego, & uos
ſitis. Et quo ego uado ſcitis, & uiam ſcitis. ¶ Dicit ei Tho 108
mas: Dñe, neſcimus quo uadis, & quomodo poſſumus uiã ſcire? Dicit ei

Universidad de Deusto
Biblioteca

IESVS: Ego ſum uia, & ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrẽ, niſi per me.
Si cognouiſſetis me, & patrẽ meũ utiq; cognouiſſetis, & amodo cognoſce
tis eũ, & uidiſtis eũ. Dicit ei Philippus: Domine, oſtende nobis patrẽ, & 10
ſufficit nobis. Dicit ei IESVS: Tanto tempore uobiſcũ ſum, & non cogno=
uiſtis me? Philippe, qui uidet me, uidet & patrẽ. Quomodo tu dicis, Oſtẽ
de nobis patrẽ? Non credis qa ego in patre, & pater in me eſt? Verba quæ
ego loquor uobis, a meipſo nõ loquor. Pater autem in me manens, ipſe fa
cit opera. Nõ creditis quia ego in patre, & pater in me eſt? Alioquin pro= 15
109 pter opera ipſa credite. ¶ Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera
quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad patrẽ ua=
do. Et quodcunq; petieritis patrẽ in nomine meo, hoc faciam, ut glorifice=
110 tur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciã. ¶ Si dili=
gitis me, mãdata mea ſeruate. Et ego rogabo patrẽ, & aliũ paracletũ dabit 20
uobis, ut maneat uobiſcum in æternum, ſpiritũ ueritatis, quẽ mũdus non
poteſt accipere: quia nõ uidet eum, nec ſcit eum. Vos autẽ cognoſcetis eũ,
quia apud uos manebit, & in uobis erit. Non relinquam uos orphanos: ue
111 niam ad uos. ¶ Adhuc modicũ, & mundus me iam nõ uidet. Vos autẽ ui=
detis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoſcetis, qa ego 25
112 ſum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. ¶ Qui habet mandata mea,
& ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Qui aũt diligit me, diligetur a patre meo.
Et ego diligã eũ, & manifeſtabo ei meipſum. Dicit ei Iudas, nõ ille Scario=
this: Domine, quid factũ eſt, quia manifeſtaturus es nobis teipſum, & nõ
mundo? Reſpondit IESVS, & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonẽ meum 30
ſeruabit, & pater meus diliget eum: & ad eũ ueniemus, & manſionẽ apud
eũ faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermonem
quem audiſtis, nõ eſt meus, ſed eius qui miſit me, patris. Hæc locutus ſum
uobis, apud uos manẽs. Paraclitus autẽ ſpiritus ſanctus, quẽ mittet pater
in nomine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcũq; 35
113 dixero uobis. ¶ Pacẽ relinquo uobis, pacẽ meã do uobis. Non quomodo
mundus dat, ego do uobis. Nõ turbetur cor ueſtrũ, neq; formidet. Audi=
ſtis qa ego dixi uobis, uado & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis
utiq;, quia uado ad patrẽ: quia pater maior eſt me. Et nunc dixi uobis, pri
uſquam fiat, ut cum factum fuerit credatis. Iam nõ multa loquar uobiſcũ: 40
uenit enim princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquam. Sed ut co
gnoſcat mundus, quia diligo patrẽ: & ſicut mandatum dedit mihi pater,
ſic facio. Surgite, eamus hinc.

ANNOTATIONES BREVES XXXIII. CIRCA LITE. CAP. XIIII.

1	– Et ait diſcipulis ſuis.		imperatiuum.		εἰ δὲ μὴ
1	Creditis		& infra.		Sin minus.
	πιστεύετε	3	Si quo minus:		Alioqui

3	uobis – quia		* μοι mihi		præſentia.
4	præparauero	15	Alioquin	28	manifeſtabo
	ἑτοιμάσω		εἰ δὲ μὴ		ἐμφανίσω
	parauero	16	credite * μοι mihi.		inſinuabo
5	uenio	17	horum	32	ſermonem
	uenturus ſum		his		λόγον
	& infra.	17	patrem * μου meum		rectus.
9	cognoſcetis	18	quodcunq;	33	audiſtis.
	γινώσκετε		quicquid		ἀκούετε
	præſens.	18	petieritis – patrem		præſens.
11	cognouiſtis	19	hoc	35	ſuggeret
	ἔγνωκας		ὅτι		ὑπομνήσει
	ſingulare.		ego		ſubmonebit
12	me? Philippe	20	paraclitum	35	dixero
	me Philippe?		παράκλητον		εἶπον
12	qui uidet		paracletum,		præteritum.
12	uidet		conſolatorem	38	uado
	ὁ ἑωρακὼς		& infra.		ὑπάγω
	ἑώρακε	22	ſcit		abeo
	præterita.		γινώσκει	39	utiq; quia
15	opera. – Non	22	cognoſcetis		* εἶπον dixi
15	creditis	23	manebit	39	quia pater
	πιστεύετε		γινώσκετε		* μου meus
	Credite		μένει	41	mundi – huius:

COMMENTARIVS IN CAPVT QVARTVMDECIMVM.

HIc amplius dominus diuinitatẽ ſuam diſcipulis ſuis aperit, & ſermo=
nes quos prius habuit, quod eſſet abiturus, detegit dicente Ioanne.
¶ Et ait diſcipulis ſuis: Nõ turbetur cor ueſtrũ. Creditis in deũ, & in 108
me credite. In domo patris mei manſiões multæ ſunt. Si quominus,
diximſſem uobis quia uado parare uobis locũ. Et ſi abiero, & præpara
uero uobis locũ, iterũ uenio & accipiam uos ad meipſum: ut ubi ſum ego, & uos ſi=
tis. Et quo ego uado ſcitis, & uiã ſcitis. ¶ Non turbetur, inquit, cor ueſtrũ, non diffi
dat, non formidet ob id ipſum quod à uobis abſcedo, æqua tunc uobis ſit, atque me
corpore præſente fiducia. Et cũ ſubdit, In deum creditis, & in me credite; hoc ſche
mate ſermonis, ſe deũ manifeſtat: ſiquidem in ſolum deum credere debemus, & in
nullam creaturam. Et licet eccleſia magna ſit in CHRISTO, nihilominus nõ dici
mus, credo in eccleſiam, ſed credo eccleſiam ſanctam catholicam, quare tantomi=
nus in ſanctũ aut ſanctam, uno ſancto ſanctorũ excepto, qui CHRISTVS dñs, &
qui idem deus eſt. Quid igitur requirit deus à nobis: nunquid animi noſtri turbati=
onẽ, diffidentiam, deſperationem, quod ſe interdũ ſubtrahit, ubi ſe prius manifeſta
uit per ſuæ gratiæ præſentiam? Nequaq;, ſed iugem fidẽ, & plenam fiduciam: hoc
em eſt credere in deũ: & omnis qui credit in deum, plena in deo fiducia potitur, ali=
oqui infidelis eſt, etſi ſe putet fidelem. Quẽ ſeruũ exaudiet dominus, qui in ipſum
nõ credit, nõ ſperat: ſed deſperat, & ducit dominũ ſuũ quaſi crudelem & auſterũ:
qui nõ ſolum bonus eſt, uerũ etiam pluſquã bonus, imo bonitas ipſa? O fides, cor=
dium ſerenitas & ſedatio? O infidelitas, cordium inquietudo & turbatio? Abſit er=
go turbetur cor fidelium, ſed credant in deũ patrem domini noſtri IESV CHRI=

Universidad de Deusto
Biblioteca

STI, & in dominũ nostrũ IESVM CHRISTVM: quia pater deus est & filius idẽ
tidem deus. Et qui credunt, quid expectare debent? Sane' mansionem apud eum
cui soli credunt, & in quem solum credere debent: in quem solũ dico, ut deum, sed
non solũ, non unicũ iuxta discretionem hypostaseon; sed hoc modo trinũ, patrem,
filiũ, & spũm sanctũ, & si deũ unicũ. Et rursum turbari non debemus ob id ipsum
quod innuit dominus, dicens: In domo patris mei multæ mansiones sunt. Quid er
go turbari debemus, si quandiu sumus in hoc mũdo, authorem uitæ nostræ ubi nũc
est, sequi non possumus? Mansiones ibi sunt multæ, quas summus paterfamilias
non uult manere uacuas; sed peregrinis huius exilij, qui fide ad ipsum peregrinan
tur, peracta mortali peregrinatione, eas implere. Et hæ mansiones sunt iustorum
stationes ab æterno definitæ: ut in ordine iustorum nulla sit confusio, ut neque
in hierarchijs & ordinibus angelicis. Hæ sunt iustorum sedes. Quæ si non fuis-
sent, potuisset eis dicere, Vado parare uobis locũ. Et si abiero, parabo uobis locum
Quod sic ait dñs: Si quominus, εἰ δὲ μή, id est sin minus, dixissem utiq; uobis, qd' ua-
do parare uobis locum. Et si abiero, parabo uobis locũ. At hoc non dixit: Quia lo-
cus eorũ & omnium electorũ, etiam ab æterno est paratus. Hoc tamen ipsis dixit,
& omnibus uere fidelibus: Iterum ueniam et accipiam uos ad meipsum, ut ubi ego
sum, & uos sitis. Primo uenit in suo primo aduentu; rursus, iterumq; particulariter
uenit ac ueniet, in cuiusq; electi obitu. Et uniuersaliter in nouissimo die. In particu
lari aduentu, qui ipsi fide & charitate ministrauerunt, cũ ipso sunt secundum spiri-
Philip.1. tũ & animam ipsam, à uinculis mortis ereptam. De quo dicit Paulus: Coartor autẽ
e' duobus, desiderium habens dissolui, & esse cũ CHRISTO. In uniuersali uero ad
uentu, erũt ubi ipse in regno cœlestis gloriæ, in anima & corpore resumptis, & suo
modo conformibus animæ & corpori gloriosæ humanitatis eius; nam omnes iux
Philip.3. ta beatitudinis suæ captũ, Christiformes euasuri sunt. De quo dicit Paulus: Oĩa de
trimentũ feci, & arbitror ut stercora, ut CHRISTVM lucrifaciã; ut & inueniar in
illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est CHRI-
STI IESV, quæ ex deo est iustitia in fide, ad cognoscendũ illũ & uirtutem resurre
ctionis eius, & societatem passionis illius; configuratus morti eius, si quo modo oc
currã ad resurrectionẽ quæ est ex mortuis. Et adijcit dominus: Et quo uado scitis,
& uiam scitis. Scire debuerãt quo ibat, ex uerbis eius quæ dixerat: In domo patris
mei mansiones multæ sunt. Et subdit: Sin minus dixissem uobis, quia uado parare
uobis locũ. Sed adeo rudes adhuc erant apostoli, ut eũ neq; loquẽtem, neq; sermo
nem, quem loquebatur explicantẽ, ipsi intelligerent. Quod de Thoma aperit Ioan
108 „ nes dicens. ¶ Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo uadis, & quomodo possu-
" mus uiam scire? Dicit ei IESVS: Ego sum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad pa-
" trem, nisi per me. Si cognouissetis me, & patrem meũ utiq; cognouissetis. Et à mo
" do cognoscetis eum, & uidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis
» patrem, & sufficit nobis. Dicit ei IESVS: Tanto tempore uobiscum sum, & non
» cognouistis me? Philippe, qui uidet me, uidet & patrem. Quomodo tu dicis, Ostẽ
» de nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego
» loquor uobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera.
» Nõ creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin, propter opera ipsa cre
» dite. ¶ Ecce, Thomas dicit: Nescimus quo uadis: & pro se, ut uidetur, & alijs lo-
quens, cum toties dixisset eis dominus uerba, per quæ intelligere poterãt quod ad
patrẽ ibat: ut cũ dicebat, Vado ad eũ qui misit me. Et eum qui misit esse patrem, to
Ioan.16. ties innuit: ut cũ dixit, Qui misit me pater, ipse mihi mandatũ dedit quid dicã, & qd
Ioan.12. loquar: & cũ hic pauloante id aperuit. Sed ita rudes erant, ut id non intellexerint.
Neq; id mirum erat, si se nesciebant uiam scire, etsi scirent: quia quid nomine uiæ,
dominus

dominus designare uellet, id eos latebat. Ideo dominus declarat eis, quomodo uiã
scirent, dicẽs: Ego sum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrẽ, nisi per me. Quia
uia est eundi ad patrẽ: nemo errare potest qui fide incedit per ipsum, quin peruenî
at ad patrẽ. Quia ueritas est, nemo falli potest. Quia uita est, nemo in ea uita defice
re, nemo mori potest. Ire ad patrẽ, est ire ad deũ totius bonitatis, & creatæ, & incre
atæ, primordiale, infinitum, & incõprehensibile principium: ad quem si nemo eat,
nisi per CHRISTVM; ergo sine CHRISTO, sine fide filij dei, nemo uadit ad deũ.
Omnis ergo fides stulta & inanis est, præter eã quæ filij dei est: & qui alterius fide
atq; fiducia incedit, extra uiam, ueritatẽ, & uitam incedit: & si extra uiam incedit,
errat: si extra ueritatẽ, fallitur: si extra uitam, tendit in mortẽ. Virgo MARIA, quæ
est beatarum beatissima, est admodum sancta, omnes angeli admodũ sancti, & o-
mnes martyres sub altari dei exuuias immortalitatis ex resurrectiõe expectãtes ad-
modũ sancti: sed neq; singuli, neq; omnes simul uia sunt, etsi sunt in termino uiæ.
Quod si liceret eos interrogare, an per ipsos eundũ sit ad totius sanctitudis patrẽ,
dicerent profecto: Nos non sumus uia, ueritas, & uita: nos nõ sumus uia, etsi nõ er-
rauimus; nõ ueritas, etsi seducti non sumus: non uita, etsi uiuimus: non per nos in-
cessimus, non ex nobis pependimus, non nos respeximus. Incedite ergo, non per
nos, sed per uiã qua incessimus. In deũ credite: & in CHRISTVM, qui uia est, cre-
dite: nemo ad deũ uenit, nisi per ipsum. Et subdit dominus: Si cognouissetis me, &
patrem meum utiq; cognouissetis: & à modo cognoscetis eum, & uidistis eum. Si
cognouissent CHRISTVM reuelato interno mentis oculo, ut cœlestes mẽtes eũ
cognoscunt, & patrem utiq; ipsi cognouissent, quia ipse & pater unum sunt: qui
etsi discretione duo sunt, indiuisa tamen & inseparata semper manẽt lumina, quo-
modo eũ immensum ab immenso separares? Sed hæc CHRISTI cognitio reuela
ta, mortaliũ oculis quamdiu mortales sunt, est negata. Si etiã ea fide, qua debebant
CHRISTVM cognouissent, & patrẽ utiq; cognouissent: cum toties ipse de patre
suo uerba inculcasset, quæ non sua, sed patris erant mandata: & cũ etiam uocẽ pa-
tris filiũ testantis, audiuissent tres ex eis in mõte sancto, & omnes ubi hæc uox pa-
tris uenit de cœlo ad filium: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Si ergo nõ cogno- Ioan. 12.
scebant patrẽ, infirmitas erat fidei. Sed & uerisimile est, quod hoc modo, id est fide
cognouerãt: & hoc est in hoc mũdo patrẽ uidere. Quod & uerba CHRISTI quæ
subdit, haud obscure innuere uidentur, cũ ait: Et à modo cognoscetis eum, & uidi-
stis eum. A modo erant cogniturí: quia fides eorũ erat augmentanda post CHRI-
STI passionẽ. Sed & fide uiderant eum, cum crediderant uerbis CHRISTI, & pa
ternæ uoci cœlitus delapsæ. Cæterũ ipsis e' mundo egressis, nude & aperte cogni-
turi erant, amoto fidei ænigmate, & omni, quod ob corruptibilem mortalitatis tuni
cam circumferimus, uelamine. Qd' etiã uidistis, indicare potest, si futuri sensum ha
beat: sed more Hebræorũ formam præteriti, ad certitudinem insinuandam, quod
ἀπ' ἄρτι amodo, nota futuri præcedẽs, monstrare uidet: etsi illi præsens & præteritũ
iungatur, ad certitudinẽ (ut dictum est) subindicandam. Quæ audientes discipuli,
tanq; non intelligentes, satis infirma erant fide. Quod ostendit Philippus, sympo-
lites Petri & Andreæ, dicens: Domine, ostende nobis patrẽ, & sufficit nobis. Hoc
uerbum Philippi, uerbũ infidelitatis erat. Si quis enim multa de deo cuipiam neo-
phyto loquatur, & ea quidem sancta, uera, & credenda: & is dicat instructori suo,
Ostende mihi deum & sufficit mihi: nonne hoc fuerit incredulitatis signũ? nam illi
credere fuisset uidere: si autem uidisset (fide dico) quod sufficiebat, nec eũ aliter in
hoc mundo contingere potest dei uisio, nõ dixisset, Ostende deum: tanq; deus sub
oculis mortaliũ uersari, poni'ue possit: quod qui credit, errat, & in scientia dei labit.
Ideo haud iniuria Philippum arguit dominus, & remittit ad fidem, dicens: Tanto
tempore

Universidad de Deusto
Biblioteca

tempore uobiscũ sum, & nõ cognouisti me Philippe? Qui uidit me, uidit & patrẽ. Nõ potest CHRISTVS ut CHRISTVS uideri in hoc mundo, nisi fide, similiter nec pater. Et qui fide uidit CHRISTVM, uidit & patrem: nã uidit ut missum à patre, ut dei filiũ. Sed Philippus aliam petebat cognitionem, uisionemq; q̃ fidei, qd innuit dominus, cũ dicit: Quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Vt subintelligamus eũ nõ debuisse aliam hic ostensionem patris, q̃ fidei requirere: cum memor
Ioan. 9. esse debuisset eius sermonis, quem locutus fuerat ad pharisæos: Est pater meus: q glorificat me, quem uos dicitis, quia deus uester est. Quomõ ergo audet Philipus dicere, aliter q̃ fide, ostende nobis patrem? Reuocat igitur eum, quod sequitur ad fidem: Non credis quia ego in patre & pater in me est? Si hoc credis, stultũ est quærere, Ostende nobis patrem. Deinde ad omnes dirigit sermonem dominus, dicẽs Verba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor: pater autem in me manens, ipse facit opera. Quæ opera? Diuinas uirtutes, & signa quæ ipsi uiderunt: atq; pater facit, eadem facit & filius, & contra: omnia tamen patri tribuit filius, sic in omnibus honorificando patrem, ob fontanam æternæ generationis originem. Et subdit: Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Nõ creditis id uerbis meis? Alioqui propter opera credite. Sin uerbis non creditis, saltem operibus, & propter opera credite. Sic dominus fidẽ amat, ut illi curæ non sit, siue uerbis inducta sit, & ex auditu, siue ex mirificis operibus & ex uisu: & id quidem præparatorie, ut capacitas fiat suscipiendæ gratiæ. Magis tamẽ naturale, & minus uiolentũ est, quod sit ex auditu, q̃ quod non accedat nisi aduenente uisu: quod postea manifestauit, propter Thomam, qui ad fidem uisum requisierat: illo minus probato, manifestauit in
Ioan. 20. quam his uerbis, Quia uidisti me Thoma, credidisti: Beati qui non uiderunt & crediderunt. De quo insuper & Psalmo. 17. Populus quẽ non cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Et fides proprie & suapte natura, sermoni dicentis
Rhom. 8. debetur, dicente Paulo: Fides ex auditu est. Sed cuius dicentis? Sane dei. Ergo p̃stitisset quod simpliciter uerbis eius, & propter uerba eius credidissent, q̃ quod operũ accessisset contemplatio: nam qui uerbis credit, honorat dicentẽ ut ueracem: qui uero non sine operibus, quodam modo inhonorat: sed tam bonus est deus, ut qui una parte uenire contemnunt, recipiat si altera ueniant. Nam quos ueritatis sermo nõ adducit ad fidem, si potentiæ opera ipsos adducãt, recipit: & ita nũc ueritate nũc potentia, nũc misericordia, nũc iustitia homines saluare uult, usqueadeo omnium salutis amator est. Qui timore ad fidem ueniũt, iustitia cõpellit: qui amore, misericordia allicit: qui operũ portentis, potentia trahit: qui scripturis sacris, ueritate adducit. At ij maxime placent deo, qui amore accedũt, ducibus dei misericordia et ueritate: qui aũt timore & potentia, nunq̃ perficientur, nisi timorẽ commutent in amorem, & operibus potentiæ præferant uerbi dei ueritatem. Credamus ergo & uerbis dei, & signis: sed primo loco præcipueq; uerbis: nihil enim prodest operibus credere, nisi uerbis credamus. Sequamur deum & timore & amore: sed maxime omnium & finaliter amore. Quid enim iuuat deum timere, & non amare? Sic ferme facit diabolus, hoc solum refert, quod non uult deum sequi in hoc quod credit: nos autem uolumus. Quod si amamus, etiam si non hoc timore timemus, ut imperfecti, neq; timore offensæ, ut proficientes: sed sola tantæ maiestatis reuerẽtia, id nos omnino iuuat, & deũ recte sequimur, persimile angelicis uirtutibus. Deinde de perfecte credentibus, aperiente, Ioanne, subdit dominus. ❦ Amen amẽ dico uocis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horũ faciet:
109 „ quia ego ad patrem uado. Et quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio, Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam
„ ❦ Sanitates faciebat dñs: dæmonia eijciebat, cæcos illuminabat surdos audire

faciebat

faciebat, & mutos loqui, claudos erigebat, leprosos mundabat, mortuos suscitabat & hæc oia & his maiora, apostoli & discipuli: sed ut CHRISTI instrumnenta fecerunt, id est CRISTVS per ipsos. Dominus em̃ in terris uersatus, per se hæc oia fecit in parua plaga terræ, partes Iudææ, Palestinæ & Syriæ dũ hæc fecit, non egressus: ipsi uero, & in eisdem locis, & in uniuersum orbem egressi, hæc fecerunt. Dominus illic multa dæmonia eiecit: ipsi, id ẽ CHRISTVS per ipsos (si collatio fiat) in orbis amplitudine, plurima. Dominus per se ex solis pluriũ obsessorũ corporibus eiecit illa: per ipsos, nõ solũ ex obsessis innumeris, uerum etiam ex statuis, dæmoniorũ thecis & iconibus. Dominus per se in terris paucos cæcos illuminauit, siue fidem respicias, siue sensilis potentiæ orbitatem: per ipsos, plurimos. Ille uersatus (ut dictũ est) in terris, per se paucos surdos audire fecit, paucis mutis loquelæ beneficiũ contulit, paucos claudos erexit, leprosos paucos mundauit, & paucos mortuos suscitauit: per ipsos, in unoquoq; genere præfatorũ plurimos. Vnde id domini dictum uerum cognoscitur, quod de credente dixit, nõ uno, sed multiplici tanq̃ uno: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora his faciet: de operibus quæ per se fecit dũ uersatus est super terrã, locutus. Vt opera quæ ipse p̃ se facit, tribuit patri: sic & opera quæ per alios facit, ijs per quos illa facit, tribuit: uerum ipse eadẽ, & maiora ijs quæ constitutus in terris per se fecit, idem in cœlis collocatus, per alios facit: nõ em̃ sancti sunt, qui faciũt uera miracula, sed ipse qui facit mirabilia magna solus. Non ergo sanctis cultus propter miracula debetur, sed au- Psalm. 135.
thori miraculorũ, qui solus est deus. Quod etiam ex ijs, quæ subdit dominus, facile intelligi potest. Quia, inquit, ego ad patrẽ uado. Et quodcunq; petieritis patrẽ in noĩe meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam: ubi aperte apostolis suis dicit quo uadit, cũ ait: Quia ego ad patrẽ uado. Et omnium mirabiliũ operũ, quæ post ascensionem ipsius, siue per martyres & circa martyres, siue per uirgines, & reliquos omnes, pios cultores facta sunt: ratio est, quia CHRISTVS cũ nostræ carnis substantia, sed iam immortalitatis gloria donata, se recepit ad patrem. Et ideo quæcunq; spũ ipsius illi petierunt à patre in nomine ipsius, ipse dominus per eos effecit. Hoc, inquit faciam, non ut ipsos diuinis prosequamur honoribus, et si sint serui dei honore digni, sed ut glorificetur pater in filio: etsi em̃ magnates terreni regis honorandi sunt, citra tamen læsæ maiestatis offensam, eos regio honore prosequi nõ possumus: cultus aũt, honor regi æterno debitus. Quæcunq; etiam ab eo in nomine ipsius, & spũ quidẽ ipsius petierunt, & ipse per eos effecit. Et ad quid? Vt etiam filius in suo nomine honorificet, sicut & pater: nomen aũt & patris, & filij, est ipsa diuinitas: proinde qui honorificat filiũ in suo nomine, id est diuinitatis honore, honorificat & patrẽ: in suo aũt nomine solus deus honorandus, uenerandus, & colendus est. Et quanq̃ dominus prius dixit: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet: hic tamen (ut dictũ est) manifeste ostendit, quod reuera credulus ille nõ est is qui facit, sed ipsemet, siue pater, siue ipse rogatus fuerit, cum dixit: Hoc faciam. Et quid mirũ, si in cœlo collocatus maiora etiam fecit, & adhuc faceret, si in mundo esset fides q̃ cũ in terris adhuc mortalis uersatus est? Hoc certe tantum refert, quod tunc gloriosa eius humanitas erat mirabiliũ operũ, quæ tunc operabatur diuinitas, organũ: postea uero aliorum humanitates, quæ nihilominus erant ipsi concorporales & corporis ipsius mẽbra mirabiliũ operũ organa fuere. Corpus ut corpus est inefficax, nisi uita moueat: sic & corpus CHRISTI, nisi spũ CHRISTI moueat, nihil potest. CHRISTVS uniuerso corpori suo uita est, & singulis ac uniuersis mẽbris suis. Et ideo & ĩ capite & in toto corpore, & uniuersis mẽbris eius, nihil aliud colendũ, suspiciẽdũ, adorandũ nisi CHRISTVS; quia hoc solũ potest, hoc solũ uiuit, imo uita est, cuius solius est

prouidẽdi

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouidendi,ſaluandíq; poteſtas,atq; eadem cũ deo maieſtatis æqualitas. Quod reliquũ eſt,eius attactu beatum eſt. Sed age,eſt corpus CHRISTI in CHRSTO, quod ex uirgine ſumptũ,in una eademq; cum deo,cum dei filio hypoſtaſi iunctum eſt:eſt corpus CHRISTI,qui eſt chorus ſanctorũ,eſt corpus CHRISTI in terra quæ eſt turba,ſpiritu non ſuo in terra adhuc degentiũ:quid igitur inter hæc corpora refert? Primũ ad caput pertinet,& quia hypoſtaſi diuinitatis iunctum,ſupra omnem beatitudinẽ beatũ eſt,& ob id etiam quæ in illo corpore & per illud faciebat, per ſeipſum facere dicebatur. Secundũ & tertiũ ſimul,corpus unũ ſunt:illud ſuperiores,& immobiles corporis partes:iſtud inferiores,& quæ adhuc dimoueri poſſunt. Illud omni ex parte felix & immortale:hoc adhuc uarijs infirmitatibus obnoxiũ & mortale. Et illud & iſtud ſimul,eccleſia CHRISTI,qui eſt illius & iſtius uita. Illius,aperta:iſtius,occulta. Illi dans immobilem ſanitatem,& iſtius aſſidue languorem ſanans:& in illo,& iſto cuncta faciens,ſiue diuina patiendi ſolũ,ſiue etiam
Exodi.7. agendi ſint organa,ut & in monſtriſica uirga Moyſi,& in hymnidica fatidicaq; ci-
1.Reg.16. thara Dauid,quandoquidem deus & in Moyſe,& in Dauid,& in uirga,& in citha
ra cũ arcebat dæmoniũ,omnia operabatur:Sic CHRISTVS omnia operaẽ in om
nibus,ut & ait:Hoc faciam. Et poſteaq; ſe declarauit omniũ admirabiliũ operũ pa
110 tratorẽ,propalante Ioanne,ſubiungit. ◤ Si diligitis me,mãdata mea ſeruate:& e-
go rogabo patrem,& aliũ paracletum dabit uobis,ut maneat uobiſcum in æternũ,
ſpiritũ ueritatis,quem mundus non poteſt accipere:quia nõ uidet eum,nec ſcit eũ,
Vos autem cognoſcetis eũ,quia apud uos manebit,& in uobis erit. Non relinquã
uos orphanos,ueniam ad uos. ◤ Mandata eius erant illa,quæ pater mandauerat ei
mũdo nuncianda,ſiue ad credendũ ſolũ pertineant,ſiue ad aliquid ex fide operan
dum,fugiendum'ue. Illi ergo ſeruant mandata,qui quæ ſolũ credẽda ſunt,ut quod
ſit miſſus à patre,quod ſit filius dei,quod ſit in patre,& pater in ipſo,& ſimilia,cre-
Matth.6. dunt:& qui quæ operanda ſunt:ut,Diligite inimicos ueſtros,benefacite ijs qui o-
Matth.7. derunt uos:& ſimilia,ex fide & in fide faciunt,& qui quæ,fugienda:ut,Nolite iudi
Luc.12. care,Nolite ſoliciti eſſe animæ ueſtræ quid mãducetis,neq; corpori quid induami-
ni:& ſimilia,ex fide,in fide,& per fidem fugiũt. Oĩa aũt credenda,facienda,fugien-
da ſint,ex fide:quia in fide deus eſt:fide dico,nõ ſolũ auditu externo ſumpta,& lo-
Pſalm.84. quente infundente'q; homine,ſed interno,& locutore,infuſore'q; deo. Audiam,in-
quit,quid loquatur in me dominus. Et hæc obſeruatio eorum quæ mandauit per fi-
liũ ſuũ reuelanda hominibus,perfectæ charitatis,dilectionis'q; ad CHRISTVM,
qui mandata pertulit,indicium eſt. Idem aũt ſpiritus,qui perfectam illam dilectio-
nem largitur,illam operatur obſeruationẽ. Sed quid,ſi quis fidẽ ſolũ habeat ex au-
ditu & infundente hoĩe,& faciat quod in ſe eſt? Haud ſcio,an hæc fides,quandiu ta
lis eſt,poſſit dici fides. Et facere quod in ſe eſt,tam exile eſt,ut dici nõ poſſit facere
Ioan.15. cũ dñs dicat,Sine me nihil poteſtis facere. Et de ſalute hominũ,apud homines hoc
Matth.19. impoſſibile eſt,apud deũ aũt oĩa poſſibilia ſunt. Ergo quod in nobis eſt, id eſt, q̃d
ſecundũ hominẽ ſolũ eſt,relinquamus miſſum'q; faciamus:& quod in nobis nõ eſt
quæramus:hoc autem eſt,quod dei eſt,& quod habere nõ poſſumus,niſi quod no
ſtrũ eſt,abdicemus:& intelligamus noſtram potentiam nõ eſſe potentiam,ſed im
potentiam:ſed ſi qua eſt potentia,eſſe dei potentiam:& nos nõ noſtro ſpiritu,ſed
ſpiritu dei aliquid poſſe. Quem ſi petimus,ſi rogamus ut habeamus, non ideo ha-
bebimus(nulla em illũ habendi ex nobis eſt poteſtas)ſed ſolũ petitione & rogatio
ne ſpiritus CHRISTI illũ habituri ſumus. Tunc autem CHRISTVM diligemus,
tunc mandata eius ſeruabimus:quod nobis inſinuat dominus,dicens:Et ego roga
bo patrem,& alium paracletum dabit uobis,ut maneat uobiſcum in æternum,ſpiri
tum ueritatis,quem mundus non poteſt accipere:quia non uidet eum, nec ſcit eũ.

Rogabo

Rogabo,inquit,patrẽ. O ſuperadmiranda & incomprehenſa CHRISTI benigni
tas,& erga nos miſeratio. qui non dedignatur ſupplex pro nobis rogare patrẽ, ut
det nobis ſpiritum ſuum,ſpiritũ ueritatis,ſpiritũ ſanctum. Et quis nõ putet ipſum
exauditũ iri? Quod qui credit,quomodo non habeat ſpiritũ ſanctum? Habet pro-
fecto omnis qui credit:uideat tantũ ne ſpiritui ſancto qui habitat in ipſo,cõtumeli-
am faciat:ſpiritus em ſanctus diſciplinæ effugiet fictum,& auferet ſe à cogitationi Sapien.1.
bus,quæ ſunt ſine intellectu,& corripiet à ſuperueniẽte iniquitate. Inſuper ille,eſt Sapien.7.
ſpũs intelligẽtiæ ſanctus,unicus,multiplex,ſubtilis,diſertus,mobilis,incoinquina
tus,certus,ſuauis,amans bonũ, acutus,qui nihil uetat benefacere, humanus,beni-
gnus,ſtabilis,certus,ſecurus,omnem uirtutẽ habens,omnia proſpiciens,& qui ca
piat oẽs ſpiritus intelligibiles,mundus,ſubtilis. Hunc(ſi in ipſum credimus)rogat
nobis à patre ſuo dari altiſſimi filius. Et ſi rogat,dabit. Rogabo(inquit)& dabit. Et
quid intelligit per alium paracletũ? Alium conſolatorẽ: nam pater conſolator eſt,
dicente Paulo:Pater miſericordiarũ,& deus totius conſolationis,qui conſolat nos 2.Corin.1.
in omni tribulatione noſtra. Dominus noſter,alter cõſolator:nam quid hic aliud fa
cit,q; conſolari ſuos diſcipulos? Et quid per uniuerſum Euãgelium, q; uniuerſum
lætificare,& conſolari mundum? ut in ſpiritu de filijs ſancta dicit apud Baruch Hie Baruch.4.
ruſalem: Venit mihi gaudiũ à ſancto,ſuper miſericordia quæ ueniet uobis ab æter-
no ſalutari noſtro. Et dominus poſtea ad diſcipulos: Iterũ aũt uidebo uos,& gau- Ioan.16.
debit cor ueſtrũ,& gaudiũ ueſtrum nemo tollet à uobis. Et ipſe ſic conſolator eſt:
quod eſt gaudium uniuerſæ terræ,ſicut ſcriptũ eſt: Viderunt omnes termini terræ Pſal.97.
ſalutare dei noſtri. Iubilate dño omnis terra,cantate & exultate,& pſallite. Et alius
conſolator ex hoc loco eſt ſpirituſſanctus. Tres ergo ſunt cõſolatores,pater,filius
ſpirituſſanctus: ſed in diuinitatis natura unus cõſolator deus: nam aliũ,ad conſola-
torem,non ad ſpiritum apud Ioannem refertur,cum inquit, ἄλλον παράκλητον. Er-
go alius eſt à cõſolatore filio,qui etiam à patre qui eſt conſolator omniũ,nobis da
tus eſt. Et hic alius cõſolator,ſpiritus eſt ueritatis:quia eſt ſpiritus filij, q̃ de ſe dixit
Thomæ & apoſtolis ſuis: Ego ſum uia,ueritas,& uita. Sed hunc ſpiritum mundus
(id eſt homines mundani,& primam generationẽ ſequentes)ideo capere non po-
teſt:quia non uidet eum,neq; ſcit eũ: nam eiuſmodi homines ſenſibus carnis utun-
tur,aut ratione quæ ſecundum hominem eſt,quippe qui ψυχικοὶ ſunt & animales:at
ſpiritum illum ſenſus carnis uidere,id eſt fide attingere nõ poteſt,neq; humana ra
tio eũ noſcere,ſuaq; ſcientia apprehendere:ſed homines πνευματικοὶ,id eſt ſpiritua-
les,quales nõ natura,ſed gratia facit:nõ prima,ſed ſecunda natiuitas: nõ Adæ,ſed
CHRISTI generatio atq; imitatio, hunc ſpiritũ fide uident, & ſcientia quæ ſupra
hominem eſt cognoſcunt:quæ etſi rationi nõ ſit euidens,quia ratio eſt cæca,& tan
ti luminis incapax:ſpiritui tamen quo ipſi uiuunt & ſapiunt,euidentiſſima eſt. Q̃d
haud difficile eſt intelligere per id quod ſubdit dominus: Vos aũt cognoſcetis eũ,
quia apud uos manebit,& in uobis erit: Vos autem, inquit,cognoſcetis eum,quia
ex ſecunda generatiõe ſpirituales eſtis & fidem habentes, quæ eſt lucis æternæ ra
dius,per quem ſpirituſſanctus illabitur. Et apud uos manebit, etiã in æternũ,ut ſu-
pra dominus dixit:quia ſpiritus deus eſt: & quantum ex natura eius eſt,nunq; de-
ſerit quẽ ſemel apprehendit. Et in uobis erit,quia natura eius eſt,illabi & implere.
Et addit dominus: Non relinquam uos orphanos. Apoſtoli dominũ patrem habe-
bant,qui ipſos in ſpiritu genuerat,quos & hic alloquit ut filios,maxime ab eo loco
præcedentis capitis,Filioli,adhuc modicum uobiſcum ſum: & cõtinenter quouſq;
cum ipſis egreſſus eſt trans torrentẽ Cedron. Non ſunt autem filij orphani,quam-
diu patrem habent uiuentem. Qui licet per triduũ mortuus futurus eſſet,& ſic ipſi
per triduũ orphani & orbi CHRISTO, qui diuinitate & humanitate ſimul defini-

Rr tur;non

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur: non tamen ſimpliciter orphani, quia ſemper filij dei: denũciat tãmen ſe eos non
relicturũ, etiam illo modo orphanos: quia tertia die reſurrecturus eſſet, & ad eos ui
uus, & multo quidem melius ſine ulla comparatione quàm prius, rediturus. Non er
go eos reliquit ullo modo orphanos, qui tertio poſtea die patrem uiuum habuerũt
ad ſe uenientem, & in æternum quidem uiuentem: ita ut nulli unquam orphani fue
rint, aut futuri ſint minus orphani, quàm ipſi. Et de auferẽda citò à mundo ipſius co
gnitione (aperiente Ioanne) continuat dominus ſuum ſermonẽ, diſcipulis ſuis, di
111 „ cens. ¶ Adhuc modicum, & mundus me iam non uidet: uos autem uidetis me, quia
„ ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoſcetis, quia ego ſum in patre meo, &
„ uos in me, & ego in uobis. ¶ Ioannes formã loquendi Hebraicam frequẽter in ſuo
euangelio admiſcet, quãdoquidem præſentibus, & aliquãdo præteritis, promiſcue
pro futuris utitur: quod & alias ſæpe, & hic nũc facere uidetur, cum ait: Adhuc mo
dicum, & mundus me iam nõ uidet: & in his quæ ſequuntur. Hoc ergo perinde eſt,
ac ſi proprietate linguæ noſtræ ſeruata dicamus: Adhuc modicũ, adhuc parua mo
ra, & mundus me non ultra uidebit. Quod dicit dominus de præſentia corporali,
quam à tempore paſſionis, & ſepulturæ ſuæ, mũdo uſq; ad nouiſſimum aduentum
ſuum occultaturus erat. Et ad tempus uſq; ſepulturæ eius, modicũ tempus ſuper
erat, uix uidelicet horæ uiginti: quo tempore adhuc mundus eum corporali præſen
tia uidere poterat, & non ultra. Vos autẽ uidebitis me, quod ego uiuã. Poſteaquam
conditus fuit ſepulchro, mũdus eum non uidit, ſed apoſtoli eum uiderunt etiã cor
porali præſentia: non enim nomine mundi cõprehenduntur, ut qui nõ erãt de mun
do. Et quomodo uiderunt eum? Certè quod in carne uiueret, quando multiplici ap
paritione ſe illis manifeſtauit. Qua uita? Ex glorioſa reſurrectiõe, ĩmortali & incor
ruptibili. Et ſubdit: Et uos uiuetis. Quomodo? Etiã ĩ carne & corpore, nõ hac qui
dem uita corporali, fluxa & caduca: ſed qua me poſt modicũ tẽpus uidebitis quod
uiuam, uidebitis me uiuentem, utpote poſt nondum exactũ triduum. In illo die co
gnoſcetis, quia ego ſum ĩ patre meo, & uos in me, & ego in uobis. In illo die, in illo
tẽpore quo præſentiã meam immortalitatis gloria, reſumpto corpore, fulgentem
uidebitis, cognoſcetis, firmiter credetis, quod ego ſum ĩ patre meo, & uos in me, &
ego in uobis. hoc enim hic, niſi fide cognoſci nõ poteſt: nã ipſe in patre eſt & in no
bis, & nos ĩ ipſo, ſi fideles ſumus, ſi ſpiritu eius uiuimus, ſed nullo à nobis cõprehen
ſibili modo: quæ autem omnem cõprehendendi modum excedunt, ſola fide appre
henduntur. O nobiliſſimus cognoſcẽdi modus, quo ſupra omnem modum cogno
ſcimus? Corporalem præſentiã poſt glorioſam reſurrectionẽ eius apprehẽdebant
apoſtoli, ſed hic præſentiæ modus, nõ erat ille de quo dicebat: Cognoſcetis q̃ ego
ſum in patre meo, & uos in me, & ego ĩ uobis. nã ipſi corporalem eius præſentiam
extra ſe eſſe uidebant, & ſe extra eam: ſed ipſe in patre erat, & in ipſis, & ipſi in eo,
abſq; modo: nã diuinè & ſuperintelligibiliter, etſi fide ĩtelligibiliter. Quid enim di
Pſal. 138. uinitatem excludere poteſt, quæ abſq; modo ubiq; eſt? de qua etiã ꝓpheta dicit: Si
aſcendero in cœlum, tu illic es: ſi deſcendero in infernum, ades. Et quid nõ eſt in ea
quæ ambit & continet omnia? Qui fide capit patrem eſſe deũ, & filium dei eſſe de
um, uere cognoſcit quod filius in patre eſt, & pater in filio: & quod aliter eſſe nõ po
teſt. Et gaudet quod eius rei cognoſcendæ non eſt modus, & rationẽ ceu ſtultã ad
modum ac deliram ridet, quæ ſemper modum earũ rerum quarum non eſt modus,
quærere uult: & idcirco in uanum fatigatur, ac fruſtra laborat, perinde atq; ſi oculus
contenderet uidere ſonũ qui ipſi eſt inuiſibilis. Diuina hæc & ſublimia myſteria, ſo
nus: Fides, auditus: Ratio, oculus. Vt ad ſonos auris uidet, & cæcus eſt oculus: ſic &
ad diuina, fides uidet, & ratio cæca eſt. Quod ſi ratio quærat à fide, quæ nimirũ ma
giſtra eſt, cum de diuinis agitur, cũ filius ſit in patre, & in omnibus ſanctis qui ſunt
in cœlo

in cœlo & in terra, an etiam corporaliter ſit? Quidni? ſed abſq; modo, niſi dicas di
uino & incõprehenſibili modo, qui nõ tam modus, quàm nõ modus dici debet. Et
mirum, ſi id fides nõ diceret, cum uideat ſimul in India, Africa, & Europa locis innu
meris filium dei in corpore ſacramentaliter eſſe: quod autẽ dicitur ſacramentaliter,
modus eſt. Quomodo ergo ſi ſubtrahat modum, non uideat ubiq; filium dei corpo
raliter, ſed ſine modo, ac ſupra omnem modum eſſe? Vbicunq; ſanè CHRISTVS
eſt, CHRISTVS incarnatus eſt: incarnatus autẽ ſine corpore nõ eſt. Et magna eſt
fides, cognoſcere CHRISTVM corporaliter eſſe ubi ſacramẽtaliter eſt: ſed maior
eſt cognoſcere eũ abſolute ubiq; corporaliter eſſe, nam hoc eſt ſine modo cogno
ſcere: illud, cum modo. Fides autem quæ eſt abſq; modo, maior eſt, quàm quæ mo
dum habet: & illud quodam modo propter hoc eſt, ut contractum propter abſolu
tum: De quo abſoluto cognoſcẽdi modo, qui ſi eſt ab omni modo abſolutus, nõ eſt
modus, dicebat dñs apoſtolis: Cognoſcetis quod ego ſum in patre meo, & uos in
me, & ego in uobis. His dictis admonet eos dominus (ſubdente Ioanne) iterum di
„ lectionis ſuæ, dicẽs. ¶ Qui habet mãdata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me: qui 112
„ autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me
„ ipſum. Dicit ei Iudas, nõ ille Iſcariotes: Domine, quid factum eſt, quia manifeſtatu
„ rus es nobis teipſum, & nõ mundo? Reſpõdit IESVS, & dixit ei: Si quis diligit me,
„ ſermonem meum ſeruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & man
„ ſionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat: & ſer
„ monem quem audiſtis, non eſt meus, ſed eius qui miſit me, patris. Hæc locutus ſum
„ uobis, apud uos manẽs. Paracletus autem ſpiritus ſanctus, quem mittet pater in no
„ mine meo, ille uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcunq; dixerim uo
„ bis. ¶ Mandata eius, ut dictũ eſt, ea ſunt quæ in legatione à patre accepit mundo di
cenda: quæ magis fidem, & uerbis adhibendam credulitatem, quàm quodcunque
aliud reſpiciunt: quæ qui credunt, & integra fide obſeruant, diligunt eũ: qui autem
diligunt eum, diliguntur à patre eius, & ipſemet diliget eos. Si quis rex magnus ha
beat filium, quem ſyncere diligat, & ſciat quempiam, filium ſuũ puro amore diligere,
non ne diliget eum? Non ne etiam filius illius eũ amabit, quem ſciet erga ſe inte
gro, puroq; amore ſic affici: & maxime, ſi pater & ipſe dederint illi fomẽta amoris?
Tanto magis igitur ſupernus rex proſequetur amore diligẽtes filium ſuum, quem
ut ſumme bonum, ſumme amat. Et filius ipſe, qui amor eſt, & amandi ratio, diligen
tes ſe (quibus & pater, & ipſe omnem occaſionem & adiumentũ ad amandũ præ
ſtant, & etiam ſpiritum ſuum, qui eſt ſpiritus amoris, ut iuuentur ad amandũ, infun
dunt) dilectione proſequetur & amore. Et magnũ eſt amare regem, amare filium
regis: ſed multo magis amari à rege, & ſummo quidẽ rege, & à filio eiuſdem ſum
mi regis: nimirũ quanto maior lux in ipſo ſole eſt, quàm in paruo oculo ſolis amato
re: imò quãto maior eſſet, ſi ſol eſſet infinitus, cum omnis oculus ſit finitus, & ut ni
hil, nullius ue capacitatis reſpectu illius. Sed nõ ſatis eſt ſummi regis filio, quod dili
gat amatores ſuos, & eis omnia beneficia præſtet, cœlum & terrã, & omnia quæ in
eis ſunt: ſed etiam ſeipſum manifeſtat eis, & ſuũ amorem pandit in hoc mundo ſe
cretis illapſibus, & internis uiſitatiõibus, quæ ſunt diuiæ emphaſes, & theophaniæ,
omni ſublimitate gloriæ huius mũdi ſuperiores. Et manifeſtabo (inquit) meipſum,
inſinuabo ei meipſum, tacitus ei illabar. Quod audiens Iudas, qui & Thaddæus &
Lebbæus dicitur, non Iudas Iſcariotes, dixit ei: Domine, quid factũ eſt, quod mani
feſtaturus es nobis teipſum, & non mundo? Quid accidit, quæ cauſa eſt, quæ ratio,
quod inſinuaturus es nobis teipſum, & nõ mũdo? Cui dominus benigniſſime eius
rei cauſam aperuit, dicẽs: Si quis diligit me, ſermonem meũ ſeruabit: & pater me
us diliget eum, & ad eum ueniemus, & manſionem apud eũ faciemus. Hæc eſt cau

Universidad de Deusto
Biblio

ſa quāre inſinuabo me uobis, & nō mundo: nimirum quia me diligitis, & mandata
mea, quæ uobis à patre meo annūcio, ſeruatis. & qui diligit me, & ſermonē meum
ſeruabit, pater meus & ego diligemus eū, & ad eum ueniemus, & manſionē apud
eū faciemus, ipſiq; immanebimus: & hoc eſt inſinuare meipſum ei. Sed nō inſinua-
bo me mundo, quia mundus non ſeruat ſermones meos, & ideo meipſum non dili
git: q enim diligit CHRISTVM, ſermones eius ſeruat. Cōſequens eſt igit ex op-
poſito, ut qui non ſeruat ſermones CHRISTI, eum non diligat. Sed & cōuertitur:
Si quis nō diligit CHRISTVM, ſermones eius nō ſeruat. Qui (inqt) nō diligit me,
ſermones meos nō ſeruat. Et quomodo q nō diligit CHRISTVM, ſermones eius
Matth. 22. ſeruaret: cum unus, & quidem præcipuus ſermonum eius ſit is: Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Ipſe autem
deus ſit? Hoc eſt (inquit) maximū & primū mandatum, & ſimile eſt de proximo. Er
go ſi quis nō diligit CHRISTVM, nō ſeruat mādata eius. Quare etiam ex oppoſi
to, ſi quis ſeruat mādata, diligit: id enim neceſſe eſt: & q diligit, ſeruet: & q ſeruat,
diligat. Qui ergo nō diligit CHRISTVM, & ſermones eius nō ſeruat: qui fieri poſ
ſet ut diligeretur à patre, & ab ipſo? Quare ipſe nō eſt inſinuaturus ſe illi. Nō eſt er
go manifeſtaturus ſe mundo, quandoquidem nō eſt uēturus in mundum, & illi im-
manſurus: ut enim uia qua ſol ad nos deſcendit, lumen eſt, ſed lumen in ſole abſolu
tum & ingens, in nobis autem contractum & exile: ſic & uia qua pater & filius de-
ſcendunt ad ſuos, amor eſt: ſed in ipſis eſt amor abſolutus & immenſus, in ſuis autē
cōtractus & exiguus: qui tamen maior eſt, quàm ſit uniuerſus mūdi amor: imo hic
non eſt amor, ſed amoris quædā fallacia, labes, & prolapſio. Et ſubdit dominus: Et
ſermo, λόγος ὁ λόγος, quem audiſtis, nō eſt meus, ſed eius qui miſit me, patris. Quod non
de præſenti ſermone tantū, ſed de uniuerſo ſermone, quem locutus eſt eis à princi
pio euāgelij, intelligitur: quia totum euangelium nihil aliud eſt, quàm mandatū pa-
tris, quod legatiōe ſua filius dei ſuſcepit nobis nunciandum. Et addit: Hæc locutus
ſum uobis, apud uos manens. Hæc (inquit) quæ audiſtis à principio euāgelij uſq; ad
præſentem ſermonē, locutus ſum uobis, apud uos manens, apud uos cōuerſans, &
in uiſibili corpore, & in paſſibili carne. Sed poſtq; aſſumptus fuero à uobis, à reſur-
rectione mea quadraginta diebus elapſis, ſpiritus ſanctus q cōſolator eſt, ueniet ad
uos in nomine meo, ſicut ueni i nomine patris mei. Quod ſubdit, dicēs: Paracletus
autem ſpiritus ſanctus, quē mittet pater in noīe meo, ille uos docebit omnia, & ſug
geret uobis omnia quæcunq; dixerim uobis. Pater primo miſit filiū, quo deinde in
cœlum recepto, miſit ſpiritum ſanctū, quem etiam & filius miſit: ut poſtea dicit, Cū
uenerit paracletus, quem ego mittā uobis à patre: quod & hic etiā intelligitur per
id, In noīe meo. Miſſus eſt ergo ſpiritus ſanctus à patre, & à filio. Vt filius miſſus à
patre, uenit in nomine patris, ut in noīe mittentis: ita & ſpiritus ſanctus miſſus à fi-
lio, uenit in nomine filij, ut in nomine mittentis. Et quia etiam nō uenit ſpiritus ſan
ctus ut alia ex parte patris nunciaret, q̄ quæ nunciauerat filius: ſed ut nunciata à fi-
lio enucleret, & ſuggereret, ac in memoriā reuocaret: idcirco potius in nomine fi
lij miſſus dicitur, q̄ in nomine patris: etſi tā à patre, quàm à filio miſſus ſit. Ille (in-
quit) uos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcūq; εἶπον, id eſt dixi uobis. Iā
ferme omnia dixerat, quæ eis dicenda erant: & quæ reſtabant, pauca erāt. Iam (in-
quit) non multa loquar uobiſcū. Iuſtius ergo hic εἶπον, dixi, aut dixerim, per præteri-
tum, quàm dixero, per futurum, transferēdum uidetur. Primum, diſcipuli audiētes
dominum rudes erant, & male uerborum eius tenaces, ac paruæ intelligētiæ: at cū
ſpiritus ille aduenit, repente eos edocuit, & eis ſenſum, intelligentiamq; infudit, ac
omniū quæ locutus fuerat eis dominus, memoriā ingeſſit. Prius erant diſcipuli, ſed
ſpiritus ille aduētu ſuo, repēte promouit eos in doctores: & tales quidē doctores,
quales

quales mūdus ante non nouerat: nimirum uere θεοσόφους, ac ſpirituales homines,
non agentes in ijs quæ dei ſunt, ſed actos ſpiritu dei, diuina patiēdo. Ac tūc ſcriptu
ræ ſanctæ illis patuerunt, ſed in eo ſpiritu quo conditæ fuerant. O ſupernum, diui-
num, cœleſte donum, quod erat eis etiam tunc, ſi intellexiſſent (intellexerunt autē
poſtea) & omnibus, ſi intelligerent ſuper omnia deſiderabile bonum? Quid enim
æque deſiderabile, ac cognoſcere deum & amare, ſpiritualē fieri: nō ſuo, ſed ſpiri-
tu dei agi, ſpiritu ſupra ſe rapi, ſeipſum linquere, atq; ex ſolo deo pendere? Hæc eſt
pax CHRISTI, quæ cū ſpiritu dei datur, & quam ſolū ſpirituales guſtare poſſunt
" homines. De qua mox nobis inſinuāte Ioanne, ita dicit dominus. ¶ Pacē relinquo 113
" uobis, pacem meam do uobis: non quomodo mundus dat, ego do uobis. Non tur-
" betur cor ueſtrum, neq; formidet. Audiſtis quia ego dixi uobis: Vado, & uenio ad
" uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrem: quia pater maior me
" eſt. Et nunc dixi uobis priuſq̄ fiat, ut cum factum fuerit, credatis. Iam non multa
" loquar uobiſcum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquā.
" Sed ut cognoſcat mundus, quia diligo patrem: & ſicut mandatū dedit mihi pater,
" ſic facio. Surgite, eamus hinc. ¶ Hic ut etiā in præcedentibus uiſum eſt, præſenti-
bus, & aliquando præteritis pro futuris uti uidet Ioannes: quod quoties ipſe facit,
tantā certitudinē ac ſi iam res ipſa præſens eſſet, aut facta, denunciat: ſic & ipſi pro
phetæ, cum præſentibus & præteritis futurorum loco utuntur. Perinde ergo fue-
rit, atq; ſi hoc pacto hanc legamus literam: Pacem relinquam uobis, pacem meam
dabo uobis: non quomodo mundus dat, ego dabo uobis. Non turbetur cor ueſtrū,
neq; formidet. Cum certo habituri eſſent cœleſtem illam pacem, domino abeunte
ſiue ad mortem paucorum dierum, ſiue reſumpta immortalitatis tunica, ad patrem
æternum: nequaq̄ turbari aut formidare debebant. Turbati tamen fuerunt, & for-
midauerūt, ſed magis propter mortem, quàm propter domini ad dexteram patris
ſui aſſumptionem: quia poſt decadem dierum ab ipſa domini in cœlum receptio-
ne, pacem illam adepti ſunt: & tunc cor eorum non amplius turbabatur, neq; for-
midabat: quia pacem habebant, non huius quidem mundi, qua tuti ſolū fuiſſent ab
hoſtibus corporis: ſed diuinā, qua tuti erant etiam ab omnibus malignis poteſtati-
bus, & præualebūt omni poteſtati quæ ſub cœlo eſt. Hoſtes corporis nihil illis for
midini eſſe poſſunt, qui ſpirituales ſunt: quia uitam eorū & bona attingere neque-
unt, quod ſpiritualia ſint. Neq; hoſtes animæ, quæ ſunt ſpirituales nequitiæ: quia
pacem dei habent: ijs autē quibus eſt cum deo pax, & in quibus ſpiritus eius habi-
tat, iſtæ bellū mouere non poſſunt. Quod ſi tentant, id fruſtra faciunt, & uictæ tur-
piter cadunt. Sed & neq; ante miſſionē ſpiritus (quia pacem illam erant adepturi)
turbari, & formidare debebant: quia prædixerat eis dominus, Vado, & ueniam ad
uos. Dixerat enim eis paulo ante: Ego ad patrem uado. Et ſubinde: Nec relinquā
uos orphanos, ueniā ad uos, quare in nullo turbari aut formidare debebāt, qui con
ſolationē ſpirituſſancti & ipſius domini percepturi erant. Neq; in ullo turbati for-
midineq; concuſſi fuiſſent, ſi firma fuiſſent fide: hac enim ancora mentes noſtræ fir
mataæ, nullis turbinibus, nullisq; procellis elocari euomeri'ue poſſunt. Cæterum ali
am rationem adducit, propter quam minime turbari debebant, ſubdens: Si dilige-
retis me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrem: quia pater maior me eſt. Dilige-
bant proculdubio diſcipuli dominum, ſed moleſte ferebant eius abſentiam, q̄ ad-
huc nōnihil retinerent amoris ad ſeipſos: at qui alium amat, miſcendo amori illius
amorem ſui, nondū perfecte amat: qui autem perfecte amat, ſimpliciter amat, nul-
lo modo ſe reſpiciendo, ſed ſolum quod fuerit bonum & beneplacitū, amat: quod
nondū poterant diſcipuli, alioqui gauiſi fuiſſent unde dolebant. Nonne eñ ſi quis
pater diligat ſimpliciter filiū, nō propter ſe, ſed propter filium: & filius euocetur à
quodam

Universidad de Deusto
Biblio

quodam ſublimi rege in gratiam: quanquam gaudebit præſentia filij, magis tamen gaudebit abſentia: quia ad tantum regem uadat, & in gratiam quidem uadat? Sic & diſcipuli ſi ſimpliciter amaſſent dominum, gaudere debebant: & magis quidem abſentia eius quàm præſentia, quod ad tanti regis gratiam proficiſcebatur, quo nul lus maior, beatior, glorioſior eē poteſt. Et CHRISTVS quidē magnus erat, ut qui erat Meſias, rex Iudæorum: ſed pater ad quem ibat, maior erat. exinaniuit enim ipſe ſemetipſum, formam ſerui accipiens: pater autem non eſt exinanitus. Ergo ſi exinanitionē, & formam ſerui reſpicias, pater maior eſt; ſi formam dei, qua deus & dei filius eſt, patri eſt æqualis: ſicut & Paulus ad Philippenſes ſacrè teſtatur, cum
Philip.2. ait: Hoc enim ſentire in uobis, quod & in CHRISTO IESV: qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo. Eſt tamen à patre, & omnia habet à patre, ac in omnibus patri fontanū tribuit honorē. Quare & in illa æqualita te, ob primariū ineffabilis geniturￆ honorem, quē patri defert, nihil diſſentaneum forte uideatur, ſi patrē in hoc uocet ſe maiorem: id enim in æqualitate naturￆ, filij ad patrem honorificentiā deſignat, & originis teſtationem. Pater, filius, ſpiritus ſan ctus, triplex ī unitate naturￆ æqualitas. Et ī hac æqualitate, ordo. Primus ordine, pa ter: deinde, filius: deinde, ſpiritus ſanctus. Sic & diuina honorificentia, quￆ nō niſi in ueſtigio, cum tamen eius nō ſit ueſtigiū, capi poteſt. Prima honorificentia, pater eſt: ſecunda, filius: tertia, ſpiritus ſanctus. Filius honorificat patrē, ut primam à qua eſt, honorificentiam, & mittitur à patre. Et ſpiritus ſanctus honorificat patrē: quia ſpiritus patris eſt, & filium ut ſecūdam honorificentiam, & ut ſpiritus filij, & mitti
Ioan.16 tur etiam à filio. Si autem (inquit) abiero, mittam eū ad uos. Et pater filium honori ficat, & ſpiritum ſanctum æquali ſecum honore, qui eſt prima honorificentia, ut à qua totius diuinitatis coæternū habent conſortium. Et nihil hic aut prius, aut maius in natura: ordo tamē hic, qui eſt ſupra omnem ordinem, & à quo in rebus omnis or do, luce fidei magis capitur quàm intelligitur. Et ſic uerbum CHRISTI, ſiue de hy poſtaſi ratione unius naturￆ, ſiue alterius, ſiue utriuſqꝫ dictum ſit, ueriſſimum eſſe creditur: etſi non intelligitur (nō eſt enim hoc, negocium fidei) ſed ſuper intelligen tiam eſt. Et qui credit, ſatis illi eſt, quod CHRISTVS intelligat. eſt enim ſapientia dei, cuius eſt, nō credere, ſed itelligere: fide enim maior eſt, & eſt fidei ueritas & ex emplar: etſi in eo fides & ueritas coincidūt: quia ea eſt qua nulla poteſt eſſe maior. Verum & in hoc mūdo fides nobis intelligētia ſuperior: in altero autem, ubi reuela bitur CHRISTVS, intelligētia fide ſuperior. Sed dices: Si in diuinis æqualitatibus ordinis reuerentia ſeruatur, ut pater mittat, & filius mittat; pater autem à nullo mit
PENE tatur; ergo filius à ſolo patre mitti deberet. Neqꝫ aliter unquam in euangelijs legi
PARA tur. Attamē in prophetis, filius à ſpiritu ſancto miſſus legitur: ut Eſaiæ capite qua
DO drageſimooctauo: Et nunc dominus deus miſit me, & ſpiritus eius. Hic ſane locus
X Eſaiæ anceps eſt, tā in Græco, quàm in Hebræo. Et æque uerti poterat, & mea qui
V dem ſententia iuſtius: Et nunc dominus deus miſit me, & ſpiritū ſuum, quàm & ſpi
M ritus eius; atqꝫ ſic credo uertendum fuiſſe. Nam filius & ſpiritus ſanctus manifeſte in ſcripturis miſſi à patre legūtur, id eſt à deo: nō ſic autē filius à ſpiritu ſancto. Sed adijcies: Quod miſſus ſit à ſpiritu ſancto, apertior locus apud eundē capite ſexage ſimoprimo, eſſe uidetur: Spiritus domini ſuper me, eo quod unxerit me, ad annun ciandum manſuetis miſit me. Credidi primum, ex hoc loco haberi, quod dominus etiā à ſpiritu domini, id eſt ſpiritu ſancto, miſſus manifeſte itelligeretur: ſed poſtea cū ueritatē Hebraicā conſului, ſecus eſſe intellexi. Nam ibi non habetur, quod ſpiri tus miſit illum, ſed quod dominus ſub nomine tetragrammato: ſicque legēda eſt li tera, & ita legitur in uetuſtis exēplaribus Latinis: Spiritus domini ſup me, eo quod unxerit me dominus, ad annunciandum māſuetis miſit me. Ex quo nō poteſt con-

uenientiſſime intelligi mittens, niſi pater: cū quod ante dicit, Eo quod unxerit me dominus: nullo pacto ad ſpiritū, ſed ad patrem tantū referri poſſit. Cui aſſonat id quod pſalmo quadrageſimoquarto dicit: Propterea unxit te deus deus tuus oleo læticiæ: ubi inungens eſt deus deus tuus; quo nimirū pater intelligitur, qui & deus filij dicitur. Aſcendo, inquit, ad patrem meum, & patrem ueſtrum: deum meum, & Ioan.20.
deum ueſtrum. Per id autē quod dicitur, Oleo læticiæ, ſpirituſſanctus intelligitur: non enim alio oleo, cūꝫ ſpiritu ſancto unctus eſt CHRISTVS. Quid ſi deus primo loco filius intelligatur, deus tuus pater, oleum læticiæ ſpirituſſanctus? Et licet ſint cūꝫ plurimi, qui CHRISTVM à ſpiritu ſancto miſſum tradiderunt: id ſecundum aſ ſumptæ naturￆ diſpenſationem intelligentes, ſecundū quam & inunctus præ par ticipibus ſuis legitur: quod tamen de intelligentia illorum locorū Eſaiæ annotatū eſt, id nequaquā à ueritate alienum arbitror: quanquàm illico cedere malim, quàm peruicaciter contendere, memor illius ſentētiæ Pauli, quam ipſe ſcripſit ad Corin- 1.Corin.11.
thios: Si quis autem uidetur contentioſus eſſe, nos talem conſuetudinē non habe mus, neqꝫ eccleſia dei: & præſertim cum de ſpiritu, non diſſenſiōis, ſed concordiￆ ſermo ſit. Et ſubdit dominus: Et nunc dixi uobis priuſquā fiat: ut cum factum fue rit, credatis. Dixi uobis me iturum ad patrem, cui omnem primæuￆ æternￆqꝫ ori ginis defero honorem: qui & dabit uobis alium paracletū, ſpiritum ueritatis; dixi, inquam uobis, priuſquā ad ipſum uadam, & priuſquàm det uobis illum alium con ſolatorem: ut cum id totum impletum factumqꝫ fuerit, credatis. Et quid credatis? Cætera alia quￆcunqꝫ locutus ſum uobis. Et adijcit: Iam nō multa loquar uobiſcū: quia non erat eis locuturus, niſi parumper inter eundum ad hortum, & paucula in horto. Et quare non amplius multum ſermonem eſſet cum eis habiturus, ſubdit ra tionem, dicens: Venit ēm princeps mundi huius, & in me nō habet quicquàm: ubi præſentibus, p futuris uti uidet euangeliographus, perinde ac ſi diximſſet: Nam ue niet princeps mundi huius, & in me non habebit quicqꝫ: uerum id tunc quoqꝫ inſta bat quaſi præſens. Princeps autem mundi huius erat ſatanas, qui erat dux Iudæ & cohortis eius, & in CHRISTO non habebat quicqꝫ. Solum enim in ijs aliquid ha bet, qui peccatum habent. Si Adam non peccaſſet, nihil unquā habuiſſet in Adam. Solum peccatum ſemen diaboli eſt. CHRISTVS aūt peccatum non fecit, nec in- 1.Petri.2.
uentus eſt dolus in ore eius. Et quare ergo aduenente principe mundi huius, prin cipe poteſtatis tenebrarū, cū Iuda primipilo & ſatellitibus ſuis, tam dura, tam aſpe ra, tam indigna paſſus eſt CHRISTVS, ut nullus uncqꝫ mortalium tam dura fuerit paſſus? Hoc certe nō fuit, quia aliquid in eo haberet malignus: ſed hæc omnia pati uoluit ob amorem patris ſui, & ut uoluntatem eius impleret; uoluntas autē patris fuit, ut quod non rapuerat exolueret: ut ipſe pro omnibus qui mortem meriti erāt, ſolus immeritus mortē guſtaret, & pro omnibus diuinæ iuſticiￆ ſatisfaceret, ad ue niam ac miſericordiā omnibus exorādam, & gloriam omnibus obtinendā. Quod ex uerbis eius intelligitur, qui ubi dixit: In me non habet quicqꝫ, ſubdit: Sed ut co gnoſcat mundus, quia diligo patrem: & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. O ineffabilis CHRISTI amor. O immenſa ad patrem charitas, qua nullū diaboli & complicū eius in mundo ludibriū uitare uoluit, ut mandatum ac uoluntatē eius impleret quē amabat, & id mundo in exemplū manifeſtaret. Hic amor, hæc chari tas, omnem in nos cœleſtem attraxit amorem: iratum nobis reconciliauit patrē, po teſtatem maligni alligauit, & nos aperta cœli ianua e faucibus eius extraxit, modo illi hæreamus, illū imitemur, eiusqꝫ (quod nobis reliquit) charitatis ſequamur exem plum. His dictis, e loco cœnæ, ubi infelix Iudas illinc abiens, eū cum diſcipulis ſuis reliquerat, ſurrexit dicens diſcipulis ſuis: Surgite eamus hinc. Et quo? Trans tor rentem Cedron, in hortū in quem ſciebat principem tenebrarū cum lictoribus ſuis

Universidad de Deusto Biblio

aduentaturum, ut ipse se uoluntati patris pro omnibus offerret. Ergo contempla tione & amore sequamur eum surgentē e` nouissimæ cœnæ mensa, & euntē trans torrentē Cedron, imo resurgentē e` mortis nouissima pœna, & euntem trans torrentem omniū huius mūdi miseriarū, in montē indeficientiū oliuarū, qui est mons altissimus & sublimissimus pacis æternæ: in hortū perpetui amoris, qui est paradisus cœlestis, & hortus æternarū delitiarū. Vbi est nunc (uerbo suo de abitione sua completo) in dextera patris sedens. Cui per ipsum, & cū ipso, & spiritu sancto omnis honor, & gloria, & gratiarum actio, in omnia seculorum secula, Amen.

CAPVT QVINTVM DECIMVM.

114
Go sum uitis uera, & pater meus agricola est. Oēm palmi tem in me nō ferentem fructū, tollet eum: & omnē qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Iam uos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes nō potest fer 5 re fructū a semetipso, nisi mānserit ī uite: sic nec uos, nisi in me mānseritis. Ego sum uitis, uos palmites: q manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multū: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me nō man serit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligēt eū, & in ignem mit- 10
115 tent & ardet. ¶ Si manseritis in me, & uerba mea in uobis mānserint: quod- cunq; uolueritis petetis, & fiet uobis. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructū plurimū afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pa- ter, & ego dilexi uos, Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaue ritis, manebitis in dilectiōe mea: sicut & ego præcepta patris mei seruaui,
116 & maneo ī eius dilectiōe. ¶ Hæc locutus sum uobis, ut gaudiū meū in uo 15 bis sit, & gaudiū uestrū impleatur. Hoc est præceptū meū, ut diligatis in- uicem, sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionē nemo habet, q̄ ut animā suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio uobis. Iā nō dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat do minus eius. Vos aūt dixi amicos, qa omnia quæcūq; audiui a patre meo, 20 nota feci uobis. Nō uos me elegistis, sed ego elegi uos: & posui uos ut ea- tis, & fructū afferatis, & fructus uester maneat: ut quodcūq; petieritis pa- trē in nomine meo, det uobis, Hæc mādo uobis, ut diligatis inuicē: Si mū dus uos odit, scitote, quia me priorē uobis odio habuit. Si de mundo fu- issetis, mundus quod suum erat, diligeret. Quia uero de mundo nō estis 25 sed elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Mementote sermo nis mei, quem ego dixi uobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Si sermonem meū seruauerunt, & ue-
117 strū seruabunt, ¶ Sed hæc omnia facient uobis propter nomen meū: quia nesciunt eū qui misit me. Si non uenissem & locutus fuissem eis, peccatum 30 non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo ali us fecit,

us fecit, peccatū non haberent: nunc autem & uiderunt & oderūt & me, & patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est:
35 Quia odio habuerūt me gratis. Cū aūt uenerit paracletus, quem ego mit- tam uobis a patre, spūm ueritatis qui a patre procedit, ille testimoniū per hibebit de me: & uos testimoniū perhibebitis, quia ab initio mecū estis.

ANNOTAT. BREVES XXIIII. CIRCA LITERAM CAP. XV.

2	tollet	11	clarificatus est	20	quæcunq;
3	purgabit		ἐδοξάσθη		&
	αἴρει		glorificatus est		quæ
	καθαίρει	12	plurimum	24	scitote
	præsentia.		πολὺ		γινώσκετε
3	fructū plus		multum,		anceps ad imp. & id.
	fructus plus		copiosum	24	priorem uobis
9	mittetur	14	sicut – &		πρῶτον ὑμῶν
9	arescet,	15	sit,		primū uestrum,
	ἐξηράνθη		μένῃ		priusquàm uos
	ἐξηράνθη		maneat		anceps
	præterita.	17	habet:	31	excusationem
9	colligent		– quàm		πρόφασιν
9	mittent	18	quæ		prætextum
	συνάγουσιν		ὅσα	36	spiritum
	βάλλουσι		quæcunq;		τὸ πνεῦμα
	præsentia.	19	Iam		anceps ad accu. et no.
9	eum		ἤδη	36	ille scilicet paracletus
	αὐτὰ		Vltra		ἐκεῖνος
	eos, scilicet palmites		Posthac	37	testimoniū phibebitis
	plurale.	19	dicam		μαρτυρεῖτε
10	ardet.		λέγω		præsens.
	ardent		præsens.		anceps ad im. & idic.

COMMENTARIVS IN CAPVT QVINTVM DECIMVM.

Rosequitur Ioannes sermonem, quem dominus ad discipulos suos habuit inter eundū à cœnaculo cœnæ paschalis, ad torrentē Cedrō: & inducit dominū hæc ad ipsos loquētem. ¶ Ego sum uitis uera, & 114
pater meus agricola est. Omnē palmitē in me non ferentem fructū tollet eū: & omnē qui fert fructū, purgabit eū, ut fructū plus afferat Iam uos mundi estis propter sermonē, quē locutus sum uobis. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructū à semetipso, nisi manserit in uite: sic nec uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, & uos palmites. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. ¶ Ego sum, inquit, uitis uera. Hæc est uitis, de qua Geneseos capite quadragesimonono: Et ipse erit expectatio gentium, ligans ad uineā pullum suum, & ad uitem o fili mi asinam suam: Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuæ pallium suum. Vinea & uitis, humanitas CHRISTI est. Ligauit ad uineam & ad uitem pullū suum, & asinam suam: quando populum gentium, & populū Hebræorum sibi incorporauit, fide colligauit atq; uniuit. Lauit in uino stolā suam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuam,& in ſanguine uuæ pallium ſuum:quando in cruce calcauit torcular ſolus,& ſanguine proprio humanitatē,quam pro omnibus aſſumpſerat,& ſi in ſe mundiſſimam,lauando,lauit omnes qui ſua futuri eſſent membra,ſuæq; humanitati alligan
Pſalm.79. da. De hac uite, id eſt de Meſia,id quoq; intelligi uolunt etiam Hebræi, Vineā de Aegypto tranſtuliſti. Et ſubditur: Vt quid deſtruxiſti maceriam eius, & uindemiant eam omnes,qui prætergrediūtur uiam? Exterminauit eam aper de ſylua,& ſingularis ferus depaſtus eſt eam. Deinde: Perfice eam,quam plantauit dextera tua: & ſuper filiū hominis,quē confirmaſti tibi. Incenſa igni & ſuffoſſa. Tunc de Aegypto tranſtulit uineam,quādo ex Aegypto uocauit filiū ſuū, Deſtruxit maceriam eius,quando dedit Iudæis poteſtatem diſſoluendi corpus eius. Vindemiauerunt eā omnes qui prætergrediebantur uiam:quando ſcribæ & phariſæi prætergrediētes legem,omnibus operibus eius,& ſanctæ doctrinæ eius fructibus contradicendo, eū dignū morte iudicauerunt. Aper de ſylua,& ſingularis ferus depaſtus eſt eam: quando à Pilato præſide à monarchia Rhomano deputato, e medio ſublatus eſt. Perfecit eam deus,quam plantauit dextera eius ſuper filiū hominis,quem cōfirmauit ſibi:quando ſuſcitauit eū à mortuis,humanitate in immortalitatis gloria reſumpta: ſed prius incenſa igni paſſionū,tribulationum,& diræ mortis exterius,& igne immēſæ charitatis interius: & ſuffoſſa in manibus,pedibus,& latere,totoq; corpore exterius,& in corde uulnere charitatis interius:quod acumen lanceæ,quod illuc pertigit,inſinuabat. Filius hominis,uir dexteræ: CHRISTVS dominus, quē ſolū deus in ſe,& in membris ſuis confirmauit ſibi: nam ipſe,id eſt CHRISTVS,& mēbra eius,ſolus ſaluans,& ſaluatus,neq; ullus alius ſaluari poteſt,niſi unus: à quo ſi nō diſceſſerimus,uiuificabit nos deus,& nomen eius inuocabimus. Et totus pſalmus de aduentu Meſiæ,cuius uidēdi deſiderio,& quaſi inſitione tranſeundi in corpus eius rapiebatur propheta,anagoge eſt. Sed nunc ad uitem reuertamur. Vt uitis ab agricola plantatur & excolitur,& profert fructū ſuū: ſic & uerbū dei æternū in tempore in uirginis utero à ſummo agricola deo plantatum & excultum, protulit fructū ſuum,quem ipſi dedit ſummus agricola proferendum: nimirum uinū ſapientiæ ſuauiſſimum,cœleſte nectar,& immortalitatis ambroſiam, deinde calicē ſuum inebriantem,qui præclariſſimus eſt. Ipſe ergo dominus incarnatus, uera uitis eſt,uitis cœleſtis,uitis diuina. Fructus eius,uinū eius,Euangeliū regni,cœleſtis doctrina. Palmites eius,omnes ex regeneratione ad ipſum accedentes. Ferentes fructum,ſunt qui opera habent fidei,quæ ſunt opera ſpiritus,opera lucis,opera plenæ in deum fiduciæ,& pulchræ,ardentiſq; dilectionis. Non ferentes autem fructū qui opera fidei non habent. Et hæc uitis,adiunctis palmitibus, CHRISTVS totus caput & corpus. Infructuoſum palmitē pater cœleſtis tollit: quando reſecat à corpore CHRISTI,& à uita CHRISTI,quæ eſt ſpūalis uita,& quæ à ſpiritu CHRISTI dependet. Et eum qui fert fructū purgat,id eſt mundat: quando aufert ab eo quicquid ipſi obeſt ad huiuſmodi uitam ſecundū ſpiritum,ſiue illud ſit internum,ut peccata & concupiſcentiæ: ſiue externum,ut parentes,res familiaris,liberi,diuitiæ honores,magiſtratus,aut quiduis aliud huiuſmodi: & hoc, ut uberiorem fructum afferat,& in ea uita,quæ corpus CHRISTI decet,magis,pficiat,id faciēte CHRISTO,qui caput,id eſt radix & truncus eſt totius uitis, omnia palmitibus quæcunque & habent,& agunt,ſuggerens. Non poſſumus uita uitis ueræ, & uita mundi uiuere: nam hæc,carnalis: illa,ſpiritualis: hæc,à ſpiritu mundi: illa,à ſpiritu dei. Neque uiuere poſſumus uita gratiæ,& uita legis: nam etſi uetus lex erat uinum, non tamen erat ueræ uitis,ſed eius quæ iuſticia legis degenerauerat in labruſcam: gratia autem,ueræ uitis uinum. Et ſubdit dominus ad apoſtolos: Iam uos mundi eſtis propter ſermonē,quē locutus ſum uobis. Apoſtoli fide hærebant CHRISTO ueræ uiti

ræ uiti, & opera fidei habebant, credendo ſermonibus eius, ipſum ſequēdo,ipſum amando: & pater cœleſtis eos purgauerat,mundauerat q; auferēdo ab eis & interna,ſi quæ erant impedimenta, pariter & externa: quandoquidem omnia reliquerant, ut liberē ſequerenē CHRISTVM. Et p quid cœleſtis pater purgauerat eos? Per ſermonē quem locutus eſt eis dominus. Iam uos, inquit, mundi eſtis propter ſermonem,quem locutus ſum uobis. At ſermo quēm locutus eſt eis,eſt ſermo patris,& hoc eſt euangelium,de quo ſupra dixit: Sermo quem audiſtis nō eſt meus, ſed eius qui miſit me patris. Et hortatur eos ut in ſe manēāt, & ipſe manebit in eis dicens: Manete in me,& ego in uobis. Sicut palmes nō poteſt ferre fructum à ſemetipſo,niſi māſerit in uite: ſic nec uos,niſi in me māſeritis. Palmes manet in uite quamdiu illi adhæret atq; counitur: & uitis in palmite,quamdiu uitam illi ſuggerit atq; miniſtrat. Vitis autem eſt ubi radix eſt: CHRISTVS eſt,ubi diuinitas eſt,etiā ſecundum eam qua illi inſerimur naturam. Diuinitas aūt radix eſt,à qua nunquāſi noſtræ infirmitatis aſſumpta natura ſeparari poteſt,quæ eſt ut uitis trūcus. Quare ſemp uitis uera manet. Qd' ſi cætera, id eſt omnes palmites ſeparati eſſent à uite, maneret nihilominus ipſa uitis uera: cuius radix eſt ipſa uita,immortalitas,& æternitas: & truncus,aſſumpta in ea inſeparabiliter hūanitas. Ergo ſolū in CHRISTO eſt radix & truncus, & per participationē in palmitibus ipſis qui illi adhærēt, & in quibus ipſe eſt,ut uitis in palmitibus. Quia tamē ſeparari poſſūt ab eo,ut palmites à uite,uite ſemper manente cū radice quæ eſt uita, & ſine qua nō eſt uita: ideo ſtudere debebāt diſcipuli,ut imanerēt in CHRISTO,& omnes poſt eos fideles: maneant autē quamdiu fides adeſt & charitas: hæc enim adhærere faciunt & uniunt. Quod ſi his deficiētibus nō manēt in CHRISTO,nec CHRISTVS in eis: ſimiles ſunt palmiti à uite reſecto, qui ut nullum ex ſe afferre fructū poteſt ſine radice, ſic nec ipſi ſine CHRISTO: in ſolo eīm CHRISTO radix eſt, & per ipſum cæteris uitaminfluit. CHRISTVS ſolus hominū eſt per ſe uiuens: cæteri omnes qui uiuunt uiuereq; poſſunt, communicatione participationeq; uiuunt. Sine me, inquit, nihil poteſtis facere: & ideo ipſe abſolute eſt uiuens, membra autem eius participatione: & eadem quidē uita qua uiuit abſolute CHRISTVS, animali uita in illa diuina uita abſorpta: ut ſtellarū lumen à luce abſorbetur ſolis: ſed in quibuſdam occultius in alijs uero inſignius. Et parabolā ſuam aperit dominus, cum ſubiungit: Ego ſum uitis,uos palmites. Qui manet in me,& ego in eo,hic fert fructum multū: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me non manet,mittetē foras ſicut palmes,& areſcet,& colligunt eum & in ignem mittunt,& ardet. Vbi etiam apoſtolus ſuo more utitur præſentibus,colligunt,mittunt,ardet,pro futuris,colligent,mittent,ardebit. Et qui ſunt qui colligent? Certe miniſtri ſummi agricolæ, qui ſunt angeli eius, quoſcunq; ad exequendam iuſticiam ſuam deputauerit. Et quid eſt, Qui manet in me, & ego in eo,hic fert fructum multum, aliquid'ne in eo manet in quo ipſe non manet? Quid prohibet? nōne palmes aliquando moritur in uite, & in eo uitis non manet: cum uitam ſuam nō amplius ei cōmunicet: ut ſi palmes calore priuetur,aut ueneno tangatur? Sic & palmes quandoq; quodam modo manet ob præcedentē fidem in CHRISTO: mortuus eſt tamen per defectum charitatis,aut attactu peccati: adeo ut CHRISTVS in eo non maneat,cum ei uitam ſuā non amplius influat non quia nolit, ſed quia palmes amplius capax non ſit, neq; unquā futurus ſit, niſi uitali calore reſumpto,aut ueneno extincto,id eſt charitate reſumpta, aut peccato expurgato: reſumet autē aut extinguetur,ſi nō obſtiterit: quia hæc eſt ipſius ueræ uitis naturæ benignitas atq; conatus, ut palmitem ſuum uiuiſicare poſſit, id eſt in eo eſſe. Et cum palmes in uite manet,& uitis in eo,fidelis in CHRISTO,& CHRISTVS in fideli,hic fert fructum multum; non à ſe,quia uitam non habet à ſe,ſed à uite,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

uite, & à radice uitis. Ideo hic fructus, nõ est palmitis (non em illius est author) sed uitis & radicis quæ est in uite. Stulte igitur, fidelis fideliũ operũ, quæ fidem & charitatem sequuntur, quippiam sibi attribuat: cũ ea soli CHRISTO, & diuinitati eius tribuenda sint qui uiuificat, qui operatur fructum & multiplicat: imo qui etiam aliquando, imo sæpe mortuũ in se palmitem uiuificat, quem multipliciter mori cõtingit, nam qui aliquãdo fide & charitate CHRISTO adhæsit, si deficiat charitas, moritur: & magis, si fides: & adhuc magis si priuationi fidei infidelitas irrepat: at mortem adauget, si priuatione charitatis innascatur odiũ, quæ sunt uenena diaboli maxima: sed tanta esse nequeunt, ut superare possint misericordiæ dei, quæ in CHRISTO est, medicinam, si possit peccator sic à diabolo, ut ita dicam, uenenatus & intoxicatus se illi medicinæ applicare, & per pœnitẽtiam, & resipiscẽtiam respirare. Alioqui uenient angeli ultores, diuinæ iusticiæ ministri: & illum, & omnes inuiuificabiles palmites, à corpore CHRISTI auellent, mittencq; foras & colligent, & in ignem æternũ mittent, & missi in perpetuum ardebunt. Sed sunt ne alij palmites colligendi, & in ignem mittendi? Qui dicti sunt, ex corpore CHRISTI erant palmites: sed innumeri alij sunt, qui nuncq; manserunt in corpore CHRISTI, sed semp extra fuerunt: ut qui CHRISTVM nuncq; recipere noluerunt, nuncq; ei fide adhæserunt, nuncq; eũ amauerũt: & hi nuncq; uixerunt ea, qua de loquimur uita: sed mortui nati sunt, uiuificabiles tñ, quia ueræ uiti inseri potuerũt, quæ sola uere uiuit. Sed dices: Si sunt palmites, alicuius ergo uitis sunt palmites. Esto. Humana natura uitis est, sed in Adam uenenata, mortua, & corrupta: in CHRISTO autem medicata, uiuificata, incorrupta. Sunt ergo palmites uitis Adæ, & ideo uenenati, mortui, & corrupti: qualis & uitis in Adam. Et hi de corpore CHRISTI nõ abstrahuntur colliguntur ue, & in ignem mittunt, sed de corpore Adam. Non de uera uite, sed de uite nõ uera. Non de uiua, sed de mortua. Vnde Adam & Eua in paradiso mortui sunt: ut Adæ dictũ fuerat priusq; de fructu uetito tetigisset: In quacũcq; em die comederis ex eo, morte morieris. Et mortui eiecti sunt de paradiso. Necq; uncq; genuerunt, nisi mortui & mortuos, nisi qui radio ipsius ueræ uitæ fuerint uiuificati: nã uera uita semper fuit, & semper fuerunt uiuificabiles. O quàm bonũ est quibustis, ex ueteri uite inseri ueræ uiti, & in ea manere? Melius tamen est, uitem uerã in eis manere: siquidem nihil prodest quoscũcq; in CHRISTO manere, si CHRISTVS in eis nõ maneat: sed obest eis plurimũ ad tormentũ, cum ministri dei omnes eiusmodi collecturi sint, & in ignem missuri, ut ipsi in perpetuũ ardeant. Et ut hoc non sit eis incertũ, Euangelista hæc per præsentia συνάγουσιν, βάλλουσιν, καίεται, colligunt, mittunt, ardent, enunciat, quasi id iam præsens, aut iam factũ sit. Deinde aperiente Ioanne, subiungit dominus, dicens. ¶ Si manseritis in me, & uerba mea in uobis mãserint: quodcuncq; uolueritis petetis, & fiet uobis. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructũ plurimũ afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectiõe mea: sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. ¶ Vix potest aliquis in CHRISTO manere, nisi uerba CHRISTI in ipso maneant. Proinde simplices hoĩes, in quibus uerba CHRISTI nõ manẽt, cum Euangeliũ nesciant, & quid CHRISTVS mandet, quomõ possunt in eo manere? Ideo qui manent in CHRISTO, & uerba dei in se habent manẽtia, magna fiducia alios illuminare debent: ut oẽs alij manere ĩ CHRISTO, & eius uerba intelligere possint: quia quodcũcq; petierint ad aliorũ ædificationem, ministrabitur eis: nã hoc spectat ad gloriam patris cœlestis, qui uitis ueræ & palmitũ eius agricola est. At quomodo quæ ad gloriam suam pertinẽt, petentibus non daret? In hoc, inquit, clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli

Gen. 2.

115

Fructus

Fructus qui affertur, fideles sunt qui ad CHRISTVM uere adducũtur. Qui quo plures sunt, eo maior est æterno patri gloria: ut agricolæ, quo uberior uitis fructus fuerit. Sed quomodo possunt fideles quippiã afferre, etsi in CHRISTO maneãt, & uerba CHRISTI in eis, uiuificã & spiritualẽ euangelij, & sacrarum scripturarũ intelligentiam habentibus, cũ nihil ex se possint? Certe, si efficiantur CHRISTI discipuli. Discipuli nihil ex se possunt, sed præceptor potest in eis, & uolũtas patris, ut possint afferre plurimum fructũ: non ut ipsi, sed ut CHRISTI discipuli, possunt enim discipuli quod magister infundit eis, uel potius magister oĩa potest in eis: etsi in se semper plura possit, quàm in eis, nõ enim est discipuli ut discipuli, capacitatem æquare præceptoris: & maxime huius qui summus est, et omnem excedit capacitatem. Attamen ipse discipuli formã, qui & archetypus erat, gessit, & à patre edoctus est: sicut psalmo septuagesimo scriptum est: Deus docuisti me à iuuentute mea, & usq; nunc. Et qua doctrina, nunquid scripturis, & commentarijs librorum? Nequaquam, ut ait scriptura: Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potẽtias domini. Domine memorabor iusticiæ tuæ solius. Sed non ne dñs literas nouerat? non ne scripsit in puluere, quãdo ipsi adducta est mulier ĩ adulterio deprehẽsa? non ne, ut apud Lucam habetur, in ciuitate Nazareth, in qua fuerat nutritus, sabbato intrauit eorũ synagogam, & surrexit legere, & traditus est ei liber Hieremiæ prophetæ, & legit? Sic omnino est. Nouerat ergo literas. Et quid nõ nouerat? Quid est ergo, Quoniã non cognoui literaturam? Non didici literas ab homine, quasi diceret: Quod dico, nõ ex libris, nõ ex literatura dico: sed ex potẽtijs domini, ex spiritu sancto, quo dominus unxit me. Et in ciuitate sua hoc signum fecit, inter quos educatus & enutritus fuerat: & qui sciebant, quod non didicerat literas, & tamen quæcuncq; oblata legebat: ut intelligerent hoc dei, spiritusq; eius opus esse, & in eo reuera impletam esse (de qua loquebatur Hieremias) prophetiam. Et quod non didicerit literas, etsi scierit cum nihil nescierit, testabantur qui admirantes dicebant: Quomodo hic literas scit, cũ non didicerit? Et pater qui eum docuit, ipsum diligit: & sicut pater eius diligit ipsum, sic et ipse suos diligit discipulos. Quod aperit, dicẽs: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectiõe mea. Sed quos discipulos diligit? Nunquid qui ex literatura sunt docti? Nõ crediderim: sed qui à deo, sicut & ipse, etiam si literas calleant. Quas si putant aliquid esse, & in illis quiescũt sine ulteriori dono dei, nondũ sunt discipuli CHRISTI (tametsi in libros inciderint spirituales) nisi externi & à doctore externo: cũ sint solummodo discipuli cuiuspiam, aut discipulorum discipuli. Quod si in alios dũtaxat libros inciderint, sunt solum discipuli hominum: & hæc scientia inflat. Quid enim aliud, quàm superbia est, dicere quod humanum est, aut infra humanum, esse diuinum, & gloriari & efferri in illo? Quæ autem est à discipulo, non inflat: quia imitatur discipulum, sed nõ perfecte humiliat. At uero, quæ est à CHRISTO, nullo modo inflat, & pfecte humiliat. Et hos discipulos sic magister ipsorũ diligit CHRISTVS, sicut CHRISTVM pater, q est magister eius: deinde ac secũdo loco alios, id est discipuli, discipulorum ue discipulos. At discipuli hominum nihil habẽt ratiõe disciplinæ suæ, quo amari possint: sed sua sciẽtia cæci cũ cæcis ambulãt. Et quomodo ut discipuli hominum, ex sciẽtia sua diligerent deum, quem non habuerunt magistrum? Ab his ergo non requirit dominus, ut maneant in dilectione sua: sed ab alijs, & maxĩe qui immediate sunt discipuli sui, secretissimo, intimoq; illapsus magisterio: etsi ex benignitate sua ex discipulis discipulorũ, si quãdo ipse aliquos dat discipulos, facile euadãt in discipulos CHRISTI, etiam immediatos: immediatos dico, cum à spiritu eius suggeruntur intelligentiæ. Et multo facilius ij euadũt in discipulos CHRISTI, quàm discipuli literaturæ, id est discipuli hominum, euadant in discipulos discipulorũ. Et ad hoc solũ obest humilitatis de-

Psal. 70.

Ioan. 8.

Luc. 4.

Ioan. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis defectus, quàm habere oportet, haberi autem non potest, nisi deiecta turre gigantum (quæ superbia est) eleuatissima quidem, ac altissima: quia erigitur in cœlum, & in terra fundata, iudicare præsumit spiritum. Proinde si humilitatem habere possint, etiam uere discipuli effici possunt. Quomodo autem mansuri sint in dilectione CHRISTI hi uere discipuli, aperit dominus, cum ait: Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea; sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Qui mãdata eius seruant, sicut & ipse mãdata patris sui seruauit, ij in eius dilectione manent, sicut & ipse mãsit in dilectione patris. Vt
Philip.2. nihil omisit mandatorum patris, factus obediens usq; ad mortem: sic nihil quæ nobis mandat, aut credenda, aut facienda, omittere debemus usque ad mortis necessitatem, si ingruat, & hoc ex dilectione: tanta nimirum esse debet dilectio. Et ut omnia domino fuerũt ad gloriam, & gloriam quidem infinitam, & gaudium sempiternum: etsi mundus, & diabolus, omnisque tenebrarum potestas ipsum confundere niterentur: sic & seruantibus ex dilectione mandata eius, quæ eadem sunt mandata patris, etsi renitentibus mũdo, & omnibus aduersis potestatibus, omnia cedunt ad gloriam, & ineffabile gaudium. Quod testante Ioanne, prodidit domi-
116 „ nus apostolis suis, dicens. ¶ Hæc locutus sum uobis, ut gaudium meum in uo-
„ bis sit, & gaudium uestrum impleatur. Hoc est præceptum meum, ut diligatis
„ inuicem, sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam
„ suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio
„ uobis. Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos
„ autem dixi amicos: quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Non
„ uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos, ut eatis, & fructum afferatis, & fru
„ ctus uester maneat: & quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det uobis.
„ Hæc mãdo uobis, ut diligatis inuicẽ. Si mundus uos odit, scitote quia me priorem
„ uobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret. Quia
„ uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mũdus.
„ Mementote sermonis mei, quẽ ego dixi uobis. Non est seruus maior domino suo.
„ Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, & ue
„ strum seruabunt. ¶ Hæc loquutus sum (inquit) uobis, ut gaudiũ meum in uobis sit,
& gaudium uestrum impleatur. Impletio mandatorũ CHRISTI, gaudiũ CHRISTI in implentibus, & tandem illorum plenum gaudium, quod est gaudium cœleste, gaudium cui nihil adimi, aut addi potest secundum cuiusque captum. Deinde mandati sui de dilectione memoriã innouat, quod & capite tertiodecimo huius numero 106. positum est, dicẽs: Hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Et subdit: Maiorem hac dilectionẽ nemo habet, quàm ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Sic dilexit nos dominus propter patrẽ, ut animã suam uolũtarie posuerit pro nobis: & tãta fuit eius erga nos dilectio, ut nulla erga amicos maior esse potuerit. Quæ enim maior erga eos cogitari posset ea, qua q̃s solus mori uellet, ne oẽs morerentur amici? Ipse uero mori uoluit, ne omnes non modo amici, sed & inimici morerentur; ut capite quinto ad Romanos testatur Paulus: imo ut omnes uiuerent, & solus moreretur, qui solus uiuebat, solus ut uiueret dignus erat,
Hierc.31. solus uiuere poterat. Et hãc etiã dilectionem testatur in Hieremia dominus, dicẽs: Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam: uel (ut etiã ex Hebræo intelligunt) ex dilectione animam meã in manu inimicorum eius: facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in sylua, dedit cõtra me uocẽ. Hæc est erga nos filij dei dilectio propter patrem diligentẽ nos. Talis ergo sit nostra dilectio erga reliquos homines, etiã si sint inimici propter CHRISTVM qui diligit eos, ut uitæ nostræ nõ parcamus; modo sit aliqua spes adducẽdi eos ad ueram lucem, & ad uerum dei cultum, ac

tum, ac ueneratione. Vere cognoscere CHRISTVM, ostiũ est uitæ æternæ, & ingressus in immortalitatẽ. Adiũgit: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego mando uobis, id est, quæ ego mandato patris mei annũcio uobis. CHRISTVS semper tã amicis q̃ inimicis est amicus. Quod amicis, nemo dubitat: scriptum est enim: Ego Prouer.8.
diligentes me diligo: diligit autem ultra omnem comparationem ac numerũ, & supra q̃ diligi possit. Quod inimicis, hoc certissimum indicium esse potest, quod pro ipsis mori uoluit, ut eos à necessitate mortis æternæ eriperet: quod amicitiæ, dilectionis & charitatis maximũ est argumentũ. Ergo omnibus amicus CHRISTVS, sed nõ omnes CHRISTO sunt amici. Nam hi soli sunt illi amici, qui seruãt ea quæ à patre accepit mandanda: qui enim contemnũt, qui floccipendunt uerba oratoris magni cuiusdã regis, quomodo possunt se dicere amicos eius, etsi orator tanta bonitate & benignitate sit præditus, ut (quod ex se est) omniũ ex æquo salutem uelit sitq; omnibus amicus? Porro qui contemnunt illum, se ex seipsis in seruitutẽ rediguntur, non ex oratoris uoluntate. Qui autem obediunt uoluntati regis, in libertatẽ asseruntur, etiam si serui erant. Nam libertas uoluntatẽ regis qui dominus est, consequitur, nõ uoluntatem serui. Non enim libertas est effectus uoluntatis serui, sed herilis regiæq; uoluntatis; etsi seruitus uoluntatẽ serui sequatur. Qui ergo auscultant & obsequunt mandatis oratoris, & orator illis est amicus, & contra illi pariter oratori amici: & hæc non ex altera parte solum, sed utrinq; amicitia est, & perfecta quidem amicitia. Et hi si perseuerẽt in mandatis: etsi aliquando fuerint serui & inimici, nunq̃; tamen postea dicentur serui aut inimici, sed amici: siquidem idem est, seruus & inimicus. Sic & de æterno rege, & misso ad nostram salutem dominõ nostro IESV CHRISTO censendũ est: qd' ipse aperit discipulis suis, cũ statim post hæc uerba, Si feceritis quæ ego mando uobis, adiungit: Iam nõ dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Dominus quatenus ex se est, nunquã potuit neq; potest dici nisi amicus: sed non sic semper discipuli eius potuerunt dici amici: nam quando sub peccato fuerunt, quando mandatorũ æterni regis nihil audierunt, serui fuerunt & inimici: at quando audierunt oratorẽ eius, & mandatis regis æterni auscultauerũt, liberi facti sunt & amici: tunc eñ amicorum nuncupatio eis conuenit, nõ prius: & insuper si mandatis eius immanserint, nõ possunt dici nisi amici, neq; aliter ipsos summus orator nũcupabit. Et se amicos esse & dici, eo intelligere potuerunt, q̃ secreta domini sui sciuerunt, & quid faceret aut facere uellet: at seruorũ nõ est, domini sui secreta, & quid faciat aut moliatur, nosse. Et multo ante eos appellauit amicos, quibus & secreta seruis, id est ijs quibus nomẽclatura nõ amici, sed inimici conuenit, nõ committenda commisit: quod passim ex euangelio perspectum esse potest. Quod & hic testatur dominus, cum ait: Vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo nota feci uobis. Quid audisse dicitur orator à rege? Certe quæ ipse accepit à rege nũcianda: quæ si narrat nihil omittendo, omnia narrat quæ ut orator audiuit à rege: etsi innumera alia audierit ab eodẽ. Sic & dominus qui missus erat à patre, cum nihil omiserit omniũ quæcunq; nunciandа audierat, etsi innumera alia ab æterno audierat, ut qui est æterna dei sapientia omnia quæcunq; audiuit à patre ut missus, nunciauit apostolis suis, & per apostolos cæteris fidelibus, per infusionem uerbi sui in ipsum credituris. Et ut nihil sibi omnium horum adscribant, id nullo bono eorum, non arbitrio & uoluntate eorum euenit, sed sola uoluntate diuina, quæ & sola bona est, & omniũ bonorum causa. Quod subdit, dicens: Nõ uos me elegistis, sed ego elegi uos, ut eatis & fructũ afferatis, & fructus uester maneat; ut quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, det uobis. Dominum apostolos elegisse, ostendunt euangelistæ, quando eorũ à domino uocationes manifestãt. Quo indicatur nobis, quod nõ nostra uoluntate, nõ nostra ele

ſtra electione reſpirāmus ad uitam: & ſi quem afferimus fructū, non noſtra, ſed dei bona uoluntas præcipue operatur in nobis: ut in apoſtolis operabatur CHRISTI electio, & bona uolūtas. Et ad quid elegit eos? Vt irent per mundum, & qui fideles erant & pauci, multiplicarēt fideles per totum mundum, qui eſſent fructus ipſorū, imo CHRISTI per ipſos operantis: qui fructus per ſucceſſionem, uſq; ad mundi conſummationem maneret, & poſt mundi conſummationem in æternum. Elegit eos, ut quicquid à ſummo patre ad fructum afferendum, & multiplicandū peterent in nomine ſuo, daret eis pater: quia hæc eſt patris uoluntas (ut prius dictū eſt) & beneplacita acceptatio. Mox uero tertio commēdat eis mutuam inuicē dilectionem, de qua prius locutus eſt, ut diligant ſe mutuo, ſicut ipſe dilexit eos; non quomodo mūdus diligit, qui diligere neſcit niſi propter ſe, propter ſuam utilitatem, aut uoluptatem. Illa autē dilectio propter CHRISTVM, & ſummi patris dilectionē, inter fideles ſolum mutua eſſe poteſt. nam etſi infideles, ipſos fideles diligūt: illa tamē dilectione diligere neſciūt, ſed adhuc mundi dilectione, etſi fideles eos uere diligāt, & CHRISTI dilectiōe. Ipſi ergo infideles ut infideles, illa dilectiōe amare nō poſſunt: quare neq; poſſunt uere amare, magis ergo odire poſſunt. Quæ ex uerbis domini intelligimus, dicētis: Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit, ſcitote quia me priorem odio habuit. Si de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat, diligeret. Quia uero de mundo nō eſtis, ſed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Etſi mundus, id eſt homines mundani, quales ſunt omnes infideles, & qui primi Adæ orbitam terunt, quod eſt per concupiſcentias incedere, odiunt fideles, id eſt eos qui per ſemitas & ueſtigia CHRISTI, qui ueritas eſt, incedunt, qui & mortui ſunt mundo & concupiſcentijs Adæ, & uiuentes CHRISTO, CHRISTI que gratijs. Hi tamē in hoc animū reſumere, & conſolationē recipere debent, quod ſunt fideles CHRISTO, quem πρῶτον, id eſt primū uel prius mundus odio habuit, & multo etiā magis quàm ipſi habeātur, etiam à principio mundi. Eſt enim diuina ſapiētia, quæ à principio clamat: Vocaui, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Secūdo, in hoc gaudere debēt, non deijci; quod hoc ſigno intelligunt ſe de mundo nō eſſe, ſed de electione à mundo ſelectos. Tertio, meminiſſe debent, quod CHRISTVS, quem ſic mundus uilipendit, quē tanto odio habuit, dominus omniū erat: ipſi uero digni non ſunt, ut uocētur eius ſerui, cum ne ſummi quidem angeli id mereātur. Cur igitur moleſte ferant, ſi eos mundus odio habeat: & id cum ſuo domino commune habeāt, nimirum odio haberi à mundo, & perſecutiones pati à mūdo? Quod dicit dominus, Mementote ſermonis mei, quem ego dixi uobis: Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me pſecuti ſunt, & uos perſequentur. Si ſermonem meum ſeruauerunt, & ueſtrum ſeruabūt. Dominum hanc ſententiam dixiſſe, Non eſt ſeruus maior dño ſuo: refert Ioannes capite tertiodecimo, cui ſimilē habet Matthæus capite decimo, & Lucas capite ſexto, numeris centeſimoſecūdo, nonageſimo ſeptimo, & ſexageſimoquinto. Et quid p hoc intelligi uolebat: Si ſermonem meū ſeruauerunt, & ueſtrū ſeruabunt: niſi oppoſitum, ſcilicet, Nō ſeruauerunt meum ſermonem: ergo neq; ueſtrū? Sed non'ne aliqui ſeruauerūt? Certe non hi qui de mundo, manſerunt in mundo. Cæterum qui exierunt à mundo, hi non amplius mundus, ſed ſpiritus, ſed oues & populus dei dicuntur. Sed & qui ſermones eorū (qui ſermones erāt CHRISTI p eos dicti, ſicut ſermones CHRISTI erant patris per eum dicti) erant obſeruaturi, non erant mundus, neque è mundo: ſed miſeratione diuina, quæ ad omnes una, eademq; eſt, extracti à mundo, diuerſitatem enim non facit miſeratio, ſed ij circa quos eſt miſeratio. quod enim lux nō ab omnium oculis capitur, aut certe nō æque, id nō à lucis, ſed ab oculorum diuerſitate

Prouerb. 1.

prouenit

prouenit. Conuertit igitur omnes ad ſe, non ſe ultro auertētes, miſeratio: ut lux omnes oculorū acies. Sed quare hoc odium mundi, & perſecutiones perpeſſuri ſunt
» fideles, aperiente cœleſti ſcriba Ioanne, ſubdit dominus, dicēs. ¶ Sed hæc omnia fa 115
» cient uobis propter nomen meum, quia neſciūt eum qui miſit me. Si nō ueniſſem,
» & locutus fuiſſem eis, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non ha-
» bent de peccato ſuo. Qui me odit, & patrem meū odit. Si opera nō feciſſem in eis,
» quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & uiderunt, & oderunt
» & me, & patrem meum. Sed ut adimpleatur ſermo, qui in lege eorum ſcriptus eſt:
» Quia odio habuerūt me gratis. Cum autem uenerit paracletus (quem ego mittam
» à patre) ſpiritus ueritatis, qui à patre procedit, ille teſtimoniū perhibebit de me. Et
» uos teſtimonium perhibebitis, quia ab initio mecum eſtis. ¶ Ignorātia dei, eſt mundi ſubuerſio, bonorum perſecutio, & animarum perditio: & ut in ſumma dicatur, omnis error & cōfuſio: & hæc, infidelitas nominatur. Et ex oppoſito ſciētia dei, eſt mūdi ædificatio, bonorum pax, animarum ſalus, & ſummatim omnis ueritas & gloria: & hæc, fides nuncupat. Hæc, à deo infunditur, ut ſupernæ lucis radius: illa à maligno exhalatur, ut maximarum tenebrarū teterrima mephitis atque fumus. Ob illam ignorantiam omnes iuſti perſecutionem patiuntur ab iniuſto mundo, & propter dei iuſticiam, quæ eſt dei uerbū, dei filius, nunc incarnatus & CHRISTVS dominus. Sed hæc omnia (inquit) facient uobis propter nomen meum, quia neſciunt eum qui miſit me. Is qui miſit eum, deus eſt: hæc ergo faciunt, quia neſciunt deum, quia habent ignorantiā dei. Et addit: Si non uenijſſem, & locutus fuiſſem eis, peccatum nō haberent. Vt audire regis mandatum, & contemnere ipſum, eſt crimen læſæ maieſtatis regiæ: ſic & audire mandatū dei, & contemnere ipſum, eſt crimen læſæ maieſtatis diuinæ: & hoc eſt ſummum peccatum, & infidelitatis quidem peccatum. Quod non haberet mundus, ſi rex æternus non miſiſſet in mundum legatum ſuum: nō ut perderet, ſed ſaluaret mundum: per quem mundus audiuit mandatum eius, quod nihilominus contempſit. Et primo in Iudæa, de cuius gente hic maxime loquitur dominus, quæ læſæ maieſtatis diuinæ reatum incurrit. Quo mandato non audito, tametſi crimen illud nō incurriſſent, nihilominus perijſſent omnes. At adueniente mandato, multi etiam qui alioqui perijſſent, ſaluati ſunt, accipientes nouam gratiam, ut alij nouā maledictionē. At melius eſt aliquos ſaluatos eſſe, & eos quidem non paucos adiecta noua gratia, quàm omnes perijſſe cū antiqua maledictione. Aduentus ergo eius, qui erat magni conſilij angelus, filius regis æterni, ex ſe ſolum erat cauſa gratiæ & ſalutis: ex ipſis autem ſolis, peccatum & perditio: ſicut ſcriptum eſt: Perditio tua Iſraël. Neq; prætexere poſſunt ullam peccati ſui ex aduentu eius excuſationem: quia ſigna coram eis fecit, quæ nemo alius fecit: & multo etiam maiora, quàm fecerit Moyſes coram Pharaone in teſtimonium, quod miſſus eſſet à deo: quæ cum durus tyrannus uidiſſet, credidit. At illi uiderunt illis maiora, & non crediderūt, Pharaone & Magis eius duriores, qui confeſſi ſunt. Hic digitus dei eſt. Quid igitur manet eos, niſi in æternam abyſſum ſubmerſio cum rege ſuperbiæ diabolo, quem in infidelitate ſequuntur? Et non ſolum non crediderunt, ſed & oderūt ultro, omnibus bona largientem, & non ſolum ipſum oderunt, ſed & eum, quē nominabat patrem, deum quidem ſuper omnia benedictum. Verum, & de eorum duritia pſalmo trigeſimoquarto ſcriptū erat, q de CHRISTO ſcriptus eſt, ubi in perſona eius legitur: Confitebor tibi in eccleſia magna, in populo graui laudabo te. Non ſupergaudeant mihi, qui aduerſantur mihi inique, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Et ſic implebant quod de ſe ſcriptum erat. Et in ipſis etiam impleburtur comminationes in eodem pſalmo contentæ, quæ indicant id non uoluntate dei factum, ſed ſola eorum damnata nequitia. Et reſumit dominus ſermonem de

Oſee. 13.

Exodi. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpiritu ſancto,dicẽs:Cum autem uenerit paracletus(quem ego mittam uobis à patre)ſpiritus ueritatis,qui à patre procedit,ille teſtimoniũ perhibebit de me: & uos teſtimonium perhibebitis,quia ab initio mecum eſtis. Venit paracletus, cõſolator apoſtolorũ,manifeſte` abſente domino,ſed occulte ſemper præſente, ut quem ipſe miſſurus erat à patre. Quandiu autem fuit dominus manifeſte` præſens mundo,ſpiritus ſanctus(etſi ſit ſpiritus ueritatis,id eſt filij)apud patrẽ erat,& mũdo abſens:at poſtquàm dominus ad patrem fuit receptus,& mundo manifeſte` abſens,miſit filiũ à patre: quod inſinuare uidetur quod dicit: Quem ego mittã uobis à patre. Sed & id,Spiritus ueritatis,qui à patre procedit:idem prætẽdere uidetur. Et uidetur Ioannes uſus præſenti,pcedit,pro futuro procedet:quaſi diceret,Qui à patre procedet, qui à patre ad uos ueniet:ſed incluſa ex ſumptione præſentis,p futuro omni certitudinẽ,& excluſa omni dubietate. Quid enim eſt ἐκπορεύεσθαι,pcedere, niſi exire, egredi,proficiſci? Componitur enim à uerbo πορεύομαι,quo ſupra ex Ioanne uſus eſt do-
Ioan.14. minus: Vado parare uobis locum. Et rurſus: Opera quæ ego facio, & ipſe faciet,& maiora horum faciet:quia ego ad patrem uado. Et rurſus: Vado ad patrem,quia pater maior me eſt. In quibus omnibus locis,πορεύομαι,uado transferẽ: unde ἐκπορεύομαι, exeo.πορεία enim iter,& πορεύεσθαι iter facere ſignificant. Porro` idem uocabulum eſt, quo pſalmus duodeuigeſimus utitur,ubi de aduentu & exitu filij ad nos dicitur: Et ipſe tanquam ſponſus procedens,ἐκπορευόμενος,de thalamo ſuo. Et hæc eſt ſignificatio quà his locis,& paſſim alibi ſacræ ſcripturæ tam prophetarũ,quàm euangeliſtarum utuntur,in qua ſi hic capitur procedit, ſiue procedet, ut arbitror eſſe accipiendum,certum eſt paracletũ,id eſt ſpiritum ſanctũ,ut proceſſit à patre,ita proceſſiſſe à filio:quia uenit ad diſcipulos,filio iam decem diebus ad patrẽ recepto.nam aſſumptio eius ad teſſaracoſten pertinet,& miſſio ſpiritus ſancti ab utroq; miſſi,ad pente
Mat. Mar. coſten. Hæc autem ſignificatio,quam toties in annotationibus breuibus Matthæi,
3 1 Marci,& obiter Lucæ,& Ioannis nulla alia ratione inculcauimus,omnem in hac re
4 6 tollit diſputationem. Altera eſt qua uolunt prædictũ uocabulum proceſſionem de-
15 7 ſignare æternam,quam ſacer Athanaſius intelligi uoluit, & aliorũ quàm plurimi:
17 10 de qua grauiſſima inter Græcos & Latinos,etſi illa ſit incõprehenſibilis & ineffabi
20 11 lis,ut & generatio æterna,exorta eſt quæſtio. Quæ manifeſte` nihil ad hunc locum
13 pertineret,ſi Ioãnes futuro ἐκπορεύσεται uſus fuiſſet,aut ſi ijs, qui ſecũda ſignificatio-
Luc. Ioan. ne uſi ſunt potius quàm intellexerũt(nam,ut dictũ eſt,incomprehenſibilis eſt)con-
3 5 ſuetudo Ioãnis toties capere ſoliti in hoc capite,& ferme` paſſim alibi tẽpus pro tẽ-
4 pore placuiſſet, & aliorũ euangeliſtarũ huius uocabuli ſignificatio. Quibus certe neq; in hoc,neq; in alijs ſuis dictis cõtradicere uolo. Capiat quiſq; utrum maluerit ſenſum,imo` uero eum quẽ ipſi ſpiritus ſanctus ſuggeſſerit. Eſt pater,eſt filius, eſt
Ioan.5. ſpiritus ſanctus. Alius eſt pater,alius filius,alius ſpiritus ſanctus. Alius eſt pater, di
Ioan.8. cẽte ſcriptura,ipſaq; ueritate. Alius eſt qui teſtimoniũ phibet de me, & ſcio qa uerũ eſt teſtimonium eius.quod de patre intelligitur,cum alio loco dicat dñs: Teſtimonium perhibet de me,qui miſit me pater. Ex eodem quoq; alius cognoſcitur filius.
Ioan.14. Alius etiã eſt ſpiritus ſanctus,dicente domino: Ego rogabo patrem,& alium paracletum dabit uobis,ut maneat uobiſcum in æternum,ſpiritum ueritatis. Pater,deus
Ioan.8. eſt,ut inquit dominus: Eſt pater meus,qui glorificat me, quẽ uos dicitis, quia deus
Ioan.14. ueſter eſt. Filius,deus. Creditis in deum,& in me credite. Spiritus ſanctus,deus,ut capite quarto huius habetur: Spiritus eſt deus,& eos qui adorant eũ,in ſpiritu & ue
Pſal.109. ritate oportet adorare. Pater,gignit: Filius,gignitur: Spiritus ſanctus ſpiratur. De
Prouerb.8. illo dicitur: Ante luciferũ genui te. De iſto ante omnes colles ego parturiebar. De
Pſal.32. hoc: Et ſpiritu oris eius,omnis uirtus eorum. Hæ igitur differentiæ,gignere,gigni, ſpirari,ſunt qbus alius pater, alius filius,alius ſpũs ſanctus; unus pater, unus filius, unus

unus ſpiritus ſanctus. Et hi tres unũ ſunt,unusq; deus. Porro` de ſpiritu ſancto dicit dominus: Ille teſtimoniũ perhibebit de me. Teſtimoniũ autem perhibuit de ipſo;ut deus de deo,ut alio loco dicit: Ego autem ab homine teſtimoniũ nõ accipio. A quonam ergo? Nimirũ à deo,& à ſpiritu ſancto. Quod ſi angeli,prophetæ, apoſtoli perhibent teſtimoniũ de ipſo,non accipit teſtimoniũ ab illis: ſed ab ijs, à quibus hi acceperunt: ut hoc teſtimoniũ Petri, Tu es CHRISTVS filius dei uiui: non Matth.16.
accipit à Petro,ſed a patre cœleſti. Caro,inquit,& ſanguis nõ reuelauit tibi,ſed pater meus qui in cœlis eſt. Sic igitur cũ dicit: Et uos teſtimoniũ perhibebitis de me, quia ab initio mecũ eſtis: hoc teſtimoniũ,nõ eſt teſtimoniũ ipſorũ, ſed teſtimoniũ dei de ipſo,quod ei ſuggeſturus erat ſpiritusſanctus de ijs,quæ etiam uiderãt & audierant,ſed ad quæ intelligenda minus ſufficiẽtes fuerant. Viderant autem & audierant: quia ab initio ſignorũ & prædicationis cũ domino fuerant: de hoc eẽ initio hic loquitur dominus. Ergo omnia teſtimonia de CHRISTO,quæ nobis deo afflati,locuti ſunt prophetæ & apoſtoli,accipiamus non tanq; ab hominibus: ſed (ut reuera ſunt)à deo patre,& filio,& ſpirituſancto. Quibus in una diuinitatis natura omnis honor,poteſtas,decus,maieſtas,imperiũ,& gloria in omnia pluſquã æterna(ſiue,ut habetur in Cantico,in æternũ & ultra)ſeculorum ſecula,Amen. Exodi.15.

CAPVT SEXTVMDECIMVM.

HAec locutus ſum uobis,ut non ſcãdalizemini. Abſq; ſyna 118
gogis facient uos. Sed uenit hora,ut omnis qui interficit uos,arbitretur obſequiũ ſe præſtare deo, Et hæc faciẽt uobis,quia non nouerũt patrem,neq; me. Sed hæc locutus
5 ſum uobis,ut cũ uenerit hora,eorum reminiſcamini,quia ego dixi uobis. Hæc autẽ uobis ab initio non dixi,quia uobiſcum eram. Et nũc uado ad eũ qui miſit me,& nemo ex uobis interrogat me, quo uadis? Sed quia hæc locutus ſum uobis,triſticia impleuit cor ueſtrũ. ¶ Sed 119
ego ueritatem dico uobis,expedit uobis ut ego uadam, Si em̃ non abiero
10 paracletus non ueniet ad uos: ſi aũt abiero,mittã eum ad uos. Et cum uenerit,ille arguet mundum de peccato,& de iuſticia,& de iudicio. De peccato quidẽ,quia nõ crediderunt in me: de iuſticia uero,quia ad patrẽ uado & iam non uidebitis me: de iudicio aũt, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt. ¶ Adhuc multa habeo uobis dicere,ſed non poteſtis porta 120
15 re modo. Cũ autem uenerit ille ſpiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Non em̃ loquetur a ſemetipſo,ſed quæcunq; audiet loquetur,& quæ uentura ſunt annunciabit uobis. Ille me clarificabit,quia de meo accipiet,& annũciabit uobis. Omnia quæcũq; habet pater,mea ſunt. Propterea dixi,quia de meo accipiet,& annũciabit uobis. ¶ Modicũ & iam non 121
20 uidebitis me,& iterũ modicũ & uidebitis me, quia uado ad patrẽ. Dixerũt ergo ex diſcipulis eius ad inuicẽ: Quid eſt hoc,quod dicit nobis: Modicũ,& non uidebitis me:& iterũ modicum,& uidebitis me,& quia uado ad patrem? Dicebãt ergo: Quid eſt hoc,quod dicit, modicum? neſcimus quid loqtur. Cognouit autẽ IESVS,quia uolebant eum interrogare,& di

xit eis: De hoc quæritis inter uos, quia dixi: Modicũ, & nõ uidebitis mẽ 25
& iterũ modicum, & uidebitis me. Amen amen dico uobis, quia plorabi-
tis & flebitis uos, mundus autẽ gaudebit: uos autem contriſtabimini, ſed
triſticia ueſtra uertetur in gaudiũ. Mulier cum parit, triſtitiam habet, qa
uenit hora eius: cũ autem peperit puerum, iam nõ meminit preſſuræ pro
pter gaudiũ, quia natus eſt homo in mundum. Et uos igitur nunc quidẽ 30
triſticiam habetis. Iterũ autem uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrũ, & gau-
diũ ueſtrũ nemo tollet a uobis, Et in illo die, me non interrogabitis quic-
122 quã. ◤ Amen amen dico uobis, ſi quid petieritis patrẽ in nomine meo, da
bit uobis. Vſq; modo nõ petiſtis quicq; in nomine meo. Petite, & accipi
etis, ut gaudiũ ueſtrũ ſit plenũ. Hæc in prouerbijs locutus ſum uobis. Ve 35
nit hora cũ iam nõ in prouerbijs loquar uobis, ſed palã de patre annuncia
bo uobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico uobis, quia ego
rogabo patrem de uobis. Ipſe em̃ pater amat uos, quia uos me amaſtis, &
credidiſtis quia a deo exiui. Exiui a patre, & ueni in mũdum: iterum relin
123 quo mundum, & uado ad patrẽ. ◤ Dicunt ei diſcipuli eius: Ecce nunc pa- 40
lam loqueris, & prouerbiũ nullum dicis. Nunc ſcimus quia ſcis omnia, &
non opus eſt tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus, quia a deo exiſti.
Reſpondit eis IESVS: Modo creditis? Ecce uenit hora, & iam uenit, ut di-
ſpergamini unuſquiſque in propria, & me ſolum relinquatis: tamen non
ſum ſolus, quia pater mecũ eſt, Hæc locutus ſum uobis, ut in me pacẽ ha- 45
beatis. In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite, ego uici mundum.

ANNOTAT. BREVES XXVI. CIRCA LITERAM CAP. XVI.

1 Abſq; ſynagogis
ἀποσυναγώγους
Alienos à ſynagoga
2 uenit
uentura eſt
& infra.
2 qui interficit
ὁ ἀποκτείνας
qui interfecerit
3 obſequium
λατρείαν
cultum
3 facient – uobis:
9 Si em̃
* ἐγὼ ego
9 paraclitus
ὁ παράκλητος
12 crediderunt
πιστεύουσιν
præſens.
13 uidebitis
θεωρεῖτε
præſens.
13 huiuſmodi mũdi – iã
15 ille, ſcilicet paracletus
ἐκεῖνος
& infra.
15 docebit uos
ὁδηγήσει ὑμᾶς
ducet uos
* εἰς in
16 audiet
ἀκούσῃ
audierit
17 clarificabit:
δοξάσει
glorificabit
19 Modicum & – iam
19 non uidebitis
οὐ θεωρεῖτε
præſens.
& infra.
22 & quia * ἐγὼ ego
23 Dicebant aũt
ἔλεγον οὖν
Dicebant ergo
27 flebitis
θρηνήσετε
lamentabimini
32 tollet
ἄρῃ
præſens.
33 ſi quid
ὅτι ὅσα
quod quæcunq;
35 uobis. * ἀπὸ Sed
36 palam
παῤῥησίᾳ
& infra.
38 de uobis.

pro uobis

pro uobis * ἐγὼ ego ἔχετε
39 quia 46 habebitis: præſens.

COMMENTARIVS IN CAPVT SEXTVMDECIMVM.

HIc prænũciat dominus apoſtolis quæ ipſis ſuperuẽtura ſunt, explican
te Ioanne, dicens. ◤ Hæc locutus ſum uobis, ut non ſcandalizemini. 118
Abſq; ſynagogis facient uos. Sed uenit hora, ut oĩs qui interficit uos,
arbitretur obſequium ſe præſtare deo. Hæc facient uobis: quia nõ no
uerunt patrẽ neq; me. Sed hæc locutus ſum uobis, ut cum uenerit ho-
ra, eorum reminiſcamini, quia ego dixi uobis. Hæc aũt uobis ab initio nõ dixi, quia
uobiſcũ eram. Et nunc uado ad eum qui miſit me, & nemo ex uobis interrogat me
quo uadis? Sed quia hæc locutus ſum uobis, triſticia impleuit cor ueſtrum. ◤ Et hic
præteritis pro præſentibus, & præſentibus pro futuris uti uidetur Ioãnes: ut locu-
tus ſum, pro loquor: & uenit, interficit, pro ueniet, interficiet. Hæc autem tunc eis
prædicebat & loquebatur dominus, quaſi uallum quoddam & munitionem aduer
ſus ignominias, perſecutiones, & mortes quæ eis obuenturæ erant, præſtruens, ne
inciderent in ſcandalũ, deiectionem animi fidei'ue puſillitatem: quia ἀποσυνάγωγοι,
id eſt à ſynagoga alieni futuri erant, & à communione Iudæorũ eijciendi; quæ gra-
uiſſima erat omniũ opinione, ignominiæ & maledictionis nota. Sed & futura erat
hora, & uenturum tempus, ut omnis qui poſſet eos interficere, arbitraretur ſe cul-
tum pietatiſq; officium præſtare deo: omnis dico infidelis, & carnali humanæq; le-
gi addictus, nam ob dei ignorantiam hæc erant facturi, quod innuit, cum dicit: Et
hæc facient uobis, quia non nouerunt patrem neq; me, ubi id: Et hæc facient, oſten
dit, interficit pro interficiet prius dictum fuiſſe, & tempus pro tempore poſitũ. Et
hæc tunc loquebatur eis, ut cum uiderent illa euenire ut prædixerat, reminiſcerent
prædictionis eius, & intelligerent ſic in diuina cognitũ eſſe ſapientia, quam futu-
rorum nihil latere poteſt, & ipſum reuera ipſam eſſe dei ſapientiam, omnia præui-
dentem: ut hac recordatione fides eorum corroboraretur: & hæc omnia cum gau-
dio ſpiritus in patientia ſuſciperent: non tanquã de manu perſecutorum, ſed tan-
q̃ de manu dei, ſine cuius uoluntate aut nutu nulla ſiue proſpera, ſiue aduerſa con-
tingere poſſunt: niſi enim annuiſſet, neq; ipſe neq; ipſi talia pati poterant. Cæte-
rum eiuſmodi in patientia, tanquã de manu dei accepta, probatæ fidei magnam à
deo expectãt ex ſola munifica ipſius gratia mercedẽ. Et ſubiungit dominus: Hæc
autem uobis ab initio nõ dixi, quia uobiſcum eram, & nunc uado ad eum qui miſit
me, & nemo ex uobis interrogat me quo uadis? Et quænã dixit eis? Et faciẽt uos à
ſynagogis ſuis alienos: & interficiendo uos arbitrabuntur ſe obſequium præſtare
deo, & magnæ pietatis opus exercere. Et cum dicit: Hæc autẽ uobis ab initio non
dixi, quia uobiſcum eram: innuit ſe hic primum id dixiſſe, & locutus ſum, acceptũ
eſſe pro loquor. Et cum adiecit, Et nunc uado ad eum qui miſit me: ipſi tacebant, &
erant animo adeo deiecto, tantaq; triſticia affecto, ut ne loqui quidem, aut interro-
gare quicquã ualerent: non ſolum autem, quia illis triſtis futura erat eius abſentia,
ſed etiam quia de eiectione ipſorũ à ſynagoga, & de ipſorum interfectione, perin-
de ac ſi maxime impij forẽt, meminerat dominus: quod indicat eis, cũ ait: Et nemo
ex uobis interrogat me q̃ uadis? Sed qa hæc locutus ſum uobis, triſticia impleuit
cor ueſtrũ. Et continuo reſerante Ioanne, aperit eis dominus cauſam, propter quã
expediebat illis ut ad patrẽ iret, dicens. ◤ Sed ego ueritatẽ dico uobis, expedit uo- 119
bis ut ego uadam. Si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: ſi autẽ abiero
mittam eum ad uos. Et cum uenerit, ille arguet mundũ de peccato, & de iuſticia, &
de iudicio. De peccato quidem; quia nõ crediderũt in me: de iuſticia uero, quia ad

patrem

Universidad de Deusto
Biblioteca

» pãtrem uado, & iam non uidebitis me: de iudicio autem, quia princeps mundi hu-
» ius iam iudicatus est. ¶ Hæc erat ueritas, quod expediebat eis ut iret: quãdoquidẽ
ipsi, & timidi, & deiecti animo, & tristes, infirmæq; fidei permansissent, nisi spiritus
sanctus uenisset, qui eos corroborauit, in spem erexit, consolatus est, ac fortes in fi
de effecit. Nõ uenisset autem, nisi filio iam ad patrem recepto: tale em̃ erat diuinũ
decretũ, arcanumq; consiliũ, ut filio dei mundo præsente, spiritus se non manifesta
ret: & filio dei absente, se spiritus mundo insinuaret: tanq; spiritu sancto cum patre
manẽte, cũ filius præsens esset in mundo, & filio cũ patre identidem manente, cum
spiritussanctus præsentia sua inundaret, abundeq; effunderetur in mundo: nõ qd'
unq; spiritus aut filius abfuerit à patre, aut pater ab ipsis: sed hæc mysteria sunt, ut
cum nobis præsentes nõ adsunt, eos apud patrem esse intelligamus: & duorum si
mul, ex diuino decreto patris præsentiam nõ fuisse mundo exhibendam. Pater au-
tem nunq; mundo, suam exhibuit præsentiam, nisi ex cõcomitantia: quia scilicet &
in filio, & in spiritu suo est pater, & contra. Idcirco mundus nunq; uidit patrem, ut
Ioan.5. & dominus dicebat Iudæis: Neq; uocem eius unq; audistis, neq; speciem eius uidi
Ioan.6. stis. Et rursum: Non quia patrem uidit quisquã, nisi is qui est à deo, hic uidit patrem
Expediebat multũ, imo omnino, ut dominus suam subtraheret præsentiam: expe
diebat, inquã, non solum apostolis, qui alioqui infirmi, inualidi, & impotẽtes remã-
sissent: sed & posteris qui nunq; alias ad spiritũ fuissent euecti. CHRISTVS ut ho
mo, licet diuine, instituebat eos, etsi multa operaretur ut deus. Spiritus autẽ san-
ctus ut deus mouebat eos, rapiebat, & repente in alios homines mutabat. Et ut ig
nis ferrũ frigidum, graue, opacum rapiens, illud in suam transfert naturam, facit-
q; igneum, calidum, leue, lucidum: sic & spiritussanctus quos apprehendit, repente
efficit spirituales, fortes, impauidos, erectos, sapientes, consultos, imperturbatos,
& huiusmodi, secundũ suæ infusionis munera. Et quæ circa eos facturus esset spiri
tussanctus, dominus prædixit: nimirũ quod esset eos docturus omnia, & suggestu
rus, id est submoniturus, & ad memoriam reuocaturus oĩa quæcunq; eis dixerat: id
Ioan.14. em̃ ὑπομνήσω, quo uocabulo prius Ioannes usus est, designat. Sed & quid in mundo
& circa mũdum facturus esset spiritus ille sanctus, sanctarũ mentiũ doctor, & uer-
borũ CHRISTI submonitor & rememorator, hic etiam dominus exprimit dicẽs
Et cum uenerit, ille arguet mundũ de peccato, & de iustícia, & de iudicio. De pec-
cato quidem, quia non crediderunt in me. De iustícia uero, quia ad patrem uado, et
iam non uidebitis me. De iudicio autẽ, quia princeps mundi huius iam iudicatus ẽ.
De tribus arguentur à spũ sancto infideles homines, qui nomine mundi censent.
Primo de peccato infidelitatis quod habent: qui non crediderunt in dominũ, in dei
filium, qui à deo summo rege æterno missus fuerat in mundũ. Secundo, de iustícia
quam perdiderunt: quia filius dei, qui est iustícia dei, iustícia summa, iustícia æter-
na, ab ipsis ad patrem ascendit, nec unq; amplius præsentiam eius in mundo ut do
ceat, sunt uisuri. Tertio, de iudicio: quia remanserunt sub iudicio & potestate ma-
ligni, qui est princeps mundi huius, qui aduenientе spiritu sancto iam iudicatus e-
rit, contritus, & condẽnatus: ut in eos qui credunt, nihil ipsi potestatis sit. Sic per
peccatũ infidelitatis, iustíciam perdiderũt, & iudiciũ iudicati principis mũdi huius
incurrerũt: & de his tribus arguent̃, accusabũt̃, & increpabũtur à spũ dei. At quan
do princeps mũdi huius condemnatus est, & perdidit ius in credentes in filiũ dei:
Certe quãdo filiũ dei ludibrijs & morte turpissima affici, & ad suppliciũ crucis san-
ctũ dei, incontaminatũ, & innocentẽ perduci procurauit: tũc peccãdo in iustíciam
dei, ius perdidit in omnes qui confugerent ad illũ. Cæterũ hic aduertendũ est, Ioan
nẽ hanc particulam: De peccato quidem, quia nõ crediderunt in me: de iustícia ue
ro, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me; sic Græce habere, περὶ ἁμαρτίας μὲν, ὅτι

οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ· περὶ δικαιοσύνης δὲ, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα μου ὑπάγω, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με·
id est: De peccato quidem, quia non credunt in me: de iustícia uero, quia ad patrẽ
meum uado, & posthac non uidetis me. Vbi, uidetis me, positum est pro uident
me, & præsens pro futuro θεωρήσουσίμε. Non enim hic sermo refertur ad apostolos,
sed ad mundũ, id est ad eos qui sunt de mundo, qui ulterius uisuri non sunt CHRI
STVM, neq; in hoc mundo, neq; in altero, nisi quando ipse ueniet ad iudicium; &
aspectus eius erit eis formidabilis: & illud uidere, potius erit eis nõ uidere, q̃ uide
re. De apostolis aũt non dicit, Post hac nõ uidebitis me: de quibus capite quartode
cimo, numero III, dixit: Adhuc modicũ, & mundus me iam non uidet: uos autem ui
detis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis: ubi etiam illud iam, ἔτι, amplius, posthac, ul
tra significat; & præsentia pro futuris (ut dictũ est) accipiuntur. Et hoc quoq; capi-
te paulo inferius dicit: Modicũ, & iam non uidebitis me; & iterum modicum, & ui-
debitis me. Hoc igitur quod in increpationibus paracleti habetur, Et iam non uide
tis me: non refertur ad apostolos, sed ad mundũ, id est ad eos qui de mundo sunt, et
increduli remanserunt in mundo. Porro nequaq; spiritus sanctus uenit increpatu
rus apostolos aut fideles, quandoquidem peccatũ non habebant, quia credebant.
Iustíciam dei nõ perdiderant, quia CHRISTVM habebant. Sub iudicio principis
mundi huius relicti non erant: sed ipse iure in eos perdito, iudicatus & condemna-
tus erat. Et hoc etiã testatus est dñs, cũ dixit: Et cũ uenerit, ille arguet mũdũ de pec
cato, & de iustícia, & de iudicio. Id ergo, Et iam non uidetis me; ad solos mũdanos
est referendũ, & perinde intelligendum ac, Posthac nõ uidebunt me: Deinde (a-
» periente Ioanne) ad apostolos suos subdit dominus, dicens. ¶ Adhuc multa ha 120
» beo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem uenerit ille spiritus
» ueritatis, docebit uos omnem ueritatẽ. Non em̃ loquetur à semetipso: sed quæcũ-
» q; audiet loquetur, & quæ uentura sunt annunciabit uobis. Ille me clarificabit, quia
» de meo accipiet, & annũciabit uobis. Omnia quæcunq; habet pater, mea sunt. Pro
» pterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. ¶ Id, Adhuc multa habeo
uobis dicere: perinde est ac, Adhuc multa possum uobis dicere, Sed non potestis
portare modo: non estis nũc capaces, nõ estis ad suscipiendũ idonei. Et ideo absti
net illa nunc eis reserare, reseraturus nihilominus postea per spiritũ suum. Quod
innuit, cũ ait: Cũ aũtem uenerit spiritus ille ueritatis, docebit uos omnẽ ueritatem.
Quam ueritatem? Et eam quam modo locutus est: quia per ipsum & sancti Euan
gelistæ scripserunt, & sancti locuti sunt apostoli: & eam quã in mundo eis non ex
pressit ob ipsorũ audiendi, & capiendi imbecillitatem, sed postea per spiritum su-
um (quid enim est spiritus ueritatis, nisi spiritus filij, qui est ueritas?) erat expressu
rus: quia spũs sanctus sic locuturus erat, ut missus à filio: ut filius locutus est, ut mis
sus à patre. Quod innuit dominus, cum subdit: Non em̃ loquetur à semeipso: sed
quæcunq; audiet loquetur, & quæ uentura sunt annunciabit uobis. Vt orator quæ
audit, illa loquitur, & à se non loquitur, sed à mittente: sic & spiritus sanctus, ut mis
sus non locutus est à se, sed à patre, & à filio, qui miserunt ipsum. Et quod dicit
Quæcunque audiet, loquetur: nunquid futurum erat, ut aliquid de nouo audiret
nunciandum, qui ab æternitate erat omniscius, & (sicut de eo scribitur) omnem ha- Sapien.7.
bens uirtutem, omnia prospiciens? Nequaquàm: Nã ab æterno omnia ut filius, au-
diuit. Et id, Audiet; nouitatem non dicit, aut audiendi, aut sciendi, aut cognoscen-
di: sed nouitatem exequendæ missionis subindicat, & mysterij (ut inquit Paulus)
temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est. Quomodo autem annuncia Rhom.16.
rit eis spiritussanctus quæ uentura erant, ex Paulo & Actis apostolicis est perma-
nifestũ. Porro ut orator clarificat eũ à quo missus est: non gloriam suam, sed eius à
quo missus est, quærẽs; sic spiritus sanctus à filio missus, clarificabit filiũ, filij gloriã,
nõ suã

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ſuam ut ſuam quærens. Dico ut ſuam, quia gloria filij, gloria ſui ſpiritus eſt: & gloria regis, gloria oratoris, qui illam regi ſuo quæſiuit. Nec ab re clarificabat filiũ quia uerba legationis acceperat à filio. Quod aperit dominus, cũ ait: Ille me clarifi cabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis. De meo accipiet, accipiet ex me mandatum, quod mandabit uobis, & uerba quæ nunciabit uobis, imo ab æterno ac ceperat: ſed poſt aduentũ CHRISTI, & ad patrẽ regreſſum illa nũciaturus erat. Sed inquies: Quæcunq; nobis, ſiue à filio, ſiue à ſpiritu ſancto nunciata ſunt, man- data ſunt patris, & illa filius accepit à patre nunciãda: quomodo ergo cum ſint mã data, & uerba patris quæ ſpiritusſanctus mundo annunciauit, ea à filio accepit? Sa ne quia omnia quæ ſunt patris, ſunt filij: & pater uult ea non ſolũ ſua eſſe mandata ſed & filij: cõmunia ſunt eĩ, ut etiam toties filius dicat ſua eſſe mandata. Ideo iure potuit filius dicere: Quia de meo accipiet, quia mandata mea accipiet. Quod ſub- dit dominus, cũ ait: Quæcunq; habet pater, mea ſunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, annunciabit uobis. Quid annunciabit uobis? Id quod de meo accipiet, id quod à me ſuſcipiet nunciandũ. Omnia mandata patris ſic filij erant, ut ſi rex ut pa ter, filiũ conregnantem mitteret nunciaturum mandata regni: hæc ut patri regi, ita filio conregnanti proculdubio eſſent communia, & hæc eſſet patris uoluntas. Qd ſi tertius eſſet ipſis regnantibus indiuiſe conregnans: & inter eos hic ordo eſſet, ut eſſet pater primus, filius ſecundus, conregnans tertius, qui & à primo, & ſecundo eadem mandata acciperet, filius dicere poſſet. De meo nunciandum accepit & ter tius, licet regni conſortium nactus, in nomine utriuſq;, non ſuo, uerba regni ſibi cõ miſſa exequeretur: etiam ſi uerba illa, & mandata ſua eſſent ut conregnãtis, ſed nõ ut mittentis. Verũ & hoc, Omnia quæcunq; habet pater mea ſunt: altius trahũt ad ea, quæ alij attributa, alij dignitates diuinas, nõ nulli tranſcendentia dicunt: ut ſunt bonitas, immenſitas, ueritas, potentia, gloria, æternitas, & ſimilia: & id, De meo ac cipiet: ad æternam proceſſionem, quæ omnia ſunt ἄῤῥητα, & ineffabilia. Verũ, ma- teria ſubiecta magis expetere uidetur, ut hæc denunciandis, tum à filio, tum à ſpiri tu ſancto ut miſſis, accipiantur: ut & id etiam, De meo accipiet: de mandato nunci ando intelligatur. Etſi illa magnifice ſupra humanum captum excogitata ſint, ubi nihilominus magnificentius fides ue neratur deũ in ſilentio, in theologia apopha- tica deum admirando, & diuinam ignorationem ſcientia potiorem reputando. Sci entia enim loquitur, deum laudando in theologia hypophatica: ſed neſcit quid loq tur. Nam ſi capit, ſi intelligit quod loquitur, non eſt deus de quo loquitur: ſiquidẽ incomprehenſibilis eſt & inintelligibilis. Et ſacra ignorantia, ſoror maior natu, eo doctior eſt, quod ignorat, & ſcit ſe ignorare: ſcientia autem, ſoror tenella, & iuni- or, eo indoctior, quod docta eſt, & ſe ſcire putat. Hæc uiſione excæcatur: illa, cæci- tate illuminatur: hæc, ſciens: illa, neſciens, ſed pluſquã ſciens. Sed hæc forſitan ex- tra negociũ. Nunc tranſeamus ad ea, quæ reſerante Ioanne, ſubdit dominus dicẽs

121 „ ¶ Modicum, & iam non uidebitis me: & iterũ modicum, & uidebitis me, quia ua-
„ do ad patrem. Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem: Quid eſt hoc, quod di
„ cit nobis: Modicũ, & non uidebitis me: & iterum modicũ, & uidebitis me, & quia
„ uado ad patrẽ? Dicebant ergo: Quid eſt hoc quod dicit, modicum? neſcimus quid
„ loquitur. Cognouit autem IESVS, quia uolebant eũ interrogare, & dixit eis: De
„ hoc quæritis inter uos, quia dixi: Modicum, & uon uidebitis me: & iterum modicũ
„ & uidebitis me. Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus au
„ tem gaudebit. Vos autem contriſtabimini, ſed triſticia ueſtra uertetur in gaudium
„ Mulier cum parit, triſticiam habet, quia uenit hora eius: cum autem peperit puerũ
„ iam nõ meminit preſſuræ propter gaudium: quia natus eſt homo in mundum. Et
„ uos igitur nũc quidem triſticiam habetis. Iterum autẽ uidebo uos, & gaudebit cor
ueſtrum:

„ ueſtrum, & gaudium ueſtrum nemo tollet à uobis. Et in illo die me nõ interroga-
„ bitis quicquam. ¶ Id, modicum, pro tempore quo cum ipſis fuit ab illo momento uſq; ad paſſionem ſuam, quæ erant paucæ horæ, capitur. Et id, Etiam non uidebi tis me, explicante infra domino: pro tempore à morte eius uſq; ad aſcenſionẽ eius ad patrem. Et id, Et iterum modicum, & uidebitis me: pro tempore ab aſcenſione eius, uſq; ad mortem apoſtolorum. Sed dices: A morte ad aſcenſionem eius, poſt reſurrectionem in quadraginta diebus eum uiderunt: quomodo ergo dixit: Et nõ uidebitis me? Viderunt quidem obiter, & nõ contiuuo ut ſoliti erant, ſed quaſi in tranſitu, & ſolum pro firmandæ fidei argumento. Et id perinde à domino reputat ac non uidere. Nam uidere eſt, cum quis cum aliquo manet, diuerſatur, & ſemper eum habet in proſpectu. At à morte ſua dominus ſubtraxit apoſtolis illã ſuã quo- tidianam aſſuetudinariam q; præſentiam, & maxime in aſcenſione cum profectus eſt ad patrem: ſiquidem & filium & ſpiritum ſanctum ſe mundo occultare, & præ ſentiæ ſuæ ſenſum prorſus ſubtrahere, eſt ad patrẽ ire; & illos abſentes mũdo eſſe eſt apud patrem eſſe. Breue quoq; fuit tempus ab aſcenſiõe uſq; ad mortem apo- ſtolorum, qua expleta, recepti ſunt ad dominum, & eum iugiter uiderũt, & cum eo manſerunt: de quo dicitur ſecundo loco: Et iterum modicũ, & uidebitis me. Et ra- tionem reddit quare poſt puſillũ ſic uiſuri eſſent ipſum: quia ibat ad patrem. Quia (inquit) uado ad patrẽ, ut modico tẽpore tranſacto eos reciperet, & apud ſe & pa- trem ſuum, & id quidem ad gaudium ſempiternum. Verum cum id non intellige- rent apoſtoli, quærebant elanculum inter ſe: Quid eſt hoc quod dicit nobis: Modi- cum, & non uidebitis me: & iterum modicum, & uidebitis me, & quia uado ad pa- trem? Quid eſt hoc quod dicit nobis, modicum? neſcimus quid loquitur. Intellige bant quod dicebat: Vado ad patrem, ſed id primum modicum, & ſecundum modi cum quid ſignificare uellent non intelligebant. Ideo decreuerunt ſuper eiuſce rei intelligentia eũ interrogare. At dominus indicando eis nõ opus eſſe ut ſibi ſub in terrogatione proponerent quam habebant difficultatem (eos enim interrogamus & eis difficultates noſtras, pponimus, quos cõceptus noſtros latere putamus) præ uenit aperire eis id de quo ipſi cõceperant ipſum interrogare, in quo inſuper oſten dit, ne ſecretos quidem conceptus, & nondum patefactas uoluntates (quid eĩ de- um fugere poſſet?) latere, dicens: De hoc quæritis inter uos, quia dixi, Modicũ, & non uidebitis me: & iterum modicum, & uidebitis me. De hoc autem, Vado ad pa trem, non erat quæſtio, ſed ſolum de particulis, modicum, & iterum modicum. Et aperit eis ſenſum, dicẽs: Amen amẽ dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mun dus autem gaudebit: quod in triduo paſſionis & ſepulturæ partim adimpletũ eſt, & alias poſtea frequenter uſq; ad obitum eorum: ſiquidem cum in triduo illo plo- rabãt & flebãt Iudæi, CHRISTI inimici gaudebãt. Et ſubdit: Vos cõtriſtabimini, ſed triſticia ueſtra uertetur in gaudiũ: quod partim expleto triduo illo, & agnita re ſurrectiõis gloria adimpletum eſt. Sed quanquam triſticia eorum conuerſa eſt in gaudium, nondum tamen illud gaudium fuit plenum: quia poſtea aſſumpto domi- no in gloria, triſticias multas ex perſecutionibus experti ſunt: & eo maxime, quod quantum deo afferre fructum uoluiſſent, nõ poterant. Manebat tamen ſemper in eis aliquod ſpirituale gaudiũ. Nam ſpiritualibus uiris ſola infidelitas, & erga deũ irreuerentia triſticias afferunt: non fames, non perſecutiones, non deniq; mortes: imo hæc omnia lætificant: præſertim ſi intelligant ad ea diuinum ſequi honorem, & aliquorũ adductionem ad CHRISTVM: quæ quo plurium eſt, eo læticiæ maio- res ſunt: alioqui & hæc triſtia ſunt: non ſuijpſorum tamen, ſed honoris dei imminu ti aut fruſtrati contemplatione. Quas etiam triſticias ob aliorũ infidelitatem, ſi nõ raro perpeſſi ſunt in uita, hoc breui & modico tempore factũ eſt: quia cum attige-

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt præsentis uitæ metã, ex huius mundi pressuris, anxietatibus & tristitijs, transierunt ad alterius mundi uitã: & uisio, & gaudium quod secundo loco promiserat dominus, fuerunt adimpleta. Vt enim quando in mundo mulier cum dolore peperit puerum, nõ ultra meminit pressuræ propter gaudium, quod natus est puer in mundo, sed eius prorsus obliuiscitur: sic & uniuersæ illorum tristitiæ, ubi ex hoc mundo excesserunt, uersæ sunt eis in gaudium, & earũ prorsus obliti sunt propter eminentem gaudij excessum: quia alteri mundo nati sunt, qui reuera nõ alteritatis: sed unitatis est mundus, derelicto hoc mundo in quo mortales degimus, qui alteritatis est, & ex quo ex alteritate ad unitatem, & ad mundi melioris, & uitæ immortalis nascimur felicitatem. Porro cum hoc tempus, quo ex mundo ad illum transimus, paruum sit, cito tristicia huius mũdi uere fidelibus uertitur in gaudium: & tale quidem gaudium, quod nunquam tolletur, sed indeficiẽs erit, & sempiternum. quæ omnia etiam diuino ore insinuabat eis dominus, cum dicebat: Mulier cum parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius: cum autem peperit puerum, iam nõ meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum. Et uos igitur nunc quidem tristiciam habetis: iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis: & in illo die me nõ interrogabitis quicquam. Quandiu sumus in præsenti seculo, per dolores, tristicias, & tribulationes multas, futuro seculo parimur: & si fideles fuerimus, uiui nascemur: & omnes huius mundi tristiciæ in gaudium cõuertentur, quod nunquam auferetur. sin infideles, abortiemur, & mortui ex hoc mũdo eijciemur: sed morte secũda, quam luctus & dolor sequitur, & stridor dentium. Sed quæ est mater, quæ nos parit: & cũ parit, tristiciam habet? Ecclesia. Quando gaudet? Cũ uidet filios suos in altero seculo natos, qui & ipsi inenarrabili gaudent gaudio. Quæ causa gaudij? Visio CHRISTI, & qui uidet (Iterum, inquit, uidebo eos) & qui uidetur. Quo tempore neque apostolos, neque alios quoscunque ad hanc reuelatam uisionem perductos, oportebit quicquam interrogare: quia manifeste scient ipsum nosse omnia, antequã sint interrogata. Sed & ipsi erũt in plenitudine gaudij & sapientiæ: neq; ignorabunt quicquam eorum quæ in ænigmate crediderunt. Neque etiam illis opus fuerit, ut rogent eũ & petant ab eo quicquam (nam hoc quoque ἐρωτᾶν significat) id est non indigebũt intercessore ad impetrandum, sed quicquid inuocato nomine eius petierint, à patre accipiẽt: quod rese
122 ,, rante Ioanne subiũgit dominus, dicẽs. ¶ Amen amen dico uobis, si quid petieritis
» patrem in nomine meo, dabit uobis. Vsq; modo non petistis quicquam in nomine
» meo. Petite & accipietis, ut gaudium uestrũ sit plenum. Hæc in prouerbijs locutus
» sum uobis. Venit hora cum iam nõ in prouerbijs loquar uobis, sed palàm de patre
» meo annũciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis. Et nõ dico uobis, qa ego
» rogabo patrẽ de uobis. Ipse enim pater amat uos, qa uos me amastis, & credidistis
» quia à deo exiui. Exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & ua
» do ad patrem. ¶ Quia ad illam usque horã nihil discipuli à summo patre petierant
in nomine filij: nũc ingerit eis fiduciam, si petant in nomine suo, accipiẽdi quod petierint: ut animo nõ deijciãtur, sed sint hic in sancta spe, & in altero seculo in gloriosa fruitione, abundantia gaudij pleni. Si quempiam regem terrenum aliquid petiturus in nomine filij eius adires, quod indignum filio esset; nequaquã in nomine filij peteres, sed quod dignum esset, & honorificum filio: & pater qui filium amaret, id nequaquam tibi esset negaturus, quod à se in nomine filij sui petitũ esset. Sic & de patre cœlesti sentiendum est, & eo quidem rationabilius, quo melior est omnibus, & magis quàm omnes amat filium suum. Subdit: Hæc in prouerbijs locutus sum uobis. Venit hora, cum iam nõ in prouerbijs loquar uobis, sed palàm de patre meo annunciabo uobis. Quæ in hoc mundo eis locutus est, maxima pro parte uelate locutus est,

cutus est: & hoc est in prouerbijs loqui, sed futurum erat tempus: si aut æuum aut æternitas tempus dici possit, cũ omni uelamine reiecto manifestaturus est eis patrem: & hoc est non in prouerbijs, nõ in ænigmate, non uelate loqui, sed palàm, libere & detecte de patre annũciare. Et hoc tempus est, de quo supra dixit: Iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis: uidelicet quàm primum, parua mora facta, hunc egressi fuerint infelicitatis mundũ. Subiungit: In illo die in nomine meo petetis. Ille dies, est seculũ futurũ, in quo nihil petunt in nomine eius in quo non exaudiantur. Non emẽ est seculum in quo aliquid petatur, quod nõ sit exauditione dignum, sed omnia in dei & CHRISTI filij eius honorem & gloriam petũtur: quin & ipsorũ tanta est apud patrem gratia, ut nõ opus sit eis, si quid petere uelint, ut filius p eis intercedat: sed nullo mediatore petentes exaudiantur obtineantq;, quod his uerbis domini innuitur: Et non dico uobis quia ego rogabo patrem, ipse emẽ pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis quia à patre exiui. Exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Quos rex aliquis amat, non opus est eis ut filius regis roget pro ipsis ut à rege obtineãt petita: & maxime si tales sint, ut nõ nisi patris & filij gloriam & honorem intendãt, neq; aliud petere uelint aut possint. Sic & de discipulis & patre cœlesti dicendum est: & proinde dominus dicit non esse opus, ut oret patrem pro eis, cũ uoluerint aliquid à patre petere, quia pater diligit eos: & ratio qua diliguntur à patre, à CHRISTO domino sumitur, quia uidelicet diligunt CHRISTVM, & credũt quod à patre exiuit, quod à patre missus uenit in terram, mandata patris nunciaturus. Et id uerũ est, quia cum à mundi exordio, mundo occultus esset apud patrẽ: à patre missus, mundo manifestus apparuit. Et hoc est à patre exire, id est uoluntate patris mundo se manifestare, ut & ad patrẽ ire, mundo se occultare: non quod unquã pater filium deserat, aut patrem filius: ipse enim simul in cœlo & in terra est: sed cũ est manifestus in terra, à patre exit, patrẽ nõ deserendo, & uenit in terram: cum uero occultus ad patrem uadit, & terris occulte solum, præsens est. Est emẽ omnia implens IESV diuinitas. Et de exitu æterno, qua uolũt eum à patre generatione exijsse, uidet hic nõ esse sermo: etsi exire siue egredi pro generari aliquando in sacris literis accipiatur, ut Micheæ capi. 5. ubi legitur: Et tu Bethleẽm Ephrata, paruulus in principibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis: ubi paruulus, ille intelligitur de quo Esaias cap. 4. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Et id, egredietur: de natiuitate eius tẽporali, qua nasciturus erat in Bethleẽm. Id aũt. Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis: de alia, præsertim cum id ab initio, ab ante designet: at ante generationem temporalem nulla alia præcessit, nisi æterna. Quare illic Micheas de duplici, & temporali, & æterna CHRISTI generatione loqui uidetur. De æterna, inquam, generatione nõ uidetur hic esse sermo. Nam & hoc: Iterũ relinquo mundũ, quod perinde est, ac exeo à mundo, ex opposito respicit id: A deo exiui, siue à patre exiui: & id, Et uado ad patrẽ, ex opposito id Et ueni in mundũ. Et illud exire, est de quo psalmo duodeuigesimo dicitur: A summo cœlo egressio eius: & ad patrem ire, de quo in eodem: Et occursus eius usq; ad summũ eius, quod maxime quadragesima secunda die ab hoc domini sermõe fuit
» impletũ. Et quid subinde responderint discipuli, subnectit Ioannes, dicens. ¶ Di- 123
» cunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbiũ nullum dicis. Nunc
» scimus quia scis omnia, & non opus est tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus
» quia à deo existi. Respondit eis IESVS: Modo creditis, ecce uenit hora & iã uenit
» ut dispergamini unusquisq; in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus,
» quia pater mecũ est. Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo

Universidad de Deusto
Biblioteca

pressuram habebitis: sed confidite, ego uici mundum. ¶ Prius dixerat eis dominus, Venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar uobis: & illi dicunt ei: Etiam nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis, nulla nos sermonis obscuritate inuolues. Vnde cognoscimus, qd hi intelligebant id, A deo exiui: & id, Exiui à patre: de exitu extempore: quemadmodum si quis orator à rege quopiam in longinquã regionem missus, diceret illius incolis: Exiui à tali rege, & ueni in hanc regionẽ. Similiter & id, Iterũ relinquo mundum, & uado ad patrem: de temporali abitione, perinde ac si orator ille eisdem incolis diceret: Relinquo uos, & uado ad regẽ qui me misit. Alioqui si per superiora uerba uoluisset eis insinuare æternam generationẽ, nequaquã palam eis locutus fuisset: sed in obscuritate sermonis, & in prouerbio. Et reuera tunc prouerbium nullum dicebat, & credebant uerbis eius, & credebãt eum esse filium dei, & ex deo natum: & hoc fidei est. at inquisitio modi, non amplius est fidei: sed fidei est, credere illius generationis non esse modum, ac ipsam esse super omnem intelligentiã, atq; mẽtis humanæ captũ, de qua si locuti sunt prophetæ aut homines deo afflati, eam spiritus intelligebat in ipsis: & hæc in eis intelligentia maior erat, quàm homo intelligere possit. Si quis ergo illam intelligere uelit, poscat id à spiritu: ut ipse nõ sit qui intelligat, sed deus in ipso. Et addunt: Nũc scimus quia scis omnia, & non est opus ut quis te interroget. Viderant paulo ante, quod cum uellent eum interrogare, ipse sciebat quid uellent, antequam interrogarẽt: ut & pater cœlestis scit omnia antequam petamus, id enim dei propriũ est. Et in hoc quod spiritus dabat eis dicere: Scimus quia scis omnia, & nõ opus est ut quis te interroget: diuinitatis erat cõfessio. Et adiecerũt: In hoc credimus, quod à deo existi. In hoc, in hac cõfessione, quod scis omnia antequam quis interroget, credimus responsioni tuæ, quod à deo existi: quod uerbum aperte, & nullo uelamine dictũ, intellexerunt, & absq; ulla hæsitatione crediderunt: quod & attestatur dominus, dicens: Modo creditis. Si enim uerũ non esset, quod dicebant, non diceret eis dominus, Modo creditis. Sed ut amplius ostẽderet se scire omnia, quod eis etiã tantam fidem habentibus erat euenturũ: & adeo quidem breui, ut uix duæ uel tres, aut citiùs adhuc superessent horæ, detexit dicẽs: Ecce uenit hora, & iam uenit, ut dispergamini unusquisq; in propria, & me solum relinquatis. ubi secundo loco uenit, ἐλήλυθεν dicitur, quod præteritionẽ sonat, quia etsi nondum reliquerant ipsum, tempus tamen in quo relicturi erant, iã aduenerat: quia nox in qua relicturi erant ipsum aduenerat, & bona pars eius iam erat exacta, poterat enim iam hora tertia noctis esse exacta, & circa sextam relictus est solus. quod autẽ solus relictus sit, testatur Matthæus, cũ inquit: Discipuli omnes relicto eo, fugerũt. Solus ergo mansit, si terrenorum amicorum societatem respicias: si uero diuinum attendas consortium, nequaquam. Quis enim amicior filio quàm pater, qui ut infinite amat: ita nunquã deserit amatum, neque deseritur ab amato? Solus ergo erat ex parte humanorum amicorum, sed non ex parte diuinorum: quod & ipse testatur, cũ dicit: Et non sum solus, quia pater mecum est. Et si pater cũ ipso est, & spiritus patris: & si pater & spiritus patris, qui est spiritus sanctus: quidni etiam multa angelorũ frequentia spectaculũ indicibilis amoris, & obediẽtiæ filij ad patrem admirantium, & sapientiam, & iusticiam dei laudantium? At si pater cum ipso est, quomodo uadit ad patrem? Vadit ad patrem, sed sine modo: stultum est autem modum quærere, ubi non est modus. Vadit ad eum qui cũ ipso est, in quo ipse est, & qui in ipso est: & hoc fides capit, nõ intelligentia: quia qui credunt & non intelligunt, ij uerè credunt: qui autem intellige re uolunt, aut quærunt impossibile, aut fidei paucitate laborant: & exclamare debẽt ad dominum, Domine adauge nobis fidem. Hæc autẽ locutus est dominus discipulis, ut neque in mundo, neq; in seipsis tranquillitatem, pacem, & consolationem quærerent:

Matth. 26.

Luc. 17.

quærerent, sed in ipso solo qui deus est: quod innuit, cum inquit: Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed cõfidite, ego uici mundum. Si nos ipsos respiciamus, in nobis pacem nequaquam habebimus. Voluntas siquidem nostra prona est ad malum, sed in uoluntate dei pacẽ est habitura, si id solum uelit quod deus uult: imo potius si nihil uelit, sed deus in nobis. Intelligentia quoque nostra pacẽ nobis præstare nequit, quia prona est ut labatur in errorem: sed quiescit in sapientia dei per fidem, & pacem habet atque tranquillitatem. Porro memoria terrenorum & præteritorum erratorum cruciat, & fatigat: sed anima quæ in dei memoriã euehitur, quæ æternorum est, & in qua sunt omnes deliciarum opes, pacem & consolationẽ recipit, sicut scriptum est: Renuit cõsolari anima mea, memor fui dei, & delectatus sum. Omnis ergo pax, oĩs lætitia, omnis delectatio in eo est, & in eo solo quærenda est, & habenda. quam enim in te nõ inuenis, minus in mũdo inuenies: quia totus mundus bellum & inimicitiæ, quem pax nostra, qui est CHRISTVS, uicit ac superauit. Noli ergo credere te posse uincere mundũ, noli in te cõfidere, quia te fortior est & omnibus: sed cõfide in eo qui dicit: Confidite, ego uici mundum. non solum enim pro se uicit, sed pro omnibus credentibus in se. In quo si nõ confidunt, non bene credunt, sed sunt ut Petrus (cum submergebatur) ὀλιγόπιστοι. Si autem bene credunt, uincunt mundum: at non ipsi, sed uictor mundi CHRISTVS dominus, qui per fidem habitat in eis: & nõ solus, sed & pater æternus, qui tanta beneficia per filium suũ nobis est largitus, & largitur: & adhuc ineffabilia & incomprehẽsibilia largiturus est, etsi quæ nobis iam largitus est & largitur sint ineffabilia: sed hic uelut abscõsa & sepulta, illic detecta & eruta: hic in tenebris & in umbra mortis, illic in luce & uita perpetua. Illi ergo per filium suũ in spiritus sui supereminenti dono, honor, uirtus, gloria, in infinita seculorum secula. Amen.

Psal. 76.

Matth. 14.

CAPVT SEPTIMVMDECIMVM.

HAec locutus est IESVS, & subleuatis oculis in cœlũ, dixit: 124
Pater uenit hora, clarifica filiũ tuũ, ut filius tuus clarificet
te: sicut dedisti ei potestatẽ omnis carnis, ut omne quod
dedisti ei, det eis uitã æternã. Hæc est autẽ uita æterna, ut
cognoscant te, solũ deũ uerũ, & quẽ misisti IESVM CHRI-
5 STVM. ¶ Ego te clarificaui super terram: opus consum- 125
maui, quod dedisti mihi ut faciam. Et nũc clarifica me tu pater apud temet
ipsum, claritate quam habui priusquam mũdus fieret, apud te. Manifesta
ui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erãt, & mi-
10 hi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia
oĩa quæ dedisti mihi, abs te sunt. Quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis
& ipsi acceperũt, & cognouerũt uere, quia a te exiui, & crediderũt qa tu me
misisti. ¶ Ego pro eis rogo: non pro mũdo rogo, sed pro his quos dedisti 126
mihi, quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt, & clarificatus
15 sum in eis. Et iam nõ sum in mũdo, & hi in mũdo sunt, & ego ad te uenio.
Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut
& nos. ¶ Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos de- 127
disti mihi, ego custodiui: & nemo ex eis perijt, nisi filius pditionis, ut scri-

ptura impleatur. Nunc autē ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habe
ant gaudiū meū impletū in semetipsis. Ego dedi eis sermonē tuū, & mun- 20
dus eos odio habuit: quia non sunt de mundo, sicut & ego nō sum de mun
do. Non rogo ut tollas eos de mūdo, sed ut serues eos a malo. De mundo
128 non sunt, sicut & ego non sum de mundo. ¶ Sanctifica eos in ueritate. Ser-
mo tuus ueritas est. Sicut tu me misisti in mundū, ita & ego misi eos in mū
dū. Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. 25
Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per uer-
bum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut
& ipsi in nobis unum sint, ut credat mūdus quia tu me misisti. Et ego clari-
tatem, quam tu dedisti mihi, dedi eis, ut sint unū, sicut & nos unū sumus.
Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum: & cognoscat mundus 30
129 qa tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. ¶ Pater, quos dedisti
mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecū, ut uideāt claritatē meam, quam
dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionē mūdi. Pater iuste, mun
dus te non cognouit. Ego autem te cognoui: & hi cognouerūt, quia tu me
misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio qua di 35
lexisti, in ipsis sit, & ego in ipsis.

ANNOTATIONES BREVES XI. CIRCA LITERAM. CAP. XVII.

1	oculis * ἀντῶ suis		esset		in mundo:
2	clarifica	11	quæ	23	sicut – &
	δόξασον		ὅσα		& infra.
	glorifica & infra.		quæcunq;	23	in ueritate * σῇ tua.
2	tuum, ut * καὶ &		& infra.	29	quam – tu
8	fieret.	17	Cum essem cum eis	30	in unum, & * ἵνα ut
	εἶναι.		* ἐν τῷ κόσμῳ	33	iuste, * καὶ &

COMMENTARIVS IN CAPVT SEPTIMVMDECIMVM.

Bi ea quæ supiore capite allata sunt, dominus ad discipulos suos locu
tus est, protinus sermonem suū cōuertit ad patrē, ut scribit Ioannes,
124 „ dicēs. ¶ Hæc locutus est IESVS, & subleuatis oculis in cœlū, dixit:
„ Pater uenit hora, clarifica filiū tuū, ut filius tuus clarificet te: sicut de-
„ disti ei potestatē omnis carnis, ut omne qd' dedisti ei, det eis uitā æter
„ nam. Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te, solum deum uerum, & quē mi-
„ sisti IESVM CHRISTVM. ¶ Et subleuatis (inquit) oculis in cœlū, dixit. Hæc aūt
„ subleuatio oculorum in cœlum, eius qui orat, totam mentis attentionem ad deum
conuerti debere, demonstrat. Et quid orat? Pater uenit hora, clarifica filiū tuum, ut
filius tuus clarificet te. Pater uenit hora, instat tempus. Et quod tēpus? Tēpus pas-
sionis eius. Et quem alium, nisi deū, patrē uocasset is qui in terris ex uirgine natus
erat, & nullum nisi cœlestem, & ab æterno, nouerat patrem? Vnde cum filius esset,
& ipsius nō esset nisi una (ut sic dicam) filiatio, qui filius erat antequā mundus plas-
Psal. 71. maretur: sicuti scribitur. Ante solem INNON nomē eius. ipsa uirgo nō nisi filij dei
mater dici potuit; nam huius filij, cuius deus ab æterno, & ante omnia secula pater
fuit.

fuit. Petit ergo à patre glorificari: nō tamen propter se, sed ut ipse qui filius est, glo
rificet patrem. Et quomodo glorificet? Eo sane modo, quo dedit ei pater potesta-
tē omnis carnis. Nam omne genus humanū in eius potestate est positum: ut omne
quod dedit ei pater, id est quotquot ad se per fidem uenerint, det eis uitam æternā.
Et in hoc glorificet patrem: quia dare eis uitam æternam, est dare eis cognitionē
patris, quod sit unus & solus deus uerus: & filij eius IESV CHRISTI, quod simi
liter sit unus & solus deus uerus: non enim plures sunt dij, sed unus solus est, ut diui
nitus afflatu spiritussancti loquēs ait Paulus: Nobis tamē unus deus pater, ex quo 1. Cor. 8.
omnia, & nos in illo: & unus dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, &
nos per ipsum. Quod insinuat dominus, cum subdit: Hæc est autē uita æterna, ut
cognoscant te solū deum uerum, & quem misisti IESVM CHRISTVM: ubi par
ticula, solū, ad deum uerū iungitur: nā nō solus pater deus, sed pater est solus deus
nam id solus, perinde est ac unicus. Et particula, solū deum uerū: ad utrunq;, & pa-
trem, & IESVM CHRISTVM, adiungēda intelligitur: perinde atq; si litera sic
esset expressa: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscāt te: patrem scilicet, & quē
misisti IESVM CHRISTVM, esse solum deū uerū. Et pater est uerus deus, & fi-
lius uerus deus. Et quomodo non esset uerus deus, qui est uerus dei filius, & ipsa 1. Ioan. 5.
ueritas? Ad hæc Ioannes in sua prima catholica dicit: Et scimus quoniam filius dei
uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus deum uerū, & simus in uero filio e-
ius, hic est uerus deus & uita æterna. Particula igitur hæc, solū uerum deum, etiam
ad IESVM CHRISTVM est connectenda. Sed ut intelligamus, quod ipsum tan
quā deum uerum cognoscere debemus, subdit dominus, declarante Ioanne, dicēs.
» ¶ Ego te clarificaui super terram. Opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciā. 125
» Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquā mū
» dus fieret apud te. Manifestaui nomen tuū hominibus, quos dedisti mihi de mūdo.
» Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerūt
» quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. Quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis: &
» ipsi acceperunt, & cognouerunt uere, quia à te exiui: & crediderunt, quia tu me mi
» sisti. ¶ Ego, inquit, te clarificaui super terram. Quid autē aliud facere solitus est do
minus super terram, siue doceret, siue uirtutes & signa stupenda patraret, quā om-
nia ad patris gloriam referre, nihil sibi, sed omnia patri tribuere: cum tamē esset æ-
qua cum patre potestate, patrem suum, deum suum nominare, & fateri se omnia à
patre habere: & nihil suo nomine, sed omnia patris qui deus est, facere? Clarifica-
uit ergo eum super terram, & nihil aliud inuentus est facere, quàm ipsum clarifica
re, id est, glorificare. Quāto magis nos, qui nihil sumus, nihil meritis nostris, sed o-
mnia deo debemus tribuere? Ac in toto quidem, eo quod subdit, clarificat, cum ait
Opus consummaui quod dedisti mihi. Et quid hoc, nisi quod sermonē Euangeli-
cū expleuerat; quem non sibi, sed patri, clarificando ipsum, tribuit? Obedientiam
quoq; testatur, cū dicit: Quod dedisti mihi, ut faciam. Sed oblatio & hostia quam
dederat ei pater ut faceret, nondū erat consummata: uerū, quia instabat atq; in fo
ribus erat eā perinde ut consummatam reputabat. Quod aūt adiungit, Et nunc cla
rifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui priusquā mūdus fieret, a-
pud te: hoc ad gloriam suam & patri coæternitatē pertinet, qua cū patre unus est
ante oīa secula uerus deus. Cæterū in hoc quoq; clarificat patrem, dando ei diuini-
tatis (quā anteq; mundus esset, id est in æternitate, habet apud patrem) primarium
originalem q;, & primo loco honorē: quia pater est fons & origo totius diuinita-
tis; filius & spiritussanctus, substantiales & consubstantiales (ut si dicam) propagi
nes. Sed nunquid illa claritate, quā ante oīa secula habuit apud patrē, destitutus fu
it aliquando? Minime: sed hoc dictū est, ut illi ipsum esse uerū deū intelligerent, q

Universidad de Deusto
Biblioteca

nihilominus exinaniuerat ſemetipſum in hoc mundo, forma ſerui accepta, propter obedientiam & uoluntatem patris. Et ſubdit: Manifeſtaui nomen tuũ hominibus quos dediſti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dediſti, & ſermonem tuũ ſerua uerunt. Nunc cognouerunt, quod omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt. Vbi omnia patri tribuit, & in omnibus patrem honorificat. Manifeſtauit nomen patris homini bus quod dedit ei pater, & in his donũ patris cognoſcit. Hi autem erant apoſtoli et diſcipuli, qui in eũ crediderant: deinde ij omnes, qui per eos crediderunt & creditu ri ſunt. De mundo tamen erant, ſed pater traxit eos e mundo, & ita prius erant pa tris trahentis: deinde eos dedit ei, ut audirent, crederent, & ſequerentur eum: ut &
Ioan.6. prius dixit: Nemo poteſt uenire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum. Porro ſermonẽ Euangelicũ patri tribuit, cum, inquit: Et ſermonem tuum ſeruauerunt, & nunc cognouerunt, quia omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt: ubi innuit, quod fide cognouerũt quod omnia quæ dominus dixit eis, à patre erant. Et reuera & patris, & filij erant: huius, ut miſſi: illius, ut mittentis: & pater per filiũ eis locutus eſt, id e=
Heb.1. tiam ſpirituſancto per Paulum ſic proteſtante: Nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem cõſtituit hæredem uniuerſorum, per quem fecit & ſecula. Sed quæ erant illa de quibus dominus dicit: Omnia quæ dediſti mihi, abs te ſunt? Sane uerba, quæ pater dederat ei in mundo annunciãda. Quod innuit, aperiendo quid per illum ſermonem intenderet, cum ait: Quia uerba quæ dediſti mihi, dedi eis, & ipſi acceperunt, & cognouerũt uere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me miſi ſti. Verba hæc Euangelia ſunt, miraculis, uirtutibus, & ſignis cõfirmata: quæ & ip ſi acceperunt, fide ſcilicet: nam & omnes accipiunt, qui credunt. Et cognouerunt uere, quia à te exiui. Ex parte dicentis, apoſtoli & diſcipuli in ueritate cognouerũt
Ioan.14. quod ipſe nõ modo uerax erat, ſed & ueritas ipſa, quæ ipſis locuta eſt. Ego, inquit, ſum uia, ueritas, & uita: & ex parte ſua, in ueritate cognouerunt illud, quia uere cre diderunt. Et à patre exiſſe, eſt à patre in terram ueniſſe: quod inſinuat. Et credide runt, quod tu me miſiſti. Et quid, ſi credidiſſent ipſum à patre exiſſe ante ſecula, æ terna generatione, & etiam in hunc mundũ à patre exiſſe temporali generatione? Certe id quoq; bene credidiſſent, & crediderunt: ſed alijs uerbis nobis inſinuaue
1.Ioan.1. runt, ut Ioannes in Catholica ſua: Annunciamus, inquit, uobis uitam æternã, quæ
Ioannis.1. erat apud patrẽ, & apparuit nobis. Et id, apparuit nobis: alio loco dicit. Et uerbum caro factũ eſt. Et hæc de tẽporali generatione intelliguntur: illud de æterna. Sed & alij pleraq; id genus dixerũt, quæ æternam & temporalẽ, ſed unius eiuſdẽ filij e nunciant generationẽ, quã utranq; & ipſi credebant: quanq; apertius & dilucidius crediderunt poſt ſancti ſpiritus inſuſionẽ. Deinde dñs rogat patrẽ (id nobis aperi
126 „ ente Ioanne) pro diſcipulis ſuis dicens. ¶ Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo
„ ſed pro his quos dediſti mihi, quia tui ſunt. Et mea omnia tua ſunt: & tua mea ſunt
„ & clarificatus ſum in eis. Et iam nõ ſum in mũdo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te
„ uenio. Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum ſicut
„ & nos. ¶ Rogabat patrẽ, ut ſeruaret eos qui in ſe credebant: cæteros credere nolẽ tes, ſed cõcupiſcentiam ſequi malentes, nomine mũdi appellans. Non pro his ergo, ſed pro ſuis qui aut credebant, aut credituri erant, rogabat patrẽ, ut oſtenderet ſe ſolicitũ cõſeruandi & cuſtodiendi eos, quos pater ſibi dederat, quia patris erant. Et quomõ patris erant? Pater illos dedit ei: nõ ergo patris erant, ſed filij. Imo quia filij erant, patris erãt: quia oĩa patris & filij, ſunt indiuiſa. Qd innuit, cũ ait: Et mea omnia tua ſunt: & tua mea ſunt. Et ſi patris et filij oĩa etiam in terrenis bona, ſunt in diuiſa: filij tamẽ eſt, tribuere patri omnium illorum honorem, et teſtari ſe ea à pa tre habere, patremq; illorũ eſſe datorem: non contra, patrem bona illa à filio habe re, ac filiũ eorũ eſſe datorem. Sic et in archetypo paternitatis oĩs in creatis, omnisq;

genituræ

genituræ. A quo, inquit Paulus, omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur: pa tris & filij omnia ſunt communia, & tam patris quàm filij: ſed filius honorem patri tribuit, teſtaturq; ſe omnia à patre habere, patremq; eſſe illorum datorem: ſicut & in ſecundo pſalmo pater ad filium ait: Poſtula à me, & dabo tibi gentes: hæreditã tem tuam & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Et quod ſubiungit: Et clarificatus ſum in eis quos dediſti mihi: pinde eſt atq; ſi dicat: Hæc claritudo, qua me clarifica uerũt ij quos dediſti mihi, credendo mihi, me amando & ſequẽdo, mea iuſſa capeſ ſendo, tuum munus eſt, quod etiam tibi acceptum refero. Et hoc eſt de gratitudine & confeſſione accepti beneficij documentũ. Sed & rogauit pro ijs quos pater ſibi dederat: ut intelligerẽt qui præſentes erant, patrem abſente corporaliter domino horum curam gerere, & ipſos cuſtodire, & ita ipſum glorificarẽt per filiũ, pro ipſis rogantem: qui cum rogat, ſemper à patre exauditur. Quod intelligit per id quod ſubditur: Et iam non ſum in mundo, & hi in mundo ſunt, & ego ad te uenio: ubi id, Iam non ſum in mundo, ſignificat ipſum non amplius, non poſthac fore in mundo, uiſibili quidẽ & apparente præſentia: quia paulo poſt erat morte tollẽdus, & à dor mitione ſua elapſis quadraginta diebus, in cœlũ ad patrem recipiẽdus. Sed cur eti am non rogat pro mundo? Non, inquit, pro mundo rogo? Quia nomine mundi (ut
quodam modo prætactũ eſt) intelliguntur infideles, ut ij de quibus Paulus ad Co= 1.Corin.6.
rinthios loquit, dicẽs: Neq; fornicarij, neq; idolis ſeruiẽtes, neq; adulteri, neq; mol les, neq; maſculorũ cõcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; raptores regnũ dei poſſidebũt: Qui omnes (etiam ſi ſint ſacris abluti undis) infideles ſunt & non Chriſtani: ut & tales olim etiã ſi eſſent circunciſi, nõ erant fi lij Abrahæ, niſi nomine tantũ, & carnaliter filij Abrahæ: ſicuti & nunc tales nomi ne tantũ ſunt Chriſtiani. Siquidẽ ſpiritus CHRISTI & noua creatura, Chriſtianũ facit: non nomen, non aquæ intinctio. Quomodo igitur pro talibus rogaret patrẽ, dicendo: Pater ſerua eos, id eſt fornicarios, adulteros, molles, arſenocœtas, fures, ebrioſos, maledicos, rapaces & cæteros id genus? Quomõ in illis gratificari poſſit patri, dicẽdo: Dediſti mihi eos, tui ſunt, clarificatus ſum in illis? Nõ debuit ergo, p talibus rogare, ad quos etiã tollẽdos, diuinitas patris mittere ſolet ſua flagella: ſed pro omnibus qui etſi ſunt in mundo, tractu tamẽ patris extra mundanorũ numerũ poſiti, ueniunt ad fidem CHRISTI ac doctrinã, non amplius ſecundum mundum ſed ſecundũ ſpiritũ uicturi. Nihil eĩ prodeſſet trahi à patre, niſi ad CHRISTVM uenirent, & clarificarẽt eum euangeliorum fide, dilectione, & imitatione. Pro qui bus & pro diſcipulis ſuis dominus amplius patrẽ rogat, cum ſubdit: Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum ſicut & nos. Patrẽ ſanctũ uocat, ſed abſolute ſanctũ, & eadem ſanctitate ipſe quoq; ſanctus eſt, & is ſpiritus qui eadem appellatione honorat. Cæteræ uero ſanctitates, participatiõe ſunt ſan ctitates, & magis & minus tales ſunt: ut ea qua matrẽ IESV ſolam uirginẽ deipa ram, aut ſanctam, aut ſanctiſſimam inter mulieres nuncupamus: quia cæterarũ ma iore communicatione gratiæ uincit ſanctitates: cui eĩ unquàm maior gratia facta eſt, fieri ue potuit, q̃ ut mater dei fieret? Nam mater filij dei, qui deus eſt. Quocir ca cum hæ nomenclaturæ, ſanctiſſimũ, piiſſimũ, beatiſſimũ, & cæteræ id genus, per eminentiã uni ſoli conueniant: ſatius eſſet illas nulli tribuere creaturæ, ne in cõmu nicatum nomen quodcunq;, quod ſoli deo debetur: ulli, quantũcunq; perfectæ, tri buatur creaturæ: quia id propemodũ eſt idololatriã cõmittere: qd & nimius ad cre aturã facere ſolet affectus: quẽ neq; uirgo, neq; angelus, neq; ſpiritus, aut animæ iuſtorũ à nobis requirunt: neq; huiuſcemodi nomina, imo illis offendũtur. Et licet
uirginẽ illam benedictã inter benedictas (Benedicta tu, inquit angelus, inter mu= Lucæ.1.
lieres) contemplatiõe gratiæ ipſi factæ, interdum ſanctiſſimam dicamus: ſi tamen

ſanctita

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſanctitatem eius ad ſanctitatem abſolutam, quam deſignauit dominus cũ dixit: Pa
ter ſancte, conſeramus; ea non iam ſanctitas eſt, perinde ut neq; tenebræ, lux. De
ea aũt uirginis deiparæ ſanctitate loquor, quam in ſe, ſuaq; natura & eſſentia, ha-
bet: non de ea qua filius dei ipſam in ſeipſo ſanctificat. Nam ipſa eſt abſoluta, & il-
lius etiam abſolutæ ſanctitatis, fecit illam deus ut ſpeciale templũ, ut ſponſi æterni
thalamum, cæteris ſanctis capaciorem, quod gratijs incarnati filij dei in ea factum
agnoſcitur. Et quid eſt, Serua eos in nomine tuo: niſi, propter teipſum? Et ubi ſer-
uet eos? In hoc mundo quandiu hic erunt. Rogat ergo patrẽ, ut exaudiat ipſum, p
ter ſemetipſum, qui eſt totius etiam ſuperdiuinæ & ſuper intelligibilis bonitatis,
originalis fons, & fontana origo. Et in hoc etiã rogationis modo, ſuam diuinam ue
neratur originem. Et quod rogat dominus, maius eſt toto mundo, & quàm quod
mundus capere poſſit: nimirũ ut ſint unum, ſicut pater & ipſe unum ſunt, ut perfe
cte in ipſis uniri poſſint. De quo etiam ſi omnem captũ fugiat, liceat nobis nõ nihil
cũ bona legẽtiũ uenia dicere: ut ipſi nos ipſos & legentes excitemus, & deſiderio
inflammemus ea diuino indultu aliquando experiendi: quorum nunc uix tanquã
per ſomniũ ultima ueſtigia attingere poſſumus. Pater & filius ſunt unũ charitate,
uolũtate, uita. Neq; em̃ alia eſt charitas patris, & filij: ſed idem, indiuiduusq; amor.
Neq; alia uoluntas patris, & filij, ſed eadem uoluntas: & licet filius, ſecundũ aſſum
tæ naturæ diſpenſationẽ uoluntatem habeat, nihil tamen ea uoluntate uult, niſi qd
Ioan.5. diuina uoluntas uult, imo niſi quod diuina uoluntas uult in illa. Neque alia eſt uita
patris, & filij, ſed eadem eſt uita. Nam ſicut pater habet uitam in ſemetipſo, ſic de-
dit & filio uitam habere in ſemetipſo. Sic & omnes rogat unum fieri in ſe & in pa-
tre, ut omnes in ipſis ſint unũ charitate, uoluntate, uita. In hoc mundo, natura diui
no auxilio adiuta diligere poſſumus deum: ſed hæc dilectio nondum unum facit.
Poſſumus & infuſa gratia, & hæc altior eſt. Altiſſima autẽ eſt, cũ ſpiritus dei amat
in nobis, & non agimus, ſed diuinam patimur (ſic ut dicam) amationem: & hæc ma
xime unum facit cum deo. Pari modo cũ uolumus natura, hæc uoluntas unum nõ
facit, cum gratia altior eſt hæc uoluntas: cũ autem non nos, ſed deus uult in nobis,
hæc uoluntas altiſſima eſt, & maxime unum facit. Similiter natura, gratia, & diui-
ne ſupra naturam & gratiam uiuimus: et hoc ultimum maxime unum facit. Et hæc
ſola eſt uita æterna, quæ ſi eſt æterna, ergo uita uiuimus quæ eſt deus. Vita ueſtra,
Coloſ.3. inquit Paulus, abſcondita eſt cũ CHRISTO in deo: cũ autem CHRISTVS appa
ruerit uita ueſtra, tunc & uos apparebitis cũ ipſo in gloria. Abſorpta eſt ergo tunc
uita noſtra in deo, & uiuit deus in nobis, & noſtram uitam cũ uita dei cõmutamus;
& uoluntatem, & dilectionem noſtrã cum dei uoluntate & dilectione. Accipit e-
nim noſtram dilectionem, uoluntatem, ac uitam, & dat nobis ſuam: & ſic unum cũ
deo efficimur, ut pater & filius unum ſunt. Hoc tamen intereſt, quod pater & filius
ſemper unum ſunt, charitate, uoluntate, uita, & inſuper unum eſſentia atq; natura.
Nos autem non ſemper ſic unum ſumus cum ipſis, neque unquàm unũ eſſentia,
naturaq; eſſe poſſumus. Quod ſi dicas, in diuinis illis unitionibus, quæ mortalibus
& ſanctis omnibus, ut in origine ſunt ignotæ & incomprehenſibiles, noſtra natu-
ra in diuina abſorbetur, ſeruato tamẽ noſtro numero: ergo quatenus ita eſt, noſtrũ
eſſe erit dei eſſe (ita ut ſit deus omnia in omnibus) ſic & uita dei in omnibus erit uita,
& charitas dei in omnibus charitas, & uoluntas dei in omnibus uolũtas. Si id cõ
cedatur, non ſemper tamen diuina natura dici poteſt illorum natura, ut patris & fi-
lij ſemper: ſed tũ ſolum cum abſorbentur, & unum cum deo efficiuntur, illa ſuper-
telligibili unione: quæ ſi intelligatur, deus eſt qui intelligit, non homines: & hæc ẽ
optima & feliciſſima operatio, qua homines creduntur beati: non agendo, ſed diui
na patiẽdo: imo q̃ magis patiuntur, eo beatiores ac diuinitatis capatiores, magisq;
unum

unum cum deo. Porro ex dilectione, quæ eſt ſecundũ naturam dei tractu adiutam,
tranſimus ad eam quæ eſt ſecundũ gratiam: ex hac ad diuinam & abſolutam. Et ſic
dicendum eſt de uoluntate ac uita. Illas quæ ſunt ſecundũ naturam, habent ij quos
catechumenos appellant: Illas quæ ſecundum gratiam, regenerati. Illas autẽ quæ
ſecundũ diuinitatem, uita ſequens perficit: cum hæc poſtulatio CHRISTI à patre
tandem adimpleẽ: Pater ſancte, ſerua eos in nomine tuo quos dediſti mihi, ſerua in
hoc mundo, ut ſint unum ſicut & nos, quod maxime expletur in ſeculo beatorum.
Niſi em̃ ſeruaret eos in hoc mundo, ne aut à mundo aut à carne, aut à malignis po-
teſtatibus uicti ſuperarentur: non poſſent unum, ut & ipſi unum ſint, in altero effi-
ci ſeculo. Cauſam autẽ cur nunc rogat, ut pater cuſtodiat eos in hoc mundo, ut tan-
» dem perfecte uniri poſſint, aperiẽte Ioanne, ſubdit dominus, dicens. ¶ Cum eſſem 12.
» cũ eis, ego ſeruabã eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui, & nemo
» ex eis perijt, niſi filius perditionis, ut ſcriptura impleatur. Nunc autem ad te uenio,
» & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego
» dedi eis ſermonẽ tuum, & mundus eos odio habuit: quia non ſunt de mundo, ſicut
» & ego non ſum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, ſed ut ſerues eos à
» malo. De mundo nõ ſunt, ſicut & ego non ſum de mundo. ¶ Cum dominus eſſet
cum eis in mundo, non opus erat ut rogaret patrem, quia præſens ſeruabat eos ne
mundus, caro, & dæmonia poſſent illis præualere, & hoc in nomine patris: quia
propter patrẽ omnia faciebat. Et adiungit: Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui: & ne
mo ex eis perijt, niſi filius perditionis, ut ſcriptura impleatur. Quod Petrus, Iaco-
bus, Ioannes, & reliqui non perierunt: id non ex ipſis prouenit, ſed ex CHRISTI
IESV circa eos cuſtodia. Proinde quicunque non pereunt, id ſuæ poteſtati ac ar-
bitrio non tribuant: ſed diuinæ circa nos prouidentiæ, quæ nos circumuallat, tuta-
tur & ambit. Sed e duodenario illo, quem pater ei dederat, unicus filius perditio-
nis Iudas perijt: ſicut ſpiritu dei per ſcripturas & præuiſum & prædictum fuerat,
ut pſalmo centeſimo octauo: Diabolus ſtet à dextris eius: cum iudicatur exeat
condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & epiſcopa-
tum eius accipiat alter. Et ſubditur: Pro eo quod non eſt recordatus facere miſeri-
cordiam, & perſecutus eſt hominem inopem & mendicum, & compunctum cor-
de mortificare. Ille erat filius perditionis, qui non propter defectum cuſtodiæ, ſed
propter ſuam crudelitatẽ, & immanem domini & magiſtri ſui ad mortem traditio-
nem, perijt. Et adiungit: Nunc aũt ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeãt
gaudium meum impletum in ſemetipſis. Dicit: Nũc aũt ad te uenio: quia inſtabat
tempus abeundi ad patrem: primũ per mortem, cum in manus patris commenda-
uit ſpiritũ ſuum: deinde paulopoſt per ſuam ad dexterã patris (relictis terris) aſcen
ſionẽ. Porro hæc uerba quæ loquit in mundo, ſunt uerba illa quæ à principo euan-
gelij hactenus locutus eſt eis dominus in mundo: ut gaudiũ ſuum tandem plenum
ſit in eis, & conſolationem habeant non ſolũ in hoc mundo, ſed & in altero uel ple
niſſimam: non em̃ plenum eſt gaudiũ in aliquo, ſi quid adhuc gaudij recipere poſ-
ſit. Eſt ergo plenũ, quando cuiuſq; ſua impleta eſt capacitas: & tunc eſt ſatietas, ſi-
cut ſcriptum eſt: Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Cum aũt in hoc mundo, gau- Pſalm.16.
dio, quodcunq; ſit, aliquid addi poſſit, & in hoc mundo non ſit ſatietas: in hoc utiq;
mundo gaudiũ non eſt plenum. Datum eſt igitur nobis in hoc mundo euangeliũ,
ut gaudium noſtrũ tandem ſit plenum: quod eueniet, cum apparuerit uita noſtra,
quæ eſt abſcondita in CHRISTO, qui & eſt gloria noſtra: nam ſi gaudium CHRI
STI plenum eſt, & gaudiũ illud erit plenum: quia gaudium illud, gaudium CHRI-
STI eſt. Vt habeant, inquit, gaudiũ meum impletum in ſemetipſis. Deinde reſu-
mit dominus quædam eorum quæ prius dixit, & quædam explicat, cũ ait: Ego de-
di eis

Universidad de Deusto
Biblioteca

di eis sermonem tuum (hoc est Euangelium, quod honorificando patrẽ, tribuit patri) & mundus eos odio habuit. Quid est mundus? Scelerata (ut iam sæpe dictum est) generatio auarorũ, ambitiosorũ, superborũ, immundorum, rapaciũ, furum, & cæterorũ id genus: & hi bonos semper odio habent. At qui CHRISTI sunt, non sunt ex eorũ numero, sed pauperes spiritu, diuitias nihilipendẽtes, nisi quatenus seruiunt CHRISTO: honores mundi calcantes, humiles, & ea quidem humilitate, qua possint principem superbiæ superare: sancti, spiritualia bona communicantes, cuique quod suũ est tribuentes. Idcirco qui sunt CHRISTI, ij non sunt de mundo, sicut nec CHRISTVS qui peccatũ nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: ideo à mundanis odio habentur. Et non rogat dominus patrem, ut illi qui sui sunt in mundo, sed non de mũdo (quia simul de mundo esse, & CHRISTI esse, impossibile est) tollantur e mundo, mortalis uitæ resoluto uinculo: sed ut dum huius uitæ munia peragunt, præseruentur à malo, ne mundus, ne caro, ne maxime dæmoniorũ astus illis nocere possint. Ergo non est in CHRISTI fideliũ potestate, ut à malo se præseruent: sed in æterni patris potestate, & CHRISTI IESV circa nos indicibili benignitate: ut non est in ouis potestate non errare in mundo, non rapi à lupo; sed in pastoris potestate & custodia. Ergo mens nostra semper ad eum sit intenta, qui prece filij sui nos seruat à malo, & in ea prece sit tota fiducia nostra. Addit, De mundo nõ sunt, sicut & ego nõ sum de mundo: ubi, sicut, imitationẽ dicit. Qui uult ergo nõ esse de mundo, imitetur CHRISTVM IESVM: quia est uerũ exemplar & archetypus & uera causa: ut quicunque nõ sunt de mundo, de mũdo nõ sunt. Et subdẽte Ioanne, adauget dñs intercessionẽ suã pro discipulis, & oibus fidelibus ad patrem, dicens. ¶ Sanctifica eos in ueritate: Sermo tuus ueritas est. Sicut tu me misisti in mundũ, ita & ego misi eos in mundũ. Et pro eis ego sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Nõ pro eis autẽ rogo tantũ, sed & pro eis qui crediturí sunt per uerbũ eorũ in me; ut omnes unũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unũ sint: ut credat mũdus, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam tu dedisti mihi dedi eis, ut sint unũ, sicut & nos unũ sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum; ut cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut me dilexisti. ¶ Quid est, Sanctifica eos in ueritate: nisi, Fac eos puros, mundos, incõtaminatos in Euãgelij obseruatione, in meipso? quia Euangeliũ est sermo tuus, & ego sermo tuus: sermo aũt tuus, ueritas ẽ. Sed illud ẽ communicata ueritas, in qua qui prius sanctificati fuerint, perficientur, & consummabuntur sanctitate in absoluta, imparticipata, incommunicataque ueritate quæ est ipse consubstantialis λόγος, id est sermo, coëssentialis & coæternus patri. Sed hæc sanctificatio in futuro seculo manifestabitur: quod ex sequentibus innuere uidetur, cum ait: Sicut tu me misisti in mundum & ego misi eos in mundum: & pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sancti in ueritate, quasi diceret: Sicut tu me misisti in mundũ, ut facerem uoluntatem tuam, & tua mandata mundo depromerem: sic & ego misi eos in mundum, ut uoluntatem tuam faciant, & uerba tua per uniuersum depromant mundum: in quo exequendo, me suum habeant exemplũ, atque archetypum. Et illud, misi, certitudinem habet iam facti, sed intelligentiam futuri: quia quod miserat eos per Iudæam, id exiguũ erat, quod autem missurus erat, non solum per Iudæam, sed per totum mundum, hoc maximũ. Et pro eis, ego sanctifico meipsum, seruando mandata tua in tuo consubstantiali uerbo, & illa ad gloriã tuam, & in nomine tuo annunciando: ut illi exemplo & imitatione mea, sic per totũ mundũ faciendo, sancti sint in ueritate: hic quidem pro mundi huius cõditione, postea aũt in reuelatæ sanctitatis ueritate, & iuxta mũdi illius cõditionẽ CHRISTVS sanctificans est, & sanctificatus. Sanctificans quidẽ, quia quæ pater sanctificat, & ipse, ut supra dixit: Quæcũque eũ ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Sanctificatus uero, ut oẽs sancti in eo sint sanctificati, ut in ipsa sanctificationis ueritate. Ego, inquit, sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate: & ut inqt Paulus, qui sanctificat, & q sanctificanẽ ex uno omnes. Sic CHRISTVS iustus, in sua iustitia iustificat oẽs: sic in eo saluato (ut in Zacharia ex Hebræo habeẽ: Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluatus) saluantur omnes. Vnde sanctificatio nostra iustificatio nostra, saluatio nostra nõ potuit magis exaltari, quẽ ut esset in deo, & eadem quæ filij dei: nã hæc uera est, imo ueritas: in nobis aũt ipsis, ut in nobis, exiguũ quid esset, neque in ueritate possemus esse tales. Tales aũt in filio dei sumus ĩ ueritate: quia, ut inquit Paulus, factus est nobis sapiẽtia à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, & omnes qui aliquid sunt, in eo sunt omnia: & adeo ut cũ eo nõ sint, nisi unus CHRISTVS. Qui ostendit se ea quæ tũc rogauit patrẽ, nõ pro apostolis tantũ rogasse, sed p uniuersis, qui in toto orbe in ipsum erãt crediturí, cũ dicit: Nõ pro eis aũt rogo tantũ, sed & p eis qui crediturí sunt per uerbũ eorũ in me, ut oẽs unũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unũ sint. O cuius Christiani cor nõ liquescit, dũ ex hoc loco manifeste cognoscit, filiũ dei æterni p se rogasse patrẽ, ut unũ sit cũ ipsis, quẽ semper audiri à patre scit, & pro se & omnibus p quibus rogauit, æque exauditũ esse ac p apostolis? Vnde etiã certissimus est, cũ adsit fides (si em nõ adesset, quomodo fidelis ac Christianus esset?) se futurũ in illa superadmirãda, inenarrabili, ac ineffabili unione cũ deo unũ. Quod ergo ait, Vt & ipsi in nobis unũ sint: omnes uult ad illã diuinã & ineffabilẽ uenire unionẽ, quam prius patrẽ pro suis rogauit apostolis. Sed ad eã in uita illa reuelata peruenire non possumus, nisi hic prius fide & charitate ipsi iungamur. Quod innuit id qd subiungit: Vt credat mũdus quia tu me misisti. Si hoc euangeliũ audiẽdo, credere posset mũdus illa uerba nõ esse hoim, sed in ueritate esse uerba missi, & à deo quidẽ missi, & p filiũ dei sibi annũciata, nõ esset amplius mũdus, sed cœlũ: nõ amplius caro, sed spiritus: nõ amplius tenebræ, sed lumẽ: & nihil ex mũdo transiret ad diuulsionẽ, & separationẽ à deo. sed totus ad diuinitatis consortiũ & unitionẽ cũ deo transiret. Quod etiã sequitur, & apostolos, & eos qui per illos, ut p dei nuncios missos, & apostolos crediturí erant, cõcernit, ubi ait dñs: Et ego claritatẽ quã tu dedisti mihi, dedi eis, ut sint unũ, sicut & nos unũ sumus. Claritas gloria est: gloria aũt quam dedit pater filio, immensa & æterna est, & omnẽ exuperãs sensum. Et hanc gloriã ex eo tẽpore, imo ab æterno dederat filius dei apostolis, & oibus crediturís in ipsum, suis tẽporibus reuelandã atque manifestandã: si nõ uerius dicamus, in æternitate & supra omne tẽpus communicandã. Qd ergo dicit, Dedi eis: certitudinẽ habet iã facti, imo ab æterno definiti atque determinati: sed si reuelationẽ illius claritatis atque gloriæ spectes, futuri quo ad nos, nõ quo ad deũ (deo em oia præsentia, & ut iam facta) intelligentiã, ut sic intelligamus: Claritatẽ quã tu dedisti mihi, dabo eis, discipulis scilicet, & subinde oibus per ipsos crediturís, ut sint unũ, sicut & nos unũ sumus nam dabitur reuelate, cũ nobis reuelabitur gloria ipsius: cum autẽ hic illã occulte habemus, solũ per spem habere eã dicimur. Et ad id, Vt sint unũ, sicut & nos unũ sumus, addit: Ego in eis, & tu in me, ut sint cõsummati in unũ: ut cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut tu me dilexisti: qd perinde est: ac si sic intelligamus: Vt in illa superintelligibili unione unũ simus, filius dei in nobis erit, & pater in filio: ut simus cõsummati, absoluti, summeque perfecti in unũ. Et quod unum? Certe de quo dixit: Ego & pater unũ sumus, unus deus, una bonitas, una ueritas, una potentia, una beatitudo, una uita: ut tũc sit mũdo, id est ijs, qui gratia æterni patris electi, extracti fuerint à mundo, explorata ueritas, q tu me misisti: q manifeste cum ad illam unionem uenerint, & in nobis fuerint unum, intelligent: & quo in-

128

1. Pet. 2.

Ioan. 5.

Hebræ. 2.

Zacha. 9.

1. Cor. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſuper amore dilexeris eos pater. nã id quod fide prius crediderũt, aperte in unione intelligent: nõ ipſis, ſed deo operante in ipſis: quod his uerbis indicat dominus, Vt cognoſcat mũdus, qa tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut tu me dilexiſti. Amor æternj patris ad nos magnus eſt: quia eodem nos amore diligit, quo filiũ (hic autẽ infinitus eſt amor) ſed, ꝓpter filiũ & in filio: eſtq; filius huius erga nos, tãti (ſi quod infinitum eſt, tantum dici poſſit, cum ſit ſupra omnem mẽſuram) amoris ſummi patris ratio. O quàm beati, qui ad diuinam illam unionem uenerunt, qui ueniunt & qui uenturi ſunt, quiq; diuinũ in ſe patris amorẽ propter filiũ agnoſcere poſſunt, qui etiam æquo cũ patre amore diligit propter patrem? Filio, amandi ratio, pater; patri amandi ratio, filius: ſed hæ amãdi rationes, unum ſunt, quod omnia unit atque beatificat. Non quod pater ſuo nomine non diligat, & filius ſuo, cum utercꝫ ſit ſummum bonum, in ſe omnem amandi rationem cõplicans: ſed ſic diuina innuitur communicatio, quæ in omnibus creaturis, ut in ueſtigijs quibuſdã, licet remotiſſimis, depingitur. Suum quoque erga nos, ut & patris amorem indicat filius; cũ per Ioannem nobis loquẽs, ſubdit. ¶ Pater, quos dediſti mihi, uolo ut ubi ego ſum, & illi ſint mecũ; 129
„ ut uideãt claritatẽ meã, quam dediſti mihi, quia dilexiſti me ante conſtitutionẽ mundi. Pater iuſte, mundus te non cognouit: ego autem te cognoui, & hi cognouerunt,
„ quia tu me miſiſti. Et notũ feci eis nomen tuũ, & notum faciam: ut dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis. ¶ Non ne amor filij dei erga nos, magnus eſt: qd
„ à patre hoc expetit, ut ij quos dedit ſibi pater, ſint ubi ipſe eſt: nõ in hoc mundo, ubi de torrente in uia bibit, ubi peregrinus & pauper fuit: ut & in perſona eius pſalmo octogeſimoſeptimo ſcribit: Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea: exaltatus autẽ, & humiliatus ſum, & conturbatus. Nõ enim id uult, necꝫ id requirit à patre ſuo, ut fideles ſui ibi ſecũ ſint: ſed ubi uideant claritatem illam & gloriã, quã pater dedit ipſi ante mũdi conſtitutionẽ, hoc eſt in regno maieſtatis ſuæ & gloriæ, ubi eſt in dextera patris ſui ſedens: quia pater dilexit eum priuſquã mũdus e nihilo adeſſe prodijſſet. ſi in æternitate prius dici poſſit, quæ præcedit omne prius. nã ab archetypo æuo omnis æui, quod eſt ipſa æternitas, dilexit eũ. Et ſubiũgit: Pater iuſte, mundus te nõ cognouit: ego aũt te cognoui, & hi cognouerũt, qa tu me miſiſti. Patrem iuſtũ uocat, qui eſt abſolute iuſtus, & ipſa iuſticia. Mundũ appellat præſens ſeculũ, quod patrẽ non nouit: qa etſi filius in hoc ſeculo ſe manifeſtauit; pariter & ſpiritus ſanctus, adeo ut quodammodo præſentes huic ſeculo ſentirẽtur: pater tamen quodad ſeipſum & in ſeipſo, ſemper mãſit occultus. Iure ergo mũdus patrẽ non cognouit: ſed pater filio nunquã fuit occultus, ſed ſemper præſens atq; manifeſtus, & non dico ut angelis, qui pro captu ſuo ſemper uidẽt faciem eius: ſed incomprehenſibilitatis ſuæ abyſſo, qua filius ipſum cõprehendit, ſicut & pater ſeipſum cõprehendit. Quid mirũ igitur ſi dicit: Ego autẽ te cognoui? Quod ſi etiã capias mũdum pro his, qui nomenclaturam mundi ſortiũtur: ut numero antepenultimo dictum eſt: hi ſunt tenebræ, & pater ſumma lux, at quomodo tenebræ ſummã lucẽ, & eam, quæ eſt incomprehenſibilis, cognoſcerent? Certum eſt igitur, quod in ea ſignificatione mundus patrẽ non cognouit. Sed filius illam lucẽ cognoſcit: quare & filius lux eſt. Et ſic quidem cognoſcit, quod cõprehendit. at cum ſit incõprehenſibilis, nõ niſi incomprehenſibilitate cõprehenditur: eſt itaq; & filius, lux incõprehenſibilis. Sed & diſcipuli, & q uere in dominũ crediderũt, id cognouerũt, quod pater miſit eũ: in hoc quidem mũdo, fide: in altero autem, reuelata cognitione. Sed quomodo hic cognouerũt fide? Quia ſaluator mũdi q à patre deſcendit in terrã, notũ fecit eis. Et quomodo id cognoſcẽt aperta reuelatione? Quia notũ faciet, cũ manifeſtabit eis gloriam, quã à patre habuit ante mũdi conſtitutionẽ: quæ quidẽ ea, quæ ſubiũgit, indicãt: Et notũ feci eis nomẽ tuũ, & notũ faciã, ut dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

Notũ fecit patrẽ in hoc mũdo, & amplius notũ facturus eſt in altero: qa aliter dilectio, qua pater diligit ipſum, eis nota eſſe nõ poteſt: aliter ipſe, quæ ſola eius eſt bonitas, in ipſis eſſe nõ pot, uult aũt ut ij eis ſit ea dilectio, qua à patre diligit, & ipſe in eis: ut ſint unũ in eodẽ ſpiritu & uita, gloria iã patefacta atq; reuelata. Quod ſi pater eos qui credũt, & crediturj ſunt in filiũ, ſic diligit, & ſic eſt dilecturus, ut & filiũ, & illis tandẽ (hoc poſcẽte & uolẽte filio) immenſitatẽ gloriæ ſuæ manifeſtaturus: quis tã incõprehenſibilẽ dei patris erga nos nõ admirabit charitatẽ, quos (cũ nihil ſimus) filio ſuo, in amore æquare uult, & eiſdem donare, quibus & filiũ donauit? At quõ eadẽ nõ daturus eſſet, q filiũ ſuũ daturus eſt in gloria altero in mũdo, ut & iam dedit in humilitate in hoc mũdo? Ergo tã admirabili & incõprehenſibili patri, filius etiã incõprehenſibilis, in ſuis (de quorũ numero utinã ſimus) det incõprehenſibilẽ laudẽ, & gloriã, & gratiarumactionẽ pro omnibus: quia & pater, & ipſe & utriuſq; ſpiritus, ſuperiores ſunt omni cõprehẽſibili laude: necꝫ laus ulla, niſi quæ à deo eſt, deũ apprehẽdit. Quibus, patri inquã & filio, & ſpiritui ſancto, uni infinitẽq; laudabili deo, omnis honor, laus & gloria, in infinita ſeculorum ſecula. Amen.

CAPVT OCTAVVMDECIMVM.

HAec cum dixiſſet IESVS, egreſſus eſt cũ diſcipulis ſuis trãs 130
torrentẽ Cedron, ubi erat hortus, in quẽ introiuit ipſe & diſcipuli eius. Sciebat autẽ & Iudas, qui tradebat eũ, locũ quia frequẽter IESVS cõuenerat illuc cũ diſcipulis ſuis. Iudas ergo cum accepiſſet cohortem, & a põtificibus & phariſæis miniſtros, uenit illuc cũ laternis & facibus & armis.
5 IESVS itaq; ſciẽs oĩa, quæ uẽtura erãt ſup eũ, ꝓceſſit & dixit eis: Quẽ quæritis? Reſponderunt ei: IESVM Nazarenum. Dicit eis IESVS: Ego ſum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego
10 ſum, abierunt retrorſum, & ceciderũt in terram. Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autẽ dixerunt: IESVM Nazarenũ. Reſpondit IESVS: Dixi uobis, quia ego ſum. Si ergo me quæritis, ſinite hos abire. Vt impleretur ſermo quẽ dixit: Quia quos dediſti mihi, nõ ꝓdidi ex eis quẽquã. ¶ Simon ergo Petrus habẽs gladiũ, eduxit eũ, & ꝓcuſſit põtificis ſer- 131
15 uũ, & abſcidit auriculã eius dexterã. Erat aũt nomẽ ſeruo, Malchus. Dixit ergo IESVS Petro: Mitte gladium tuũ in uaginã. Calicẽ quẽ dedit mihi pater, nõ uis ut bibã illũ? ¶ Cohors autẽ & tribunus, & miniſtri Iudæorũ cõ- 132
prehenderunt IESVM, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum. Erat enim ſocer Caiphæ, qui erat põtifex anni illius. Erat autem
20 Caiphas qui conſilium dederat Iudæis, quia expedit unũ hominem mori pro populo. ¶ Sequebatur autẽ IESVM Simon Petrus, & alius diſcipulus. 133
Diſcipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum IESV in atrium põtificis. Petrus autem ſtabat ad oſtiũ foris. Exiuit ergo diſcipulus alius, qui erat notus põtifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum. Dicit ergo
25 Petro ancilla oſtiaria: Nũquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Nõ ſum. Stabãt autem ſerui & miniſtri ad prunas: quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autẽ cum eis & Petrus, ſtans, & calefaciens ſe. Põtifex

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo interrogauit IESVM de discipulis suis, & de doctrina eius. Respōdit
ei IESVS: Ego palam locutus sum mūdo, ego semp docui in synagoga & in
tēplo, quo omnes Iudæi cōueniunt, & in occulto locutus sum nihil: Quid 30
me interrogas? Interroga eos qui audierūt quid locutus sum ipsis: Ecce hi
sciunt quæ dixerim ego. Hæc autē cū dixisset, unus assistens ministrorū,
dedit alapam IESV, dicens: Sic respondes pontifici? Respondit ei IESVS:
Si male locutus sum, testimoniū perhibe de malo, si autē bene, quid me cæ
134 dis? ¶ Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificē. Erat autem Si- 35
mon Petrus stans, & calefaciēs se. Dixerūt ergo ei: Nunquid & tu ex disci
pulis eius es? Negauit ille & dixit: Nō sum. Dicit ei unus ex seruis pontifi
cis, cognatus eius, cuius abscidit Petrus auriculā: Nōne ego te uidi in hor
135 to cū illo? Iterū ergo negauit Petrus: & statim gallus cātauit. ¶ Adducūt er
go IESVM a Caipha in prætoriū. Erat autem mane, & ipsi non introierunt 40
in prætoriū, ut nō cōtaminarentur, sed ut mādūcarēt pascha. Exiuit ergo
Pilatus ad eos foras, & dixit: Quā accusationē affertis aduersus hominem
hunc? Responderūt, & dixerūt ei: Si nō esset hic malefactor, nō tibi tradi-
dissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eū uos, & secundum legem
uestram iudicate eum. Dixerūt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere 45
quenquā. Vt sermo IESV impleretur, quē dixit, significās qua morte esset
moriturus. Introiuit ergo iterū in prætoriū Pilatus, & uocauit IESVM, &
dixit ei: Tu es rex Iudæorum? Respōdit IESVS: A temetipso hoc dicis, an
alij tibi dixerūt de me? Respōdit Pilatus: Nūquid ego Iudæus sum? Gēs
tua, & pontifices tradiderunt te mihi: Quid fecisti? Respondit IESVS: Re- 50
gnum meū non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnū meū, mi-
nistri mei utiq; decertarēt, ut nō traderer Iudæis. Nunc autem regnū me-
um non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit IESVS:
Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mun-
dum, ut testimoniū perhibeā ueritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uo 55
136 cem meā. Dicit ei Pilatus: Quid est ueritas? ¶ Et cū hoc dixisset, iterū exi-
uit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autē con-
suetudo uobis, ut unum dimittam uobis in pascha. Vultis ergo dimittam
uobis regem Iudæorū? Clamauerūt rursum omnes, dicentes: Non hunc, 60
sed Barraban. Erat autem Barrabas, latro.

ANNOTATIONES BREVES XVIII. CIRCA LITE. CAP. XVIII.

2	Cedron,		φανῶν	12	Cohors autem
	τῶν κέδρων		lucernis		ἡ οὖν σπεῖρα
	pro τοῦ κεδρῶν	7	super eum,		Cohors igitur
5	pontificibus		super se	12	tribunus
	τῶν ἀρχιερέων	8	Nazarenum		ὁ χιλίαρχος
	principibus sacerdotū		τὸν ναζωραῖον	19	Caiphæ.
	& infra.	16	gladium – tuum		τοῦ καϊάφα
6	laternis	16	pater, non – uis ut		& infra.

20 mori

20	mori	27	cum eis – &		nequaquàm tibi
	ἀπολέσθαι	29	palàm	59	Clamauerūt * οὖν igit
	Perdi		παῤῥησίᾳ	59	Barraban
26	ad prunas,	27	cognatus * ὢν existēs		Βαραββᾶν
	ἀνθρακίαν πεποιηκότες	43	non tibi		Barabban
	prunis congestis		οὐκ ἄν σοι		& infra

COMMENTARIVS IN CAPVT OCTAVVMDECIMVM.

SErmonē tribus superioribus capitibus comprehensum, expleuit do-
„ minus interim dum ab Hierusalem iret ad hortum, qui erat in monte
„ Oliuarū, dicente Ioanne. ¶ Hæc cum dixisset IESVS, egressus est cū 130
„ discipulis suis trans torrentē Cedron, ubi erat hortus, in quem introi-
„ uit ipse & discipuli eius. Sciebat aūt & Iudas, qui tradebat eū, locū: qa
„ frequenter IESVS cōuenerat illuc cū discipulis suis. Iudas ergo cū accepisset co-
„ hortē, & à pōtificibus & pharisæis ministros, uenit illuc cū laternis & facibus & ar
„ mis. IESVS itaq; sciēs oia q̄ uētura erāt sup eū, pcessit & dixit eis: Quē quæritis?
„ Responderūt ei: IESVM Nazarenū. Dicit eis IESVS: Ego sum. Stabat aūt & Iu
„ das qui tradebat eū, cū ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierūt retrorsum, & ceci-
„ derunt in terrā. Iterū ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autē dixerūt: IE
„ SVM Nazarenū. Respōdit IESVS: Dixi uobis qa ego sum. Si ergo me quæritis,
„ sinite hos abire: Vt impleretur sermo quē dixit: quia quos dedisti mihi, nō perdidi
„ ex eis quenq̄. ¶ Torrens iste, torrens Cedron dicebat: nō à cedris, quæ sunt arbo-
res piciferæ, sublimes, & amātes montes: quarū succus, quē cedriū uocāt, corpora
defunctorū eo perfusa seruāt, & materies neq; cariem sentit, neq; uetustatē, sed ab
obscuritate, quod in profunda ualle & ob id obscura, decurrat: nā Cedron uocabu-
lum est Hebræū, obscuritatē, & μεταφορικῶς tristiciā ac mœrorē designās. Et torren
tem obscuritatis Adam ob tenebras peccati, & triste ac mœstū exiliū insinuare po-
test torrens iste: quē oportuit, ut primū Adam redimeret, CHRISTVM secundū
Adam transire cū tristicia, in similitudine præuaricatoris Adæ, sed absq; peccato.
De isto autem torrente secundo Regum, cum Dauid fugeret à facie Absalon dici 2.Reg.15.
tur: Rex quoq; transgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incede-
bat contra uiam oliuæ, quæ respicit ad desertum. De eodem, tertio quoq; libro Re
gum, capite quintodecimo fit mentio, ubi habetur, quod turpissimū simulachrum
Priapi, in cuius sacris mr̄ eius Maacha filia Absalon princeps esse uoluit, cōfregit
& cōbussit in torrente Cedron. Et in plerisq; alijs sacræ scripturæ locis: & in Hie-
remia cap. 31. circa finem: Et ædificabitur, inquit, ciuitas domino à turre Ananeēl
usq; ad portam anguli, & exibit ultra normam mensuræ in conspectu eius. Et sub-
dit: Vsq; ad torrentem Cedron, & usq; ad angulum portæ equorum orientalis. In
quibus omnibus locis Hebraice habetur CIDRON. Ex quo manifeste nomē tor
rentis illius, qui iuxta Hierusalem, & ascensum montis Oliuarū decurrit, esse He-
bræum deprehenditur. De quo etiam Hieronymus de locis Hebraicis sic scribit:
Cedron appellatur torrens, siue uallis iuxta Hierusalem ad orientalē plagam: cu-
ius & Ioannes euangelista meminit. Porro torrentē Cedron, nō ab arboribus, ut
dictū est, sed ab obscuritate sic esse appellatū, hinc etiā manifestū est, quod Hebræi
cedros, nō CIDRON, sed ARAZIM dicunt. Quod & Ioannes Capnion in suis
rudimētis Hebraicis docte, ut & pleraq; alia annotauit: & nōnulli alij Hebraicarū
literarū non ignari, in quorū sententiam pedibus eo. Vnde haud absimile uero est
non esse legendum hic in Ioanne, πέραν τοῦ χειμάῤῥου τῶν κέδρων, sed τοῦ κεδρῶν, & arti-
culum singularem in pluralem fuisse deprauatū à quodam linguæ Hebraicæ im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perito, putãte κεφάλαιον esse dictionẽ Græcã, numeri pluralis, & proinde accentũ in primã reijciẽdũ, cũ sit Hebræa, & numeri singularis: qd' uel ex tralatiõe Septuagita, locis prætactis cognoscere licet. Mõs tamẽ Oliuarũ, cõsitus erat fructiferis oliuis, unde nomẽ contraxit, quæ ꝓpetuũ seruãt uirorẽ. Et qs addubitet hortũ etiã illũ, qui in mõte erat uarijs arboribus & herbis fuisse adornatũ (alioqui enim nõ diceret hortus) ut & paradison, e' quo eiectus est Adã, quodãmodo repræsentaret, & arbores istius, arbores illius? Quid si etiã torrens ille ex horto defluebat, ipso irrigato instar fluminij q e' paradiso egrediebat? Dñs aũt in medio eius, arborẽ uitæ repræsentabat, aut potius arbor uitæ, dominũ. De qua si qs edisset, ei uitã præstitisset incorruptã, sed corporalẽ & terrenã; CHRISTVS autem dominus, uitã præstat æternam: non hanc corporalem & indigam, sed uitã spiritualem in se sufficientẽ, cœlestem & nullius egentẽ. Cũ uita corporali incorrupta, stat indigentia, cruciatus, & tormentum: quod & erat in ijs, qui post iudiciũ, gehennæ deputabũtur. Quod & forte' in Adam fuisset, si post peccatũ edisset de corporali fructu ligni uitæ. Sed miseratio dei, post hauſtũ uenenũ id prohibuit: quia etsi fuisset quo ad corporalem dissolutionẽ medicina ueneni, quid si etiã futura fuisset ꝓpetuitas languoris? quod dei est scire. At fructus spiritualis arboris uitæ sumptus, medicina est oĩs languoris, & uera uitæ, quã nullus unquã languor attingere potest, immortalitas. In illũ ergo hortũ cũ discipulis suis introiuit saluator mundi, & ligni uitæ ueritatẽ expressit: & Adam, sed secundi, spiritualis, & reparatoris uerã gessit personam. Sciebat autẽ & Iudas, qui tradebat eũ, locũ: quia frequenter IESVS cõuenerat illuc cũ discipulis suis. Iudas personam gessit serpentis. nã ut iste simulata amicitia blãdo ore Euam decepit: sic & ille amica salutatiõe, ac uiperina lingua, & osculo oris filiũ dei tradidit. Quod & Matthæus & Marcus, & Lucas, scriptis ꝓdidere. Et Iudas cũ accepisset cohortem (quæ erat militũ tribunitiorũ turba, quæ illis diebus ad tẽpli custodiã cõduci solebat) & à pontificibus & pharisæis ministros, uenit illuc cũ laternis, facibus, & armis. Hi oẽs erãt satellites serpẽtis antiqui, & emẽtita lux, quæ à uera luce exterminat, & quæ nihil potest nisi in tenebris: quod non est posse, sed (ut sic dicam) à potẽtia desciscere. Quod IESVM minime latebat, qui nihil nesciebat: quippe qui sciebat & quæ erãt, & quæ fuerãt, & quæ uentura erãt: sed processit eis obuiã. Quod autẽ processit eis obuiã, designat, ipsum uolũtarie' ꝓ nobis mori uoluisse. Et dixit: Quẽ quæritis? Responderunt ei; IESVM Nazarenũ. Et cũ respõdisset eis, Ego sum: & Iudas & qui cũ eo erant, corruerũt supini: quod & serpentis & apostaticæ societatis eius casum monstrabat, imo' iam prostratus declarabatur princeps mũdi huius. Tũc quoq; implebatur, quod psalmo trigesimonono scriptũ est: Cõfundant & reuereãtur simul, qui quærũt animã meam, ut auferãt eam. Auertantur retrorsum, & reuereãtur, qui uolunt mihi mala. O infelicissime Iuda, & traditor omniũ pessime (nã mala uolũtas traditorẽ facit, nõ malæ uoluntatis executio) non ne uides nõ fuisse tuæ potestatis tradere ipsum cũ unico uerbo, & te & totã colluuiem illam, quã tibi adiũxisti, id est serpentẽ ipsum: & serpẽtis assectas, prostrauerit? Non ne uides te impudẽter mentitum, quãdo dixisti: Quid uultis mihi dare, & ego uobis eũ tradam? Nõ tradidisti, neq; id potuisti. Sed ipse qui dilexit nos, uolũtarie' tradidit seipsum ꝓ nobis omnibus, & pro unoquoq; nostrũ, dicẽte Paulo ad Galatas: Quod autẽ nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit seipsum ꝓ me. Traditio Iudæ, fuit mera proditio: Traditio CHRISTI, fuit uolũtaria suijpsius pro salute mũdi exhibitio. Iudas nõ exhibuit ipsum, sed CHRISTVS seipsum obtulit. Ergo traditio Iudæ nihil cuiq; profuit, sed traditio CHRISTI qua seipsum ultro tradidit: sicuti neq; deceptio serpentis, neq; Adæ peccatũ quicquã ulli ꝓfuit, imo' obfuit: sed sola CHRISTI gratia. Rursus eos interrogauit dominus, quẽ quæritis? Et cũ respõdissent ut prius,

Gala.2.

prius, permisit se capi. Sed prohibuit ne manũ mitterent in discipulos: hoc eẽ indicat id, Sinite hos abire: post quod uerbũ nulla, etiã si uoluissent, fuisset ipsis in eos potestas. Id igitur, Sinite, non deprecatoriũ, sed deterritoriũ est. Absit eẽ ut filius dei ministros diaboli, quos unico uerbo nõ in terrã solũ, sed etiam in infernũ deturbare poterat, deprecatus fuerit. Id autẽ prohibere uoluit: quia id uerbũ, quod paulo ante ad patrẽ dixerat (ut præcedenti cap. nũero. 127. uisum est) Quos dedisti mihi ego custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis: impleri oportuit. Verba prophetarũ certa fuerũt, sed uerba CHRISTI multo omniũ certissima. De quibus & ipse dixit: Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea nõ præteribunt. Et multa uerba prophetarũ transierũt, & irrita iam facta sunt, ut ea quæ ueterẽ legẽ ut ueterem concernebant; uerba autem CHRISTI quæcunq; locutus est, nunq; cadent, nunq; irrita fient, nunquã transibunt. Deinde subdit Ioannes de Simone Petro, qui educto gladio, seruũ summi põtificis aure dextra mutilauit, dicẽs. ¶ Simon ergo Petrus habẽs gladiũ, eduxit eũ, & percussit pontificis seruũ, & abscidit auricula eius dextrã. Erat aũt nomen seruo Malchus. Dicit ergo IESVS Petro: Mitte gladiũ tuum in uaginã: Calicẽ quem dedit mihi pater, non uis ut bibã illum? ¶ Hic Malchus seruus pontificis, ubi dextra auris eius amputata, manu filij dei tacta fuit, illico, ex Luca, sanatus est: ut & corpore, ita (ut uerisimile est) & mente: nã dñm, cuius corpus sanabat, & animã quoq; sanare pene' in confesso est, qd' uerba hæc nõnunquã innuebant. Noli amplius peccare. Hoc aũt indicio fuit, dominũ Iudæis & spirituale regnũ, & uerũ sacerdotiũ, & spiritualẽ legis intelligentiã suo sancto attactu aliqñ restituturũ. Cæterum & hic uirtus CHRISTI mirabilis apparuit, quæ nõ permisit ut tanta turba, & tam furiosa unum in ipsos gladiũ uibrantẽ, Petrum uidelicet, tot gladijs, fustibus, & armis circũseptũ, repente oppresserit, cõtriuerit, & frustulatim comminuerit. Vnde satis constat, quod non plura poterant, q; quæ dominus ipsis permittebat: at iã imperiũ ab eo habuerãt, ne eos tangerẽt, sed abire sinerent. Sinite, inquit, hos abire. O si id intellexissent? Et hoc quoq; factum qd' hic de Petro & Malcho narrat, habẽt Matthæus, & Marcus, & Lucas: sed suppressis, & ferientis & percussi noĩbus: & qua aure Malchus mutilatus fuerit, & quibusdã uerbis quæ dñs dixit Petro: Quibus indicabat patrẽ ad pœnas illas, ꝓ nobis uiuificandis propriũ tradidisse filiũ: & hoc est qd' dicit: Calicẽ quẽ dedit mihi pater, non uis ut bibã illum? quasi dicat, Noli obsistere uoluntati patris. Patrem aũt propriũ pro nobis tradidisse filiũ testat Paulus ad Rhomanos, dicẽs: Qui etiã ꝓprio filio nõ pepercit, sed pro nobis oĩbus tradidit illũ. Et quæcũq; passus est dominus in mundo, nõ tanq; ab hoĩbus accepta passus est, sed tanq; à deo: acceptata quidẽ obedientia ipsius, pœnis, & patientia, pro satisfactiõe omnis inobediẽtiæ debitarũ pœnarũ, & impatientiæ aliorum, dicente Zacharia capite. 13. Percute pastorem. Et alibi: Propter scelus populi mei percussi eum. Et psalmo. 68. Quoniam quem tu percussisti persecuti sunt, & super dolorem uulnerum meorum addiderunt. Ergo passio domini, non ut ab hominibus, sed ut à deo accepta, nobis profuit. Sic Iob, cum tanta patiebatur aduersa: illa tanq; de manu dei accepta patiebat, & dicebat: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factũ est: sit nomen domini benedictum. Neq; attendebat ad satanam, qui illa mala irrogabat: quia is reuera non erat nisi instrumentũ, & ut uirga in manu eruditoris: neq; eẽ deo nolẽte id potuisset: at deus erudiebat Iob ad patientiã, ad ipsius dæmõis flagellare uolẽtis cõfusionem. Et certe, si attendis patiẽtes & tribulatos, æquanimiter propter deũ flagella ferẽtes, ut plurimũ dei uolũtas est & pmissio: si aũt tribulãtes, pmissio est: & persæpe nõ est dei uoluntas: nam hi mala uoluntate id faciũt: illi autẽ bona uoluntate patiuntur. Quod si ex parte utrorunq; cõtingit esse bonam in deo, & propter deum

Matth.24.

Lucæ.22.

Rhom.8.

Iob.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uoluntatē: & hi bene affligunt, & illi bene affliguntur: & est dei ex parte utrorūq; permissio & uoluntas. Si autem in utrisq; esset mala uoluntas: etsi pœnæ ab his inflictæ à uoluntate dei processissent: horū tamen malæ, & ultrices uoluntatis, & illorū malæ & impatientis, sola permissio esset, non dei uoluntas. Solū ergo cū peccas dicas, id deū nolle. Si tribularis, affligeris, persecutiones pateris, illa & quicquid peccatū nō est, tanq; e' manu dei accepta suscipe, & patiens eris: nam hæc pati nō est peccare, sed (ut dictū est) erudiri ad patientiam. Noli attendere uirgam, qua deus te erudit, siue homines sint, siue dæmonia, bonorū tuorū iacturā tibi afferentia, & persecutiones illæ tibi proderūt, & imitaberis CHRISTVM oīm patientissimū & oibus ueræ patientiæ speculū, corripientē Petrū, & dicentem: Calicē quem dedit mihi pater, nō uis ut bibam illū? Petrus attendebat uirgam: CHRISTVS autē erudientem ad patientiam & obedientiam per uirgam, ipsum etiam qui nunquā impatiens aut inobediens fuerat, cui uirga nō debebatur, sed pro nobis erudiebat.
Esaiæ.53. & hæc eruditio & disciplina, erat de qua dictū fuerat: Disciplina pacis nostræ super eū: neq; eīm sibi, sed nobis erudiebatur. Petrus, impatiens: CHRISTVS, patientissimus. Si respicias uirgam, impatientia uinceris: si deū, patientia te coronabit, & uincet patientia, sed ea certe quæ est dei, & infusum à deo donū. Deinde subdit Ioannes. ¶ Cohors aūt & tribunus, & ministri Iudæorū cōprehenderūt IESVM, &
132 „ ligauerūt eū, & adduxerunt eū ad Annam primū. Erat eīm socer Caiphæ, qui erat
„ pōtifex anni illius. Erat aūt Caiphas, qui consiliū dederat Iudæis: quia expedit unū
„ hominē mori pro populo. ¶ Cohors aūt, inquit, & tribunus & ministri Iudæorū cōprehenderunt IESVM. Per cohortē, quā Ioannes σπειραν dicit, intelliguntur milites tribuni, quem idē hic chiliarchon uocat, quod mille præsit militibus. Porro hīc satis liquet, summos sacerdotes chiliarchon & cohortē, id est, mille milites, quibus ille præerat (quos ex historijs uerisimile est, illis diebus ad templi custodiam, ut dictū est, conductos atq; deputatos fuisse) unà cū pprijs famulis misisse ad capiendū dōm. Qui & fecerūt quod ipsis à deo permissum fuit: ut satan, cū percussit Iob innocentē. Et ligauerunt, nō solū innocentē, sed innocentissimū, & suis ligaminibus
Zacha.9. soluentē uincula etiam in inferno ligatorū. Emisisti, inquit, uinctos tuos de lacu, in q̄ nō est aqua. Et duxerūt primū ad Annam socerū Caiphæ: quanq; Caiphas erat pōtifex anni illius, & dederat hoc consiliū, quod cap. 11. uisum est: scilicet, Expedit uobis ut unus moriatur homo, p populo, & nō tota gens pereat. Deīde prosequitur Ioannes de Petro, quomodo uerbū quod dixerat ei dominus, Amen amen dico tibi, nō cantabit gallus, donec ter me neges, quod in calce capitis tertijdecimi positū
133 „ est, fuerit adimpletū, dicens. ¶ Sequebatur aūt IESVM Simon Petrus, & alius di-
„ scipulus. Discipulus autē ille erat notus pontifici, & introiuit cū IESV in atriū pō-
„ tificis: Petrus autē stabat ad ostiū foris. Exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus
„ pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrū. Dixit ergo Petro ancilla ostiaria:
„ Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dixit ille: Nō sum. Stabāt aūt serui
„ & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat aūt cū eis & Petrus
„ stans, & calefaciens se. Pōtifex ergo interrogauit IESVM de discipulis suis, & de
„ doctrina eius. Respōdit ei IESVS: Ego palā locutus sum mūdo. Ego semp docui
„ in synagoga & in tēplo, quo omnes Iudæi conueniūt & in occulto locutus sum ni-
„ hil: Quid me interrogas? Interroga eos qui audierūt, quid locutus sim ipsis. Ecce
„ hi sciūt q̄ dixerim ego. Hæc aūt cū dixisset, unus assistēs ministrorū, dedit alapā IE
„ SV, dicens: Sic respondes pōtifici? Respondit ei IESVS: Si male locutus sum, te
„ stimoniū perhibe de malo: si aūt bene, quid me cædis? ¶ Et hoc factū Petri, alij quo
q̄ narrauerūt Euangelistæ: sed hic narrationi adiecit Ioannes quæ alij omiserunt, quod uidelicet ipse sequeretur cum Petro, quod q̄ notus esset pontifici. Cui pōtifi-

ci? Annæ

ci? Annæ. Et ideo patuit ei facilis ingressus cum domino in atriū, id est in aulam pōtificis: qui cū uidit Petrū non ingressum, egressus, rogauit ancillam quæ erat ostiaria, ut introduceret & Petrū. Id rogabat, ut notus & familiaris in domo illa. Sed q̄q; bonæ nō sint huiusmodi notitiæ ac familiaritates, euētus probauit: quia cū putaret se familiaritate illa adiumento esse Petro, & illi posse gratificari, magno fuit ei detrimento, & magnæ confusioni. Nam & ostiaria intuita Petrū, interrogauit eū, dicens: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Nō sum. Ecce quomodo Ioannes, cū gratificari uellet Petro, fuit primæ negationis occasio. Id satis fuit ostiariæ, quæ Petrū aut iam ingressum non repulit, aut ingredientē non impediuit. Qui ingressus aulam, seruis pontificis se adiunxit. Quæ fuit illi mala societas nam & ea ipsi dōm uitæ secundo negandi occasio fuit. Et dū Petrus illic esset, interrogauit Annas dominū de discipulis, & de doctrina eius. De discipulis subticuit dōs. Quid eīm dixisset, nisi quod dereliquerāt ipsum? Porro qui ex fuga se recipiētes, secuti erant ipsum, negabant se esse discipulos: aut se tales esse, declarare non audebant: quemadmodū & Psalmo. 87. scriptū erat: Longe fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi. Quod Petrus negando & detestando, faciebat. Et rursus: Elongasti à me amicū & proximū, & notos meos à miseria. Et hoc ipso quod nullos habebat, neq; amicos, neq; discipulos, qui ipsum agnoscerent: eo gnoscere debuerunt pōtifices ex psalmis, ipsum esse CHRISTVM. De doctrina aūt respōdit, quæ & ueritas dei, & spūs patris, & ipse pater uoluit esse respondendū, dicens: Ego palā locutus sum mūdo. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quo oēs Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt, quæ dixerim ego. Palā locutus erat mūdo, qui locutus erat ad turbas, ubicunq; sequerentur ipsum: qui si ubi erat, erant synagogæ: semper synagogas intrare solebat ad docēdū: qui si erat Hierosolymis, si docebat, semper docebat in templo, quo oēs Iudæi cōueniebant: adeo ut & discipulos suos, in alijs nō doceret locis: etsi interdū secreto intelligentiam quorundā eis aperiret, & secreta quædā reuelaret: quæ tunc non erat paternæ uolūtatis, ut in publicū efferret. Et sic q̄ ad cœlestem doctrinā, ad quā mūdo enūciandam ipsum miserat pater, in occulto locutus est nihil. Qd' si Annas de doctrina eius uolebat testimoniū habere, nequaq; ipse erat interrogādus, sed q̄ audierant eū. Nā quid dixisset, illi & sciebāt & testari poterant. Et Annas, nō solū duorū (ut in lege habetur) sed innumerorū testimoniū scire potuisset, & sic testatū credere. Sed melius illi fuisset audisse & scisse, q̄q; interrogasse: in hoc eīm se manifestabat uerbi dei fuisse contēptorem, cū in eo tēplo toties habitū fuisset, ubi gesserat pontificatū: ratione cuius & adhuc ei qui tū gerebat illū, præferebatur honore: nisi eīm contēpsisset in ipso uerbo dei audiendo, cæteris præstitisset exemplū. Sed erat e' numero eorū de quibus in Deuteronomio scriptū erat: Qui aūt uerba eius quæ Deut.18.
loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Sed cū dominus pro ueritate pontifici de doctrina sua respondisset, quod ab alijs quærendū erat testimoniū, cū testimoniū suū nō recepisset: unus ministrorū summi pōtificis, qui & ibi assistebat, impegit palmam in faciem saluatoris, in quam desiderant angeli prospicere, quasi male locutus fuisset dicens: Sic respondes pontifici? O quales pontifices, o quales iudices, q̄ tales ministros habent, & tales sibi assistere uolūt? Ex ministris, qualis fuerit ipse magister, cognoscitur. Quia ergo minister iniquitatis carpebat uerbū dōi, uerbū ueritatis, & uerbū qd' dederat ipsi pater: CHRISTVS dōs iure optio, & nulla impatientia defendit illud, dicēs: Si male locutus sum, testimoniū phibe de malo: si aūt bene, quid me cædis? Quibus uerbis ipsum quoq; iudicē modeste instruebat: qui hæc cōtra legē fieri permittebat, & seruū legem uiolantē nō

corripi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

corripiebat: nam in conuictũ de malo, ex mandato iudicis id licebat: in non conuictum aũt, bene ac pro ueritate locutũ, nõ licebat. Et hæc est instructio saluatoris, & doctrinam patris, quam ipse locutus fuerat, & legem quã Iudæis dederat honorãtis, non indignatio aut impatientia. Sed de hac doctrina CHRISTI, quæ erat de lege non uiolanda, nihil curauit Annas: ut neq; (quod uidetur) de lege ipsa. Sed misit regem suũ, & saluatorẽ mundi sic contra legẽ afflictũ, ad Caipham generũ suũ,
134 „ & summũ anni illius sacerdotẽ. Quod subdit Ioãnes, dicens. ¶ Et misit eũ Annas
„ ligatũ ad Caipham pontificẽ. Erat aũt Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixe
„ runt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Nõ sum. Di
„ cit ei unus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: Nõ
„ ne ego uidi te in horto cũ illo? Iterũ ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit
¶ Annas misit dominũ ad Caipham: quia ex officio magis spectabat ad eũ, aut sontem iudicare, aut innocentẽ absoluere: cũ illo anno esset summus pontifex, ad quẽ ut ad summũ, omnia illius anni deferebãtur iudicia. Sed qualis erat socer, talis quoque, imo etiam multo crudelior, immanior, iniustior gener repertus est: quod alij aperiunt Euangelistæ: ut qui iudicauit diuinam ueritatem, blasphemiam: & innocentẽ, reũ mortis pronunciauit: quẽ deinde consputum, alapis & colaphis cæsum ac irrisum, tradidit prætorio gentiũ, quasi dignũ ignominiosiore morte, q̃ ipsi præstare solerent. Sed his omissis, quia ea alij dixerunt: de Petro dicit, quando secũdo negauit dominũ, cũ ait: Erat aũt Simon Petrus stans & calefaciens se. Vbi aut stare & calefaceret se, pauloante dixit: nimirũ in atrio põtificis Annæ, ubi seruí & ministri congestis prunis (quia frigus erat) calefaciebant se. E quibus aliqui dixerunt
Matth.26. ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit Petrus, & dixit: Non sum: & ex Matthæo, adiecit iuramentũ. Tertia autẽ negatio uidetur facta apud Caipham: ga ex Luca satis longũ inter secundã & tertiã factũ fuit interuallũ. Et hæc tertia, facta est (qd̃ alij Euangelistæ nõ dixerant) urgente cognato Malchi, cuius auriculã dexterã Petrus amputauerat, affirmante quod discipulus eius esset: tũ ex loquela, qd̃ ait Matthæus: Nã & loquela tua te manifestũ facit; audiri eũ potuerat Petrus, cũ in horto dixerat: Si percutimus in gladio? & postea, tũ ex natione, quia Galilæus esset, ut aiũt Marcus & Lucas, & demũ ex uisu: quod hic ait Ioannes: Nõne, inquit
Marc.14. cognatus Malchi, ego te uidi in horto cũ illo? Iterũ ergo negauit Petrus, etiam ex
Luc.22. Matthæo cũ iuramẽto & detestatiõe. Quid mirũ? Magis eũ sibi timebat, facti prioris cõscius. Et statim gallus cãtauit. Nõ ergo cãtauerat. i. cantũ suũ ĩ nocte illa fienerat gallus, anteq̃ Petrus ter dñm suũ negasset: ut uerbũ IESV qd̃ dixerat, impletũ cognosceretur. Petrus in his oĩbus figurã gessit hoĩs sibijpsi derelicti, cui oĩa cooperanẽ ad malũ: talis eũ ẽ nostra natura, sibijpsi derelicta, q̃ nullũ bonũ potest sine deo: malũ aũt ex se potest, si hæc dicẽda potẽtia, & nõ potius (qd̃ uerũ est) impotẽtia: quia nostra natura corrupta est. Sicut cõtra, hoĩbus diligẽtibus deũ (ut ait
Rhom.8. Paulus ad Rhom.) oĩa cooperanẽ in bonũ: quia tales nõ sunt sibijpsis derelicti, sed manu dei agunẽ: neq; suo, sed dei spũ uiuũt. Nullus ergo in se, sed in solo deo fidat: & sciat se nõ destitutũ, si ĩ se diuinã sentit dilectionẽ. Quã si nõ sentit, nihil desperet: nõnunq̃ eũ deus nobis sui fauoris manifestationẽ aufert ad probationẽ, & ut habeamus propriæ infirmitatis cognitionẽ, & discamus nos ex deo pẽdere, nõ ex nobis ipsis. Qd̃ & ĩ Petro factũ ẽ. Sed nũqd Petrus tũc diligebat CHRISTVM? Nõ uidet. Frigus certe erat, & calefaciebat se. Frigus illud externũ, extinctionẽ interni feruoris charitatis õstendebat, & multo magis facinus illud, qd̃ ter negando dñm admiserat, nũquid eũ qui amat, sic negare possit? Nihil mirũ igitur, si nulla ei cooperabantur ad bonũ, in cuius corde deus nõ erat, qui amor est. Sed dñs miseratus Petri, respexit eũ aspectu amoris, qui illuminat & calefacit. Et ille continuo in

lumine

lumine illo (qd̃ indicauit Lucas) cognoscens suũ reatũ, conuersus est: & resumpto Luc.22.
dilectiõis feruore, egressus foras fleuit amare. Deinde prosequit̃ Ioannes, quo pacto dñs adductus est à Caipha in prætoriũ gentiliũ, qd̃ erat iurisdictiõis Rhoma-
„ norũ, dicens. ¶ Adducũt ergo IESVM à Caipha ĩ prætoriũ. Erat aũt mane. Et ipsi 135
„ nõ introierũt in prætoriũ, ut nõ contaminarent̃, sed ut manducarẽt pascha. Exiuit
„ ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quã accusationẽ affertis aduersus hominẽ hũc?
„ Responderunt, & dixerũt ei: Si nõ esset hic malefactor, nõ tibi tradidissemus eum.
„ Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos, & secundũ legẽ uestrã iudicate eum. Di
„ xerunt ergo ei Iudæi: Nobis nõ licet interficere quenq̃. Vt sermo IESV implere-
„ tur quẽ dixit: significans q̃ morte esset moriturus. Introiuit ergo iterũ in prætoriũ
„ Pilatus, & uocauit IESVM, & dixit ei: Tu es rex Iudæorũ? Respõdit IESVS: A te
„ metipso hoc dicis, an alij dixerũt tibi de me? Respondit Pilatus: Nũquid ego Iudæ
„ us sum? Gens tua & pontifices tradiderũt te mihi: Quid fecisti? Respõdit IESVS:
„ Regnũ meũ nõ est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnũ meũ, ministri mei
„ utiq; decertarent ut non traderer Iudæis. Nunc aũt regnũ meum non est hinc. Di-
„ xit ei itaq; Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit IESVS: Tu dicis, quia rex sum ego.
„ Ego in hoc natus sum, & ad hoc ipsum ueni in mundũ, ut testimoniũ perhibeã ue-
„ ritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uocẽ meã. Dicit ei Pilatus: Quid est ueritas?
¶ Iudæi adduxerũt dñm à Caipha principe sacerdotum in prætoriũ Pilati. Et erat mane, instabat hora matutina, ut intelligamus hoc mysteriũ acceleranter peractũ esse: quod festinata agni paschalis comestio figurabat. Et ipsi nõ introierũt in prætoriũ, ut nõ cõtaminarent̃. At quid hoc erat, nisi hypocrisis & pharisæaca supstitio, putare se nõ contaminari, legem dei transgrediendo, quæ est de iusto nõ condemnando (quam mandauit eis deus per Hieremiã, dicens: Facite iudicium & iustici- Hiere.22.
am, & liberate ui oppressum, & sanguinẽ innocentẽ ne effundatis in loco isto) sed si ingrederentur in prætoriũ: cum tamen lex nõ ingressum, sed condemnationem uetet? Verum oportebat in illis impleri oraculũ, quod de eis psalmo. 93. scriptum est: Captabunt in animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. Et subditur: Sed ut manducarent pascha. At quando? Num cœpta uespera sabbati, ita ut PARA
intra duas uesperas illas parasceues & sabbati (ut dictum est Matthæi cap. 26.) li- DO-
ceret pascha celebrare? Non ita hic arbitror, ubi exactius huius rei exquirenda est X
ueritas: non eũ potuerunt ex lege in uespera sabbati pascha immolare, aut mandu- V
care. Verum quia Matthæi. 86. cap. nos de hac re hoc in loco paradoxum adiectu- M
ros polliciti sumus, paulo latius hic nobis extẽdendus est sermo. Primo, ostendendo solũ quartadecima die mensis primi, hoc est quartadecima die lunæ primi mensis lunaris (nam hic de diebus lunæ, & mense lunari agitur) ad uesperã, id est quintædecimæ cœpta uespera, pascha fuisse celebrandum. Secundo, dominum pascha immolatum ad uesperam quartædecimæ diei, nocte illa cum discipulis suis manducasse. Tertio, oẽs tũc immolasse pascha eadẽ uespera, qua & dominus. Quarto, Iudæos, pontifices, scribas & pharisæos nõ potuisse, neq; immolasse, neq; manducasse pascha in uespera magni sabbati. Quinto, quæ sint duæ uesperæ intra quas oportebat immolari & manducare pascha. Sexto, parasceuen qua dominus manducauit pascha, diem festũ fuisse ac solennẽ. Septimo, ad quædam obiecta respon-
I sionem adhibendo. Primũ facile constat, dicente domino ad Mosen in Exodo: De Exodi.12.
cima die mẽsis tollat unusquisq; agnũ per familias & domos suas. Et subdit̃: Iuxta quẽ ritũ tolletis & hœdũ, & seruabitis eum usq; ad quartãdecimã diẽ mensis huius, immolabit̃q; eũ uniuersa multitudo filiorũ Israël ad uesperã. Et sequitur: Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Item Leuitici. 23. Mense primo, quartadecima die ad uesperã, phase domini est. Sic & Numerorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

merorũ.28. Mense autem primo, quartadecima die mẽsis phase domini erit. Constat ergo uel manifestissime, ex lege, solum quartadecima die lunari ad uesperam
2 licuisse Iudæis pascha suũ immolare, & illa nocte manducare. Secundũ quod scilicet dominus immolatũ pascha ad uesperam quartædecimæ lunæ, illa nocte cũ discipulis suis manducauerit, hinc manifestũ euadere potest. Nam prima dies azymorũ incipiebat à uespera quartædecimæ diei mensis: ut scribitur in Leuitico: Mense primo, quartadecima die ad uesperam, phase domini est. Et in Exodo: Et edẽt carnes nocte illa assas igni, & azymos panes. Et subditur: Septẽ diebus azyma comedetis, in die primo nõ erit fermentatũ in domibus uestris. Vnde cõstat, primam diem azymorũ, à uespera quartædecimæ diei mensis lunaris incipere. Atqui dominus noster prima die azymorũ pascha ad uesperam paratum, nocte cum discipulis
Matth.26. suis manducauit, dicente Matthæo: Prima autem die azymorũ, accesserũt discipuli ad IESVM, dicẽtes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Et subdit: Vespere aũt facto discũbebat cũ duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit: Amen
Mar.14. dico uobis, quia unus uestrũ me traditurus est. Et Marco: Et primo die azymorũ quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo uis eamus, & paremus tibi ut manduces pascha? Et subditur: Vespere aũt facto uenit cum duodecim, & discumbentibus eis & manducantibus, ait IESVS: Amen dico uobis, quia unus ex uobis
Luc. 22. tradet me. Et Luca: Venit aũt dies azymorũ, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrũ & Ioannem dicens: Euntes parate nobis pascha. Et subditur: Et cũ facta esset hora discubuit, & duodecim apostoli cũ eo. Ergo dominus celebrauit pascha uespere quartædecimæ diei, in cuius uespera immolari pascha, & in nocte ip
3 sum manducari præceptum erat: quod est secundum. Tertio ostendendũ, omnes scilicet tunc eadem uespera, qua & dominus immolasse pascha, hinc liquere potest. Nam ex lege, quartadecima luna ad uesperam omnes immolabant, ut scribit
Exodi. 12. in Exodo: Et seruabitis eũm usq; ad quartamdecimam diem mensis huius, immolabitq; eũ uniuersa multitudo filiorũ Israël ad uesperam. Ergo in eadẽ uespera qua & dns, omnes immolauerũt: quandoquidem dns ex præcedenti mõstrato, uespera quartædecimæ diei immolauit. Quod etiam ex Marco cognoscitur, dicẽte: Primo die azymorũ, qn̄ pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo uis eamus, & paremus tibi, ut manduces pascha? Quid em̄ est, Quãdo pascha immolabant: nisi quando cæteri Hebræi, qui Hierosolymis erant, pascha immolabant? Et ex Luca, dicente: Venit autem dies azymorũ, in qua necesse erat: siue ut Græce habetur ἔδει id est oportebat occidi pascha. At si necesse erat, siue oportebat ĩ ea occidi pascha: cur nõ intelligamus oẽs ea uespera, etiã necessario immolasse pascha? qd ẽ tertiũ.
4 Vñ fit, ut nequaq; sentiendũ sit, ut multi sensere dnm pascha suũ, & q̃ ad immolationẽ, & quo ad manducationẽ, anticipasse. Quartũ qd propositũ est, põtifices scilicet scribas, pharisæos, aut reliquos alios Iudæos nõ potuisset tũc pascha suũ in uespera magni sabbati immolasse, & in nocte illa comedisse: statim ex ijs quæ iam satis patefacta sunt, notũ est. Nã ex præcedenti eadẽ uespera, qua & dns oportuit eos immolasse. Et cũ ea uespera, ex eo quod secũdo loco ostensum est, esset uespera quartædecimæ lunæ, quæ fuit uespera, qua cœpit parasceue: si in uespera qua cœpit sabbatũ immolassent pascha, quintadecima luna ad uesperam immolassent: qd
5 lex eorũ nullo pacto permittebat. Non ergo potuerunt in uespera magni sabbati pascha suũ immolasse, neq; subinde nocte illa ipsum manducasse. Quinto loco ostendendũ est, quænã sint duæ illæ uesperæ, intra quas & immolandũ erat pascha & mãducandũ. Certũ ex p̃cedenti, eas nõ potuisse esse uesperã parasceues, & uesperam magni sabbati. Vnde fit, ut quod in Matthæo de his duabus uesperis dictũ est, id iuxta opinionem eorũ, qui putant dominũ pascha suum typicum anticipasse

nõ iuxta

non iuxta ueritatem, dictũ sit. Quænam ergo (inquies) sunt illæ duæ uesperæ? Hæ certe ex Exodi duodecimo, iuxta Hebraicam ueritatẽ, intelligi possunt. Nam ubi nunc legimus, Immolabit'que eum uniuersa multitudo filiorum Israël ad uesperã: numero duali dicitur Hebraice BEN HAARBAIM, tanquã dicas μεταξὺ τῶν ἑσπέρων, id est inter duas uesperas. Prima siquidem ab occasu solis incipit, & tandiu durat, quandiu crepusculum. Secũda, à finita prima uespera, id est à finito crepusculo ad mane usque. Et inter hanc primam & secundam uesperam immolandum erat pascha: nõ enim ante solis occasum licebat immolare, ut etiam dicitur Deuteronomij capite sextodecimo: Immolabis'que phase uespere ad solis occasum. Secunda autẽ uespera, quæ est nox, comedendũ erat pascha. Est'que prima uespera, sesquihoraríæ ferme' durationis: secũda, ferme' nouem horarum. Prima ergo, ad immolationem & præparationem agni spectat. Immolabitq; eũ (inquit) uniuersa multitudo filiorũ Israël inter duas uesperas: quod subindicat Matthæus cũ dicit: Prima die azymorũ, accesserũt discipuli ad IESVM, dicẽtes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? Secunda uero, nõ ad immolationem (non enim in ea immolare licebat) sed ad comestionem attinet. Et edẽt (inquit) carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus: quod etiam ex Matthæo deprehenditur cũ ait: Vespere autem facto, discũbebat cũ duodecim discipulis suis. Quod & hac descriptione deprehendi potest.



Esto AB, horizõ, A C B, Arcus diei. B D A, arcus noctis. B F, arcus crepusculi. G A, arcus diluculi. B F, erit prima uespera. & F G, secũda. Nã sole sub B existẽte, crepusculũ ẽ, qd durat quousq; fuerit sub F. & sole existẽte sub F, radijs eius sup horizontẽ illũ nõ amplius micãtibus, nox, donec puenerit ad G. Et inter duas uesperas BF, FG, id est ĩ interstitio tẽporis ab B in F, immolandum erat pascha: in interstitio autẽ tẽporis ab F in G, manducandum. Hæ sunt ergo duæ uesperæ, quarum diuinus meminit sermo. Prima, tenebras passiõis domini innuebat: secũda, solis obscurationẽ (Et sol inqt Lucas, obscuratus ẽ) et totũ illud tempus, quo dns fuit apud inferos. Nam ipse dies erat, quo sublato e' terra, qd nisi nox toto illo tẽpore fuit: nox inquã quæ est ablatio diuini spiritualisq; diei? Ex his quod quinto loco propositũ est, per-
6 spicuum esse potest. Sexto, mõstrandũ est parasceuen, qua dominus mãducauit pascha, diem festũ ac solennẽ fuisse. Scribitur in Exodo: Septem diebus azyma comedetis. Et subdit: Prima dies erit sancta atq; solẽnis. At pria dies erat parasceue, qua dominus manducauit pascha ut iam satis uisum est. Item in Leuitico: Mẽse primo, quartadecima die ad uesperã, est phase domini, & quintadecima die mẽsis huius solennitas azymorũ domini est. At uespera quartædecimæ lunæ, initiũ est diei quintædecimæ: erat ergo parasceue, qua dominus pascha suũ celebrauit, dies festus. Verum est tamen, eũ diẽ qui noctẽ paschæ sequitur, quisq; à mane incipit, & finit in uesperã, & ab Astronomis dies artificialis dicit, peculiariter diẽ solennẽ, siue ut Græce habetur ἑορτήν, & Hebraice H A G, tam paschæ q̃ azymorũ dici, luci ut potiori tri
7 buta denominatiõe. Septimo, nonnullorũ quæ obijci possent, dilutiõi, ut polliciti sumus, incumbendũ est. Dicet fortasse quispiã, id sibi uerũ nõ uideri, Iudæos scilicet, nõ celebrasse pascha suũ sabbato, siue in ea uespera, qua cœpit magnũ sabbatũ: cũ Ioãnes cap. undeuigesimo dicat: Erat aũt parasceue paschæ hora quasi sexta: ergo dies qua passus est dns, erat parasceue paschæ: quare & sabbati erat pascha. manducauerunt ergo Iudæi suũ pascha in uespera sabbati. Tribuimus ad intelligentiã euãgelistæ, qd tũc erat parasceue paschæ hora quasi sexta, sed imus inficias ex hoc seq,

Exodi. 12.

Leuit. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſabbati fuiſſe paſcha, ipſos q̃ Iudæos tũc ſuũ paſcha īmolaſſe, ac mãducaſſe. Nã lite
ra ſic diſtinguí põt: Erat aũt paraſceue, paſchæ hora fere ſexta, ubi paſchæ cũ hora
iũgit. Ex q̃ ſequit tũc diei paſchæ fuiſſe horã diurnã ferme ſextã, & illũ diẽ fuiſſe fe
ſtũ paſchæ, ac īmolatũ paſcha inter duas ueſperas, & manducatũ nocte præcedẽte.
Et paraſceuen illã, fuiſſe paraſceuen ſabbati, nõ paraſceuen paſchæ. Et ad hãc intel
ligentiã loquit Marcus, cap. 15. cũ ait: Quia erat paraſceue, quod eſt ante ſabbatũ,
Luc. 23. uenit Ioſeph ab Arimathia: ergo illa paraſceue, erat paraſceue ſabbati. Et Lucas:
Et dies erat paraſceues, & ſabbatũ illuceſcebat. Et ipſe Ioãnes ī calce huius capitis:
Ibi ergo, ꝓpter paraſceuen Iudæorũ, qa iuxta erat monumentũ, poſuerũt IESVM.
At quã obſecro uocãt paraſceuẽ Iudæorũ, niſi eã diẽ quæ, ꝓxime præcedit ſabbatũ:
ſic dictã, quod ī ea apparabant oĩa, quæ erãt ſabbato neceſſaria, in q̃ nõ licebat quic
quam apparari. Adde quod nõ, ꝓprie diceret dies præcedens paſcha, paraſceue pa
ſchæ: quia nihil ī die præcedẽti apparatur pro paſcha, neq; ex lege licet: ſed ī ueſpe
ra ipſa, cœpta iã die paſchæ, quæ incipit ab ipſa ueſpera. Ergo ex hoc Ioãnis nõ colli
gitur, ueſperã ſabbati fuiſſe ueſperã paſchæ, & Iudæos illa nocte paſcha ſuũ mandu
caſſe. At adijciet: Ioannes ſic Græce habet, ἦν δὲ παρασκευὴ· τοῦ πάσχα ὥρα ὡσεὶ ἕκτη: ubi
particula δὲ. ſubindicat ante id hora, diſtinctionẽ eſſe faciendã. Quid, ſi adiecta ſit,
cũ in antiquis exẽplaribus latinis nihil ei reſpõdeat: aut ſi nõ ſit adiecta, in alienum
tamen locũ trãslata ſit: cũ ita legendũ uideat, ἦν δὲ παρασκευὴ· τοῦ δὲ πάσχα ὥρα ὡσεὶ ἕκτη: id
eſt, Erat aũt paraſceue, paſchæ aũt hora ferme ſexta. Sed eſto etiã ſic diſtinguat, &
ſic diſtinguẽdũ ſit: qdnã aliud tũ intelligendũ eſt ꝓ paraſceuen paſchæ, niſi paraſce
uen, quæ erat una ẽ diebus paſchalibus. Sed quæret rurſum: Cur Ioannes uocat in
hoc capite diẽ illũ ſabbati magnũ, niſi qa ſabbatũ erat, & inſup paſcha. cũ ait: Iudæi
autẽ quoniã paraſceue erat, ut non remanerẽt in cruce corpora ſabbato: erat enim
magnus dies ille ſabbati. Nõ ea profecto ratiõe, quia ſabbatũ erat, & inſup paſcha,
uocat diẽ illũ ſabbati magnũ: ſed qa duplex erat ſolẽnitas, ſabbati ſcilicet & azymo
rũ, erat eñ ſecũda dies azymorũ: ſicut ſcriptũ eſt Exodi. 23. Solennitatẽ quoq; azy
morũ cuſtodies, ſeptẽ diebus comedes azyma. Rurſum ex Ioãne inſurget, dicẽs, Iu
dæos nõ comediſſe paſcha ī paraſceue, quare oportuiſſe eos comediſſe illud ī ueſpe
ra ſabbati. ſic eñ Ioãnes apte dicit: Erat aũt mane, & ipſi nõ introierũt in prætoriũ,
ut nõ cõtaminarẽtur, ſed ut mãducarẽt paſcha. Erat (inq̃t) mane. At cuius diei? Cer
te paraſceues: Et nõ mãducauerũt paſcha: ergo mãducaturi erãt illud ī ueſpera ſab
bati. Hoc ultimũ imus inficias, nã in prima ueſpera paraſceues īmolauerãt paſcha,
etſi forte multi eorũ nondũ manducauerãt: qa adeo nocte illa occupati fuerãt in ca
piẽdo & tenẽdo dño, quod timerẽt ne iã uẽditus elabi poſſet: qd hactenus nõ fue
rat eis ad edẽdũ paſcha ſatis ocij. Et hic Ioãnes uideť, nõ de uera comeſtiõe paſchæ
mẽtionẽ facere: ſed eos duplicis erroris taxare, nimiæ uigilantiæ in malũ, & nimiæ
negligẽtiæ in bonũ. Nimiæ quidem uigilantiæ in malum, quod ſic tota nocte occu
pati fuerãt in apprehẽdendo, cõdẽnando, & perdendo innocẽte. Nimiæ uero negli
gẽtiæ in bonũ, quod immolatũ paſcha debito tẽpore nõ mãducarãt, & hoc quidem
ſtudio cõprehendendi dominum: quia ſperarẽt, cũ adhuc mane eſſet, ſe poſſe, ſi nõ
intrarent prætoriũ, paſcha mãducare: quod tamẽ lex iubet citra mane mãducandũ,
dicẽte ſcriptura: Nec remanebit quicq̃ ex eo uſq; mane. Illud aũt innuere uideť Io
annes, cũ inquit: Erat aũt mane, et ipſi nõ introierũt in prætoriũ, ut nõ cõtaminaren
tur, ſed ut manducarẽt paſcha. Sed qd, ſi etiã illa nocte, licet multũ occupati, paſcha
manducauerint? ne tanta in eis arguat, etiã cõtra legẽ, negligentia. At quidnã tunc
per hũc ſermonẽ uellet Ioannes: Vt nõ contaminarent, ſed ut manducarẽt paſcha?
Certe nihil aliud, niſi, Vt manducarẽt cibũ paſchalẽ, id eſt azyma, ꝓ paſcha illũ intel
ligendo: quia ea dies quæ à mane ſequebatur noctẽ paſchæ, dicebatur ſolẽnitas pa-
ſchæ, &

ſchæ, & ſolennitas azymorũ: ut ſcribitur Numero. 28. Menſe autem primo, quar-
ta decima die menſis phaſe domini erit, & quintadecima die ſolennitas: & Leuiti.
23. Quintadecima menſis huius, ſolennitas azymorũ domini eſt. Non licebat aũt
niſi mundis azyma comeſſe. Porro nullo modo de manducatiõe paſchæ, nocte ue
ſperæ ſabbati, loqui intẽdit Ioãnes: Et quid mirũ? tunc eñ ſabbatũ erat ſextadeci-
ma menſis. Sed & euãgeliſtæ omnes ubi de ſabbato loquunť, & de nocte ſabbati,
ne minimũ quidẽ uerbũ de paſcha faciunt: ſed ſolũ ubi loquunť de nocte paraſce-
ues: qd etiã certũ eſt indiciũ, nullos Iudæos tunc, in ueſpera ſcilicet ſabbati, paſcha
ſuũ egiſſe, ſed celebraſſe ſabbatũ, & inſuper cum ſabbato ſecundã diẽ celebritatis
azymorũ. Cõſtat ergo ratũ eſſe, qd tertio loco fuit oſtenſum. At ei qd ſexto loco
monſtratũ eſt, ſcilicet paraſceuen qua dñs mãducauit paſcha, & etiã paſſus eſt, diẽ
feſtũ fuiſſe, uident nõnulla aduerſari. Primo id Marci ca. 14. Et quærebãt ſummi ſa
cerdotes & ſcribæ quomõ eũ dolo tenerẽt & occiderẽt, dicebãt aũt: Non in die fe-
ſto, ne forte tumultus fieret in populo. Ergo nõ in die feſto cõprehenderunt eũ &
occiderũt. Quanq̃ nõ cõprehenderunt eũ ἐν τῇ ἑορτῇ (ut illic apud Marcũ habet) id
ẽ in feſtiuitate, cũ feſtiuitas de luce tm̃ dici ſoleat, ut infra dicemus: cõprehenderũt
tm̃ eũ in die feſto, nimirũ nocte ꝓcedente feſtiuitatẽ, quæ cũ feſtiuitate dies unus,
ſanctus quidẽ ac ſolennis eſt. Qd haud temere factũ fuit. Nã paſcha typicũ, ſolũ in
die feſto immolari oportebat: quare multo magis & ipſum, qd ſolũ erat uerũ, q eſt
CHRISTVS, ꝓ omniũ ſalute immolatus, qui & erat agnus ille per ſpiritũ ſanctũ
ꝓcurſori demonſtratus, qui ſolus tollebat peccatũ mũdi. Dicebãt aũt, οὐκ ἐν τῇ ἑορτῇ:
nõ q̃ omnino ac ſimpliciter nollẽt eũ in die feſto capi, ſed q̃ timerent ne tumultus
fieret in populo. Et Iudas tradidit eis modũ, quo ſine tumultu populi capi poſſet,
nocte ſcilicet adductis militibus, id eſt tribunitia cohorte, cũ multa clientũ & famu
lorũ turma & armis. Cuius rei faciundæ facultatẽ nõ dedit eis dñs, niſi in die feſto,
ſcilicet ea nocte qua celebratũ eſt paſcha. Nihil itaq̃ curarũt de die feſto: quandoq
dẽ die feſto noctu, cũ ſcirẽt nõ potuiſſe tũc tumultũ excitari in populo, apprehẽde
runt eum: & ante condẽnarunt & tradiderunt præſidi, morti adiudicandũ, cũq̃ popu
lus quicq̃ ſciret, aut tumultus excitari poſſet. Cæterũ quãdo paſſus eſt, feſtiuitatẽ
fuiſſe ex factis Pilati intelligere poſſumus, dicente Matthæo: Per diẽ aũt ſolennẽ
cõſueuerat præſes populo dimittere unũ uinctũ quẽ uoluiſſẽt. Et Marco: Per diẽ
aũt feſtũ ſolebat populo dimittere unũ uinctũ quẽ uoluiſſẽt. Et Luca: Neceſſe aũt
habebat dimittere eis per diẽ feſtũ, unũ. Et ipſo Pilato apud Ioannẽ: Eſt aũt cõſue-
tudo uobis, ut unum dimittã uobis in paſcha. Audis Matthæũ dicentẽ, per diem ſo
lennem: & Marcum & Lucã, per diem feſtum: at quid eſt, per diem ſolennẽ, per di-
em feſtum, ſiue ut Græce habetur apud illos ἐν τῇ ἑορτῇ, & apud iſtum κατὰ τὴν ἑορτὴν,
niſi in feſtiuitate? Et Ioannẽ in paſcha: at quid etiã eſt, in paſcha, niſi in die paſchæ?
quandoquidem in ueſpera qua hæc dies cœperat, immolatum fuerat paſcha, & illa
nocte manducatum. Adijciet Ioannem cap. 13. diximſſe: Ante diem feſtum paſchæ,
ſciens IESVS quia uenit hora eius, ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem: cum dile-
xiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et continuo ſubiunxiſſe de cœ
na, qua dominus manducauit agnum paſchalẽ cum diſcipulis ſuis. Et cœna facta,
cũ diabolus iam miſiſſet in cor, ut traderet eũ Iudas Simonis Iſcariotes, & reliqua
quæ ſequunť: quæ myſteria in nocte paraſceues facta continere, certo cognoſcun
tur. Ergo nondũ erat dies feſtus paſchæ. Ante diem feſtũ, inquit, paſchæ. Hoc in-
genue fateor, illa myſteria facta fuiſſe in paraſceue, & ante diẽ feſtũ paſchæ, id eſt
ut Ioannes habet, πρὸ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, ante feſtiuitatem paſchæ, ſed non ante di-
em paſchæ, πρὸ τῆς ἡμέρας τοῦ πάσχα: nam aliud eſt ἡ ἑορτὴ τοῦ πάσχα, id eſt feſtiuitas pa-
ſchæ, & ἡ ἡμέρα τοῦ πάσχα, id eſt dies paſchæ. Item ἡ ἑορτὴ τῶν ἀζύμων, id eſt feſtiuitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

azymorum, & ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, id est dies azymorum: quia dies continet noctem & lucem sequentem, festiuitas uero ipsam lucem tantũ: quod etsi deprehendi possit ex ijs, quæ partim in secũdo monstrato dicta sunt, partim in sexto: adhuc tamen & hic, ut planius euadat, ostendamus. Scribitur Numerorum uigesimooctauo: Mense autem primo, quartadecima die mẽsis, phase domini erit, & quintadecima die, solennitas. Item Leuitici uigesimotertio: Mense primo, quartadecima die ad uesperã phase domini est, & quintadecima die mensis huius, solẽnitas azymorũ domini est. Vnde cõstat, ipsam tantum lucem sequentem noctem comestionis paschæ & azymorum, dici ΗΑΓ, id est solennitatem. & ἑορτὴν pro quo fere semp nostra tralatio habet diem festum. At quod dies, noctem & lucem simul cõplectatur, ex Luca uigesimosecundo perspicuum est, dicente: Venit autem dies azymorum, ἦλθε δὲ ἡ ἡμέρα τῶν ἀζύμων, in qua necesse erat occidi pascha. Nam si oportebat in die azymorum occidi pascha, & pascha nõ occidebatur, nisi inter duas uesperas, id est in crepusculo ante noctem: ergo crepusculum cum nocte erat pars diei azymorũ, quare & diei paschæ, cum idem sint: quod erat ostendendum. Cæterum tota dies azymorũ erat sancta & uenerabilis: ut scribitur numerorũ uigesimooctauo: Septẽ diebus uescentur azymis, quarũ dies prima uenerabilis & sancta erit: etsi festiuitas ipsa luci tantum tribui uideatur. Proinde cũ in euangelio legimus, diem festũ, siue diem solennem: per ea, festiuitatẽ siue solennitatem intelligere debemus, ne homonymia fallamur. nam illa, diem quoq; sanctum atq; celebrẽ significãt. Quod ergo dicitur in Ioanne, Ante diem festũ paschæ: id perinde est ac, Ante festiuitatẽ paschæ, utpote nocte præcedente lucẽ festiuitatis paschalis. Ex hoc ergo nõ colligitur, parasceuen illam non fuisse diem paschæ, & sanctã quidem atque solennem. His adijciet: In eodem capite Ioannes scribit dominũ dixisse Iudæ: Quod facis, fac citius. & cõtinuo subiungit, Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidã enim putabant, qa loculos habebat Iudas, quod dixisset ei IESVS: Eme ea quæ opus nobis sunt ad diem festum. ergo tunc non erat dies festus. Imo ex hoc crediderim magis euangelistam innuisse diem illũ fuisse festum, perinde ac si illi sic intellexissent, Eme ea quæ nobis opus sunt ad solennitatẽ, quæ scilicet proxime illam noctem à mane sequebatur. tunc enim erat nox uesperæ quartædecimæ diei, dies autẽ proxime à mane sequẽs solennitas paschæ. At dices: Si dies ille fuisset festus, nõ licuisset illa fieri, quæ in eo facta fuere. In die paschæ & alijs diebus azymorũ (excepto sabbato) licebat multa facere, quæ non licebat in sabbato: ut & licere putabant consultare, sententiam ferre, tradere gentibus iudicandum & condemnandum, etiã innocentem, quod & ipsi fecere, ut confusibiliore morte CHRISTVS, quẽ tanto odio
Psal. 115. persequebãtur, moreretur. Et ut etiã prophetia impleretur: Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius, in atrijs domus domini, in medio tui Hierusalem. In nulla enim celebritate primo die sic conueniebant, ut in die paschæ: qa tunc omnibus necesse erat ut Hierosolymis pascha occiderẽt. In alijs autẽ festiuitatibus ueniebãt alijs diebus: quod ex Ioannis septimo cognoscitur, cũ loquitur de festo tabernaculorum, quæ scenopegia dicitur, ad quod cũ medium eius adesset dñs ascendit. Ex his arbitror pmanifesta esse, quæ nos hic de hac re dicturos, si diuinus nobis adesset fauor, in Matthæo polliciti fueramus. Nũc ad literã reuertamur. Quia ergo ingredi noluerũt, egressus est ad eos Pilatus, uolẽs itelligere qua occasiõe hominẽ uinctũ, quod erat indiciũ admissi sceleris morte digni, ad se perduxissent, inquiẽs: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Cum reuera non haberent, quã pro ueritate afferre possent: uoluerũt (ut nulla audita causa) authoritati, prohitati, & sanctitati suæ, id est maledictæ hypocrisi fide adhibita, cõdemnaret eum Pilatus, dicentes: Si non esset hic malefactor, nõ tibi tradidissemus eũ. O perfidi, non ne

estis de

estis de numero eorũ, de qbus spũs sanctus psalmo nonagesimo tertio dicit: Vsq; quo peccatores, domine, usq; quo peccatores gloriabuntur? Effabuntur & loquentur iniquitatẽ, loquẽtur omnes qui operãtur iniusticiã? At Pilatus uidẽs ex eorũ responsione, quod sua malignitate iustũ perdere uolebãt: & latere ipsum, quã ob causam illũ, quasi dignũ morte ipsi tradiderãt: ne incognita causa condẽnaret eum, reiecit facinus in eos, ac dixit: Accipite eum uos, & secundũ legẽ uestrã iudicate eum. ostẽdendo moris non esse iudicij Rhomanorum, condemnare quenquã, nisi cognita causa: & innuendo quod si id esset legis eorũ, condẽnaret eum secundum legem suã. At ipsi ad mẽdacia cõfugientes, dixerunt: Nobis nõ licet interficere quenquã.
At hoc, mendacium erat. Non ne enim paulo ante, mulierẽ lapidandã domino ob- Ioan. 8.
tulerant? Non ne & lapides prius iecerãt in eũ ut lapidarẽt? Sed hoc factum est, ut sermo IESV impleretur quẽ dixit, significãs qua morte esset moriturus. Hoc & uelate dixit prius apd Ioannẽ, capite duodecimo, numero nonagesimonono: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Et subdit Ioannes: Hoc autem dicebat, significãs qua morte esset moriturus. Et aperte apud Matthæum capite uigesimo: Filius hominis tradetur principibus sacerdotũ & scribis, & cõdemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendũ, & flagellandũ, & crucifigendũ, & capite uigesimosexto: Filius hominis tradetur, ut crucifigat. Videtur ergo à Iudæis tunc ablata crucifigendi potestas: etsi adhuc haberẽt aliter interficiẽdi potestatem. Sed ubi Pilatus noluit iudicandi nõ audita accusatione authoritatẽ suscipere, cœperũt dominũ falso accusare in multis, ex Luca capite uigesimotertio, ut quod subuerterat gentem, quod prohibuerat tributũ dari Cæsari, quod se dixerat CHRISTVM regẽ esse: quæ Ioãnes suppressit, qa ex alio disci poterãt. At Pilatus, quod subuertisset gentẽ, neq; omnino credebat, neq; admodũ curabat. Quod prohibuisset tributum dari Cæsari, falsum esse scire potuerat. Quod autẽ se diceret regẽ, hoc erat magis cõtra Cæsarẽ & Rhomanorũ edictũ, & quod ad forũ suum pertinebat: & ideo ingressus est prætoriũ, & accersito IESV, dixit ei: Tu es rex Iudæorum? Et dominus, qui reuera erat rex Iudæorum: & nõ solum rex Iudæorũ, sed & rex regũ, & dominus dominorum, rex regnantium & dominus dominantium: respõdit Pilato: A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Vbi non interrogat, quasi qd nesciret id scire uellet, sed ut admoneret eum sui officij. Et Pilatus, ut innueret id à se nõ esse, respõdit: Nũquid ego Iudæus sum? Gens tua, & põtifices tradiderunt te mihi, ac si diceret: Cũ ego Iudæus nõ sim, nec intelligam illa quæ sunt ritus Iudæorum, id à meipso nõ dico, sed ab alijs, nimirũ à Iudæis & principibus sacerdotũ, qui ob id quoq; tradiderunt te mihi, ut malefactorem & morti obnoxium, quia dixeris te regẽ Iudæorum. Quod & uerũ erat, teste Luca. Et surgẽs (inquit) omnis multitudo eorum, duxerunt illũ ad Pilatum. Cœperunt autẽ illum accusare, dicẽtes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentẽ tributa dari Cæsari, & dicentem se CHRISTVM regem esse. Et quia dominus nõ respõderat ad quæsitũ, rursum interrogat eum, dicẽs: Quid fecisti? quasi dicat: Dixisti te esse regẽ Iudæorum, an quippiã aliud admisisti? Cui dominus respõdit, non quid fecisset unde tradi debuisset, quia nihil fecerat: sed regnũ Iudæorũ propter quod accusabatur, causam esse nõ debuisse, ob quam tradẽdus fuisset: Regnũ meũ (inquit) nõ est de hoc mundo, regnum meũ non est carnale, sed spirituale: nõ est terrenum, sed cœleste. Quare neq; Cæsaris, neq; ullius terrenæ potestatis est, neq; ius eorũ aliquod tollit. Si ex hoc mundo esset regnum meũ, ministri mei utiq; decertarẽt, ut nõ traderer Iudæis. Si regnum meum esset mundanum, carnale, terrenũ: ministros haberẽ mũdanos, carnales atq; terrenos, & e mũdo esset regnũ meũ: quod si ita res haberet, ministri mei utiq; decertarẽt, ut nõ traderer Iudæis: nunc autem regnũ meũ nõ est hinc, nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

est e` mundo, sed est e` cœlo: non est ab homine, sed est à deo: nõ est temporale, sed est æternum. Auditis uerbis IESV, Pilatus collegit, Ergo rex es tu? Quã collectionem dominus approbat, dicens: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimoniũ perhibeã ueritati. Tu dicis, & probe quidem, quia rex sum ego: rex absolute, nõ particularis, sed uniuersalis, rex omniũ cœlestium & terrestriũ. Et in hoc natus sum, æterna etiã generatione, & rex quidem natus sum, nam is de quo psalmo secundo dicitur, Ego autẽ constitutus sum rex ab eo super Sion montẽ sanctũ eius. & psalmo uigesimotertio: Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. & infra: Dñs uirtutũ, ipse est rex gloriæ. Et psalmo quadragesimoquarto: Cõcupiscet rex decorem tuum, quoniam ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eũ. Et in Zacharia iuxta intelligentiam Hebraicã: Ecce rex tuus ueniet tibi, iustus & saluatus ipse. Et iuxta eandẽ intelligentiã in Deuteronomio: Beatus tu Israël. Quis ut tu, populus saluatus in dño? Et in Esaia: Dicite filiæ Sion, ecce salus tua ueniet. Saluatus autẽ & salus dicitur: quia in eo solo saluato, omniũ saluatio est, & omniũ salus: adeo` ut ipse unus dicatur saluatus, & eius saluatio sit omnium saluandorũ cũ eo, & in eo saluatio. Quod Esaias innuit, cum subiũgit: Ecce merces eius cum eo, & opus eius corã illo. Et quæ merces, & quod opus, aperit, cũ subnectit: Et uocabũt eos populus sanctus redempti à domino. Merces, oẽs saluati in eo: Opus, redemptio. Sed quomodo sit facta redemptio, expressit per sequẽtia. Quis est hic, qui uenit de Aedom, tinctis uestibus de Bosra; iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ; & quæ sequũtur: quæ exprimunt passionẽ, ex inferis uictoriã, & gloriosam resumpta immortalitatis stola resurrectionẽ: quod opus paulo post rex omniũ nesciẽte Pilato quid faceret, erat impleturus. Et subdit ad Pilatũ: In hoc natus sum, ut testimonium perhibeam ueritati. & hæc natiuitas, æterna: & testimoniũ æternum. Et ad hoc ueni in mundum & caro factus sum, ut testimoniũ perhibeam ueritati: & hæc natiuitas, temporalis: & testimoniũ, tẽporale, ut id quod in æternitate erat definitum, explicaretur in tempore. In mũdo enim natus sum, & sumpta carnis trabea ad hoc ueni in mundum, ut testimoniũ perhibeam ueritati: ueni à deo ad homines, à cœlo ad terram, ut sim testis ueritatis: & huius quidem ueritatis, sine qua nulla potest esse ueritas. Quia omnis qui est ex ueritate, audit uocem meã: omnis qui uerax est, omnis qui est ex parte ueritatis, audit uocẽ meã, siue in cœlo, siue in terra. Et audiunt uocem eius, cũ se insinuat ueritas: & ij quibus se insinuat, obediunt ei. Se insinuat angelis & fidelibus, & obediũt: & ideo hi ex ueritate sunt, & audiũt uocẽ eius. Sed dæmones & reprobi homines, non obediunt uoci eius. Idcirco ex ueritate nõ sunt, neq; audiũt uocem eius: aut si audiũt, imperfecte audiũt, & hoc perinde est ac si non audirent: minus tamen noxium esset eis, si non audirẽt. Vt autẽ audiuit Pilatus dominũ dicentẽ: Omnis qui est ex ueritate, audit uocẽ meam: interrogat dominũ magis curiose, quàm ueri discẽdi cupiditate, hoc modo: Quid est ueritas? Sed curiositate quæstionis neglecta, cum ei in mentem uenisset, unũ solere dimitti in pascha, nõ expectauit responsum domini. Quod innuit Ioannes, subdẽs. ¶ Et cũ hoc dixisset, iterũ exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullã inuenio in eo causam. Est autem consuetudo uobis, ut unum dimittam uobis in pascha: Vultis ergo dimittã uobis regem Iudæorũ? Clamauerũt rursum oẽs, dicentes: Non hunc, sed Barabban. Erat autẽ Barabbas, latro. ¶ Quod dixit Iudæis, Ego nullã inuenio in eo causam: hoc uere` dixit, qa quæ ipsi maxie uideri poterat, hæc erat, quod se dixisset regẽ Iudæorũ, sed mundanũ, tẽporalẽ, ac terrenũ: qualẽ dominus se nõ dixisse, ei manifestauit, cum dixit: Regnũ meum non est hinc, id est non mundanæ conditionis. Volens itaq; liberare dominũ, cum secundum consuetudinẽ soleret Iudæis unum e` uinctis dare liberũ,

Zach. 9.
Deut. 33.
Esaiæ. 62.
Esaiæ. 63.
136

dare liberũ, duorũ eis optionem facit: uidelicet CHRISTI, qui erat filius patris æterni, & Barabbæ q erat filius patris oppositi; nam Βαραββᾶς Barabbas, cũ simplici r, & duplici b scribitur, filiũ patris interpretantur: cũ aũt duplici r, & duplici b, filiũ magistri: uerũ in codicibus & Græcis & Latinis, sed uetustis scribit primo modo, ut filiũ patris interpretari debeamus: sed cuius patris? profecto diaboli: quod exprimit conditio, quam illi Euangelista adijcit. Erat aũt Barabbas, latro. Et quis est latro, nisi qui à principio furatur animas deo? Et ex alio quoq; Euangelista, Barabbas erat homicida. Dimisit aũt illis, inquit, eum, qui propter homicidium & seditionẽ missus fuerat in carcerem, quẽ petebant: & quis homicida, nisi diabolus, qui (dicente ueritate cap. 8. huius) homicida erat ab initio? Quis seditiosus, nisi qui incensor est seditionũ, & seminator discordiarũ inter fratres? Arbitrabatur ergo Pilatus eos petituros, & IESVM absolui, & Barabban latronẽ, homicidã & seditiosum pdi, sed longe aliter euenit atq; opinabatur: nam filiũ æterni patris perdi, & filiũ diaboli absolui petierũt. Et in hoc quod Barabban elegerũt, & IESVM refutarũt diabolũ sibi delegerũt, & deũ ablegauerũt. Quæ eñ expressior esse potuit figura dei q̃ CHRISTVS, qui imago dei est, & character substantiæ eius? Et quæ diaboli, q̃ Barabbas insignis ille latro, homicida, seditiosus? quanq̃ etiam & Barrabbas, ut filius, id est discipulus magistrũ; sic & ipsos sacerdotes, scribas, & pharisæos in seipso exprimebat. O infelicissima cõmutatio, filij dei cum filio diaboli, dei cum diabolo. Sed o immensa & incomprehensibilis filij dei charitas, pietas, benignitas? Filius dei traditur morti ab hominibus, & ipse ab eis mortẽ aufert. Vita aufertur ei ab hominibus, & dat omnibus uitã. Volẽtibus ipsi mala, bonũ uult, & tantũ quidẽ ut omne bonũ excedat. Quod & largitur, & largiri uult omnibus uolentibus, mõ bonitas eius intelligatur, quia uult; & charitas eius cognoscatur, quia amat. Ergo ad tantæ bonitatis abyssum confugiamus, & nos charitati eius immmergamus, & uoluntati eius penitus permittamus: gratias æterno patri per ipsum agentes, cui se pro nobis obtulit, ut ingratos ipsam quoq; uitam refugientes, imo` uerius mortuos uiuificaret: & eos qui ipsum ex regno terreno pepulerant, regni æterni participes efficeret: cõfitentes nũc, illũ solũ regẽ nostrũ, redemptorẽ nostrũ, uiuificatorẽ nostrũ, cũ æterno patre regnantẽ, disponentẽ, moderantemq; oĩa. Vni ergo deo, patri, filio, & spiritui sancto, honor, gloria, & potestas, regnũ, imperiũ, & uictoria, in omnia & super omnia seculorum secula, Amen.

Luc. 23.

CAPVT NONVMDECIMVM.

Vnc ergo apprehendit Pilatus IESVM, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & ueste purpurea circũdederunt eũ. Et ueniebant ad eũ, & dicebant: Aue rex Iudæorum, Et dabant ei alapas. Exiuit iterũ Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco uobis eũ foras, ut cognoscatis qa in eo nullã inuenio causam. Exiuit ergo IESVS portans coronam spineam, & purpureum uestimentum. Et dicit eis: Ecce homo. Dũ ergo uidissent eũ pontifices & ministri, clamabant dicentes: Crucifige crucifige eũ. Dicit eis Pilatus: Accipite eũ uos, & crucifigite: ego enim nõ inuenio in eo causam. ¶ Responderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Cũ ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prætoriũ iterum, & dicit ad IESVM: Vnde es tu? IESVS autem respon-

137
5
10
138

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum nō dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi nō loqueris? Nescis quia po-
testatē habeo crucifigere te, & potestatē habeo dimittere te? Respōdit IE 15
SVS: Nō haberes potestatē aduersum me ullam, nisi tibi datū esset desup.
Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatū habet. Et exinde quærebat
Pilatus dimittere eū. Iudæi aūt clamabāt, dicētes: Si hūc dimittis, nō es a-
139 micus Cæsaris: omnis em qui se regē facit, cōtradicit Cæsari. ¶ Pilatus au
tē cū audisset hos sermones, adduxit foras IESVM, & sedit pro tribunali, 20
in loco qui dicitur lithostratos, Hebraice autē gabatha. Erat aūt parasce-
ue paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis: Ecce rex uester. Illi aūt clama-
bant: Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem uestrum crucifi
gam? Responderunt pontifices: Non habemus regē, nisi Cæsarē. Tūc er-
go tradidit eis illū, ut crucifigeretur. Susceperunt autem IESVM, & eduxe- 25
runt eū. Et baiulans sibi crucē, exiuit in eū, qui dicitur caluariæ locū, He-
braice autem golgotha: ubi crucifixerunt eum, & cū eo alios duos hinc &
hinc, medium autem IESVM. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit
super crucem. Erat autem scriptum, IESVS Nazarenus rex Iudæorū. Hunc
ergo titulum multi Iudæorū legerūt, quia prope ciuitatem erat locus ubi 30
crucifixus est IESVS. Et erat scriptū Hebraice, Græce, & Latine. Dicebant
ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli scribere rex Iudæorum: sed quia
140 ipse dixit, rex sum Iudæorū. Respōdit Pilatus: Quod scripsi scripsi. ¶ Mi
lites ergo cū crucifixissent eū, acceperunt uestimenta eius (& fecerunt qua
tuor partes, unicuicq; militi partem) & tunicam. Erat autem tunica incōsu- 35
tilis, desuper contexta per totū. Dixerūt ergo ad inuicē: Non scindamus
eā, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleret dicēs: Partiti sunt
uestimenta mea sibi, & in uestē meam miserūt sortē. Et milites quidē hæc
fecerunt. Stabant autem iuxta crucē IESV mater eius, & soror matris eius,
Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cū uidisset ergo IESVS matrē & 40
discipulū stātē quē diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. De
inde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus
141 in suam. ¶ Postea sciens IESVS, quia omnia consummata sunt, ut consum-
maretur scriptura, dicit: Sitio. Vas autem erat positū aceto plenum. Illi au
tem spongiam plenam aceto, hysopo circūponentes, obtulerunt ori eius. 45
Cū ergo accepisset IESVS acetū, dixit: Consummatū est. Et inclinato capi-
142 te tradidit spiritū. ¶ Iudæi ergo, quoniā parasceue erat, ut nō remanerent
in cruce corpora sabbato (erat em magnus dies ille sabbati) rogauerūt Pi
latū, ut frangerētur eorū crura & tollerentur. Venerūt ergo milites, & pri
mi quidē fregerūt crura, & alterius qui crucifixus est cū eo. Ad IESVM au- 50
tem cū uenissent, ut uiderūt eū iam mortuū, non fregerunt eius crura: sed
unus militū lācea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Et
qui uidit, testimoniū perhibuit, & uerum est testimonium eius. Et ille scit
quia uera

quia uera dicit, ut uos credatis. Facta sunt em hæc, ut scriptura impleret:
55 Os non cōminuetis ex eo. Et iterū alia scriptura dicit: Videbunt in quem
transfixerunt. ¶ Post hæc autē rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo 143
quod esset discipulus IESV, occultus autem propter metum Iudæorū, ut
tolleret corpus IESV. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus IESV
Venit autem & Nicodemus, qui uenerat ad IESVM nocte primum, ferēs
60 mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum. Acceperunt autem cor-
pus IESV, & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis
sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monu-
mentum nouū, in quo nondū quisquā positus erat. Ibi ergo propter para
sceuen Iudæorum: quia iuxta erat monumentum, posuerunt IESVM.

ANNOTAT. BREVES XXXVI. CIRCA LITERAM CAP. XIX.

3	circundederūt eum.		τὸν Ιησοῦν		ἐκείνου
	– Et uenieba̅t ad eū,		IESVM		genitiuus,
7	IESVS* ἔξω foras	36	desuper	52	aperuit,
11	secundū legem* ἡμῶν		ἐκ τῶν ἄνωθεν		ἔνυξε
17	Et exinde (nostrā		à summis		pupugit
	ἐκ τούτου	41	stantem	54	dicit, ut
	Ex eo. s. tempore		παρεστῶτα		– &
18	dimittis,		astantem	56	transfixerunt.
	ἀπολύσῃς	42	discipulus* ἐκεῖνος ille		ἐξεκέντησαν
	dimiseris,	43	in suam.		pupugerunt
	absolueris		εἰς τὰ ἴδια	56	Post hæc
19	omnis – enim		in sua		– autem
20	hos sermones		plurale, neutrum,	56	eo quod esset
	τοῦτον τὸν λόγον	43	omnia		ὤν
	singularia		* ἤδη iam		cum esset
21	Lithostratos,		Vas autem	60	Acceperunt autem
	λιθόστρωτον		σκεῦος οὖν		ἔλαβον οὖν
	Lithostrotos		Vas igitur		Acceperunt ergo
26	sibi crucem,	45	plenam	61	eum
	τὸν σταυρὸν αὐτοῦ		πλήσαντες		αὐτὸ
	crucem suam		impletam		ipsum. s. corpus
34	eum.	48	ille		neutrum.

COMMENTARIVS IN CAPVT NONVMDECIMVM.

Vid fecerit Pilatus postea; Iudæi clamauerūt, se nolle IESVM ab-
solui, sed Barabban, subdit Ioannes, dicens. ¶ Tūc ergo apprehēdit 139
Pilatus IESVM, & flagellauit. Et milites plectentes coronā de spi-
nis, imposuerūt capiti eius, & ueste purpurea circūdederūt eū Et ue
niebāt ad eū, & dicebāt: Aue rex Iudæorū. Et dabant ei alapas. Exi-
uit iterū Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco uobis eū foras, ut cognoscatis, quia
nullā iuenio in eo causam. Exiuit ergo IESVS portās coronā spineā, & purpureū
uestimentū. Et dicit eis: Ecce hō. Cū ergo uidissent eū pōtifices & ministri, clama
bāt, dicētes: Crucifige crucifige eū. Dicit eis Pilatus: Accipite eū uos, & crucifigite:
Ego em nō inuenio in eo causā. Apprehēdit Pilatus IESVM, & flagellauit. Opor
tebat

Universidad de Deusto Biblioteca

Marc.10. tebat eũ uerbũ IESV, quod dixerat apud Marcũ de filio hominis qui idem ipse e-
Luc.18. rat, impleri: Et tradent eũ gẽtibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabũt eũ: & apud Lucam: Tradetur eũ gentibus, & illudetur, & flagellabitur. Et nõ modo flagellauit eũ, sed & milites illuserunt ei, conspuerunt eũ, & reliqua compleuerunt, quæ ipse prædixerat. Hæc eũ erat patris uoluntas, ut pro insanijs nostris illuderetur ei: pro immundicijs nostris conspueretur: pro delicijs nostris, quibus deũ & uitã spiritus relinquimus, flagellaretur: pro ambitionibus nostris, purpura in cõtemptũ indueret: pro inuerecundijs nostris, quibus iugiter deũ offendimus, alapis cæderet: pro superbijs nostris, quibus deũ contẽnimus, spinea corona sacro capiti eius imponeretur: & pro uanitatibus nostris, arundo in manibus eius poneret: ubi spina ostendit, quantũ tormentũ allatura sit mundanis superbia: & arundo, cũ ꝓ insta bilis & inconstans huiusmodi gloria. Sic dominus patri suo satisfaciebat pro uniuerso genere nostro. Et ut pater hæc uolebat, sic & filius se deo patri pro omnibus hominibus offerebat. Quod per id quod sequitur, intelligitur. Exiuit iterũ Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco uobis eũ foras, ut cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo IESVS portans spineam coronã, & purpureũ uestimentũ. Et dicit eis: Ecce homo. Pilatus adduxit IESVM foras, portantẽ coronã spineã & purpureũ uestimentũ, & facie & reliquo corpore contusum, ut de eo dicat Esa-
Esaiæ.53. ias: Nõ est species ei neq; decor, & uidimus eũ, & nõ erat aspectus, & desideraui mus eũ despectũ & nouissimũ uirorũ, uirũ dolorũ. Dixit ergo Pilatus: Ecce adduco uobis eũ foras, ut cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam. Testatur ergo Pilatus nullã esse in eo, ut illa pateretur, causam. Et hoc uerũ erat. Quod & alij cognoscere debuerant. Verũtamen haud sine causa illa patiebat, quia nostra causa & uoluntate Pilati & patris æterni: sed alia huius & illius. Nã uoluntate quidem Pilati hæc patiebat: ut ipse, populo cõmiseratiõe moto, à morte liberaretur. Volũtate aũt patris, ut satisfaceret pro peccatis totius mundi, & mundus à pœnis liberaretur æternis: & ut illa hactenus passus, nõ à morte eriperetur, sed morte sua mundũ (licet ingratũ & oia mala cõmittentẽ) à morte eriperet. At non pro uolũtate Pilati aliquid factũ est, neq; illa profuit quicq;: sed pro sola bona uoluntate patris. Et Pilatus nesciebat neq; quid dicebat, neq; quid faciebat: dabat tamẽ illi qd dicebat cũ aiebat: Vt cognoscatis quia nullã inuenio in eo causam. Et paulopost, Ecce homo. Et quis homo? Homo perfectione uniuersalis, nõ particularis homo. Homo totũ genus hũmanũ in se ferens, & ueritatẽ ipsam ad cuius similitudinẽ oĩs homo
Esaiæ.53. creatus est. Homo de q̃ dicit diuinũ oraculũ: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Homo uulneratus propter iniquitates nostras, & attritus ꝓpter scelera nostra: in eo eũ nõ erat causa, sed in nobis, id est in ijs q̃ fuerãt & qui erant, & qui futuri erant. Hic est homo, in quo posuit dñs iniquitatẽ omniũ nostrũ. Et præsentatus est populo pro quo hæc patiebatur, & deo patri pro cuius uoluntate hæc patiebatur, & repudiatus ab hominibus, acceptatus est à deo patre pro omnibus hoĩbus: adeo incõprehensibilis est erga peccatores omnes etiam in dignissimos, æterni patris charitas ob dilectissimũ filiũ suum, qui uoluit omnes omnium hominũ offensas in seipso portare, & (ut nemo diffidere possit) uere portauit. Et quomodo repudiatus sit ab hominibus, manifestatur cũ dicitur: Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri, clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Pontifices, omnẽ clerum qui ab Adam ad finẽ usq; mundi transierunt, & transituri sunt repræsentant: & ministri, omnem populũ, & qui fuit ab exordio mundi, & qui est, & qui futurus est usq; ad terminum eius. Et hi omnes causa sunt crucifixionis IESV: & hoc est, clamare. Crucifige crucifige eum. Quis eũ sine peccato præter ipsum, & si quem deus propter ipsum uoluit esse expertẽ peccati? quod de tem

plo, ex

plo, ex quo suam gloriosam carnem sumere uoluit, quid prohibeat esse credendũ? Omnes ergo crucifixerunt eũ, nisi excipias Virginem, quæ cũ eadem caro esset, simul cum eo crucifixa est, & hoc in spiritu: eadẽ eũ & uirginis & CHRISTI caro. Sed id multo magis, quod idem CHRISTI & uirginis spiritus: huius per gratiã, istius per naturam, unde uniuersalis salus. At Pilatus nolebat eũ crucifigere dicẽs: Accipite eũ uos, & crucifigite: ego eũ nõ inuenio in eo causam. Pilatus tamẽ eũ crucifigebat, etsi id nolle se dicebat: crucifigit eũ eum omnis qui peccat. An nõ peccabat? Quomõ ergo dicebat, Accipite eũ uos & crucifigite? quo modo potestatem alijs dabat, si dare poterat: quandoquidem id non potuissent, nisi data potestate: potuissent aũt, quantum ex hominibus erat, facta sibi ab ipso potestate. Verum, CHRISTVS potestate facta ab hominibus crucifigi nõ poterat, & uerbũ eius impleri oportebat, quo dixerat: Tradent eũ gentibus ad illudendũ & flagellandũ, & crucifigendũ. Pilatus autẽ hanc potestatem non ab hominibus habebat, sed à deo. Pilatus significat eos quibus satis est nolle grauia peccata committere: & qui putant minora admisisse, iusticiam esse, dummodo sic maius peccatũ, & execrabilius uitetur: quod Pilato accidit, qui nullo iure flagellari, opprobrio affici, & spina coronari fecerat IESVM, ne adiudicaret eũ morti, quibus insuper nihil est curæ, si alij admittant grauia illa peccata, etiã facta ab ipsis (si illi uelint) potestate. Et hi, ut plurimũ, & in priora, & in ea quæ maxime uitare cupiunt (ut & ipse Pilatus) incidunt.

» Quod ex ijs aperte cognoscitur, quæ subdit Ioannes dicens. Responderunt ei 138
» Iudæi: Nos legem habemus, & secundũ legem debet mori, quia filium dei se fecit.
» Cũ ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prætoriũ
» iterum, & dicit ad IESVM: Vnde es tu? IESVS aũt respõsum non dedit ei. Di-
» cit ergo ei Pilatus: Mihi nõ loqueris? Nescis, quia potestatẽ habeo crucifigere te,
» & potestatẽ habeo dimittere te? Respondit IESVS: Non haberes potestatẽ aduer
» sum me ullam, nisi tibi datũ esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi maius pec
» catũ habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eũ. Iudæi aũt clamabãt, dicẽtes:
» Si hũc dimittis, nõ es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regẽ facit, cõtradicit Cæ
» sari. Respõderũt Iudæi: Nos legẽ habemus, & secũdũ legẽ debet mori: quia filiũ
» dei se fecit, filiũ dei se dixit, se confessus est, se asseruit. Quãdo? Cũ cæco nato dixit,
» Tu credis in filiũ dei? & scisciranti quisnã eẽt, respõdit: Qui loquit tecũ, ipse est. & Ioan.9.
» frequẽter alias, & tũ quoq; (teste Marco) cũ interrogauit eũ summus sacerdos: Tu Mar.14.
» es CHRISTVS filius dei benedicti? IESVS aũt dixit illi: Ego sum. Et sumus sacer
» dos scindens uestimenta sua, ait: Audistis blasphemiã. Ecce causam, ꝓpter quã di-
» cebant eũ secundũ legẽ debere mori, quia protulisset blasphemiã in deũ, dicẽdo se
» filiũ dei. Quæ nequaq; erat blasphemia, sed patris honorificentia, & ab angelo uir
» gini annunciata ueritas. Qd, inquit, ex te nascet, sanctũ, uocabit filius dei. Et à spũ Luc.1.
» sancto in ꝓpheta: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sed & ipsi qui secundũ le- Psalm.2.
» gẽ eũ morti obnoxiũ esse uolebant, secundũ legẽ puniri nolebãt: nã Leuit.24. de
» blasphemis puniendis lex habet: Educ blasphemũ extra castra, & ponant oẽs qui
» audierunt manus suas super caput eius, & lapidet eũ populus uniuersus. Non de-
» bebant ergo ex lege, petere ut crucifigeretur, ob id quod filiũ dei se dixerat, si (ut
» dicebant) fuisset blasphemia. Sed mysteriũ redẽptionis in ligno, ut ꝑ dixerat, imple
» ri oportebat: & Adæ peccatũ, unde omne cõsecutum est peccatũ, quod contractũ
» fuerat in ligno, in ligno quoq; expiari: ut diabolus qui uicerat in ligno, in ligno etiã
» uinceretur. Cũ ergo audisset Pilatus hunc sermonẽ de filio dei, magis timuit: quia
» audierat ab eo qd rex esset, sed qd regnũ eius nõ esset de hoc mundo, nõ esset ter
» renũ, nõ esset de potestate hoĩm: & ideo introductũ in prætoriũ interrogat, dicens
» Vnde es tu? Dñs aũt nihil respondit ei; non enim fuit uoluntas patris ut diceret ei

unde

Universidad de Deusto Biblioteca

unde esset: quod etiam dictũ, aut nõ credidisset, aut nõ intellexisset. Indignatus ergo Pilatus hoc silentio contra eũ, uermis cõtra deũ, dixit ei: Mihi nõ loqueris? Nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te, & potestatẽ habeo dimittere te? En uermiculi superbia. Hic se effert Pilatus, hic intumescit, ignorans pariter & condemnans seipsum. Ignorãs quidẽ sepsum, cũ ait: Nescis quia potestatẽ habeo crucifigere te? ubi dicit, Nescis; quasi eũ ignorantiæ accusaret, qui erat ipsa sapientia: at ipse met ignorantiæ accusandus erat: quia credebat se habere illã potestatẽ à Cæsare: at nulla erat potestas ab hoie data, qua quis posset IESVM crucifigere. Condemnãs aũt seipsum, cũ ait: Et potestatẽ habeo dimittere te? Et uerũ ẽ quod habebat potestatẽ à deo crucifigendi eũ: sed nõ habebat potestatẽ dimittẽdi eũ, ceu rei probauit euentus. Quod sua responsione aperuit dñs cũ dixit: Nõ haberes potestatẽ aduersum me ullã, nisi tibi datũ esset desuper: quasi diceret: Nequaq̃ potestate Cæsaris posses me crucifigere, sed potestate tibi de cœlo data à patre meo. Ex qua responsione intelligere poterat, si eius intelligentiæ fuisset capax, unde esset, quia desuper. Et adiecit dñs: Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. Quia Pilato facta erat illa potestas à patre, & nulla maleuolentia, aut inuidia crucifigebat eũ: sed erat cũ suis, ut uirgæ diuinæ iusticiæ ad mysteriũ redẽptionis faciendũ, quãuis quid faceret, nesciret: ideo minus peccatũ habebat, q̃ pontifices & pharisæi, q
Matth.27. per odiũ & inuidiã tradiderant eũ. Quod & Pilatũ nõ latebat, dicẽte Matthæo: Sciebat ẽ quod per inuidiã tradidissent eũ. Sed inquies: Cũ à deo hanc haberet potestatẽ, & esset & patris & CHRISTI uolũtas ut crucifigereẽ: quomõ ergo Pilatus habuit peccatũ, qui potestate sibi data hoc fecit quod deus uoluit? Habuit sane peccatũ, quia nõ ob uoluntatẽ eius, à quo ipse à dño intellexerat se habere potestatẽ, hæc fecerat quæ iã fecerat, & facturus erat, qd postea fecit: sed studio obsequendi, placẽdiq̃ hoibus, aut timore hoiem offendendi, ꝓpter quod regẽ gloriæ crucifi
Hiere.17. xit. Et scriptũ est: Maledictus hõ qui cõfidit i hoie, & ponit carnẽ brachiũ suũ. Hic peccatũ Pilati, licet minus esset, q̃ eorũ qui tradiderant ei dñm. Hæc dixit dñs, & exinde quærebat Pilatus dimittere eũ. Hoc sane suæ potestati tribuebat: sed quid posset, & quid nõ posset, ignorabat. Nihil ẽm ex nobis potestati nostræ tribuendũ est: sed quod uoluntati diuinæ fuerit placitũ, aut ab ea permissum. Et ut Petro, qui aliquid potestati suæ tribuebat, permissum est ut faceret, quod facere nõ debebat: sic et Pilato nõ est permissum ut faceret, quod facere se posse putabat. Nã cũ uellet dimittere IESVM, Iudæi clamauerũt, dicentes: Si hũc dimittis, nõ es amicus Cæsaris. Ois ẽm qui se regẽ facit, contradicit Cæsari. Qua uoce perculsus & uictus Pilatus ut homini placeret, & ne eũ in quẽ considebat, offenderet: cõdemnat iustum & tradit ad crucifigendũ, sed potestate (ut dictũ est) quæ sibi data erat desup. Qd
139 „ subiungit Ioannes dicens. ¶ Pilatus ergo cũ audisset hos sermones, adduxit foras
„ IESVM, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraice aũt Ga-
„ batha. Erat aũt parasceue paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudeis: Ecce rex uester.
„ Illi aũt clamabãt: Tolle tolle, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus: Regẽ uestrũ crucifigã?
„ Respõderunt pontifices: Nõ habemus regẽ, nisi Cæsarẽ. Tũc ergo tradidit eis illũ
„ ut crucifigereẽ. Susceperũt aũt IESVM, & eduxerũt eũ. Et baiulãs sibi crucẽ, exi-
„ uit in eũ qui dicitur Caluariæ locum, Hebraice aũt Golgoltha, ubi crucifixerunt
„ eũ, & cũ eo alios duos hinc & hinc, mediũ aũt IESVM. Scripsit aũt & titulũ Pila-
„ tus, & posuit super crucẽ. Erat autem scriptũ, IESVS Nazarenus rex Iudæorum.
„ Hũc ergo titulũ multi legerũt Iudæorũ: quia prope ciuitatẽ erat locus, ubi crucifi-
„ xus est IESVS. Et erat scriptũ Hebraice, Græce, & Latine. Dicebant ergo Pila-
„ to põtifices Iudæorũ: Noli scribere, rex Iudæorũ: sed qa ipse dixit, rex sum Iudæo
„ rũ. Respõdit Pilatus: Qd scripsi, scripsi. ¶ Post hos sermones, Si hunc dimitis, nõ

es amicus

es amicus Cæsaris: omnis ẽm qui se regẽ facit, contradicit Cæsari: Pilatus adduxit IESVM foras, eduxit IESVM è prætorio, & sedit ꝓ tribunali. Quid est sedere ꝓ tribunali, nisi sedere in loco excelso more iudicis, ꝓ ferẽda sentẽtia, in IESVM scilicet? Et ubi sedit? Foris & in aperto, in loco q Græce dicit lithostrotos, Hebraice aũt Gabatha (quorũ nominũ hoc eminens & altũ: illud lapide instratũ interpretari possumus) ut sentẽtia esset toti populo mãifesta: ita ut nemo ipsum apd Cæsarẽ accusare posset, ꝙ aut sententiã nõ tulisset, aut ferre recusasset. Sed ubi est nũc Pilate uox illa præsumptiõis, potestatẽ habeo dimittere te? Sic filius dei, q personã nostrã gessit, sub dio corã omnibus & angelis & hominibus cõdemnari uoluit: ut hæc pro omnibus uoluntate patris patiendo, omnes corã deo, angelis & hominibus qui in ipsum crediturí essent, à mortis sentẽtia liberaret, nõ terrenæ quidẽ, sed æternæ, & in seipso, & per seipsum absolueret, condẽnationẽ suã, ꝓ nostra deo patri acceptabilẽ offerẽdo. Et erat parasceue, paschæ aũt hora quasi sexta, id est ferè meridies, cũ dñs hanc pro nobis pertulit sententiã: cum essemus inutiles & perditi serui, non dico dei, quia nullo modo eramus tales, sed peccati, & subinde diaboli, q̃bus nulli sunt aut esse possunt miseriores, abomĩabiliores, & inutiliores: sed ipse rex noster. Quid dico noster? imo angelorũ, & saluandorũ ad gloriã, & iudicandorum ad confusionẽ & pœnã. Qd nõ ex se, sed deo mouente Pilatus dicebat: Ecce rex uester. Et uere quidẽ rex erat, & pluscq̃ clementissimus rex, qui pro talibus seruis ad mortẽ adiudicari uoluit: & circa meridiẽ, ut feruorẽ suæ charitatis i deo erga nos summã esse ostenderet: cuius etiã memores, charitatis erga eũ feruorẽ nuncq̃ remittere deberemus. Et Iudæi primũ regẽ suũ nõ negauerũt, sicut necq̃ ꝓphetæ regẽ suũ Mesiã: at tandẽ acclamauerunt: Tolle tolle, crucifige eũ: sicuti & ꝓphetæ CHRISTVM moriturũ ꝑnunciauerũt. Et cũ nondũ regẽ negassent, subiunxit Pilatus: Regẽ uestrũ crucifigã? Et tũc aperte negauerũt, dicentes: Non habemus regem, nisi Cæsarẽ. Vbi deũ negauerũt; nã si se nõ habere regẽ, nisi Cæsarẽ dixerũt ergo deũ negauerũt suũ regẽ. De quo ꝓpheta dixit: Deus aũt rex noster añ secu- Psalm.73.
la. Et ipse nimirũ erat quẽ negauerũt. Qd & cõtinuo prophæta subdit, cũ ait: Qui operatus est salutẽ in medio terræ. Cuius terræ? Terræ Iudæorũ, & terræ nostræ, quã ꝓ nobis assumpsit. Et de hoc quoq̃ facto Daniel cap. 9. prophetiã reliquit ex angeli reuelatiõe, dicẽs. Et post hebdomadas sexagĩta duas occideẽ CHRISTVS, Et nõ erit eius populus qui eum negaturus est. Posteaq̃ autẽ negauerũt dominũ: tunc tradidit eis illũ Pilatus, ut crucifigereẽ, id est, ut secundũ uoluntatẽ eorũ à gentibus crucifigereẽ, nõ ut ipsi crucifigerent eũ. Susceperũt ergo IESVM, & eduxerunt eũ, extra scilicet portã Hierusalẽ. Et baiulans crucẽ suã, exiuit in eũ qui dicit caluariæ locum, Hebraice aũt Golgoltha. Isaac huius mysterij prius fuit figura: de quo Geneseos. 22. de Abraham patre Isaac scribitur: Tulit quoq̃ ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: Ipse uero portabat in manibus ignem & gladium. Sic & filius dei, lignum sacrificij redemptionis humanæ baiulãs, ascendebat in montem, quem deus uiderat ad æternam salutem faciẽdam, cœlesti comitante patre, & portante in dextera ignẽ charitatis & misericordiæ, & in sinistra gladiũ iusticiæ: ubi filius dei ꝓ totius mundi salute, redẽptioneq̃ à peccato, & eorũ q fuerãt & q tũc erãt, & qui postea futuri erãt, immolatus est. Sed hæc immolatio ab Abraham in figura, à deo in ueritate facta intelligit. Et cũ filius dei de se esset immortalis, in agno quẽ sibi assumpserat, & quẽ deus ꝓuidit ad sacrificiũ, cuius umbra erat agnus immolatus pro Isaac, immolatus est, & solus quidẽ immolatus ẽ: nã quanq̃ alij duo cum eo crucifixi fuerunt hinc & hinc, medius aũt IESVS, nihil tã ad sacrificiũ hoc pertinebãt, sed erãt in signũ, quia scriptũ erat: Et cũ iniquis reputatus est, Esaiæ.53.
Sed & ille qui erat in dextra, partẽ saluandorũ: q in sinistra, reꝓbandorũ figurabãt

Yy Lignum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Lignũ autẽ crucis, tribunal diuinæ iusticiæ. Sic cognoscet dominus in iudicio inter duos populos, sed nõ in sede humilitatis & deiectionis, sed in suggestu exaltatiõis & gloriæ suæ: & hos ad æterna supplicia deseret, illos ad æternas paradisi delicias secũ abducet. Sed & Pilatus scripsit titulũ, & posuit sup crucẽ. Erat aũt scriptũ: IESVS Nazarenus rex Iudæorũ. IESVS, saluatorẽ dicit: Nazarenus à germine, sed germine dei magnifico deductũ est, siue ut alij uolũt à flore. Sũt & q illud sanctũ significare tradũt. Rex, maiestatis & gloriæ est insigne. Iudæorũ aũt uocabulo, confitentes significant. Et q sunt cõfitentes, nisi q cõfitent dominũ IESVM in carne uenisse? Hũc titulum nõ scripsit Pilatus sensu suo, sed ei cœlitus fuit infusus. Et hũc triplici lingua scribi fecit, ut sciat totus mũdus, Africa, Asia, Europa, quod dñs IESVS est saluator mũdi, est germẽ ac filius dei, est flos & decor paradisi, est sanctus sanctorũ, est rex uere cõfitentiũ deũ, qui sunt uere, & secũdũ spiritũ Iudæi: de qbus & pro quibus est inspiratus titulus, & quorũ rex est, & erit ĩ sempiternũ CHRISTVS dominus. Sed miseri illi q credebãt se Iudæos dici, & neq; erãt, neq; dicebantur, id est principes sacerdotũ, dicebãt Pilato: Noli scribere, Rex Iudæorũ; sed qa dixit, Rex sum Iudæorũ. Respõdit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. Quod scriptũ erat, id firmũ et immutabile erat: nõ ꝓ uolũtate Pilati, q id mutari nolebat, sed ꝓ uolũtate patris, q sic uniuerso orbi hũc uerissimũ & indelibilẽ titulũ innotescere uoluit: nõ secũdũ aut Pilati, aut illorũ Iudæorũ, sed secundũ ipsius desup infundentis intelligentiã, & beneplacitũ. Crucifixo igitur domino gloriæ, quid subsecutũ sit, subdit Ioãnes, dicẽs.

140 „ ¶ Milites ergo cũ crucifixissent eum, acceperũt uestimẽta eius, & fecerũt quatuor
„ partes, unicuiq; militi partẽ, & tunicã. Erat autẽ tunica incõsutilis, desuper cõtexta
„ per totũ. Dixerunt ergo adinuicẽ: Nõ scindamus eã, sed sortiamur de illa cuius sit.
„ Vt scriptura impleret, dicẽs: Partiti sunt uestimẽta mea sibi, & in uestẽ meã miserũt
„ sortẽ. Et milites quidẽ hæc fecerunt. Stabant autẽ iuxta crucẽ IESV mater eius, &
„ soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria magdalene. Cũ uidisset ergo IESVS
„ matrẽ & discipulum stantẽ quẽ diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus.
„ Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eã discipulus in suã.

¶ Quatuor milites qui crucifixerũt dominum, externa uestimẽta IESV in quatuor partes diuiserunt, ut unicuiq; militi pars una obtingeret: at uestem internam incõsutilem, à summis usq; ad ima contextam per totum, non sciderunt: sed super eã miserunt sortem, cuius illa futura esset. Et impleta est scriptura, quæ psalmo uigesimo primo dicit: Diuiserũt sibi uestimenta mea, & super uestẽ meam miserũt sortẽ. Sed quid quatuor milites, qui dominũ gloriæ crucifixerũt, monstrant? Quatuor plagas terræ, quarũ peccata CHRISTVM crucí affixerunt. Quid τὰ ἱμάτια, id est exteriora uestimẽta, in quatuor diuisa? Quatuor euãgelia in quatuor partes terræ: orientem, occidentem, meridiem, & septentrionẽ distributa. Quid ὁ χιτὼν, id est illa interna tunica monstrat? Illam sub quatuor euangelijs latentẽ, & internam spiritualẽ intelligentiam, à principio usq; ad finem per totũ diuinitus nexam, conspirantẽ, & cohærentem, & nihil alieni sibi assutũ habentẽ: in qua una fides, integra, indiuisa, & prorsus conspirans consistit, nullam futuram, scissurã, sectam ue, aut hæresim admittẽs. Quid est, quod sortiuntur de illa, nisi quod hanc intelligentiã, nõ humana quidẽ diligentia, sed diuina sorte ac indultu assequi oporteat? Talis autẽ est & fides CHRISTI, qualis est scripturarũ intelligentia: nequaquã enim obtineri potest, nisi diuina sorte, & supernæ lucis infusione. Et milites quidẽ hæc in figura fecerũt. Stabant autem iuxta crucẽ IESV, mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Mater filio, quantũ ad ipsam attinebat, & ut uoluntas diuina uolebat, etsi patienti compatiens, & morienti cõmoriens erat, nihilominus de omnium salute in spiritu gaudebat, & in spiritu una cũ filio pro tanta miseratione, deo patri gratias agebat.

Cæteri q aderãt, Ioãnes, Maria uxor Cleophæ, & Maria Magdalene, quæ secuta erat dominũ à Galilæa, & à qua septem exierant dæmonia, illic aderãt, ut participes tam admirandæ, quæ per mũdi saluatorem fiebat, redemptiõis. Cum uidisset ergo IESVS matrẽ, & discipulum stantẽ (siue, ut Ioannes habet, παρεστῶτα, astantem) quẽ diligebat: dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Quod IESVS in cruce matrẽ uidit, indiciũ est quod semper in cœlo, in throno suo eam uidet ut matrẽ, & discipulum astantẽ. Cui astantẽ? Proculdubio matri suæ, cui assistere debet ecclesia per hãc fidẽ. Qui cõceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine, & hoc est ĩ CHRISTVM credere, natũ de uirgine. Et dicit, mulier. Hoc est nomẽ, quo ante peccatũ uocata est Eua, quæ dicta est mater uiuentiũ: hæc aũt mater regis gloriæ uiuificatoris omnium. Quod si dicit? mater uiuificatoris omniũ (nã CHRISTVS omnia uiuificat) quomodo ex consequenti nõ dicetur quodãmodo mater omniũ uiuificatorũ? Viuificati aũt ex CHRISTO, tanto meliores sunt uiuẽtibus ex Adam, quãto spiritus melior est carne: & proinde tanto etiã hæc illa melior est, at sine ulla comparatione melior est, quatenus est mater uiuificatoris omniũ. De hac dñs dicit Ioanni, qui typus erat fidelis populi (hunc enim & dominus diligebat, & semper diligit) Ecce mater tua. Et hæc dicens, nõ tã matrẽ Ioanni, quàm Ioannẽ matri cõmendauit, dãdo quodãmodo matri suæ populum fidelẽ in filiũ, & populo fideli matrẽ suam in matrẽ. Nihil igit dubitemus eã in cœlis, filij uoluntate nobis esse propitiã; sed hãc propitiationẽ suscipiamus tanquã donũ dei: quæ enim deus donat, nostra sunt, sed non à nobis. Sic igitur nostra est, ut & cætera dei dona. Et eã inter nostra cõputare debemus, ut Ioannes eam in sua accepit. Deus eam semper uidet, & eos qui illi assistũt, id est qui eam confitẽtur illibatam dei matrẽ, quæ illibata, id est uirgo intacta, filiũ dei mũdo profudit; quẽ neq; in uita, neq; ĩ morte deseruit, neq; nũc deserit ĩ throno gloriæ sedentẽ; quã & in secreta assistentia sua dedit nobis tanquã matrẽ; nõ ut eã, sed patrẽ domini nostri IESV CHRISTI, & utriusq; filiũ dominũ nostrum, ut deũ, colamus. Satis enim est in hoc propriæ matris dono, nos agnoscere filij dei erga nos benignitatẽ, & hinc illi laudẽ & gloriã; sed cultũ, id est latriam, nequaquã exhibere: hãc etiã, & totã quidẽ in figura Ioannis, ꝓ mater nostra sit, gratiã CHRISTO debẽtes. Et certe ut illud fuit ingẽs CHRISTI erga Ioãnẽ dilectiõis signũ; sic & nũc erga nos, & ob id etiã maius, quod nũc in immortalitatis gloria ad supnas sedes pro dignitate matris filij dei, matris regis gloriæ euecta ẽ. Et hoc aspectus IESV ad matrẽ & ad discipulũ, & cõmẽ dati discipuli apud matrẽ, & acceptæ matris à discipulo in sua, sit mysteriũ. Deinde

„ subiũgit Ioãnes. ¶ Postea sciẽs IESVS, quia omnia cõsummata sunt: ut cõsumma- 141
„ retur scriptura, dicit: Sitio. Vas autẽ erat positũ aceto plenũ. Illi ergo spõgiã plenã
„ aceto, hysopo circũponentes, obtulerũt ori eius. Cũ ergo accepisset IESVS acetũ,
„ dixit: Consummatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritũ. ¶ Cũ Ioannes inquit,

Sciens IESVS, quod omnia cõsummata sunt: præteritũ, cõsummata sunt, ut certitudinis notã posuisse uidetur, pro futuro, consummanda sunt: quia etsi multa iã consummata erant, restabãt tamen adhuc aliqua etiam illico consummanda. Quod innuit Ioannes per id quod subiũxit, ut consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Et quæ erat scriptura illa implẽda? Quæ psalmo sexagesimooctauo scribitur: Et in siti mea potauerũt me aceto. Fel ex Marco, prius ei dederãt. Acetũ hic in siti sua, sed in siti, quæ erat honorificẽtiæ dei in humana redemptione, illi datũ fuisse, subdit Ioannes, cum ait: Vas autem erat positum aceto plenum. Illi ergo spongiam plenã aceto, hysopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset IESVS acetũ, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Quid acetũ, nisi uinũ corruptum, in quo nihil est spiritus uini? Et quid hoc, & uas eo plenũ, designat: nisi

Universidad de Deusto

genus humanum corruptũ, & corruptionẽ plenum, in quo nihil ſpiritus dei erat? Quid ſpõgia res inanis, niſi uanitas omnis homo uiuẽs? Quid hyſopus, quæ herba eſt humilis & flexilis, purificationibus adhiberi ſolita; niſi purificationẽ ſignificat? Et hæc ſola ad CHRISTVM ſpectat. Aſpges me (inqt) hyſopo, & mũdabor. Sed Matth.27. Matthæus habet, circũpoſuit arũdini: Marcus, calamo, quod idẽ eſt utroq; habente Marc.15. καλάμῳ, & Ioannes addit hyſopo. Legamus ergo ex illis, & Ioanne ſic literã; καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες καλάμῳ, προσήνεγκαν αὐτοῦ τῷ στόματι. & hyſopo, id eſt nexu, colligatione q̃ hyſopi circumponẽtes calamo, obtulerũt ori eius: ut hyſopo, ſeptimo caſui apud nos in Ioanne reſpondeat. Id autem καλάμῳ, id eſt arundini in Matthæo, calamo in Marco, tertio caſui. Et quid arundo, quid calamus: niſi inconſtantẽ mundum ſignat, qui omni uento tentationum agitatur? Cui ſpõgia, uanitas humana adhærẽs, omni corruptione impletur, ſpiritu dei uacua. Hãc pro nobis omnibus guſtare, nos purificando, oportuit filium dei, & guſtata mori, ut nos ab omni uanitate & corruptiõe liberaret, & à mũdi inſtabilitate ad dei ſtabilitatẽ reuocaret, quæ ẽ uita ſpiritus. Simus ergo uas incorrupto uino plenũ. Simus adamante aduerſus omnem tentationem, & inſtabilitatẽ ſolidiores. Hæreamus fide & ſpe incõcuſſis deo. Non potemus ultra IESVM redemptorẽ noſtrũ aceto. Satis ſit ſemel, etiã allata morte, hoc eũ potaſſe poculo. Qui poſtquã dixit: Conſummatũ eſt, quicquid ſcilicet de ſe citra mortem dictũ erat, intelligẽs: inclinato capite tradidit ſpiritum. Quid hæc capitis inclinatio, niſi ſummam filij dei erga patrem ſuum humiliationem, reuerentiam, & obe- Luc.23. dientiam mõſtrat? Et cui tradidit ſpiritũ, niſi deo patri? cui iuxta Lucã, ipſum commendauit, dicens: Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum. Sed eo pro mun-

142 „ di uita mortuo, quid Iudæi fecerũt, ſubijcit Ioannes, dicẽs. ¶ Iudæi ergo (quoniam
„ paraſceue erat) ut nõ remanerẽt in cruce corpora ſabbato (erat enim magnus, dies
„ ille ſabbati) rogauerũt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur. Vene
„ runt ergo milites: & primi quidẽ fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum
„ eo. Ad IESVM autem cum ueniſſent, ut uiderunt eum iam mortuum, nõ fregerũt
„ eius crura: ſed unus militũ lancea latus eius aperuit, & continuo` exiuit ſanguis &
„ aqua. Et qui uidit, teſtimoniũ perhibuit, & uerum eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit
„ qa uera dicit, ut & uos credatis. Facta ſunt enim hæc, ut ſcriptura impleretur: Os nõ
„ comminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura dicit: Videbunt in quem transfixerũt.

¶ Quod dictum eſt, Conſummatum eſt, ad ea quæ præcedebant mortẽ, referendũ uidetur: quandoquidem nunc ea quæ ſequuntur mortem, conſummantur. Nam fractis ante ueſperã, qua magnum illud ſabbatum cœpit, ſceleratorum qui cum eo crucifixi fuerant, cruribus: cum milites uidiſſent eum iam mortuum (mortuus autẽ eſt, cum uoluit. nam nemo abſtulit ab eo animã, ſed poſuit eam ut uoluit, & quando uo Ioan.10. luit: quemadmodum & prius dixerat: Pono animam meam, ut iterum ſumam eam: nemo tollet eam à me, ſed ego pono eã à meipſo) nõ fregerũt eius crura: ſed unus militum lancea latus eius ἔνυξεν, id eſt pupugit, & cõtinuo` exiuit ſanguis & aqua: ſanguis ſcilicet redẽptionis, & aqua regenerationis. Nihil ſolidum in CHRISTO fractum eſt, diuinitas in eo integra remãſit, mẽs iugiter in deo fixa, uoluntas uoluntati diuinæ unita, & ipſe totus petra: ſed percuſſa petra fluxerũt aquæ, & redemptionis, & pariter quæ ſunt redemptæ, & hæ omnes in ſanguine eius lotæ. Et qui uidit, teſtimonium perhibuit. Ille qui uidit, & ſcripto teſtimoniũ nobis perhibuit, fuit Ioannes ille ſummæ ueritatis amicus. Et ille ſcit (inquit) qa uera dicit, ut & uos credatis. Et nos ergo æque ac domino loquẽte, ea credere debemus: quia ſunt ab apoſtolo domini ſcripta, ſpiritu CHRISTI mouẽte, qui & illa quodãmodo per, alios præ- Ioan.1. dixerat. CHRISTVS enim (ut Ioãnes Baptiſta dicẽdo, Ecce agnus dei, innuerat) erat oblatio phaſe, quod Hebræi Peſah, & Græci paſcha dicunt. Et de oſſe nõ comminuendo

minuendo in Exodo ſcribit: In una domo comedet, nec efferetis de carnibus eius Exodi.12. foras, nec os illius confringetis. Et de lateris apertione in Zacharia: Et aſpicient ad Zacha.12. me, quem confixerunt. Et ſubdit: In illa die erit fons patens domui Dauid, & habi- c.13. tantibus Hieruſalem in ablutionẽ. Et quis fons ille, niſi qui per aquam, quæ de ſacro latere fluxit, cũ ſanguine teſtamẽti, ſignificabatur? quæ confixionẽ lateris conſecuta eſt, quod Ioannes expreſſit. Et quod hæc etiã per ſcripturarũ oracula prædicta ſint, aperit Ioãnes, cum ait: Facta ſunt enim hæc, ut ſcriptura impleretur: Os nõ comminuetis ex eo. Hæc ſcriptura cap. 12. Exodi habetur. Et iterũ alia ſcriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Hæc Zachariæ duodecimo. Nunc ad ſepulturam domini tranſit Ioannes, & quibus dominus hunc deferre uoluit hono-

„ rem ut ſepeliretur ab eis, aperit dicens. ¶ Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph 143
„ ab Arimathia (eo quod eſſet diſcipulus IESV, occultus autem propter metum Iu-
„ dæorum) ut tolleret corpus IESV. Et permiſit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus
„ IESV. Venit autẽ & Nicodemus, qui uenerat ad IESVM nocte primũ, ferens mi-
„ xturam myrrhæ & aloẽs, quaſi libras centum. Acceperunt aũt corpus IESV, & li-
„ gauerunt eum linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat aũt in lo
„ co ubi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentũ nouum, in quo nondũ quiſq;
„ poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumen-
„ tum, poſuerunt IESVM: ¶ Id de Ioſeph dicunt etiam Matthæus, Marcus, & Lucas, & manifeſte quidem Matthæus, q̃ eſſet diſcipulus: ſed adijcit Ioannes, occultus autem propter metum Iudæorũ. Et expediebat magis tunc q̃ occultus fuiſſet, dummodo non propter metum Iudæorum, ſed propter diſpenſationẽ ſepeliendi corpus IESV, qd' paternæ fuit uoluntatis: at metus ille erat humanæ ipſius Ioſeph infirmitatis. Et addit, Nicodemum quendam Iudæorũ principem, qui prius capite tertio huius dictus ueniſſe nocte ad IESVM, ſe ipſi Ioſeph adiunxiſſe, ferentẽ mixturã myrrhæ & aloẽs, quaſi libras centũ. Qui duo principes corpus IESV ſepelierunt. Acceperunt aũt corpus IESV, & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Et ubi ſepultus fuerit, aperit hoc modo. Erat aũt in loco ubi crucifixus eſt, hortus, & in horto monumentũ nouum, in quo nondum quiſquàm poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum poſuerunt IESVM. Quid eſt, propter paraſceuen? Quia adhuc paraſceue erat: nam durante adhuc die citra ueſperam, ſepulchro corpus IESV conditũ eſt, quod & IESVM homõyme Ioannes appellat. Ergo nunc in immortalitate ſuſcipiamus IESVM, in unguentis gratiarum ſuarum, multiplicata iuſticiæ ſuæ libra, in pura conſcientia, ut in linteis mundis. Sit illi mens noſtra, ut petra fide ſolidiſſima, nullius alterius quàm ipſius admittens fidem. Simus illi ut hortus floridiſſimus. Simus diſcipuli intrepidi, ut in ipſo, & per ipſum, in ſpiritu ſuo deũ laudare poſſimus, & ſemper & ubiq; profundiſſimo corde dicere: Soli deo patri & filio, & ſpiritui ſancto, uni deo, deo noſtro, omnis honor, uirtus & gloria, in omnia ſeculorum ſecula. Amen.

CAPVT VIGESIMVM.

VNa autẽ ſabbati, Maria Magdalene uenit mane, cum ad- 144
huc tenebræ eſſent ad monumentũ, & uidit lapidem ſub-
5 latum a monumento. Cucurrit ergo & uenit ad Simonem
Petrum, & ad alium diſcipulum quem amabat IESVS, &
dicit illis: Tulerunt dominũ de monumento, & neſcimus
ubi poſuerunt eũ. Exijt ergo Petrus & ille alius diſcipulus, & uenerunt ad
monumentum. Currebant autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcu

Universidad de Deusto
Biblioteca

currit citius Petro, & uenit primus ad monumentũ. Et cum se inclinasset,
uidit posita linteamina, nõ tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus se-
quens eum, & introiuit in monumentum, & uidit linteamina posita, & sũ- 10
darium quod fuerat super caput eius, nõ cum linteaminibus positum, sed
separatim inuolutum in unum locum. Tũc ergo introiuit & ille discipulus
qui uenerat primus ad monumentũ, & uidit & credidit: nondũ enim scie-
bant scripturam, quia oportuit eũ a mortuis resurgere. Abierunt ergo ite-
145 rum discipuli ad semetipsos. ¶ Maria autẽ stabat ad monumentum foris, 15
plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se & prospexit in monumentum, & ui
dit duos angelos in albis sedentes: unũ ad caput, & unũ ad pedes, ubi po-
situm erat corpus IESV. Dicũt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia
tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerũt eum. Hæc cum dixisset,
conuersa est retrorsum, & uidit IESVM stantem, & non sciebat quia IESVS 20
est. Dicit ei IESVS: Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa existimans,
quia hortolanus esset, dicit ei: Domine si tu sustulisti eũ, dicito mihi ubi
posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei IESVS: Maria. Conuersa illa di-
cit ei: Raboni, quod dicitur magister. Dicit ei IESVS: Noli me tangere,
nondum enim ascẽdi ad patrem meũ. Vade autem ad fratres meos, & dic- 25
eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum: deum meum, & deum
uestrum. Venit Maria Magdalene annunciãs discipulis, quia uidi domi-
146 num, & hæc dixit mihi. ¶ Cum ergo sero esset die illo una sabbatorũ, & so
res essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metũ Iudæorum:
uenit IESVS & stetit in medio, & dicit eis: Pax uobis. Et cum hæc dixisset, 30
ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit
ergo eis iterũ: Pax uobis. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Hæc cum
dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite spiritum sanctum. Quorũ remise
147 ritis peccata, remittũtur eis: & quorũ retinueritis, retenta sunt. ¶ Thomas
autẽ unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, nõ erat cũ eis quãdo uenit 35
IESVS. Dixerũt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominũ. Ille autẽ dixit eis:
Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorũ, & mittam digitũ meum in
locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, nõ credã. Et post
dies octo, iterum erãt discipuli eius intus, & Thomas cũ eis. Venit IESVS
ianuis clausis, et stetit ĩ medio, et dixit eis: Pax uobis. Deĩde dicit Thomæ 40
Infer digitum tuum huc, & uide manus meas: & affer manũ tuam, & mite
in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respõdit Thomas, &
dixit: Dominus meus, & deus meus. Dicit ei IESVS: Quia uidisti me Tho
148 ma, credidisti: beati qui nõ uiderunt, & crediderũt. ¶ Multa quidẽ & alia
signa fecit IESVS in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta 45
in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia IESVS est CHRISTVS
filius dei: & ut credentes, uitam habeatis in nomine eius.

ANNOTAT. BREVES XXIX. CIRCA LITERAM CAP. XX.

1	sabbati		rursus		& infra.
	τῶν σαββάτων	16	inclinauit se	31	latus * αὐτῷ suum.
	plurale		– & prospexit	32	eis * ὁ Ιησοῦς IESVS
2	uidit	18	IESV.* καὶ Et	32	mitto uos.* καὶ Et
	βλέπει	19	posuerũt eũ.* καὶ Et	35	Didymus,
	præsens.	22	sustulisti		διδυμος
	& infra.		ἐβάσασας		Gemellus
3	Cucurrit		asportasti	37	fixuram
	ἔτρεχεν	26	patrẽ uestrum,* καὶ &		τὸν τύπον
	præsens.	27	quia uidi		uestigium
8	primus		ὅτι ἑώρακα	38	locum
	prior		quod uidit		τὸν τόπον
	& infra.		præteritum.		uestigium
10	uidit	28	mihi.	40	dixit – eis.
	θεωρεῖ		αὐτῇ	42	incredulus, sed fidelis.
	præsens.		sibi		ἄπιστος, ἀλλὰ πιστός
	& infra.	28	die illo		infidelis, sed fidelis.
12	ille * ἕτερος alius		die illa		incredulus, sed credulo
14	oportuit	28	una. s. die	42	fidelis.* καὶ Et
	δεῖ	30	hæc	42	& dixit * αὐτῷ ei.
	præsens		τοῦτο	43	uidisti me
14	iterum		singulare.		– Thoma

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVM.

Quid exacto sabbato acciderit, qd' alij euangelistæ aut nõ narrauerunt
aut nõ admodũ expresserunt, subdit Ioannes, dicens. ¶ Vna aũt sab- 144
bati Maria Magdalene uenit mane, cũ adhuc tenebræ essent, ad mo-
numentũ, & uidit lapidẽ sublatũ à monumento. Cucurrit ergo & ue-
nit ad Simonẽ Petrũ, & ad aliũ discipulũ quẽ amabat IESVS, & dicit
illis: Tulerũt dũm de monumẽto, & nescimus ubi posuerũt eũ. Exijt ergo Petrus,
& ille alius discipulus, & uenerũt ad monumentũ. Currebant aũt duo simul, & ille
alius discipulus præcucurrit citius Petro, & uenit primus ad monumentũ. Et cũ se
inclinasset, uidit posita linteamina, nõ tamẽ introiuit. Venit ergo Simon Petrus se
quens eum, & introiuit in monumentũ, & uidit linteamina posita, & sudariũ quod
fuerat super caput eius, nõ cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutũ in
unum locũ. Tũc ergo introiuit & ille discipulus, qui uenerat primus ad monumen
tum, & uidit & credidit. Nondũ em̃ sciebant scripturam, quia oportuit eum à mor-
tuis resurgere. Abierũt ergo iterũ discipuli ad semetipsos. ¶ Vna, inquit, σαββάτων,
id est sabbatorũ. Hæc est prima dies sabbatorũ, quæ ob honorẽ resurrectiõis, à do
mino uitæ dominica dicta est; & ita q̃ à gentibus dies solis fuerat nuncupata, nunc
sole iusticiæ, & dño totius maiestatis multo melius dominicæ nomen sortita est.
Hac die mane cũ adhuc tenebræ essent, id est in ipso diluculo, & nondũ exorto so-
le, uenit Maria Magdalene ad monumentũ: sed ex Matthæo, Marco, & Luca cum *Matth. 28.*
quibusdã alijs comitibus, quarũ quasdã proprijs exprimũt noĩbus. Et hæc est pri- *Marci. 16.*
ma earũ accessio ad monumentũ, quæ ab euangelistis est expressa: nam & aliã tan *Lucæ. 24.*
gunt, orto iã sole. Et in illo primo ad monumentũ accessu, Maria Magdalene, eadẽ
quæ prius, q̃ & unica est euangelica Maria Magdalene, id est in euãgelijs hoc no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mine nuncupata,uidit lapidem ſublatũ à monumento. De quo lapide dicit Euan
geliſta,qui fuerat aduolutus ad oſtiũ monumenti:& ex Matthæo ſigillatus præſi
dis permiſſione adhibitis cuſtodibus. Et introiuit ex Luca. Et etiam aſpectibus an
gelorũ & ipſa & ſociæ eius fuerunt territæ annũciantiũ dominũ reſurrexiſſe. Ipſa
uero,qui non reperit corpus domini in monumento(quod hic ait Ioannes)magis
credidit ſublatum. Currit ergo & uenit ad Simonem Petrũ,& ad alium diſcipulũ,
quem amabat IESVS,& dicit illis: Tulerũt dominũ de monumento, & neſcimus
ubi poſuerũt eũ. Alius diſcipulus quem amabat IESVS,Ioannes erat,ut & iam di
ctũ eſt. Quod ſi IESVS eũ amabat,quis dubitat quin ipſe uiciſſim IESVM ama
ret? Certe poſt uirginẽ matrẽ,nullũ aliũ arbitror,ipſo diuinæ charitatis fuiſſe capa
ciorẽ. Parũ eſt quod quis amat IESVM:at maximũ , quod IESVS quẽpiam amat
Amor IESV quo aliquẽ amat,lux in ſole,ſed in infinito ſole: amor uero quo quis
amat etiam ipſum IESVM,lux ſolis in oculi capacitate , & finita quidẽ capacitate
Maximũ ergo erat,quod Ioannes dicebat,Quẽ diligebat IESVS: perexiguũ au-
tem fuiſſet ſi diximſſet: Et alius diſcipulus qui amabat IESVM. Et Petrus & Ioãnes
audita Maria Magdalena,nuncio illo permoti,& quod illa dicebat dominũ è mo-
numeto ſublatũ; & quod inſuper ex Luca,illa,aut comites eius dicebant ſe uiſionẽ
angelorũ uidiſſe,qui dicebant eũ uiuere,celeri curſu uenerunt ad monumentũ:ſed
utriſq; ſimul currentibus,præcucurrit Ioannes,& prior uenit ad monumentũ,id ẽ
ad tuguriũ,ædiculã,& ſeptũ quo claudebat ſepulchrũ; & oſtio aperto (nam lapidẽ
quo clauſum fuerat,in aduẽtu ſuo excuſſerat angelus,deturbatis cuſtodibus, & ſta
ti ob angeli aduẽtũ,terrificã lapidis reuolutionẽ & terræmotũ,ubi ex ſtupore ad ſe
redierunt,ut ueriſimile eſt,fugientibus) Ioannes inclinauit caput in domunculam,
& uidit linteamina poſita:plenariũ tamen ingreſſum diſtulit dum ueniſſet Petrus.
Venit ergo Simon Petrus ſequens eũ,& introiuit in monumentũ. Et uidit lintea-
mina poſita & ſudarium,quod fuerat ſuper caput eius:non cũ linteaminibus poſi-
tum,ſed ſeparatim inuolutũ in unũ locũ. Hic hiſtoriæ locus clarus eſt , neq; ulla ex
poſitione eget. Linteamen primũ,id erat in quo ponebantur unguẽta, & quod cor
pori inuncto proxime adhærebat:aliud linteamen externũ erat, quod inſtitis circa
corpus inſtar ſedentis in ſepulchro collocatũ,quaſi ad reſurrectionẽ paratũ , ligari
ſolebat. Sudarium aũt,aliud linteamen erat complicatũ,capiti ſuperpoſitum,quaſi
foret ad expectatam,& imminẽtem reſurrectionem,indumentũ. Hic modus erat
ſepeliendi Iudæorũ,& maxime phariſæorũ,qui reſurrectionẽ mortuorũ credebãt
& hunc ſepeliendi modũ pro reſurrectionis ſymbolo habebant: Ligauerunt eum
(inquit ſuperiori numero Euangeliſta)linteis cũ aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis
ſepelire. Illa ergo linteamina erant,de quibus & Lucas meminit,ſed ſudarium nõ
expreſſit:quod hic facit Ioannes:nam & Petrus,ut ait,uidit ſudariũ quod fuerat ſu
per caput eius poſitum:non cum linteaminibus,ſed ſeparatim inuolutũ in unũ lo-
cũ. Tunc ergo cũ Petrus ingreſſus eſt domunculam illam ſepulchri, introiuit & il-
le diſcipulus qui uenerat prior ad monumentũ,& uidit. Quid uidit? Quicquid ui-
dit Petrus. Et credidit. Quid credidit? Quod Maria Magdalene dixerat,e monu-
mento ſublatũ dominũ:nã eius quod ex Luca quædã dixerant angelos ſibi dixiſſe
dominũ uiuere,nullũ ipſis apparebat argumẽtum. Credidit ergo. Cui? Mariæ, ſed
adhuc ſine fide manſit,ſimiliter & Petrus. Et illius infidelitatis,ſuam & Petri igno
rantiam fuiſſe cauſam aſſerit,dicens:Nondum eẽ ſciebant ſcripturam,quia opor-
tuit eum à mortuis reſurgere. Nondum certe nouerant,neq; ueterem ſcripturam
Pſalm.50. q̃ dicit:Exurge gloria mea,exurge pſalteriũ & cithara,exurgam diluculo:neq; no
uam,quam ſcripſerat uita noſtra,mũdi ſalus, CHRISTVS dñs: nõ in membranis
animalis mortui,nõ in charta papyracea,ſed in cordibus ipſorum. Cuius rei Mat-
thæus

thæus teſtis eſt,apud quem cap.20.dicit dominus: Filius hominis tradetur princi-
pibus ſacerdotum & ſcribis,& condemnabunt eum morte. Et ſubdit: Et tertia die
reſurget. Et frequẽter alibi, Simiſiter & alij Euangeliſtæ. Sed nondum datus erat
ſenſus ſcripturarũ,ne quis putet ſe ſuo ſenſu diuinas ſcripturas intelligere,ſiue ue-
teres ſiue nouas,ſed ſolo ſenſu qui à deo dat: quis eẽ eſt melior apoſtolis? Et ſub-
dit: Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos. Non ad deum abierunt, quia ſi-
ne fide,ſed ſemetipſos,ad ſuum ſenſum:ſicut & ſine fide uenerant, & corpore cu-
currerant nõ ſpiritu,& in tenebris non in luce CHRISTI:ut & prius Maria Mag
dalene & ſociæ eius. Attamen Maria Madalene,prior illis in luce curret , & orietur
" ei lux. Quod ſubdit Ioannes dicẽs. ¶ Maria aũt ſtabat ad monumentum foris plo 145
" rans. Dũ ergo fleret,inclinauit ſe,& proſpexit in monumentũ,& uidit duos ange
" los in albis ſedentes:unũ ad caput,& unũ ad pedes,ubi poſitum fuerat corpus IE
" SV. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominum meũ, &
" neſcio ubi poſuerunt eũ. Hæc cũ diximſſet,conuerſa eſt retrorſum,& uidit IESVM
" ſtantẽ,& non ſciebat quia IESVS eſt. Dicit ei IESVS: Mulier quid ploras? Quẽ
" quæris? Illa exiſtimans,quia hortolanus eſſet,dicit ei: Dñe,ſi tu ſuſtuliſti eũ,dicito
" mihi ubi poſuiſti eum,& ego eum tollam. Dicit ei IESVS: Maria. Conuerſa illa,
" dixit ei: Raboni,quod dicitur magiſter. Dicit et IESVS: Noli me tangere. Nondũ
" eẽ aſcendi ad patrem meũ. Vade aũt ad fratres meos,& dic eis: Aſcendo ad patrẽ
" meũ,& patrẽ ueſtrũ: deum meũ ,& deũ ueſtrũ. Venit Maria Magdalene annunci-
" ans diſcipulis,quia uidi dominũ,& hæc dixit mihi. ¶ Maria ſtabat foris,quia domi-
nus ſuus nõ erat in monumento,ſed foris. Et plorabat ob eius abſentiam, quem ut
dũm ſuũ,ut liberatorem ſuum à crudeliſſima neceſſitate ſeptem dæmoniorũ, ama
bat,eius deſiderando præſentiã,qui nuſquã nõ præſens erat. Et dũ fleret,inclinauit
ſe & proſpexit in monumentũ. Cum foris ſtarent plorans,inclinauit ſe, ut & prius
Ioannes,& in memoriam magiſtri proſpexit in monumentũ,id eſt in locũ ubi poſi
tus fuerat dominus: ex ipſo etiam proſpectu loci,materiam lachrymarũ quærẽs &
acquirẽs. Et uidit duos angelos in albis ſedentes:unũ ad caput,& unum ad pedes,
ubi poſitũ fuerat corpus IESV:ſiue ut Ioannes habet ὅπου ἔθηκαν τὸ σῶμα τοῦ ἰησοῦ,ubi
poſuerant corpus IESV,Ioſeph ſcilicet & Nicodemus. Vnde interpres potius di
cere debuit,poſitum fuerat,q̃ poſitum erat:non eẽ tunc ibi corpus IESV poſitũ
erat,quod iam glorioſe ſurrexerat,ſed poſitum fuerat. Hæc ſolitaria erat, & ſic ui-
dit angelos. Aliæ autẽ mulieres,aliter uiderunt, ſiue in primo , ſiue in ſecundo ad
monumentũ acceſſu. Hic autem Mariæ Magdalenæ,ſecundus fuit qui ex Euange
liis intelligi poſſit,acceſſus. Et uidit duos illos angelos intra illam ſepulchri ædicu
lam ſedentes:unũ ubi caput dñi IESV erectũ ſteterat,& alterũ ubi pedes colloca-
ti fuerant. Et uidit eos in ueſtibus albis:ut quæ angelos paſſa fuerat impuros, bo-
nos cerneret in habitu puritatis. Quid eẽ aliud albor,q̃ puritatem deſignat? Et di
cunt ei: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dñm meum, & neſcio ubi po
ſuerunt eũ. Cũ dicebant angeli,Mulier quid ploras? Et apud Lucã,Quid quæritis?
nequaq; per ignorantiam id quærebant: ſed innuebant,iſti quidem quod non erat
ſic plorandum, illis autem quod nõ erat ſic corpus exanime quærendum. Iſta uero
cauſam ſui luctus aperit,quæ & falſa erat,& ex defectu fidei proueniens , dicens:
Quia tulerunt dñm meum,& neſcio ubi poſuerunt eum. Id,Tulerunt dominũ me
um:falſum erat,& ſine fide. Et qui tulerũt? Vt ſua,ſed falſo ferebat opinio,Iudæi.
At cũ dicit,Et neſcio ubi poſuerunt eum: id uerũ eſt quod neſciret,quia nuſquã po
ſuerãt,etſi falſo ſupponebat qd à monumẽto alicubi alibi poſuerant. Et nõ multũ
hæſit ſermoni angelorũ,qui ei innuebant oppoſitũ eius qd dixerat,& quaſi cœle-
ſtes excubitores,& fortes ſi q̃ auferre uoluiſſent,cuſtodes,ſe manifeſtabant : ſedẽ
tes unus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes unus ad caput, & alter ad pedes, ubi Ioseph & Nicodemus posuerant corpus: ut uel sic illi subindicarent, quod Iudæi nõ tulerant dominũ, quod nusquã alio trãstulerant: perinde ac si dicerent: Quomodo nobis assidentibus & præsentibus tollere potuissent? Cæterũ ubi ea quæ dicta sunt, respõdit angelis; conuersa est retrorsum, id est, à conspectu sepulchri & angelorũ conuersa est ad hortum. Et uidit IESVM stantẽ, & nesciebat quod IESVS est. Dicit ei IESVS: Mulier quid plorasʔ Quid quærisʔ Fide carebat, ideo uisum IESVM non agnouit. Fide em̃ IESVS cognoscitur. Aliæ mulieres quæ orto sole ex Marco iterũ uisitauerunt monumentũ, quia fidẽ prius habuerant, quod ostendit magnũ earũ gaudiũ ex Matthæo, uisum dñm agnouerũt: nam fides est, quæ reuelat oculos, & facit cognoscere deũ. Et cũ dominus ex modo interrogandi, quo & angeli usi fuerãt, ploratũ ex fidei defectu Mariæ Magdalenes argueret (nõ em̃ bene plorat, qui & falsa opinione, & deficiẽte fide plorat) illa nihilominus in ignorantia perseuerans, existimabat ipsum hortolanũ esse. Et dicit ei: Dñe, si tu sustulisti eũ, dicito mihi, ubi posuisti eũ, & ego eũ tollam. Causam sui luctus aperit ut & angelis, quæ cũ fide stare non poterat. Verũ cũ existimauit eũ hortolanũ esse, id non omnino male. Nam cœlestis hortolanus erat, & uniuersi agricola. De quo apud Matthæũ: Ecce exijt qui seminat, seminare. Sed in hoc male, quod terrenũ existimabat, sicuti & terrenam de ipso habebat cogitationem. Porro quod dicebat: Domine si tu sustulisti eũ, dicito mihi; opinabat eũ scire quẽ quæreret; & hæc recta fuit opinio: quia ipse nõ ut ignorans interrogauerat, sed causam ploratus improbans. Sciebat em̃ quẽ ipsa quærebat, sed ipsa nesciebat quid quærebat: quandoquidem nihil erat quod quærebat: quid em̃ id quod falsum est, esse possitʔ Sustulerat tamen ipse, & nullus alius, corpus quod ipsa petebat, & e sepulchro asportauerat: sed non tale, quale ipsa putabat ac petebat: nam uiuũ e sepulchro asportauerat, portabat, & portabit in æternũ: ipsa uero mortuum petebat. Et ad quid expressit, dicens: Et ego eũ tollamʔ Et ad quid uolebat eũ tollereʔ Procul dubio ut collocaret eum in illo aut alio sepulchro, & amicos, & amicas inuitaret, quæ illi abunde lachrymas & unguenta expenderent; ut his fieri solebat qui à charis amicis certos dies plorabantur. Sed licet dictũ ei fuisset, quod petebat, ubinam scilicet plus q̃ sacrũ illud corpus, & plusquã sanctũ positũ erat (positũ aũt erat ad perpetuũ animæ uinculũ diuinitati semper unitæ, cui diuinitati & ipsum erat semper unitũ) nõ erat tamen suũ illud tollere, sed ne tangere quidẽ, quod sequẽtia manifestabunt. Hæc ubi dixit, quemamodũ prius se auerterat ab angelis, ita tũc quoq; ab eo quem putauit illius horti cultorem, se auertit. At IESVS uolens eam illuminare, quæ nunq̃ ex se illuminari potuisset, reuocauit ad se, auersam: quid em̃ aliud fidei defectus facit, q̃ auersionẽ à deoʔ Et proprio nomine eã cõpellans, cognitionis lumen ei infudit. Et dixit ei IESVS: Maria. Consueto more eam uocauit. Et illa uocata a deo, continuo se & uocantem cognouit (perdita em̃ erat, & deum perdederat: at uocatio dei omnes saluat, & deũ inuenire facit) & conuersa dicit: Raboni, quod dicitur magister mi. Ecce quomodo uocatio dei illuminat, conuertit, & deũ inuenire facit, & cognoscere eũ solũ esse fidei magistrum. Et continuo uoluit nõ (quod dixerat) tollere dominũ suũ repertum, sed tenere & osculari pedes eius: quod ei tarde credulæ non permisit dominus, quod nihilo secius permisit socijs illius citius credentibus: nec ab re, magis em̃ purgat gaudiũ in fide, q̃ omnes lachrymæ mundi sine fide effusæ, aut cũ mala fide. Et dicit ei, Noli me tangere. Inter mulieres illas, nulla legitur hac perseuerantius resurrectionis incredula: ut inter apostolos nullus Thoma. Sed hæc prima uidit dñm, sed tangere prohibita est: Thomas ultimus, & tangere iussus est: ne quis credat Mariã suo merito primã uidisse dñm. Hæc sola fuit dei benignitas, ut cũ ea uideretur lætari (quæ ex tanta pertinacia, sic

Matth. 13.

demũ suasa erat, ut etiam apostolis suaderet dominũ surrexisse: quemadmodum & prius suaserat, eũ nõ surrexisse, sed sublatũ, unde & illi lachrymæ) & in oppositã deuenisse sententiã, ij ad quos mittebat, de resurrectionis ueritate dubitare nõ possent, ut neq; de resumpti corporis ueritate post testimoniũ Thomæ, posteriores. Et hanc fecit dominus ad apostolos nunciam, dicens ei: Nondũ em̃ ascendi ad patrem meum. Vade autẽ ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrẽ meũ, & patrem uestrum; deum meum, & deum uestrũ. Particula hæc, Nondũ em̃ ascendi ad patrem meum, per parenthesin legenda uidetur, ut non id quod præcedit respiciat (non em̃ reddere uidetur causam huius, Noli me tangere) sed id potius, dic eis: Ascendo ad patrẽ meum. Et id ascendo, certitudinẽ præsentis, ac iam existentis habet, & intelligentiam futuri, Ascendam. Et quare id nunciatura eratʔ Nõne CHRISTVS fuerat apud patrem, postq̃ dixit: In manus tuas commẽdo spiritum meum: & iuxta promissionem ad exauditũ latronem factam, Hodie mecum eris in paradiso? Imo semper erat apud patrẽ, sed de ascensione corporali in cœlũ, quam subinde quadragesima die completurus erat, loquebatur. Dixerat aũt eis frequenter, Vado ad patrẽ, uado ad eum qui misit me. Ne ergo crederẽt id esse impletum, misit nunciam, quæ diceret id nondum esse adimpletũ. De tribus uoluit eos dominus fide præmunire, de uiuifica morte, de uictoriosa resurrectiõe, & de gloriosa sua ad cœlos ascensione. Et quod fratres eos esset nuncupaturus, annunciando eis patrem, quod est nomen dilectionis & consanguinitatis, quia homo erat propter homines, dixit propheta in spiritu, loquens in persona eius, psalmo. 21. Narrabo nomen tuũ fratribus meis. Quod facit, dicẽdo: Ascendo ad patrẽ meũ & patrem uestrum: deum meum, & deum uestrum. Ascendo ad patrem meum, per naturam & essentiam: & patrem uestrum, per adoptionem & gratiam; deum meum, per antiquam generationem & æternam: & deum uestrum, per nouam creationẽ & temporaneam, & utrorũq; per gloriam: quia pater gloria filij per comprehensionis immensitatem, cæterorũ autem per gloriæ incomprehensibilitatẽ, sed secundum cuiusq; captum cõprehensibilitatem. Nam solus filius, & quod in diuinitate cum eo est eiusdem naturæ, supra omnem comprehensibilitatẽ & tota incomprehensibili cõprehensibilitate patrem nouit: nam ut infinitus est, & infinite. Quod ergo patrẽ deum suũ nominat, in æqualitate naturæ, æternæ suæ originis principiũ honorat. Quod & uult ab hominibus fidelibus suis suo modo fieri. Et alibi maiorẽ se appellat, aut formam serui agnoscẽs, aut in forma dei paternam præferens originẽ, cum in hac forma utriusq; sit æqualis honor, indiuisa gloria, omnipotẽs, æqua, eademq; potestas. Vbi aũt dominus uerba illa Mariæ Magdalenæ locutus est, credula nunciauit apostolis. Quorũ (quis dubitat) nonnulli ut incredulam nouerant, sic credulæ facile crediderũt, aut ad credendũ melius fuerunt affecti, ea dicente: Vidi dominum, & hæc dixit mihi. Hæc scilicet quæ dñs iniunxerat ipsi dicenda. Sed dices: Quomodo crediderũtʔ cum Lucas dicat: Et regressæ à monumento nunciauerũt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Erat aũt Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cũ eis erant, quæ dicebant ad apostolos hæc. Et uisa sunt ante illos sicut deliramenta uerba ista, & nõ crediderũt illis. Id sane in primo Mariæ Magdalenæ accessu ad monumentũ, factũ est: nõ in hoc secũdo; quod indicat Lucas, subdens: Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum. Et tunc Maria Magdalene nõ credebat, sed potius ex Ioanne asseuerabat dominũ e monumento sublatum: adeo ut in suam sententiam, imo potius in suum errorem traxerit Petrum & Ioannem. Sed ut primo illos sic traxit, sic secundo, si non persuasit, adiuuit tamen ad postea citius faciliusq; credendũ. Nam ex Luca, etsi prius uidissent incredulam, & tunc (licet difficulter) credulam; nondum tamen crediderũt, illo dicen

Lucæ. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illo dicente: Surgens autem IESVS mane prima sabbati: siue (ut Marcus habet) ἀναστὰς δὲ πρωὶ πρώτῃ σαββάτου, Cum surrexisset autem mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septẽ dæmonia. Illa uadens nunciauit ijs, qui cũ eo fuerant, lugentibus & flentibus. Et illi audientes, quia uiueret, & uisus esset ab ea, nõ crediderũt. Vides ne hic luctus & fletus, quos defectus fidei pariebat? Et quod, ut de Thoma dominus dixit: Quia uidisti me Thoma, credidisti: sic & de Magdalena illa dici potuit, quia uidisti me, credidisti, quemadmodũ & ipsa fatebatur, dicens: Vidi dominũ. Neq; enim angelis credula esse potuit, quod arbitror diuina dispensatione factũ fuisse, ut de resurrectione eius firmior fides haberetur. Sic & de maximo fideliũ persecutore, maximũ fecit fidei præconẽ: ut & fides eius haberetur certior, & omnia noscerentur se solo indultore haberi posse, tam in ijs qui cito q̃ qui tarde fidem suã admittunt. Et hoc de Magdalena factũ, apertius expressit Ioannes q̃ Marcus, cæteri uero supprresserunt. Nunc aũt & aliud subdit signũ,
146 „quod etiam tangit Lucas: sed hic narrat quæ Lucas dicere omisit, dicens. ¶ Cũ ergo sero esset die illo, una sabbatorũ, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metũ Iudæorũ: uenit IESVS, & stetit ī medio, & dixit eis: Pax uobis. Et cũ hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Dixit ergo eis iterũ: Pax uobis. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Hæc cum dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite spiritum sanctũ. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. ¶ Cum dicit Cũ ergo sero esset die illo una sabbatorũ: serũ quod secunda dies post magnũ sabbatũ inchoabatur, hic intelligitur. Sex em̃ dies, diẽ azymorũ sequentes, etiã sabbata dicebantur, cũ ex lege essent celebres: & tunc quoq; quarta dies à die passionis, id est à die paschæ, incipiebat. Sed & id factũ est ea uespera, qua peregrini ex Emmao ad undecim redierũt: quod proculdubio finita die dominica, in ea uespera, qua cœpit secunda dies post magnũ sabbatũ, accidit. Et illis aduentantibus, undecim apostoli erant Hierosolymis in uno loco congregati. Quare & Thomas cũ eis. De
Marc. 16. qua re sic scribit Marcus: Post hæc aũt duobus ex his ambulãtibus, ostensus est in alia effigie, euntibus in uillam: & illi euntes nunciauerunt cæteris, nec illis credide
Luc. 24. rũt. Et Lucas sic: Et surgẽtes eadem hora, regressi sunt in Hierusalẽ, & inuenerũt congregatos undecim, & eos qui cũ illis erant, dicentes quod surrexit dominus uere, & apparuit Simoni. At dices: Hæc multũ diuersa sunt in Marco, nec illis crediderũt: & in Luca, Inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cũ illis erant, dicentes quod surrexit dñs uere. Nam si dicebant, Surrexit dñs uere: ergo credebant dominũ surrexisse. At Marcus dixit: Nõ crediderũt. Nos imus inficias Marcũ dixisse, qd̃ nõ crediderũt, aut quod nõ crediderunt dominũ surrexisse: etsi dixerit, Nec illis crediderũt, ut subaudias, quod dñs ambulauerit cũ eis in uia, & tam longũ sermonẽ miscuerit cũ ipsis, & in pandochio discubuerit. Et hæc causa forsan putabitur quod forte illo tempore apparuit Simoni, & si crederent (non tamen omnes: nam Thomas nõ credebat) dominũ surrexisse à mortuis. Sed nondũ intelligebant dñm corporaliter simul & apud Simonem, & apud peregrinos potuisse esse: quod erat magnũ diuinitatis ipsius argumentũ. Qui ubiq; est diuine, & etiã corporaliter ubi cunq; uult. Quod & si sensus, ratio, intelligentia nõ capit: id tamen in lumine fidei est sole illustrius. Nã pone in eodem temporis articulo sacramentũ cœlestis panis & calicis benedictionis esse in India, in Africa, in Europa, & in eisdem in innumeris, si placet, locis: & uidebis dñm infallibili luce fidei corporaliter simul esse in India, in Africa, in Europa, & ī qualibet harũ plagarũ, in quotquot placuerit locis. Et qs negabit, cũ et hic et istic, & illic corporaliter simul sit, eũ si uoluerit, simul ubiq; et hic, et istic, & illic corporaliter apparere, eodẽ uel uarijs modis, utcũq; ipsi placitũ fuerit?

fuerit? Sed quãdo dñs post apparitionem peregrinis factã, & mutua cum illis colloquia, nocte uenit: tũc ex Ioãne abscesserat Thomas. Et id diuina quidẽ dispẽsatiõe factũ, quis ambigat? ut omniũ ptinatior discredẽdo, postmodũ credulus, fieret cæteris credibilior. Ergo dominus noster illa nocte uenit ad discipulos, & eos q erãt pariter cũ ipsis, ianuis clausis, aliud diuini corporis ostẽdens signũ: nimirũ dotẽ corporum ex resurrectione gloriosorũ, quam filij resurrectionis ab ipso, in ipso, & ,ppter ipsum sunt percepturi: quã gloriã in suo corpore primũ manifestauit, quod ex materiali, crasso, & occupãte effectũ est spũale, subtile, & plenũ absq; occupatiõe: ut lux plena est, & nõ occupat, sed collata ad corpus gloriosum, crassa est: ut quæ apturis, & rimis obturatis opaca loca ĩtrare nõ possit. Omne corpus, cœlũ, terra, lapis, ferrũ sic est ad corpus gloriosum, ut ad lumẽ trãslucidus aër, translucidũ ue uitrũ: quinimmo corpus gloriosum sine cõparatione, ad omne corpus subtilius est, q̃ lumen ad ad quodcunq; pspicuũ. Quod innuit p id quod dicit: Cũ ergo sero esset die illa una sabbatorũ, & fores essent clausæ, ubi erãt discipuli cõgregati, ppter metũ Iudæorũ, uenit IESVS, & stetit ī medio. Et ex Luca ipsi cũ nõ intelligerẽt ĩmortalis corporis donũ, cõturbati fuerũt, existimantes se spiritũ uidere. spirituũ enim etiã hæc natura est, spũalitas, subtilitas, & (ut ita dicã) inoccupãtia. Stetit ergo in medio, & dicit eis: Pax uobis. Et cũ hoc dixisset, ostẽdit eis manus et latus. Hoc fecit, ut ipsum agnoscerẽt, & signa suæ redẽptiõis intelligerẽt: & fidẽ, sine qua saluari nõ poterãt, sibi compararẽt. Gauisi sunt ergo discipuli uiso dño. Hoc gaudium, fidei effectus est pariter & signũ: ut alacritas hoĩs sani, effectus sanitatis pariter & signũ. Dicit ergo eis iterũ: Pax uobis. Sẽper hic de pace CHRISTI, nõ quomodo mũdus dat, fuit illis intelligẽdũ. Sed primo loco, pax fuit salutatoria, præparatoria, & sedatoria: secũdo uero loco, cõfirmatoria, ut missi nõ turbarentur, neq; formidarẽt: quæ ĩ aduẽtu spiritus sancti fuit consummata. Quod intelligit p id quod subdit: Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Pater misit eũ, ut oĩm sub se, ut missus sub mittẽte, operaret salutẽ: sic & ipse misit discipulos, ut omnium sub se operarẽtur salutẽ, ut missi sub mittẽte. Missus uerba patris sui locutus, nihil uerbis patris adiecit aut detraxit: sic & isti missi, uerba CHRISTI locuti sunt, nullo addito, detracto ue. Quare si q addũt aut detrahũt, nõ sunt missi ab eo. Hæc cũ dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite spiritũ sanctũ. Hæc insufflatio, quæ est spũs emissio, indiciũ est qd̃ spũs sanctus ab eo ad nos procedit, pgreditur, aduenit. Quod id innuit, Accipite spiritũ sanctũ. Pro æterna tamẽ illa spiratiõe, etsi minus huius loci intelligẽtiæ accõmoda uideat, q uolet, accipiat: peperit certe hic sensus lõgã altercationẽ, cũ ea significatio sit humano sensu, ac humana ratiõe incõprehẽsibilis. Quis enim generationẽ filij, qs etiã spirationẽ illã spiritus enarrabit? & ad quid acceperũt tũc spiritũ sanctũ? Nũquid acceperũt illũ, ut paracletũ & cõsolatorẽ, ad linguas, ad prophetias, ad interpretatiões, ad abdita cordiũ cognoscẽda, ad flammantẽ & incõcussibilẽ charitatẽ? Nõdum certe, sed spiritũ ad remittẽda peccata. Quod aperit dñs, cũ subiũgit: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retẽta sunt. Sed quomodo remittẽtur, nisi cognoscãtur? Quomodo cognoscẽtur, nisi peccata sua homines confiteantur? Ergo cũ hæc ait dominus, cõfessionẽ peccatorũ faciendã insinuat. Est ergo peccatorũ manifestatio, iuris diuini. Sed qbus fieri debet? Certe ijs qbus dixit: Accipite spiritũ sanctum. & cõtinuo subiũxit: Quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis: & quorũ retinueritis, retẽta sunt. Oportet ergo spiritũ CHRISTI accipere, ad remittẽda aut retinenda peccata: & haud scio quæ pcrã spũs CHRISTI retineri uelit, nisi peccata infidelitatis, quibus annexa est, ut plurimũ in deũ blasphemia: quale est scribarũ & pharisæorũ, nã accedentẽ ad deũ, fidẽ habere oportet: quæ si perfecta sit, & plene quis in deũ fidat, nulla uult retineri peccata, nam si credit, & pfecte fidit, odire non

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest.quis enim fidit ei qd odit? qui aũt eiusmodi est,amat:credẽti aũt,fidẽti, amanti,id est pfectã fidẽ habẽti, nullũ uult spiritus dei bonus peccatũ esse retinẽdũ: imo arbitror quod si angeli apostatæ,quibus peccata retinentur,possent fidẽ illã, pfectã dico,habere,nõ retinerent eis à deo,sed remitterent peccata:credũt enim,sed nõ fidunt,ideo fidẽ illã non habẽt,& miníme amãt,sed odiũt: & peccata eorũ,sunt ĩ spiritum sanctũ peccata, quæ nõ remittũtur. Fides etiã à fidẽdo dicta uidet. Et quid est fidere,nisi bonitati alicuius omnino se cõmittere,nisi ĩ eo plenissime sperare? Hæc electorũ fides,cui spiritus sanctus nihil uult esse retinẽdũ. Igit si quis nõ credat dominũ esse filiũ dei,esse crucifixũ, esse uere passum,p oim salute: si nõ credat carnis resurrectionẽ,animarũ immortalitatẽ,uitã æternã:ut Marcion,& alij plerique hæretici:etsi illa cõfiteat,retinent tamẽ & nõ remittuntur.hæc sunt enim quæ retinere iubẽtur.nã quis remittere possit sine fide? quis permittere, ut quis ppetuo deo sit infidelis? Fidẽ autẽ habẽti oia remissibilia sunt,& soli tali remissibilia. Ergo aliter tunc dñs dedit spiritum apostolis,aliter postea quinquagesimo ferme die. Et utercq; modus mũdo fuit necessarius.Fidelibus primus modus,necessarius:secundus,nõ uscq; adeo. Ideo datũ spũs sancti donũ ĩ remissionẽ peccatorũ,credo nuncq; ablatũ, necq; auferẽdũ uscq; ad diẽ nouissimũ:licet utẽdi modus uarijs uarius sit. Qd hic articulus fidei testat,remissionẽ peccatorũ:etsi secũdus modus fuerit ablatus, CHRISTI tamen est,quãdo uolet,& spiritũ in mũdo,secũdo modo dare, fiat uolũtas eius semp. Spũs CHRISTI in se unus est,& in donis multiplex.Et aliter dedit apostolis spiritũ remissiõis peccatorũ,aliter spiritũ intelligẽtiæ scripturarũ:his enim duobus modis dedit apostolis suis ante ascẽsum suũ in cœlũ:& tertio modo dedit in die pentecostes,quando dedit paracletũ,id est spiritũ cõsolatoriũ.Sed cũ dñs sic se apostolis mirifice insinuauit,& dedit eis spiritũ sanctũ,scilicet remissiõis peccatorũ: tũc Tho
147 „ mas nõ aderat,dicẽte Ioãne. ¶ Thomas aũt unus ex duodecim, q dicit Didymus,
„ nõ erat cũ eis quãdo uenit IESVS.Dixerũt ergo ei alij discipuli: Vidimus dñm. Ille
„ aũt dixit eis:Nisi uidero ĩ manibus eius fixurã clauorũ, & mittã digitũ meũ in locũ
„ clauorũ,& mittã manũ meã ĩ latus eius,nõ credã. Et post dies octo,iterũ erãt disci-
„ puli eius intus,& Thomas cũ eis. Venit IESVS ianuis clausis,& stetit in medio,&
„ dixit eis: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitũ tuũ huc, & uide manus meas
„ & affer manũ tuã,& mitte ĩ latus meũ,& noli esse incredulus, sed fidelis. Respõdit
„ Thomas,& dixit: Dñs meus & deus meus. Dicit ei IESVS: Quia uidisti me Tho
„ ma,credidisti. Beati qui nõ uiderũt,& crediderũt. ¶ Thomas Hebraice,Græce Didymus,Latine Gemellus appellat. Didymus dico,ut secũdũ poẽtas Castor et Pollux Didymi,id est gemelli dicebant: & secũdũ ueritatis historiã Iacob & Esau Didymi,& utercq; Didymus. Sic & ille, Thomas & Didymus dictus est: nõ qd gemino fuerit aĩo,nũc ĩcredulo,postea credulo,sicut et oẽs fuerũt apostoli,nisi iuxta Nazaræorũ euangeliũ(qd citat Hieronymus) Iacobũ fratrẽ dñi ab incredulitate excipias. Dixerũt ergo Thomæ alij discipuli: Vidimus dominũ. Ille autẽ dixit eis : Nisi uidero in manibus eius fixurã clauorũ,& mittã digitũ meum in locũ clauorũ,& mittã manũ meã ĩ latus eius,nõ credã. Hæc est Thomæ ferme obstinata infidelitas. Et quare sic erat obstinatus? Quia diuina dispẽsatiõe,ad tẽpus sibijpsi derelictus erat: ut deus bonitatẽ suã amplius manifestaret ad aliorũ salutẽ,& ad infundẽdã Thomæ altiorẽ fidẽ.nõ enim pro uolũtate nostra,sed pro dei miseratiõe,fideles sumus. Magnũ est si nõ reluctamur fidẽ infundẽti,quod faciebat Thomas, nolẽs persuasiõi ulli acquiescere,necq; tot testibus,Petro,Ioanni,Iacobo, & alijs quàmplurimis, qui se certiores factos ex uisu et auditu credere dicebãt. Sed qd fecit illa miseratrix,et infinitæ clemẽtiæ CHRISTI bonitas? Post dies octo,iterũ erãt discipuli eius intus, & Thomas cũ eis. Venit IESVS ianuis clausis,et stetit ĩ medio,et dixit eis: Pax uobis

Deinde

Deinde dicit Thomæ: Infer digitũ tuũ huc,& uide manus meas: & affer manũ tuã, & mitte in latus meũ,& noli esse ĩcredulus,sed fidelis.Hæc fecit,qui semp nouit ex malis facere bona,siue ad iusticiã,siue ad misericordiã:ut suã eximiã manifestet bonitatẽ,& p Thoma & p posteris:sed maxĩe ad manifestandã misericordiã suã. Cætera quæ ostẽderat alijs apostolis de magnifica dote spũalitatis & subtilitatis corporis sui,ostẽdit et Thomæ:at nõ omnẽ corporis sui gloriã,nã umbra gloriæ,quã uiderãt Petrus,Iacobus,& Ioãnes in mõte sancto,hac,uisa est illis admirabilior: ut quæ fuerit illis ecstatica. Et si post resurrectionis gloriã(ut in Matthæo ait dñs)iusti fulgebũt sicut sol ĩ regno patris eorũ:quãta erat corporis CHRISTI gloria, si eã manifestasset? Sed tũc id nõ expediebat ad ueritatis corporis fidẽ cõprobãdã: hæc aũt est ipsum,corpus illud qd in uita habuerat,resumpsisse.Id quod omnibus ĩ resurrectione accidet,nã ut uerbo dei oĩa ex nihilo repẽte prodierũt: ita etiã uerbo dei corporũ substãtia,quãtuncunq; dissipata sit,dispersa,& ĩ atomos difflata,repẽte ĩ pristinũ corpus formata prodibit. Omnes(inquit)qui ĩ monumẽtis sunt,audiẽt uocẽ filij dei. Et aĩæ,siue à summis cœlorũ,siue ab imis abyssi,siue ab intermedijs receptaculis,eodẽ uerbo dei ĩ ppriorũ corporũ cubilia reuertẽtur, & angelico ministerio ex omni loco repẽte ad iudicẽ rapiẽtur(Simul rapiemur,inquit Paulus,cũ illis in nubibus obuiã CHRISTO ĩ aẽra) hi ad gloriã,illi ad iudiciũ, & quisq; in ppria corporis sui ueritate.ut enim aĩæ nostræ,quæ fluxæ substãtiæ nõ ẽ & dissipabilis, nihil perit: ita & corporũ nostrorũ secũdũ substãtiã nihil uncq; perit,etsi fluxũ sit & dissipabile. Hoc uoluit ad nostrã instructionẽ mũdi saluator,occasiõe dubitatiõis Thomæ,per eundẽ plena fide suscepta nobis eẽ testatũ. Qñ dixit Thomæ: Infer digitũ tuũ huc, & uide manus meas: & affer manũ tuã,& infer in latus meũ.id totũ respicit qd dixerat Thomas ijs,qui ipsi dicebãt, Vidimus dominũ: Nisi uidero in manibus eius fixurã clauorũ, & mittã digitũ meũ in locũ clauorũ, & mittã manũ meã in latus eius, nõ credã. Qd etsi latere credebat dominũ,& eũ absentẽ esse,aut etiã nusquã ob incredulitatẽ:quæ pectus suũ urgebat:nequacq; tñ id eũ latebat, quẽ nihil latere potest: necq; ipse aberat,q nusquã nõ adest:necq; usquã nõ erat,q ubicq; est,& id omne quod uere est. Ista oĩs ĩcredulus & q peccat,nõ credit.nã cũ sit ĩ tenebris,id deo tenebras esse putat,deũcq; latere. Et hac infidelitatis nube diabolus mũdũ perdit.nã quis fur quis adulter,fornicator aut immũdus,furaretur,fornicaret,aut omnis fœditatis cœno se polluereet:si deũ præsentẽ uideret ĩ maiori lumine sua facta,& interna, & externa contuentẽ,q̃q si infinitæ circa ipsum accensæ essent tedæ,ad ipsius detegendã iniusticiã,& reuelandã cõfusionẽ? Ergo quod Thomas secũ mẽte uoluebat,& mentis eius infidelitatẽ,quã uerbis aperiebat,solus ĩ tenebris existẽs,multa cũ luce præsentes oculi CHRISTI uidebant,& aures diuinitatis eius audiebãt. Et qs dubitat, Thomã & digitũ suũ(sic uolente CHRISTO)cõspectis IESV manibus, in fixurã clauorũ intulisse,& manũ suã in latus eius immisisse? ut si uisus exhibiti corporis, & auditus uerborũ oris audiri soliti,& abdita Thomæ reuelãtis,ad inducendã de uero corpore resumpto fidẽ nõ suffecerãt:uisus simul & auditus & tactus, eius rei fidem facerẽt. At Thomas tangẽdo,magis tactus est.nam tacto dñi corpore, tactus est diuinitate: & impleta est pax,qua dñs,dum intraret,eos salutauerat,& impleta iussio, qua dixerat: Noli esse incredulus sed fidelis: quia ueræ fidei luce discussis totius infidelitatis tenebris,dixit: Dñs meus,& deus meus. Et ita eũ uere resurrexisse,& uerum corpus resumpsisse credidit. Et insup,eũ primus omniũ aperte & dominũ, & deũ cõfessus est.nullus enim apostolorũ ante eũ,legitur dominũ nostrũ aperta confessione dixisse deũ. Et cũ dicebat,dominus meus: hæc nomenclatura nihil terreni dominij sapiebat,sed mere diuini,q̃ ille uellet eũ esse dominũ dominantiũ: & sic in Thoma iam fideli loquebatur spiritus patris,qui in ijs qui fideles sunt, loquit sublimia.Et

Matth.19.

1.Thessa.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

mia. Et ut aperte ſaluatorẽ noſtrũ, deum teſtatus eſt: ita & dominus reſpõdendo, ſe deum eſſe confirmat, quandoquidem eũ acceptat ut fidelẽ, dicens: Quia uidiſti me Thoma, credidiſti. Beati qui non uiderũt, & crediderũt. Quia uidiſti me, rimãdo & manus, latus, & corporis mei ueritatem, credidiſti: quod ſcilicet reſpõdiſti, nimirũ me dominum & deum tuũ eſſe. Beati qui me ſecundũ corpus non uiderunt, & crediderunt me & dominũ, & deũ eſſe. Cæterum quod Thomas adiecit ad iſta, dominus & deus, uidelicet meus; particula erat affectus, & magnæ fidei expreſſiua. Sic repẽte ſpiritus CHRISTI operatur, ut prius in Magdalena, hic in Thoma, poſtea in Paulo: ut in ijs qui magis contrarij uidebãtur, glorioſior CHRISTVS appareat. Paulus in Europa prædicauit, q̃ fuerat omniũ maximus fidei pſecutor: & ſeminata CHRISTI fides, cuius inſtrumentũ fuit, adhuc pſeuerat. Thomas Aethiopibus, q̃ fuerat omniũ apoſtolorũ maxime ĩcredulus, & adhuc in ſexagintaduobus regnis, fides CHRISTI, cuius propagãdæ fuit inſtrumentũ, perſeuerat: & purius quidẽ (ſi uera ſunt quæ referunt, qui illinc ad nos uenire ſolent) quàm in Europa, & nõ in minore terræ plaga, q̃ſ ſit Europa. Illic thori caſti & inuiolabiles, inteſtina bella nulla, iuſticia integra; oẽs quo ad terrena, ſub uno principe & monarcha, quẽ ppetuo ob inſignẽ memoriã manſuetudinis, & iuſticiæ regis Hebraici Dauid, ἀμωνίμως Dauid appellant: & quo ad ſpiritualia, omnes ſub uno uniuerſali patriarcha, ſpũali CHRISTI œconomo, quẽ ob memoriã Marci euãgeliſtæ, q̃ eos ut & Thomas uiſitauit, Ioannẽ Marcũ appellãt: unde euangeliſtam Marcũ, Ioannem Marcũ appellatum fuiſſe quidã conijciunt. Hæc narrãt, qui illinc ad nos cõmigrant. Et qui hæc narrantes audiũt, q̃dni gaudeãt, audiẽdo CHRISTVM illic apud Aethiopas & Indos coli, & euangeliũ eius rutilare? Quidni etiã triſtẽtur, quod hic ferme omnia negligentius, quàm illic geri uideãtur? Reſtituat IESVS CHRISTVS cũctis gẽtibus, terris & nationibus, ſuæ fidei, ſui cultus, ſuiq̃ euãgelij purũ, ſanctũ, integrũq̃ nitorẽ. Tũc autẽ partim impletũ eſt id Sophoniæ: In igne zeli mei deuorabitur omnis terra: q̃a tũc reddã populis labiũ electum, ut inuocẽt omnes nomen domini, & ſeruiãt ei humero uno. De quo etiam in Luca, cap. 24. numero. 203. diximus, ubi dictum eſt id, In igne zeli mei deuorabit omnis terra: deſignare quod in igne ſpiritus ſancti (qui eſt ardor fidei, charitatis, & nouæ legis) purgãdum & abſumendũ eſſet in ijs, qui puritatem legis nouæ erant admiſſuri, quicquid terrenũ & carnale eſſet: quod q̃ illi ex terrenis & carnalibus, cœleſtes atq̃ ſpirituales eſſent euaſuri. De hoc autẽ igne zeli domini, Deuteronomij cap. 37. mentio fit, ubi ſic habet: Dominus de Sina uenit, de Seir ortus eſt nobis, apparuit de mõte Pharã, & cũ eo ſanctorũ milia. In dextera eius, ignea lex, dilexit populos. Dextera patris, CHRISTVS dñs: Lex ignea, lex amoris, lex gratiæ, lex ignis zeli dñi, lex noua, lex ſpiritus, lex perfectæ libertatis. Et quomodo nõ intelligeretur eſſe lex amoris, cum dicatur, Dilexit populos? nã & per eã dilectionẽ, quã habet in filio ſuo, dedit legẽ illã pater æternus omnibus gentibus, populis, nationibus: & ĩ filio ſimili nobis, ſed ſine peccato, hoie facto, diligit oẽs populos. CHRISTVS eſt ratio dilectionis omniũ, libertatis omniũ, & ſalutis omniũ. Et ad hoc ipſum ut dilectiõe filij dei omnes ſaluari poſſent, ſubdit p̃ prophetiæ ſpiritũ: Quia tunc reddã populis labiũ electũ, ut inuocẽt omnes nomẽ domini, & ſeruiant ei humero uno. Quodnã labiũ? Nimirũ labium ſpiritus ſancti, labiũ, loquelãq̃ apoſtolicã dono ſancti ſpiritus apoſtolis & populis infuſam. De q̃ i Actis apoſtolicis dicit: Non ne ecce omnes iſti qui loquũtur, Galilæi ſunt? Et quomodo nos audiuimus unuſquiſq̃ linguã noſtrã, in qua nati ſumus? Parthi & Medi & Elamitæ, & qui habitãt Meſopotamiã, Iudæam & Cappadociã, Pontũ & Aſiam, Phrygiam & Pamphyliã, Aegyptũ, & partes Libyæ, quæ eſt circa Cyrenem, & aduenæ Rhomani; Iudæi quoq̃ & Proſelyti, Cretes & Arabes, audiuimus eos loquẽtes noſtris linguis

Sopho. 3.

Act. 2.

magnalia dei. Sed & ex eiſdẽ ca. 10. populi labiũ electũ ſuſceperũt, ubi ſic habet: Adhuc loquẽte Petro uerba hæc, cecidit ſpũſſanctus ſuper oẽs, qui audiebant uerbũ. Et obſtupuerũt ex circũciſione fideles, q̃ uenerãt cũ Petro: q̃a & in nationes grã ſpũſſancti effuſa eſt. Audiebãt enim illos loquẽtes linguis, & magnificãtes deũ. Ecce labiũ electũ, labiũ ſpũſſancti redditũ eſt apoſtolis, & inſuper populis; tũ per apoſtolos & diſcipulos, tũ p̃ ſeipſos: & Sophoniæ pphetia ex ordine cõpleta. Sed & de Aethiopibus & Indis, q̃s diuina ſorte ſuſcepit Thomas illuſtrãdos, ſubdit Sophonias: Vltra flumĩa Aethiopiæ, inde ſupplices mei, filij diſperſorũ meorũ deferent munus mihi. Quinã dicunt diſperſi niſi apoſtoli dñi, qui in omnẽ terrã ad annunciandũ euangeliũ pacis, uerbũ dei altiſſimi, uerbũ æternæ reconciliationis diſperſi fuerũt? Qui filij eorũ, niſi qui per eos CHRISTO dño fide adhæſerũt, & filij dei facti ſunt? Qui omnes detulerũt munera domino, fidẽ, ſpem, charitatẽ, & ſuas immaculatas aĩas. Et id factũ eſt per Thomã, & alios apoſtolos in toto mũdo, & in omni natione. Porro quales tũc futuri eſſent Chriſtiani, declarat idẽ, pphetia; quia tũc omnis humana adinuentio caſura erat. In die illa, inquit, nõ cõfunderis ſup cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me. Pro ſupbia regnatura erat humilitas. Tũc, inquit, auferã de medio tui magniloquos ſuperbiæ. Tũc in omni loco populus dei, futurus erat pauper ſpiritu, & poſiturus totã fiduciã ſuam in domino. Ait enim: Et derelinquã in medio tui populũ pauperẽ & egenum, & ſperabũt in noie dñi. Et ſubdit q̃ non eſſent facturi iniquitatẽ, neq̃ locuturi mendaciũ, nec inuenienda eſſet in ore eorũ lingua doloſa, ſed paſcerent à dño. At quonã paſtu, niſi doctrina uitæ æternæ? Et quieſcerẽt, in pace ſcz filij dei: & nullus eſſet q̃ eos neq̃ in hac uita neq̃ in altera exterreret, ſed oĩa in illis plena eſſent laude ſpũali & iubilatione, lætitia & perenni exultatiõe. Et hoc quia, inquit, rex Iſraël dominus in medio tui, nõ timebis malũ ultra. Et rurſus: Dominus deus tuus ĩ medio tui fortis, ipſe ſaluabit. Et talis fuit populus Chriſtianus, diſperſis p̃ uniuerſum mundũ apoſtolis & diſcipulis. Et etiã quandocũq̃ erit populus euãgelicus, populus nõ titulo tenus, ſed reipſa & ſpũ Chriſtianus. Qd̃ & iã factũ ẽ. Et licet id aliquãdo interciderit, carne uincẽte ſpiritũ: adhuc tñ futurũ eſt, fietq̃, cum complebit qd̃ in calce illius cap. adijcit idẽ Sophonias in perſona dei hũc in modũ loquens: Dabo eĩ eos in nomẽ & in laudẽ oĩbus populis terræ, cũ cõuertero captiuitatẽ ueſtrã corã oculis ueſtris, dicit dñs. Quid eſt hic nomẽ, niſi nomẽ Chriſtianũ, ſed ſecundũ ueritatẽ & ſpũm? Et quæ laus apud oẽs populos terræ: niſi q̃ eſt in uera unius dei cognitiõe, in unius ſolius uero cultu, ceſſante omni humana adinuentiõe, & ſola diuina uincente? Sed nimis longũ eſſet, hãc prophetiã quæ hic de Chriſtianis habet, tum qui fuerunt, tũ qui ſunt, tũ qui futuri ſunt, adamuſſim enucleare: inter quos ſemp eſt CHRISTVS dominus, rex Iſraël, deus fortis, ſaluans eos. Vtinã ergo id ſimus qd̃ dicimur. Sed cũ dominus dixit: Beati qui nõ uiderũt & crediderunt: hæc uerba iã factorũ habẽt certitudinẽ, & omnis temporis intelligentiam: quia & qui præceſſerant & nõ uiderant, ſed crediderãt, ut prophetæ, & ueteris legis iuſti, beati, & qui tũc erant, credebant aũt etſi nõ uiderant, beati: & qui poſtea uſq̃ ad conſummationẽ mundi futuri erant, & nõ erant uiſuri, attamen credituri, beati. Ergo ſi uolumus, etiã diuini oris prænunciatione eſſe beati, credamus, tametſi non uiderimus, uiſuri aliquando glorioſius q̃ Thomas, & Petrus, & Ioãnes, & Iacobus, & reliq̃ apoſtoli, & beatiſſima etiã mulierũ uirgo MARIA, q̃uis etiam eſſet ueriſſima mater dei, & carne & ſpiritu, tũc unq̃ uiderint. Hæc fides ueriſſima & certiſſima eſt, quã non homo, ſed deus infundit. Si hãc habere poſſumus (poſſumus aũt, ſi nos nihil poſſe intelligamus ſed deũ oĩa poſſe) ex uerbo CHRISTI, qd̃ eſt ueritas, beati ſumus. Et ſubdit Ioannes, ¶ Multa quidẽ & alia ſigna fecit IESVS in cõſpectu diſcipulorũ ſuorũ, q̃ non 148

ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autē ſcripta ſunt, ut credatis, qa IESVS eſt filius dei: & ut credētes, uitā habeatis ī nomine eius. ¶ Signa quæ dicta ſunt, fecit IESVS in cōſpectu diſcipulorū ſuorū, inſup & multa alia, quæ nō ſunt in hoc euangelio, id eſt in ijs huius euangelij quæ præceſſerunt, aut in ijs quæ ſequūtur, quorū nonulla etiā ab alijs euāgeliſtis memoriæ ſunt prodita. Hæc autē quæ ſcripta ſunt, neq; propter apoſtolos, neq; ꝓpter eos, q tūc erāt & apoſtolos audiebāt (iſti em̄ ex auditu uocis credebāt, id eſt præparabant ad credēdū, id ꝓficiēte ī auditu interno, ſpiritu ſancto) ſed propter poſteros. & nos ipſos ut credamus: ut ſicut illi ꝓ uocē, ſic & nos ꝓ ſcripturā præparemur, ut ſpiritus ſanctus in nobis ſecreta, internaq; operatione ꝓficiat fidem. Quā fidē? Quod IESVS eſt filius dei, & quicquid nobis reliquit credendū. Et ut credētes, uitam habeamus in noie ipſius, in diuinitate eius, in ipſo filio dei, qui ipſe nomē ſuū eſt: credentes non propter nos, ſed propter ipſum, & optātes uitam illā æternā, quæ maior eſt omni uita, nō ꝓpter nos (quid enim ſumus? Ex nihilo nihil) ſed ꝓpter ipſum qui eſt, qui uere eſt, & qui eſt omne quod eſt. Nihil eſt, niſi bonum: ipſe autē eſt omne bonū. Vt ꝓ ipſum, & cū ipſo, nō in nobis qui nihil ſumus, niſi uanitas & inanitas, ſed ī ſpiritu ſuo qui replet oia, laudemus, exaltemus, & glorificemus patrē ſuperbonū: quē per ipſum, & cū ipſo, & ſpiritu ſancto decet omnis honor, gloria & adoratio, in omnia & ſuper omnia ſeculorum ſecula. Amen.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

149 POſtea manifeſtauit ſe iterum IESVS ad mare Tiberiadis. Manifeſtauit autem ſic. Erāt ſimul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanaël qui erat a Cana Galilææ, & filij Zebedæi, et alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari. Dicūt ei: Venimus & 5 nos tecū. Et exierūt & aſcēderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderūt. Mane aūt facto ſtetit IESVS in litore: nō tamen cognouerunt diſcipuli qa IESVS eſt. Dicit ergo eis IESVS: Pueri, nūquid pulmentariū habetis? Reſpōderūt ei: Nō. Dixit eis: Mittite in dextrā nauigij rete, & inuenietis. Miſerūt ergo, & iā non ualebāt illud trahere præ multitudi- 10 ne piſciū. Dicit ergo diſcipulus ille, quem diligebat IESVS, Petro: Dominus eſt. Simō Petrus cū audiſſet quia dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare. Alij autem diſcipuli nauigio uenerūt (non enim longe erant a terra, ſed quaſi cubitis ducētis) trahētes rete piſciū. Vt ergo deſcenderūt in terrā, uiderūt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum 15 & panem. Dicit eis IESVS: Afferte de piſcibus, quos prēdidiſtis nūc. Aſcēdit Simon Petrus, & traxit rete in terrā plenū magnis piſcibus, centū quinquagintatribus. Et cum tāti eſſent, nō eſt ſciſſum rete. Dicit eis IESVS: Venite, prādete. Et nemo audebat diſcumbentiū interrogare eū, Tu quis es? ſcientes quia dominus eſt. Et uenit IESVS, & accepit panem & dabat eis, & 20 piſcē ſimiliter. Hoc iam tertio manifeſtatus eſt IESVS diſcipulis ſuis, cū ſur-
150 rexiſſet a mortuis. ¶ Cum ergo prandidiſſent, dicit Simoni Petro IESVS: Simon Ioānis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiā domine, Tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei iterū: Simō Ioānis diligis me? Ait illi: Etiā domine, Tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos. Dicit ei 25 tertio:

tertio: Simon Ioannis, amas me? Cōtriſtatus eſt Petrus, qa dixit ei tertio, amas me, & dixit ei: Domine, tu omnia ſcis, tu ſcis qa amo te. Dicit ei: Paſce oues meas. ¶ Amen amen dico tibi, cū eſſes iunior cingebas te, & ambu- 151
labas ubi uolebas: cū aūt ſenueris extēdes manus tuas, & alius te cinget, &
30 ducet quo tu nō uis. Hoc aūt dixit, ſignificās qua morte clarificaturus eſſet deum. Et cū hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere me. ¶ Conuerſus Petrus, uidit il- 152
lum diſcipulum quem diligebat IESVS, ſequentē, qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine, quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cum uidiſſet Petrus, dicit IESV: Domine hic aūt quid? Dicit ei IESVS: Sic eum
35 uolo manere, donec ueniā, qd ad te? Tu me ſequere. ¶ Exiuit ergo ſermo 153
iſte inter fratres, quia diſcipulus ille nō moritur. Et nō dixit ei IESVS, Nō moritur: ſed, Sic eū uolo manere donec ueniā, quid ad te? Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimoniū perhibet de his, & ſcripſit hæc. Et ſcimus, quia uerū eſt teſtimoniū eius. Sunt autē & alia multa quæ fecit IESVS, quæ ſi ſcriban-
40 tur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.

ANNOTATIONES BREVES XL. CIRCA LITERAM CAP. XXI.

1 IESVS
* τοῖς μαθηταῖς diſcipu- 15
5 piſcari. (lis
piſcatum,
ad piſcandum 17
6 tecum – Et
6 in nauī * ἰνεύς ſtatim, 18
7 Mane aūt * ἤδη iam
7 cognouerunt 19
ἤδεισαν
ſciuerunt
8 nunquid 20
num quod 20
9 Nō. * ὁ δὲ Ille autē 20
9 dextram
τὰ δεξιὰ μέρη
dextras partes
12 Simon * οὖν ergo
12 tunica
τὸν ἐπενδύτην
ſuperindumento,
pallio 23
13 nauigio
τῷ πλοιαρίῳ
diminutiuum
14 quaſi
circiter
15 uiderunt
βλέπουσιν
præſens.
piſcem
ὀψάριον
& infra.
magnis piſcibus
ἰχθύων μεγάλων
tanti
tot
diſcumbentium
τῶν μαθητῶν
diſcipulorum
uenit
accepit
dabat
ἔρχεται
λαμβάνει
δίδωσιν
præſentia.
Hoc iam tertio
τοῦτο ἤδη τρίτον
Hac iam tertia uice
Ioannis, 23
ἰωνᾶ
Iona
& infra.
plus his? 23
plus quam hi
Paſce 24
βόσκε
& infra.
24 iterum
πάλιν δεύτερον
rurſum ſecundo
25 Paſce
ποίμαινε
Rege
25 agnos meos.
τὰ προβατά μου
oues meas
27 tu ſcis
σὺ γινώσκεις
tu cognoſcis
27 dicit ei * ἰησοῦς IESVS
29 ubi
quo
30 ducet quo – tu
30 clarificaturus
δοξάσει
glorificaturus
31 Conuerſus * δὲ autē
32 recubuit
ἀνέπεσεν
recidit,
procubuit
33 tradet te?
ὁ παραδιδούς σε
qui tradit te
33 Hunc – ergo

34 Sic
Si

& infra.
40 capere – posse
χωρῆσαι

capturum
40 scribendi sunt
scribendi forent

COMMENTARIVS IN CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

149 ALiam manifestationē ponit Ioannes, dicēs. ¶ Postea manifestauit se
iterū IESVS ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul
Simon Petrus, & Thomas qui dicit̄ Didymus, & Nathanaël qui erat
à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit
eis Simō Petrus: Vado piscari. Dicūt ei: Venimus & nos tecū. Et ex-
ierūt & ascēderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderūt. Mane autē iā facto, ste
tit IESVS in litore: nō tamē cognouerūt discipuli qa IESVS est. Dicit ergo eis IE
SVS: Pueri, nūquid pulmentariū habetis? Responderūt ei: Non. Dixit eis: Mittite
in dextrā nauigij rete, & inuenietis. Miserūt ergo, & iā nō ualebāt illud trahere præ
multitudine piscīū. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat IESVS, Petro: Dñs
est. Simon Petrus cū audisset, quia dñs est, tunica succinxit se (erat enim nudus) &
misit se in mare. Alij autē discipuli nauigio uenerūt (nō enim longe erāt à terra, sed
quasi cubitis ducentis) trahētes rete piscīū. Vt ergo descenderūt in terrā, uiderunt
prunas positas, & piscē superpositū & panē. Dicit eis IESVS: Afferte de piscibus,
quos prendidistis nūc. Ascēdit Simon Petrus, & traxit rete in terrā plenū magnis
piscibus, centū quinquagintatribus. Et cū tanti essent, nō est scissum rete. Dicit eis
IESVS: Venite, prādete. Et nemo audebat discentiū interrogare eū. Tu quis es?
sciētes quia dominus est. Et uenit IESVS, & accepit panē & dabat eis, & piscē si-
militer. Hoc iam tertio manifestatus est IESVS discipulis suis, cū surrexisset à mor
tuis. ¶ Simon Petrus nauē piscaturus conscendit, comitantibus ipsum Thoma qui
dicitur Didymus, Nathanaēle è Cana Galilææ, Iacobo & Ioāne filijs Zebedæi, &
duobus alijs discipulis, numero septē. Tota nocte laborātes, nihil capiūt. Mane ad-
uētāte, stat IESVS in litore. Ignotus est. Iubet mitti rete ī dextras ꝓtes nauigij. Mit
tūt, & sit & ingēs & ingentiū piscīū captura, ut uix ipsi ualuissent rete in nauē trahe
re. Ioannes ex mirādo effectu dominū cognoscit. Petrus audiēs, ependyte, id est su
perindumento siue pallio succinctus, sese mittit in mare, & natādo ad litus ꝑuenit.
Alij naue ueniunt, trahentes rete. Quare trahentes rete? quia non erāt procul à ter-
ra. Id enim, Nō enim lōge erāt à terra: nequaquā quod præcedit respicere uidetur,
sed quod sequitur: & ideo parenthesi concludendū. Et similis modus loquēdi habe
tur capite præcedente, Nondum enim ascendi ad patrem meum. Vt autem descen
derunt ad litus, uident prunas positas, & piscem superpositū, & panem. Iubet domi
nus de piscibus afferri. Ascendit Petrus in nauim. Trahit Petrus rete in terram ple
num magnis piscibus, centum quinquagintatribus. Et cū tot essent, nō est scissum
rete. Vocat eos IESVS ad prandendum. Nemo, ut Ioānes habet, τῶν μαθητῶν, id est
discipulorū interrogare audet, Tu quis es? etsi scirent quod IESVS esset. Sed & ue
tusti codices habēt, Nemo audebat discentium. Vnde fit, ut quod in nostris codici-
bus legitur, discumbentiū pro discentium, id est discipulorū, corruptum sit. Adhæc
non discubuissent, qui ne unum quidem uerbū loqui, interrogare ue ausi fuerāt. Et
quod etiā nō discubuerint, ostendit id quod sequitur, Et uenit IESVS & accepit pa
nem & dabat eis, & piscē similiter. Si enim discubuissent cū IESV, non subiunge-
retur, Et uenit IESVS. Venit ad eos IESVS, & ipso porrigēte eis & panem & pi-
scē, prāsi sunt. Hæc tertia apparitio, ubi Ioānes affuit. Prima enim fuit post aduentū
peregrinorū ex Emmao, quæ & Nicopolis dicitur, absente Thoma. Secūda, elapso
octiduo, præsente Thoma, ī domo clausa. Tertia hic, ipsis existētibus ī naui, & è na
ui descendenti-

ui descendentibus, & prandentibus ipso porrigente. De alijs aūt apparitionibus,
quibus nō interfuit Ioannes, hic nō loquit̄: ut de ea qua apparuit Mariæ Magda-
lenæ, quā prius expressit: nā si illā cōprehenderet, hæc quā hic denarrat, esset quar-
ta ab ipso memorata apparitio. Et de ea qua apparuit peregrinis eūtibus in Emma
um, & ea qua apparuit mulieribus, quæ pedes dñi tenuere in uia, & similibus, nihil
locutus est: quod alij sufficiēter expresserunt. Et hæc manifestatio, fuit ueritatis re-
surrectionis eius attestatio: ut oībus sensibus uera cognosceret̄, uisu, auditu, affatu
gustu, tactu, & ad mysterium quod deo cognitū est. Sed nōne mare, possit mundū
significare? Nauis, ecclesiā? Piscatores, ecclesiæ præfectos? Septenarius numerus
dona spūs sancti? Nox, CHRISTI absentiā? Dies, eius fauorē & ꝑsentiam? Rete
doctrinā? Dextræ nauigij partes, confugientes ad dei gratiam & misericordiā? Pi-
sces, gentiū nationes? Quid quod nocte laborantes nihil prendiderūt: nisi quod si
ne CHRISTO, & nō iubēte CHRISTO, frustra laborat oīs qui ædificat? Quid li
tus, nisi portus ad quē ex hoc mūdo tēdimus? Quid terra, nisi terra uiuentiū, ubi so
lus CHRISTVS, & q ad eū tendunt, alij fluctibus mundi, magna fiducia & amore
CHRISTI se cōmittētes, & adnatātes ad portū, ut Petrus; alij ī ecclesia sese cōti-
nētes, & trahētes secū quotq̄t possunt ad portū, sequēdo eos qui adnauigant & ad
iuuāt? Quid rete nō scissum: nisi pseuerantis doctrinæ integritas? CHRISTVS in
pricipio ignotus, quia oriēte die gratiæ suæ, secreto illabit̄. Sed ex manifesto effe-
ctu, ī, fructu ueniētiū ad uerā doctrinā, cognoscit̄: q nō ē piscatorū sed CHRISTI
faciētis fructus, qui facit mirabilia magna solus. Centū quinquagintatres magni pi
sces, tot saluandorū natiōes. An nō ignis ille, & panis, & piscis, q̄ nō erant terrena,
sed nouæ creatiōis, pariter & prandiū illud, delicias nobis mōstrent, et pabulū cœ-
leste aliqn̄ futurū in terra uiuentiū? Quid qd̄ nēo discipulorū audebat interrogare
Tu qs es? qd̄ scirēt qs esset nō interogādo, nisi augustā illā reuerentiā, q̄ erit in cœ
lo, qn̄ aderit oīm bonorū satietas, & oīm scientia, q̄ ad dei laudē, gloriā & bñdictio
nē ꝓtinebūt, neq; amplius quicq̄ ĩterrogare opus erit? Quid qd̄ IESVS eos uocat
& ad uocatos uenit: nisi qd̄ sola dei uocatio tendētes ad se saluat, & ad ipsos uoca-
tos uenit? Quid qd̄ ipse panē & piscē porrigit: nisi qd̄ oēs in terra illa uiuentiū æt-
nis alimonijs pascit ac satiat? Hoc sit, qd̄ nobis eius gratia suggestū ē, huius appari
tiōis dñi mysteriū. Quo signo expleto, dñs interrogat Petrū, sic aperiēte Ioanne.
¶ Cū ergo prandidissent, dixit Simoni Petro IESVS: Simō Iona, diligis me plus 150
his? Dicit ei: Etiā dñe. Tu scis qa amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterū
Simō Iona, diligis me. Ait illi: Etiā dñe, Tu scis qa amo te. Dicit ei iterū: Pasce ag-
nos meos. Dicit ei tertio: Simō Iona, amas me? Cōtristatus ē Petrus, qa dixit ei ter
tio amas me. Et dicit ei: Dñe, tu oīa nosti, tu scis qa amo te. Dicit ei: Pasce oues me
as. ¶ Prio interrogat dñs Petrū, dicēs: Simō Iona diligis me plus his? Petrus respō
det: Etiam dñe, Tu scis quia amo te. Verū, si responsionis Petri particula prima re
spicit id interrogationis dñi, plus his, temeraria est: quia nō erat Petri, scire plus ne
an minus, q̄ illi, diligeret eū. Et certū est dñm oēs dilexisse: sed magis expressisse
amorē suū erga tres Petrū, Iacobū, & Ioannē. Et qs ausit dicere, quod Petrus plus
diligebat dñm q̄ Ioannes, quē dñs ꝑ uirginea puritate, diuinitatis & charitatis uas
sibi delectū cōsecrauit; adeo ut oīa scripta eius, diuinitatē & charitatē uberius, q̄
cæterorū scripta manifestissime spirent? Ergo id responsionis Petri, Etiā dñe: ad id
quod sequitur, iungendū est, Tu scis, quia amo te. Adijcit dñs: Pasce agnos meos.
Et pascere, est cibū præstare. Secundo dñs idē interrogat quod prius: Simon Io-
na, diligis me? Et respōdet Petrus idē quod prius: Etiā domine, tu scis quia amo te
Et adijcit dominus rursus idē qd̄ prius: Pasce agnos meos, id est rege, & pastorem
age, siue pastor esto agnorū meorū. Attamen, pasce, hic & illic nō idē uocabulū ē:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed illic βόσκε, hic ποίμαινε habet, q̃ sunt uaria admodũ uocabula. Tertio, interrogat eũ dñs, pene idem quod prius, Simon Iona amas me? nam prius interrogando dixit ἀγαπᾶς, id est diligis: hic φιλεῖς, id est amas: at quodammõ plus est diligere, q̃ amare si proprietatẽ uocabulorũ spectes. Et bis prius interroganti dño, Diligis me? Petrus semper minus respondit, q̃ petebat, Amo. Quia nõ de amore simplici, sed de amore, qui & dilectio erat, interrogabatur: honorauit tñ semper Petrus respondẽdo, dñi scientiã, ut cũ dixit: Tu scis quia amo te. Cũ ergo hic tertio interrogat dñs, ex ipso interrogandi mõ, etsi nõ intelligentia, minus interrogat q̃ prius, dicendo: Amas me? Et cõtristatus est Petrus, quod tertia interrogatione dixit, Amas me? et hæc contristatio fuit humana. Cõtristatus est inq̃, quod timeret, ne quid minus esset in suo amore, cũ toties eadẽ, aut pene eadẽ usus sit dñs interrogatione. Verũ et hic solũ apte, tanq̃ ex spiritu, respondit, & diuinitatẽ CHRISTI magis expressit atq̃ honorauit, cũ dixit: Dñe, tu oia nosti, tu scis quia amo te. Cũ ait, Tu oia nosti: ipsum tanq̃ deũ & dei sapientiã honorauit: & apte ad id, Amas me? respõdit, Amo. Et in hoc quoq̃ eius rei scientiã honorauit, cũ dixit: Tu scis. Prius aũt ad id, Diligis me: bis nõ apte respondit, Amo: sed apte respõdisset, si dixisset: Diligo. Et dñs hac ut apta respõsione contẽtus, adiecit: pasce oues meas, i. cibũ ouibus meis submini stra: eodem uocabulo utens, q̃ & in prima responsione eius fuerat usus. At quid prio loco agni, nisi tenelli & adhuc in fide neophyti? Quis cibus q̃ pascẽdi sunt, nisi doctrĩa facilis, & dulcis attractio, quæ adhuc ut lac sit? Quid secũdo loco agni, nisi illi ijdẽ iã ablactati? Quid hic pascere, i. regere, & pastoris munus obire: nisi duce re ipsos ablactatos ad solidiores ecclesiæ campos, firmioresq̃ cibos? Quid oues, nisi iã omnino pfecti & cõsummati? Et qd tertio loco ouiũ pastus, nisi doctrina solidissima? Quã & Petrus ĩ respõsione sua tetigit, dicẽs: Dñe, tu oia nosti. Hoc ergo
1.Cor.1. cibo, hac doctrina perfecti pascendi sunt: quã & Paulus tradidit Corinthijs, CHRISTVM esse dei uirtutẽ, & dei sapientiã. Primi sunt in Chrianismo incipiẽtes: sed pficientes: & tertij, puecti, cõsummati, perfecti. Primi, purganẽ: secundi, iã purgati, illuminanẽ: tertij, iã purgati & illuminati, cõsummanẽ. Et ad hoc, ter Petro à dño dictũ est: Pasce. Primo pasce agnos meos scilicet rudes adhuc, & incipientes. Secũdo, Pasce agnos meos, puectiores & ablactatos. Tertio, Pasce oues meas: fideles meos, puectos iã atq̃ cõsummatos. Primo, minus bene, & forte nõnihil temere respõdit: ideo rudes illi cõmittunẽ, & infimũ pastoris officiũ. Secũdo, minus male: ideo puectiores illi mandanẽ. Tertio, sufficienter & ex spũ: & tũc pfecti, illi cõmittunẽ, & pastoris sub CHRISTO officiũ demãdat. Secũdo interrogatus est Petrus quia prio nõ bñ responderat: & tertio, quia secundo nondũ bene, etsi q̃ prius minus male. Quarto nõ interrogat, quia tertio apte, sufficienter, & probe respõdit: diuinitatẽ CHRISTI aperte cõfessus, & ipsum esse dei sapientiã, utpote oia cognoscentẽ. Sed nõne etiã intelligi potest ter dictũ Pasce, ppter uerbũ, exẽplum, & factũ? Imo & agni incipiẽtes, & qui prio limẽ uitæ ingrediunẽ, & primã lucẽ uitæ, lucẽ doctrĩæ filij dei suscipiũt pascẽdi sunt uerbo, exẽplo, et facto, sed p suo captu. Et agni pficiẽtes etiã pascẽdi uerbo, exẽplo, & facto: sed altiori uerbo & doctrina, p suo captu. Et oues ipsæ iã cõsummatæ, pascẽdæ sunt altissima doctrina, ĩ altissimis spũs sancti mõtibus atq̃ mysterijs q̃ ĩ pastoribus, quibus dñs dicit, Pasce oues meas, operat: et hoc p suo, ĩ suo gradu cõsummato, captu. Quõ em̃ pasceret, cibaret ue agnos, aut oues sub uero pastore, qui est & paterfamilias, pastor: nisi is qui est paterfamilias, pabulũ ministraret. Qd aũt iterrogat, Diligis & amas: & facta amoris cõfessiõe, sua ipsius sciẽtia q oia nouit teste, dicit, Pasce: designat qd ĩ oibus sub se pastoribus reqrit amorẽ, & eũ qdẽ amorẽ qui sit dilectio: quodq̃ nullus id muneris sibi usurpare debeat, nisi facta sibi cœlitus potestate. Qd designat id pasce. Qd

semper

semper dñs hic uocat Petrũ Simonen Iona, id est filiũ columbæ, designat oẽs pastores debere esse ad pascendũ, filios spiritussancti, qui per columbã nobis in euangelijs figuratus est. Sed dices: Hic habet Simõ Ioannis, nõ Simõ Iona. Certe nõ legitur in codicibus Græcis manu scriptis, quotq̃t uiderim, nisi Σίμων Ιωνᾶ, Simon Iona, id est Simon fili Iona: ut & ipse Ioannes habet cap. 1. in eisdẽ codicibus manu scriptis, σὺ εἶ Σίμων ὁ υἱὸς Ιωνᾶ, Tu es Simon filius Iona. id est colũbæ. Qd etiã ex Matth. intelligit, ubi dicit: Beatus es Simon bar Iona, id est fili Iona: qa caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus q in cœlis est. Verũ si hic haberet Simon Ioãnis, aut Ioãna, quõ in codicibus pressis, sed corrupte tñ habet: innuere oportere pastores agnorũ & ouiũ CHRISTI, esse filios gratiæ dei: nã caro & sanguis, hũanus sensus & hũana ratio, ad pascẽdos agnos & oues CHRISTI inutilia sunt. Cæterũ qd simpliciter dicit dñs: Diligis me? Amas me? innuit se nõ ppter aliud, sed ppter se solũ esse diligendũ. Et oĩs talis amor, est dilectio: & omnis dilectio, amor. At nõ cõtra: nã si quid aliud amori, etiã q est propter eũ, admisces, nõ est pfecta dilectio. Cuius rei & in amore, qui secundũ naturã est, uestigiũ quoddã repias. Verbi causa: Quædam paupercula mater amat filiũ, nõ quia quicq̃ ab eo expectet, sed solũ quia filius est: altera itẽ paupcula diligit filiũ, & quia filius est, & quia expectat ab eo iã grandiusculo facto, uitæ aliquod subsidiũ. At quis dubitet, primam magis diligere filiũ, q̃ secundã? Pari modo si deũ diligis admiscendo aliquid tui, nõ simpliciter & absolute deũ diligis: nõ diligis deũ plus his, plus alijs (nã plus his, nõ tam p alijs apostolis dictũ est, q̃ pro ijs qui nõ simpliciter & absolute diligunt) & nõ es aptus audire id: Pasce agnos meos: quanto minus id: pasce oues meas? Sed an prima paupcula mr̃, sic bene diligeret filiũ? Nõ dico: qa diligi simpliciter & absolute uni soli conuenit, deo uidelicet. Et nulla mater unq̃ filiũ simplicit & absolute diligere potuit ac debuit, nisi sola uirgo mater: nõ quia suus filius esset, & se respiciendo, quanq̃ oĩm matrũ felicissima & beatissima & optima esset, sed qa dei filius & deus. Quia ergo CHRISTVS deus erat, hanc dilectionẽ & absolutũ amorẽ à Petro, & sub noĩe Petri ab oĩbus pastoribus exigebat: quẽ & ab unoquoq̃ ille ipse qui tantus est, exigit & nullus alius ea interrogatiõis inculcatiõe exigit. Hæc ubi dixit dominus Petro, quid illi futurũ erat, declarãte Ioanne, aperit ei, dicẽs. ¶ Amẽ amẽ dico tibi, cũ esses 151
„ iunior cingebas te, & ambulabas ubi uolebas. Cũ aũ senueris, extẽdes manus tuas,
„ & alius te cinget, & ducet q̃ tu nõ uis. Hoc aũt dixit, significãs qua morte clarifica
„ turus esset deũ. Et cũ hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. ¶ Petrus cũ iuuenis eẽt, habebat sui corporis potestatẽ: neq̃ uincula gerebat, nisi q̃ ultro sibi circũponebat, ut zonam & ligamina, quæ ad uestiũ suarũ compositionẽ ptinebant. Libere ibat quo uolebat, nemĩe uolũtati eius obluctãte: qd ipse Petrus probe nouerat. At senecta eius, iuuentæ futura erat longe contraria: qd illi prædicit dñs. Nam ipsi seni facto, adimẽda erat libertas se cingẽdi ut uellet, & lictorũ uinculis erat colligandus: qd innuit id, Alius te cinget. Et cruce affigẽdus: qd hoc insinuat, Extẽdes manus tuas Et ei erat adimẽda eundi quo uellet libertas: qd designat id, Et ducet q̃ tu nõ uis: qd primũ carceres, & demũ supplicij locũ designat. Sed nõne Petrus uolũtarie ad crucẽ ductus est, nõne uolũtarie crucifixus, & p dño nostro passus? Quidni? Certe id, Et ducet quo tu nõ uis, nõ designat eũ inuoluntarie passum, sed nõ p uoluntate sua passum: nõ em̃ suæ potestatis erat, liberæq̃ uoluntatis, ire uel non ire in carceres, aut ad locũ passionis, pati aut non pati: ut ei iuueni liberũ erat ire uel non ire, et dura p uoluntate fugere. Sed & q̃ fugerit e carcere uolentibus Processo & Martiniano custodibus, & reliquo magistratu ac officio, ut ferunt scripsisse Linũ: hoc nõ fuit, qa noluerit p CHRISTO pati, aut qa uoluerit diffugere mortẽ, sed ut se quasi infirmorum neophytorũ infirmitatibus conformaret: nam cum postea uidisset in

ipso

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipso egressu portæ urbis Rhomæ dominũ, & de passione sua certior factus esset: regressus est in urbẽ cũ gaudio, glorificans deũ, & narrans fratribus quod sibi obuiam fuisset dñs, & declarasset, quod iterũ in ipso esset crucifigendus. Quod idẽ fertur scripsisse Linus. Quantũ ergo ad tempus passionis eius, cõstat quod tunc non inuoluntarie sit passus. Quod si etiam dñs id, Quo tu nõ uis: de eo tempore intellexit, quo loquebatur ad eũ, & dicebat ei: Extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quo nõ uis; quod tunc nollet, ipsemet Petrus coniecturam fecit: intelligebat em id designare grauẽ quandã sibi futurã molestiã: qd' & uerũ erat, pdictionẽ dñi sic declarante Ioanne: Hoc aũt dixit, significans qua morte esset clarificaturus deũ. At qd molestius morte, psertim hoi nondũ spũ dei cõsummato, qualis tũc Petrus erat? nondũ em spũm illũ ut cõsummantẽ acceperat, i nouũ & spiritualẽ mutatus uirũ. Nil mirũ ergo, si uerba illa CHRISTI parũ ei placebant, quibus alioqui ipsi tandẽ spũ cõsummato nulla potuissent esse gratiora: nã uiro spũali & pfecto, qd gratius esse potest, cũ glorificare deũ? Ergo gloria Petri erat, & maxia quidẽ, quã ipsi pdicebat dñs: & licet ipse tũc nõ putaret, cognouit tñ postea. Est magna cuius gloria, sua morte glorificare deũ: est magna gloria, imitari dñm nostrum IESVM CHRISTVM, obediendo deo uscũ ad mortẽ, ipsam etiã patientissime sustinẽdo: nõ tancũ necessitate, sed ultro, imo maxima & desiderantissima uolũtate cuius rei CHRISTVS totius pfectionis apex, summitas, & ueritas nobis reliquit exemplũ Qd' innuebat dñs Petro, cũ dicebat ei? Sequere me. Imitare me, tolle crucẽ tuã, imitatione mea patere in cruce. Et quancũ Petrus & alij discipuli ea dicentẽ sequerentur gressu corporeo: nõ tñ de eo gressu intellexisse uidetur dñs, sed de sequela per mortis imitationẽ. Sed Petrus cũ corporaliter sequeret dñm, & alij pone tergũ eius, etiam sequerent dñm: sese cõuertit ut uideret qui sequebantur: Vt aũt uidit Ioãnẽ sequentẽ, de eo interrogauit dñm, quod ipse Ioannes testatur hoc pacto dicens

152 „ ¶ Cõuersus Petrus uidit illũ discipulũ, quem diligebat IESVS, sequentẽ, qui & re
" cubuit in cœna supra pectus eius, & dixit: Dñe, quis est qui tradet te? Hunc ergo
" cũ uidisset Petrus, dixit IESV: Domine, hic aũt quid? Dicit ei IESVS: Si eũ uolo
" manere donec ueniam, quid ad te? Tu sequere me. ¶ Seipsum hic describit Ioãnes
per discipulũ quẽ diligebat IESVS. Sed quẽ non diligebat IESVS? Neminẽ profecto nõ diligebat. Et quancũ id sufficere posset ex sua cõsuetudine loquendi: adiecit tñ præter ea, sequentẽ. Sed & Petrus, & alij quincũ ut & ipse sequebant: nõ em aliud uerisimile est. Quod ergo sibi peculiariter cõuenit, & se ab alijs dispescit, adijcit: Qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Dñe, quis est qui tradet te? Id Ioannem dominũ interrogasse cap. 13. huius, numero 103. uisum est. Vbi habet: Itacũ cũ recubuisset ille supra pectus IESV, dicit ei: Dñe quis est? ut subaudiatur, qui tradet te: quod hic adiecit, & ita sensum intentionis suæ perfecit. Hoc pacto se describit Ioannes in Euangelio suo, se proprio nomine nõ nũcupans, nisi forte in Euangelij sui frontispicio. Nõ em decuit, Euangeliũ eius anonymum aut acephalũ esse. Se tamen alibi, chariore sibi nuncupatione exprimere solitus est, dicendo: discipulũ quẽ diligebat IESVS. Quẽ cum Petrus reflexis post tergũ oculis uidisset, memor horum uerborũ domini: Cum autẽ senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu nõ uis: curiositate sciendi etiam de Ioanne, an illi superuentura esset calamitas, permotus est: id forte calamitatẽ reputans, qd' reuera magna erat gloria ac felicitas. Et hæc sciendi de Ioanne curiositas indiciũ est, id, Et ducet te q̃ tu non uis: de eo tempore quo dominus eũ alloquebatur, uerum fuisse: tunc em Petrus id nolebat, & libenter deprecatus fuisset. Et interrogauit dominũ Domine, hic autẽ quid? ac si diceret, Quo exitu uitã hanc clausurus est? Extendam solus manus, cingar solus, ducar solus quo nolo? Cui respondit dominus: Si eum uolo

uolo manere donec ueniam, quid ad te? Hoc uerbo curiositatem Petri reprehẽdit dñs: necũ em fas est, ullũ solicitũ esse, aut cupidũ sciendi, quid facere uelit deus, siue hoc, siue illud facere uelit: siue de nobis, siue de alijs: sed quisũ dicere debet, Fiat uoluntas eius semper. Hæc debet esse nostra uoluntas, imo non uolũtas: quia uoluntatẽ habere nõ debemus, sed in nobis sola debet esse dei uoluntas. Petrus autẽ adhuc uoluntatẽ habebat, & ideo reprehensionẽ hanc meruit. Quid ad te? qd' perinde, ac si dictũ illi fuisset: Interrogas quod interrogare non debes, scire uis quod ad te nihil attinet, in decenti cupiditate teneris. At spũalis homo, & qui spũ dei agit nequacũ curiositate & desiderio cognoscendæ rei ad se nihil pertinentis, tangitur: nõ tũc aũt Petrus spũ dei agebatur, actus aũt est postea. Sed hæc dñs permittebat ut cognosceremus hominẽ sibi derelictũ, nihil prorsus esse, etiam si se magnũ, aut aliquid esse existimet: qd' homo spũalis, i. qui spũ dei agit, non facit: nihil enim, omnino se esse existimat: quod se uere cognoscat id esse quod est, id est nihil nisi peccatũ, defectũ, impotentiam, & (ut sic dicam) oẽ malũ & imperfectũ: deũ aũt, & dei gratiã esse oia: ut sic omni ex parte deo permissus & gratiæ, gratijs donetur, emendetur, fortificetur, bonitate abũdet & pfectione: perinde ut aër, qui cũ de se nihil esse uideat, nisi quidam defectus & impotentia lucis, caloris, odoris, ac soni: cũ tñ luci permissus est & sensibili, ceu calori, odori ac sono, omni ex parte perficitur, ita ut lux & sensibile in aëre sint oia: ipse aũt de se nihil, nisi quædam multiplex priuatio & quodammõ malũ: nam si illuminationes, calores, odores, harmoniæ, bonæ sunt quid eorũ priuationes & defectus, nisi mali? Et cũ dominus dicit: Si eũ uolo manere donec ueniam, id est si, conditionis particula est, nõ similitudinis, aut assertionis. Sic aũt dñs suam impotentiam in quacuncũ parte uoluerit, insinuat, ac si diceret: Si eum uolo manere donec ueniam, manebit: si eũ nolo manere donec ueniam nõ manebit. Et quid ad te? semper em fit dei uoluntas. Quid ad te? Nõ est tuũ scire an hoc nolo, aut illud uolo: sed & uolũtati diuinæ nihil potest resistere. Et boni semper uoluntatẽ dei faciunt, & hæc quæ operant, nõ sua, sed dei uoluntas facit. Et mali semp dei uolũtatẽ, si permissio uoluntas dicatur, faciunt: sed ista quæ faciunt, sua ipsorũ, nõ dei uoluntas facit. Illorũ, dei uoluntas præcipua causa est & ratio: istorũ dei uolũtas est permissio & minus præcipuũ: sua aũt ipsorũ uoluntas præcipua causa, si mõ nihili defectus, et mali, causa dici debeat, & nõ potius quædã ingẽs & pcipitans degeneratio causæ. Nullos em uolũtas dei pcipitat, sed eleuat, cõtinet, & saluat. Necũ dæmones dei uoluntas, sed sua ipsos pcipitauit. Sic & homines qui in perditionis barathrũ corruunt, nõ dei, sed ppria demergit uoluntas: adeo hærere deo bonũ est. Et subiungit dñs Petro: Tu me sequere. In q̃ innuit se prius, nõ de sequela gressus corporis, sed de imitatione mortis suæ in cruce locutũ. Et q̃ opinio apud apostolos ex uerbis illis dñi de Ioanne ad Petrũ, Si eum uolo manere donec ueniã

" quid ad te? suborta sit, subdit ipse Ioãnes, dicens. ¶ Exijt ergo sermo iste inť fratres 153
" quia discipulus ille non morit. Et nõ dixit ei IESVS, Nõ moritur: sed, Si eum uolo
" manere donec ueniã, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de
" his, & scripsit hæc: & scimus, quia uerum est testimoniũ eius. Sunt aũt & alia multa
" quæ fecit IESVS, quæ si scribant per singula, nec ipsum arbitror mundum capere
" posse eos, qui scribendi sunt libros. ¶ Hæc ex his uerbis dñi, Si eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? fuit opinio apostolorũ, quod Ioannes non moreret. Sed Ioannes honorans dei scientiam, & citra opinionẽ firmissime credens quicquid dixerat, euenturum, quomodocuncũ id uellet, opinionẽ eorum non probat: quia opinio est humani sensus, dei autem scientia supra humanum sensum est, qui illi miscẽdus nõ est: q̃ etiam si quadraret, ut hũanus tamen, nequacũ esset magnificiendus. Proinde corripit eos, dicens: Et nõ dixit ei, Non moritur: sed Si eũ uolo manere do-

Universidad de Deusto

re donec ueniam, quid ad te? Vbi mera conditio est, & nullius rei definitio, & etiã de morte nihil dicitur. Cæterũ cũ dixit, Quid ad te? innuisse uidetur omnibus, nihil neq; ad ipsos, neq; ad Ioãnem pertinere quicquid uellet de ipso facere. Et licet uoluisset ipsum manere, & in uita quidem manere donec ueniret; ex hoc tamen non
Ioan.14. poterant elicere, quod nõ moreretur: nam prius dixerat, Non relinquã uos orphanos, ueniã ad uos. Qui eũ sciebant an de illo aduentu, quo & eos adhuc in mundo uiuitauit, loqueretur? an de illo quo de locutus erat eis prius, ut scriptũ est apud Lucã, cap. 12. numero 114. Et uos estote parati, quia qua hora nõ putatis, filius hois ueniet? quod dictũ uidetur de aduentu eius in morte cuiusq;. Quod si de hoc aut illo aduentu dominus loquebat: quid prohibebat Ioannẽ, ut & cæteros mori? An de illo, q̃ de apud Matthæũ cap. 24. numero 234. scribitur: Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus uester uenturus sit? quod de ultimo aduentu domini in iudiciũ, dictũ uidetur. Sed ad ipsos id scire nihil prorsus attinebat. Quid ad te? dicit dominus. Neq; etiam ad nos id quicq; attinet: & hoc scire, nimirũ nihil id ad nos pertinere, neq; id nobis curæ esse debere, est dei uoluntatẽ scire. Cæterũ id scire debemus factũ esse quicquid placitũ fuit uoluntati diuinæ. Et hoc scire, & nihil ultra expetere, est satis scire. Sed dices: Græci multi super hoc scripserunt, & qui fuerat librorũ illorũ apprime studiosus circa tempora Pij secũdi Georgius Trapezuntius super hoc librum conscripsit, quod Ioannes Euangelista non sit mortuus. Disputauit qdem Georgius, fuitq; opinionis apostolorũ: sed audire potuit à domino. Quid ad te? Et ego quoq; aliquando disceptaui, & audire potui, Quid ad te? Vt apostolis pepercit, ita & mihi parcat dominus. At Hieronymus sensit eũ mortuũ, contraria apostolis opinione, & audire etiam potuit, Quid ad te? quia dominus non dixit qd moreret aut nõ moreretur. Cæterũ & ei pepercisse dominũ haud ambigo. Et quãuis hoc uel illud dicere contra fidem non sit: satius tamen est, cum Euangelium pacis tractamus, in controuersiam nõ uenire: id etiã nobis prohibente (ut uisum est) ipso Euangelista, quo de in præsentia fit sermo, nunc eius rei ueritatẽ cognoscente, & olim subdente: Hic est discipulus ille qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia uerũ ẽ testimoniũ eius. Vbi cũ dicit, Qui testimoniũ perhibet de his, & scripsit hæc: his; & hæc nõ monstrant solũ, quæ pauloante dixit de Petri & suo exitu, sed oĩa quæcunq; in hoc Euangelio ab initio hactenus scripta sunt. Qui aũt scripsit, certũ est quod sit Ioannes Euangelista. Et scimus, inquit, quia uerum est testimoniũ eius. At qua scientia? Nũquid hũana? Minime, sed diuina quæ est spũs sancti scientia. Ergo nõ tam ipsi sciebant, q̃ spiritus sanctus, qui est spũs ueritatis, in ipsis sciebat. Sed id in spũ sancto, scientiæ & dei sapientiæ solũ nomen sibi retinet: in Ioanne aũt & in apostolis, qui instrumenta erant spũs sancti, & sciẽtiæ, & eminentis CHRISTI scientiæ, & insuper fidei: ut & Paulus ad Philippen-
Philip.3 ses, dicebat: Veruntamen existimo oĩa detrimentũ esse propter eminentẽ scientiã IESV CHRISTI domini mei. Et nihil credere debemus inhæsitãtius, nihil firmius, nihil perfectius, testimonijs illis quæ nobis per spiritum sanctum, & per eminẽtem illam CHRISTI scientiã sunt relicta: sed & optare debemus illa scire eodem spũ, q̃ Euangelista Ioannes de se, ut de alio loquens, dicebat: Et scimus, quia uerũ est testimoniũ eius, & reuera alius erat, quia spũs dei erat, ipse uero organũ eius & tuba organica. Et subdit: Sũt aũt & alia multa, q̃ si scribãtur per singula: nec ipsum arbitror mundũ capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. Nonnulla alia scripserunt alij Euangelistæ, quæ prudens, sciens q̃ tacuit Ioannes; nam quæ alio omnino tetigere, ipse tangere noluit, nisi ubi nõ nihil omissum erat, qd pertinebat ad mysteriũ, aut quod spũi CHRISTI narratu dignũ uisum est: sic etiam spũ dei eum ad ita faciendũ impellente. Et quid mirũ, si oĩa quæ fecit IESVS, singulatim scriberentur

mundũ

mundum ipsum, eos qui inde fierent libros non capturum? cum ne ipsorum quidẽ quatuor, qui facti sunt à quatuor Euangelistis, capax sit: Nam sicut mundus spiritum CHRISTI non capit, utpote mundo maiorem: ita nec Euangeliorum intelligentiam, intelligentia, capacitateq; nostra maiorem, integre capere potest: ne quis putet, aut qui scripserunt, aut qui scribunt, aut qui scripturi sunt, daturos unq; Euangelij sensus plenitudinem, etiam si librorum moles totum mundũ impleret. Quanto minus ergo si singula quæ gessit dominus, nullo prætermisso, cõscripta essent? Ad hunc sensum, dictum Ioannis, quod hic habetur, uerissimum esse citra hyperbolen, & si nobis hyperbolicum uideatur, existimo. Precemur ergo lucis indultorem, ut suorum Euangeliorum, quæ sunt supra mũdi captum, in suo spiritu, in omni populo, gente & natione mundum capacem faciat: ut id in omni gente impleatur: Omnes gentes quascunq; fecisti uenient, & adorabunt coram te domine, & glori *Psalm.85.*
ficabunt nomen tuum: & dicant omnes in spiritu, quo loquebatur Paulus: Nobis *1.Corin.8.*
est unus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & nos per ipsum, ut sit omnium in uniuerso orbe terra- *Ephe.4.*
rum, unus dominus, una fides, & unum baptisma: unus deus & pater omnium qui super omnes, & per omnes, & in omnibus nobis. Cui pro sua incõprehensibili bonitate, & pro iudultis omni creaturæ muneribus, & pro exantlatis laboribus, quos inscribendis in Ioannem, & alios Euangelistas purgatiuis commentarijs (eodem aspirante) subiuimus, in nunquàm deficienti laude honor, gloria, gratiarum actio, decus, potestas & imperium, per infinita seculorum secula. Amen.

COMMENTARII IACOBI FABRI
STAPVLENSIS IN IOANNEM,
AD DEI GLORIAM
ET HONOREM,
FINIS.

INDEX CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz. Oẽs terniones, præter Zz quaternionẽ.

ANNO DOMINI M. D XXVI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca